

CUJACIJ
OPERUM
TOMUS SECUNDUS.

JACOBI CUJACIJ

J. C. PRÆSTANTISSIMI
TOMUS SECUNDUS
OPERUM PRIORUM

Quæ de jure fecit, seu Paratitla *in* Lib. ix. Codicis Justiniani, *cum Enarrationibus* Caroli Annibalis Fabroti J.C.

Accessere in hac noviſſima Editione ab eruditiſſimo Viro græcorum Verſio locorum hactenus ab omnibus deſiderata;


Index locupletiſſimus, ac perpetuus omnium omnino rerum, quæ his Operibus continentur;

Præterea diſſertatio Emundi Merillii, & Interpretatio ab eodem facta Variantium ex CUJACIO obſervatarum, quæ per totum opus ſuo quæque loco variante notantur;

Postremo Controverſiæ Joannis Roberti ejuſdemque Notæ in Reſponſiones à CUJACIO nomine Antonii Mercatoris editas; quæ majori Eruditorum commodo in ipſis Obſervationibus afferuntur, ſtudio & diligentia Liborj Ranii J.C. Neap.







NEAPOLI

Typis ac Sumptibus Michaelis Aloyſii Mutio.

SUPERIORUM LICENTIA,

ET PRIVILEGIO PER DECENNIUM.

M. DCC. XXII.



D·OCTAVIUS GAJETA DUX S·NICOLAI
PATRITIUS NEAPOL· IN R· COLL·CONS·
REGENS ET DECANUS

VIRO AMPLISSIMO

D. OCTAVIO CAJETAE

S. NICOLAI DUCI

NEAPOLITANO PATRICIO

PRINCIPI SENATUS.

SEU

REGJ COLLATERALIS CONSILJ DECANO.

Liborius Ranius S. P. P.



ON *fine aliquo Divino Numine id factum est, ut Jacobus Cujacius Jurisprudentiae Romanae medulla, literariis Typis ex universa ferme Europa Neapoli potissimum sub istius Regj Senatus auspiciis restituendus, in ea tempora incideret, quum Tu, Amplissime Octavj Cajeta, ejus Princeps, sive ut dicunt, Decanus esses, ex Familia progenitus perpetuo sex septem seculorum excursu Jurisconsultorum feliciter foecunda; quo decore vix est, ut ulla familia aliam Europae Civitatem*

exornet . Itaque de Te , quod de Quincto Mucio Scaevola aeque vere dici possit . Juris civilis Scientiam , tanquam gentilem hereditatem a majoribus accepisse . *Tuum enim Nobilissimum genus Urbis Cajetae indigenum, cui plures Consules, seu Duces, dedit, ut & Civitas & tua Familia idem ferme gentilicium stemma praeseferant ; ab Seculo usque XI. ineunte , sub Alexio Imp. , & antequam citerius Siciliense Regnum Northmanni fundarent , praeclaros nobilitate hinc Neapoli memorat Viros . At vero qui Seculo XII. tuam Gentem ad summum humanorum Divinorumque honorum fastigium evexit, nomine ciet Johannem Cajetam, Summum Pontificem Gelasium II. in fastis Pontificalibus appellatum : qua tempestate soli Sacerdotes jura norant, & quidem divina, ex quibus cuncta judicabant humana : deinde Seculo XIII. recenset Petrum Cajetam, qui sub Carolo II. Andecavensi Rege pauperum Patroni plurimae iis temporibus dignationis munere functus est . XIV. autem Seculo Joh. Cajetam ejusdem Caroli Regis Consiliarium , & Crinitum Cajetam Jurisconsultum memorat, qui cum Adonulpho Comino ad Genuatum Rempublicam gravissimis de rebus legatus est . XV. autem Seculo exhibet Antonium Cajetam AErarj Praefectum , & Carolum Cajetam , qui sub Ladislao Rege , & Johanna Regina Sacri Palatj Comes, Regj Fisci Patronus , Regiique AErarj Quaestor fuit ; ex quo Joh. Franciscus Squillacensis Pontifex , quem Matthaeus Afflictus, nostri municipalis juris Interpretum facile Princeps doctissimum de Haereticis tractatum lucubrasse testatur ; & Goffridus Cajeta natus, qui XVI. Seculum vidit , & Alphonso, ac Ferdinando Aragoniis Regibus a consiliis adfuit, Regioque AErario praefuit , & de aerarj ordine, sive ut dicunt de Regiae Camerae Ritibus eximium opus conscripsit, quod in eo foro quamplurimum habet auctoritatis . At hercule XVII. Seculo Antonium eduxit Virum , ingenio , doctrina , eruditione, virtute, eloquentia incomparabilem , qui AErarj Quaestor Romam de summa re publica legatus sublimioris Jurisprudentiae, nempe publicae, & Sacrae, & Civilis Sapientiae praeclarissima, aeternaque edidit monumenta . Quare ad Supremum Italiae Senatum evocatus ; unde quadriennio post Neapolim rediit , ut Regio AErario praeesset ; quod munus*

qua-

quatuordecim annos aequa cum Curiis, & Fabriciis continentia obivit: cujus rarae laudis illa dedit subinde invicta argumenta, ut ter Regi strenue supplicarit, uti eo magistratu se abdicare liceret: donec tandem Rex ejus precibus fatigatus in istum Regium Senatum revocavit. Ex tanto Viro, & Victoria Astorga, nobilissima Foemina hispana CC.VV. Tu, & Mucius orti, tot tantarumque gentilicium laudum successores: ille divinarum rerum scientia, & morum sanctimonia spectatissimus, primum Ecclesiae Neapolitanae Canonicus Cardinalis, deinde Rom. utriusque Signat. Praelatus, mox aliis atque aliis Ecclesiasticae ditionis Civitatibus moderandis a Pontificibus maximis Praepositus, tum ab Innocentio XII. Bariensis Ecclesiae Archiepiscopus renunciatus, & inter Solj Pontificj, quos dicunt, Episcopos adlectus, demum a Clemente XI. Hierosolymitanus Patriarcha appellatus, ordinis Ecclesiastici apud omnes eximium ornamentum: Tu vero vix justae aetatis, ingenito legum studio deflagrans, M.C.V.Judex, aliquanto post Sac. Neap. Consilj Consiliarius a Carolo II. creatus; tum a Carolo VI. Rege, & Caes. AErarj Quaestor jussus; demum in istum Supremum Senatum cooptatus, in quo amplissimo ordine, Annonae Praefectus, latrociniorum summus in Regno Quaestor, publicarum necessitatum rationibus Praefectus, & ferme quadraginta Collegiorum, & Corporum extra ordinem Judex; in omni ista tua publica vita sanctimoniam, probitatem, justitiam excolere ab omnibus praedicaris. Quibus in rem Neapolitanam singularibus meritis, merito Tibi, & tali Viro, & tanto Patri, meo tum communi, tum certo obsequentis animi testimonio hoc Typis recusi Cujaciani Corporis volumen do, dedico Vale.

INDEX ALPHABETICUS TITULORUM, QUI IN PARATITLIS JACOBI CUJACIJ IN LIBROS IX. CODICIS JUSTINIANI

Reperiuntur.

A



De-

TITULORUM.

D

E

F

G

H

I

O

P

Enar-

R

S

Enar-

TITULORUM:

T

INDEX ALTER ALPHABETICUS
TITULORUM.
A JACOBO CUJACIO
EXPLICATORUM
EX LIB. X. XI. & XII. CODICIS
JUSTINIANI.

Index Alphabeticus

G

H

I

L

M

N

O


P

Q

R

S

Su-



INDEX ALPHABETICUS LEGUM A JACOBO CUJACIO EXPLICATARUM EX LIB. X. XI. & XII. CODICIS JUSTINIANI.

A

B

C

L. Cle-

D

E

L. Exa-

L E G U M:

L. Li-

L. Om-

Index Alphabeticus

R

S

L. Si qui

T

V

INDEX TITULORUM QUI HIS QUINQUE FEUDORUM LIBRIS CONTINENTUR.

TITULI PRIMI LIBRI.

TITULI LIBRI SECUNDI.

TITULI LIBRI TERTII.

TITULI LIBRI QUARTI.

Do-

Index Titulorum.

LIBRI QUINTI

CONSTITUTIONES.

F I N I S.

NOBILISSIMO VIRO,

LONGEQUE OMNIUM JURISPERITORUM PRÆSTANTISSIMO

D. PAULO DE FOIX,

CONSILIARIO SANCTIORIS INTIMIQUE

CONSESSUS CHRISTIANISSIMI REGIS:

JACOBUS CUJACIUS S.



PERABAM paucis diebus, in Digesta, & in Codicem me Paratitla absolvere posse; idque perfectis Digestorum libenter susceperam, ut me putabam debere præstare. Verum ubi ad rem aggredi, & me accingere cœpi, sensi operosiorem esse, hominisque diligentioris, quam ipse sim, planeque cœpto destitissem, nisi me tua auctoritas deterruisset, qui non cessasti ab eo die, quo quid in Digesta præstitissem, cognovisti, urgere, & efflagitare, ut idem auderem in Codicem: quod & feci vix tandem magna ex parte, ut vires meæ tulerunt, an etiam ut exigebat officii mei ratio, non alium quam te judicem fero. Quidquid id est, certe spisso admodum lentoque, & fastidioso satis studio, ac labore perfeci, nec ullum unquam mihi contigit onus sustinere gravius: cætera quæ ante pertuli non pauca, qui à pueritia otiosum diem nullum vixi, cum isto collata, curæ mihi laborive nullo fuisse videntur. Causa in me, si forte non in re ipsa, vel id quod languescat sensim vis illa animi, & ingenii solertis, ac cupitalis, quæ viguit in me dudum, vel id quod jam ingravescens ætas atque causaria sibi placet magis in respondendo, adsidendo, docendo, quam in scribendo; sed ex his utruncumque sit in me, quod causam difficultati, & moræ dederit, res ipsa tamen profecto multum, vel dicam plus mihi negotii, & molestiarum exhibuit. Quid, inquies, nunquid non & in Digesta tantundem? Imo vero longe minus. Juris enim quam Constitutionum facilior cognitio, & tractatio est: illo continentur leges, edicta, S. C. certa & Jurisprudentum interpretationes atque responsa maxime inter se congruentia, aut repugnantia, si qua sunt, ita disposita, ut quæ prævaleant non sit obscurum. Constitutionum vero quasi incertum jus est, varium atque multiplex, & perdifficile igitur; & si perdifficile, pœne captu impossibile, ut nostrorum verbo utar, nisi scilicet (recensebo laborem improbissimum) quis perdidicerit, ut subinde libidine principum id mutatum, & perturbatum fuerit, quid illis placuerit primum, quid deinde, quid postremo, quidve in Republica ante illos obtinuerit, quid quaque ratione post illos, modo inductum, modo intermissum, mox reductum, rursusque intermissum, aut abolitum fuerit: & quid Justinianus postremus omnium quorum quidem placita hic liber habet (nam & alii post secuti sunt, quibus Justiniano, quod placuit magna ex parte displicuit, cujus etiam varietatis, & inconstantiæ rerum ἀναθεώρησις perquam necessaria est) quid, inquam, Justinianus tandem effecerit Constitutionibus multis, quibus hunc librum sparsit, quid his quæ hunc librum consecutæ sunt, sane omnibus omni juris scientia refertissimis, adeo ut qui earum teneat vim, originem, atque processum, hunc ego facile sim habiturus pro doctissimo Jurisconsulto, ac pœne pari Triboniano ipsi: quo ego tandem cognito pondere earum Constitutionum, quas suo Imperatori eum persuasisse certo certius est, mihi gaudeo, quod cognoverim eam ætatem non tulisse excellentiorem in jure civili, quod utique & sine illius ope curaque prorsus intercidisset. Denique ita censeo, Codicis majus esse opus, majusque negotium, vel quia eo quem Digesta requirunt orbe, eo instructo, eoque, ut ita dicam, supellectile rerum ac disciplinarum omnium quantumvis licet magna, exigat longe majorem: frustra enim Codici datur opera, nisi & Digestorum, & alia pleraque adminicula suppetant, cum tamen Digesta Codicis adminiculo nequaquam indigeant: ex quo palam est, quam mihi fuerit negotiosa ista provincia: quod etiam abunde coarguit opus, vel ne quis succenseat opusculum tribus postremis libris imperfectum, in quos, præter quæ edidi jamdudum, superest aliquid quod desideres, & desiderem etiam ipse, quod ad titulorum rationem attinet, sed malui quasi interjungere veluti jam longo labore defessus, quam te diutius expectatione suspensum detinere, id quod residet, ubi paulisper adquievissem, sperans me daturum, & vero daturum, si jusseris, altera editione. Idem quoque magis coarguunt uberiora Paratitla isthæc, quæ feci, quam priora, non alia quam rei subjectæ pondere, & gravitate compulsus: quodque si hæc attente legeris, senties me quorum beneficio opus texeretur splendidius, multa scrinia resignasse, pervolutasse, pertentasse, perquisisse multa, excogitasse, adinvenisse, & nescio unde ex abdito eruisse plurima, jus civile ornatius illustriusque fecisse non minorem in modum, brevi quidem, sed pura aptoque libella, quippe cum nec in eum ex lamis lustrisve quidquam intulerim, sed ex liquidis tantummodo fontibus juris, & decoris optimorum veterum studiis, non ἐκ τῶν συγκλύδων, καὶ τῶν συρφετῶν scriptis, quibus plerumque aliud agitur, quam quod ipsi agunt legum auctores, non ex cathedrariis recitationibus, quibus etsi fateor studiose audiendis multis multum adolescentem me sumpsisse temporis, quod & adolescentibus suadere soleo pariter ut faciant, illud subinde Theonis iterans, τὴν ἀκρόασιν τὴν ἐκ πολλῶν ἀναμιγνύναι, τὰ μετὰ πόνου τοῖς ἄλλοις εἰργασμένα ἑτοίμως ἀναλαμβάνειν, tamen modo nescio qua mihi contigit, ut parum illis, aut nihil proficerem. Unum è multis quos audivi Ferrerium excipio summum, & admirabilem Jurisconsultum, quo nemo publice docuit, vel docebit unquam, ornatius, subtilius, facilius, fideve, & diligentia majore, nemo qui audiverit, dicet secus: hujus ego acroamata, & recitationes aliquot de servitutibus, de lege Falcidia, de legatis, de eo quod interest, ut L. Crassi orationes de lege Servilia sibi M. Tullius ait, sic mihi semper prædicabo fuisse magistras, nec si essent in manu, alio hodie in meis studiis rectore uterer libentius, amisisse me eas improvidum, ut ne linea quidem apud me supersit, pudet, pigetque, & dolet sæpenumero mediis vigiliis hanc mihi non allucere facem, nec alluxisse etiam, scripta mea quod produnt nimis. Cum vero in hoc opere, qua dixi ratione versatus sim, si tuo judicio, vel ingenii, vel curæ saltem testimonio aliquo egi me non indignum, ju-

diciis

diciis aliorum non valde pendeo : tibi uni satisfacere, tibi uni placere, & nobilium adolescentum, quibus adsum, commodis utilitatique servire, vel potius tibi singulo placere satis habeo, tibi enim numquam placuero nequiequam; illorum utilitati quo minus serviam, ut cupio, ut conor, parentum quorum in imperio sunt, præpropera festinatio, & cæca ambitio facit, qui eos antequam sui judicii sint, & his literis instructi, sine quibus jus civile percipi non potest, ad nos ea lege atque ratione transmittunt, ut mox vixdum sentientes gustum disciplinæ nostræ, ad se revocent, & rudes atque impolitos, ne dicam imperitos, in forum vel curiam impellant, quo genere, ut imiter Diodorum idem de sapientiæ studiosis quibusdam conquerentem: οἱ πολλοὶ ἀπαρασκευοι προσιόντες, περὶ πολλοῦ τῆς νομικῆς ἅπτονται, καὶ μέχρι τινὸς φιλοπονήσαντες ἀπίασι, περισπασθέντες ὑπὸ βιωτικῆς χρείας. Cur vero tibi potissimum placere cupiam, multæ sunt & magnæ causæ: placuero omnium non modo, qui sunt, sed eorum etiam à jure condito auctoritate Justiniani, qui fuerunt, in eo jure facile principi, & omnium juris studiosorum patrono, & amico magno, placuero homini, ut generosiss. sic sanguine edito omnium Galliæ procerum nobiliss. & pro sua integritate, ac sapientia, quam cum illustri nobilitate convenienter sociavit, atque conjunxit, à regibus nostris jure, & merito omnibus rebus ampliss. atque honorificentissimis ornatissimo: & hoc si mihi Deus dederit, nihil est cur morer me, si qui mortales felices sunt, felicibus inserere: & ut non dederit, tamen, quem omnes quotquot juris studiosi sumus colere, & venerari debemus, tanquam principem, & patronum parentemque communem, quod complures alios non ignoro in sua causa sensisse, in mea mirifice sum expertus, æquum est ei nos omnes omnia nostra studia, omnia summa devovere atque deferre: quid cessamus? quid cessavimus tamdiu? quis nos ante tenuit torpor? equidem incipiam te auspice, tametsi sero, si non injucunde acceperis, si non improbaveris, non tamen infeliciter: tua approbatio pensabit omnem culpam: tui autem nominis, cui hoc consecro, amplitudo & gloria, ut spero, cæteris commendabit donum. Gentile nomen dico, cujus memoriam conservant literæ, & monumenta vetustatis, concelebrat etiam hodie sermo hominum quasi recentem non multo secus, nempe ut saltum Pyrenæum, ut totam fere Novempopulonam Narbonensemque provinciam semones illi strenuissimi, unde profectus es, patres tui atque majores, virtute imperioque suo summo rexerint diu summa cum laude, ut immortalem sibi posterisque suis gloriam debellandis, & subigendis hostibus compararerint, ut aula eorum quandoque frequentior fuerit, quam ea ætate cujusquam regis, aut principis. Gentili etiam proprium adjungo, clarissimum ingenio acerrimo, quod contulisti ad summam juris civilis, & perfectam cum sanctæ, & privatæ, tum etiam publicæ, & domesticæ disciplinæ, & antiquitatis alienæ nostræque, & terrarum descriptionis, & omnium bonarum artium scientiam, illustrissimum animi virtute, vitaque incorruptissima, illustrissimum multis legationibus, veluti Romana, Anglica, Scotica, Veneta pro Rege regnoque sæpius iteratis, multis honoribus, ministeriisque publicis maxime tuendæ pacis, cujus semper auctor fuisti constantissimus in tumore, motuque vesano multorum magnorumque medius, & in ea quoque re hodie totus es. Spero & certe confido huic operi, quod conspiciatur omnium oculis, fœneraturam luminis strictiuram aliquam tantum tanti nominis splendorem, cui adjunctis interim in vicem fidemque trium postremorum tribus semper currentium Observationum libris XVIII. XIX. XX. Id omne summisse suspendo, obsecrans pro tua bonitate, ut boni consulat bonum animum, nec fallas opinionem, quam semper habui de te, nihil à me posse proficisci, quod per tibi gratum non sit. Vale Avarici Biturigum Id. Mar. M. D. LXXIX.

CARO-

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS

LECTORI S.

PARATITLA Cujacij in novem libros Codicis, exquisita quæque ingenia, velut opus absolutissimum laudant, & prædicant: hæc enim scripsit jam senex, & cum jure meritoque principem locum inter juris interpretes sibi vindicare poterat: unde stilus ejus concisus, & brevis, qualis esse solet ætate jam affecta, & eruditio latens, negotium ita plerisque facit, ut si quando mentem ejus perceperint, magnum se fecisse arbitrentur. Sed & ipse non indoctis se se scribere dictitabat, ut olim Gaudentius Philosophus: ἀείδω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

In Introductione harmonica.

Indoctis non canto, procul, procul este profani.

Ea re cum cæteris Cujacium antistare non ipse modo cognoverim; sed & omnes qui in Jurisprudentia bene subactum ingenium habent, idem sentiant, rem non ingratam facturum me existimavi, si quantum potest, studiosis adolescentibus heic præirem, præmonstraremque vias discendi, ac intelligendi. Ardua quidem rea est, & quæ hominem haut vulgaris eruditionis desideret, sive legum capita notanda, sive interpretum præcipui sententia ubique aperienda, sive denique verba ejus à vulgari consuetudine romotiora, interpretatione adjuvanda sint. Sed quod ingenia feliciora nullo, vel exiguo labore peragerent, id nos assiduo, & improbo studio, ac diligentia forte an assecuti sumus. *Nihil est, quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura.* Τοῦτο καὶ ἅμα τὸ Συνεργετικὸν λογιζόμενος, ὡς τὸ Θεοῦ συλλαμβάνοντος, πάνυ εἰκὸς ἢ ἐπὶ τέλος ἡμᾶς τῆς σπουδῆς ἐλθεῖν. Enarrationes autem in libros novem ad finem tandem deduaimus, ut nunc integer prodeat, & sine membrorum damno partus hic ingenji nostri. Ipse quidem Cujacius Paratitla sua plenius interdum in Recitationibus ad Codicem interpretatur, ut alterius opera, & explanatione egere non videantur. Neque tamen rerum æquus arbiter ibit inficias, operam nostram haut futuram ἀνόνητον, & sine fructu. Ubi Cujacius interpretem non desiderat, prælucetque sibi, lucem luci non addimus. Ubi silet, vel subobscurus esse videtur, ibi quædam addimus, & faculam nostram ei allucere volumus. Sed & auctorum nomina, vel legum capita, quæ Cujacius omiserat, ipsi exhibemus, non quod illum eo nomine culpemus, sed quod hæc nescio quomodo legentis animum magis expleant. Jam ipsos juris interpretes, qua Latinos, qua Græcos, qua editos, qua ineditos per quos profecit, fortasse nosse tibi non erit inutile: vel enim ipse eisdem auctoribus uteris in jure reddendo, respondendo, vel interpretando, quibus vir maximus solerter utebatur: vel certe ipsos consulere tibi volupe erit. Denique hoc egimus, ut stupenda Cujacij lectio, prudentia summa, & eximia doctrina omnibus nota esser. Erunt fortasse, qui putent quædam in hoc Cujacij opere notanda, quæ tamen nos ubique secuti sumus, quasi religio fuerit ab ejus sententia abire. Verum si non vitio malignitatis humanæ, sed quod viro magno aliquid exciderit, arguant, meminisse debebunt, Θεοῦ μόνου εἶναι τὸ ἀνεπίληπτον. Imo rectius hoc dicetur παρόραμα, quam ἁμάρτημα, ut de sententia quadam Eudoxi, & Arati haut probanda scribit Ipparchus Bithynus. Postremo, Lector candide, latere te non debet, beneficio V. C. doctissimique D. Pugetii Senatoris Tholosani ad nos pervenisse Notas quasdam in Cujacium Petri Fabri Saniorianі, viri omni doctrinæ genere præcellentis, quas luce dignas mecum censuerunt viri non indocti. Alia ei interdum sedet sententia, quam Cujacio nostro. Cujus sententiam magis sequaris, tui, Lector, erit arbitrii: Ego quid existimem heic in medio relinquo: interpretis enim officio fungi volui, non censoris. Sunt & apud me nonnullæ in alia Cujacij opera ejusdem Fabri Notæ, quibus nec te fraudabo, si hanc Notarum veluti delibationem non improbari cognovero. His igitur fruere, Lector, & fave.

Seneca.

Eutocius in Archimedem περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου.

Asterius homil. 5. In Euclid.&Ar. Phænom. libro 1. p. 8.

GRÆCARUM
DICTIONUM

Quæ continentur in hoc Secundo Tomo Operum Priorum, Pars Prima & Secunda.

INTERPRETATIO
HACTENUS DESIDERATA.

PAg. 1. παλίμψηστον; palimpsestum.

pag. 2. ὅσα φυλακῆς, quæ servatu digna duxerunt; in tabulis condiderunt.

pag. 3. ἐν παντὶ, in omni junco calami, & papyri.

pag. 4. τόμος. χάρτης, tomus. codex. charta.
παλίμψηστοι, palimpsestum.
βιβλίον παλίμψηστον, libellus palimpsestus.
ἢ ἐν ἐλεφ. vel eburneis plicis. codicibus.

pag. 5. ἐν τοῖς ἐμοῖς, in meis scriniis.
ἐκ τε τοῦ τὰς, ex eo, quod legum disputationes, & decisiones continent.
διατυπώσεις, decisiones. disputationes.
διατυποῦν, disputare de legibus.

pag. 6. ἀναπληρώσεις, repletiones.
ἑλληνικ. græco-barbaro.
παράτιτλα, paratitla.

pag. 11. κατὰ πάντα, ex omni substantia; & voluntate dissimilem esse patri filium.
τὸν μονογενῆ, unicum Dei filium.
ἕνα, unum sanctæ, & consubstantialis Trinitatis.
ἐνανθρωπήσεως κυρίου, inhumanationem Domini.

pag. 12. παρθενομήτορος, virginis matris.
ὁμοούσιον τὸ τῆς αὐτῆς, homousion unius ejusdem substantiæ, & virtutis, qui æque incommutabilis est, ut homo hominis, angelus angeli, animans animantis, flamma flammæ.
ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, consubstantialem patri.
ἐπεὶ καὶ τῶν πατέρων, quando patrum quosdam disertos, & illustres episcopos, & scriptores novimus in patris, & filii theologia, homousii nomine utentes.

pag. 13. τὴν ἡμετέραν, nostram salutem.
θεοτόκον. χριστοτόκον, Deiparam. Christi genitricem.
θεοτόκον. θεομήτορα. θεογεννήτορα, Deiparam, Dei matrem, Dei genitricem.
καὶ ἀῤῥείου, & Arrium, & huic similes, promulgans, ac jubens, Porphyrianos ipsos vocari.

pag. 14. Πρῶτα, Primum Deus, postea verbum; & una cum ipsis spiritus.
τουτέστιν, hoc est, qui ex ore ipsius.

pag. 16. ῥαβδούχους, rabduchos, virgas ferentes.

pag. 17. ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως, in Dominico (templo) urbis.
ἐξέβαλον, ejeci ex homacio, ecclesia.
ὁμακιόν τι, homacium (conventum)

maximum constituentes.
τότε ἐγὼ, tunc ego in martyrium abire volens.

pag. 18. ὅτι κελευόμενοι, quod jussi pejerare, omnia patiuntur, ut veritatem aperiant.

pag. 19. δεῖ τοὺς οἰκονόμους, oportet Oeconomos Constantinopolis singulis mensibus, vel in longius duobus, rationes apud Arcarios reddere.
φροντισταὶ, phrontistæ.
μονομερῶς, una dumtaxat parte præsente.
ὁ φόρος, tributum corporis, tributum Capitis.

pag. 20. ἴσως, fortasse.
κειμήλια, cimelia.
παροικικῷ, colonario. libellario.

pag. 21. ἐν διαπραγμᾶσι, in gestis.
σύμβολα, Episcopi symboli, & ecclesiæ corona.
κοπιῶντες, laborantes in sermone & doctrina.
μοναχικὴ πολιτ. monastica politia.
μοναχικὴ φιλοσ. monastica philosophia.
νοσοκόμων, eorum quibus valitudinariorum cura est. γηροκόμων, quibus senum cura.

pag. 22. ὁ πτωχ, qui inopum curam habet.
χωρεπίσκοποι, Chorepiscopi, qui nunc dicuntur Exarchi.
περιοδευταὶ, circuitores.
ἐκ τοῦ, ex eo quod circumeant, & reficiant fideles.
πελεκυφόρος, bipennifer barbarus.
ἐπίσκοποι, episcopi.

pag. 23. ἐπίσκοπον, episcopus.
ἤκουσεν πῶς, audivit, quomodo episcopos, & Sacerdotum Principes, Patres fidelis sermo appellare consuevit.

pag. 24. σύμβουλοι, Consiliarii episcopi.
σύμπονοι, adjutores Episcopo dati.

pag. 26. τῶν ὀρφανῶν, orphanorum curam habentes.
μοναχὸν αὐτὸν, monachum ipsum detondens cum Theophane Tichiota, & Paulo, qui orphanorum apud eos curam habebant.
ὀρφανοτροφεῖον, locus, in quo orphani aluntur.
πτωχοτροφεῖον. πτωχεῖον, locus in quo pauperes nutriuntur, pauperum hospitium.
πολλὰ, multa largiebatur ecclesiis, & pauperum hospitiis.
πτωχοτρόφοι. πτωχοτροφεῖα, pauperum curam habentes, pauperum hospitia.
ξενοδοχεῖα, Xenodochia.
ἐν πρὸς πάντας, ædes ad omnes hospit-

Interpretatio hactenus desiderata.

ἀγελοῖ, rusticum enim neque jura bene doctum neque leges.

pag. 58. ἀντιγραφαῖς, exemplis.

pag. 59. ἀνδριάντων, statuarum reformatio, extructio.

τῶν δίας, summum studium affectantium, imaginibus publicis adorari reges.

pag. 60. βωμὸν σωτ. aram salutis, & in nostris statuis antiquitas posuit.

βωμὸν ἐλέε, aram misericordiæ.

παρ' Ἀθηναίοις apud Athenienses quædam aræ salutis sunt.

ἀρχὴ δευτέρα, secunda potestas post sceptra.

pag. 61. τῆς αὐλῆς, aulæ præfecti.

ὕπαρχοι, Regiæ aulæ præfecti.

pag. 61. κορυφαία, eminens potestas, excelsa.

δευτέρα δὲ, secundo autem post regem decernenti.

τὸν τῶν μειζόνων, deligens majorum magistratuum principem plurimis gentibus imperantem.

διοίκησιν τὴν πολλὰς, diœcesim, multas præfecturas, provincias, in se continentem.

ἰλλυρικὸν, Illyricum est illius partis extremum, quæ nunc Bulgaria nuncupatur.

pag. 63. ὕπαρχον, Præfectus regiæ Urbi, Præfectus Urbi.

ὑπάρχου, Præfecti romanorum Urbi viri primas partes gerentis.

ὕπαρχοι, Hyparchi dicuntur, qui provinciis præsunt: eparchus vero Constantinopoli.

πόλις, Urbs, sola Roma.

μέχρὶ πεντήκοντα, post quinquagesimum, & sexagesimum lapidem.

στρατιώτης, hic quidem miles orbanicianus erat.

χοιρέμποροι, sues ementes, & veodentes.

pag. 64. ἄρχων, princeps militarium numerorum constitutus est.

στρατηλάτην, magistrum militum hunc novit Romanorum lingua appellare.

pag. 65. στρατηλάτας, magistros militum statuit, hunc equitum, illum peditum.

πλίνθον, later.

μέγαν, magnus rationum perscriptor.

pag. 66. Σαλβίον, Salvius, qui regis placitis dictandis præpositus est, quem Quæstorem vocare videntur, qui Constantini temporibus fuerunt.

τὸν ἐπὶ τοῖς, in scriptis sanctiones digerentem.

ὅς γε, qui legum condendarum potestatem habuit demandatam ab Imperatoribus, qui tunc temporis erant.

pag. 67. μέγαν, magnus rationum perscriptor.

τριστάτας, Tristatæ.

τῶν ἐν τῇ, munerum palatinorum.

ἡγέμονος, ministrorum Principis Dox.

pag. 68. τῶν ἐν τῇ αὐλῇ, officiorum palatii.

τῶν ἐν παλατίῳ, officiorum palatii Dux Celer. magistrum Romani ob primatum dicere consueverunt, & ob præstantiam.

μαγιστερία ἀρχὴ, magisteria dignitas.

ἐπιδεδώκαμεν, insuper dedimus, & Palladio, & curioso Augusti.

Φλαβίῳ, Flavio philargio, & Flavio Palladio ducenario Palatino curioso.

pag. 69. Πετρώνιος, Petronius, qui thesauris præst.

οἱ ἐπιτροπεύσαντες, administrantes meos thesauros.

κόμης, comes sacrorum.

pag. 70. ναύαρχον, navarchum, classi præfectum hunc vocant: est autem is postea & Comes nuncupatus.

κόμης, comes, dignitas.

κόμης, ἄρχων, comes, magistratus, Dux.

ἐν τῇ τῶν, in atticorum verborum collectione.

ἐπίτροποι, curam habentes purpurei coloris ex Tyro.

pag. 71. πλουτοῦντα, tunc immensis præerat Regis thesauris, qui a largitate, & copia Romana lingua nominantur; largum enim latini copiosum, & abundans vocant.

τῇ τῶν, cura regii privati ærarii.

ὁ τῶν ἰδίων, privato ærario ad Principem pertinenti præpositus.

κόμης, Comes sacrarum privatarum rerum.

κόμης πριβάτων, comes rerum privatarum.

λογοθέτης, rationum familiarium perscriptor.

κόμης τῶν, rerum privatarum comes, qui nunc rationum familiarium perscriptor.

κόμης τῶν, rerum privatarum comes, qui nunc rationum familiarium perscriptor.

τοῦ μεγάλου, magni rationum familiarium perscriptoris.

λαργιτιῶνες, largitiones duæ sunt, sacræ quidem, & privatæ.

pag. 72. πριβάτας, facultates.

τρεῖς ἦσαν, tres erant olim Principis facultates, largitiones, privatæ, & patrimoniales.

pag. 73. ξ ὅν, & in Cæsaris Præfecturas, & administrationes Cæsar mittit.

ὁ δὲ κόμητα, qui comitem orientis creavit: hæc autem dignitas exigit, ut qui eam consecutus sit, omnibus Orientis provinciis recte præsit, & iis, quæ aliter ac opus erat, gesta sint, moderaretur.

pag. 74. τὸ κοῦφον, morum levitatem.

ὕπαρχος, præfectus Ægypto. τῆς Αἰγύπτου, ægyptum regens.

Αἰγυπτίων ἄρχων, Ægyptiis Imperans.

Αἰγυπτίων ἀρχὴ, Ægyptiorum præfectura, & imperium.

ἐπίτροπον, Curator Alexandriæ. ἡγεμὼν, dux Ægypti.

ὕπαρχοι, præfecti Alexandriæ.

pag. 75. διὰ τοῦ, per Thraciæ Vicarium pietati tuæ scripsi.

ποντικοῦ, Ponticæ provinciæ rector.

δευτέραν, secundæ Cappadociæ metropolis Tyana, & tertia mœsieissus; Cappadociam enim quæ una erat, in duas diviserunt: post deinde in tres: hæc autem mœrente D. Basilio effecit Rex Valens.

pag. 76. βικάριοι, Vicarii Præfectorum prætorio.

pag. 78. τί γὰρ, quid enim responderunt Pilato Judæi: dixerunt, nobis neminem licet occidere; manifestum igitur, quod secundum Romanas leges responderunt, non licere ipsis occidere.

ἀχλεῖν, ξ, premere, & urgere Præsides in publicis vectigalibus exigendis, quin imo, & horum officialibus præsto

sto esse in tributis colligendis.

pag. 79. μηδένα, nemini in ea gente, unde originem ducat, licet imperare.

pag. 81. πραίτωρ, prætor popularium.

ἡ στρατεία, militia custodum nocturnorum.

pag. 81. τὸ παλαιὸν, olim in quaque provincia duo mittebantur archontes, unus quidem miles, sive Dux, alter vero Judex. Dux quidem militibus imperabat, super rebus ad militiam pertinentibus judicans, sive propriarum hypotheseon.

διὰ στρατιωτῶν, per milites.

ὧν, quorum quidam erant comites, alii tribuni, alii principes.

pag. 83. σάβανα, sabana.

λοῦσον, lava equum, & absterge sabanis.

τῇ δὲ ἕκτῃ, sexta quidem hora educens è stabulo lava, & absterge sabanis.

ἦν δὲ, erat autem privatum (.i. balneum) in media via; & quidam ex Sacerdotibus ingressus in privatum (.i. balneum) ut ablueretur, suffocatus est.

pag. 48. εἰ δὲ πολλάκις, at si pluries accedat quis dicens, ille rem detinet ad fiscum pertinentem, vel hereditatem ipsi delatam, hunc & admitti ad accusandum usque ad quinque libras fidejubens, ipsum negotium prosecuturum, & vera nunciasse probaturum.

pag. 85. Ἰησοῦ, Jesu Christi crucifixi sub Pontio Pilato, qui Judæam curabat, in Judæa procurator erat.

ἡγεμονεύοντος, procurante.

pag. 86. ὅταν, eum adsit Prætor (Judex) adjutorem adsessorem sibi adjungit.

μηδέποτε, nequaquam, sine Judieibus, adsessores (adjutores) judicent, illorum nomina ponentes. βουλοφόρον, consiliatorem, prudentem virum.

ἐκ τῆς, ex eodem officio debent esse.

pag. 87. τούτους, hos ex cancellis fori adnominare, & ex cura, quæ in his adhibetur, mos Romanis est.

τὰ ἐκ, quæ ad leges pertinent.

ὁ τότε, tunc qui Palæstinæ præerat; hunc assumens, illico invitum solum ex collegio separatum huc duxit, adjuvantem & labores simul ferentem eum gentis illius Præside (judice): juris enim consultus erat, & est adhuc fortasse.

σύνεδροί τε, adsessores, & consiliatores.

πάρεδροι γὰρ, adsessores enim dati sunt junioribus, qui nunc vocantur syncathedri.

σύνεδροι, ϗ, adsessores, & participes sententiæ in judicio latæ.

pag. 88. σεκρέτον δὲ, secretum autem, ut populi judices, & habens, & nominans.

σεκρέτα, secreto judiciorum.

κιγκλίδας, fori cancellos.

ἔξω δὲ, extra fori cancellos exiens, & stans super tribunal, hæc fari cœpit.

δρύφακτοι, septa, fores judiciorum, sive cancelli.

καπιτὸν, capitum, pabulum brutorum;

pag. 89. σκεύη, vasa itineri deservientia.

καπιτὰ, capita, jumentorum alimentum.

σημαίνει, significat autem funiculus jumenti, quod circa os obvolvitur, capistrum.

δηλεγατίων; delegatio, secundum Romanos mulcta transmittendi frumenti, & annonæ transvectio.

ἀλλὰ, sed per bellum motum, delegator statuebatur in urbe, & bello cessante, auferebatur & delegator.

pag. 90. Ζημιοῦσθαι, mulctari substantiam.

pag. 91. εἶδος ἦν, species erat judicum in Asia tenuiorum, minorum, Agoræi, qui pauperibus, & plebeis hominibus judicant: ideo Agoræi, populares vocabantur, ut sunt defensores uniuscujusque urbis: Proconsules vero divitum, & criminum causas cognoscebant.

pag. 95. εἰς δικαστήριον, in judicium vocare.

ϗ αὐτοὶ, & ipsi ad judieia vos trahunt.

ἕπου, sequere scelestè in judicium. A. ne me agas.

pag. 96. κατ' ἐξαίρετον, per excellentiam.

πρὸς διαστολὴν, discriminis gratia.

pag. 97. γυμνὸν, nudum, solum.

πρὸς διαστολὴν, discriminis gratia.

ψιλὸν, tenue, nudum pactum est, &

εἰρηνική, permutatio cum pace facta.

pag. 98. φιλική, amica decisio.

τὸ τῆς, incertus finis litis.

φιλική, amica concordia.

pag. 100. ῥήτωρ, orator.

pag. 102. τὴν τοῦ, ærarii linguam.

συνήγορον, advocatum ærarii.

φισκοσυνηγόρους, fisci advocatos.

φισκοσυνήγορος, fisci advocatus.

φισκοσυνήγορος ὁ ταμ. fisci advocatus, ærarii advocatus.

Ζωσίμου, Zosimi advocati fisci.

ὑπομνηστικὸν, memoria.

pag. 103. πληροῦσθαι, supplere quæ deficiunt.

περὶ αἰτιῶν, de causis, per quas infamia alicui non irrogatur.

pag. 104. αἰσχρὸν, turpe est æs alienum defraudare.

pag. 105. τῶν συνηγόρων, advocatorum.

ὑπὲρ, super domesticis negociis judicans.

pag. 106. χαλεπὰ, difficilis, & dura lis est cum hominibus potentioribus conferri.

ἄφρων, amens est, qui adversus potentiores contendere velit.

pag. 108. ἐπιφημίζειν, jactare, nomen prætendere.

οὐ λέγει, non dicit, ut sententia adversus ipsos feratur, sed ut communi, ne publica sententia indignus habeatur: sponte enim vult hujusmodi personas dedecore affici. In injustis quidem causis, quando nulla pœna adficitur, si tantum dixerimus ipsum causa cadere, tunc locus adversus ipsum continuæ ad metallum pœnæ: si autem quis juste litigans tale quid egerit, cessat quidem metalli pœna, punitur autem id faciens, ut causa cadat.

μολίβδῳ, plumbo undique constrictus; hoc est cervicis ligamina ferens, sive plumbatis cœsus.

pag. 109. βῆλον, velum, pavimentum portæ:

ὅτιον, similiter eum forte in ingressu agri tabellam ponet, sive scutaria, sive quid aliud hujusmodi, & ibi scribat, ager hic Augusti est, magni familiaris; vel regium in agro velum suspendat, ut existimetur regium illum esse.

εἰκόνας, imagines, vel characteres regios;

βῆλον,

Interpretatio hactenus desiderata.

βῆλον, velum, sive cortina.
τὸ πρὸ, velamen, quod pro foribus habetur.
pag. 110. ἐντυπῶσαι, formare quidem est, annulo, sive signo ipsius consignare in cera.
pag. 111. ὅτε βούλεται, cum voluerit, cessat.
pag. 112. ἀκούσιον, invitum, tyrannidem voluntatis.
pag. 113. στραγγαλιάς, obligationes violentorum contractuum.
pag. 114. τῷ μὴ, iniquo.
κακοήθη, malis dolis ornata.
καλὴ, bona, & laudanda malitia.
pag. 115. ἀκμὴ, ætas matura.
pag. 119. ὅρκια, juramenta extimescentes, significabant autem manibus.
pag. 120. σὺ δὲ γιν. noveris quidem, quod & corporaliter jurans minor, & sua negotia firmans, in integrum restitui potest, & illa revocare: Rex enim hic ad minorem id dicere videtur, quod possis quidem adversus tuam confessionem, & jusjurandum restitui; ad id tamen te hortari nolo, ne fiam perjurii, & perfidiæ auctor.
μεγάλην, magnum autem dijudica detrimentum, cum in minimum omnino pretium divenditum sit, ut nec ad dimidium justi precii sufficiat. Pone autem, quod sicut lex fieri pignorum venditionem definit, & pignus minoris distractum sit, vel quod conventum fuerit, a creditore vendi; etenim nisi hoc modo distraxerit, venditio firma non est, & venditio penes minorem manet.
pag. 121. τυχὸν γὰρ, fortasse enim liberatum servum habuit actorem, ac administratorem rerum suarum, & omnem substantiam ipsius in manibus habentem, & negotia gerentem, & ipsum plurimum adjuvantem.
pag. 122. ἀπαρτισμὸν, consummationem.
τελεσμὸς, perfectio, finis, determinatio.
pag. 127. βέλτιον, satius in ipso initio prospicere, ut cum adeo præstantes non sint, remedium adhibeatur, quam mederi postremo.
ἀρχῆς, initio sanari potius est, quam postremo.
pag. 128. ἀπογραφαὶ, tabulæ, professiones patris.
παίδων, in pueris probandis, verenda licet aspicere.
τὴν τοῦ, tempus nuptiis conveniens, vel non conveniens, judex adspiciens judicet, nudus quidem mares, fœminas vel nudas ad umbilicum usque intuitus.
pag. 129. οὔτ' ἐφηβεύσαντα, nec pubescentem.
pag. 130. πρὸς διαστολὴν, ad discrimen.
pag. 132. ἑλκύσαι, trahere ausus sit.
pag. 133. ὁ τοῦ νέου: minoris generalis curator nomine ipsius minoris petere restitutionem non prohibetur.
pag. 134. χάριν τυχὸν, fortasse regis custodiæ gratia, quos hodie, ut existimo, stationarios vocant.
τυραννίδος, tyrannidis finis custodia, sive quæ dicuntur stationes.
pag. 135. οὐ μὴν, non quidem in venditionis tabula contentum; multoties enim quidam pauca dantes in venditione arte, ac dolo quodam, plura adscribunt in instrumento emtionis.
pag. 136. συναπτῶς, continue, & non interrupte servatur.

pag. 140. ἐν δ' ἀγῶνι, ex certamine quidem erat controversum & patri, & hospitibus: at ipsi permiserunt ambo, ut suo judicio moderaretur.
pag. 145. δῶρα, munera, quæ libere super omnibus dantur.
τὰ ἐν, munera in sportula data.
ἐπίδοσις, datio supra leges, donum.
τιμὴ, honor, quod pro advocatione datur.
σπόρτουλον, sportula, usuræ.
pag. 146. δικασταὶ, judices tenujorum litium.
pag. 147. οὔτε ἐκεῖνος, nec ille, cui demandatum est, cogitur delegationi parere.
pag. 148. οὐ γὰρ, non enim judex sua ipsius judicare potest, sed quæ aliorum sunt.
αὐτομάτως, sponte. δι' ἑαυτοῦ, per se ipsum judicari.
pag. 149. ἀπρόσωπος, sine persona est.
ἐὰν, si prævenerit libellum dare suo adversario, ad finem usque procedere debet, & adversario suo per judicium abolitionem, & liberationem denunciare.
pag. 150. μονομερῶς, una duntaxat parte præsente, pl. ead. pag.
μονομερὴς, petitio unius partis.
πάντες, omnes.
pag. 151. αἱ ἀρχῇ, lites initium sumentes in judicio ex contradictione.
μονομερῶς, una duntaxat parte præsente.
δευτέρα, secunda confessio.
pag. 152. ἀναβολαὶ, dilationes non erant, sed quod futurum, erat & directum in suspectum tempus.
pag. 153. ἄπρακτος, feriata dies, in qua lis non persequitur.
pag. 154. ἡ βασιλεία, Regia potestas dignitatum dignitas, sublimitatum sublimitas.
pag. 155. γνῶναι, cognoscere, judicare.
ἐπειδὴ, quoniam absurdum est, hujusmodi personas itinerib. vexari.
pag. 156. μιαρὸς, scelestus.
ὀρφανὸς ὁ γον. orphanus, qui genitoribus destituitur.
ὀρφανὸς ὁ μὴ, orphanus, qui parentes non habet.
κομιτάτον, comitatum, locus in quo Rex degit.
ἐπὶ τὸ, in comitatum.
ταῖς ὁδοῖς, itineribus.
pag. 158. ἐν ᾗ ἐπαρχίᾳ, in ea provincia agatur, in qua res sita est, & domicilium is habet, qui de possessione contendit.
pag. 161. ζώνην, Zonam militarem.
pag. 163. οἱ ἰδίων. qui propriis curis, & negotiis occupantur, vel negotiantur, vel aliena prædia conducunt.
βῆλον. nempe quod sacra nominatur.
pag. 169. ἐξ ἴσης, & ad eos, qui intestati decesserunt, eadem æquitatis ratio extendit.
pag. 171. χρὴ πρόσ. oportet personam subesse, per quam movetur actio de inofficioso.
pag. 172. δεῖν καρτερεῖν, oportere litigatores durare usque ad judicium, unde actionem nasci contingit.
pag. 173. τὰ ἐν ἀμφ. res de quibus est controversia.
pag. 175. πρωθύστερον, quod prius collocandum, posterius positum.
pag. 177. διαίρεσις, ercitio substantiæ.
pag. 178. μόνον, solum dicens esse heredem.
pag. 180. τὰ ὁροθέσια, termini dividunt fundum a fundo confinis, sive vicini.
pag. 181. περὶ, de societate ejusdem litis.
σύνδικοι λέγονται, syndici dicuntur, quibus communis est in judicio causa.

σύνδικοι δέ, syndici, (testes) ipsi sunt Jolæ sepulchrum.

pag. 182. ἐγὼ δ', ego defensores, & syndicos veniam accipiens.

pag. 183. βαράθρου, puteus, puteo dignus.

pag. 185. φιμοί, fimi, instrumenta lusoria. fimus est, qui vocatur camus, in quem injiciebatur.

Ἰουλιανοῦ, Juliani impii, (Apostatæ) ænigma in contiludium.

Est arbor quædam regum (templorum) media. Cujus radix & vivit, & loquitur cum fructibus. Una hora, & plantatur amicis, & fructum augebit, & stringitur radicitus.

κόνταξ, conti jaculatio sine cuspide.

ἀπὸ, a Quinto quodam sic vocatus.

pag. 186. ἡ καλουμένη, quæ vocatur Pyrricha, armata chorea est.

πολεμικὴ, armata videtur esse Pyrricha; armati enim pueri saliant.

ἦν δὲ, erat autem armata chorea, & pyrricha.

καὶ τὰ, & quæ vocatur tzutra, & torneamenta.

τορνεμέντα. τορνεύματα, torneamenta.

συνάλλαγμα, synallagma quasi habitum est cum ipso, & altero.

pag. 187. καὶ οἱ μὲν, & latrones quidem quæstuarios nunc se appellant.

ταβλοδόχοι, susceptorem aleatorum.

εἰς λιθ. in lapidicinas. τὰς λατομίας, latomias potius dicebat Philoxenus.

pag. 188. Κλεοπάτρα, Cleopatra in mausoleo . . . semetipsam occidit.

ὅσια μὲν, sancta quidem & in eos, qui decesserunt pietas.

pag. 190. ἐν ταῖς, in iis, quæ circa vitam versantur.

ὅρκον, jusjurandum tutori dedit.

ἐπὶ τούτοις, super his jusjurandum præstent.

pag. 191. οἱ εὐσεβεῖς. qui pii, & superstitiosi, & jusjurandum non comedentes ut olera.

ἄξιόν ἐστι, dignum est, antequam aggrediamur Aristotelis dicta, de Sacramentis, quæ hic usui sunt, sermonem facere; sive jurisjurandi, quod defertur, ac refertur, & jurisjurandi quod de Calumnia putator, & dicitur, & ipsius jurisjurandi. Instituit judicium Petrus adversus Paulum ob debitum nommorum centum: negabat Paulus: solverat Petrus cum documentis: affirmans autem, non quidem negans ostendere debet: destituebatur agens documentis, tunc reo dicit, defero tibi jusjurandum, quod necessarium Romanis dicitur, sive postremum, quod & suppletorium, quoniam probationibus deficio; jura per Deos, centum nummos te Petro non debere, & ego, si velis, prius de calumnia jurabo. Hoc quidem non proprie jusjurandum, sed comprehendens tantum conjecturam agentis, non quidem terminat caosam: jusjurandum enim non est causæ, sed personæ. & dixero, non per divinam gratiam, non calumniandi animo defero tibi jusjurandum. Multoties, si reus voluerit: refert actori dicens, non jurabo quod a te mihi delatum, nec tu pro ipso de calumnia jurabis; sed refero tibi jusjurandum quod relatum dicitur, quoniam de calumnia jurare elegisti; sic ferme dicere debes, non per divinam gratiam, non calumniandi animo refero jusjurandum, ut adimpleatur omnino in mei animam, quod vere fœnori centum mihi dedisti: cœterum non de calumoia jusjurandum, sed quod retuli jura, quod & necessarium est, sive causam dirimens. & dixit, non per divinam hanc gratiam fœnori accepi a Paulo quos dico centum nummos, & tunc eos reddam. Cum igitur delatum sit, jusjurandum de calumnia præcedit, ideoque scribitur, & digeritur à Judice locum habens & relati. Necessarium jusjurandum dicitur extremum, sive quod defertur, ac refertur. Secundum jusjurandum judiciale, quod à Judice datur. Tertium spontaneum, quod propria ambarum partium voluntate, & consensu præstatur.

ὅτε σωτηρία, cum nulla alia salus (ratio) existit, nisi solius ex jurejurando veritatis.

ἄξετε, adduc Deos....jura perplaniciem terræ, & patrem tolle mei patris, &c. .....juro terram, & splendidum solis lumen.

ὀμνύω, juro per terram, solem, martem, minervam Hæræam, lunam, & matrem sipylenam, & Apollinem. qui in Pandis colitur, & alios Deos, Deasque omnes, & seleuci regis fortunam, manebo in legibus, quibus consensum præstiti apud smyrnæos in omne tempus.

pag. 192. πέρας ἐστίν, hoc est, ex jurejuraodo solvitur omnis controversiæ dubietas, multa enim dicuntur, & regeruntur ex otraque parte: jusjurandum autem postremum aperiens, & confirmans quæ dubia sunt omnia solvit, & decidit.

καὶ πέρας, & finis omnis controversiæ, & dubietatis ad firmanda, quæ ab ipso dicuntur, est jusjurandum.

ὅρκος, jusjurandum est ratio fidem ex seipso veritati præbens.

ὁ ὅρκος ἀληθ. jusjurandum testis veritatis est.

ὅρκῳ, jurejurando enim res confirmantur.

θεὸς, Deos scientes facit.

μαρτυρία, testimonium enim Dei est, de rebus dubiis, & de quibus ambigitur jusjurandum.

ὁ γὰρ ὅρκος, jusjurandum enim testem Deum vocat, & mediatorem ipsum, & sponsorem, super his, quæ dicit, allegat.

ὅρκοι, juramenta testimonium Deorum inducentes.

pag. 193. τυποῖ, format.

pag. 195. οἱ φιλοσοφίαν, Philosophiam profitentes, & dialecticam artem docentes, adeo contendunt de nomioum compositione, ut dicere pudeat: sufficit signo uti sermonis Chrisippi stoici, ulterius quidem non procedam, etenim neque melius ullus dialecticas artes, diligentiusque expressit, neque harmonia pejori compositos, digestosque sermones extulit.

ὑμεῖς

Interpretatio hactenus desiderata.

ἀμοιβαῖον, mutuum, alternum.

τὸ μὲν, debitum quidem generale est, mutuum autem transfert dominium.

τὸ δάνειον, mutuum non consistit, nisi alienentur nummi.

pag. 196. ἐν τοῖς, in iis, quæ usui apta sunt (in usu consistunt.)

δανειζομένοις, mutuum accipientibus inutile, adigere eos ipsos, qui dati sunt nummi, danti reddere.

εὖ μὲν, bene quidem metiri a vicino, & bene restitui.

Eadem mensura, & melius quam mutuum dederit.

μηδέπω, nummos non habentibus, pondere mutuo dabant veteres aurum, & argentum, & hujusmodi.

ἐγὼ δὲ, equidem vellem de optimis rebus, experientia potius, quam potentia præstare, excellere.

ἕκαστον, singula etenim & aliter esse possunt, omnia autem nulli.

pag. 197. τὰ ἐκ τῶν, quæ ex primordio naturæ corpus sortita sunt, sapientissime discreta sunt, neque substantiæ, unde conveniunt, neque ex ipsis quæ ejusdem qualitatis sunt deinceps duarum specierum animantibus, vel plantis, vel si quid aliud compositum ejusdem speciei videris; semper autem naturæ diversæ, vel quantitatis, vel compositionis mutatæ forma, vel specierum differentia vicissim trahente ubique similem qualitatem, & compositionem.

ἐπὶ γὰρ, in cœteris enim rebus mutuum non consistit.

δάνειον, mutuum. δανειστὴς, creditor.

pag. 201. λόγῳ, quæ ratione conspiciuntur. κενὰ, vana, & quæ sola cogitatione percipiuntur.

προχρεὼς, promutuum.

pag. 202. καταβαλεῖ, solvit quo tempore ei permittit lex.

διὰ, ob justam ignorantiam, vel errorem.

οὐ μωρὰν, non quidem per supinam, & stultam ignorantiam.

ἴσθι, id noveris (cogites) nisi supra 50. nummos exsolutum fuerit; qui enim solvit mutuo non daturus, donare videtur: supra vero 50. nummos datio sine actis & probationibus, non valet.

pag. 203. ἀκόλουθον, consequens quidem certi condictionem generalem esse, & enarrationem juramentorum ut in deposito, nunc de indebito tractare est. Sed quoniam indebiti condictio condictiones, quæ in magis propriam causam cadunt, significat, puta condictionem causa data, causa non secuta, & condictionem ob turpem causam: harum enim unamquamque condictionum si quis generali nomine dicere voluerit, recte indebiti condictionem dixerit: sin peculiari, tunc causa data causa non secuta, vel ob turpem causam dicere debet. Generalis namque dicta indebiti condictio, ubi quidem magis propriam præstitorum causam invenies, tunc in speciem eandem incidit, & magis peculiare nomen ipsi tribuit; puta dedit quis honesta causa L. C. causa non secuta, indebite quidem L. detinet qui accepit; sed quando sub causa datum sit, hanc causam generalis indebiti condictio inveniens, in eandem speciem transmutat, & est condictio causa data, causa non secuta. Idem in condictione ob turpem causam dicimus, ibi quidem non crediturus. Errans autem, & qui se credere putavit, solvens, quando magis propriam, & peculiarem causam præstitorum dicere possibile non est, jure merito in generalem indebiti condictionem manet, magis peculiare nomen non inveniens. Quoniam igitur generalis indebiti condictio multas denotat, & exprimit condictiones, jure quidem merito jurisconsultus de hac prius speciali condictione indebiti dicere incipit, & hoc pacto in ipsam recurrit indebiti condictionem.

pag. 204. τί δὲ τοῖς, quid enim iis, qui beneficia contulerint gratiam referre non est omnino justum? justum respondit.

ὁ δεδωκὼς, qui dederit scorto, non repetet, dantis enim duntaxat turpis causa est.

καπηλεύουσα, quæstum faciens de pulchritudine, & hanc mercem volentibus exponens. τῆς φύσεως, de vulva quæstum capiens.

οὕτω, sic viventes turpiter, & adversus leges, & hæc quidem amica, ille autem mœchus.

pag. 205. μίσθωμα, merces meretricis.

περὶ τῶ, de mercede meretricis.

καὶ τῆς, & Christianæ religioni.

ἐφ' ἡμισείας, in dimidio improbus.

καὶ τῶ, & pecunias dantis, & accipientis ut justitia evertatur.

εἰ δὲ καλῶς, siquidem bonam causam habens judici do, ut pro me judicet, etsi repeto, recipio, tamen delinquo judicem corrumpens, & causa cado: at si turpitudo sit dantis, & accipientis, cessat repetitio, puta cum judex acceperit, ut male judicaret. animadverte, quod licet bonam causam quis habeat, pecunias autem judici præstet, ut jus ei servet, quæ data sunt, repetet condictione ob turpem causam.

pag. 207. ἀναστρέφεται, repetitur quidem, sed non condictione furtiva.

pag. 208. ἐναντιοφανῶν, legum, quæ adversæ inter se esse videntur.

παραπλήσιον, simile huic est, quod dicitur de condictione ex lege lib. XII. tit. II. nam quoties nova lex obligationem inducens actionem non aperuerit, condictio ex lege competit.

pag. 209. ἡ ἀνάγκη, necessitas annonæ militaris effecit & petitionem ante diem.

pag. 211. σημείωσαι, animadverte, regulam legis generalem esse: id enim lege statuitur, non ut bonæ fidei sint omnes actiones, sed si forte adsit dolus, quamvis in strictis actionibus, opponitur exceptio.

ἐπὶ μὲν, in strictis quidem actionibus, nec si uterque conveniat, potest actio sua sponte solvi, sed adhuc quidem substinetur. cœterum, cum opponitur pacti exceptio in actionibus bona fide, utriusque

que voluntate, ac consensu, solvitur contractus.

pag. 213. μὴ νόμιζε, ne autem putes ex contrario hujus legis, quod uxoris dos hujusmodi officiis obnoxia sit; nam hodie in rem dedit actionem uxori de rebus extra dotem, & potest quidem uxor & cum aliena negotia fuerint, neque ex mariti substantia, per in rem actionem ea vindicare.

ὡς δωρουμένη, velut donatura.

pag. 214. σημείωσαι, animadverte ex amplificatione (additione τε) maxime, quod licet legatum sit ipsi peculium, non est peculiaribus creditoribus obnoxius.

τὸ νόμιμον, jus constitutionis apertum est, & utile, maxime in noxalibus.

pag. 218. συναλλάγματος, synallagmatos.

ἄκρατοι, pure pœnales, mere pœnales; hoc est pœnam duntaxat exigentes.

pag. 221. ἀντιφώνησιν, constitutum sine certa die.

ἢ ἀπροθέσμως, & non præfinita die.

pag. 222. εἰς ἡμέραν, in diem dictam, ac certam.

ἢ ταῦτα, & hæc pro me respondeo.

τρίτον, tertia hæc. constituitur quis in duriorem causam, puta cum sub conditione sit debitum, constituitur sine conditione: fidejussio autem in duriorem causam non fit.

διὰ τῶν, per eos, qui utebantur opera, & ministerio nummulariorum.

pag. 223. Κωνστιτοῦτον, Constitutum est probatio, sive responsio quæ ex responsione (antiphoneti) consistit, & confirmatur repetitio rerum ab aliquo debitarum.

πρὸς ἐμέ, adversus me habeas debitum, ego præstabo.

ἐμοί, mihi æs alienum hoc tribuas, me debitorem habeas.

πρὸς ἀσφάλειαν, ad cautionem majorem, quod debitum præstabo, accipe mea manu scriptas literas.

ἀντὶ γράμματος pro cautione, & documento, hanc habeas epistolam, integram mea manu conscripsi.

πίστις, fides in conventionibus maxima, & potior res est, bona omnia inter homines, & omnes urbes in concordia servans.

ἱερόν, sacra res.

ὁμολογίας, conventionem non servare, & transgredi, absurdum, & impium videtur, quemadmodum veritatem, ac fidem, per quæ omnia consistunt, ac firma sunt, quæ inter nos aguntur.

pag. 225. ὥσπερ, ut creditor pecunias petens, demonstrare debet, se numerasse.

ὁ δανειστὴς, creditor repetens, probet numerationem.

ἔλεγχος, probatio, cum quis probaverit, quibus dixerit, ac pariter quod verum.

μέγισται, maximæ probationes.

pag. 226. μάρτυρας, testes quidem habenti, quod ex decentribus, vero similibus judicare oportet. & hoc est optima ratione, ac sententia, ac quod non licet decentia argento vertere, ac decipere.

ἔστι τοίνυν, est igitur necesse, probantes vel signa demonstrare, ex quibus aperiatur quod credibile est, vel decentia, & veritati consona dicere, vel testes adhibere.

τεκμήρια, quæ obscura sunt, argumentis, & indiciis convenientibus concipiuntur.

ἡμεῖς δέ, nos quidem testimonia, ac indicia appellare adjutoria causæ juramenta solemus.

δοκεῖ, mihi quidem videtur fidem argumentis potius quam testibus præstandam.

μᾶλλον, potius est signis testimonium, & indiciis.

σημεῖα, & signa, & argumenta.

τὰ δὲ σημεῖα, signa in rebus dicimus, argumenta, ac indicia in personis.

ἀπόδειξις, probationes.

μέγαλα, signa magna, (aperta) & sufficiens fides (probatio.)

οἱ νόμοι, leges sic statuunt probationes ex rebus certis, & minime controversis.

pag. 227. βεβαιώσεις, testium comprobationes.

ὅταν, cum probationibus, sive dialogis, sive scriptura destituimur, ad testes decurrimus controversias habentes, quorum verba regulæ sunt judicibus, super quibus debent pronunciare.

pag. 228. εἰ ὡς ἐν, sicut in Judicio, scripturarum probatione egemus, testium nobis copiam paramus, nonne allequemur, quæ nobis deficiunt? Ego quidem sic existimo.

κρείττω, testimonia controversia (exceptione) majora.

ἀπαραγράφως, omni exceptione majores.

μάρτυρες δέ, testes quidem, qui adversus Eusebium testimonium dixerant, de quibus tamquam hostibus Athanasius exceperat, & legibus ipsis, & necessitatibus legum, adversus ipsum, arcebat testimonium.

εἰ γὰρ ἐπί, etenim si super rebus omnibus controversis, & in judiciis, quæ secundum leges sunt, & in communibus controversiis, testium conveniens testimonium, id, de quo ambigitur, firmat.

τὸ γὰρ πλῆθ. pluralitas enim apud Romanos, a duobus incipit.

pag. 229. πιστότεροι, fide digniores sunt clariores viri.

pag. 230. διακόπτει, interrumpit xxx. annorum præscriptionem usuræ præstatio.

ἐγγράφους, scriptas fides.

ἐγγράφως, cum scriptis super fide monumenturum, instrumentorum.

ὁ ὅρκος, jusjurandum fides est.

ὅρκος ἐστί, jusjurandum ratio est fidem faciens per se ipsam veritati, perfecta fides.

μαρτυρίαι, testimonium, & depositionem; quod testimonium quidem præsentium est, depositio vero absentium.

γράμματα, scripta publica.

pag. 231. χειρόγραφον, Chirographum, monumentum, instrumentum.

συγγραφή, syngraphum, securitas, instrumentum.

ὁ ἐπὶ τῆς, in foro sedens, qui civium instrumenta perficit, singula suis notis (literis) ea signans, quem Tabellionem Romani vocant.

pag. 233. χρῆσαι, commodare, mutuare.

δανείζει, donat, & commodat.

χαριστικός, gratus, & commodans.

Interpretatio hactenus desiderata.

δανείζει, mutuo dat, præbet indigentibus.
κιχρᾶν, mutuare.
pag. 234. μείλιχος, clemens, qui mutuavit, vir erga alios misericors.
ἐσθ' ὅτε, nam quandoque & nummos quidam festum peragentes palam ferunt ad ostentationem: quod, &c.
pag. 236. ἐνέχυρον, pignus. *bis ead. pag.*
ἐν τῇ, in manu creditoris datur.
ὑποθηκαρία, hypothecaria nascitur.
pag. 237. ἐνέχυρον, pignus, commutatio ad securitatem.
pag. 239. ἐπαγγέλλονται, polliceantur.
πρωτοναύκληροι, navium magistri.
pag. 240. κοινόν, peculium ejus, qui in aliena potestate est, hoc est filii, vel servi.
οὐσίαν, substantiam.
pag. 242. ἐν ἀτόμῳ, in atomo, in oculi ictu. ἐν ἀτόμῳ, ἤγουν, in atomo, sive in puncto, momento.
pag. 243. παρὰ, præter, contra jus summum, præter leges.
ποτὲ καὶ μὴ, aliquando & actionem non habens, neque actionem cessam, agit utiliter.
pag. 245. ἀτόκως, sine usuris.
pag. 246. ἀντιφωνήτριαι, constituti.
ἔνθα καὶ, hic & natura (sexus) omnino (semper) & ætas multoties infirmitatem habent.
οἱ νόμοι, leges non quidem deceptos, sed decipientes puniunt.
pag. 247. δύναται, potest etiam non agens uti condictione indebiti adversus creditum, ut solvatur adversus ipsum obligatio.
pag. 249. οὐ μόνον, non solum in crediro, sed & in dote, & indebiti solutione, & in aliis plerisque opponi potest de pecunia non numerata.
pag. 251. τοῦ δαν. crediti usurarii.
χρέος, debitum mihi debetur.
ἔστι δὲ, est autem notandum, & pro augetur(poni),quod est usuræ accessio:semper enim æs alienum, quod debetur, parturit, profert veluti in futurum (post se) usuram.
τὸν ἐκ, reditus ex pecuniis.
ἐπιδίδωμι, do sub mercede.
pag. 252. διὰ τὸ ἄδηλον, ob incertitudinem fructuum.
ἡμιολίαν, semissem.
ἡμιόλιοι, hemiolium autem est dimidium integræ usuræ duodecim nummorum, nempe sex.
ἡμιολίας, hemioliæ.
πλεονασμὸν, redundantiam.
ἑκατοστὰς, centesimas.
καὶ τὸ, & quod ejusdem generis.
pag. 253. καὶ ἐνταῦθα, & hic omne mutuum intellige, & quod usuras parit, & quod sine usuris datur.
ἐπὶ τοῦ δανείου, in mutuo, utpote quod necessarium sit extra strictam rationem inductam, permisit officialibus mutuo dare; in aliis enim contractibus, officialibus minime datur copia.
pag. 255. αἱ κεφαλαὶ, capita fœnorum.
pag. 256. εἴτε, si fœneret quod pretium exuperat.
δάνειον, fœnus sub usuris.
ναυτικὸν, nauticum fœnus.
περὶ τόκου, de usura nautica; de transmarino fœnore.
ἑκατοστὸν, centesimam usuram.

ἑκατοστιαῖος δὲ, centesima autem usura dicitur, cum duodecim nummi quotannis super centum dantur, nam quæ nobis libra est, ratione ducta, nummos habet octo, duas partes totius.
pag. 257. διακαὴς, ardens desiderium nummorum.
ναυτικῶς, nautico fœnori dare, sive trajectitio, sive cum periculo.
ἑτερόπλοια, unius navigationis. ἀμφοτερόπλοια, utriusque navigationis.
pag. 258. οὔτε πάντοτε, nec ubique, nec ab omnibus.
δῶμα, tectum cum fide.
pag. 259. καὶ ὅταν, & cum voluerit, a me accipiet.
pag. 260. καὶ πίστει, per fidem constituuntur pleraque hominum negotia.
ἐπεὶ μὲν, qui enim apud homines accipiunt depositi gratia, nobis dare videntur servantes quæ acceperunt.
τιμὴ, honor, quod pro advocatione datur.
pag. 261. συνάλλαγμα, contractus.
παρακαταθήκην, depositum maximum & religiosissimum.
pag. 262. ὁ σπείρων φαῦλα, qui seminat malitiam.
pag. 264. ἀλλὰ καὶ, sed & pignora in hanc obligationem deducta.
ἐγγυησάμενος, fidejubens quis pro aliquo, ab ipso pignora accepit.
διά τι, ex benignitate.
pag. 265. ἐργολαβεῖν, redimere alienam litem.
κατ', per eclipsin.
pag. 266. ὁποιοισδήποτε, quibuscumque verbis.
pag. 267. τοιοῦτον, hoc est rapacem, ob leonis naturam.
τάξιν, ordinem, locumque fratrum subeunt.
Ἄρεος, Martis homicidæ sorori & sociæ.
ἐπίτασις, extensio igitur fraternæ amicitiæ, & concordiæ, societas.
pag. 268. στερεῖται, caret cogitandi, & ratiocinandi vi.
ὑγιὲς, sanum quidem cum fuerit organum ex natura, & mens operatur; male autem eo affecto quocumque pacto, tunc & mens operationibus suis non integra est, & apta, etsi in se ipsa nihil damni acceperit.
τὸ γὰρ θέλειν, velle enim, ac nolle animi est ratione utentis.
pag. 269. πολλοί, multæ quidem sunt & innumeræ definitiones super omni re.
ἀλλάττειν, mutare, pro permutare, ac emere.
πολλῶν, plurimo argento parvum librum mutans.
ἐν τῇ ὠνῇ, in emptione nostra, ideo & alter dicit, in precio nostro, hoc est in emtione nostra; precium enim commutatio est: servum quidem sæpe damus, & accipimus argentum, & aurum.
ἀλλάξασθαι, mutare cum argento.
pag. 272. ὁλοσηρικὰ, quæ serica integre sunt auro similia, & ejusdem precii.
pag. 273. αὐτοφυὲς, suapte sponte natum.
τὰ τῶν, serum nemata, sive metaxa. *bis ead. pag.*
καὶ τὰ βύσσινα, & byssinea, & hyacinthina, & coccinea, & byssum cum auro, & hyacintho tinctam.
ὑακίνθινα, indui te hyacintho .i. hyacinthina veste.

ὑακίνθῳ, hyacintho, & purpura ea induunt.
ἰάνθινα, violacea:
ὑακινθινοβαφῆς, hyacinthina tinctura:
ἀπὸ φερόντων, à ferente hyacinthum.
τά τε γάρ, nemata enim omnia ex hyacintho, & purpura, & cocco & bysso, & caprinis pilis conficiunt.
ὧν αἱ δε, sunt quidem aliæ horum, aliæ violaceæ, aliæ hyacinthinæ.
ἐκ τῆ, ex viola, & tinctura.
χρώματα, colores.
ἐὰν γάρ, etenim si vetitam mercaturam inferant, puta purpuræ, vel metaxæ, vel hujusmodi.
ἰσόχρυσον, eodem pretio ac aurum.

pag. 274. ἵνα γὰρ μηδένα, ut enim nemini videntium sel molestiæ foret, serica super ipsis, ut quidam dicunt, velamina extendebant: hæc autem textura luxus barbarorum est opus, a quibus ad nos ad nimias cunctarum mulierum delicias invecta est.
ἰσοτάσιον, ejusdem æstimationis erat ac aurum.
γυνή, mulier holoferica tua habeas.
ὥσπερ, ut enim indutus holofericum.
βάμματος, tincturæ regiæ, quod holoverum vocare duxerunt.
ἔτι σίδηρον, neque ferrum, neque aliud huic rei aptum, Indi, & Æthiopes habent: equidem nec apud Romanos hujusmodi quid vendere permittitur, lege omnibus aperte vetante; mors autem ferenti pœna est.
ἐν μέσοις, in medio Barbarorum interfecti.

pag. 275. παραμήρια, gladios fœmorales.
ζάβα, Zaba lorica, Zabarium, in quo Zabæ.
κοντός, contus hasta;
τυχὸν, utputa qui arma vendidit hostibus, vel picem.
ἐνδεικνύναι, indicare dixerunt, aliquem deferre improbe quædam conficientem eorum quæ passim juvenibus (militibus) commodo sunt; dicuntur autem & ligna, & cera, & pix.
ἔστι γάρ, est enim nil aliud garum, quam fanies (& intestina piscium.

pag. 276. ἐξ ὠδίνων, e matrum partus doloribus:
pag. 278. κοινῶ, communi nomine omnes vocabantur, qui in palatio thesauris ministrabant apparitores.
οἱ πολυτελ. pretiosissimi lapidum, qui & Indici esse dicuntur.
ἧττον, minus justo pretio.

pag. 281. ὁ ἀῤῥαβὼν, arra firmat totum.
ἀῤῥαβῶνα, ἢ ἐνέχυρον, arra, & pignus:
pag. 282. οἱ βασιλεῖς, reges terræ a quibusdam tributa exigunt, sive censum.
pag. 283. κῆνσος, census, capitatio.
προσθήκη, additio, accessio fluminis.
pag. 284. ἢ ἀπατῶν, & temere nulla relicta occasione, unumquemque reprehendens, & deludens.
πολλὰ γάρ, omnes enim fallimur, & lubrica hominum natura, infirma est.
pag. 282. εὐθὺς, statim habet securitatem.
pag. 289. ἡ γὰρ συνθήκη, pactum enim lex est propria (privata) & pro parte.
τῶν νόμων, legum quædam communes (publicæ) sunt, ut quæ ad omnia civitatis negotia, aliæ privatæ, quæ ad mutuos invicem casus pertinent:

pag. 291. ἐφ' ἐξαγωγῇ, ut exportetur.
ἐπ' ἐξαγωγῇ φησί, ut exportetur dicit quidem tradere, vendidit autem ad opus.
τὸ ἐπ' ἐξαγωγῇ, quod dicitur ut exportetur, vendere est extra urbem.
τὴν νύμφην, sponsam tradam hæc lege ut exportetur.
ἢ τῆς ἡλικ. & ætatis plurimum ut extra ageretur, dedit.
ἢ ἵνα ἐπ', & non ut exportetur, quemadmodum exilitio valde improbi servi.
ἐπ' ἐξαγωγῇ πωλ. vendit hac lege ut exportetur.
διὰ τῆ, è castris transivimus ut exportaremur,
ἵνα δραπέτας, venundari ut fugitivi servi publice exportareotur.
ἐὰν ὁ διαθ. si pacifcens dixerit servum venundari ut exportetur.

pag. 292. διὰ τὸ, ut adjuvetur venditum mancipium pacifcatur.
χειρὸς, manus injectinnem.
pag. 293. συνέλαβε, & eos comprehendit, qui in juventute erant, & tradidi, hac lege, ut ipsorum nemo intra annos viginti manumitteretur.
τοῦτο δὲ, id autem intellige in eo qui intestatus decessit.
pag. 294. ἀναγωγή, actio venundatorum mancipiorum, restitutio aliquod vitium habentium.
φυγὴν μὲν, fugam autem honestiori verbo discessum vocat.
pag. 296. ἀνεπιτήδειον, servum qui ineptus esse apparuerit, venditori reddi denuo permittitur.
τῶν βαρυτιμῶν, pretiosarum rerum gravia & vectigalia sunt, etenim & monopolium habent.
στυπτηρίας, nullius enim regionis aluminosa quæ sit, & multis rebus indigentis, jure monopolium habentes, & pretia majora exigentes, multitudinem(copiam) pecuniarum accipiunt minus fidam.
πάντα γάρ, omnia enim venalium fora Alexandriæ recta in monopolium constituens, aliorum quidem mercatorum neminem hujusmodi opificium facere permisit.
pag. 297. τὰ λεγόμενα, constituens quæ dicuntur monopolia, plus quam triplici pretio omnibus hominibus vendebat.
αὐτὸς, ipse quidem pretium operis hujus prægravabat.
pag. 298. ἡ τῶν, conventus celestium, quas nundinas vocat.
εἶπεν, dixit forum, conventus, qui supra sunt.
πανήγυριν, conventum nihil aliud facere consuevit, quam multitudo simul convenientium, & copia mercium.
ἑορτή, festum & conventus.
pag. 299. πρόσοδοι, reditus publici.
pag. 300. τέλη, vectigalia omnia primum sub tyrannide ad pecuniarum copiam excogitata, in fluminum ripis, & portubus urbium, & in viarum itineribus auferens, ad pristinum, & liberum statum redegit.
τέλος, vectigal in portu.
ἀπὸ τῶ, a publico publicanos, a portorio portitores.

τελῶ:

Interpretatio hactenus desiderata.

τελῶναι ; publicani sunt . qui exactiones conducunt publicorum tributorum.

pag. 301. θάνατος , mors autem vectigal fraudanti.
τῶν κλεπτοτελ. vectigal fraudantium.
στέρησις , privatio , ablatio vectigalis.
κλεπτοτελώνημα , fraudati vectigalis crimen.
σωματέμπορος , servorum mercator.

pag. 302. καὶ τῶν , & aliorum , qui alias res tractant.
τὰ κομμέρκια , commercia levavit.
καὶ τὰ συνήθη , & consueta commercia.
τὸ κομμέρκιον , commercium oundinarum centum auri libris levavit.
ὥστε , ut intense negociari , & ex eorum voluntate , neque quidem super commercio , vel qua altera exactione publico invecta præbere usque ad obulum.

pag. 303. ἀγοραῖοι , oundinatores forenses , & caupones.
ὃ νῦν , quod nonc vocatur hemixestium.
κἀκεῖθεν , & inde vinum , vel oleum vendentes , cotylistæ dicuntur.

pag. 304. συνάλλαγμα , synallagma.
οὐ γὰρ , non enim regnat apud ipsos Cæsaris nummus , ideo nec emtionem norunt , nec mercaturam.

pag. 306. ἐὰν παραδῶ , si rem tradidero , ut æstimetur.
σχεδὸν , etenim quasi depositum est.
ὑπὲρ τὰ , supra nomina sunt contractus.
τὰ μὲν γὰρ , etenim nomina finita sunt , ot & verborum multitudo , res autem numero infinita sunt.

pag. 307. τίμημα , pretium , quod super venalibus rebus præstatur.
δεῖ δὲ , opus autem est in pecunia constitui mercedem.
ἐν προχείρῳ , in promotuo.

pag. 308. ἰδιάζουσαν , peculiarem ipsi naturam excogitans.
μήτε , neque conductionis , neque alienationis (emtionis) speciem , sed peculiare jus habere.
οὐδὲ πόῤῥω , nec longe ab alienatione (emtione) constituit.
ἔστιν , est tanquam conductio simul & (alienatio) emtio.

pag. 309. εἰ μὴ , nisi peculiaria fuerint (pacta) de damno super re contingente.
εἰ μὲν συμφ. si quid enim de horum alienatione conventum fuerit , viget , quod conventum.
ἀποφυτεία , plantatio.
περὶ μακροβ. de longa , & brevi vita.
ἐκείνοις , illis quidem personis , quibus in emphyteusin dare permissum est , nisi speciatim in emphyteutico instrumento vendere melioramenta prohibuerint.

pag. 310. προτιμήσεως , prælationis.
τότε καὶ , tunc & eo invito fiat emphyteusis alienatio , & meliorationum venditio.
μισθωτικὸς , conductionis canon.
ὁ τῆς , emphyteusis canon . canon emphyteuticus , vectigal quod quotannis præstatur.
πάκτον , pactum (tributum) Ægypti.
ὑπισχόμενος , promittens Regi quotannis pacta (tributa) præstare.
τοῦ δὲ , Leone autem rege jubente pacta (tributa) ipsis dari , ipsi custodias Urbi constitui petebant.

pag. 312. ἔπαθλον , premium philanthropum (proxeneticum).
φιλάνθρωπα , philanthropa regia.

pag. 313. μεσίτης , medius , conciliator.
μεσίτης γάμου , nuptiarum conciliator est , non sponsus , sed is , qui iis , quæ sunt agenda , se immiscet.

pag. 314. ὡς ἐν τῷ , ut non in solo nuptiarum contractu arrhæ statuantur , dentur.
μνηστεύεσθαι , subarrbari arrhas sponsalitias dari . sponsus , qui arrhas nuptiarum dat . μνῆστρον , nuptiarum arrha.
ἁρμοστὴς , conciliator vitæ consuetudinis liberos procreantis.

pag. 315. ἀντιφέρνη , quod pro dote datur . facoma dotis.
ἕδνα , jugalia dona.
πρώτην , primam sese commiscentium cohærentiam.

pag. 316. καὶ φερνὴν , & dotem , & sponsalitiam largitatem.
οἶδα δὲ , novi autem & ouptiarum munera ,

pag. 318. οὐ παῖδες , non liberi , neqoe uxores . Sciendum quod in illis verbis , non liberi , neque uaores , videtur liberos non sine ratione antea locasse , ipsi enim potissima causa nuptiarum sunt.
γάμος , nuptiæ.
ὁ δὲ γάμος , nuptiæ autem , nempe quod cœtus , congressus est.

pag. 320. διαλυθέντος , dissoluto cum priore uxore conjugio.

pag. 321. δύο δὲ , duas autem uxores habere eodem tempore , Xantippen quidem civem , & obscuriorem , Myrto autem Tristidis filiolam Lysimachi.
νόμος , lex est , mulierem qua sub tutela fuit , neque tutor , neque ipsius filius uxorem ducat.

pag. 322. δικάζειν , Reges autem solos judicare.

pag. 323. Οἶσθα , Nosti enim qualis animus in pectoribus mulieris ,
Illius vult domum augere , quicumque duxerit.
Filiorum aotem priorum , & mariti dilecti
Non amplius recordatur defuncti , neque inquirit.

pag. 325. πορνείας , fornicationis remedium secundæ nuptiæ sunt , non ansa , & occasio impudicitiæ.
οὐ κωλύονται , non prohibentur a lege ; (secundæ noptiæ) non implet tamen summam doctrinæ evangelicæ perfectionem.

pag. 325. φύσει , ex natura bellum semper novercis adversus privignos.
διὰ τὸ , ob naturale odium adversus privignum.
πέφυκε , ita .n. natura comparatum est , ut omnibus liberis ex primis ouptiis ortis , quæ ad secundas convolavit , hostem se præbeat.

pag. 329. ἀπὸ γὰρ , ex contrariis enim induxit præsumtionem constitutio.

pag. 330. ἐῤῥωμένος , fortis , efficax.
τῷ παντὶ , omnioo , integre.

pag. 331. ἐν αὐτῷ , revera.
ἐν ἔργῳ , opere.

pag. 332. ἐκ τῶν , ex iis , quæ postea contigerint.

pag. 333. μὴ ἀρεσκόμενος , cum de ipsius moribus minime conteutus essem , repudiavi.

τὸ

τὸ λεγόμενον; quod dicitur nobis, repudium dans recessit.
ἀπόλυσις, dimissio uxoris, vel sponsæ.
διάλυσις, dissolutio nuptiarum.
συναινοῦντος, consentiente utraque parte.
pag. 337. ὑποκορισμοῖς, diminutionibus.
ἐτίθμαζον, dixerunt dona ferentes, asperitatem ab appellatione servorum auferentes.
pag. 340. φύσεως, naturæ enim opus est, alimenta nato præbere.
οὐ γὰρ, non enim parere matris est; id enim naturæ, sed nutrire matris; id quidem delectus, ac voluntatis.
ἀλλ' ἔστι, sed est nobis, his avibus lex vetus in ciconiarum cristis, cassibus.
ἡμίγαμος, seminuptiæ.
pag. 344. ἔστι δὲ, mater autem filios magis amat, quam pater, & enim ipsius esse filium novit, hic autem putat.
pag. 345. τὸν δεόμενα, eum, qui custodia eget potius, quam alios valet custodire.
προκρίθεντες, eximii, præcipui.
pag. 350. ἐπειδὴ, quoniam enim non ut minori datus est, sed ut pupillo, eo pubescente, cessat administratio.
pag. 353. ἀπήλλακται, eximitur falsi crimine.
pag. 354. οὐκ ἔχειν, non habere legitimam personam.
pag. 359. καὶ ἰῶ, & sententia fuit Jurisconsultorum, curatorem pupilli tutela teneri, quæ nunc non viget.
pag. 364. εὐπόροις, idoneis personis.
pag. 370. ἀφέσεως, dimissionem honestam consecuti.
συνστρατευομένου. ejus qui simul militare destitit.
οὗτοι μὲν, ii enim, qui in bello decesserunt, bonam quidem gloriam nanciscuntur.
pag. 371. ἡ νόσος, morbus est affectio (dispositio) præter naturam, ex qua vis, & potentia læditur.
τὸ μὲν, morbum quidem esse senectutem ascititiam, senectutem autem morbum naturalem.
pag. 376. τὸν γὰρ δεσπότην, meum enim dominum cum duumviro munus obeuntem.
pag. 379. δουλ. servi deterioris facti actio.
pag. 380. ἀνδράποδον, servum quidem quis emturus, num aufugerit, spectat.
μὴ γὰρ, neque enim unquam licebit capere, nec lucrum facere hujusmodi, ex hominum misera fortuna.
pag. 384. ὅτε, is quidem ut in ordinem dignum ascendit, liberto annulos aureos dedit.
δακτυλίοις, annulis aureis ornavit, & postremo inter equites adscripsit.
pag. 391. οἷς κίνδυνος, quibus periculum intensius contingit, horum necesse est curam maxime habere.
pag. 394. ἀντιφέρνη, contraria dos.
pag. 308. ἀποκαταστάσεις, substitutiones.
pag. 403. ἀποκρίσεις, responsa, & expositiones breves, ac variæ ad interrogata Regis Michaëlis Ducæ. Tres habemus libros de hac quæstione, (num quod in utero est, animal sit) Hippocratis, Porphyrii, & Galeni: quorum Hippocrates, & Galenus, id quod in ventre, animal esse dicunt. Porphyrius autem multis adductis rationibus, & demonstrationibus contendit, animal non esse id quod est in ventre.
εἰ ζῶον, num animal sit id quod in ventre.
pag. 404. τὸ πολιτικὸν, jus civile tempore non intercluditur.
pag. 412. τὰς λέξεις, verba, quorum sunt interpretes, horum ipsorum & affinia esse:
ὅς ἂν, qui noverit nomina, & res quoque noverit.
ἀσφάλεια, securitas.
ἢ, ἀντὶ τοῦ καὶ, vel, pro, &.
τὸ καὶ, ἀντὶ, &, pro vel disjungente ponitur.
pag. 414. μὴ γεγαμ. non nupta.
pag. 422. νοθεύονται, spuria, & ascititia sunt: *bis ead. pag.*
ἀρχαϊκῶς, antique.
pag. 428. καὶ οὐκ ἂν, sed non possem vix ulterius progredi, & longior esse, & hæc dicere memetipsum coëgi, contra methodum paratitlorum.
εἰκοστώνης, vicesimarius, qui vicesimas exigit.
pag. 433. οὐκ, non ex æquo.
pag. 442. ὡς ἂν χειρ. ut suffragiis creati.
pag. 448. σφαιροειδὲς, quod spœricæ figuræ est, superius, ac inferius non habet.
οὗτος δὲ, hic autem (circulus) undique æquus ac similis, ideo nec principium habet, nec finem.
pag. 450. εἰ μετὰ, si postquam capti forent, victorum hostium potestati seipsos præbeant.
pag. 455. μήτε, neque servum liberari in theatro.
τὰς κατὰ, sorte, conditione servos vocavit Rex, non imperio subjectos.
pag. 455. δοῦλος, servus autem si fuerit Index, & detector, liber a civitate recta fiat, refusa domino æstimatione.
ἐὰν δὲ, si autem servus indicaverit, liber esto, urbs autem pro ipso pretium possessori præstet.
pag. 460. πάντες, omnes status causæ, præjudicia vocantur.
ἀνακρίσεων, discussionum:
pag. 461. ἵνα μὴ, ne servus inveniatur in suum dominum agens.
ἐν ἀσφαλεῖ, in tuto deponi.
ἀποτίθεσθαι, penes medium (sequestrum) aliquem deponi.
pag. 463. τὰ τῶν, quæ Ninniano S. C. scripto statuta sunt.
pag. 465. ἐκ τῆς, ex voluptate, ex libidine.
pag. 467. ῥῆξις, interruptio temporis, sive sectio, & intercisio.
ὁ τοσοῦτον χρόνον, usucapit, per usum dominium acquirit.
pag. 468. κυριότης, dominium per usum.
pag. 471. μαργαρῖται. margaritæ grandes.
κατοχὴ ἡ ἀπὸ νόμου, possessio quæ ex lege. κατοχὴ ἡ διὰ χειρὸς, detentio, quæ per manum.
pag. 475. ἄοικος, sine domo, sine laribus.
pag. 476. ἄπολις, extorris.
εἰμὶ μὲν, hospes enim sum, & ignota, non autem extorris, neque obscuro loco nata, nec ingloria.
pag. 479. τετραετίαν, quadriennium continuum.
τὸν τετραετῆ, tempus quatuor annorum.
pag. 480. νόμον, legem scripsit, ut tempus vandalorum, quo in Romanorum imperio permanserunt, in hanc quidem tricennii præscriptionem in longius protrahatur.
pag. 486. προσθήκη, accessio, ac alluvio fluminis.

διὰ

Interpretatio hactenus desiderata.

διὰ τὸν ὄγκον, propter culmen, & præstantiam magistratus.

pag. 488. ἐρήμη, solitaria, deserta lis, quæ una parte præsente fit, cum non contradicens, & occurrens Conventus, ad sententiam perventum sit.

ὁ διώκων, actor, vel conventus.

pag. 489. κρίσιν, judicium, sententiam non scriptam fecit, in qua statuit citius corrumpi, devastari.

pag. 490. τοῦτο δέ, id autem animadvertas (ducas) in judicibus tenuioribus; Judices enim majores, ut qui judiciis præest, qui primus a secretis est, &c.

καὶ αὐτὰς, & ipsos defunctos, & ipsorum bona publicata; ad hæc describentes in cippis, indicibus, columnis.

στήλη, columna autem est lapis, sive æs in sublongum quadrangulæ formæ, in qua inscribitur probrum (injuriam) turpiter pendentis.

pag. 494. ἰσόμετρον, tantundem.

τὸ διαφέρον, id quod interest, sive usuras.

pag. 495. τὴν φύσιν; naturam amare symmetriam, æquam rationem.

τοῦ ἀορίστου, incerti & incertam regulam esse.

pag. 496. Ἡ παροῦσα, Præsens constitutio, quæ rationem ejus quod interest compescit, & præfinit, & certam statuit, id jubet; ne supergrediatur duplum sortis, & quantitatis initio debitæ, in omnibus contractibus dictam, & statutam habentibus quantitatem, sive naturam, ut in venditionibus, locationibus, & hujusmodi: Ita exempli gratia, fundum a te emi pretio centum librarum: tu pretium accepisti, & cum possedisses aliquot annos, alteri fundum vendidisti, ipsique immobile (de quo nulla futura esset controversia) tradidisti: egi adversus te, petens & pretium, & quod interesat, sive usuras: & supputans quantum, (sit) in libras centum quinquaginta: statuit igitur constitutio, quod cum hic principale debitum sit quantum, scilicet pretium certum, & præfinitum, & id quod interest ducta ratione exigatur, ut tamen centum libræ non supergrediantur, sed ob debitum principale, & ob id quod interest ascendat omne, quod exigitur ad duplum, nempe ducentum libras. Juxta hanc rationem pone id, quod interest & in locatione: puta, conduxi a te fundum ad annos viginti, tibique dedi, in promutuo horum annorum, mercedem: tu id cum accepisses, & aliquot annos possedisses & mercedem, & fundum, non vis lubens conductum fundum tradere. Igitur si adversus te agam, à te repetam & mercedem, & id quod interest, sive usuras, juxta superius scriptam in venditione explicationem. Sed id locum habet in omnibus certum, ac præfinitum initio principale debitum habentibus: sed in iis, quæ incerta videntur, & ex prima visinne certæ quantitatis non sunt, mandatur judicibus, qui judicabunt hujusmodi causas, pervestigare, quodnam revera sit debitum, & ad id condemnare, qui apparuerit debere; neque sublineri contradictorem apparantem (imputantem) & ingentem ejus quod interest quantitatem, ex quibusdam opinionibus (causis) tenuibus, & distortis, & inutilibus doctrinæ rationibus, petentem, ne his involuti incidant in difficultates, & rationem afferre nequeant. Etenim & natura symmetriam (æquitatem) amat. Sic (egi) posui adversus aliquem dicens, quod Petrum testamentum condere volentem, & me heredem instituere, prohibuisti: a te peto id quod inde interfuit, idque apparabam, & computabam in immensum dicens. Si heres scriptus forem, fundus erat in hereditate præclarus, maximaque diligentia instructus, & à rege invidendus, quem ipsi divendens, & pretium impensissimum accepissem, & missus essem in inferiora loca Prætor, ac perscriptor, & plurimum, inde lucri consecutus essem. vel domum ab aliquo rogavi, (stipulatus sum) extruere in loco aëris salubris, & accommodo intra aliquid temporis: is autem non extruxit, suam confessionem spernens, & agens adversus ipsum, id quod interest petebam, dicens: si domus mihi foret extructa, benivolo regi daturus eram, indeque multum compendii mihi perventurum, pretium amplum, beneficia magna, & quamplurima. Statuit igitur præsens constitutio, & judicibus mandat, hujusmodi imputationibus ejus, quod interest, aures non præbere, sed inspicere, quid damni actor acceperit, & ad id conventum condemnare. Unde & ex natura consequens est, has solum pœnas exigi, quæ æquæ sint, & à legibus dicta ratione conclusæ, ac statutæ. sic incerta furti actio, ipsa enim duplum dat pretii rei sublatæ: & raptus quadruplum, rapta etiam re computata. vel egi adversus aliquem dicens, sine judicis authoritate rem mihi abstulisti, eamque aliquot annos possedisti, & a te peto tantum fructuum, qui immensæ quantitatis sunt, hoc pacto: si fundum meum possedissem, tantam sationem fecissem, fructusque transmisissem in loca, in quibus ipsorum indigentia foret, & alia hujusmodi; non oportet hujusmodi petitionibus ejus quod interest, aures judicem præbere, sed examinare, quid revera damni acceperit, & ad id damnare reum conventum. Id igitur observare judex debet, non solum quod damni ratio ducatur. sed & cum lucrum petitur veluti legatum, vel donatio: in his enim, & quod revera debitum est, debet actori adjudicare, & siquidem sit debitum initio certum, duplum in exactione ejus quod interest, non excedere.

pag. 498 ἀναρμόδιος, incompetens est judex in privatis causis.

pag. 500. τὰ δαπανήματα, sumptus, ac damna.

pag. 501. ἀναλογαρισμοῦ, rationum retractationis.

pag. 502. ζητοῦντι, petenti tempus (dilationem) ad præstandum judicata post condemnationem.

ἐζήτησεν, petiit condemnatus, quod datur condemnatis tempus mensium quattuor.

τὰ ἐνέχυρα, pignora victori dare.

παρέχονται, præbentur victori.

ἐὰν ἐντὸς, si intra duorum mensium cursum post pignora præstita, judicati non solverint, quæ dare fuerint damnati, pignora divenduntur.

φιλοδοξίαν, ambitionem.

κακουργίαν, malitiam.

pag. 503. οἱ νομόθεται, legum conditores, quæ reip. cunctæ conducunt, uoius, duorumve utilitati præferunt.

ἐὰν, si condemnatus fuerit miles armatus.

pag. 504. πρὸς ἀναλογίαν, pro rata.

pag. 506. αὐτόθεν, ex ipsamet re non subsistens.

παλινδικία, facultas denuo causam agendi.

ἐν βήματι, in Tribunali.

ἀφαλκιδίευτα, sine falcidiæ detractinne.

psg. 507. τί δὲ δεῖ, quid autem opus est confitentes accusare.

ἐν βήματι, in tribunali.

βῆμα, Tribunal id appellatur, in quo quis sedens judicat.

pag. 509. ἐκκλητα, causarum provocatio ferenda, quæ apud exteros actæ sunt, non in urbe.

ἡ μετάβασις, transitus à judicio in judicium.

συνέλευσις, consultatio.

βουλὴν, consilium, consultationem.

συνέλευσιν, consultationem.

ἔφεσις, dimissio, appellatio, lis de qua à minori ad majorem provocatum est.

ἔφεσις ἡ δίκαιον. dimissio, provocatio, judicii cujuscumque ad aliud majus transitus, & in aliud judicium dimissa lis, ut denuo judicetur.

ἔκκλητος, appellatio est à judicio quocunque ad aliud judicium actio.

λίβελλος, libellus appellationis.

pag. 510. ἔκκλητος, appellatio est accusatio, & querela sententiæ.

συνέλευσις, consultatio.

βουλὴν γὰρ, consilium enim Aquila, & Theodotion deliberatio conventum interpretati sunt, Symmachus autem consultationem.

pag. 511. μονομερῶς, una duntaxat parte præsente. *bis ead. pag.*

κύριαι, dies fatales: (finitas) fatalis dies.

pag. 512. κυρίας, fatali die ad causam dicendam adventante.

pag. 513. παραυτόθεν, illico ex delicto damnantur.

pag. 516. ἵνα μὴ, ne hac illis data licentia, quæ magni precii sunt, per collusionem pro minimo suscipiant.

ἀνακωχὴν, inducias, dilationem.

pag. 518. ἦσαν, erant debita & legata, quæ debebat præstare.

πρωτοπραξίαν, prius exigendi facultatem.

πρώτην, primam exactionem.

pag. 519. δύναται, potest uxor sua bona separare.

pag. 522. διὰ τῆς, ex confusione facta ob consecutam hereditatem.

pag. 525. εἰς χεῖρας, ad manus venire. ad manus ire.

εἰς χεῖρας, ad manus ipsorum multi venerunt.

pag. 526. ἐκ τοῦ παραλλήλου, ex duplicatione, per verba idem significantia. *bis ead. pag.*

pag. 528. ἐξούλης, ejectionis judicium, ejectionis libellus (ioterdictum unde vi).

τὴν ἐξούλης, ejectionis judicium (interdictum unde vi) ab Atticis derivat, vim habens cum quis excluditur, & ejicitur ab iis, quæ habuit.

pag. 530. ἐκ τούπισω, retrorsum revoluti (computati).

pag. 535. ἐνέχυρον, pignus.

ἀπαιτεῖ, exigit creditor, vel hypothecam, vel pignus: pauper hypothecam non habens, nihil enim possidet: nec pignora ferens, omnibus enim spoliatus est.

pag. 537. εἰσκομισθέντα, invecta.

pag. 538. γραμματεῖα, scripta debitorum.

τὰ ὠνητικὰ, instrumenta emtionis agri.

φαίνεται, videtur autem & prohibitum esse arma pignori dare.

pag. 539. ἰδιόχειρα, scripta propria ipsorum manu.

ἔλαβεν, accepit scriptum ipsius propria manu.

pag. 541. οὐδὲ γὰρ, neque enim debet damno affici, etsi curam non præstiterit, & negligens fuerit.

pag. 542. μετενεχυριάζειν, pignus transferre, pignus oppignerare.

pag. 543. ὁ γονὴ, fœtus alius fœtus.

pag. 544. οὐ διεκώλυσαν, non prohibuerunt.

pag. 545. τῇ μεταθέσει, transmissione (novatione facta) pignus perimitur, nisi, &c.

pag. 548. οὐκ ἀντεχ. non opponitur exceptio ita concepta, sed nisi debitum præstiteris.

pag. 550. παραγραφὴ, exceptio à summovendo, & elidendo actionem, controversiam.

pag. 558. ἀποχὴ, apocha. ἀμεριμνία, securitas.

καὶ τελείαν, & perfectam securitatem (apocham) debiti mihi scribentes.

pag. 560. ἀφέσεως, migrationis.

ἡ γῆ, terra non venumdabitur cum authoritate (causa evictionis.)

pag. 561. σκευάρια, vascula vilissima.

βεβαίωσιν, authoritatem, evictionis causam.

pag. 563. πανδέκτην, pandectam, omnia suscipientem.

pag. 565. δικάζειν, judicare solos reges desertam virginem, & cui uni hereditas est obventura.

pag. 566. μαγκιπάτος, emancipatus apud Romanis, qui manumissus.

χειρόφετον, emancipatum. manumissum.

pag. 569. χυτρίζειν, in ollam ponere.

pag. 570. ἔκθετοι, expositi. ἀπρονόητοι, pro derelictis habiti.

θανάτῳ, morti præhet, exponit.

χυτρίζειν, chytrizein in ollam ponere, quoniam in ollis exponebant parvulos.

χυτρισμὸς, Chytrismus, partuum in ollis expositio.

καὶ ἄστοργον, amoris expertem, impium.

pag. 571. ἀνάγκης, necessitate nil fortius, ac vehementius.

ἔκθετοι, expositi. χαμαιριφεῖς, humi reperti.

ἀπρονόητοι, derelicti. pro derelictis habiti.

pag. 572. τοῦ χρόνου, multum temporis.

τὸ ἦθος, mos à consuetudine derivat.

τὸ

Interpretatio hactenus desiderata.

τὸ ἔθος, consuetudo temporé, diuturnitate firmata, pro lege habetur.

ὁ νόμος, lex vim nullam habet, ut ei pareamus, nisi quam ex consuetudine consequitur.

παντὸς, omnis controversi juris criterium (interpres) optimum videtur esse tempus.

pag. 573. χρόνῳ, tempore, diuturnitate firmata.

συνθήκη, compactum.

pag. 577. θανάτῳ, mortis causa donatio facta.

ἐπεποίητο, fecerat donationem.

ἡ, mortis causa donatio ultimam voluntatem imitatur.

κατὰ, ex voluntate ipsius.

τοῖς τε, viris qui uxores non haberent, & mulieribus viros non habentibus, innuptis.

pag. 579. ἔρημον, eremum (solitarium.)

τοῖς ἐρήμοις, solitariis hominibus filiorum loco hæc lex est.

τηλύγετον, solitarium, unicum filium habens.

παῖδα, filiamque unicam.

τηλυγέτην, unicam, per abusionem, dilectam, solam.

τὴν μονογ. unicam filiam meam. *bis ead. pag.* μοναχὴν, unicam. solam. *bis ead. pag.* ὅτι μονογενής, quoniam unica filia. μοναχός, solitarius.

pag. 582. δικῶν, judicium vocalium. Imperante Aristarcho Phalereo, die octobris septima.

pag. 583. ἁμαρτημάτων, delictorum, & scelerum denunciatio.

pag. 585. ῥωμαίων, Pilatus mittit Dominum ad Herodem, romanam legem secutus, quæ jubet, unumquemque à Præside suæ provinciæ judicari; ideo tanquam Galilæum mittit Jesum Galilææ Præsidi.

pag. 589. ἔνθα, ubi fuerit impietas, (majestatis crimen) nil prodest dignitas.

pag. 590. ἢ ἔργῳ, sive opere, sive sermone ipsum (Cæsarem) affecerit injuriis, & sacrilegus est, & piaculari crimine (scelere) tenetur.

χαλεπ. atrocissimum omnium delictorum.

νεκρὸν, mortuum ejicere insepultum rapinam canibus.

καθοσίωσις, impietas. majestatis crimen. *pl. ead. pag.*

pag. 591. δεινὸν, grave enim adulterium est, & maximis sceleribus non inferius.

μηδὲν, non minus malum sacrilegio adulterium est: ambo enim divinas leges violant, ac si vera dicere opus est, etiam majus; illud enim circa bona versatur, hoc vero circa homines ipsos.

ἐκ τῆς κατηγ. ab accusando nuptias constantes.

pag. 594. παρ' αὐτὰ, in ipso scelere.

pag. 595. συμπράττοντες, adjutores operis.

ἡ κόρη, virgo, vel nuptias sine dote, vel mortem ejus eligens, a quo vitiata.

νόμον, legem, raptorem virginis mille dare, & legem apud lacedæmonios, raptorem mortem puniri.

pag. 596. ἄρχων, pater quidem omnino Dominus est (liberorum) ex ipsa natura.

pag. 597. ἀπειρόκακος, malitiei expers (puerorum) infantium ætas est.

pag. 598. μὴ, telum non ferre.

δέρματι, corio bovis recens excoriati.

pag. 599. φάρμακα, venena ne conficias, & magicis libris abstineas.

ἕλκοντα, trahentem ad amorem.

pag. 600. γενεθλιαλόγοι, à die natali rationem ducentes.

ματαίας. stultæ ac vanæ artis.

ἐν Αἰγύπτῳ, in Ægypto autem solum studio mathematon (astrologiæ) maxime tenentur.

ἡπατοσκόποι, hepar, exta inspicientes.

pag. 601. οὐδὲ, neque artem omnino eam dicere oportet.

βῶλον, cespitem, sive lapidem movere.

pag. 604. ὡς τύπος, tanquam typus. forma.

ῥᾳδιουργοῦσι, falsa scribunt, & characteres literarum in testamentis effinguot.

ῥᾳδιουργοὶ, falsa conficientes.

pag. 606. σφραγιστήριον, euneus monetæ, ubi monetæ cuduntur.

pag. 608. πολλάκις, sæpe effugiens dare, quæ debuit ex administratione, studet ut illa denuo ei demandetur.

pag. 609. προστάτην, protectorem, personarum curam babentem.

κακώσεως, male administratæ provinciæ.

νοσφισμὸς, furtum publicarum pecuniarum.

νοσφισάμενος, intervertens publicas pecunias.

pag. 610. ἱεροσυλίας, sacrilegii.

ὅσοι, quicunque sanctimoniam divinæ fidei, sive negligendo confundant.

pag. 611. παρὰ, apud omnes Græcos communis lex est, sacrilegos insepultos abjici.

pag. 612. μετριώτερα, leviora. σφοδρότερα, graviora, asperiora.

pag. 615. ἐπιθέτης, impostor. *bis ead. pag.*

στελλίων, stellio, maleficus improbus.

pag. 616. ἐπίθεσις, improbitas, maleficentia.

ἀπὸ τοῦ πλανᾶν, a decipiendo.

pag. 617. γραφὴ, libellus, actio injuriæ.

χάρτης, charta, nugas, improba dicta continens.

τὸ δ' ᾆσμα, carmen, canticum prorsa Oratione factum est, convicia autem multa, & magna continet non in alios per Jovem; quomodo enim id vetante lege.

pag. 618. κατωτέρω, inferius.

πρὸ τῆς, intra ascensum duodecim cubitorum.

τὸν τάφρον, vallum. fossam.

φωρῶν, furum ne recipias expositas res furto comparatas, uterque enim fur &, & qui recepit, & qui furatus.

pag. 619. ἐάν τις, si quis furtivam qnamcunque rem sciens receperit, eodem judicio tenebitur ac latro.

pag. 624. τὰ περιέχοντα, contioentia hanc Regis indulgentiam.

τῆς, amnestiæ, oblivionis.

pag. 625. ὡς ἂν, ut judex voluerit, statuet poenam.

pag. 626. ἀπαιτεῖσθαι, accusare quidem, probare autem non.

τῶν παθημ. passionum medicina.

σωφρον. moderationis, correctionis gratia.

ἵνα, ut alii providentiam capiant, & timeant.

ὑπερώρισεν, relegavit & (animalia) anima expertia, si ab aliquo eorum contigerit hominem occidi.

pag.627.

pag. 627. τὸν γὰρ, improbum quidem punire semper oportet, ut melior evadat.
περὶ τῆς, ad Lacedæmonios de pace.
pag. 628. ἕως, donec rationes datæ, ac purgatæ; dispunctæ.
pag. 629. τῶν δὲ, sub Cajo damnatorum nomina diligenter vestigabat, veluti eo timente, ne absconderentur: & quidam coërcebantur, alii in vinculis conjiciebantur; alii & ex Capitolio dejiciebantur.
pag. 641. φίσκον fiscus cophinus erat, in quo proscriptorum pecuniæ habebantur: postea ærarium factum est Cæsaris, in quo servabantur pecuniæ fiscales, & fiebant ærarii: quæcunque olim populi erant, transierunt in Regis substantiam.
pag. 643. εἰς τὰ ἑαυτοῦ, ad res (curandas) sui ipsius, & quæ populi erant.
pag. 644. ἅπαντες, omnes cives, & incolæ.
τῶν μετοίκων, incolarum.
ἐὰν οἱ, si officiales Præsidum, sive Catholiciani.
εἰ δὲ καὶ, at si officiales Catholici legem prætergredi occœperint.
pag. 645. εἰ μὴ, nisi catholicus ipsum confirmaverit.
κινδύνῳ, catholicorum periculo.
τοῦ τῆς, diœcesis catholicum.
ὁ καθολικὸς, catholicus, sive qui præest, & publicarum rerum curam habet.
μαγίστρου. officii magistri, & catholici.
πραγματείᾳ, tractatu.
pag. 646. κατὰ πρόληψιν, per prolepsin.
φυλαττόμενοι, custodia habiti à Cæsarianis (sergentibus) centum.
Ἐλπίδιος, Helpidius, cui privatæ regis substantiæ, & possessionum cura demandata; Comitem quidem privatarum hunc appellare Romani solent.
τὸν κόμητα, Comitem privatæ substantiæ, hoc est rerum ad proprios Regis usus statutarum curam habentem.
pag. 647. καπιτὸν, capitum, pabula animalium.
εἰρηνάρχαι, Irenarchæ, qui præsunt, ut bene populo prospiciatur.
Πᾶσα, omnis (ad publicum pertinens) publica lis intra semestre tempus à die contestatæ numeratum, finiatur, nisi ex necessitate contigerit, sive personas aliquas, sive documenta ex provinciis agi ad regiam urbem, sive ipsi qui conventi sunt causam dilationis, præbeant, ut minime parati.
pag. 648. περὶ, de temporum intervallis.
πᾶσα φισκ. omnis fiscalis causa, sive publici aerarii, intra sex menses à quo contestata est die, finiatur, nisi dilatio necessaria intervenerit.
αἱ γὰρ τῶ, lites quidem publicæ (ad publicum, ad fiscum pertinentes) intra sex menses finiuntur: at quæ de publicis muneribus (ministeriis) controversiæ sunt, intra menses tres finiendæ: publicum autem munus (ministerium) est, puta aliquem frumentarium fieri, ut exercitui frumentum emat. (negotietur.)
pag. 649. ἀνυπερθέτως, absque cunctatione.
καὶ πληρώσας, & implens te.
μεθ' ὅ, donec fiscum impleverint.
pag. 650. βρεβίων, brevium, epitome dicitur; & concionus libellus.
καὶ τὰ, & libellos in medium tunc proposuit, quos Brevia appellare consueverunt, in quibus describuntor, quæ in singulis delubris sunt monumenta.
τὰ βρέβια, brevia, quæ apud nos servantur.
πυρὶ, igni tradidi brevia, quæ apud nos in scriniis conjecta sunt.
προσκυρώσεις, addictiones.
ἀπεθηματισμοὺς, adjectiones.
pag. 651. ὠνητικὰ, instrumenta emtionis.
pag. 652. τράγημα, edulia.
ἐν τοῖς, in illustioribus urbis locis.
Αὐτοκράτωρ, Imperator Zeno Domneno. Si alicujus proscripti bona vendantur, permissum est Comiti rerum privatarum Regis, & scholæ Palatinorum, & Fisci patrono aliqua ex iis emere, nemine rescindente contractum.
pag. 654. ὁ δημόσιος, fiscus in diversis provinciis eos habet, qui ipsius negotiis provident: & quælibet cura, dicitur statio.
εἰς οἴκου, ad domus eversionem.
pag. 655. καὶ οὕτω, & hoc pacto in concordiam rediguntur, quæ inter se adversa videbantur.
pag. 656. ἀκληρονόμητα, bona, quæ sine heredibus sunt.
pag. 658. σήμαντρα, signa, titulos (signacula).
pag. 660. κατὰ, jussu catholici.
πίπτειν, cadere in Cæsarem.
pag. 661. συνοπτικῶς, per synopsin.
Μήτε, neque comes privatarum rerum, neque alius ex magistratibus Constantinopolis, vel provincialibus de thesauro indicantem (deferentem) admittat: at si de alia quavis re fiscali nunciet, sub fidejussione statim fiat non minori quinque librarum: nec signum aliquod describatur, neve aliquid novi in bonis delatis (nunciatis) fiat ante sententiam scriptam.
pag. 665. διὰ λʹ, Intra dies xxx. exhibere debet, qui res fiscales immobiles detinet, ut C. lib. x. tit. xr. const. ult.
pag. 667. εἰ μὴ, nisi Proclus prohibuerit, qui ad Regem tunc adsedebat, honorem, qui Quæstoris vocatur, habens, vir justus: ideo quidem nullam temere legem scripsit.
Τριβωνιανὸς, Tribonianus Regis adsessor; Quæstorem hunc vocant Romani.
Φιδήλιος, Phidelius Atalaricho adsidebat: Quæstorem, honorem hunc Romani vocant.
εἶχε, habuit consuetum canicloma, & hanc Regis Manuel in Chr. Deo fidelis rex purpura genitus, & Imperator Romanorum Comnynus, & inferne bullam auream ab alto dependentem per (metaxam) sericum hastæ, & exterius stupeum per Theodorum, qui a Caniclio (mag. scrin.) erat, & jurisconsultus.
οἱ ἐν, qui in monomentis erant.
ὁ τῶν, qui moonmentorum omnium (curam habebant.)
τῷ ἀκολούθῳ, ei qui mandata servabat.
pag. 668. λόγῳ, verbo. ἔργῳ, re.
ὁ κτείνων, hominem occidens, etsi juste, & se defendens, & vi coactus, sons videtur esse ob affinitatem, quæ su-

peroe

perne venit, & communis est.

παρασημειώσεις, adnotatio est (scriptuta) potiora dictorum comprehendens, & ea velut in synopsi scribens, & paucis, uti videmus olim regias adnotationes fuisse.

pag. 670. εἰ σχολάζουσαι, Vacantes deinceps annonæ, & capita, fisco vindicentur, neque a magistratibus distribuantur, ac concedaotur aliis, vel in publica opera impendantor, sine sacra forma, qua & datio, & modus sumtuum præfiniatur. Sed neque etiam ex publico (fisci) canone in proprium (privatum), vel publicum opus materiæ transferantur. Neque ad emptionem materiæ, pecuniæ præstentur sine sacra forma. Qui secus fecerit suis boois fiscum implebit, & competens scrinium gravissimis pœnis subjicietur.

pag. 671. δηλεγατίων, delegatio apud Romanos, dispositio Præf. Præt. transmissionis frumenti, & annonarum translationis (commeatus).

pag. 672. προσδεύειν, præcurrere per duas villas.

pag. 673. τὰς φόρους, tributa Proconsules ab iis, quibus imperant, exigunt.

εἰς ἀπαιτ. in exigenda.

pag. 674. Α'υτοκράτωρ, Imperator Anastasius Anthemio Præf. Præt.

pag. 676. τυχικῆς, fortuitæ. ψυχικῆς, animalis.

καὶ τῶν, & gentibus per capita inferentibus (solventibus) argentum.

εἰ τοῖς, si talibus. εἰ μὴ, nisi.

διανεμήσεις, distributiones.

Ἰνδικτιόνων, indictionum Constantini hinc ptincipium.

pag. 677. ὀνόματι, nomine soper canonem.

pag. 678. καὶ ὑπερ. & excelluit, mundi (eximias) dignitates subiens, & ducenarius potius quam episcopus cupiens appellari.

καὶ τοῖς γε, & Procuratoribus Cæsatis, & hoc ipsum dignitatis nomen à numero commissarum eis pecuniarum inditur.

περὶ, de coronis.

pag. 680. ἵνα μὴ, ne regis immunitas (à tributis) gravis evadat proviociis.

pag. 681. ὁ τῆς, militaris annonæ exactor.

ὃς ἐπιμελεῖτο, qui sumptuum domesticarum curam habebat, Optionem eum vocant.

φύλαρχον, phylarchum.

οὐδεὶς δὲ, nemo autem Romanorum militum dux, neque Saracenorum, Romanis fœderatotum: Phylarchi horum duces appellantur.

καὶ αὐτὸν, ipsumque Rex Phylarchum Saracenorum, qui in Palæstina erant, præposuit.

Α'λαμ. Alamundari Phylarchi Satacenorum.

ἐπιτρέπει, mandat his instare Præsidibus, & urgere ad exactionem vectigalium, magisque cum horum officialibus, tributis colligendis laborate.

pag. 682. μητροκωμῆται, metrocomitæ.

Α'υτοκράτωρ, Imperator Anastasius Anthemio Præf. Præt.

pag. 684. μετὰ μῆνα, post mensem præfiniti, certique temporis, mittitur compulsor.

ὁ κανὼν, canon qoi datur à serico, & metaxa purus (integer) inferatur, octo libras præbentibus canonicariis.

καὶ τισὶ, & quibusdam quidem subditorum dari, & quæ vocantur endomatica recipi.

pag. 685. ἀσφαλεία, securitas, apodixis.

ἐντεταλμένα, rectas ordinationes.

μηνυτὰς, delatores. indices.

pag. 687. σιτηρέσιον, annonæ militaris distributionem.

τροφῶν, victus militibus statuti susceptionem.

στρατολογίαν, militum, exercitus rationem.

pag. 687. παροχῶν, parochus. præbitor.

pag. 688. ἐκεῖ, ibi Roma est ubi Rex.

ὅπου, ubi quidem Rex, ibi semper & fortuna manet.

pag. 689. ὁ δὲ μακαρίτης, felix Patricius Cohortalinos quidem vocat beneficiarios. dicit autem curam iis esse mansionum equorum.

pag. 690. τὴν τοῦ, Regis ordinem (locum).

pag. 693. συνώνησις, comparatio frumenti.

σεβάσμια, sacer apex. sacros, & divinos apices.

pag. 696. πρὸς τὴν, pto rata jugorum, sive jugorum capitum.

ζυγοκέφαλα, jugationem & capitationem simul.

pag. 699. λογοθέτης, qui rationes capit. discussor.

pag. 703. τῆς βασ. regiæ, regium ærarium, sive locus in quo aurum conditur.

ἦν δὲ, erat Alexander quidam in Byzantio, qui publicis rationibus præerat, logothetam (inspectorem) honorem hunc græco vocabulo Romani vocant.

μέγας, magnus discussor (quæstor) regis jussa, & mandata ad Sultanos amittenda, disponit, ac edicit, idque proprium discussoris ministerium.

δομέστικον, domesticum, ut latinorum vox sonat, cancellarium, ut autem Græci dicerent, logothetam.

ἑκάστης, unaquaque urbe instar Senatus, homines, qui in consilii locis (curiis) sunt & habente, & constituente.

pag. 704. ἀγωνοθεσία, constituendi, designandique certaminis munus.

pag. 705. ἐνέχυρα, pignora vitæ.

pag. 707. ἀγοραῖα, forensia.

περὶ, de tabulariis.

ἐπὶ, in ore.

φελώνιον, indumentum Sacerdotis: casulam.

συμποσιάζειν, convivati cum præsentibus, & simul voluptate impleri.

pag. 709. οὐ πολύ τι, non multum a Romaoa amplitudine superatam.

πλούτῳ, divitiis, & amplitudine, & hominum copia Urbium omnium, quæ in oriente sunt, principem.

pag. 711. ὁ ἐκ πολ. qui ex cive (matre) in quibusdam locis, civis est.

λογιστὴς, discussor. rationum curator;

κριτὴς, judex censor.

pag. 714. ὁ χρεωστῶν, qui debitor est, & machinatione quadam debitum intercipere parat, nec creditori exolvere.

pag. 715. ὃν πραίτωρα, quem Prætorem vocant.

pag. 719. ὁ τῶν, qui multorum judiciorum est dominus.

pag. 727. καταχρηστικῶς, per abusionem.

pag. 733. τὰ διδόμενα, quæ dantur ad alimenta;

σιτηρέσια, cibaria. opsooia.

Interpretatio hactenus desiderata.

ris fluctus increpate, qui res juste gubernatis, vel casibus, qui nulla nostra culpa evenerunt, ignoscite.

pag. 790. ἐπίμετρον, auctarium. Superpondium.
εἶναι τὰς, esse modios mille aureorum quinquaginta
ἐπιτελεῖται, tributum ballucæ pendatur.
τὰς χρυσίδα, auream arenam.

pag. 791. ἀχώνευτος, non ulla terra, sive aurea.
ἐπειδὴ, quoniam multam diminutionem habet.

pag. 792. ἢ οὖν, & nunc consueverunt dicere falsam monetam cudentes.
παραχαράκτης, falsus monetarius, inversor.
μονητάριος, monetarius, qui pecunias vudit.

pag. 793. ἐπειδὴ, quoniam catholici nostrarum quidem rerum, & baphii, & gynaciarii.
ὥστε ἢ, ut & gynæciis, vel linophiis injecti crudeliter estis, & miserum laborem patiamini, vel servi statuamini in promtuario.
βαφεῖς, baphii.
ἢ τιμᾶσθαι, & honorari curâ, per Tyrum, purpureæ tincturæ.

pag. 794. υἱὸς πορφύρας, filius purpuræ.
δεσπότας, sacratissimos, & dominos.

pag. 795. σὴρ, ser vermis, qui metaxam facit, a quo sericæ vestes metaxaæ.
ἐκ μετάξης, è metaxa vestea confectas, ipsæ enim sericæ.
αὐτοφυὲς, sua sponte natum.

pag. 795. τῶν βαφείων, baphiorum, & linifariorum.
τῆς αὐτοῦ, ipsius dexteræ scripta adnotatio.

pag. 799. σηρικὰ, sericæ texturæ.
ὁλοσηρικὰ, holoserica similia auro.
περὶ βασ. de regno. tunica Phœnicum tinctura infecta.

pag. 800. ἁπαλὸς, tenerum, & purum igne facile solvitur, & separatur.
στίγματα, stigmata vocant, quæ in facie, aliove corporis membro compunguntur, cujusmodi sunt & quæ in militum manibus inscribuntur.

pag. 803. ἀπαραποίητον, formam, & materiam non adulteratam habens, & pondus plenum.
τὸ τοῦ Καίσαρος, Cæsaris numisma mensario reprobare non licet, neque oleum venditori; sed si ostenderis, velis nolis, projicere oportet, quod pro ipso est venditum.
σταυροὺς, omnes nummos regum effigiem ferentes, ejusdem potestatis esse iis, qui nuper cusi sunt.

pag. 807. περὶ χοιρεμ. de suariis, & cauponibus.

pag. 808. τύπος, panis forma.
πᾶντος, omnis nummi exagii pondus ferentis.
τὸ ἐξάγιον, exagium siliquarum XXIV.
συστηματικοὶ, collectivi.

pag. 809. οἱ προεστάμενοι, præpositi corpori negociationis causa.
οἱ τὰ σώματα, qui cubantium (mortuorum) corpora obvolvunt.
περὶ συστημ. de collegiis, & chalcopratis.

pag. 812. παλατῖνοι, palatini, species panum, quos populo Constantinus magnus erogavit consulatus tempore, ita ipsos vocans, quod è palatio ducebantur: his addidit & carnes, & vinum, & oleum.

pag. 813. εἰς πρόχρεων, in promptuum pondus.
δέδωκά, dedi tibi & in promutuo horum annorum mercedam.

pag. 814. τῆς ἀργίας, inertiæ libellus (actio.)

pag. 815. ὁ ἐρχόμενος, frumentum quod ex Alexandria venit: suscipiatur, excutiatur, & admetiatur (imputetur) in Alexandriam.
τῆς οἰκουμένης βάραθρον, orbis terrarum barathrum.
τῆς οἰκουμένης μεγ. orbis terrarum maximus mercatus.

pag. 825. ἔστι δὲ, est autem ludicra ars, neque dedecus afferens athletarum munus, & ludi olympici, (quæ dicta entheria) & in arena contendentium.

pag. 828. δοχεῖα, susceptacula.

pag. 829. νυμφικὰ, balnea nymphica, quæ ex fontibus publicis ad nuptias celebrandas capiuntur.
Θεοδόσιος, murum hoc Theodosius Imp. & Præfectus Prætorio Orientis Constantinus exstruxerunt in dies sexaginta.

pag. 830. ἐγγὺς δὲ, prope autem locum, quod dicitur Prætorium, Ajantis, & Achillis aram posuerunt. Ibi & in præsentia balneum Achillis nuncupatur.
εἰς ἀνάκτισιν, ad refectionem aquæductus, pecuniæ quæ in scalas sunt præstitæ, impendantur.
Συκαὶ, Sycæ Urbs contra novam Romam, quæ à nobis, Justiniana est dicta.
περὶ, de Justiniani operibus.
ἐκ τῶν, ex arboribus ficus ferentibus.

pag. 832. τότε πρῶτον, tunc primum monomachorum spectacula sunt prohibita.

pag. 833. ὡς ἐξὸν, cum non liceret vulgaribus hominibus arma ferre.

pag. 834. ἐναπόγραφος, adscriptitius, qui terræ addictus. accola.

pag. 835. ὁ γεωργὸς, agricola fructibus colligendis, vel rationibus non vacans.

pag. 836. ἰδιοκτησίας, propriorum bonorum possessores.
ἐρωτᾶσθαι, rogare.

pag. 837. παρατεμψμὸς, (extentionem) advectionem.

pag. 838. Ἀριαράθεια, Ariarathiâ Urbs prope Cappadociam.
γεγόναμεν, facti sumus secundæ Cappadociæ, cum essemus apud se primæ.

pag. 839. κατὰ, per scientiam, scienter.

pag. 840. Ἀναστάσιος, Imperator Anastasius.

pag. 842. κειμηλιοφυλακίῳ, in loco ubi sacra vasa servantur.

pag. 743. φανερὰ, præclara substantia.

pag. 844. κἂν, licet conductus fuerit ut adscriptitius.
εἰ δὲ τὰς, verum si conductionem sponte confirmavit depositione, (confessus) vel declaratione, impolterum talis esse credatur.

pag. 848. τῆς Θρᾴκης, Thraciæ, in provincias sex ipsa dividitur.

pag. 851. δημοσίοις, publicis asinis, & mulis, & equis uti.
ὁ ἔξαρχος, princeps officii.

pag. 852. περὶ ἐκποιήσεως, de fundis alienandis.
παλαιὸς νόμος, vetus lex est, ne quis a cognatis, vel sociis vendere quibus voluerit impediatur: altera autem lex recta contrarium statuit, non licere alteri vendere, nisi habitatoribus suæ metro-

metrocomiæ : Nos autem nostrorum vectigalium simul, & publicorum tributorum, & militaris, & civilis ministerii, & utilitatis plurimam curam habentes, quod videtur inter ipsas contrarium esse, neque definitum, hac sacra nostra constitutione, claro, & concinno sermone corrigentes, statuimus.

προτιμήσεως, prælationis. *pl. ead. pag.*

κλασματικὴν, præruptam terram.

pag. 853. ἄνδρας, homines peræquatores dimisit.

ἐπόπτης, inspector dicitur peræquator.

pag. 854. ἐάν τις, si quis vites inciderit, vel feraces ramos ruperit.

τὰ ἔρημα, deserta cum bene cultis, & uberibus computentur.

pag. 855. οὐ μόνον, non solum dignitatis.

pag. 859. περὶ ἐπιβ. de accessionibus.

ἐκ τῆς, ex eadem substantia.

ἐπιβολὴν, accessionem. additamentum.

pag. 860. ὁμόδουλα, eandem servitutem habentia, eidem servientia. ὁμόκηνσα, simul censum pendentia.

ἐπαρχικὸς, forma præfecti prætorio, de his, qui eidem domino subjecta prædia possident.

pag. 863. μηδεὶς, nemo Apamæorum prata depascatur.

pag. 878. σὺν αὐταῖς, cum ipsis equorum gregibus.

pag. 879. εἰ πολιτικοὶ, si agri reip. locati alicui fuerint, qui diligentiam in illis adhibeat, ei non auferuntur.

pag. 881. διοικητὰς, dispensatores.

pag. 883. τῶν, octo pedum strata (via) constituitur,

τῇ στράτᾳ, strata utitur:

κατὰ μῆκος, per stratæ longitudinem.

pag. 884. Δάφνη, Daphe suburbium præclarissimum orientis Antiochiæ metropolis.

ἀλλ' οὐδὲ, sed nec Alytarcha id facere potest.

pag. 885. ἰλλουστρίους, illustres quidam vocant protospatharios, & qui supra hos sunt.

ὁ πρωτοσπαθάριος, protospatarius, & qui supra ipsum sunt.

καὶ τῶν, & Illustrium, & eorum, qui supra ipsos sunt.

pag. 886. ὅσοι, puta negotiatores, artifices viliores publicani, & apparitores : hi omnes licet privatim ambiant, & studeant dignitates consequi, harum honore non perfruuntur, sed iis privantur eodem pacto ac turpes.

ταῖς ἀπαιτήσεσιν, constituit (cum) exactionibus militaris auri, quod vocatur tyronicum.

pag. 889. ὕβριν γὰρ, dedecus id judicat & regiæ domus, & Senatus: regia enim domus senatui adnumeratur. (par ducitur).

καλῶς, recte dicit rex adnumerari cum Senatoribus, quoniam, & consul esse sustinet.

pag. 891. ὑπόμνησιν, admonitionem, significationem, advocationem.

ἢ κατὰ, vel sub prætextu revocatoriæ.

pag. 892. καὶ τὴν, & paternam glebam stipendiariam senatui excipiens.

pag. 893. περὶ κλοπῆς, de furto.

pag. 894. περὶ συγκλητ. de senatorum ordine : de senatoribus in unum coactis.

pag. 895. τῆς ἀξίας, dignitatem patricii consecutus erat, primus hunc excogitans honorem, & eos, qui eo dignati erant, præsedere præfectis Prætorio constituens.

ἔμπρακτος, actuosus, ministerium exercens.

pag. 896. εὐνοῦχον, eunuchum inter patricios non admittere.

εἰς ἑαυτῷ, quem sibi ipsi patrem constituit.

pag. 897. φροντιστὴς, minister curam possessionum habens & sub domorum comite : est autem is in Cappadocia, qui subest privatorum comiti.

pag. 898. ἡγεμόνος, Ducem regiorum.

ἡγεμόνα, ducem officiorum palatii.

pag. 899. καὶ τῆς εὐνῆς, & cubiculi minime suspectos custodes esse : id enim nomen perhibet.

Εὐτρόπιος, eutropius enim eunuchus regis cubiculo præpositus fuit, & consulatus dignitatem primus inter eunuchos consecutus est.

οἱ τοῖς, qui regii cubiculi ministerium habent, quos eunuchos dicere consuevimus.

pag. 900. πρωτονοτάριος, regiis subscriptionibus præpositus.

pag. 901. τὸν τῶν, scribam arcanorum, à secretis vocant.

σηκρητικοὶ, secretici ab eo, qui secretis præpositus est, referuntur, vel à ministris, qui ei subsunt.

pag. 902. μὴ προκριματισθῇ, ne matriculæ præjudicium inferatur.

pag. 903. οὐ βλαβήσεται, detrimento non erit descriptio in actorum tabulis importantibus in conventu, discrepantium in conventu.

pag. 904. οὕτως, sic digere. sic corrige.

pag. 905. σκρινιάριος, scriniarius, qui scrinium, sive arcam fert.

pag. 907. κομήτων, comitum, alii quidem primo ordine dignati sunt, alii secundo, alii tertio.

οἱ δέ γε, Qui quidem omnis exercitus ductores, & comites, & omnem magistratuum ordinem, quibus etiam regem prius adorare jusserat.

κεφαλὴ, caput rogatorum francorum.

pag. 910. τῶν χαμ. dignitatum inferiorum.

διὰ τῶν, per tela a silentiariis lata.

pag. 912. γενικὸν, generalis.

τῶν δορυφόρων, satellitum (militum) aliquis, quos domesticos rex vocat.

δομέστικοι, domestici equites Romanorum, qui apud Romanos familiares milites.

pag. 915. ἀσυνδέτως, disjunctim.

pag. 916. προσάγειν, honorem habentes admittere preces daturos.

pag. 921. οὐχ ὡς πατρῷον, non ut avitam hereditatem, sed regiam benignitatem.

pag. 922. ὑπὲρ τῶν, super iis, qui dicti sunt inducentes.

ταχυγράφοι, velociter scribentes.

συμμαρία, summaria, compendia velociter scribentium.

ἐκέλευσαν, jusserunt notariis scribere : Anysio regis ministro, & Callicrati exceptori Rufini Præf. Præt., & Olympio, & Nicetæ, & Regio a memorialibus.

pag. 924. οἰκειακὸν, familiarem.

πλεο-

Interpretatio hactenus desiderata.

πλινθίον, parvus later.

pag. 933. περὶ, de curam habentibus publici cursus.

pag. 935. διασαφητικὸν, declarationi inserviens.

pag. 937. τὸ ἀργυρον, argentum hoc est quod Romani miliarisium vocant, quod interpetratur militare donum.

pag. 941. μαγιστριανὸς, ministerianus (dictus, qui), castrensianus.

ὁ πονηρότατος, improbissimus tunc temporis officiorum comes.

pag. 945. τὸν τῆ, eum qui nobilissimi dignitatem à Justiniano obtinuerit.

pag. 950. ἦν δὲ οὗτος, erat quidem hic vir Imp. Justiniani satelles, dein candidatorum in numerum allectus est.

pag. 953. χωρὶς τῶν, præterquam in privatis locis ipsis vetitis.

pag. 961. δίπυρον, bis coctus, & exiccus panis, & paxemadium.

ὑόδαι, suillarum carnium susceptorem, quibus exercitus nutritur.

pag. 962. βετερανοῖς, vetorinis.

ὑπομνηματοφύλακες, monumentorum custodes.

pag. 967. καὶ μὴ, neque secundum consuetudinem, quæ hactenus viguit.

pag. 972. τοῦτο γὰρ, bis enim non oportet argentum concredere.

Μετάτωρ, metator, qui ad Præsidem nuntius præmittitur.

pag. 973. τὸ δὲ, id autem alterius Urbis. dicitur de Damasco & Irenopoli.

pag. 974. συνήγορος, advocatus.

σάβανα, sabana.

κοιτῶνα, cubiculum.

pag. 975. εἰς τὸν, ad turres novi muri Constantinopolis in pedeplanis subsistunt.

pag. 977. ἀφανδευτὰς, exarmantes.

κομιάτον, commeatus, veniam accipientem abeundi,

δότε μοι, date mihi scripturam discessus, (commeatum) ut militibus reges, (solent) & si is velit, cum testimonio secundo.

pag. 980. διὰ τῶν, per arma (obtinere) vim facere.

pag. 981. ἐγκατελέξαμεν, te allegimus in familiarium (numerum) ordinem: fiunt autem hi ab iis, qui impleverunt, & militarunt.

pag. 985. σκρινιάριος, scriniarius ex ducum ordine Præfecti Præt. qui est chartarum custos: scrinium enim tabularum, arcam Romani vocant.

pag. 987. καὶ ἔστιν, sunt autem angariæ, transitus per publicam viam, (publicum) cursum habentem: ut puta hinc in Tyrum. Parangariæ vero transitus per viam obliquam, puta hinc in Heliopolim.

τὸ παλαιὸν, olim erat cursus latus (amplior) dictus (cum vehiculis) per vehicula.

ταχυδρόμοι, veloces cursu.

ὁ δὲ ἵπποις, qui publicis equis vehitur, quos veredos vocare visi sunt.

τῶν δημοσίων, publicorum equorum cursum.

τῶν τὰς βασιλ. missis, qui regias responsiones (ferunt), quos veredarios vocant.

pag. 992. τοῦ δημοσίου, publici cursus equorum stationes.

pag. 993. τὸ παλαιὸν, olim erat cursus amplior, qui dictus per vehicula.

pag. 994. τρακτωρίας, tractoriæ dicebantur jussa, quæ a Præsidibus fiebant prætextu animalium cursualium, quas combinas ipsa romanorum lingua vocat, hoc est tesseras.

πλαστῶν, falsæ tesseræ (duplomatis falsi).

οὐκ ἔτι δὲ, non autem & iis, qui ad ministerium ipsius sunt: excipiendi tamen, qui ad comitatum animalia ferunt regio ministerio apta.

pag. 999. πριμιπίλον, primipilum est, quod principibus jaculatoribus militibus datur cibarium, ut id ipsis distribuatur.

ὁ διατροφὰς, cibaria militaria publico debens.

pag. 1000. ὀρδιναρίους, ordinarios.

pag. 1009. ἐνεχυρασμοὶ, pignorum oppignorationes.

pag. 1011. ῥητόρων, rhetorum. κτητόρων, possessorum.

ἐκδίκους, defensores scholasticos.

ὅταν, cum fiat scholasticus, omnium advocatorum primus, & ultimus.

pag. 1011. τὰ λόγῳ, quæ ratione solatii accipiuntur.

pag. 1013. τηβέννοι, tabennæ, togæ.

εἰ τὸ, si laurata nuntiarent (deferrent.)

pag. 1014. θυμὸν, carum in pectoribus animum necessitate (angustiis) confecti.

παρατηρημάτων, observationum.

pag. 1017. τοὺς παλαιοὺς νόμους, omnes veteres leges renovavit, librum conficiens; quem & novellas constitutiones vocavit.

νεαραὶ, novellæ post Codicem.

pag. 1023. ἀλλὰ κἀκεῖνο, sed & super illo providimus.

pag. 1024. τὸ ἀφαιρούμενον, quod ablatum est, aliis bonis adjiciatur.

pag. 1028. ὑπὲρ, de legativis.

διετάξατο, statuit legatum accipere.

ἀγνωμόνως, indevote, per contumaciam.

αὐτὸν μὲν, ipsum quidem recedere.

ἀνήβοις, pupillis.

εἴτε στρατιωτικῇ, sive militaris.

εἴτε βασιλ. sive palatinorum.

pag. 1029. καὶ ἦν τις, & erat quidam palatinus.

Εἶπε καὶ, dixit, & filius palatini morbo minime laborans erat confectus.

pag. 1030. τὸ πρῶτον, primas nuptias statuit lex: secundas permissio: tertias legum inobservantia: quartas vita porcis conveniens.

pag. 1032. ἀπαιδίας, orbitatis.

ἐν κτήμασιν, in possessionibus. ἐν χρήμασιν, in pecuniis, rebus.

pag. 1033. τούτῳ τῷ, hac peculiari lege. ταῦτα, hæc peculiari.

ἢ γενικῷ, generali.

ἡγεμονικῷ, principali.

ἰδικὸν, peculiarem.

σχῆμα, habitum.

pag. 1034. ἀναγνώστας, lectores.

ἀγνώστους, ignotos.

ἀγνώστοις, ignotis.

ἀναγνώσταις, lectoribus.

περιμένοντα, circumeuntes anus, viduas quasdam.

πρεσβύτιδας. προβεβηκυίας, seniores (fœminas) ætate pruvectas,

δεῖπνα, prandia varia.

ἀντὶ τῆς, pro alimentorum expensis.

pag. 1036. νόμον παλαιὸν, veterem legem.

pag. 1037. ἐγγυηταῖς, sponsores enim & hujusmodi juvare sanctum est.

δυσωπίας, vitiosum pudorem.

ταῦτα, eadem dicenda sunt.

καὶ οὐ τοῦτο, nec id duntaxat in creditoribus.

Interpretatio hactenus desiderata.

num: zygocephalorum.

νόμιμον, legitima portio. legitima sors. ratio.

τῶν ἐξ ἀδιαθέτου, eorum qui ab intestato.

pag. 1060. πάσης, omni conditione, omnique dilatione ablata.

pag. 1066. ὅσον, quicquid ambobus (parentibus) a liberis recte natis debetur, id omne accedere oportet a patre carentibus, ad matres.

pag. 1068. ἤδη μὲν, olim enim sacram legem fecimus.

pag. 1069. καὶ παρῇ, & adsit nobis præstantissimus quæstor.

κόμης τῶν οἰκείων, comes familiarium.

τῶν οἴκων, domorum.

κατὰ φύσιν, ex natura sui imperii. propriæ jurisdictionis.

pag. 1070. μετ' εὐφημίας, cum commendatione. sine contentione.

οὐ δύναμαι, non possum ab Andromache uxore recedere, vetat enim charta, & lex Ausonia.

pag. 1071. κατὰ προπέτειαν, per insolentiam. temere.

παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, ex iis qui ante nos fuerunt.

σύμβολον, indicium, symbolum.

pag. 1073. τὸ λεγόμενον, quæ dedit a nobis repudium appellatum.

πῶς σύ, quomodo prudentiam exigis, contra vero minime præstas.

pag. 1075. ἀπὸ, ob mortem.

pag. 1076. ἄωρον, immaturum.

pag. 1077. ἀπαιδίας, orbitatis.

pag. 1078. ἀπαιδίας, orbitatis.

pag. 1080. διομοσαμένη, jurata: διαπαγγειλαμένη, nunciata.

pag. 1081. ἱκανοδοσίαν. ἀσφάλειαν, satisdationem. cautionem, securitatem.

pag. 1082. οἱ δὲ αἰτίας, his sine omni causa.

τῷ ἐνδοξοτάτῳ, illustrissimo, gloriosissimo magistro militum.

κατὰ πρόληψιν, per præsumptionem. pl. ead. pag.

pag. 1083. κατὰ πρόληψιν, per præsumtionem.

ἐκ προλήψεως, ex præsumptione.

ὡς προλήψει, ex eo, quod præsumtione videatur ipsi pretium remittere.

οἱ μάρτυρες, testes vel dignitatem, vel militiam, vel officium, optimamve substantiam habentes, ex præsumptione (excipiendi) admittendi sunt.

τηνικαῦτα, tunc omni liberalitate.

τὸ φιλοτιμίας, verbum liberalitatis hic non de donatione propter nuptias videtur dictum, vel de muneribus sponsalitiis: hæc enim ut debitum, filiis omnino debentur. Sed illud dicitur proprie liberalitas, idque amittit quæ secundo nupsit, quod futura erat lucrari, puta legata, dona, & alia hujusmodi, in quibus, filii ipsius quæ non nupsit secundò, nullum jus habent. donationis vero propter nuptias, quæ secundò non nupsit filii quidem accipit partem (per dominium) per proprietatem: quod si deliquerit (denuo nubens) & ea privatur, & habet partem secundum usum tantum: neque hanc alienabit, evertitur enim a filiis quod actum erit.

πρόνοια, attamen provideat.

pag. 1084. ἀποφάσεων. προφάσεων, negationum, occasionum.

οὓς δὴ, quos quidem & Prætores vocabant.

οἱ μὲν σικελίαν, qui quidem Siciliam.

περὶ γε αὐτῶν, de ipsis Consulibus.

pag. 1085. ὃν ἄν τις, quem Græcorum aliquis Harmostem diceret, quod & lacedæmonii potestatem habentibus indidere nomen.

ἀναφορικῶς, per relationem.

pag. 1086. ταμεῖον, cubiculum ubi repositæ opes. ærarium.

ᾗ τινι, quo in Aphrica Romani primum.

οὐ γάρ, non enim quis tale quid fisco intulerit.

ὥστε καὶ, ut & publicam substantiam faciat.

pag. 1087. ἀπὸ γενικῶν, à generalibus. à census magistris.

λέξις τὸ ἀγέρωχος, verbum Agerochus hæc tria significat, gloriosum, & superbum, nec non injurium. Agerochi gloriosi hoc pacto rationem nominis ducit.

ξηρῶν καρπῶν, fructuum aridorum.

pag. 1089. βινδίκας, vindices.

νόμος ἐπίσταται, lex scit.

pag. 1091. χορηγὸν, militaris sumtus dispensatorem.

στρατιωτικὰς δαπάνας, militares expensas.

pag. 1092. ἀφορισμὸς, excommunicatio.

τῶν εὖ, eorum quæ pulchre, non velociter scripta sunt.

νεκροφόρος, vespillo barbarus. prædictionis barbaræ.

νομικοί. ἀγοραῖοι, legum periti. forenses.

ἀπὸ τοῦ σχίζειν, à scindendo.

pag. 1093. γενικὸν, Generalem.

διαπαντὸς, semper.

δύο πάντως, duo omnino.

περὶ συμβολαίων, de (symbolis) instrumentis.

τὸ μίγμα, mixtio consiliorum personarum inter se convenientium, symbola dicitur, ideo quæ inde fit descriptio, symbola vocatur, quale monumentorum conventorum cum contrahentibus, sive se commiscentibus, & consentientibus, & in hoc unum simul suas sententias colligentibus.

pag. 1094. τοῦ βαθμοῦ, proprii gradus.

δασεῖα, Spiritus asper.

ὁλογραμμάτως, integre scriptas. bis ead. pag.

αὐτοκράτωρ, Imperator integre scriptus:

αὐτοκράτωρ, ἐπειδὴ, Imperator, quoniam huic respondet integre scriptus, ideo omnibus characteribus, omnibus syllabis scriptum est.

pag. 1095. ὁλογράμματα, integre scripta.

ὡς ἐν πλάτει, veluti latius.

pag. 1097. ἡ παρασημείωσις, adnotatio ipsa eget comparatione.

pag. 1098. θεοὶ γάρ, Dii enim in bonis, & justis confessionibus gaudent adhiberi, non in turpibus, & injustis.

σωματικοὺς ὅρκους, corporalia juramenta.

pag. 1100. συνδικαστὴν, eum, qui simul judicet.

ἀντιβιβλίῳ, responsionis libello.

δεκαπλασίαν, διπλασίαν, decuplam, duplam.

pag. 1102. εἰσελαστικά, Iselastica.

pag. 1103. ὥστε μὴ, ne sacra dei contaminentur.

ἀῤῥήτῳ, arcana virtute, & quæ aperiri nequit.

ἀῤῥή-

ἀῤῥήτῳ φιλ. indicibili humanitate, & mira Oeconomia.

pag. 1104. πρὸς Θεοδώραν, ad Theodoram Canonicam de vita canonica.

περὶ τοῦ μὴ, de (mulieribus) canonicis, quod non decet cum viris habitare.

Συκαὶ καθ' ἡμᾶς, Sycæ apud nos Justinianæ adnominatæ.

pag. 1105. μνημόσυνα, mnemosyna.

ἐννάτῃ, nono quidem die aderam post regis mortem, & omnes nobiles mulieres aderant justa perficientes, & mnemosyna.

Πλωτῖναν, Plotinam defunctam honoravit, ut & in dies novem lugubribus vestibus indutus fuerit.

pag. 1109. κακὸν πρᾶγμα ἔχων, malam causam habens.

pag. 1110. ἀπαιδίας, orbitatis.

pag. 1111. ὑπὲρ τὸ, pro absente proprie gerentem.

νομίμως, juste, legitime gerentem.

pag. 1113. ἀποδείξεις, apodixes, documenta æris alieni.

pag. 1114. ἀνυπεύθυνον, rationibus reddendis non obnoxium.

pag. 1115. δύο πάντως. διαπαντὸς, duo omnino, semper.

πέντε μαρτύρων, quinque testium.

τοῦ χρυσοῦ, aurei filii regis appellatione, lege tui filii facti.

pag. 1116. κυρίας, dominam vocabat.

αἱ γυναῖκες, mulieres statim ab annis XIV. a viris dominæ vocantur.

τῶν προτέρων, priorum. τῶν πατέρων, patrum.

νόμους, asperas leges adversus impudicos.

pag. 1118. λέων, ἐνομ. constituit Leo, clericos in præfecto Prætorio duntaxat judicari,

ἐν τῷ διακονικῷ, in diaconico.

τῆς ἀργίας, inertiæ sub Dracone infamia pœna erat, sub Solone autem qui tertio deliquisse compertum esset, infamia notabatur.

Ἀθήνησι, Athenis inertiæ causæ (actiones) sunt.

μία, ὀλίγου δεῖν, una prope omnibus delinquentibus pœna statuta erat, ut & inertiæ, lentitudinis damnati, morti darentur.

pag. 1119. χαμαιδικασταὶ, terrestres, pedanei judices. διαιτηταὶ, cognitores sorte electi.

νόμων καὶ πείρας, legum & experientiæ.

pag. 1120. ἐν σχήματι, per adnotationem (more adnotationis.)

συντίθεσθαι μὴ, hoc est non fieri acta ampla (latiora, integra) in judiciis mediis (quæ in medio fiunt) & omnes litis partes descriptas habentia.

παρασημείωσις, adnotatio, hoc est, præcipua eorum quæ dicta sunt, comprehendens, & ea veluti in synopsi scribens, & paucis.

pag. 1121. ἀναψηλαφήσεως, retractationis causæ.

τὴν στοὰν, porticam regiam olim judicium.

μηδὲ φαίνεσθαι, neque apparere æquius lege.

pag. 1122. οἱ βαλλιστάριοι, ballistarii sub cura Patrum civitatum sunt.

pag. 1123. παραμήρια, enses qui fœmori aptantur, pugiones.

τῷ παραμηρίῳ, ense (fœmorali) caput ipsius abscidit.

σιγύνας, hastas, spicula.

σίγυνοι, sigunni.

σιγύνην εὐρυκάρηνον, hastam vasto capite.

pag. 1125. ἐπὶ τῶν, in iis, quæ fortuito accidunt.

ὁμολογία καθωρισμένη, confessio determinata.

pag. 1126. τοὺς περὶ, de his qui circa eusebium erant, ut inimicis exceperat.

μεσεγγυηταὶ, sequestres.

μεσάζοντας. μεσιτεύοντας, mediatores, conciliatores.

μονομερῶς, una duntaxat parte præsente.

pag. 1129. καὶ περ ἀπαγ. lege quidem prohibente, nullo pacto Præsides migrare.

τὰ τῆς ἀρχῆς, imperii insignia, & dignitatis ornamenta.

pag. 1134. φανερὰ οὐσία. ἀφανὴς, evidens substantia. obscura. locuples. tenuis.

pag. 1131. παρὰ, tanto minus accipere.

παρὰ τοσοῦτον, συνεισφ. tanto minus collationem facere.

pag. 1132. ἐμπορικῶς, mercatorum more.

pag. 1133. ἀλληλέγγυοι, duo rei debendi: qui invicem spoponderunt.

pag. 1134. τήβεννος, τήβεννος, trabea. toga. tabenna:

τὴν περιπορφ. purpuream vestem romani tabennam, vocant.

λαμπρὰν, candidam tabennam, candidam vestem.

ἐν τῇ ταβ. in veste tabennica, in toga.

pag. 1135. ὑπατείαν, consulatum.

ὑπατείαν, consulatum, sparsionem multam.

μονημέριον, monemerium, spectacula unius diei.

εἰς τὸ μονημέριον, in monemerium.

ἀπὸ παγκάρπων, è lignis fructus omnes (varios) ferentibus.

πάγκαρπον, pancarpus, omnes fructus ferens.

πόρνας, meretrices.

μίλοις; malis, causiis, quadrangulis. monetæ genera.

ἑπτὰ, septem noctium.

προσέρχεται, accedit autem, cum ipsis annuerit, stola.

αὐτὸς, ipse.

pag. 1138. κολακικὰ, blanda (per adulationem obtenta).

συνδικαστὴν, eum qui simul judicet.

pag. 1144. συμπόνους. παρέδρους. συνέδρους. συγκαθέδρους, participes. adsessores. consiliarios.

pag. 1145. ἐπὶ τινι, in aliqua quantitate.

ἵνα ὁ δαν. ut creditor possideat.

ἀντίχρησις, antichresis.

ὀδεσσὸς, odessi, & Tomi.

μίσθωμα, merces.

pag. 1147. χρῆναι, opus esse iis, qui proprias ecclesias derelinquunt, omnem ecclesiam auferri.

κύβοι, cubos, acuta perpolita ossa, quibus utuntur alea ludentes.

πεσσοὶ, tali, sunt bola, quibus utuntur alea ludentes.

δημοσίαν, publicum congressum.

pag. 1150. τῶν ἐρήμων, eremorum, ac desertorum fundorum.

ἐπιβολῆς, superindictionis.

ὁμοκήνσους, ex iisdem fundis simul pendentes census. pl. ead. pag.

ὁμοδ

ὁμοδούλους, conservos. fundos, vel servos fundorum ratione iisdem dominis servientes.

pag. 1151. ἀγωγικά. πραγματευτικά, ea quæ pro ferendis, & mittendis mercibus penduntur.

σιτώνας, frumentarios.

pag. 1153. ἐπιδημητικῶν, epidemeticorum.

pag. 1154. ἐπειδήπερ ἐν πολλοῖς, quoniam in multis, &c.

τύπον δὲ ἔδωκε περὶ τῶν ἐπισκόπων, καὶ οἰκονόμων, καὶ ὀρφανοτρόφων, καὶ ξενοδόχων, ὥστε μὴ, Formam autem dedit de episcopis, & œconomis, & orphanotrophis, & xenodochis, ut heredes hi habere non possint, nisi in iis, quæ haberent, antequam crearentur, in sua substantia; de his quidem disponant: à quo autem momento fuerint electi, facultatem non habeant de his quæ acquisiverint, disponendi; sed in his omnibus venerabilem domum succedere.

pag. 1155. παροχάς, largitiones. munera.

pag. 1156. εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους, miseraodum ipse spectaculum vidi, liberos ingenuos ob æs alienum patrum, trahi ad Prætorium.

pag. 1159. αὐτομάτως, sua sponte.

pag. 1160. ἀνθρωπομανίαν, hominum furorem:

pag. 1161. βιοκωλύτης, ad vim, & deprædationes prohibendum præpositus.

pag. 1164. τῆς ἡμέρας, diei. τῆς ἡμετέρας, nostræ.

pag. 1166. κεντίαι. σεντία, cintiæ. sentiæ legis.

pag. 1167. ἐπαρχικῶν, formarum Præf. Præt.

περὶ ἐπιβολῶν, de superindictionibus: de adjectionibus, quæ ob prædia deserta feracibus irrogantur.

pag. 1168. ἐπιβολῇ, superindictioni.

ἐπιβολή. ἐπιβολὴν, superindictio. superindictionem.

εἴποτε τοίνυν ἐκ κατά τινα τῷ νόμῳ γνώριμον αἰτίαν ἐκποιήσειεν ἀγρὸν, ἢ χωρίον, ἢ γήδια, ἢ σύγκτησιν ὅλην, ἀποβιώσειεν ὕστερον καταλιμπάνων τὴν λοιπὴν περιουσίαν εἰς ἐξωτικοὺς, ἢ παῖδας, κἀκεῖνοι τὸν ἴσον τρόπον ἐκποιήσουσι τῆς περιουσίας, ἣν ἐδέξαντο, χωρίον, ἢ ἀγρὸν, ἢ γήδια, ἢ σύγκτησιν, τινὰ, καὶ τὰ παρά, Si quis igitur ex causa lege probata agrum forte alienaverit, vel fundum, vel territorium, vel integram possessionum massam, postea decedens bonorum reliquum extraneis, vel liberis reliquerit: qui pariter ex substantia, quam compara verint, fundum, aut agrum, aut territorium, aut compossessionem aliquam alienaverint, & id quod à successoribus alienatum, desertum sit effectum; ut locus sit epibole (adjectioni desertorum agrorum ad feraces): Neque omnibus simul (bonis) prius possessis, neque juxta successionis ordinem inferri onus defecti prædii ex conservis (eidem domino servientibus) jubemus: sed prius quidem, quod ab illius filiis, vel extraneis successoribus possessum, quod nunc defecerit, & immobilia bona ipsorum epibolen (superindictionem) pati. Desertus autem cum is ager apparuerit, pariterque ipsius possessio: in cœteris bonis ipsi relictis, onus irrogari. Sed si neque horum prædia ad tributorum præstationem sufficiant; tunc in primum domioum, qui filiis, vel extraneis id transmiserit, ut posuimus initio. & in res soli ipsius (si id ferat illius substantia) reverti: & hoc pacto ex sterilitate (deficientia) omnium, in eum iri, qui a priore domino fundum, agrum, vel territorium ioitio comparaverit, vel ex legitima quavis causa acceperit. Idem dicendum est, si forte multæ interim successiones fuerint, donec enim qui conterminus est (qui adhæret) fertilis, ac idoneus sit, oihil eos turbari, qui antiquiori tempore prædia habuerunt, nec illorum substantias decet: & hæc quidem ita statuta sint. (Epibolæ) Adjectiones autem desectorum agrorum, omnibus ioserantur, cum multi sint, & eundem ordinem habeant, (etsi parvi sint agri) pro rata fertilium fundorum, qui ex eadem substantia quocumque pacto pervenerint, fieri, & tuoc fundorum idem tributum pendentium onus ipsis irrogari: quando & desertum prædium ipsis pro rata tradi contigerit; vel quando ad id suscipiendum, ipsis vetitum sit. Ad hæc æquum minime est, pro his alicui tributorum onus irrogari: tuæ igitur claritatis erit, ut ea hoc pacto fiant, diligenter curare. Quod si hæc ut statuimus non serventur, noris pœnam te decem auri librarum cum officialibus tibi datis, præstiturum, vel etiam aliam, ut par fuerit, majorem subiturum; nihilque minus ea quæ a nobis statuta sunt, & sic vigere debere. hujus enim gratia, & Nicomedia ex nostra potestate ablata est.

περὶ ἐπιβολῶν, de sdjectionibus, quæ ob prædia sterilia fertilibus irrogantur.

pag. 1169. Βάσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου, Bassi præstantissimi Præf. Præt.

Βίσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου, Bissi præstantissimi Consulis.

ὑπάρχου, Præf. Præt.

εἴ τις ἀκινήτου τινὸς ἀντιλαβέσθαι σπουδάζων, ἀρχικὴν ψῆφον κομίσοιτο, ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἀρκέσει τυχὸν ἡ τάξις τὴν σχολὴν μαρτυροῦσα τῆς τῶν πραγμάτων νομῆς οὖσαν, ἢ καὶ τῶν γειτόνων ἡ αὐτὴ τάξις λέγει μαθεῖν, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων ἐπιλάβοιτο. ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένων ὑπὸ τοῖς τῶν, si quis rem soli aliquam apprehendere cupiens magistratuum sententias ferat; in felici quidem hac civitate sufficiet fortasse ordo executorum adseverantium vacuam ejus rei possessionem esse; sive ex vicinorum testimonio, ipse executorum ordo dixerit scire, quod nemo bona apprehenderit. In rebus autem, quæ in provinciis sitæ sunt, sub locorum defensoribus monumenta, (acta) quæ id ipsum fere operantur, oportet conformari, & parare, testimonium quidem vicinorum habentia: tunc autem copiam facimus sententias petentibus res occupare: & iis pariter qui ex aliquo contractu acceptu-

k

cepturi rem aliquam sint, taleinque possessionem, vel dominium sibimetipsis quæsituri, necessaria defensorum civitatis in provinciis testimonia ducimus; ut ex monumentis, quæ apud ipsos confecta suot, traditio aperiatur; sive mandata (commissiones) forsan scripta colonis sint; sive sine mandatis traditio futura est, cum adsit defensor, & colonos, sive phrontistas oportet coosideri apud acta, & consensum præstare; ut novum sciant possessorem, ac dominum, & ex sententia tradentis sequatur id ipsum ei concedentis; at si defensor non adsit. clarissimum Præsidem provinciæ, hæc acta conficere jubemus; vel sanctissimum Sacerdotem Urbis, in qua prædium est, super quo hæc aguntur, si fortasse longe absit Provinciæ præses a loco ubi traditio fit. In hac autem Regia Urbe, & exactiones, & testimooia, quæ super traditione desiderantur, tempus sufficiens iis dari, qui adepturi erunt, ducimus.

pag. 1170. ἐπιβολή, superindictio. pl. ead. pag.

ὁμοδούλων. ἢ ὁμοκήνσων, conservorum, simul subjectorum uni domino. (prædiorum) vel simul censum pendentium.

ὁμόκηνσα, simul censum pendentia.

προστάττομεν κῆνσον, ἤγουν ἀπογραφῆ, χωρία φέρεσθαι μόνον, οὐ μὴν οἰκίας, ἢ ἄλλα πράγματα: ἡ δὲ ἐπιβολὴ ὁμοκήνσοις γίνεται: φυλάξει δὲ τοῦτο ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, καὶ ἡ πειθομένη αὐτῷ τάξις, καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων εἰσφορῶν, διὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ποινὴν ταύτῃ τῇ ψήφῳ, καὶ τῶν ἀλλαχοῦ. jubemus censui, sive descriptioni prædia duntaxat subjecta esse, non vero ædes, aliasve res. accessioni autem, & intributioni prædia eundem censum præstantia obnoxia sunt, id autem servabit gentis Præses, & qui ipsi parent officiales, & publicorum tributorum exactores, xxx. auri librarum pœnam præstituri hac constitutione: & quæ sequuntur generales facimus formas, ut nulla detur epibole (adjectio) de eidem servientibus, vel eidem censum præstantibus (fundis) statuta, super ædibus, nec super civili annona, vel alia quavis re in censu non descripta. Hæc serventur: hæc ubique mandentur. qui deliquerint, decem librarum auri pœnam præstabunt, & eorum substantiæ habita ratione, non minus damni unquam patientur. Qui enim in his injustitiam passi sunt, habent adversus delinguentes, & eorum heredes, & ipsarum rerum actionem, quod damnum præter legem substinuerint: illustribus Præsidibus, & qui ipsorum ministerio sunt, officialibus, & omnibus ubique locorum defensoribus populorum, quæ a nobis generaliter statuta sunt, servaturis, & pœnam hac ratione illaturis.

pag. 1178. ἀντίδουλοι, qui servorum loco sunt.

pag. 1179. στέρησιν αὐτοπραγίας, privationem potestatis agendi quæ velis.

ἐν κτήσει, in possessione.

ἐν ὑποτάξει, in subjectione.

pag. 1180. περὶ στρατιωτῶν, de militibus.

ἐκ τῆς κοινότητος, non selectos. vulgares.

πλώϊμοι. πλωτῆρες, oavigandi periti. nautæ. classiarii.

pag. 1181. συντηρεῖσθαι δὲ εἰς ἑκάστην στρατείαν, ἱππέων μὲν τεσσάρων λιτρῶν ἀκίνητον κτῆσιν, ὅτε ἀριθμεῖσθαι κελεύομεν, καὶ εἰς τὸν στόλον τεταγ. servari autem in unamquamque expeditionem equitum quidem, rem soli (prædium) quattuor librarum: quibus numerari jubemus & classi addictos ac statutos nautas ægæi pelagi, & samii: reliquos vero classiarios duarum librarum.

ἢ αὐτῶν, ἢ ἐκείνων, vel ipsis, vel illis.

ἢ αὐτῶν ἐκείνων, vel illis ipsis bonis suis cedentibus.

pag. 1182. εἰσδοτικά, præstationes, quæ fiunt, ut in possessionem mittantur.

pag. 1184. ..... ἔσω δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βελλω. unus autem aliquis navium dux consultor fiat.

pag. 1185. ὥσπερ ἐν τοῖς ῥωμαίων στρατεύμασιν ὁ βασ. ut in Rom. exercitibus, qui regium signum habet, apud latinos Marchio dicitur.

pag. 1186. προσήκοντες, spectantes. pertinentes. utiles.

pag. 1189. ἀντίδωρον, remunerationem. bis ead. pag.

ἀντίφερνα, quæ contra dotem, dotis vice dantur.

pag. 1193. μονόμαχον, eum, qui solus pugnat. præcisum.

μονιόν, singularem.

pag. 1197. παραμοναρίους, permanentes, mansionarios.

μονήν, mansionem.

σύγκτησιν, compossessionem: possessionum mallam.

ἀλλαγάς, mutationes.

pag. 1198. φάλσιτ, fraus. impostura, deceptio.

ἀντωμοσία, conjuratio.

pag. 1199. ἀργός, iners.

ἀκίνητος, torpens erat in concubitu, dicebatur argus. (iners).

pag. 1200. καὶ γυνή, & mulier venefica.

pag. 1201. εἰ δέ τινες παρὰ ἀπὸ τοῦ, ἢ βασιλικοῦ στρατιωτικὰ, at si aliqui a Censore, vel Basilico militaria prædia per libellos vendiderint.

παρατικόν, superficiarium. libellarium.

pag. 1202. ὁ ἔχων χρῆσιν καρπῶν, δύναται πωλεῖν αὐτήν, qui usumfructum babet, potest eum vendere & invito domino, vel herede ipsiua.

ἐκλύσεις. εἰσδοτικά, redemptiones. præstationes, quæ fiunt, ut in possessionem mittantur.

προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

pag. 1208. ἀντίχρησις, antichresis. mutuus usus.

εἰσδοτικά, quod sulvitur, ut in possessionem mittantur.

περὶ ἀνακάμψεως, de renovatione. ἀνάκαμψις, renovatio. bis ead. pag.

εἰσδοτικόν, quod præstatur, ut in possessionem mittatur.

pag. 1225. ἐμοῦ εἰδότος, me sciente.

pag. 1228. εἰσδοτικά, quæ expenduntur pro immissione in possessionem ohtinenda.

εἰσδοτικῶν, præstationum, quæ debentur domino, ut io possessionem immittat.

ὅπω,

Interpretatio hactenus desiderata.

ἐπιλοιπάδων, reliquorum (vectigalium).

pag. 1230. τὸ γεγραμμένῳ νόμῳ ἔλλειμμα, τὸ παρὰ τὸ γεγραμμ. quod lege scripta prætermissum, quod justum est præter legem scriptam.

pag. 1231. εἰσδοτικοῖς, pecuniis, quæ persolvuntur pro immissione in possessionem.

εἰσδοτικῶν, pecuniarum, quæ ut immitteretur in possessionem sunt præstitæ.

ἦθος ἐξέθετο, mos ex consuetudine provenit.

pag. 1235. ἀντιχρήσεως, mutui usus: ἀντίχρησις, antichresis, mutuus usus.

pag. 1236. ἀνάκαμψις, renovatio. restauratio feudi.

pag. 1237. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

εἰσδοτικά, præstationes, quæ fiunt, ut in possessionem mittatur.

pag. 1240. εἰσδοτικά, pecuniæ pro immissione in possessionem, præstitæ.

προτιμήσεως, prælationis.

βουκελλάριος, buccellarius: permanens miles. stationarius.

pag. 1241. τὸν δὲ πολλάκις ἔδει τοὺς ἑαυτοῦ προστάτας θυγατέρας τε συνεκδίδοσθαι γαμουμένας, erat autem opus, à clientibus patronos adjuvari in filiarum nuptiis: & redemtionis pretium hostibus illos præstare, si quis ipsorum, vel liberorum captivus factus esset.

κοινῇ δ' ἀμφοτέροις οὔτε ὅσιον οὔτε θέμις ἦν κατηγορεῖν ἀλλήλων ἐπὶ δίκαις ἢ καταμαρτυρ. commune autem ambobus, neque jus, neque fas erat, accusare se invicem in judicio, vel testimonium adversus dicere: quod si quid horum fecisse aliquis comperiretur, legi proditionis erat obnoxius.

pag. 1242. καὶ εἴ τι δὲ ἴδω, ἢ νοήσω, ἢ ἀκοῇ παραλήψομαι εἰς ἀτιμίαν ὑμῶν, καὶ λύμην τοῦ ὑμετέρου φρονήματος, & si quid videro, vel cogitavero, vel audiens suscepero, quod in vestrum dedecus, perniciemque sit coronæ vestræ, & vos de hoc scientes me facturum, & ut mihi permissum fuerit, id prohibiturum.

ἐπ' ἀντιδόσει, remunerationis ergo.

pag. 1244. εἰσδοτικά, pecunias pro immissione in possessionem obtinenda, solutas.

ὑπόβολον, hypobolum. donationem propter nuptias. pl. ead. pag.

θεώρετρον, donum, quod à sponso dabatur cum primum sponsam videndi ei erat copia. ἀνακαλυπτήριον, idem est.

ἀνακαλυπτήρια, dona quæ dantur sponsæ, dum retectam se præbet videndam.

ἐγκαλυπτήρια, dum adhuc tectam, & velo conditam.

pag. 1245. προτιμήσεως, prælationis.

pag. 1251. ὑπόβολον, donationem propter nuptias. Hypobolum.

pag. 1252. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

πρότιμος. πρότιμον, qui prælationis jus habet. eum. cui prælatio competit.

προτίμησις, prælatio.

pag. 1260. ἀναγκάζεται, compellitur.

pag. 1264. καὶ τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ εὖ πάσχειν τῶν ἡδέων, τὸ μὲν γὰρ εὖ πάσχειν, τυγχάνειν ἐστιν, & bene facere, & bene pati, jucunda sunt: bene enim pati est, quæ cupimus nancisci: bene autem facere est habere; & utrumque horum desideratur.

pag. 1265. τῆς προδοσίας, proditionis.

pag. 1273. ἀναλήψεις, redemtiones.

εἰσδοτικά, pecunias, quas solvimus, ut in possessionem immittamur.

pag. 1274. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

pag. 1280. ἀντιχρήσεως, antichresis. mutui usus.

pag. 1281. ἀναλόγως, pro rata. ratione ducta.

pag. 1282. ὑπόβολον, hypobolum, pl. ead. pag.

pag. 1286. ὅρκος ἀντιπαγόμενος, jusjurandum relatum.

pag. 1291. προτιμήσεως, prælationis. bis ead. pag.

pag. 1292. γυμνάζεσθαι, se exercere ad simulacra animi expertia.

pag. 1330. ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου πρώτῳ. ἐν ἐκείνῳ χωρίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζονται, οὐ διὰ τοῦτο, in prima adversus theomnestem oratione. Et in loco cum de homicidio controversia est, hoc nomine minime calumniæ jusjurandum præstatur, sed ut ego probe audivi, actor quod interfecerit, jurat, reus autem quod non interfecerit.

pag. 1331. καὶ αὐτῶν πρῶτον μὲν εἰς τὸ τῶν μαστίγων σῶμα, καὶ ἐν χρῷ κουρᾷ ἀτιμάζεσθαι: τοῖς μὲν ῥαβδίζεσθαι τοῖς τῶν δὲ μαστίγων εἰς τὸ σῶμα, & ipsi quidem, antequam flagris eorum corpus cædatur, & cute tenus tonsione deformetur. His autem statui pœnam. ut flagris cædantur, eorumque corpus detondeatur: virgis, & pilorum abscissione ignominiæ plena.

pag. 1340. προτιμήσεως, prælationis.

pag. 1341. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

pag. 1342. προτιμήσεως, prælationis.

ἐμφυτεύσεων, emphyteuseon.

συγγενῶν, cognatos.

Νεαρὰ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος, περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων, καὶ προτιμήσεως συγγενῶν, καὶ κοινωνῶν, καὶ ἀναμεμιγμένων, καὶ συμπαρακειμένων ὁμοτελῶν, καὶ συναπτῶς ἑνωμένων, καὶ τῶν ὁμοτελῶν χωρίων, καὶ ἀγριδίων, καὶ κωλύσεως δυνατῶν προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως στρατιωτικῶν κτημάτων.

Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδ. Novella Romani Senioris, de alienatione prædiorum, & prælatione cognatorum, & sociorum, & permixtorum, & consortium adjacentium, & conjunctim unitorum, & prædiorum, quæ idem tributum pendent. & agellorum, & prohibitione potentium personarum, & militarium fundorum alienatione.

Vetus est lex ut nemo a cognatis, vel sociis vendere quibus libuerit, impediatur: contra altera quidem lex vetat aliis vendere, quam possessoribus suæ metrocomiæ. Nos vero & nostrorum stipendiariorum, & publicorum vectigalium, & militaris, urbanæque administrationis, & utilitatis multum curæ habentes, quod inter leges adversum videtur, & minime certo statutum, hac sacra nostra constitutione clara, & concinna oratione in rectum redigentes, statuimus. à præsenti

cepturi rem aliquam sint, talemque possessionem, vel dominium sibimetipsis quæsituri, necessaria defensorum civitatis in provinciis testimonia ducimus; ut ex monumentis, quæ apud ipsos confecta sunt, traditio aperiatur; sive mandata (commissiones) forsan scripta colonis sint; sive sine mandatis traditio futura est, cum adsit defensor, & colonos, sive phrontistas oportet confiteri apud acta, & consensum præstare; ut novum sciant possessorem, ac dominum, & ex sententia tradentis sequatur id ipsum ei concedentis; at si defensor non adsit, clarissimum Præsidem provinciæ, hæc acta conficere jubemus; vel sanctissimum Sacerdotem Urbis, in qua prædium est, super quo hæc aguntur, si fortasse longe absit Provinciæ præses a loco ubi traditio fit. In hac autem Regia Urbe, & exactiones, & testimonia, quæ super traditione desiderantur, tempus sufficiens iis dari, qui adepturi erunt, ducimus.

pag. 1170. ἐπιβολή, superindictio. *pl. ead. pag.*

ὁμοδούλων. ἢ ὁμοκήνσων, conservorum, simul subjectorum uni domino. (prædiorum) vel simul censum pendentium.

ὁμόκηνσα, simul censum pendentia.

προστάττομεν κῆνσον, ἤγουν ἀπογραφῇ, χωρία φέρεσθαι μόνον, οὐ μὲν οἰκίας, ἢ ἄλλα πράγματα: ἡ δὲ ἐπιβολὴ ὁμοκήνσοις γίνεται: φυλάξει δὲ τοῦτο ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, καὶ ἡ πειθομένη αὐτοῦ τάξις, καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων εἰσφορῶν, ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ποινὴν ταύτῃ τῇ ψήφῳ, καὶ τῶν ἀκολ. jubemus censui, sive descriptioni prædia duntaxat subjecta esse, non vero ædes, aliasve res. accessioni autem, & intributioni prædia eundem censum præstantia obnoxia sunt, id autem servabit gentis Præses, & qui ipsi parent officiales, & publicorum tributorum exactores, xxx. auri librarum pœnam præstituri hac constitutione: & quæ sequuntur generales facimus formas, ut nulla detur epibole (adjectio) de eidem servientibus, vel eidem censum præstantibus (fundis) statuta, super ædibus, nec super civili annona, vel alia quavis re in censu non descripta. Hæc serventur: hæc ubique mandentur. qui deliquerint, decem librarum auri pœnam præstabunt, & eorum substantiæ habita ratione, non minus damni unquam patientur. Qui enim in his injustitiam passi sunt, habent adversus delinguentes, & eorum heredes, & ipsarum rerum actionem, quod damnum præter legem substinuerint: illustribus Præsidibus, & qui ipsorum ministerio sunt, officialibus, & omnibus ubique locorum defensoriboa populorum, quæ a nobis generaliter statuta sunt, servaturis, & pœnam hac ratione illaturis.

pag. 1178. ἀντίδουλοι, qui servorum loco sunt.

pag. 1179. στέρησιν αὐτοπραγίας, privationem potestatis agendi quæ velis.

ἐν ἀρχῇ, in possessione.

ἐν ὑποταγῇ, in subjectione;

pag. 1180. περὶ στρατιωτῶν, de militibus;

ἐκ τῆς κοινότητος, non selectos. vulgares.

πλώιμοι. πλωτῆρες, navigandi periti, nautæ. classiarii.

pag. 1181. συντηρεῖσθαι δὲ εἰς ἑκάστην στρατείαν, ἱππέων μὲν τεσσάρων λιτρῶν ἀκίνητον κτῆσιν, οἷς ἀριθμεῖσθαι κελεύομεν, καὶ τὸ τοῦ στόλου τάγμ. servari autem in unamquamque expeditionem equitum quidem, rem soli (prædium) quattuor librarum: quibus numerari jubemus & classi addictos ac statutos nautas ægæi pelagi, & samii: reliquos vero classiarios duarum librarum.

ἢ αὐτῶν, ἢ ἐκείνων, vel ipsis, vel illis.

ἢ αὐτῶν ἐκείνων, vel illis ipsis bonis suis cedentibus.

pag. 1182. εἰσδοτικά, præstationes, quæ fiunt, ut in possessionem mittaotur.

pag. 1184. ..... εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουλ. unus autem aliquis navium dux consultor fiat.

pag. 1185. ὥσπερ ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς στρατεύμασιν ὁ βασ. ut in Rom. exercitibus, qui regium signum habet, apud latinos Marchio dicitur.

pag. 1186. προσήκοντες, spectantes. pertinentes. utiles.

pag. 1189. ἀντίδωρον, remunerationem. *bis ead. pag.*

ἀντίφερνα, quæ contra dotem, dotis vice dantur.

pag. 1193. μονόμαχον, eum, qui solus pugnat. præcisum.

μονικόν, singularem.

pag. 1197. παραμοναρίους, permanentes, mansionarios.

μονήν, mansionem.

σύγκτησιν, compossessionem: possessionum massam.

ἀλλαγάς, mutationes.

pag. 1198. φάλσον, fraus. impostura. deceptio;

συνωμοσία, conjuratio.

pag. 1199. ἀργὸς, iners.

ἀκίνητος, torpens erat in concubitu, dicebatur argus. (iners).

pag. 1200. καὶ γυνὴ, & mulier venefica.

pag. 1201. εἰ δέ τινες παρὰ ἰνσέντου, ἢ βασιλικοῦ στρατιωτικὰ, at si aliqui a Censore, vel Basilico militaria prædia per libellos vendiderint.

παρονικόν, superficiarium. libellarium;

pag. 1202. ὁ ἔχων χρῆσιν καρπῶν, δύναται πωλεῖν αὐτὴν, qui usumfructum habet, potest eum vendere & invito domino, vel herede ipsius.

κάμψεις. εἰσδοτικά, redemptiones. præstationes, quæ fiunt, ut in possessionem mittantur.

προτιμήσεως, prælationis. *pl. ead. pag.*

pag. 1208. ἀντίχρησις, antichresis. mutuus usus.

εἰσδοτικά, quod solvitur, ut in possessionem mittantur.

περὶ ἀνακάμψεως, de renovatione. ἀνάκαμψις, renovatio. *bis ead. pag.*

εἰσδοτικόν, quod præstatur, ut in possessionem mittatur.

pag. 1225. ἐμοῦ εἰδότος, me sciente.

pag. 1228. εἰσδοτικά, quæ expenduntur pro immissione in possessionem obtinenda.

εἰσδοτικῶν, præstationum, quæ debentur domino, ut in possessionem immittat.

ἄπορα

Interpretatio hactenus desiderata.

ἀπεσθενηκότων, reliquorum (vectigalium).

pag. 1230. τὸ γεγραμμένῳ νόμου ἔλλειμμα, τὸ παρὰ τὸν γεγραμμ. quod lege scripta prætermissum, quod justum est præter legem scriptam.

pag. 1231. εἰσδοτικοῖς, pecuniis, quæ persolvuntur pro immissione in possessionem.

εἰσδοτικῶν, pecuniarum, quæ ut immitteretur in possessionem sunt præstitæ.

ἦθος ἐξ ἔθους, mos ex consuetudine provenit.

pag. 1235. ἀντιχρήσεως, mutui usus: ἀντίχρησις, antichresis, mutuus usus.

pag. 1236. ἀνάκαμψις, renuvatio. restauratio feudi.

pag. 1237. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

εἰσδοτικὰ, præstationes, quæ fiunt, ut in possessionem mittatur.

pag. 1240. εἰσδοτικὰ, pecuniæ pro immissione in possessionem, præstitæ.

προτιμήσεως, prælationis.

βουκελλάριος, buccellarius: permanens miles. stationarius.

pag. 1241. τὰς δὲ πελάτας ἔδει τοὺς ἑαυτῶν προστάτας θυγατέρας τε συνεκδίδοσθαι γαμουμένας, erat autem opus, à clientibus patronos adjuvari in filiarum nuptiis: & redemtionis pretium hostibus illos præstare, si quis ipsorum, vel liberorum captivus factus esset.

κοινῇ δ' ἀμφοτέροις οὔτε ὅσιον οὔτε θέμις ἦν κατηγορεῖν ἀλλήλων ἐπὶ δίκαις ἢ καταμαρτυρεῖν. commune autem ambobus, neque jus, neque fas erat, accusare se invicem in judicio, vel testimonium adversus dicere: quod si quid horum fecisse aliquis comperiretur, legi proditionis erat obnoxius.

pag. 1242. καὶ εἴ τι δὲ ἴδω, ἢ νοήσω, ἢ ἀκοῇ παραλήψομαι εἰς ἀτιμίαν ὑμῶν, καὶ λύμην τῷ ὑμετέρῳ φερόμενον, & si quid videro, vel cogitavero, vel audiens suscepero, quod in vestrum dedecus, perniciemque sit coronæ vestræ, & vos de hoc scientes me facturum, & ut mihi permissum fuerit, id prohibiturum.

ἐπ' ἀντιδόσει, remunerationis ergo.

pag. 1244. εἰσδοτικὰ, pecunias pro immissione in possessionem obtinenda, solutas.

ὑπόβολον, hypobolum. donationem propter nuptias. pl. ead. pag.

θεώρετρον, donum, quod à sponso dabatur cum primum sponsam videndi ei erat copia. ἀνακαλυπτήρια, idem est.

ἀνακαλυπτήρια, dona quæ dantur sponsæ, dum retectam se præbet videndam.

ἐγκαλυπτήρια, dum adhuc tectam, & velo conditam.

pag. 1245. προτιμήσεως, prælationis.

pag. 1251. ὑπόβολον, donationem propter nuptias. Hypobolum.

pag. 1252. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

πρότιμος. πρότιμον, qui prælationis jus habet. eum, cui prælatio competit.

προτίμησις, prælatio.

pag. 1260. ἀναγκάζεται, compellitur.

pag. 1264. καὶ τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ εὖ πάσχειν τῶν ἡδέων, τὸ μὲν γὰρ εὖ πάσχειν, τυγχάνειν ἐστὶ, & bene facere, & bene pati, jucunda sunt: bene enim pati est, quæ cupimus nancisci: bene autem facere est habere; & utrumque horum desideratur.

pag. 1265. τῆς προδοσίας, proditionis.

pag. 1273. ἀναλήψεις, redemtiones.

εἰσδοτικὰ, pecunias, quas solvimus, ut in possessionem immittamur.

pag. 1274. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

pag. 1280. ἀντιχρήσεως, antichresis. mutui usus.

pag. 1281. ἀναλόγως, pro rata. ratione ducta.

pag. 1282. ὑπόβολον, hypobolum. pl. ead. pag.

pag. 1286. ὅρκος ἀντεπαγόμενος, jusjurandum relatum.

pag. 1291. προτιμήσεως, prælationis. bis ead. pag.

pag. 1292. γυμνάζεσθαι, se exercere ad simulacra animi expertia.

pag. 1330. ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου πρώτῳ. ἐν ἐκείνῳ χωρίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζονται, οὐ διὰ τοῦτο, in prima adversus theomnestem oratione. Et in loco cum de homicidio controversia est, hoc nomine minime calumniæ jusjurandum præstatur, sed ut ego probe audivi, actor quod interfecerit, jurat, reus autem quod non interfecerit.

pag. 1331. καὶ αὐτῶν πρῶτον μὲν εἰς τὸ τῶν μαστίγων τύμμα, καὶ ἐν χρῷ κουρὰν ἀτιμάζεσθαι: τοὺς μὲν ὑβρίζεσθαι τὴν ποινὴν μάστιγας τῶν εἰς τὸ σῶμα, & ipsi quidem, antequam flagris eorum corpus cædatur, & cute tenus tonsione deformetur. His autem statui pœnam, ut flagris cædantur, eorumque corpus detondeatur: virgis, & pilorum abscissione ignominiæ plena.

pag. 1340. προτιμήσεως, prælationis.

pag. 1341. προτιμήσεως, prælationis. pl. ead. pag.

pag. 1342. προτιμήσεως, prælationis.

ἐμφυτεύσεων, emphyteuseon.

συγγενεῖς, cognatos.

Νεαρὰ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος, περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων, καὶ προτιμήσεως συγγενῶν, καὶ κοινωνῶν, καὶ ἀναμεμιγμένων, καὶ συμπαρακειμένων ὁμοτελῶν, καὶ συνηπτῶς ἑνωμένων, καὶ τῶν νεμομένων ὁμοτελῶν χωρίων, καὶ ἀγριδίων, καὶ κωλύσεως δυνατῶν προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως στρατιωτικῶν κτημάτων.

Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδ. Novella Romani Senioris, de alienatione prædiorum, & prælatione cognatorum, & sociorum, & permixtorum, & consortium adjacentium, & conjunctim unitorum, & prædiorum, quæ idem tributum pendent. & agellorum, & prohibitione potentium personarum, & militarium fundorum alienatione.

Vetus est lex ut nemo a cognatis, vel sociis vendere quibus libuerit, impediatur: contra altera quidem lex vetat aliis vendere, quam possessoribus suæ metrocomiæ. Nos varo & nostrorum stipendiariorum, & publicorum vectigalium, & militaris, urbanæque administrationis, & utilitatis multum curæ habentes, quod inter leges adversum videtur, & minime certo statutum, hac sacra nostra constitutione clara, & concinna oratione in rectum redigentea, statuimus. à præsenti

ei tempore in unaquaque urbe, & loco, & provincia, ut si qui forte velut a cognatinne divisim, vel conjunctim, aut ex communi velut emtione, vel alia hujusmodi possessione; vel illi quidem ex cognatione, hi vero ex accessione & fundorum vicinia sint, qui communes ædes fundum, vineam, aut quamvis aliam rem soli habentes, aut aliter, quam communionis jure propinquis prædiis aliqua ex parte permixti, aut adjacentes, consortes, vel alioquin vicini, & proximi sua alienare aut venditionis, aut emphyteuseos, aut locationis nomine voluerint; ne prius hæc alii cuiquam alienanto, quam testatum iis fecerint, quos in prærogativa κατὰ τάξιν h. e. ordine succedentes dicimus, ut primi vocentur permixtim quoque gradu juncti cognati, dein & simul juncti socii (consortes). Quibus ii succedunt, qui duntaxat permixti sunt, & si omnino ei qui rem alienat, externi sint; dein adjacentes consortes: postremo qui simpliciter aliqua ex parte uniti sunt, & vicini. Consortes autem dicimus omnes, qui sub eodem censore præscripti sunt, etsi in diversis locis sua tributa præstent. Porro cum multi finibus prædii alienandi circumquaque adjacent, suo cuique ordine testationis prærogativa tribuatur, ut renuentibus forte iis, qui præferuntur; qui deinceps sunt, contractum, si voluerint, ineant. Quod si omnibus æqualia privilegia sint, ut nullo pacto sibi invicem in hujusmodi vocatione præjudicent, eadem pariter denunciatio rursum fiat, ut intra dies xxx. justum pretium, quodque haud segniter verus emtor esset præstiturus, ipsis sine ulla mora solventibus, pro rata ipsimet inter se se id distribuant, vel alicujus opera, atque arbitratu id fiat. Qui autem statuto tempore sibi delatam pretii partem non præstiterint, jure prælationis cadent; nisi quis eorum captivus fuerit, deportatus, aut relegatus, aut ad publica, privatave negotia sine dolo absuerit, vel ætatis annum xxv. nondum expleverit. Horum enim, qui administranda negotia susceperunt, intra quatuor mcoses cum præsentibus novis emtoribus pro rata parte concurrunt, pretium justum explentes una cum legitimis usuris, ac necessariis sumtibus: externos vero emtores in totum submovent, pretium ipsis cum usuris, ac expensis restituentes. At si qui dictarum personarum negotia gerunt, suspicentur, ne quod ipsi gesserint, ratum illi habeaot, legitima exploratione scripta renuant contractum, vel amplectantur: quod si io hoc negligenter se gesserint, de suo illis reficiant omne lucrum, & quicquid commodi illis erat perventurum, si contractui consensissent. Hæc quidem in cognatis, sociis, & consortibus, & alio quovis modo vicinis possessoribus. Quin & in universitate (massa) villarum, vel agellorum, amplius longe vigeat, ut ipsorum possessores invicem prælationem habeant. Quod si omnes, quibus prælatio datur, recusarint, vel eos compertum fuerit, ei qui rem alienat, vel ejus familiæ, pecuniarii damni auctores fuisse, ejusve corpori ac vitæ insidias struxisse, gravissimamque infamiam peperisse, idque non fortuito, sed de industria, aut per se, aut per suos; hos eo invito, qui talia sit passus, nullo pacto volumus ad ipsius prædia adspirare. Dotis quidem occasione, vel donationis propter nuptias, vel simplicis mortis causa donationis, vel ex testamento, vel permutatione, vel transactione, & propinqui, & extranei quicumque alienare possunt, nisi quis simulatione, ac dolo clam iis vendiderit, vel locaverit, qui præferendi non sunt, simuletur autem aperte donare, vel legare, vel aliud eorum quæ dicta sunt, facere: atque iccirco jusjurandum & ejus qui dat, & ejus qui accipit, privilegium prælationis habentes petere possunt. At si qui alienant in fraudem nostræ constitutionis aliud quid facere ausi fuerint, & aliud aperte simulare, si quidem post jusjurandum convicti fuerint, tam ipsi, quam qui ita dolose contraxerunt perjurii pœnas dabunt; & hi quidem prædium amittent, illi pretium quod clam præstiterunt, & utraque fisco inferentur, ut a fisco propinqui emant. Sin ante jusjurandum deprehensum fuerit, tale quippiam egisse, & quod actum fuerit, erit irritum; & qui prædium alienare improbe semel conatus fuerit, vel invitus vendere cogetur quibus prælationis jus dedimus. Potentioribus autem probibemus imposterum per adoptionem, vel per simplicem donationem, vel causa mortis, vel ex testamento, vel ad usum duntaxat, velut sub patrocinio quodam, ac sua defensione (concursu) accipere à tenuioribus, nisi cogoatione illis sint juncti: sed neque novas emptiones facere, locationes, vel permutationes in quibusdam villis, vel prædiolis ex ipsorum possessoribus permissum est. At si horum non sint, sed aliorum quæ divenduntur suburbia, sive a fisco loca, quæ dicuntur prærupta, sive alia possessio ad ipsum pertinens alienetur, pariter ipsi possessores præferantur: his autem sponte sua renunciantibus, tunc & potentioribus contractum inire permissum est. Illi autem habeantur potentiores, qui etsi non per seipsos, sed ex quorumcumque aliorum auctoritate, & potentia ad quos libere, ac familiariter adhæreant, alienantes perterrefacere valeant, vel beneficiorum promissionem per plenam certitudinem iis præstare. Quod si quis potentiorum hujusmodi aliquid facere aggrediatur; & prædium ei adimatur; & pretium ipsius fisco inferatur. Impleto autem decennio præstituto adversus tales contrahentes,

dona-

donationemve excipientes, vel ex testamento quid possidentes; nulla nec ab iis, quibus prælationis jus est, nec a fisco quæstio moveatur. Porro jubemus, ut omnia militatia prædia, quæ intra xxx. annos quocumque pacto alienata fuerint, vel posthac alienentur, pretio minime restituto ad expeditionis usum, & ministerium militare denuo redire, nisi quidem & post talem alienationem remanserit militi aliam expeditionem inituro, quantum suffecerit: prout autem defecerit, alienatio irrita erit, & revocabitur.

pag. 1345. οἱ ἀναμὶξ, permixtim quoquo gradu (modo) juncti cognati.

ἐμφυτευτικῶν, emphyteuscon.

προτιμήσεως, prælationis. *bis ead. pag.*

ἐν ϛίοις, in villis, vel prædiolis, in quibus proprios fundos non possident.

ἀνακοινώσεως, communionis. vicinitatis.

πλησιασμοῦ, accessionis.

περὶ δυνατῶν, de potentioribus, qui in possessionem pauperum ingrediuntur.

προσκεκολλημένον, qui adhæret:

Νεαρὰ Κωνσταντίνου Πορφυρογεννήτου περὶ στρατιωτῶν.

Ὥσπερ σώματι κεφαλὴ, οὕτως ἐν πολιτείᾳ στράτευμα, ὧν οὕτως ἢ ἑτέρως ἐχόντων, ἀνάγκη καὶ τὸ πᾶν συμμεταβάλλεσθαι. ᾧ δὲ μὴ ταῦτα ὑπὸ πολλῆς τίθεται πρόνοιαν, περὶ τὴν οἰκείαν σφάλλεται σωτηρίαν, εἴπερ οἰκείαν, Novella Constantini Porphyrogennetæ de militibus. Quemadmodum in corpore caput, ita exercitus in republica: quibus sic, vel alio modo se habentibus, necesse est ut & totum commutetur. Qui vero in his curæ plurimum non adhibet, propriæ salutis securus non est: siquidem propriam, quæ communis est, ducere oportet. Et quoniam militum res temporis cursu infirmæ, & labefactatæ, unde fit, ut ipsi existant, ac vivant, in deterius corruerunt; nostrum quod est a Deo nobis elargitum, imperium ut prospere, meliusque prospiceremus, hæc ingessit, statuitque communi omnium utilitati. Sancimus itaque id ipsum, quod ex non scripta consuetudine antea valuit: non licere militibus prædia, unde expeditiones parantur, divendere; servari autem in unamquamque expeditionem, equitum quidem rem soli (prædium) quatuor librarum: quibus adnumerari jubemus & milites classi addictos (classiarios) & ægæi pelagi, & Samii, & Cibyrotarum. Etenim hi qui sponte sua classi se addicunt, & inserviunt, gravia ministeria exercent; in regiis autem navibus horreorum curam habentibus, & reliquis classiariis ad præsens usque tempus obtinuit ex consuetudine, in expeditiones singulas rem soli duarum librarum servari, quod & nobis sufficere videtur. Si igitur hanc soli rem, qui delecti fuerint, in singulis expeditionibus servaverint non alienatam, & ad naturales heredes transmiserint, legitimo quocumque voluerint modo, cum domestico, & suo quidem onere; sive descendentes sint, ad quos transmittuntur, sive ascendentes, sive ex latere: sive ab intestato hereditas ex æquo quibusdam adjungatur, sive ex testamento ex inæqualibus partibus heredes vocentur propinqui, vel naturales, vel extranei plebei (paganici). digniores enim omnimodo excludimus, ac prohibemus ad hujusmodi successiones venire: ductaque ratione lucri hereditarii, & onera contributionis vectigalium deferri præfinimus. Mobilis autem substantiæ minime satagimus, sed eam in possessoris libertate, ac potestate relinquimus, nisi plurimum immobilia permutetur: tunc quippe necesse est viri boni perscrutatione & arbitrio, ut quod immobili deficiat, de mobili substantia impleatur. Porro si in bonis complura immobilia miles habuerit, ut multum justam quantitatem supergrediatur, si quidem omnia in militaribus codicibus descripta fuerint, non posse neque hæc, neque ex his (partem ullam), militem divendere, etsi plurimo pretio digna habeantur: Potius autem est, non posse aliquem (militaris rei aliquid) emere, & potissimum illustrem, sive dignitate insignitum virum, vel potentiorem usque ad scholares, vel matropolitam, vel episcopum, vel monasterium, vel aliam quamcunqua venerabilem domum: scientes actionem ipsis de pretio non esse; neque expensarum rationem haberi, etsi multum in comparatis rebus consumserint; accipient utique ipsorum materiam, modo priorem rerum statum minime intervertant. At si descripta non sint omnia, & prædium miles non habeat expeditioni addictum, & obnoxium, copia ipsi erit quocumque voluerit modo id alienare, dummodo descriptum prædium expeditioni parandæ sufficiat. etenim si deficiat, necesse est, ut qui à milite occasione aliqua acceperit, quod deest, & de re immobili repleat. Porro si absque fraude omnia immobilia militum bona descriptæ sint, tacite quæ meliora, ac commodiora sunt, obnoxia esse intelliguntur ad libras sv. & hac prærogativa ex providentia nostra adjuventur. Quæ vero superflua sunt, ea alienare his permissum est; & si contigerit ut is quidem meliora prius atque commodiora, alius vero magis deserta, minusque commoda postea comparaverit, evincantur autem ex prærogativa quam posuimus, meliora; prærogativæ jus habeat qui potior est adversus posteriorem. At si multa prædia possidens, & plurimo pretio digna, quod erat descriptum, vendiderit, evincere autem id velit postremo ut descriptum, evictionis quidem auxilium ipsi dari, aliunde (alio ex prædio) autem emtori tantundem vindicare licebit, cum utique super sv. libras facultates equitum sint, super duas autem, faculta-

tes claſſiariorum. Quod ſi expeditionis partem quis ſuppetierit, pro rata portione ipſius, & facultatum copia, ſignari, ac diſtribui debebit; non aliter autem militaria prædia in dominio quorumcumque poſſeſſorum tranſibunt, niſi XL. annorum præſtitutum tempus præterierit; ſere enim bonæ fidei poſſeſſoribus hos (annos XL.) numerabat, ac concedebat antiqua conſuetudo; verum qui ex contractu poſſidebant, fructuum damnum effugiebant: malæ autem fidei poſſeſſores & fructus, & reditus, & omne damnum pendebant: quod & nobis placet. Militem autem non eum ſolum haberi ducimus, qui ſacris legionibus dicatus eſt, ſed & eos, qui aliqua fortunæ injuria indigentes conſpecti, licentiam juſte aſſecuti ſunt: hos ipſos iiſdem prærogativis gaudere ſtatuimus, non permittentes ab ipſis prædia vendi, unde expeditiones parantur, neque à fiſco; quæ enim propriis dominis interdicimus publicæ utilitatis gratia, cur fiſco divendere permittemus? Et ſcelus illud, minimeſcriptum, quod olim obtinuit, legis locum amplius habere noluimus: imo id oportebat terra omni, marique expelli, & exterminari, ut quod inhumanum prorſus, ac ſæviſſimum erat; etenim duco, qui illud induxerunt, ipſam urſarum naturam Reip. tribuiſſe; traditur enim urſas duntaxat inter feras dum fame vexantur, digitos deligurire: & utique bene inſpicienti integræ manus Reip. non digiti ſolum milites eſſe videbuntur. Hæc quidem, quæ antehac obtinuerunt, integre ſimul, atque utiliter ut nobis viſum eſt digeſſimus, ac conſtituimus. ſuper iis autem qui acceperunt, viget importuna, ac rudis priſca conſuetudo, ut pretio minime eis refecto, militarium prædiorum emtores ejiciantur: ſubtilis quippe, ac inanis eorum per partes diſtributio alibi aliter diverſimode ſtatuta, prout ſententiæ latoribus viſum fuit, labem multam, & obſcuritatis plurimum in rebus attulit: Nos vero & præteritarum una, & præſentium rerum curam habentes, ut utilitati proſpiciatur, varios illos, ac multitarios actus reſpuentes, ad unam conſonantiam, unamque rationem ubique redigentes, ſtatuimus; ut ſiquidem deſcriptis militibus adſint heredes, deſcendentes forte, vel aſcendentes, vel ex latere ad octavum uſque gradum, hi ſemper admittantur, prout gradu proximiores fuerint ad male per milites alienata prædia vindicanda, vel a magiſtratibus vi ablata: proximiores autem ſi noluerint, vel nequiverint, qui remotiores ſunt cognati admittuntur: ſin cognati minime adſint, proximioreſve a lege vocati; tunc conſortes, & ii quibus militiæ nomine adſignata ſimul prædia ſunt, audiantur: his deficientibus, indigentiores ſtipendium ſimul præſtantes milites, ut inde quod copiæ, & opulentiæ defecerit, reficientes, ad id quod ſatis erit, redigatur; at ſi neque hi adſint, neceſſe eſt, ut & pagani (conſortes) tributum ſimul pendentes, audiantur, ne cenſus fiſco depereat. Porro ſi miles alterius militis prædium comparaverit, ſiquidem ditior ab indigentiore, eandem pœnam ac potentiores (pati diximus,) ſubibit, emtis rebus, pretio minime accepto, excidens: at ſi indigentior a ditiore, emtum prædium retinebit, pretiumve accipiet: quod ſi ambo inopia premantur, damnum utrumque ipſorum ſentire jubemus, bonam fidem hic ſervantes, quæ non permittit, alterum ex aliena jactura lucrum captare. Hæc de militaribus prædiis, quæ quidem invenimus, quæque cognoſcentes uſu venire, duximus impoſterum mandare, & quæ de militaribus perſonis ſtatuere oportuit, & quæ ad eos perſinent, declarare, & à primordio repetere. Cum vero omnium rerum everſio ſit, & inſolens undequaque exitiorum copia, & unuſquiſque potentiorum prædia minime præſcripta invadere, ac evertere penitus conetur, ſervorum more miſeros poſſeſſores detinens, atque hæc perpetrans, iniqua facere minime exiſtimet: quin imo affligi videatur, alterum ſe in avaritia præſtantiorem conſpiciens: unde plena malorum copia, & concertatio proveniebat: Neque hic finis erat; ſed inde incipiens, & ortum ducens, etiam in deterius redacta res eſt, paſſumque abiit. præſtantiorum quippe facultates multitudini velut in commune diſtribuuntur. indeque qui exercitus imperium nacti ſunt, quaſi lege ad eos militum bona pertinerent, omnes excipiebant, retribuentes ipſis militiam: venales ſane homines, inſani, imbelles, formicis viliores, & lupis ipſis rapaciores; etenim non præſtantes ab hoſtibus tributa colligere, ſubjectorum pecunias exiguot, ac ſubripiunt: quadere minime indigentes tempore, ut omnia everterent, ex ipſorum corruptione, & improbitate ad extrema pericula Romanorum imperium redegerunt. Quantumcumque igitur ſtudii, ac curæ ad hæc reprimenda ponamus, multi creditorum, & humiliorum exclamabunt; imo potius multitudo redeuntium ad patrium ſolum, clamabit, quæ nuper a ſervitute manumiſſa; & prodent, opinor, aliarum rerum ad meliorem ſtatum redactarum mutationes, ac varietates, quibus ſedulo adlaboramus cum ſomno pugnantes, ne langueſcens hebeſque ſit, atque inutilis perperam ſe habentium rerum excogitata correctio, quam hoc edicto, ut fieri potuit, diligentiſſime tradidimus: & in præſentiarum, ut in perpetuum id valeat ſtatuentes ſancimus, ſi quis militem colonario jure compertum fuerit detineri, ſi quidem ipſemet & prædia, unde expeditio paratur, invaſerit, ſex auri nummorum pœna mulctabitur; ex quibus dimidium militi dabitur in ſuam conditionem reſtituto, dimidium fiſco, quod ſervitute liberatus fuerit. Quod ſi non

inva-

invasisse, sed emisse compertum sit militaria prædia, tres auri nummos fisco inferet, & adversus militem actionem ad pretium repetendum non habebit: at si per alios suis domibus expulsi, vel ipsimet bonis suis cesserint (milites), aliique miseratione ducti eos exceperint quasi mercenarios, vel colonos, nulli pœnæ hi obnoxii sint. Quicumque autem ausi fuerint milites militiæ aptos ad privata ministeria habere, eos a castris abstrahentes, pro unoquoque quotannis aureos sex excussor exiget, & fisco inferat; nisi à ducibus, vel magistratibus eos acceperint, & ex iis fuerint, qui ministerio ducis, vel magistratuum sunt addicti, etenim si extranei, & novitii (gregarii) fuerint, non impune abibit eos detinens, etsi ostendere fuerit paratus, a duce, vel magistratu, ut iis uti possit, ei fuisse permissum.

pag. 1350. ἐρυθρόγραφον, rubro inducto scriptam. προνομίων, prærogativæ.



PARA-



PARATITLA
IN LIBROS IX.
CODICIS JUSTINIANI
REPETITÆ PRÆLECTIONIS.
OPUS JACOBI CUJACIJ.



ODICIS nomine proprie significantur chartæ, quibus quod inaratur facile deleri potest, ut reponatur aliud, non chartæ simplices, quæ à papyro nomen retinent, licet non ex papyro fiant, sed ex panniculis, quibus semel tantum fungi possumus. Qua de causa commodatom quidem consistit in codicibus, & pugillaribus, *l. in commodato, §. sicut, comm.* quæ negantur esse io supellectili, *l. 6. ff. de supell. leg.* sed non in eo cattæ genere, cujus abusus est, non usus. Et patsimoniæ species est in Codice scribere: nam & ejus scriptura quoque brevior, ut Cassiodorus Fortunatianum artigraphum se profitetur in pugillatem Codicem in gratiam eorum, qui brevitatem amant, redegisse. B Chartæ igitur, ut & membranæ nomen ambiguum est: Nam vel chartæ, aut membranæ simplices eo significantur, vel pugillares chartacei, aut membranei, quam multiplicem pellem Martialis vocat in disticho inscripto Homero in pugillaribus membraneis: & ita in *l. chartæ, de bon. pos. sec. tab.* nova charta est pugillar purum, in quo nondum quidquam scriptum est, deletitia, vetus, quod scripturam variam recepit frequenti deletione, & ut legitur in veteribus glossis, deletitia, *παλίμψηστον*. In his stilus scribit, ut Hieronymus ait ad Principiam virginem, in illis calamus. Est vero majestas, & diuturnitas major scripto, si quid exares in his, hoc est in Codicibus, quam si in chartis, aut membranis simplicibus, sicut membranis quoque major, quam chartis, adeo ut pleraque hodie non valeant nisi in membranis scripta, velut C codicilli dignitatum, & S. C. Verum ut populi leges, ita generales constitutiones Imperatorum, ne dicam rescripta *l. pen. inf. de div. res.* moris erat pugillaribus scribi cujuscunqoe materiæ, chartaceis, ligneis, æneis, vel eburneis, atque ita servari singulas, vel universas in unum corpus collectas in scriniis memoriæ, & dispositionum, ut Impp. *l. omnium, de testam.* scribunt, jus in suis scriniis esse constitutum, & ad Trajanum Plinius: edicta Imperatorum vera, & emendata in scriniis esse Trajani: & Theodosius in confirmatione sui Codicis, eum Codicem haberi in

A sacris scriniis. Zonatas de XII. tab. *ὅσα φυλάττειν ἐχρῆν ἄξια ἐν σανίσιν ἐθησαύριζον* Responsa autem sua vel interpretationes, & commentaria solebant prudentes chartis, aut membranis perscribere, quorum etiam quidam libris suis membranarum titulum adhibuit. Et hac ratione factum opinor, ut liber potius Constitutionum Codicis nomen obtineret. Corpus autem collectum ex libris Jurisconsultorom veterum, etsi potuerit improprie Codex appellari, & vero ita appelletur, *l. 1. & 2. de vet. jur. enucl.* Maluit tamen Justinianus Digestorum seu Pandectarum iosignire oomine, quo etiam plerique juris auctores suos nuncupavere libros. Et obtinuit quidem illud Codicis nomen primum liber, quo continebantur Constitutiones Imperatorum ab Adriano ad Valerianum, & Gallienum, dictusque est Codex B Gregorianus à nomine juris studiosi, qui huic collectioni dedit operam. Subsequutus est Codex Hermogenianus ab Hermogeniano similiter ejus editionis auctore, quo continebantur Claudii, Aureliani, Probi, Cari, Carini, & innumeræ Diocletiani, & Maximiani Constitutiones, ut perperam Codici Gregoriano adscribantur quædam Diocletiani, & Maximiani, cum fuerint omnes in Codice Hermogeniano. Exiit postea tertius Codex jam non à Jurisconsulto ullo, sed ab Imperatore ipso Theodosio, cujus auctoritate conditus est, denominatus Codex Theodosianus, qui constitutiones complectitur à divo Constantino Imperatorum omnium usque ad ipsum Theodosium. Et ut ex Gregoriano nihil sumpsit Hermogenianus, ita nec ex hoc, vel illo Theodosianus quidquam; sed omissas in Gregoriano sequentium C Imperatorum Constitutiones Hermogenianus habet usque ad Constantinum, omissas in Hermogeniano Theodosianus. Longe alia ratio fuit Justiniano componendi Codicis hujus, quem de suo quidem nomine appellari voluit Justinianum, ut suum Theodosius Theodosianum, sed non eas tantum constitutiones in ordinem, & compendium digessit, quas post Theodosianum sequentes Imperatores ediderant; sed etiam ex tribus superioribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, & ex Novellis etiam post Theodosianum Codicem, vel ab Theodosio, vel ab inse-

quentibus Imperatoribus editis, omnes quæ ad usum fui temporis facere videbantur. Rursus cum similes essent, contrariæque invicem Constitutiones permistim relatæ in illos tres Codices, Justinianus quantum potuit o suo accuravit tolli contraria, similia, supervacua, inutilia omnia. Et hunc quidem suum Codicem edidit bis. Prior editio abolita est, quæ exierat ante Digesta & Institutiones, de qua sunt constitutiones huic Codici prælatæ *de nov. Cod. fac. & de Just. Cod. conf.* Posterior de qua est constitutio illis subdita de emen. Cod. Justin. divisa in XII. lib. quasi XII. tab. ut Harmenopulus ait, ea est qua utimur, & cujus titulos suscepimus explicandos, post editionem Digestorum & Institutionum confirmata atque confecta. Et hac quidem posteriori editione multas, quæ erant in priori, limavit, detraxit, mutavit, multas addidit & suas & alienas constitutiones. B Suas, inquam, & decisiones juris controversi numero quinquaginta, & alias complures constitutiones novas. Denique hoc genere priorem suum Codicem emendavit, & expurgavit, atque ob eam rem hunc Justinianum Codicem repetitæ prælectionis appellavit eleganter scribens: quod repetita prælectio probavit satis esse validum satisque formosum, & quod maximè notandum est, secundas editiones à veteribus ait repetitas prælectiones appellatas fuisse, & Ulpianum retractatis libris suis ad Sabinum, satis innuit secundæ editioni hunc titulum adscripsisse, Prælectiones scilicet vocabant lectiones quibus præceptores discipulis præeunt, præmonstrantque vias discendi ac intelligendi aut voce viva, aut ex scripto. Nam & quæ ex scripto veniunt quasi e voce magistra manare videntur, ut Justin. in constit. *de confirm. C. Just.* C & in alia, *de concep. Digest. Juventuti* ait *legum eruditionem à voce sua, ab ore suo procedere*. Porro quod Alciatus & alii quidam adfirmarunt decisiones tantum quinquaginta emendare jus vetus relatum in Digestis, & dignosci eas ex Coss. Lampadio scilicet, & Oreste, vel post eorum consulatum semel & iterum, vel Justiniano III. vel Justiniano IV. & Paulino, id equidem negare malim, & adfirmare contra constitutionibus plerisque eum emendasse jus vetus quod erat certum, decisionibus certum fecisse quod erat controversum. Nam hæc una ad constitutionem Justiniani *de emend. Cod. Justin.* constituit differentia potest inter decisiones, & constitutiones. Et quod ad Coss. attinet ea nota communis est constitutionibus & decisionibus, non decisionum propria. Sed & Decio Consule, quo anno exierat prior Codex, mense Aprili, possit esse aliqua, vel decisio, vel constitutio. D Quod vero Matthæus Monachus quidam scripsit eam Digestorum corpus bis editum fuisse: primum brevius, deinde auctius redditum paratitlis, & paratitla esse *ἀναπληρώσεις*, ut loquitur, sive repletiones eorum, quæ cuique titulo Digestorum deerant in priori editione, & scholia, ipsa fides veri refellit satis, quæ fidem facit unam tantum Digest. editionem fuisse, & paratitla Justin. *l. 1. & 2. de vet. jur. enucl.* nihil aliud esse ostendit quam breves, & subtiles titulorum interpretationes, & quasi monitoria sive claves eorum, quæ singulis titulis continentur. Et titulus ipse clavis est scripturæ, ut Hieronymus dixit in præfatione Psalmorum, & ut Justiniani barbarismo utar, paratitulus igitur.

E

ENARRATIO.

Quæ à papyro nomen ret.) Frutice Nilotico. Dioscorides libro I. capite CXV. *πάπυρος, ἀφ' ἧς ὁ χάρτης κατασκευάζεται: papyrus, ex qua charta præparatur.* Divus Hieronymus in illud Esaiæ c. XIX. v. 6. *ἐν παντὶ ἕλει καλάμου καὶ πάπυρος: pro junco papyrum LXX. transtulerunt, de qua charta fit.* Sic etiam *βιβλίον* antiquum nomen retinet: *ἐγίνετο γάρ ποτε τὰ τῶν χαρταρίων σώματα ἐκ φυτοῦ ὃ βύβλος ἐλέγετο: (chartarum enim corpora fiebant ex planta, quæ byblos dicebatur,* ut ait Eustathius ad Iliad. ΣΙΙ.

Ex panniculis) Contusis.

A Et parsimoniæ species est) Marcus Tullius epistolarum ad famil. VII. 18. *Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam, &c.*

Nam & ejus script.) Nam quod inaratur facile deleri potest. & præterea scriptura ejus brevior.

Ut Cassiodorus] In libello de Rhetorica.

Fortunat. artigraphum] *τεχνογράφον*: utitur Servius in I. & II. Æneidos.

Vel pugillares chartacei] Chartæ appellatione etiam codices seu pugillares cartacei significantur. Hesychius & Suidas: *τόμος, χάρτης*. Pugillares plures tabellas continent in seriem sitas, Asinius in Valerium libro I. apud Sosipatrum Grammaticæ libro I. ut & antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant. Seneca de brevitate vitæ capite XIII. *Plurium tabularum contextus* B *caudex apud antiquos vocabatur: unde publicæ tabulæ codices dicuntur.* Anastasius bibliothecarius interpres vitæ sancti Joannis Eleemosynarii in præfat. *Licet membranas inciderim, schedulas præparaverim, non tamen hunc in Codicem conficere ausus sum.*

Aut membranei] Membranæ pro membraneis pugillaribus apud Martialem epigr. XIV. 184. 186. 188. 190. 192. Homerus, Virgilius, Cicero, Livius, Ovidii Metamorph. in membranis, id est, pugillaribus membraneis: vetus inscriptio. PUGILLARES MEMBRANACIOS. Glossæ Græcolat. *σωμάτιον, membrana.* Potes & corpusculum reddere. Marius Victorinus artis Grammaticæ libro I. *In duobus corpusculis Iliados & Odissea*: id est, *σωματίοις Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας*. Hesychius, *Ἰλιάς, τὸ Ὁμήρου σωμάτιον. Ilias, Homeri corpus*, ut in l. librorum C 52. §. 2. D. de legat. 3. Cælius Aurelianus præfat. in V. libros Chron. *Dehinc Soranus plenissime cunctarum diligentiam tradidit, atque speciale corpus scripturæ formavit*: & eodem exemplo corpus juris in l. un. C. de rei uxor. act. Livius 3. *Absolvi posse velut corpus omnis Romani juris. Le corps du Droict.* Josephus *ἀλ. α. σῶμα τῆς ἱστορίας, corpus historiæ.*

Nova charta est pug. pur.] Ut membranæ puræ, & charta pura in d. l. librorum §. 4. quæ & charta virgo Marcello Empirico capite 8.

Quod scripturam variam] Martialis 14. 7.

Esse putas ceras, licet hæc membrana vocetur.
Delebis quoties scripta novare voles.

In veteribus glossis] Græcolatinis.

παλίμψηστον] Plutarcho *περὶ ἀδολεσχίας, βιβλίον παλίμψηστον*, D & apud Ciceron. & Catull. palimpsestus.

Stilus] Ferreus. In pugillaribus cereis scribit stilus, sive acumen ferreum, Prudentio.

Sicut membr. quoque major] Constitutiones Siculæ libro I. tit. 78. *Volumus etiam & sancimus, ut prædicta instrumenta publica, & aliæ similes cautiones nonnisi in pergamenis in posterum conscribantur. Cum enim eorum fides multis futuris temporibus duratura speretur, justum esse decernimus: ut ex vetustate forsitan destructionis periculo non succumbant. Ex instrumentis & chartis papyri, vel alio modo, quam ut dictum est scriptis, nisi sint apochæ, vel antapochæ, in judiciis vel ultra judicia nulla omnino probatio assumatur, scripturis tantum præteritis in suo robore duraturis.*

Et Senatuscons.] Ea marmoreis incidi tabulis jubet E Athalaricus apud Cassiodorum var. 9. 16.

Codicilli dignitatum] *πινακίδιν βασιλικαί*.

Ligneis, æneis] Ut leges 12. in tabulis roboreis, Dionysius II. deinde in æneis, Idem X. Horatius de arte P. ... *Leges incidere ligno.*

Eburneis] l. 2. §. exactis. D. de orig. jur. quidam tamen ibi legunt, *quas in tabulas æreas perscriptas, &c.* Nil mutandum. Scholiastes Theophili ad titulum de legit. adgnat. tut. *ἦσαν γὰρ ἐν δέκα δέλτοις ἐλεφαντίναις γεγραμμέναι*: *scripta erant in tabulis eboreis.* Vide Cujac. ad d. §. exactis. Josephus Scaliger legebat, *roboreas*, & in *d. l.* librorum *roboreis*, pro *eboreis*. Sed Theophili auctoritate confirmatur, *ἢ ἐν ἐλεφαντίνοις πτυχίοις*, §. 12. *Instit. de testam.* id est, in pugillaribus, vel codicibus

bus eboreis. Ebur autem non fuisse ineptissimam scribendo materiam, ut putabat Scaliger, colligi potest ex his, quæ notavit Sirmondus ὁ πάνυ ad Sidonii librum 8. epistolarum 6.

In suis scriniis] Julianus Imperator in epistola 25. ad commune Judæorum: ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις; in suis archivis, regestis, Prudentio.

Plinius] libro x. epist. 71.

Zonaras] Tomo II.

Aut membranis] Ut plerique in membranis scribere solebant. Horatius de arte P.

Membranis intus positis delere licebit;
Quod non edideris.

Adde Satiram 3. libri II.

Quidam libris suis] Neratius.

Digestorum seu Pandect.] *Quod omnes disputationes & decisiones in se habeant legitimas: nam quod undique fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt, in centum quinquaginta pene millia versuum totum opus consummantes*, ut est in *l.* 2. *Cod. de veter. jur. enucl.* Itaque Digesta vocantur ἐκ τοῦ τὰ τῶν νόμων ἔχειν διαιρετικά τε καὶ διατυπώσεις, ut est in *l.* 3. *eodem*. Putabam huc pertinere hanc veterem glossam, διάλογος, *hoc digestum, disputatio*. Sed ipse Justinianus in *d. l.* 3. disputationes interpretari videtur, διατυπώσεις, ut διατυποῦν νόμους Lucianus dixit. Præterea ex hoc ipso loco constat, solitos veteres notare versus librorum. Vide Josephum Antiq. *lib.* 20. *in fin.* Galenus lib. I. in Hippocrat. de nat. homin. Theodorus apud Facundum Hermian. *lib.* 10. *Codicem conscripsimus usque ad* 15. *millia versuum pertingentem*.

Quantum potuit è suo accuravit tolli cont.] Vide Cujacium tract. 8. ad African. ad *leg.* 34. *ff. mand.* & Observationum librum *v.* 38.

Supervacua, inutilia omnia] In constitutione *de concept. Digest.* §. 8. 9. & 10. Idemque propositum Basilio Macedoni Basilicon auctori, ut præter alios scribit Constantinus Porphyrogeneta in libro de vita, & gestis Basilii Maced. capita 25. in fine. Εὑρὼν δὲ, inquit, καὶ τὸ πολιτικὸν νόμιμον πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας διὰ τὴν ἀγαθῶν ὥσπερ καὶ πονηρῶν συναναστροφὴν, λέγω δὴ τὴν τῶν ἀνῃρημένων ἀχρηστίαν παραλλαγήν, καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος, καὶ ὥσπερ ἐν συνόψει κεφαλαίων, διὰ τὸ εὐμνημόνευτον τὴν προτέραν ἀμετρίαν περιέλαβε. *Cum autem leges civiles comperisset plurimum obscuras, & confusas propter bonarum malarumque commistionem, eas, quæ desuetudine inumbratæ fuerant, amputans, & earum, quæ in ipsis rerum argumentis obtinebant, multitudinem expurgans, veluti quodam compendiis capitibus, ut facilius memoria teneri possent, priorem infinitatem conclusit.*

Ut Harmenopulus ait] Libro I. *tit.* I. §. 7.

Codicem repet. lect.] In constit. *de emendat. Cod.* §. 3. Sedulius presbyter Codicis Hermog. trinam editionem laudat in præf. Pasch. oper.

Secundas edit.] Posteriori editione multa, quæ erant in priore auctores detrahunt, mutant, refingunt, ut de Eunapio scribit Photius in Bibliotheca.

Prælectiones scilicet vocabant, &c.] In colloquio Scholastico: *Invenio magistrum prælegentem:* Εὑρίσκω καθηγητὴν ἐπαναγινώσκοντα. Vide Quintilianum Institutionis II. *cap.* 5. A. Gellius 18. 5. *Si magistrum prælectoremque habuisset alicujus æris*. Macrobius Saturn. I. 2. 4. *Qualiter eos* (Virgilii versus) *pueri magistris prælegentibus canebamus*. Sueton. de illustr. Gramm. in Quinto Cæcilio: *Primus dicitur Virgilium & alios poetas novos prælegere cœpisse*.

Paratitla esse ἀναπληρώσεις] Matthæus Blastares ait; Paratitla esse ἀναπληρώσεις, id est, accessiones & supplementa ex aliis titulis desumpta, ita dicta vocabulo ἐκ λ' ... παρατίτλων, quasi extra titulum, quod confirmant Græci libro 60. Basilicωn titulo 16. cap. II. ut parapherna dicuntur, quæ extra dotem ad virum deferuntur. Dicemus plenius ad Theodori Balsamonis collectionem Constitutionum Ecclesiasticarum.

Leves & subtiles] Justinianus in *constitut. de concept. ff. Sufficiat per indices tantummodo, & titulorum subtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere:* & *de confirmat. ff. Si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea, quæ παράτιτλα nuncupantur, componere.* Ait autem Justinianus, per titulorum subtilitatem, id est, λεπτότητα. Commentarios scilicet fieri vetat, probatque tantum interpretationes compendio factas. Beatus Cyprianus testimoniorum adversus Judæos libri I. præfat. *Sed & legentibus brevitas ejusmodi plurimum prodest, dum non intellectum legentis, & sensu liber longior spargit, sed subtiliore compendio id, quod legitur, tenax memoria custodit*. Petrus Cellensis in epist. I. lib. 4. *Quid utilius divinarum, & humanarum rerum subtili, & compendiosa descriptione?*

CODICIS JUSTINIANI LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat.

JUS sacrum sive de religione Christiana quod Theodosius contulerat in ultimum sui Codicis librum, Justinianus in hoc suo Codice honoris causa, vel ut loquuntur διὰ τὸ τίμιον maluit ponere primo, & exordiri statim à præcipua ejus parte, de sancta Trinitate & fide Catholica, deque ea ita definire: Uoum esse Deum in tribus personis, Patre, Filio, Spiritu sancto, per omnia æqualibus divinitate, æternitate, majestate, virtute, claritate, gloria, substantia. Christum esse singularem & unigenam filium Dei, summæ Trinitatis personam unam, Deum de Deo, lumen de lumine, ut ait *l. 2. hujus tit.* & inhumanatum utero virginis Mariæ, Deum & hominem, Deum patri ὁμοούσιον, i. substantia parem, & similiter hominem ὁμοούσιον per omnia nobis, certissimam salutem redemptionemque humani generis, ac proinde sacratissimam virginem Mariam non Christi, quasi hominis tantum, sed etiam Dei matrem nominari vere; & hanc esse fidem Catholicam, quam & ipse latius profitetur & laudat *l. 5. 6. 7. 8.* populo in testimonium advocato, & utriusque Romæ Archiepiscopis. Sunt & alia fidei Catholicæ capita. Sed cum in aliis congruerent illo tempore Christiani satis, in his mirum in modum inter se discrepabant. Et qui à Catholicis sive Orthodoxis seorsum sentiebant Arriani, sive Porphyriani sunt & Nestoriani, sive Simoniani & Eutychiani, sive Apollinariani, ut *l. 6. & 8. inf. de hæret.* Christiani hæretici, aut ne Christiani quidem, maxime Arriaoi, & Nestoriani, *l. damnato, eod.* De Spiritu sancto quod Impp. ajunt in l. 2. eum se ex summo rerum parente & sperare & accipere, Accursius male notavit: Nam & veteres omnes ita loquuti sunt, licet non negarent eum etiam prodire ex Filio, nec ea de re ullum erat, illorum Imperatorum ætate, in Ecclesia discrimen.

I. ENARRATIO.

DE sancta Trinitate] Trinitatis appellatio vetustior est quam creditum viris eruditis, qui putant eam primum receptam in 1. Synodo Alexandrina, id A est, anno Christi cccxv. Ego moveor Justini martyris scriptoris longe antiquioris auctoritate in libro de expositione fidei, cujus verba hæc sunt: μονὰς γὰρ ἐν τριάδι νοεῖται, καὶ τριὰς ἐν μονάδι γνωρίζεται: *unitas in Trinitate intelligitur, & Trinitas in unitate noscitur.* Verum de libri hujus auctore dubitari audio. Apertius, inquiunt, & distinctius disserit de Trinitate, quam scriptoribus ejus ævi solemne est. Atqui Lucianus, qui eodem fere tempore vixit, non minus aperte, & dilucide significat, quæ tunc fides esset Christianorum, cum in dialogo, qui inscribitur φιλόπατρις, ἢ διδασκόμενος, more suo religionem illorum irridet his omnino verbis: Κρ. Καὶ τίνα ἐπομοῦμαί γε. Τρ. ὑψιμέδοντα θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, οὐράνιον, υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία: *Quemnam igitur tibi jurabo? Deum alte regnantem, magnum, immortalem, cælestem, filium* B *Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria.* Nollem interpretem Clementis Alexandrini Stromatum 4. abusum Trinitatis verbo io his vertendis: ἧς θεμέλιος ἡ ἁγία τριὰς, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. & ita mallem reddere: *Cujus fundamentum est sancta triga, Fides, Spes, Charitas.*

Et fide Catholica] Vincentius Lirinensis in Comm. *In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est: hoc est enim vere proprieque Catholicum (quod ipsa vis nominis ratioque declarat) quæ omnia vere universaliter comprehendit.* Sicut Ecclesia Catholica dicitur, *quod sit ubique diffusa*, ut ait Optatus Milevitan. 11. de schism. Donatist. καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης C ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη: *per universum orbem usque ad fines terræ seminata*, ut Irenæus libr. 1. adversus hæres. capit. 11. & iisdem fere verbis Cyrillus Hierosol. Cathec. 18. *Propterea quod ejus cultus per omnes pene mundi terminos emanavit, Catholica, vel Universalis vocatur.* Boetius Severinus de San. Trinitate libro 1. vide San. August. de vera religione capite 6. & ejusdem epistolam 170.

Unum esse Deum in tribus pers.] S. Joannes in epistola 1. cap. 5. vers. 7. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς

τρεῖς ἕν εἰσι: *Quoniam tres sunt; qui testimonium dant in cœlo. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; & hi tres unum sunt*, Non clam me est, versum hunc deesse in plerisque codicibus, qua Græcis, qua Latinis: Sed neque versio Syriaca, & Abrabica alium agnoscunt. Receptius tamen est genuinum esse, maxime quod neque veterum codd. auctoritate careat, Testimonia de filii deitate, & de Trinitate, quia Deus est, & de Spiritu sancto quia Deus est, collegit Fulgentius adversus Piotam libro 3. cap. 7. 8. & 9. Epigramma Græcum Antholog. lib. 4. cap. 28. in fine: Πιστεύων καθαρῶς ὡς Θεὸς ἐστι Λόγος; *Credens sincere, quod Verbum Deus est*. Lucifer Caralitanus 1. pro sancto Athanasio: *Quid aliud confitetur fides Catholicæ Ecclesiæ, nisi quia & Trinitas sit perfecta, & una sit Dealitas Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Dealitas, ut in conflictu Arnobii, & Serapionis de Deo trino, & uno: & in exemplo fidei Sirmio ab Orientalibus contra Photinum conscriptæ: quæ apud sanctum Irenæum de Synod. adversus Arrianos: *Si quis unicum filium Dei crucifixum audiens, dealitatem ejus, &c.* D. Augustinus libro 1. de Doctrina Christiana cap. 5. *Non facile nomen, quod tantæ excellentiæ conveniat potest inveniri, nisi quod melius ita dicitur: Trinitas hæc unus Deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & singulus quisque horum Deus, & simul omnes unus Deus, & singulus quisque horum plena substantia, & simul omnes una substantia. Pater nec Filius est, nec Spiritus sanctus: Filius, nec Pater est, nec Spiritus sanctus: Spiritus sanctus nec pater est, nec Filius, sed Pater tantum Pater, & Filius tantum Filius, & Spiritus sanctus tantum Spiritus sanctus*.

In tribus personis] D. Augustinus de Fide ad Petrum cap. 1. *Trinitas vera non esset, si una eademque persona diceretur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Si enim sicut est Patris, & Filii, & Spiritus sancti una substantia, sic esset una persona, nihil omnino esset, in quo veraciter Trinitas diceretur*. Quæ verba exscripsit Fulgentius Ruspensis Episc. in libro de Fide cap. 1, Idem Augustinus in serm. 191. de Tempore. *Ut confutantes Arrium, unam eandemque dicimus Trinitatis substantiam esse, & unum in tribus personis fatemur Deum, &c.* & sermone 14. Supplementi operum parte altera: *una est in Trinitate substantia deitatis, una virtus, una potestas, una majestas, unum nomen divinitatis*. Μία γάρ ἐστιν ἡ Θεότης, τρεῖς δὲ αἱ ὑποστάσεις, *una enim est Deitas, tres autem hypostases*. Isidorus Pelusiotes libro 1. epist. 247. v. Isidor. lib. de ordine creat. cap. 1. Photius Patriarcha CP. in epistola ad Joannem Spatharium: καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὅρους τε καὶ θεσμοὺς, μίαν οὐσίαν καὶ θεότητα ἐν ὑποστάσεσι καὶ προσώποις τρισὶ λατρεύων, &c. *Secundum Ecclesiasticas definitiones, & leges, unicam substantiam, & Deitatem in tribus subsistentiis, & personis colens, &c.* Flaccus Alcuinus Confessionis fidei parte 1. num. 22. *Gignens, genitus, & procedens, tres quidem personæ, sed una substantia, sicut ignis, candor, calor, tria nomina, sed res una. Sicut memoria, intellectus, voluntas, quæ separabiliter demonstrantur, & inseparabiliter operantur*.

Per omnia æqualibus] Testimonia de æqualitate Patris, & Filii collegit Fulgentius d. *lib.* 3. *cap.* 6. Salvianus de Provid. D. v. de Arrianis: *Nos eos injuriam divinæ generationi facere certi sumus, quod minorem Patre Filium dicant. Illi nos injuriosos Patri existimant, quia æquales esse credamus*. D. Hieronymus in Ezechiel. *cap.* 28. *Aliud est similitudo, aliud æqualitas. Unde sævissima hæresis est, quæ in Christo tantum Patris similitudinem confitetur, aufert naturam. Nos autem in Filio non solum similitudinem dicimus, sed æqualitatem. Ubi autem æqualitas est, ibi eadem natura, unaque substantia*. D. Augustinus de Trinitate *lib.* 1. *cap.* 4. *Qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ est Deus, divinorum librorum veterum, & novorum Catholici tractatores, hoc intenderunt secundum scripturas docere; quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unius ejusdemque substantiæ, inseparabili æqualitate divinam insinuent unitatem*. Dictum autem Evangelicum, *Pater major me est*, Joannis 14. 28. sic interpretatur Ammonius apud auctorem Catenæ in Joan. τὸ μείζονα εἶναι τὸν Πατέρα, οὐκ αὐτὸν ἑτέρας οὐσίας, ὡς οἱ αἱρετικοὶ φασιν· ὅτε γὰρ ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπος, μείζονα εἶπε τὸν Πατέρα, τοῦτο διὰ τὸ φαινόμενον σῶμα λέγει: ἐπεὶ καθὸ ἐστι Θεὸς, οὔτε ἥττων ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, οὔτε εἰς οὐρανοὺς ἀνάγεται ὁ τὰ πάντα πληρῶν, καὶ ἀχώριστος ὢν τοῦ Πατρὸς: *Quod Pater major sit, non facit ut ipse alterius substantiæ sit, ut hæretici dicunt. Cum in terra degebat, in quantum homo dicebat: Patrem majorem esse propter corpus, quod videbatur. In quantum tamen Deus est, neque minor est Patre, neque in cœlum ascendit, qui omnia implet, & immensus est, ut Pater*: Leo 1. ser. 7. in solemnitate nativitatis D. Jesu Christi: *Cum unigenitus Dei minorem se Patre confitetur, cui se dicit æqualem, veritatem ipse formæ utriusque demonstrat, ut & humanam probet imparilitas, & divinam declaret æqualitas*. & sermone 5. *Filius impar est Patri, non in eo, quod ex Patre, sed in eo, quod est factus ex homine*, ὁ μὲν γὰρ λόγος ἀΐδιος πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς: τὴν δὲ σάρκα πρόσφατον ἀνέλαβε δι' ἡμᾶς, Cyrillus Hierosolymitanus Cathechesi 12. *Verbum enim æternum ante omnia sæcula à Patre genitum: corpus autem recens propter nos assumpsit*. Fulgentius in libro singulari ad Donatum cap. 6. *Æqualis est Filius Patri, & minor est Filius Patre: æqualis vera divinitate, minor vera humanitate*. Ejus loci varias interpretationes vide apud sanctum Basilium epist. 141. Photium epistola 176. & Nicetam Manuelis Comnei libro 7.

Æternitate] D. Augustinus 1. de Doctrina Christiana capite 5. *Eadem tribus æternitas, &c. ut cum Patre sit intemporalis, & Filius*. Sanctus Hilarius de Synodis adversus Arrianos, D. Augustinus d. serm. 191. *Credimus, & in Spiritum sanctum, Deum verum ex Patre procedentem, æqualem per omnia Patri: & Filio, natura, voluntate, potestate, æternitate, substantia*, & de Trinit. *lib.* 15. *cap.* 26. *Quapropter, qui potest intelligere, sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat, sine tempore processionem Spiritus sancti de utroque*. V. eundem *lib.* 1. de Symbolo ad Catechum. Maximus Taurinensis homilia 1. de jejun. Quadrages. *Dei enim Filius cui cum sempiterno Patre intemporalis constat æternitas*. Vide *S.* Ambros. de fide, *lib.* 1. *cap.* 5. S. Chrysostom. homil. 3. in Joan. Cyrillum Hierosolym. Catech. 8. Denique Filium agnoscimus συναΐδιόν τε καὶ συνάναρχον τῷ Πατρὶ, *coæternum Patri; una cum Patre principio carentem*, ut est in actis Concilii Nicæni parte 11, S. Fulgentius in Excerpt. ex *lib.* 6. de uno æterno: *Non est irrationabilis Ecclesiæ Catholicæ fides, quia coæternum Patri Filium, & credit, & prædicat, sciens recentem esse omnem Deum, in quo existendi quodlibet invenitur initium: comperpetuum*, ut Prudentii verbo utar. Achmez ὀνειρ. cap. 11. ἁγίας ἀνάρχου καὶ ἀχωρίστου τριάδος: *Sanctæ intemporalis, et individuæ Trinitatis*. V. S. Joan. Damasc. 1. de Fide cap. 8. & cap. 11, & lib. 3. cap. 1. Isidor. Pelus. lib. 1. 323. & 419. *S.* Athanas. orat. de Annunciatione. S. Amphiloch. in Excerptis.

Majestate] Pari majestate, *l.* 1. D. Augustinus d. c. 5.

Virtute] Justinianus in *l.* 5. *hoc tit.* προσκυνοῦμεν μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν: *adoramus unam divinitatem, unam potestatem*. D. Augustinus d. cap. 5. *Eadem tribus majestas, eadem potestas*.

Hilarius de Synodis adversus Arrianos: *Conclusi hæretici scripturarum auctoritatibus, hoc solum tribuere solent Filio, ut Patri tantum virtute similis sit, adimant autem ei similitudinem naturæ, etc.* Lactantius 4. 6. *Patria scilicet virtute ac majestate pollentem*. S. Amphilochius in vita S. Basil. μία θεότης τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς δυνάμεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως: *una Deitas ejusdem essen*-

essentiæ, ejusdem virtutis, ejusdem substantiæ ac naturæ.

Claritate] D. Hilarius dicto libro de Synodis, *Tum porro in eo quod honore, claritate, dignitate, majestate Pater major diceretur, &c.*

Gloria] D. Augustinus in d. serm. 129. οὐ γὰρ ἄλλην δόξαν πατὴρ, καὶ ἄλλην υἱὸς ἔχει ἀλλὰ μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἁγίῳ πνεύματι: *Non enim aliam gloriam Pater, aliam Filius habet, sed unam eandemque cum sancto Spiritu.* Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 6. Carolus M. libro tertio de imaginibus (si modo ejus libri auctor est) cap. 3. *Ex Patre enim & Filio Spiritum sanctum, non ex Patre per Filium procedere, recte creditur, & usitate confitetur: quia non per Filium utpote creatura, quæ per ipsum facta sit, neque quasi posterior tempore, aut minor potestate, aut alterius substantiæ procedit, sed ex Patre & Filio, ut coæternus, ut consubstantialis, ut coæqualis, ut unius gloriæ, potestatis atque divinitatis cum eis existens procedere creditur.* S. Methodius de Simeone & Anna: καὶ μετὰ σὲ οὐκ ἔσται ἄλλος υἱὸς τῷ πατρὶ ὁμοούσιος καὶ ὁμότιμος: *nec post te futurus est alius Filius Patri consubstantialis, & ejusdem cum ipso gloriæ.*

Substantia] D. Augustinus d. serm. 191. Arriani Filium Patri, tum substantia, tum voluntate dissimilem esse dicebant, sive, ut ait Hermias, lib. 4. cap. 28. καὶ πάντα οὐσίαν τε, καὶ βούλησιν ἀνόμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. S. Amphilochius in Excerptis, ὅταν δὲ τὸ ὁμοούσιον λέγω, οὐχ ἑνὸς προσώπου ὁμοουσιότητα, ἀλλὰ τριῶν φημί. Πατρὸς, υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος: ἓν γὰρ πρόσωπον ὁμοούσιον ἑαυτῷ οὐ λέγεται: ἀλλὰ Πατὴρ, υἱὸς, καὶ πνεῦμα. *Cum autem dico consubstantiale, non unius personæ, sed trium dico consubstantialitatem, Patris nimirum, Filii, & Spiritus: una enim persona non dicitur sibi consubstantialis, sed Pater, Filius, & Spiritus.*

Christum esse singularem, &c.] τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν, d. l. 5. Glossæ: μονογενὴς, *unicus, singularis*, ut Cicero: In Timæo scilicet: *Ut hic mundus*, inquit, *esset animanti absoluto simillimus hoc ipso, quod solus atque unus esset: idcirco singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit.*

Summæ Trinitatis personam unam] ἕνα τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, l. 7. *h. t.* Unum pro nobis crucifixum, unam de Trinitate personam: nam utrumque recte dicitur: vide Facundum Hermianensem libro 1. & Notas Sirmondi.

Deum de Deo, lumen, &c.] Sanctus Hilarius 6. de Trinit. *Sed quia veræ fidei professio est, ita Deum ex Deo natum, ut lumen ex lumine, quod sine detrimento suo naturam suam præstat ex sese, ut det quod habet, & quod dederit, habeat, nascaturque quod sit, cum non aliud, quam quod est natum sit, & nativitas acceperit, quod erat, non ademerit, quod accipit, fit utrumque unum, dum ex eo, quod est nascitur, & quod nascitur, neque aliunde, neque aliud est.* Adde S. Ambrosium lib. 1. in Lucam.

Lumen] De Patre lumine. Prudentius Peri Steph. hymno ult. v. 318. *Lux ipsa vera, veri & auctor luminis: Cum lumen esset, lumen effudit suum, Ex lucis fulgor natus hic est Filius.*

Inhumanatum] ἐνανθρωπήσαντα. Facundus Hermian. libro 9. *De incarnatione, aut ut proprie hoc exprimam, minus quidem Latino, sed necessario verbo, sicut à Græcis dicitur, de inhumanatione Filii Dei*: id est, περὶ ἐνανθρωπήσεως: ut apud sanctum Basilium & alios ἐνανθρωπήσεως κυρίου. Inhumanationis quoque verbo utitur Anastasius bibliothecarius in historia Ecclesiastica.

Utero] Ratramnus Corbeiensis de Nativit. Chr. cap. 3. *Dicis turpe fuisse Dei Filio per vulvam processisse. Turpe hoc aut de natura, aut de peccato. Sed per naturam nihil turpe; testatur enim Geneseos lectio, quod omnis creatura bona. Quod bonum, & honestum est, quodque honestum est, non turpe. Igitur omnis creatura secundum quod creata est, nequaquam turpis. Igitur & mulieris vulva non turpis, sed honesta: siquidem partes omnes creaturæ honestæ. Non ergo nascituro Christo femineа vulva declinanda, velut turpe aliquod: imo suscipienda tanquam nativitatis ministra. Quomodo namque matricem, qua conceptus formaretur, non contempsit: ita nec vulvam, qua formatus exciperetur, repudiavit.*

Utero virginis Mariæ] παρθενομήτορος, Psellus in Cant. Canticor. *Novo nascendi privilegio*, ut ait Servatus Lupus in libro de tribus quæstionibus: *inexcogitabili, & secreto quodam incomprehensoque conceptu*, ut Maximus Taurinensis homilia 1. in Natali Domini: ἀπορρήτως καὶ ἀνερμηνεύτως, *arcana & inexplicabili ratione*: Andreas Cretensis in Annunciationem S. Mariæ. Nicetas Serrarum Episcopus Catena in Matt. cap. 1. πῶς ὁ ἅπαντα συνέχων κυοφορεῖται ὑπὸ γυναικὸς, πῶς τίκτει παρθένος, οὐκέτι δῆλα: *quomodo omnia complectens concipiatur à muliere, quomodo virgo pariat, vir quoque permaneat, ignorabilia sunt.* Denique partus est mirus & contra opinionem, τόκος παράδοξος: ὑπὲρ γὰρ τρόπον τοῦ Θεοῦ ὁ τόκος, *Dei partus omnem modum superat.* Hieronymus Græcus Theologus in dialogo de Trinitate: καινὸν τὸ θαῦμα καὶ ἀνερμήνευτον, *novum miraculum & inexplicabile.* Amphilochius orat. 4. λόγος γὰρ ἑρμηνεῦσαι τὸ θαῦμα οὐ δύναται. Proclus Archiepiscopus CP. in oratione 1. *Sermo enim miraculum explicare non potest.* D. Augustinus serm. 58. de verbis Domini. *Adveniens enim divinitas in uterum virginis Mariæ, auctoritate illa, qua in paradiso Adam de limo formavit, carnem sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricavit, quam pro salute nostra suscipiens, & sibi coadunans natus est Deus & homo.*

Virginis M.] Semper V. Idem Ratramnus cap. ult. *Virgo parit, non corrumpitur. Virgini matri nascens Deus aperuit vulvam, nec violavit pudoris sigillum.* V. Alcuinum Confess. fid. parte 3. num. 8.

Deum & hominem] Vincentius in Commonitorio. *Unus idemque Christus Deus & homo.* Theophylactus in Lucam cap. 1. ἐμφράττεται δὲ καὶ ἐντεῦθεν τὸ στόμα τοῦ Νεστορίου: ἐκεῖνος γὰρ εἶπεν, ὅτι οὐχ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου οἰκήσας ἐσαρκώθη, ἀλλ᾽ ἄνθρωπος ψιλὸς ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς, ὕστερον ἔσχε τὸν Θεὸν παρεπόμενον αὐτῷ: *Confunditur autem & hoc loco Nestorius: ille enim dixit, quod non fuerit Filius Dei in utero virginis quiescens, incarnatus: sed nudus homo è virgine fuerit natus, posteaque habuerit Deum factum sibi comitem.* Vide D. August. serm. de divers. 52.

Deum Patri ὁμοούσιον] Glossarium ineditum: ὁμοούσιον, τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἴσον ἀπαραλλάκτως ὑπάρχον: ὥσπερ ἄνθρωπος ἀνθρώπου, καὶ ἄγγελος ἀγγέλου, καὶ ζῶον ζώου, καὶ φλὸξ φλογός: D. Augustinus tract. 97. in Joan. *Adversus impietatem quoque Arrianorum hæreticorum novum nomen Patris homousion condiderunt; sed non rem novam tali nomine signaverunt: hoc enim vocatur homousion, quod est, ego & Pater unum sumus, unius videlicet ejusdemque substantiæ.* Alcuinus loco cit. *Omousius*, id est, *coessentialis in divinitate Patri Filius: omousius Patri & Filio Spiritus S. Omousius Deo & homini Filius.* Lucifer Caralitanus libro 11. pro sancto Athanasio: *Unius substantiæ cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον*: & in libro de non parcendo in Deum delinq. *Eum non esse illum verum Dei Filium dicitis. Cum denique ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, quod dicunt Græci, nos vero Romani dicimus, unius substantiæ cum Patre illum esse, &c.* Eusebius Cæsariensis apud Socratem 1. 5. ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους, καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους, καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι. Epiphanius: οὐ δύναται γὰρ εἶναι ἑτερούσιος τοῦ γεγεννηκότος, οὐδὲ ταυτούσιος, ἀλλ᾽ ὁμοούσιος. S. Cyrillus Alexandrinus in Joan. cap. 2. ὁμοούσιος μὲν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. *Consubstantialis quidem est Filius Patri, & Pater Filio.* Joannes Philoponus de mundi creatione lib. 1. cap. 11. inter cætera, quæ præter ea, quæ scripta sunt, celebrantur, hoc ponit: τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὴν ἁγίαν τριάδα: *Sanctam Trinitatem ejusdem esse substantiæ.* Consubstan-

substantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, *l. ult. h. t.* Itaque Arriani Christianos Catholicos *homoousianos* appellabant, Fulgentius contra sermonem Fastidiosi Arriani, vel *Unisubstantianos*. Idem Fulgentius in libro pro fide Catholica adversus Pintam Episcopum Arrianum.

Certissimam salutem] τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, l. 5. hoc tit.

Redemptionemque] D. Paulus in epist. 1. ad Timoth. v. 6. ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον πάντων : *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* V. Matt. 20. 28. S. Cyrillus Alexandr. in Oseam : λελύτρωται ἡμᾶς ἐκ χειρὸς ᾅδε, τουτέστιν, ἐκ τῆς τοῦ θανάτου καταδυναστείας, καὶ ὁ τῆς λυτρώσεως τρόπος : ὁ Χριστοῦ νοεῖται θάνατος. *Redemit nos de manu inferni, hoc est, de tyrannide mortis, & modus redemptionis Christi mors intelligitur.*

Dei Matrem] Μαρίαν Θεοτόκον εἶναι κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν, l. 6. id est, Facundo Hermianensi interprete, libro 1. cap. 11. *B. Mariam recte vocari, & vere & proprie Matrem Dei.* Vide ibid. cap. 4. Sic Photius in epistola 1. τὴν παναγίαν παρθένον, τὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς τὸν Θεὸν λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν : *Sanctissimam Virginem, quæ vere & proprie Deum Verbum incarnatum pepererat. Nestorius scripsit, Mariam non esse* θεοτόκον, *id est, non Deum peperisse, sed hominem. Hunc Synodus apud Ephesum damnavit.* Vetus auctor in libro de hæresibus num. 89. Christiani Catholici & θεοτόκον, & χριστοτόκον confitentur. Vide Arnobium in conflictu, quem habuit cum Serapione de Deo trino & uno lib. 11. Aviti Viennensis epistolam 11. Ephræmium Photii codice 228. Evagrium 1. 2.

Dei Matrem] θεοτόκον, θεομήτορα, θεογεννήτορα, Græci Patres. S. Gregorius Naz. in epist. 1. ad Cledonium. S. Basil. hom. 25. de humana Christi generat. Alcuinus Confess. fid. parte 111. num. 8. *Beatam Virginem* Θεοτόκον *id est, Dei genitricem confitemur.* Justinianus in Nov. 3. cap. 1.

Nominari vere] Cedrenus 1. ὁμολογοῦμεν καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον ἀληθῶς θεοτόκον : *Fatemur etiam S. Virginem vere fuisse Deiparam.*

Utriusque Romæ Archiep.] Veteris & novæ Romæ Patriarchis.

Arriani sive Porphyriani] Ex Balsamonis collectione constitutionum Ecclesiasticarum tit. 5. cap. 6. Photio Nomocanonis tit. 12. cap. 2. & libris veteribus, sic emendanda lex 6. inf. de hæretic. *Damnato portentosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur : Sed quemadmodum Arriani lege divæ memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis Porphiriani à Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariæ sectæ Nestorii, Simoniani vocentur.* Julius Pollux in Chronico inedito : Καὶ Ἀρείου καὶ τοὺς ὁμοίας ἀποκρίνοντας καὶ προστάττων, Πορφυριανοὺς αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. Adde Theophan. Chron.

Aut ne Chr. quidem] D. Hieronymus in Apol. 3. advers. Rufin. *Quid loquar de hæreticis, qui licet foris sint, tamen se nominant Christianos?* D. Augustin. serm. 1. ad eorum, quos Sirmond. edidit. *Sunt quidam eorum, qui Christiani vocantur, & non sunt : quos partim digessu* (an dejecit) *Ecclesia tanquam stercora, ut sunt omnes hæreses.* Auctor libelli de lapsis ad Novatianum : *Qui enim aliquando Christiani, nunc Novatiani, jam non Christiani.* Vide ad Theodori Balsamonis Collectionem constitutionum Ecclesiasticarum, & ibi dicta nobis.

Maxime Arriani] Sanctus Hilarius in libro ad Constantium A. sub initium : *Christianus sum, non Arrianus*, Lucifer Caralitanus in libro 1. pro sancto Athanasio de Arrianis : *Dicat denique se non esse Christianum, fateatur se Arrianum.* Et paulo post : *Odis Athanasium, quod Christianus sit, quod esse noluerit Arrii, ut tu dicis, discipulus.* Sanctus Athanasius in orat. 11. contra Arrianos : οἱ τούτους καλοῦντες Χριστιανούς, πολὺ καὶ λίαν πλανῶνται : *Qui hos (Arrianos) Christianos appellant, largiter errant* ; aut certe Χριστιανοὶ ψευδῶς λεγόμενοι, *falso Christiani dicti* Cyrilli Hier. ca. 6.

De Spiritu sancto] Vera fides hoc oraculi versu continetur.

Πρῶτα Θεὸς, μετέπειτα Λόγος, καὶ Πνεῦμα σὺν αὐτοῖς apud Cedrenum.

Sperare] Sperare, est credere. Cujac. Observ. 12. 26. Terent. Eunuchi v. Sc. 3. *Spero me habere* : Donatus : *Spero, pro credo.*

Nam & veteres omnes] D. Gregorius Nazianzenus in Orat. 23. Κοινὸν γὰρ Πατρὶ μὲν καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι μὴ γεγονέναι : καὶ ἡ θεότης μὲν, υἱῷ δὲ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τὸ ἐκ τοῦ Πατρός : *Commune quidem Patri & Filio & Spiritui sancto, quod facti non sint. Communis & Deitas, Filio autem & Spiritui sancto, quod à Patre* : & in Oratione 39. Πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὐχ υἱκῶς δέ : οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. *Spiritus sanctus vere Spiritus est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, ut nec generationis, sed processionis*, Sanctus Basilius in Psal. 32. ὡς οὖν ὁ δημιουργὸς λόγος ἐστερέωσε τοὺς οὐρανοὺς, οὕτω τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν, ὃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα μὴ τὸ ἔξωθέν τι καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸ κρίνῃς, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ ἔχον τὴν ὑπόστασιν δοξάζῃς : *Sicut igitur verbum opifex cælum firmavit, sic & Spiritus sanctus ex Deo, qui ex Patre procedit, hoc est; qui ex ore ipsius est, ne externum aliquid, & creaturam esse ipsum judices, sed tanquam ex Deo subsistentem glorifices.* Eunomius Spiritum sanctum creaturam esse dicebat, ut scribit idem Basilius 11. adversus Eunomium. Idem vir S. in eundem Psalm. εὑρήσομεν δὲ ἀλλαχοῦ καὶ λόγον στόματος αὐτοῦ εἰρημένον : ἵνα νοηθῇ ὁ σωτὴρ, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός : ἐπεὶ οὖν λόγος μετὰ κυρίου ὁ σωτήρ : καὶ πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Inveniemus autem alibi verbum quoque oris ejus dictum, ut intelligatur Salvator noster, & Spiritus sanctus ejus, ex Patre. Quoniam igitur verbum Domini ipse quidem Salvator, & Spiritus oris ejus Spiritus sanctus est, &c.* Nec probare possum interpretationem viri docti, qui verba illa sanctissimi Patris Basilii, τουτέστιν : ὁ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ de Filio putat accipienda. Idem de Spiritu sancto c. 18. Πατρὶ δὲ καὶ υἱῷ κατὰ τοσοῦτον ἥνωται, καθ' ὅσον ἔχει μονὰς πρὸς μονάδα τὴν οἰκειότητα : καὶ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον τῆς κατὰ τὴν φύσιν κοινωνίας ἡ ἀπόδειξις. ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθόν : οὐδὲ γεννητῶς ὡς ὁ υἱὸς, ἀλλ' ὡς πνεῦμα στόματος αὐτοῦ. *Patri vero & Filio in tantum unitus est, quantum consortii habet unitas cum unitate. Sed nec hinc solum probatur naturæ communio : verum illinc quoque, quod ex Deo esse dicitur, non sic ex Deo veniens, quemadmodum ex Deo sunt omnia, sed tanquam ex Deo procedens : neque per generationem, quemadmodum Filius, sed tanquam Spiritus oris ejus.* Anastasius Sinaita in serm. de rect. dogm. Concilii Florentini Sess. 7. Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται. *Spiritus oris ejus, Dei scilicet Spiritus sanctus dicitur.* D. Augustinus in d. sermone 191. *Credimus & in Spiritum sanctum, Deum verum ex Patre procedentem.* Arnobius Altercationis paulo ante citatæ, libro 1. ARN. *Spiritus sanctus procedens ex Patre.* Serapion paulo post : *Tres personas memoror te dixisse, Patrem genitorem Filii, Filium genitum Patris, Spiritum sanctum procedentem ex Patre.* Lucianus in loco jam allato initio tituli : πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον : *spiritum ex Patre procedentem.* Certum autem est hominem, qui sectam Dei, sectam Christianam, ceu loquitur Tertullianus, suo more deridet, verba eorum usurpare.

Licet non negarent] S. Augustinus Meditat. cap. 33. sect. 7. *Spiritum sanctum de utroque procedentem* & epi-

& epistola 66. ad Maximum Medicum : *Spiritus sancti & Patris & Filii spiritus* , & libro 15. de Trinitate cap. 26. *Et multis aliis divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur . Patris & Filii esse Spiritum* , & ibidem. *Quid potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre , intelligat sine tempore processionem Spiritus sancti* . Arnobius in d. altercatione cum Serapione libro 11. *Spiritu sancto procedente ex Patre & Filio*. Didymus de Spiritu sancto , interprete D.Hieronymo . *Patrem vere Filii esse Patrem , & Filium vere Patris Filium , & Spiritum sanctum , vere patris & Dei esse Spiritum , insuper sapientiæ , & veritatis , id est Filii Dei*.Leo 1. in serm. 11. de Pentecoste : *Sempiternum est Patri consempiterni sibi Filii sui esse genitorem . Sempiternum est Filio , intemporaliter esse à Patre progenitum . Sempiternum quoque est Spiritui sancto,Spiritum esse Patris & Filii*,Prosper in epigr.

Una trium deitas,una est essentia cunctis.
Idem est verbi Spiritus, atque Patris.

Et de vita contemplativa libro 1. 18. *De Spiritu sancto quomodo ex Patre ac Filio procedens* . Isidorus Originum lib.7. c.3. *Spiritus sanctus ideo prædicatur Deus , quia ex Patre Filioque procedit.* Boetius in Confessione fidei. *S. vero Spiritum neque Patrem esse , neque Filium : atque ideo nulla natura neque genitum , neque generantem , sed à Patre quoque procedentem & Filio* . Gregorius Turonensis histor. l.1. c.1. *Credo S. Spiritum à Patre & Filio processisse* . Carolus M. (si modo germanus auctor est) de non ad. imag. l.3. c.1. *Credimus & in Spiritum S. Deum verum ex Patre , & Filio procedentem* . Theodulphus Aurelianensis Episcopus veterum Patrum sententias collegit , quod Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat . Et hoc intellexit Fulgosius heic. *Licet , inquit , Imp. dicat , Spiritum sanctum à solo Patre procedere, non tamen negare, quin & à Filio procedat.* Carolus M. de non ador. imag. lib.3. cap.3. *Tarasius Spiritum sanctum , non ex patre tantum , sicut quidam , qui quamquam eum ex Filio procedere quodammodo tacuerint , tamen ex Patre & Filio procedentem omnino crediderunt : neque ex Patre & Filio , sicut omnis universaliter confitetur & credit Ecclesia , eum procedere , sed ex Patre per Filium in suæ fidei professione procedere confessus est* . Ratramnus Corbejensis contra Græcorum opposita libro 1. cap.1. *Etenim cum dicunt Spiritum sanctum procedere à Patre , non negant & à Filio procedere* : & cap.3. *Cum* , dicit, *qui à Patre procedit , non negat à se procedere*:& cap.ultim.ejusdem libri.*Videritis quo tendat vestra (Imperatores præclari) professio , qui dicitis Spiritum sanctum à Patre procedere , non autem à Filio . Hoc nec in litteris divinis , nec in Doctoribus Ecclesiasticis aliquando legistis . Dixit quidem sancta Synodus Constantinopolitana , vesaniam Arrii confutans , atque condemnans , Filium consubstantialem esse Patris , Spiritum quoque sanctum procedentem à Patre : nunquid negavit eum à Filio procedere ? vel consequens est , ut si procedit à Patre,non procedat à Filio? Potius ergo cognoscite,si Filii vultis esse Ecclesiæ , & Patrum sequi doctrinam , quod dicendo sanctum Concilium Constantinopoli collectum , Spiritum sanctum procedentem à Patre , quod eum & à Filio procedere non negavit* , &c. Quinimo Græci ita excusantur in Concilio Florentino, οἱ μὲν Γραικοὶ διηχυρίσαντο, ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, οὐ γνώμῃ τῇ διανοίᾳ προφέρουσιν, ὥστε αὐτοὺς τὸν υἱὸν ἀποκλείειν, &c. *Græci quidem asseruerunt , quod id quod dicunt , Spiritum sanctum ex Patre procedere , non hac mente proferunt , ut excludant Filium* , &c. Et ita excusandus Theophanes Cerameus, cum ait in homilia 56. τὴν ἐκπόρευσιν μὲν ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς , *Processionem habet à Patre*, & Zacharius Scholasticus in disputat. de mundi opif. πνεῦμα θεῖον, προελθὸν ἀνάρχως ἐκ πατρός. *Divinus Spiritus procedens intemporaliter ex Patre* . Græci tamen præfracte asserunt ex Patre tantum procedere, & à Latinis dissentiunt , contenduntque perperam Concilio Constantinopolitano 1.addita verba illa, *filioque*, ut præter alios disserit Photius in epistola 11.contra Græcos abunde scripsit Græcus auctor Manuel Caleca, Ratramnus Corbejensis Monachus contra Græcorum opposita , & alii.

TIT. II. *De sacrosanctis Ecclesiis & de rebus & privilegiis earum.*

Ecclesias vocat ædes Deo consecratas , sive Dominica , in quæ conveniunt Christiani , mysteriorum , vel ut loquitur *l.5.* cœlestium secretorum , orationum , concionum gratia , Pythagoræ ὁμακοεῖα , & collegia clericorum , vel , ut Hieronymus & Joannes Romanus Episcopus loquuntur , sacerdotum senatus , qui in eis sunt:& ab Ecclesiis martyria separat *l.13. 16. 17.* quasi Ecclesiæ scilicet cultui dedicatæ sint Dei omnipotentis, martyria honori, memoriæ & sedi Martyrum , & Confessorum , *l. ult. C. Th. de sep. viol.* quæ & memoriæ D. Augustino . Et de Ecclesiarum & martyriorum bonis hoc titulo potissimum agitur & de salariis sive annonis quæ debentur Ecclesiis , etiam annua quæ eis relicta sunt ut integra & perpetua conserventur . Et de Ecclesiarum officiis quibusdam , veluti decanis seu collegiatis ad obsequia Ecclesiæ Constantinopoleos , maxime ad justa funebria . Cedrenus ἐκδοσίχους interpretatur , deputatis , & de œconomis , id est , administratoribus rerum Ecclesiæ & dispensatoribus pauperum , & de Arcariis , quibus œconomi rationem reddunt, & reliqua , quæ in arcam communem conferant , & de Chartulariis , qui Ecclesiæ rationes actusque conficiunt . Adduntur etiam privilegia Ecclesiarum , personarum , & rerum ecclesiasticarum generalia , ut immunes sint à sordidis , extraordinariis , vel superindictitiis muneribus , & nominatim Decani à muneribus argentariorum , vel nummulariorum , quæ in civitatibus etiam invitis nonnunquam injunguntur , *l.9.* & à lucrativorum descriptione si curialibus forte ex causa lucrativa successerint , ut donationes in eas collatæ valeant etiam factæ μοναμερῶς & sine insinuatione , seu intimatione, i. sine confectione actorum , si modo non excedant D. aureos , ut Ecclesiasticæ actiones non tollantur nisi præscriptione C. annorum , quæ duo postrema privilegia etiam civitatibus dantur, & illud de D. aureis abiit in jus commune . Id vero quod est de C. annis mutatum est in 40. Et hæc quidem sunt generalia privilegia . Sunt & specialia in titulo quædam , veluti Ecclesiæ Thessalonicæ *l.8.* ut releventur onere propriæ capitationis , non etiam agrorum censu : Et Constantinopolitanæ *l.14.17.* ut prædia ejus coloni , servi , rustici , annonæ , vasa sacra sive anathemata nullo modo alienentur , aut pignorentur , ac ne dentur quidem jure παραρτημα , quod vulgo dicitur libellaria : sed & locari , vel in emphyteusim aut precariam dari , ut non possint nisi certa lege,modoque , quod & hodie datum est omnibus ecclesiis , abrogata etiam constitutione Anastasii sub hoc titulo , quæ aliarum ecclesiarum res alienari , & pignerari permittebat, adhibito decreto & actorum monumentis confectis apud magistratus aut defensores civitatum . Item ut eadem sit prærogativa in Episcoporum creatione Archiepiscopi Constantinopolitani , quæ Romani, & in adsidendo , vel procedendo ut is uni tantum cedat Romano, ut *l.6. hoc tit.& l.ult.tit.1. & Novel.131.* quod privilegium Patriarchicum dicitur *l.16.* & separatur à privilegio Metropolitano recte. Inferiores enim sunt Metropolitani Patriarchis , sive Archiepiscopis, & superiores Episcopis.

II. ENARRATIO.

Ecclesias vocat ædes D. conf.] Sic in 1. Pauli ad Corinthios cap.11.18. συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ : *Convenientibus nobis in Ecclesia* : adde vers.22. huic interpretationi firmandæ . Zosimus libro 5. ἐκκλησία

κυριακὸν τῶν χριστιανῶν: *Ecclesia Christianorum*. Germanus Archiep. C.P. in historia Ecclesiastica: ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ, τέμενος ἅγιον, οἶκος προσευχῆς: *Ecclesia est ædes Dei, templum sanctum, domus orationis*. Matthæi capite 21. 12. & 13. ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται: *Templum Dei, domus mea, domus orationis vocabitur*. Sanctus Basilius in libro Regular. Fusius disputat. cap. 40. ὡς τῆς ἐμπορίας τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς μεταποιούσης εἰς σπήλαιον λῃστῶν: *quasi nundinatio illa domum orationis in speluncam latronum converteret*, & epistola 378. οἴκους εὐκτηρίους μεγαλοπρεπῶς κατεσκευασμένους ἀναστῆσαι τῷ Θεῷ ὑμῶν. *Orationis domum magnificam extruere Deo nostro*. D. Augustinus in Epistola 64. *Saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur*. Zeno Veronensis in sermone de Psalmo 126. aut potius Hilarius Pictaviensis in Psalmo 126. *Conventus quidem Ecclesiarum sive templi, quos ad secretam sacramentorum religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra, vel domum Dei solita est nuncupare*.

Sive Dominica] San. Hilarius in libro ad Constantium A. *E Dominico ad Palatium transeunt*. Idatius Episcopus in fastis Consular. *His consulibus dedicatum est Constantinopoli Dominicum*. Græcis κυριακά. Eusebius de laudibus Constantini, τῆς τοῦ δεσπότου προσηγορίας ἠξίωνται τὰ καθιερωμένα οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων κυρίου παρ' ὃ καὶ κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν: *Appellatione à Domino tracta loca consecrata honorantur, non ab hominibus nuncupationem sortita, sed ab ipso omnium Domino; Ea re dominicorum denominatione honorantur*. In Canone 13. Synodi Neocæs. cum legatur, ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως, Dionysius Exiguus vertit *in templo*, pro, *in Dominico*. Matthæus Blastares: ἅπας τόπος τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένος κυριακὸς λέγεται. *Omnis locus Deo consecratus Dominicum dicitur*. Vide quæ olim diximus ad *l.3. C.Th. de paganis*.

Pythagor. ὁμακοεῖα] Clemens Alexandrinus in Strom. 1. καὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν νῦν οὕτω καλουμένην τὸ παρ' αὐτῷ ὁμακοεῖον αἰνίττεται: *Eam quæ nunc vocatur Ecclesiam, significat id, quod apud ipsum (Pythag.) est ὁμακοεῖον*. Hierocles in aurea Pythagoræ: ὅλου δὲ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου, καὶ ὡς αὐτοὶ εἴποιεν, τοῦ ὁμακοείου: *Totius sacri conventus, & ut ipsi dixerint, ὁμακοεῖα*. Olympiodorus in Alcibiadem Platonis: ἐξέβαλον ἐκ τοῦ ὁμακοείου. Malchus sive Porphyrius de vita Pythagoræ: ὁμακοεῖόν τι παμμεγέθες ἱδρυσαμένους.

Collegia clericorum] Generaliter Sanctus Isidorus Pelus. 11. epist. 246. scribit Ecclesiam esse, τὸ ἄθροισμα τῶν ἁγίων τὸ ἐξ ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον ἐκκλησία ἐστί. *Sanctorum conventus ex recta fide, atque optima vivendi ratione collectus, Ecclesia est*.

Ut Hieronymus] In commentario ad caput III. Esajæ. *Et nos habemus in Ecclesia Senatum nostrum, cœtum Presbyterorum*. Et refertur in can. Ecclesia 16. q. 1. Pius PP. in epistula ad Justum Viennensem Episcopum *Salutat te Senatus pauper Christi apud Romam constitutus*. S. Basilius Seleuciensis libro 2. de miracul. San. Theclæ cap. 27. ἐς τῆς ἱερατικῆς δέ μοι καταξιωθέντι γερουσίας, ἐς τοῦ καταλόγου τῶν διδασκάλων τε ἱερέων: *Mihi in senatum sacerdotalem, numerumque concionatorum ac Pontificum jam adscripto*.

Martyria separat] Rufinus libro 11. hist. Ecclesiasticæ capite 27. *In Serapis sepulchro profanis ædibus complanatis, ex uno latere martyrium, ex altero consurgit Ecclesia*.

Martyria honori] D. Chrysostom. In hom. 39. in Acta Apost. τότε ἐγὼ εἰς μαρτύριον ἀπιέναι βουλόμενος. S. Amphilochius (si modo is verus auctor est) in vita S. Basilii: παραγίνεται ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μερκουρίου. *Venit ad S. martyris Mercurii martyrium*. Eusebius de vita Constantini libro 11. capite 40. μαρτύριον τόπον τοῖς σώμασι τῶν μαρτύρων τετιμημένους, καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς ἐνδόξου ὑπόμνημα: *Locus Martyrum corporibus honoratus, & gloriosi excessus monumentum*. Vualafridus Strabo de rebus Eccles. cap.6. *Martyria vocabantur Ecclesiæ, quæ in honorem aliquorum Martyrum fiebant*. Sanctus Basilius in lib. Regular. Fusius disput. cap. 40. οὐδὲ τὰς ἐν τοῖς μαρτυρίοις γενομένας ἀγοραίας, &c. *Nundinationes illæ, quæ in Martyriis fieri solent*. Theophanes: πάντων τῶν Ἐπισκόπων συνελθόντων ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Εὐφημίας: Anastasius bibliothecarius sic expressit: *Omnibus Episcopis in Martyrio S. Euphemiæ convenientibus*: μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλας; Novel. 159. *Martyrium S.Theclæ*: τεμένη καὶ ναοὶ μαρτύρων: *fana & templa Martyrum*, Andreas Cretensis in S. Nicolaum.

Sedi Martyrum] Ut in *l.2. h. tit.* Martyres dicuntur ὅτι κελευόμενοι ἐξομόσασθαι, πάντα ὑπομένουσιν ἵνα τὴν ἀλήθειαν εἴπωσι. D.Chrys. in Acta Apostolorum hom.48.

De Martyribus, vide Eunapium in Ædesio in fine. Ammian. Marcellinum libro 22. & 27.

Et confessorum] Tertullianus de Corona capite 1. *Omnes ita observant, à Cathecumenis ad Confessores, & Martyres, vel negatores*. D.Cyprianus epist. 8. Videtur tamen nonnihil interesse, ut Confessores sint Christi assertores, Prudentio, Martyres, qui post confessionem suppliciis non cesserunt. Et confessores igitur non continuo Martyres. Martyres autem utique & Confessores.

Quæ & memoriæ D. August.] D. Augustinus de Civitate Dei libro 8. capite 26. *Sed hoc videtur dolere, quod memoriæ Martyrum nostrorum templis eorum delubrisque succederent*. Et capite 27. *Honoramus sane memorias eorum* (Martyrum) *tanquam sanctorum hominum Dei*, & libro 22. capite 10. *Nos Martyribus non templa sicut Diis, sed memorias fabricamus*. Adde ejusdem epistolam 137. & serm. 31. de divers. in exemplo libelli dati à Paulo S. Augustino:

De salariis sive annonis] L. privilegia 12. Glossæ ὀψώνια, *salarium*.

Etiam annua] *l.46. §. εἰ δέ τινα 9.* & *l.57. inf. de Episcop. & cler.*

Integra] δίχα τινὸς οἱασοῦν ἐλαττώσεως: *sine omni deminutione*, *d. l. 57.*

Perpetua] οὐδεμίας χρόνου παραγραφῆς ἀντιτιθεμένης: *nulla præscriptione temporis opponenda*, *d. §. 9.*

Decanis seu collegiatis] *l. 4. & 9.* Quæ notavi in Glossario ad Cedrenum magis pertinent ad tit. Cod. de decan. Qui & κοπιάται dicuntur: *Nov. LIX. capite 11.* Glossæ: *Vispelliones*, κοπιάται Vide Epiphanium in fine Panarii, & sancti Ignatii epistolam ad Antiochenos, & lecticarii, *d. Nov. 59. cap. 1.* quia mortuorum corpora in lectis Ecclesiæ efferebant. Theodoretus epistola 110. ἃ δὲ ἀνέγνων κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ λεκτικάριος ἀφίκετο γράμματα: *litteræ autem quas eo ipso die legi, quo lecticarius advenit*, &c. De Ecclesiæ lectis præter d. Novel. Cedrenus: διὰ τὸ, inquit, μὴ ἐξαρκεῖν τοὺς κραββάτους τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν ἁγίων οἴκων πρὸς τὸ ἐκφέρειν τοὺς τελευτῶντας: *quod non sufficerent lecti Ecclesiarum, & ædium sacrarum ad efferenda corpora mortuorum*. Denique fossarii dicti. D. Hieronymus in epistola 13. ad Rusticum: *Primus in clericis fossariorum Ordo est, qui sepelire mortuos admonentur*. Item: *Ipse* (Episcopus) *ordinat sacerdotes, ipse Levitas, ipse Subdiaconos, ipse Lectores, ipse Ostiarios, ipse fossarios*. Meminere eorum Acta proconsularia de Episcopis tradit. apud Baronium ad ann. 303. Glossæ Isidori: *Vispelliones, fossarii, qui mortuos sepeliunt*. De his vide Cujacium ad tit. *de colleg. lib. 11. Cod.* & ad *Novell. 43.*

Ad justa funebria] Justa sunt supremæ exequiæ, Inferiæ. Julius Cæsar 6. de B. C. *Justis funeribus confectis*. Livius I. *Justa quoque funebria*, &c. Dixere, & justa simpliciter. Sallustius in Jugurth. *Illi more regio justa magnifice fecerunt*. Tertullianus de anima cap. 56. *Creditum est, insepultos non ante ad inferos redigi, quam justa perceperint*: & mox: *Ut anima corporis justa sustineat*. Hinc justa facere, ferre, dare. Græci ἔθιμα dicunt, ut Latini solemnia mortis. Sosipater

Charisius instit. gramm. libro 1. justa ἴθμα.

De œconomis] *L. jubemus* 14. Concilium Toletanum capite 43. *Eos quos œconomos Græci appellant hoc est qui vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractant, &c.* Vide Cujacium ad Novel. 111. in fin. de magno œconomo, Codinum de offic. cap. 1.

Et dispensatoribus pauperum] *L. omnes* 33. *§.* 4. *infr. de Episc. & cler.* Isidorus Pelusiotes epistolarum libro 1. 269. ad Maronem Presbyt. *οἰκονόμος γὰρ εἴρηται παρὰ τὸ ἀπνεῖα αὐτῶν νέμειν τοῖς πένησιν· οἰκεῖα δὲ αὐτῶν εἶναι τὰ ἐκκλησιαστικά. Oeconomus enim ex eo dictus est, quod pauperibus, quæ eorum sunt distribuat. Propria autem deorum sunt bona Ecclesiæ.* D. Chrysostomus homilia 49. in Matth. Καὶ γὰρ καὶ σὺ οἰκονόμος εἶ τῶν σαυτοῦ χρημάτων οὐχ ἧττον ἢ ὁ τὰ τῆς ἐκκλησίας οἰκονομῶν· ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν τὰ διδόμενα παρ' ὑμῶν εἰς πένητας ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε σκορπίσαι, ἐπειδὴ εἰς πενήτων ἐδόθη διατροφήν, οὕτως οὐδὲ σὺ τὰ σά *Etenim & tu dispensator es bonorum tuorum, perinde ac is, qui res ecclesiasticas administrat. Sicut igitur ea, quæ à nobis donantur ut erogentur pauperibus, simpliciter & quacunque ex causa, dissipando profundere is non potest, quoniam in alimenta pauperum donata sunt, ita nec tu ea, quæ tua sunt.* S. Basilius apud Nicetam in Catena in Matth. cap. 5. vers. 42. παρὰ τοῖς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν πτωχῶν ἐμπιστευομένοις: & paulo post: τῶν, τὰ τῶν πτωχῶν οἰκονομεῖν πεπιστευμένων: *Quibus pauperum cura credita erat, cui pauperum cura demandata est.* Hinc οἰκονομεῖον; Auctor incertus in vita Basilii Imp. locus in quo reponebantur res pauperibus erogandæ.

Et de arcariis] Theodorus Balsamo Nomocanonis tit. 9. cap. 1. διὰ τοὺς οἰκονόμους Κωνσταντινουπόλεως καὶ μείωσα, ἢ τὸ μήκιστον ἐπὶ ε δύο λογοθετῶν πρὸς τὴν ἀρκαρίας, ex *l.* 25. *§. ultim.* quibus adsimiles φροντισταὶ de quibus in Synodica constitutione Alexii Patriarchæ libro 11. Sententiar. Synodal. in jure Orient.

De Chartulariis] De quibus in *d. l.* 25. & *Nov.* 120. *cap.* 5.

A sordidis, &c.] *L.* 5.

Superindictitiis] Superindictum est augmentum indictionis: Vide Cujac. ad tit. *C. de superind. libro* 10.

Et à lucrativor. descript.] *L. sancimus* 22. *h. tit.* vide Cujac. ad *leg. un. C. de impon. lucrat. descrip.*

Factæ μονομερῶς] Ut hoc casu donationes valeant etiam sine acceptione, *l.* 15. *h. t.*

Intimatione] Intimare est apud magistratum publicare, & actis seu gestis allegare; sic enim legendum est in *l.* 31. *infr. de donat.* vide ad tit. de donation. Institut.

Si modo non excedant D. aur.] *l. illud.* 19. *hoc titulo.*

Ut Ecclesiast. act. &c.] *L. ut inter* 23. *h. tit.* de hac præscriptione Innocentius III. in epistola ad Nicolaum Tusculanensem Episc. *Non enim videmus quo jure se valeant tueri, cum nec concessionem possint ostendere à sede Apostolica sibi factam, nec centenarium contra Romanam Ecclesiam præscriptionem probare.*

Etiam civitatibus dantur] *dd. ll.* 19. & 23.

In jus commune] *L. pen. §. ult. inf. de donation.*

Mutatum est in 40.] *Nov.* 111. *cap.* 1. & *Novell.* 131. *cap.* 6. Hincmarus Remensis Opusculo 44. cap. 32. *Anni xxx. secundum leges publicas, & juxta constitutionem Ecclesiasticam, ut demonstrat Gelasius PP. humanas adimunt quæstiones, Justiniana lege ac decreto B. Gregorii ex eadem lege promulgato, negotia inter venerabiles Ecclesias, ac monasteria, locaque religiosa anni 40. determinant.*

Propriæ capitationis] Theodorus Balsamo: τῆς ἰδίας κεφαλιτίονος *Novell.* 8. *l.* 1. *C. de annon. & trib.* Ecclesiæ igitur Thessalonicensi remittitur capitatio, *l. id ab unoquoque* 12. *d. tit. de annon. & trib.* Capitatio est census capitis, ὁ φόρος τοῦ σώματος, φόρος κεφαλικός. Glossæ: *tributum capitale*, ἐπικεφάλαιον. Tertullianus Apolog. cap. 13. *Hominum capita stipendio censa*, & ad

A Nationes lib. 1. v. Senecam de Benefic. 7. 8. Hero περὶ σταθμῶν: ἔστι δὲ ὁ στατὴρ ὅμοιος· δύο δὲ δίδραγμα ἃ καλοῦνται ἐπικεφάλαια, καὶ δὲ ῥωμαϊκὴν διάλεκτον κανίστον; καὶ τὴν γὰρ τὴν κεφαλὴν καλοῦσι. Sic legebatur in manuscripto codice Peiresciano: ἴσως legend. καπιτατίων. Anastasius bibliothecarius in historia Ecclesiastica: *In tributum capitis Imperatoris.* Theophanes: κεφαλιτίων αὐτοῦ τοῦ βασιλέως. Interdum capitatio dicitur de prædio: v. Cujac. ad *l.* 6. *ff. de action. emp. & ad leg. ult. d. tit. de ann.*

Non etiam agrorum censu] Sanctus Ambrosius contra Auxentium: *Agri Ecclesiæ solvant tributum.*

Tributa possessionibus indicuntur] *L. sive herede* 32. *§. Lucius, ff. de admin. tut.* Demosthenes adversus Androtionem: εἴ τις ἔροιτο αὐτόν, τὰς εἰσφορὰς πότερον τὰ κτήματα, ἢ τὰ σώματα ὀφείλει; τὰ κτήματα φήσειεν ἄν,

B εἴπερ ἀληθῆ λέγειν βούλοιτο: ἀπὸ γὰρ τούτων εἰσφέρομεν: *Si quis enim roges, tributa corpora ne debeant, an prædia? prædia respondebit, si verum fateri volet: de his enim tributa pendimus.*

Vasa sacra] κειμήλια Theop. in *§.* 8. *de rer. divis.*

Sive anathemata] Glossæ: *donum* ἀνάθημα: vide quæ diximus ad tit. de rer. divis. Institut.

Alienentur aut pign.] *L.* 23. *h. t.* Cyrillus Alexandrinus in epistola ad Domnom: κειμήλια, καὶ κτήσεις ἀκινήτους ἀνεκποιήτους ταῖς ἐκκλησίαις φυλάττεσθαι χρή. *Vasa sacra, & possessiones immobiles non alienatas servari Ecclesiis oportet.*

Jure παραστικοῦ] *L.* 24. *§.* 1. *h. t.*

Quod vulgo dicitur libell.] Libellarius contractus est venditio, quæ fit scriptura interveniente certo pre-

C tio, & hoc amplius certa pensione constituta in annos singulos, & hac plerumque lege, ut stato condictoque tempore contractus renovetur, rursus numerato pretio certo, vel arbitrario. Cujacius *libro* 1. *de Feudis tit.* 11.

Precariam] Precaria fit cum qui prædia sua Ecclesiæ cessit, deinde rogat, ut sibi quoad vixerit, uti eis & frui liceat. Vide Cujacium Observat. 4. 7.

Nisi certa lege modoque] *d. l.* 14. *§.* 5. & *dicta l.* 17. *§.* 1.

Quod & hodie dat. est] *Authent. hoc jus porrectum*; *h. tit.*

Constit. Anastasii] *d. l.* 17. *§.* 2.

Archiepisc. Constantinop.] Quem totius Orientis Patriarcham vocat Avitus Viennensis epistola 111.

D Idemque Romanum Antistitem, & Constantinopolitanum, velut geminos Apostolorum Principes appellat.

Uni tantum cedat Rom.] Idem Avitus in epistola 27. Symmachum Papam urbis universalis Ecclesiæ præsulem vocat. Theodoretus Cyrensis epist. 116. de sede Romana: ἔχει γὰρ ὁ πανάγιος θρόνος ἐκεῖνος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν τὴν ἡγεμονίαν διὰ πολλά, &c. *Habet cum sanctissima illa sedes Ecclesiarum, quæ in toto orbe sunt, principatum & apicem primatus à Solis ortu usque ad occasum* ut est in epistola Pelagii 1. ad Sapaudum. Adde *Novellam* 131. *cap.* 11. Ratramnus Corbejensis Monachus contra Græcorum opposita lib. 3. cap. 2. *Nec enim convincere potestis majorem Constantinopolitanæ civitatis auctoritatem, quam civitatis Romanæ, quæ caput*

E *est omnium Christi Ecclesiarum, quod majorum tam vestrorum, quam nostrorum testimonio comprobatur.* Fulgentius Ruspensis in libro de Incarnat. & gratia Jesu Christi cap. 11. Ecclesiam Romanam *Mundi cacumen* vocat: & quod dicitur in *l.* 24. *h. tit.* Constantinopolitanam Ecclesiam omnium aliarum esse caput, sic accipiendum est, ut Patriarcha Constantinopolitanus totius Orientis sit caput, ut ex Avito jam dictum est, *salvo tamen per omnia privilegio sanctæ & Apostolicæ primæ in toto orbe terrarum Romanæ sedis* ut loquitur Hincmarus Remensis de divort. Loth. & Teth. respons. ultima. Sic *cap.* 2. *ext. de summ. Trinitat.* Romana Ecclesia dicitur mater & magistra omnium Ecclesiarum.

In-

Inferiores enim sunt Metrop.] Episcoporum gradus A hic est: Episcopi, Metropolitæ, Patriarchæ, sive Archiepiscopi, *Nov. 6. cap. 3.*

TIT. III. *De Episcopis & Clericis, & orphanotrophiis, & brephotrophiis & ptochiis, & xenodochiis, & asceteriis, & monachis, & privilegiis eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captivis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.*

SAne magis probarim de Episcopis & clericis, & orphanotrophis, & brephotrophis, & ptochotrophis, & xenodochis, & ascetriis. Nam de orphanotrophis & B aliis omnibus venerabilibus locis simul ac de ecclesiis & martyriis dictum est tit. superiore *l.* 15. 17. 19. 21. 22. 23. & de personis hic titulus est, ille de locis religioni & pietati dedicatis, quæ tamen duæ tractationes ita sunt adfines & conjunctæ, ut vix possit de personis tractare, qui non tractet etiam de locis, & contra. De personis igitur potissimum hic titulus est, Episcopis scilicet & clericis, & orphanotrophis, &c. Episcopi sunt antistites, qui clero & populo præsunt, veluti pastores, patres, & vicarii Christi, vel ut in *l. 6. tit. sequ.* qui populum Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, Optato Milevitano, apices & principes omnium; vetustioribus, Primiceril presbyterorum, sive nomen habeant Episcopi, sive Archiepiscopi, sive Metropolitani. Clerici sunt, ut invenio in hoc tit. ministri divini muneris, Catholicæ C Ecclesiæ, Christianæ legis, orthodoxæ fidei, qui divino cultui ministeria religionis impendunt, *l. 2. C. Th. eodem tit.* Presbyteri scilicet, qui superiorem inter Clericos locum obtinent, l. 8. Nam & Apostolorum vice sunt, ut legimus ἐν διαταγαῖς eorundem, eisque non minus, quam Episcopis incumbit cura nuntiandi verbi Dei, *συμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος*, & D. Paulo, *κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ*, Episcopis proximi, *l. 5. C. Th. de heret.* Et qui hos sequuntur Diaconi utriusque sexus, & hypodiaconi, ministri sacræ mensæ & totius ornatus ecclesiastici, ut est in *l. ultim. tit. sequ.* lectores, cantores, exorcistæ, ostiarii. Sacerdorum nomen solet proprie tribui episcopis, sed communicatur etiam clericis, ut Græcè *ἱερεῦσι*, *l.* 16. 19. 44. *hoc tit. l. 8. infr. de heret.* Imo Christianis omnibus. Eucherius: *Sacerdos*, inquit, D *ab eo nomen accepit, quod sacrum præbere ducatum minoribus debeat, quo nomine utique censentur omnes, qui altitudine rectæ conversationis ac doctrinæ salutaris eminent, nec sibimetipsis tantummodo, sed pluribus prosunt.* Omnes sumus membra summi sacerdotis Domini Jesu Christi. Tertullianus: *Christus sacerdotes nos Deo & Patri fecit*, quod idem & de clericorum nomine scribunt. Orphanotrophi ita definiuntur *l.* 31. qui parentibus atque substantiis destitutos minores sustentant & educant velut affectione paterna, aut quasi tutores pupillorum & curatores adolescentium, ac similiter brephotrophi dicuntur alumni infantium, & ptochotrophi pauperum & mendicorum. Xenodochi autem, qui advenas, ægrotos, inopes, debiles, invalidos, necessarium victum sibi parare nequeuntes hospitio excipiunt, E *l.* 45. 48. Ascetæ, vel ascetriæ sunt devotæ virgines, aut qui ita vitam instituerunt ut toti sacris sint dediti meditationibus: quod institutum philosophiam vocat Majorianus in *Nov. de sanctim. et vid.* Gregorius Nazianzenus sæpe, & in Hermiæ historia duobus aut tribus locis vulgo corrupte, *μοναχικὴ πολιτεία* pro *μοναχικὴ φιλοσοφία*, qui separantur à monachis, ut asceterium à monasterio, *l.* 53. monachi, inquam, i. qui quæve latebras captant & vastas solitudines, *l. quidam infr. de decur.* quorum præfecti archimandritæ dicuntur, quasi latebrarum præsules. Ac præter eas personas, quæ in hac rubrica enumerantur, fit sub ea mentio etiam *νοσοκόμων* & *γηροκόμων*, quibus curæ sunt valetudinarii & senes, & parabolanorum medicorum, qui lucre in Alexandria, & ejus qui dicitur *ὁ ἐπὶ τῆς πτωχείας*, quasi generalis mendicorum curator, diversus à ptochotropho, & œconomorum, de quibus etiam tit. superiore, & defensorum Ecclesiæ, & *ἀρχόντων* sive *ἐξάρχων*, qui sunt chorepiscopi, ut Zonaras ait, *χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι*, ruris aut suburbii episcopi sub dispositione episcopi aut metropolitani: iidem qui & archidiaconi, vel archipresbyteri ferè, ut Leo ait, & ut est in synodo Neocæsariana, *ὡς συλλειτουργοὶ εἰς τύπον τῶν ό*. Sigebertus, *archidiaconi, qui dicuntur chorepiscopi*, qualem in antiquis monumentis appellatum fuisse Lugdunensi supercilio & monti sacro, ut loquuntur, divorum Irenæi & Justi præfectum legi, qui hodie Abbas appellatur. Fit & mentio eorum, qui *περιοδευταὶ* dicuntur *ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς*, ut Zonaras ait, visitatores, *c. non debere 80. Dist.* qui, & in locum episcoporum ad tempus remotorum substitui solent. Joannes in epist. ad episcopos Galliæ de Contumelioso episcopo: Ne ejus ecclesia destituta videatur, in ejus locum visitatorem dari decernimus, qui à se noverit omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate præsumat, sed ea, quæ ad sacrosancta mysteria pertinent, exequatur. Et ad clerum Ecclesiæ in qua fuit Contumeliosus episcopus, in ejus Ecclesia visitatorem dari nostra decrevit auctoritas, ut Ecclesia privata præsule summi nequeat Pontificis solatiis indigere, cui vos in omnibus parere decernimus ad ea tantummodo, quæ sacris sunt gerenda mysteriis. Fit quoque mentio aliorum, qui paramonarii dicuntur è genere eorum, qui res ecclesiasticas administrant, id est villici sive actores possessionum, quamvis alias sic videantur appellati satellites, adseculæ, buccellarii: certè Nicetæ *παραμονὴ* est *πολλακις ἐρ βαρβαρος*. Additur in hoc tit. Et privilegiis eorum, episcoporum scilicet & clericorum, & cæterarum personarum, veluti, ut invitis episcopis testimonium non denuncietur, ut presbyteri citra injuriam quæstionis testimonium dicant, ut clerici, & monachi, & xenodochi, & ptochotrophi similesque personæ excusentur à sordidis & extraordinariis muneribus, à parangariis, à metatis, à lustrali auri collatione sive functione auraria, à tutelis & personalibus muneribus, ut injuriarum sit publicum crimen, si facta sit injuria Episcopo, vel Clerico, ut sit popularis actio ex testamento, si quid relictum sit venerabilibus locis, condictio ex lege, quæ inficiatione crescat in duplum, & ex cujus causa si indebitum solutum sit, non competat condictio indebiti, ut *§. ultim. Instit. de obl. quæ qua. ex con. & l. 46. hoc titul.* ut irrita fiat substitutio precaria facta sub conditione si sine liberis heres institutus decesserit, herede transeunte in clerum, aut monasterium, ac similiter remittatur eidem conditio liberorum suscipiendorum. Et de castrensi peculio clericorum, quod etiam inter privilegia connumerari potest, de quo est *l. 34. & 50.* Et de redimendis captivis, deque relictis redemptioni captivorum *l.* 28. 45. 49. Item de nuptiis clericorum vetitis seu permissis, permissis scilicet cantoribus, & lectoribus, vetitis cæteris, & permissis primis, vetitis secundis, ac rursus permissis cæteris si coitæ sint ante clericatum: vetitis post clericatum, & liberis post clericatum susceptis numero spuriorum, nefariorum, & incestuarum adscriptis non naturalium, *l.* 19. & 44.

III. ENARRATIO.

ORphanotrophis] Nec aliter legitur in antiquis Ægidii Menagii & Juliani Brodæi.

Sunt antistites] Ut in *l. 7. h. tit.* sacræ legis antistites, Theodoro Balsamoni ibidem *ἐπίσκοποι*. Justin. in *§. 5. Instit. de Atil. tut.* *religiosissimo antistite*: Theop. ibi. *εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου*: utitur Tertullian. in ea significatione in libro de fuga, & alibi. Hinc antistitium pro Episcopatu, Vvibertus Archidiaconus in vita Leonis

PP. *Qui postea ad antistitium Mediomatricæ urbis voto cleri & plebis magis, quam suo assumptus.*

Qui clero] Suidas, & auctor Etymologici: κλῆρος, σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων: clerus, *Collegium Diaconorum, & Presbyterorum*. Oecumenius in I. epistolam catholicam D. Petri cap. 7. κλῆρον δὲ τὸ ἱερὸν σύστημα καλεῖ, ὥσπερ καὶ νῦν ἡμεῖς. *Clerum sacrorum collegium vocat, sicut & nos hoc tempore*. S. Basilius in epistola 4. γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀφίκετο τοῦ κλήρου: *Cleri litteræ ad nos venerunt*.

Et populo præsunt] Clerum à populo distinguit idem Basilius in epistola 192. ad Nicopolitanos presbyteros, in fine: πάντα τὸν κλῆρον, τόν τε κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς παροικίας, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ φοβουμένου τὸν κύριον, ἀσπαζόμεθα δι' ὑμῶν: *Clerum universum, cum qui in civitate, tum qui in parœcia est cum omni populo timente Dominum, per vos salutamus*.

Velusi Pastores] Glossæ: *Pastor*, ποιμενικός.

Patres] Divus Augustinus in Psalm. XLIV. *Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, et ipsa illos constituit in sedibus patrum*. Petrus Antiochenus in epist. qua rescribit Dominico Gradensi: ἀκούετε πῶς ἐπισκόπους καὶ ἀρχιερεῖς, πατέρας ἡ θεία οἶδε λόγος καλεῖν. Andreas Cretensis in Apostolum Titum: ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, ὦ πάτερ, ὦ δέσποτα τῶν σῶν οἰκετῶν, καὶ διαδόχων μου, ἀναξίων δέ: ταῦτα ὁ μικρὸς ἐν ποιμέσιν ἐγώ, &c. *Hæc à nobis, o pater, a Domine, tuis clientulis, & supplicibus, atque successoribus tuis, quanquam indignis. Hæc exiguus ego inter pastores*. Vide sancti Gregorii Nazianzeni homiliam, cum Episcopus Sasimoensis ordinatus est, Divum Chrysostomum in oratione cum Presbyter est designatus.

Vicarii Christi] Sanctus Cyprianus in epistola LV. ad Cornelium: *Nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus judex vice Christi cogitatur*. Eusebius PP. in epistola ad Episcopos, & diaconos Thusciæ, & Campaniæ: *Caput enim Ecclesiæ Christus est, Christi autem vicarii sacerdotes sunt*. Vicarii Dei. Theophylactus in epistolam ad Titum capite I. τὸν τόπον ἐπέχει τοῦ Θεοῦ: *vicem, & locum Dei sustinet*. S. Ignatius in epistola ad Magnes. προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ. *Episcopo præsidente Dei loco*, ut prophetæ dicti vicarii Dei. Tertull. advers. Marcion. IV. 35.

Vicarii Christi] Innocentius III. hoc tribuit summo Pontifici in *cap. 2. ext. de translat. episc. Auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Jesu Christi*. Alii dicunt, sacerdotem B. Petri Apostoli vicarium esse. Ennod. in Apologetico.

Optato Milevitano] Libro I. de schism. Donatistarum: Anastasius bibliothecarius in epistola ad Martinum Namiensis Ecclesiæ præsulem: *Quia cum Episcopatus apice*, &c. Ennodius in orat. in Natal. Laurentii Episc. Mediolanens. *Ad Pontificalem apicem gravitas, pudor, judicium, venustas adduxit*.

Primicerii presbyterorum] Nescio an huc referri possit, quod scribit Auctor Quæstionum in utrumque testamentum, quæ D. Augustino tribuuntur, quæstione CI. *Quid enim, inquit, est Episcopus, nisi primus presbyter, hoc est, summus sacerdos? Denique non aliter quam compresbyteros hic vocat, & consacerdotes suos. Nunquid. & ministros condiaconos suos dicet Episcopus? Non utique, quia multo inferiores sunt. Et turpe est judicem dicere primicerium*. Qua forma idem D. Stephanum *primicerium martyrum* vocat in sermone XXI. (& post eum Juo Carnot. in serm. 9. de reb. eccles.) & Baldricus D. Petrum *primicerium Apostolorum*. Cujac. XI. C. *l.* 7.

Clerici sunt] *Omnes qui in Ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt, Clerici generaliter nominantur*, Chrodegangus Metensis Episcopus in regula Canonicorum cap. XXIII. in hoc autem titulo sep.

Qui superiorem inter clericos] Separantur ab Episcopis, ut apud sanctum Basilium in epistola LXXV. ad Neocæsarienses: ἀλλ' εἰσὶν ἀπόκλητοι παρὰ θεοῦ εἰς ἀκρόασιν: ἐστὶ κλῆρος καθ' ἑκάστην τοῦ Θεοῦ παροικίαν, συναχθήτωσαν οἱ δοκιμώτατοι &c. *At qui sunt Episcopi vocentur illi, ut audiant, quæ objiciuntur: est clerus in unaquaque Dei parœcia: congregentur probatiores*.

Ministri divini muneris, &c.] *L. si quis* 10. *l. quisquis* 27. *& l. omnes* 33. *hoc tit.*

Ἐν διατάγαις] Libro II. capite XXVI. & XXVII.

Apostolorum vice] Ignatius in epistola ad Magnesianos: τῶν πρεσβυτέρων εἰς τύπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων: *Presbyterorum, loco concessus Apostolici*. S. Hieronymus de sept. ordinib. eccl. *In præsbiteris Apostolos, qui & ipsi sunt, recognoscas*. Alii dicunt, Episcopos esse vice Apostolorum, Presbyteros vice LXX. discipulorum. Carolus II. Imp. in epistola ad Joannem VIII. Papam, apud Hincmarum Remensem opusculo XLVIS. *Episcoporum, qui locum in Ecclesia tenent Apostolorum, & Presbyterorum, qui subrogantur loco LXX. discipulorum*, &c. Juo Carnot. de reb. eccl. serm. 2. *Presbyteri quippe successores, & vicarii sunt LXX. discipulorum. Episcopi vero successores sunt Apostolorum*.

Eorundem.] An sit liber γνήσιος quæri nemo nescit: satis tamen antiquus est, & nonnulla eis intermixta.

Cura nuntiandi verbi Dei] Verbum Dei soli olim Episcopi in Ecclesia prædicabant. Procedente tempore, presbyteris id permissum. Vide Notas Jacobi Sirmondi ad sermonem D. Augustini de versu Ps. L. *Cor mundum crea in me Deus*, Supplementi Operum, D. August. Tomo I.

Σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου &c.] d. cap. XXVIII. Sanctus Ignatius in epistola ad Trallianos: σύμβουλοι καὶ συνεδρευταὶ τοῦ ἐπισκόπου: Consiliarii, & adsessores Episcopi: συμπονοῦντες τῷ ἐπισκόπῳ. Zonaras in canonem LVIII. Apostolorum, adjutores Episcoporum, Juo Carnot. loco citato.

Et D. Paulo] I. ad Timoth. V. 17.

Episcopis proximi] D. Hieronymus IV. in Hieremiam cap. 22. *Intelligant Episcopi, sociique eorum presbyteri atque diaconi, & omnis ordo ecclesiasticus*, &c. Episcopi sunt sacerdotes summi. D. Hieronymus adversus Luciferianos cap. IV. *Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet*. D. Augustinus in d. quæstione CI. Tertullianus de Baptismo capite XVII. *Summus sacerdos, qui est Episcopus*. Primi sacerdotes. S. Ambrosius, sive Hilarius in epistolam ad Ephesios capite VI. & in I. ad Timoth. cap. 3. *Episcopus est, qui inter presbyteros primus est*. Episcopi, inquam, sunt primi ordinis sacerdotes, presbyteri secundi. D. Hieronymus in Hieremiam libro 3. capite 13. *Sacerdotes quoque ipsi secundus in ecclesiastico honore gradus*, ὁμοίως γὰρ καὶ αὐτοὶ ἱερεῖς εἰσί, καὶ διδασκαλίαν εἰσὶ πεπιστευμένοι, *nam & ipsi similiter sunt sacerdotes, & docendi munus sibi concreditum habent*. Oecumeni. in I. ad Tim. cap. 3. v. 8. Facundus Hermianensis lib. XII. capite 3. *Quia sacrificare præsumpsit, quod licitum est singulo cuique, etiam secundi ordinis sacerdoti*. Leo I. in serm. X. de laude Charitatis: *Non enim summos tantum antistites, aut secundi ordinis sacerdotes*, &c. Hincmarus Remensis Opusc. XV. capite IV. *Hos LXXII. figuram presbyterorum, id est, secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum est*: & Opusculo XLVIII. cap. XX. *De presbyteris, videlicet secundi ordinis viris non dimittenda sunt*. Secundi sacerdotes, in constitutione Theodos. & Valentiniani, Appendicis Codicis Theodos. num. XX.

Diaconi utriusque sexus] De officio Diaconi Joannes Cinnamus histor. lib. 4. ἦν τις λευιτῶν, οὓς διακόνους καλοῦμεν, ὄνομα τούτῳ Βασίλειος ὃς ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας ἐν ταῖς ὁπηνίκα τελεταῖς πεπιστευμένος φωνάς. *Erat quidam levitarum, quos nos Diaconos vocamus, nomine Basilius. Hic ad explicandum in omnibus ubicumque cœtibus verbum divinum constitutus*, &c. In diaconissa ætas LX. annorum exigitur, *l.* 9. *hoc tit.* in qua legendum, *sexaginta annis*. Theophanes: Θεοδώρου,

στος ὁ βασιλεὺς νόμον ἔγραψε, γυναῖκα εἰς διακονίσσαν μὴ προβιβάζεσθαι, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξʹ ἔτη κατὰ τὸν ἀπόστολον: id est, interprete Anastasio Bibliothecario in historia Ecclesiastica: *Theodosius legem scripsit, mulierem in diaconissam non promovendam, nisi sexaginta transcenderit annos secundum Apostolum* in prima ad Timoth. Ex *Novell.* CXXIII. *cap.* 13. exigitur ætas annorum 40. ut Concilii Chalcedon. can. 15.

Ministri sacræ mensæ] Diaconum ministrare Episcopo, & presbyteris, hoc est diaconatum exercere: aut si Græca malis: διάκονον ὑπηρετεῖσθαι τῷ Ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, τοῦτ' ἔστι διακονεῖν. Diaconi ministri sacerdotum, S. Ambrosius in 1. ad Timot. c. 3. Auctor constitutionum Apostol. lib. 3. cap. ultimo, S. Augustinus in sermone 37. de diversis: *Diaconi gerebat officium, ibi sacrum Christi sanguinem ministravit*, S. Cyprianus de lapsis: *ubi vero solemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit.*

Exorcistæ] De exorcistis Julius Firmicus Mathes. lib. 3. cap. 5. *Erunt omnibus dæmonibus terribiles, quorum adventum pravi dæmonum spiritus fugiant, & qui sic laborantes homines non vi verborum, sed sola sui ostensione liberent: & quamvis sit violentus dæmon; qui corpus hominum, animumque quatiat, sive ille aereus sit, sive terrenus, aut infernus, istius hominis jussione fugiet, quia præceptis ejus cum quodam veneratione tenebitur. Hi sunt qui à vulgo exorcistæ dicuntur*, & cap. 9. *Faciet exorcistas, & qui laborantes dæmonum incursione homines aptis remediis liberent: unde ex his artibus maxima illis substantia conferatur*. Hi sunt, qui, ut ait Ulpianus, vulgari verbo impostorum, exorcizare dicuntur, *l. 1. de extraordin. cognit.* Quid si Christianos Ulpianus intelligat, qui exorcismis dæmones fugant, depellunt, traducunt? Infensissimum enim Christianis Ulpianum fuisse constat ex Lactantio lib 5. Instit. cap. XI. Exorcistæ igitur in *l. 6. h. tit.* sunt qui adjuratione dæmonas effugant, de quibus Paulinus Nolanus in Natali 4. Felicis.

> —— *primis lector servivit in annis.*
> *Inde gradum cœpit, cui munus voce fideli*
> *Adjuvare malos, & sacris pellere verbis.*

Origenes homilia 24. in Jos. *Si inimica virtus dæmonis obsideat alicujus corpus, adhibeantur autem multæ exorcistarum invocationes, &c.* Adde Cyrillum Hierosolymitanum in præfatione Catechef. De his omnibus vide Cujac. ad Nov. 3.

Sacerdotum nomen sol. pr. tr. Episcop.] In *l. 3. h. t. omnes sacerdotes*: in collectione Theodori Balsamonis, ἐπίσκοποι. Venantius Fortunatus libro 9. epigramm. 9. *Jura sacerdotum* (hoc est Episcoporum) *sacro moderamine servans*. Sanctus Cyprianus in epistola 33. *Preces nostras vestris precibus adjuvate, ut Domini misericordia favens nobis, cito plebi suæ, & sacerdotem reddat incolumem, & martyrem cum sacerdote lectorem.* D. Hieronymus 1. adversus Rufinum: *Neque ambimus sacerdotium, qui latemus in cellulis.* Ennodius de vita Epiphanii Ticinensis Episcopi: *Interea propositum sibi callem vitæ cursu præpeti sacerdos venerabilis intendebat*: & apud Cyprianum epistola 65. ad Rogat. Sacerdotalis locus, & sacerdotalis potestas, pro Episcopali.

Imo Christianis omnibus] D. Augustinus quæstionum Evangelicarum libro 2. Q. 40. *Sacerdotium Judæorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotii regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi & vere principis sacerdotum: nam nunc & omnes unguntur, quod tunc Regibus tantum, & sacerdotibus fiebat.* S. Ambrosius in Lucam cap. 6. *omnes filii Ecclesiæ sacerdotes sunt: ungimur enim in sacerdotium sanctum, offerentes nosmetipsos Deo hostias spiritales.* Agobardus de privilegio & jure sacerdotis. *Præmittendum sane videtur brevissime, quod omnes fideles vere membra summi sacerdotis, Dei videlicet, ac Domini nostri Jesu Christi mediatoris Dei, & hominum facti sunt ab eo, Patris*

A *regnum & sacerdotes, & sunt sub capite summo unus sacerdos.* Petrus Damian. epistolarum lib. 8. 1. *Constat ergo quemlibet Christianum esse per gratiam Christi sacerdotem*: vide quæ diximus ad *tit. Decretal. de vita & hon. cler.*

Tertullianus] Vide de exhortationibus castitatis c. 7.

Quod idem & de cleric. nom.] Ut 1. Cath. D. Petri c. 7. ult. ver. 3. vide Cujac. ad *Novel.* 3.

Orphanotrophi] τῶν ὀρφανῶν οἱ τροφεῖς Andreas Cæsariensis in magno Canone: διάκονος καὶ ὀρφανοτρόφος ἀνεθίστατο. *Diaconus & pupillorum curator constituitur*, Codinus de Offic. Constant. cap. 5. 76. in edit. Reg. ὀρφανοτρόφος ἦν μὲν φροντίζων καὶ ἐπιμελούμενος πάλαι τῶν ὀρφανῶν: *orphanotrophus olim curam habebat pupillorum.* Auctor anonymus in Romano Imp. μεταχθὲν αὐτὸ ἀπεκλείσθη ἅμα Θεοφάνῃ Τειχιώτῃ καὶ Παύλῳ ὀρφανοτρόφῳ ἀν-
B θρώπῳ αὐτοῦ Hinc ὀρφανοτροφεῖον, Balsamon ad can. 7. Synodi Chalcedon.

Brephotrophi alumni infantium] Caper de verbis dubiis: *Alumnus dicitur ab alendo, & qui nutrit, & qui nutritur.*

Ptochotrophi.] Chronic. Alexandrinum, πτωχοτρόφος φρουὲξ λιμένος: *Ptochotrophus custos portus.* Anastasius in historia Ecclesiastica. *Duphemius Presbyter & ptochotrophus Neapoleos*: πτωχοτρόφος Νεαπόλεως, Theophanes. Hinc πτωχοτροφεῖον, & πτωχεῖον. Theophanes: πολλὰ ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ πτωχείοις. Amphilochius in vita S. Basilii: οἴκους εὐαγεῖς ᾤκισε, καὶ τὰ πτωχεῖα: *ædes sacras & hospitia pauperum.* Iidem πενητοτρόφοι & πενητοτροφεῖα, apud Constantinum Manassem.

C Xenodochi] Nicephorus in Chronico. Μηνᾶς πρεσβύτερος καὶ ξενοδόχος τοῦ Σαμψῶ: *Menas presbyter & Sampsonis præfectus hospitio.* D. Augustinus in Joannem tract. 97. *Xenodochia & monasteria postea sunt appellata novis nominibus, res tamen ipsæ & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmantur.* Hinc ξενοδοχεῖα, id est, οἱ πρὸς κοινὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων κατεσκευασμένοι οἶκοι. Joannes Cantacuzenus historiæ libro 4. cap. 30. in fine. Theophanes in Chronographia: τοῖς μὲν εὐαγέσιν οἴκοις παροικοῦσι, τοῖς τε ὀρφανοτροφείοις, καὶ τοῖς ξενῶσι, καὶ γηροκομείοις τε καὶ ἐκκλησιῶν, καὶ μοναστηρίοις βασιλικῶν τὰ κατ' ἔτος ἀπαιτεῖσθαι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς αὐτοῦ συγκλήτου: *Adeo devotarum ædium, orphanorum dico, peregrinorum enim receptaculis, ecclesiis & monasteriis Imperatorum liberalitate positis sumaria tributa, à primo tyrannidis suæ colligi*, &c. De his Sanctus Basilius in
D epistola 375. ad Heliam: τίνα δὲ ἀδικοῦμεν, καταγώγια τοῖς ξένοις οἰκοδομοῦντες τοῖς κατὰ πάροδον ἐπιφοιτῶσι; *Quid peccamus diversoria peregrinis extruentes, qui huc forte advenerint?* Ea Julianus extrui jubet, ut ibi inopes sine discrimine excipiantur, in epistola 49. ad Arsacium. De quo Theophanes in Chronographia: τὰς δὲ Χριστιανῶν εὐποιΐας ὁ ἀχρηστος καὶ παραβάτης μιμούμενος ξένοις τε καὶ πτωχοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν χορηγεῖσθαι ἐκέλευσεν, ἀπατῶν τοὺς ἀπλουστέρους: *Christianam & beneficentiam imitatus ille nefarius & prævaricator, peregrinis & egenis res necessarias edixit suppeditari.* Xenodochia sunt domus Dei in *cap. dilectis 55. ext. de appellat. l'Hostel-Dieu.*

Qui advenas, ægrotos, inop. debil.] Sanctus Epi-
E phanius hæresi 75. τοιαῦτα γάρ εἰσι κατασκευάζοντες ὑπὸ φιλοξενίας, καὶ τοῖς λελωβημένοις, καὶ ἀδυνάτοις ἐκεῖσε ποιοῦντες καταμένειν, ἐπιχορηγοῦσι κατὰ δύναμιν οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες.

Debiles] Debiles ex morbo, quo levati sunt, ut in *l. dabimusque 39. §. 1. ff. de rebus auct. jud. possid.*

Ascetæ vel ascetriæ] Glossarium MS. ἀσκητὴς ὁ ἐν τῷ καὶ διαιτῶν κόσμῳ εὐσεβῶς καὶ δικαίως ἀναστρεφόμενος. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 10. Ἄννα προφῆτις, ἐγκρατής, εὐλαβεστάτη καὶ ἀσκήτρια μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ *Anna prophetissa continens, religiosissima, & sanctimonialis, testatur de ipso.* Theodoretus serm. 10. Græcar. affect. ἰδεῖν τὰς κορυφὰς τοῦ ἡμετέρου μόνους ἀπηλλαγμένας, καὶ τὰς ἀσκητὰς

ἀσκητικῶν καταγωγαῖς κεκοσμημένα; *Num videtis excelsos montium vertices dæmonum vestrorum abominatione depulsa, monachorum cœnobiis exornatos?* Hinc ἀσκητήριον, ascesterium. Vide Gloss. ad Cedrenum.

Devotæ virgines] Vide Josephum Scaligerum Ausonianarum lection. libro 1. capite 8. Virgines cultui divino sacratæ: ut Amm. Marcellin. libro 18. in fine.

Hermiæ hist.] Histor. Eccles. v. 12.

Μοναχικὴ πολιτ.] Nihil mutandum puto. D. Gregorius Nyssenus de peregrinatione Hierosolymitana: Ἐγὼ τοὺς ἅπαξ ἀνατεθεικότας ἑαυτοὺς τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ, καλῶς ἔχειν φημὶ πρὸς τὰς τοῦ εὐαγγελίου διὰ παντὸς ἀποβλέπειν φωνάς: *Equidem eos, qui semel sanctiori vivendi rationi se dediderunt, recte agere existimo, si perpetuo ad Evangelii voces respiciant.* Vide ejusdem epistolam ad Eustath. Ambros. & Basil. Isidorus Pelusiotes libro 1. epistolar. 101. καλῶς πρὸς ὑψηλὴν πολιτείαν ἐξίστης Cedrenus: παιδευθεὶς τῆς μοναχικῆς πολιτείαν. Joannes Scylitzes: τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἀσπάσασθαι. Joannes Cantacuzenus hist. libro 1. cap. 14. τῆς μοναδικῆς πολιτείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς: *Qui ad culmen virtutis ascenderat, & omnes vitæ monasticæ numeros indeptus erat:* πολιτεία quidem generaliter accipitur pro sanctiore vivendi ratione, quæ πολιτεία ὀρθή, Clementi Alexandrino Strom. III. Monachi tamen maxime videri possunt πολιτεύεσθαι θεῷ. Quanquam monachi dicuntur etiam philosophicam vitam agere. Nov. 5. cap. 3. Dionisius apud Suidam in μοναχός: ὅπερ δὴ φροντιστήριον ἦν ἀνδρῶν φιλοσοφούντων τὸν βίον: μοναχοὶ δὲ οὗτοι κατονομάζονται. Sanctus Basilius in constitutionibus monast. cap. 5. εἰ δέ τι δέοι διὰ τὴν ἀναγκαίαν χρείαν, καὶ ὑπαίθριον ἔργον ἐπιτελεῖν, οὐδὲ τοῦτο τὴν φιλοσοφίαν κωλύσει. Luitprandus historiæ 5. cap. 9. *Ad vicinam insulam, in qua cœnobitarum multitudo philosophabatur, tonso ei, ut moris est, capite ad philosophandum transmittunt:* & capite 10. *Ad vicinam insulam, in quam patrem suum ablegarant, philosophatum mittunt.* Guillelmus monachus in vita Sugerii Abbatis S. Dionysii lib. 2. cap. ult. *Abbas Cluniacensis cum ad cellulam respexisset brevissimam, quam sibi ad manendum vir summe philosophus extruxerat &c.* Adde D. Chrysost. de differ. Regis, & mon. D. Gregor. Nazianz. in orat. 9. & 21. Vide quæ dixi ad tit. de justit. & ju. Instit. lib. 1.

Archimandritæ dicuntur] Avitus Viennensis in epistola 11. *Eutyches ergo pernicies, cujus mentio est, susurstus inventor, Constantinopolitanæ Ecclesiæ minister. sed copiosæ monachorum multitudinis præpositus fuit: cujus officii personas Episcopi Orientales Archimanaritas appellant.*

Νοσοκόμιον] In *l.* 42. Adde Sancti Basilii dict. epistolam 371. D. Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: *In pecuniam congregatam usibus pauperum præparavit: & prima omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foveret.* Hinc νοσοκομεῖον, Dorotheus doctrina 4. Nicetas Choniat. in Isaacio, Angelo: μετέβαλε δὲ εἰς νοσοκομεῖον, καὶ τὸν βασιλικὸν δόμον. *Regias ædes in Nosocomium mutavit.* Joannes Cinnamus historiar. libro 4. ἃ καὶ ἔξεστι τῷ γε βουλομένῳ ἐκ τῶν κοινῶν ἀναλέγεσθαι νοσοκομείων, ἃ ξενῶνας καλεῖσθαι ἔθος ἐστίν: *& qui voluerit, ea legere poterit in Nosocomiis, quæ vulgo xenonas vocant.* De Xenone vide Glossarium ad Nicetam. Adde Theodoretum histor. Eccles. lib. 5. cap. 18.

Γεροντοκόμιον] In *l.* 46. §. 1. Hinc γηροκομεῖον. Balsamon ad Canon. 8. Synodi Calcedon. & γηροτροφεῖον Nicephorus Gregoras histor. 2.

Parabolanorum] *L.* 18. Parabolani sic dicti, quasi temerarii, quod qui ægrotis adsunt, in periculis sæpe non parvis versentur, frequenti ægrotorum contactu. Eadem nimirum forma rationeque, qua bestiarii Julio Firmico parabolarii sunt, & Socrati παράβολοι 7. histor. Eccles. qui paraboli auctori historiæ Tripertitæ, lib. 11. cap. 15. Cujac. ad *Nov.* 111. Eustathius ad Od. primam, ὁ παράβολος ἄνθρωπος, ὁ κινδύνοις ἑαυτὸν παραβάλλων, ὅ ἐστι παρατιθείς: *Parabolus, qui seipsum periculis exponit.* Concilium Calcedonense actione 1. εἰσέτρεχον γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν στρατιῶται μετὰ ὅπλων καὶ εἰσῄεσαν οἱ μονάζοντες μετὰ Βαρσουμᾶ, καὶ οἱ παραβαλανεῖς, καὶ πλῆθος ἄλλο πολύ. Vetus interpres: *Irruebant enim in Ecclesiam milites cum armis: instabant monachi, qui cum Barsuma, & parabolani, & multitudo alia grandis.* Videamus an legendum sit, παραβολάνοι, & *parabolani*. Sed fortasse ego heic, παράβολοι. Itaque nihil temere adfirmo. De parabolanis vide Josephi Scaligeri epistolam 60. ad Isaacum Casaubonum.

Ο ἐπὶ τῆς πτωχείας] Io *l.* 42. §. 9. *hoc tit.*

Et œconom.] Vide sup. tit. prox.

Defensorum Ecclesiæ] ἐκκλησιεκδίκων, d. §. 9. vel simpliciter, ἐκδίκων apud Theophanem, & alios, de quibus in Glossario ad Cedr.

Ἀρχόντων sive ἐξ] *d. l.* 40. §. 10.

Qui sunt χωρεπίσκοποι, ut Zonaras ait] In Can. ix. Synodi Antioch. & Scholiastes Harmenopuli tit. 9. Epitomes Cann. Sed reprehenduntur à viris doctis. De Exarchi dignitate Joannes Cameniata in narratione de excidio Thessalonicensi cap. 30. Ἐπίσκοπος μὲν, inquit, κατ' ἐκεῖνο οὐκ ἦν, κατ' ἴσον δὲ διαφέροντα βαθμὸν ἐκείνοις (ἐπισκόποις) κεκλήρωται: ἔξαρχον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης, οὐδὲν τῆς τιμῆς ἐκείνων καθυστερίζοντα: *Episcopus quidem hic non est, haud tamen disparem gradum sortitus est: Scimus enim eum totius Elladis exarchum esse, dignitate Episcopis nihilo inferiorem,* Vide Codin. de offic. Constantinop. cap. 1. & Notas num. 53.

Ruris aut suburbii] Dionysius Exiguus in interpretatione d. can. x. Synod. Antioch. *Qui in vicis, vel possessionibus Chorepiscopi nominantur,* & in interpretatione can. 3. Synod. Ancyranæ: *Presbyteri ruris offerre non possunt in templo civitatis, præsente Episcopo, vel presbyteris urbis.* Episcopi Villani, in epistola Damasi PP. quam subdititiam esse merito quidam existimant; Capitul. Caroli M. lib. 7. capite 187. aut Vicani. Hincmarus Remensis Opusculo 33. cap. 16. in fine: *Vicanus fieri consensiens Episcopus, qui Græce vocatur Chorepiscopus.* Et Opusculo 35. *Pene Vicarium Episcopum, quem Græci Chorepiscopum vocant.* Hunc locum profert Flodoardus libro 3. histor. Remensis. Et Chorepiscopi igitur Vicarii Episcoporum. Fulgentius Ferrandus in Breviatione Can. cap. 79. *Chorepiscopi,* id est, *Vicarii Episcoporum.* Idem legitur in Capitulari Aquisgranensi capite 9.

Archipresbyteri fere, ut Leo ait] Vide Leonis 1. epistolam 88.

In Synodo Neocæsar.] Canone 13.

Ὡς εἰς ἑβδομήκοντα] Qui ad exemplum, & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur. Leo 1. epistola 88. Vide epist. 127. D. Hieronymi ad Fabiolam de 42. mansionibus 6.

Sigebertus] In Chronico. Sigebertum exscripsit Robertus Monachus cœnobii sancti Mariani apud Altissiodorum Ordinis Præmonstratensis, auctor Chronici Altissiodorensis: *Damasus,* inquit, *Papa decrevit ne quid contra Episcopos præsumant Archidiaconi, qui dicuntur etiam Chorepiscopi, id est, regionum, vel villarum Episcopi.* Sigebertum tamen deceptum tradunt eruditissimi viri, quod Archidiaconos, id est, πρώτους τῶν διακόνων, cum Chorepiscopis confundat.

Qui περιοδευταὶ dicuntur] Nicephorus Callistus libro 9. cap. 45. καί τινα περιοδευτὴν πολλῶν φόνων γενόμενον αἴτιον τῆς ἐκκλησίας οὐ διέωσεν: *quod Periodeutem quendam, qui multis necis causam præstiterat, Ecclesia non ejecisset:* Teodosius Balsamon ad Canon. 57. Synodi Laodicenæ: περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι· οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς: *Periodeutæ sunt, qui hodie ab Episcopis promoventur exarchi: hi enim circumcursant, & delicta animæ observant, & fideles*

deles

deles instruunt. Codinus de offic. au. Constant. c. 1. edit. Reg. ὁ περιοδευτὴς, περιπατῶν καὶ παιδεύσαμενος τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. Circitor, qui circumambulat, & in orthodoxa fide baptizari cupientes instruit: Claudius Salmasius falsus est cum de primatu Papæ capite 1. scribit, Just. in l. 42. §. 9. Chorepiscopum interpretari periodeutem vel visitatorem. Imo manifeste distinguit: μήτε ἐπίσκοπον, inquit, μήτε χωρεπίσκοπον, μήτε περιοδευτὴν: neque Episcopum, neque Chorepiscopum, neque periodeutem. & in fine d. §. ἢ χωρεπίσκοπος, ἢ περιοδευτὴς: aut Chorepiscopus, aut periodeutes. Sic etiam Gennadius in Encyclio (eum profert Meursius in Glossario Græcobarbaro) ἢ χωρεπίσκοπον ἢ περιοδευτὴν, ἢ πρεσβύτερον &c. Videamus etiam an falsus sit in ejusdem libri cap. 11. cum ait periodeutas non sic appellari, quod de loco in locum transirent, & omnem regionem perambularent; sed unius vici præpositos, cui & erant affixi, haut minus quam Episcopus urbi cui præsidebat, ita appellatos esse. Cujacius vero existimat, Chorepiscopum datum certo vico, vel pago ab Episcopo urbis, sub qua vicus est. περιοδευτὴν autem certo loco deputatum non esse, sed hac illac circumire, & ubique implere absentis Episcopi vicem. Zonaras ad d. can. 57. Synodi Laodicenæ: περιοδευταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν: Periodeutæ dicuntur, quia circumdant, & perambulant, instruuntque fideles, non habentes propriam cathedram. Et ita vetus auctor in libro de hæresibus num. 22. Hos, inquit, Origenes ita perfecte superavit, ut eorum causa periodeutes fieret, ac per singulas quasque urbes per Orientem euado prædicaret. Certe si quis dixerit, periodeutas videri vico alicui adfixos fuisse: Theodoretus religiosæ historiæ capite 26: πόθεν τὸν θαυμάσιον Βάσσον, ὃς πολλὰς περιοδεύων κώμας τοῖς κατὰ κώμην ἱερεῦσιν ἐπιστατῶν, &c. & paulo post: ὑπερθαυμάσας τοίνυν ὁ μέγας ἐκεῖνος Βάσσος, τὴν αὐτὴν ἀνάγκην κατέλαβε, τὸ μέγα τοῦτο διηγούμενος θαῦμα. πλείους γὰρ ἢ διακοσίους θιασώτας εἶχεν, &c. Suadet itaque admirando Basso, qui tunc multos vicos circumibat vicanis præpositus sacerdotibus, &c. Obstupefactus magnus Bassus ad gregem suum rediit, magnum hoc narrans miraculum: Thiasotas enim sive sodales habebat supra ducentos. Si quis, inquam, ex hoc Theodoreti loco dicat, periodeutas videri alicui vico adfixos fuisse, dicam ego ex eod. loco, non ita vico, pagove addictos fuisse, quin cæteras vicanas Ecclesias visitarent.

Ut Zonaras] d. can. 56.

Visitatores] Sic Dionysius Exiguus περιοδευτὰς interpretatur in d. can. 56. Alii circitores, lustratores: Glossæ: περιοδευτὴς, circitor, lustrator.

Ad tempus remot.] Vel defunctorum: vide can. obitum 56. cap. catinensis 57. & cap. ult. dist. 61. & Gregorii 1. epist. 79. lib. 1. & 29. lib. 2.

Qui paramonarii dicuntur] In l. 46. §. 3. h. t. Anastasius biblioth. in hist. Eccles. Mansionarium sancti Joannis. Theophanes dixerat, παραμονάριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου. Sic etiam vertit Dionysius Exiguus, in can. 2. Concilii Chalced. Sed & mansionarius dicebatur is, cujus erat postremo in templo permanere, oleumque lampadibus infundere, ac lampades extinguere, ut ait Vossius lib. 3. de vitiis sermonis, idque probat auctoritate Gregorii lib. 1. Dialog. cap. 5. Auctor Anonymus in vita Damasi PP. Quidam vir Mansionarius ipsius Ecclesiæ, &c.

Adseculæ, buccellarii] Glossæ Isidori: assecla, buccellarius. Item: scurra, parasitus, buccellarius.

Nicetæ] In codice Græcobarbaro: vide ibid. Glossarium nostrum.

Ut invitis Episcopis] l. 7. h. t. Theodorus Balsamo Collectionis tit. 3. totam legem sic in compendium retulit: ἐπίσκοπος οὐ μαρτυρεῖ: Episcopus testimonium non perhibet. Harmenopulus lib. 1. tit. 6. §. 36. Episcopi nec volentes, nec invisi ad testimonium dicendum in jus vocari possunt, sed ad eos domum mittitur: ex Novella

A 123. cap. 6. Psellus ad titulum 16. Synopseos Attaliotæ: ἀρχιερεὺς οὐ μαρτυρεῖ οὔτ' ἑκὼν οὔτ' ἄκων. Pontifex neque volens, neque invitus testimonium perhibet. Hincmarus Remensis Opusc. 48. cap. 13. Et sacri Africæ provinciæ canones, & lex Justiniana decernunt: Clerici de judicii sui cognitione non cogantur in publico dicere testimonium, non autem in Ecclesiastico judicio testimonium dicere prohibentur. Sicut etiam de Episcopis in Chalcedonensi Concilio legimus: unde in Synodis Romanis ab Eugenio & Leone IV. celebratis decretum est: Quamquam sacerdotum testimonium credibile habeatur, tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si autem eventu aliquo causæ interfuerint, & aliquid viderint aut audierint, ubi nullæ ad

B illud idoneæ sæcularium inveniantur personæ, ne veritas occultetur, & malus ut bonus existimetur, in providentia proprii sit Episcopi, ut aut coram se & competentibus judicibus, aut aliter veritatem honorifice testificentur. Et huic sententiæ Justiniana lex consonat.

Ut Presbyteri citra injuriam quæst.] l. 8. χωρὶς βασάνων, non torqoentur.

Ut clerici & monachi] Sanctus Basilius in epistola 279. & 304. postulat à censitore, ut Monachi secundum constitutionem in eorum gratiam editam tributorum solutione liberentur.

A sordidis] ut puta ne fiant capsarii, vel pistores: quo exemplo utuntur Græci lib. 54. in hunc locum l. 1. C. de excusat. mun. & l. 9. Et tractantes de immun. Ecclesiarum, lib. 5. Cujac. ad d. l. 1. De capsa-

C riis, vide Cujac. Observ. v. 8. & adde Basilica ad l. 51. collactaneus 13. ff. de manum. vind. & hunc locum D. Augustini in Psalm. 56. Librarii denique nostri facti sunt, quomodo solent servi post dominos codices ferre.

A parangariis] Et angariis, l. 39. §. 1. De angariis & paraogariis: vide Cujac. ad tit. Cod. de cur. publ. libro 12.

A metatis] Hospites non suscipiunt, l. 1. Basilica: μήτε μίτατα δίδονται. Balsamon οὐχ ὑποδέχονται μιτάτα vide tit. C. de metat. & epidemit. lib. 12.

A lustralis auri collatione] Lustrale aurum quarto quoque anno pendi solitum, id est, singulo lustro, & χρυσάργυρον dicebatur, de quo dixi ad historiam Ecclesiasticam Anastasii. Appellatur etiam functio auraria in l. singuli, C. de lustr. ad collat. vide Cujac. ad l. 1. C.eod.

D & lib. 4. t. 63.

A tutelis] l. generaliter 52. h. tit.

Et personalibus muner.] l. 6. h. t.

Ut injuriarum fit publ. cr.) L. si quis 10. quæ extat in Registro Gregorii libro 11.] & Capitul. Caroli M. 6. 113. Joannes Saretberiensis lib. 5. cap. 5. & in Appendice C. Th. num. 14. si quis conferre velit.

Ut sit popularis actio ex test.] L. θεσπίζομεν 46. §. 6. & 7. h. tit.

Ut irrita fiat substit.] L. θεσπίζομεν 53. §. 2. h. t. v. Cujac. ad Nov. 123. in fin.

Et de castr. pecul. cleric.] Clericis peculium, quasi castrense habere permissum est, l. cum, l. 50. h. t. nam clerici omnes militant in Palatio Christi, ut est in constit. 20. in Appendice Cod. Theod. D. Ambros. in serm.

E 66. Etiamsi non militare videamur sæculo, tamen Deo & Domino militamus, sicut ait Apostolus: Nemo militans Deo, obligat se negotiis sæcularibus, & mox: Milites igitur Christi sumus, & stipendium ab ipso donativumque percipimus.

Et de redimend. captiv.] Etiam res sacræ vendi possunt, ut ex pretio captivi redimantur, l. 11. sup. de sac. eccl. Possidius in vita B. Augustini cap. 24. vide dicta nobis ad Theodori Balsamonis collectionem constitut. Eccles. & ad Justiniani Instit. tit. de rerum divis.

Cantorib. & lectorib.] L. τοὺς ἱερωτάτους, h. t. Nov. 5. cap. 8. Nov. 22. cap. 42. can. 25. Apostol. can. 6. Synodi in Trullo coactæ.

Vetitis cæteris] Cujacius ad Nov. 22. Nono loco osten-

ostenditur, secundas nuptias officere iis qui aspirant ad clerum, primas non officere: nam qui justam uxorem duxit & habet, diaconus, hypodiaconus, presbyter fieri potest, id est, ante clericatum matrimonium legitimum contrahere potest primum, non secundum, ducta etiam ea quæ nunquam experta sit virum, non vidua. Post clericatum non potest matrimonium contrahere, ut Leonis Nov.3. ne ex permissu quidem Episcopi, Nov.123. quæ hac in re derogat Ancyranæ Synodi cap.10. Nec queri de eo possunt clerici. Cur enim antequam offerrent se clero, sibi non adjunxerunt uxorem, vel ejus diei pridie quo clerici facti sunt? Quod si post clericatum matrimonium contraxerint, pœna hæc est, ut clero amoveantur, Nov.6. & 123. vel ex Leonis Nov.79. ordine clericali eo quem tenebant ante nuptias, veluti diaconatu, aut presbyteratu, & liberi sunt spurii ex *l.44.C.de episcop.& cleric.*

TIT. IV. *De episcopali audientia & de diversis capitulis quæ ad jus curamque & reverentiam pontificalem pertinent.*

EPiscopi jurisdictionem non habent, quia nec forum legibus habent, ut ait Valentinianus in *Nov. de epis. jud.* nec apparitionem, nec executionem, sed eorum, ut judicum delegatorum, qui etiam notionem non jurisdictionem habent, sententias magistratus exequuntur, *l.* 8. Sozomenus 1. *εἰς ἔργον τὰ κρινόμενα παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας.* Et videtur *Novella* 120. *δικαιοδοσίαν* accipere pro notione. Itaque non de episcopali jurisdictione, sed de episcopali audientia merito titulus inscriptus est. Et ut Haloander diœcesim, ita audientiam male Accursius jurisdictionem, & ita *l.* 25. *sub tit. prox.* Cum clericis in judicium vocatis pateat episcopalis audientia. Et in supradicta Novel. Valentiniani: Clericus sequatur forum rei, si adversarius ad episcopi vel presbyteri audientiam non præstat adsensum: ex qua etiam apparet, presbyteros qui secundum locum ab episcopis obtinent, non eandem, ut Æriani dicebant, habuisse cognitionem, judicium, audientiam. Et hanc quidem habuere tantum episcopi, vel presbyteri in clericos & monachos in causa religionis, vel negotio ecclesiastico, non in alios, vel in aliis causis, nisi inter consentientes, ut hoc tit. demonstratur: qui & alia continet diversa capitula pertinentia ad jus curamque & reverentiam episcopalem. Ad jus, veluti ut his in consilium adhibitis defensores civitatum, & sitonæ, & tutores, vel curatores minorum, aut furiosorum instituantur, ut querela non numeratæ pecuniæ, vel dotis absente magistratu, & quælibet alia præscriptionum interruptio, vel contestatio apud eos instituatur, *l.*21.31.32. Ad curam, veluti disciplina Ecclesiæ, disciplina clericorum & monachorum, & illud inter cætera, ne aleæ & spectaculis dediti sint, & ne per vim, vel usurpationem aliquam eripiant judicatos addictosque supplicio: quod forte usurpabant exemplo pontificum Paganorum, quorum occursus sæpe servabat ductos ad supplicium. Pertinent etiam ad curam eorumdem pauperes, captivi, infantes expositi, custodiæ, meretoriæ puellæ lenonum injuria captæ & oppressæ, & inspectio operum publicorum rationumque civilium, & pleraque alia officia pia & sancta, ne alii quam Christiani advocati recipiantur, *l.*15. ne alii milites, *l.*20. quæ reducit quod ante Honorius constituerat, &, ut Zosimus refert, mox mutaverat propter Generichum copiarum Dalmaticarum ducem, ne defensores plebis, *l.*19. ne in Alexandria archigerontes & diœcetæ, qui & ipsi defensores fuerunt Alexandrinæ plebis, *l.*4. & de quibus nisi vetus error insideret, & Theodosiano & Justiniano Codici, legeremus, ut ex Christianorum numero deligantur. Et generaliter his additur *l.*2. & 18. *tit.seq.* ne alii quam Christiani orthodoxi ad Reipub. curam vel administrationem, vel juvenum institutionem admittatur, datis, ut Cedrenus addit, hæreticis & paganis induciis trium mensium, ad resipiscendum, nec alia ratione Gelimeri negavit Justinianus Patriciatus dignitatem, quam quod Arrianus esset, auctore Procopio. Ad reverentiam autem episcoporum hoc maxime pertinet, ne ab eorum sententia possit appellari, *l.*8. si qui forte eos ultro judices optaverint, cum tamen alias à judice dato ex consensu utriusque partis sine vinculo compromissi liceat appellare, *l.ex consensu, ff.de appell.*

IV. Enarratio.

EPisc. jurisd. non hab.] Imperatores jus distringendorum negotiorum Episcopis juxta diversa constituta permiserunt, ut est in epistol. Episcoporum Leonis, Victurii, & Eustochii ad Episcopos Provinciæ tertiæ, tom. Concil. Galliæ.

Nec apparitionem] D. Ambros.ep.34. *Præfectus Lætus efficitur, & missa apparitione.*

Ut judicum delegatorum] *L. à Divo Pio 15. ff.de re judic.*

Sozomen.1.] Capite 9.hist.Eccl.

Στρατιώτας] *Præsides & apparitores eorum res judicatas ab Episcopis ad effectum perducere.*

De Episcop. aud. Sulpitius Severus sacræ historiæ libro 11. *Aut sententiam in refragantem ferre debuerant, aut si ipsi suspecti habebantur, aliis Episcopis audientiam reservare* Theodosius & Valentin. in l.47.C.Th.de episc. & refertur in Append. Cod. Th. *Episcopali audientiæ reservamus.*

Male Accursius] Et Raphael Fulgosius. Audientia pro foro Ecclesiastico accipi videtur in epistola 49. Aviti Viennensis: *Ad Romanæ forsitan Ecclesiæ audientiam vocet*, & in epist. 41. *Non solum ad clericorum, verum etiam ad laicorum audientiam destinarem.*

Novel. Valentiniani] Hincmarus Remensis Opusculo 35. *Sicut tibi non licet de accusatione, sive criminalis causæ, sive civilis, relicto Ecclesiastico, publico purgari judicio, ita etiam non licet tibi postposito, vel contempto Ecclesiastico judicio, ad sæcularia judicia convolare, vel quemcumque, nec etiam laicam personam pertrahere, neque ad forum suum sequi, si ipsa laica persona consenserit, Ecclesiasticum subire judicium, sicut lex Valentiniani, quam probat Ecclesia, demonstrat.*

Qui secundum locum] Possid. de vita Augustini c.4. *Quia locus presbyterii, licet ipse majore dignus esset, appropinquaret tamen Episcopatui.* Ipse Augustinus epistola 19. ad Hieronymum: *Quanquam secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus Presbyterio major sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est.* Augustinus Episcopus Hieronymo presbytero. Vide ad tit.3.sup.

Ut Æriani] Vetus auctor in libro de Hæresibus, numero 53. ubi de Ærianis: *Presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.* v. Epiphanii hær.75. adversus Ærianos.

Habuere tantum Ep.] Sulpitius Severus hist. sacræ libro 11. *Novum esse & inauditum nefas, ut causam Ecclesiæ judex seculi judicaret.* Gotfridus Vindocinensis epistol.24. libri 11. *Omnino enim injustum est, & sacris canonibus, sicut ipsi melius nostis, penitus obviare videtur, ut Ecclesiastica causa sæculari, & peregrino judicio terminetur,* id est, civili, & publico. Sanctus Hilarius ad Constantium A. *Provideat & decernat clementia tua, ut omnes ubique judices, quibus provinciarum administrationes creditæ sunt, ad quos sola cura & solicitudo publicorum negotiorum pertinere debet à religiosa se observatione abstineant, neque posthac præsumant, atque usurpent, & putent se causas cognoscere clericorum.*

Negotio eccles.] *l.7.8.13.& 29.§.pen.h.t.*

Nisi inter consens.] *L.7.& 13.h.tit.*

De

Defensores civitatum] *L. jubemus* 19. *h. t.*

Sitonæ] *L.* 17. *h. t. l.* 3. *C. ut nem. in compt. specier.* & ibi Cujac.

Et tutor. vel curat.] *L.* 30. *h. t. & §. nos autem, Instit. de Atil. tut.*

Ut querela non num. pec.] *L.* 21. *h. t.*

Præscript. inter] *L.* 31.

Vel contestatio] *L.* 12.

Ne aleæ, & spectac.] *L.* 34. *h. tit.*

Eripiant judicatos] *L.* 6.

Quorum occursus] Id forte usurpabant clerici exemplo Flaminis Dialis, de quo Gellius x.15.& Vestalium, de quibus Plutarchus in Numa.

Paup. cap.] *L.* 2. & 11.

Infantes expositi] *L. nemini* 24. *h. t.*

Custodiæ] Qui custodiuntur, *l.* 9. & 22.

Meritoriæ puellæ] *L. si lenones* 12. & *l.* 14.

Suetonius] Claudii cap.15.*Cum scorta meritoria citari,* &c. Tertullianus ad Nation. cap. x. *Scortum hoc meritorium fuit.* Arnobius v. advers. Gent. *Divendere meritorii corporis formam.* Hinc meritorium pro lupanari, Julius Firmicus Mathes. 6. 25.

Inspectio publicorum operum] *L.* 25.

Advocati recipiantur] *L.*64. *C. Th. de haeret.* quam profert Rabanus Maurus in lib. contra Judæos c.47.

Ne alii milites] Lege Constantini, & cautum, *χριστιανοὺς μόνους στρατεύεσθαι*, ut scribit Theophanes, & Cedrenus. Julius Pollux in Chronico: *χριστιανοὺς μόνους ὀρθοδόξους στρατεύεσθαι*, ut in *l.* 20. Pagani igitur arcentur à militia, Christiani non Orthodoxi, & Judæi. Divus Hieronymus in Esaiam cap. 3. *Nec mirum si apud Judæos perierit dignitas bellatorum, cum militandi sub gladio, & arma portandi non habeant potestatem.*

Quod ante Honorii constitutionem] *l.* 21. *C. Th. de pagan.* Zosimus v. *νόμον εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων.*

Ut Zosimus refert] d. libro 5.

Ut ex Christianorum numero delig. Cujac. tamen Observ. lib.32. cap.3. Ergasiotanos interpretatur artifices, & operarios civitatis Alexandrinæ. Theodotus Balsamon *ἐργασιώτας* vertit.

Ad Reip. curam vel administr.] *μὴ πολιτεύεσθαι.* Cedrenus pag. 369. edit. Regiæ Theophanes: *ἐθέσπισεν ὁ βασιλεὺς ὥστε μὴ πολιτεύεσθαι τοὺς ἑλληνίζοντας μήτε τοὺς αἱρετικούς, εἰ μὴ μόνους τοὺς ὀρθοδόξους χριστιανοὺς, δοὺς αὐτοῖς καὶ προθεσμίαν ἐπὶ μηνῶν τριῶν πρὸς ἐπιστροφήν.* quæ Anast. bibliothecarius ita reddit: *Justinianus Imper. promulgavit legem ne militarent pagani, nec hæretici, nisi soli orthodoxi Christiani: dans illis & inducias usque ad menses tres, ad conversionem*: quasi legerit, *στρατεύεσθαι*, pro *πολιτεύεσθαι*, Constantinus Christianos tantum provinciis præfecit, Theodoretus hist. eccl. lib. 1. c. 1.

Vel juvenum institutionem] Sic Julianus edicto præceperat, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset, ut scribit Orosius libro 7. vide quæ annotavi ad *l.* 7. *Cod. Theodos. de pagan.* ex Divo Augustino & aliis. Adde Ambrosium v. epistol. 30.

Auctore Procopio] Libro 11. Vandal. de eod. Theophanes in Chronographia p. 170. edit. Reg.

Ne ab eorum sent. possit appel.] Ad reverentiam pertinet lex Constantini in Appendice Cod. Theod. nu.1. qua cavetur ut omnes causæ Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis jure firmentur, ne liceat ulterius retractare negotium, quod Episcoporum sententia deciderit.

Si qui forte eos] Testatur D. Augustinus causas sæculares à fidelibus sæpe ad se delatas in psalm. 118.conc. 14. & Nicephorus Gregoras ad civilia judicia exercenda unum ex Episcopis electum.

Liceat appellare] Vide ad tit. 55. libri 11. & Consultat. 12.

TIT. V. *De hæreticis & Manichæis & Samaritis.*

Ne quis existimaret privilegia superioribus titulis data Ecclesiis & Episcopis, & clericis vel monachis ad alios quam Christianos Catholicos pertinere, statim initio hujus tit. constituitur, ut alieni ab hujusmodi privilegiis sint hæretici. Nam & eorum episcopos aut clericos hæc sibi nomina falso vindicare. & eorum conventus & conciliabula non esse Ecclesias, sed quasi Ecclesias, *l.*5. non *συνάξεις*, sed *παρασυνάξεις*, non baptismata, sed parabaptismata *leg.* 8. *l.*14. *Novel.*132. existimari esse, sed non esse. Et hæreticis, *l.* 1. *Cod. Theod.* eodem *tit.* adjungit schismaticos, rectè: Nam etsi hæretici continuo non fiunt qui divertunt à communionis unitate, nec schisma, qui & *ἀφορισμὸς* dicitur, hæresis sit, plerumque tamen definit in hæresim. ut de schismate Donatistarum ait *l.*4. *Cod. Theod. ne sac. bapt. iter. Quæ ne hæresis vocaretur, appellationem schismatis præferebat.* Sic legendum. Et paulo post. *Ex geminatione baptismi contigisse ut hæresis ex schismate nasceretur.* Et de iisdem D. Augustinus: *In hæresim schisma verterunt.* Definiuntur autem hæretici in *l.*2. *hujus tit.* qui vel levi argumento deerrant à judicio & tramite Catholicæ religionis, & nomen habent à pertinaci spiritu & opinione singulari, duræ frontis obstinato piaculo. ut Theodosius loquitur *Novel. de Judæ. Sam. & hær.* Frons enim hæreticorum, frons non est. Additur specialiter in hoc tit. *de Manichæis*, quasi insignioribus hæreticis, quos ad imam usque scelerum nequitiam pervenisse ait *l.*5. & incesta perversitate religionis nomina lupanaribus quoque ignota vel pudenda committere, *Novel. Valentiniani de Manichæis*, quæ ex D. Aug. libris licet agnoscere, & Agathiæ hist. lib.2. & Cyrilli Hierosolymitani Cathec. 6. Et Diocletianus & Maximianus in Cod. Gregor. velut nova inopinataque prodigia in hunc mundum de Persica gente produisse Manichæos. Additur, & *de Samaritis* propter speciales quasdam constitutiones Græcas, quæ de eis sunt in hoc titulo, sicut inter Novel. sunt duæ de Samaritis. Horum secta mista est ex Judaismo & Paganismo. Manichæi sunt ex Christianismo secundum divisionem Epiphanii. Verùm licet variis hi omnes pœnis adficiantur, tamen eis solemnis sepulturæ non negantur, *l.*9. Et subiecti tantum Romano Imperio his pœnis subiiciuntur, non fœderati, velut Gotthi nominatim excepti, *l.*12. quorum plerique Arriani erant: nec enim leges Civiles exteros tenent.

V. Enarratio.

Ut alieni] *L.*1.

Nam & eorum Episcopos] *L.*2.

Aut clericos] Cæteros præter Episcopos, vide sup. *tit.* 3.

Et eorum conventus] *L.*8. §.3. conventicula, *l.*6. Donatistarum conventicula in sententia Marcellini post collationem Carthag. cum Donat. D. Cyprian. de unit. Eccles. *Et cum hæreses & schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt* &c. S. Ambros. de dignit. Sacerd. cap. 4. *Hæreticis & schismaticis, qui extra sanctam Ecclesiam Catholicam conventicula sibi profana præficiunt.* D. Augustinus in epistola 56. *Circuli atque conventicula Donatistarum, vel Maximianensium.* Circuli ut in *l.* 8. §. 5. *h. tit.* *τὰ συστήματα τῶν αἱρετικῶν, μιαρὰ συστήματα*, Cyrillus Hierosolym. Catech.8. Epiphanius Panarii libro 11. *τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας ἤτοι φωλεὰς, καὶ σπήλαια· οὕτω γὰρ εἴποιμι τὰς τῶν αἱρετικῶν συνελεύσεις.* Theophanes de Theodosio. *Εὑρόμενος μὲν ἐξέωσε παρασυναγωγὰς ποιοῦντα καὶ λαὸν ἀπατῶντα.*

Conciliabula] Vetus Onomastic. *conciliabulum*, *συνέδριον συνέδρια τῶν παρανόμων αἱρετικῶν*, Cyrillus Hierosol. Cat.4.

Non esse Ecclesias] Sanctus Cyprianus in epistola 70. *Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Ecclesiam*. Sanctus Augustinus libro 5. de baptismo contra Donatistas cap.23. *Ecclesiam sicut habent Catholici, non habent hæretici*. Tertull. de præscript. Hæreticorum cap.42. *Plerique nec Ecclesias habent, sine matre, sine sede, orbi fide, extorres, sine lare vagantur.*

Παρασυνάξειν] d. §.3. & *l.14. h. tit.* παρασυναγωγαί, Theophanes loco supracitato, ut παραδιδάσκειν, *hæreticos falsa docere* ait sanctus Irenæus in præfatione lib.1. & ut παραβαπτιστικαί dicuntur Arriano dissertion. Epict. 11. capite 9.

Existimari esse, sed non esse] Optatus Milevitanus libro 1. *Interea dixisti, apud hæreticos dotes Ecclesiæ esse non posse, & recte dixisti: Scimus enim hæreticorum Ecclesias singulorum prostitutas, nullis legalibus sacramentis, & sine jure honesti matrimonii esse, quas non necessarias recusat Christus, qui est sponsus unius Ecclesiæ, sicut in Canticis Canticorum ipse testatur: qui cum unam laudat, cæteras damnat: quia præter unam, quæ est vera Catholica, cæteræ apud hæreticos putantur esse: sed non sunt.*

Nam etsi hæretici continuo non sint] Quid inter hæresim & schisma sit, docet S. Basilius in epist. Can. ad Amphilochium Can.1. Optatus Milevitanus l.1. Cresconius Grammaticus apud D. Augustinum contra Crescon. lib.11. cap.111. *Inter nos*, inquit, *quibus idem Christus natus, mortuus & resurgens, una religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana observatione diversum schisma factum, non hæresis dicitur: si quidem hæresis est diversa sequentium secta: schisma vero eadem sequentium separatio*. V. ibid. cap.7. Idem tamen Augustinus in libro de fide & symbolo cap. 10. scribit, nec hæreticum, nec schismaticum ad Ecclesiam pertinere. *Nam & hæretici*, inquit, *& schismatici congregationes suas Ecclesias vocant, sed hæretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant. Schismatici autem discissionibus iniquis à fraterna charitate dissiliunt, quamvis ea credunt quæ credimus.*

Definit in hæresim] Hincmarus Remensis Opusculo 14. *Sacra monstrat auctoritas, cognata sunt schisma & hæresis*. Rabanus Moguntinus in epistola 1. ad Hincmarum Remensem: *Nullum schisma non sibi aliquam confingit hæresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur.*

Sic legendum] Sic etiam edi curavit Jacobus Sirmondus in Appendice C. Theodosiani.

Divus Augustinus] In libro de hæresibus ad *Quod-vult-Deum* 69.

Definiuntur autem hæretici] αἱρετικὸς ἐστι πᾶς μὴ ὀρθόδοξος, *l.12. h. tit.* Sanctus Augustinus in libro de utilitate credendi, in princip. *Hæreticus est qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque gratia, falsas ac novas opiniones, vel gignit, vel sequitur.*

Deerrant à judicio] *Rebelles sacræ fidei*. Vigilius Episcopus Tridentinus in disput. inter Sabell. Fotin. Arr. & Athanas. *Perfidi*] Lactantius v.9. *Si qui autem doloris, vel mortis metu, vel suapte perfidia, cæleste sacramentum deseruerint, &c.* Hinc perfidia pro hæresi. Idem Vigilius: *Optime Athanasius errorem perfidiæ in adiectis, & nuper inventis rerum novitatibus consistere profitetur.* Phæbiadus contra Arrianos: *Incipientes igitur ab ipso capite perfidiæ &c.* Facundus Hermianensis libro 11. *Nullus ignotus processit hæreticus, nulla nostris est temporibus nata perfidia &c. v.l.1.*

Et nomen habent] Tertullianus de præscriptione hæreticorum: *Hæreses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas, sive ad suscipiendas eas utitur*, D. Hieronymus in epistolam ad Tit. cap.3. *Hæresis Græce ab electione dicitur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius ei esse videatur.*

A pertinaci spiritu] Facundus Hermianensis lib.10. *Verum neque illud modestius quisquam, sicut arbitror, definire præsumit, quod hæretici habendi non sint omnes, qui non pertinaces, sed ut imperfecti, & ad discendum parati minus aliquid in Christiana fide cognoverint. Hæreticum facit pertinax offensionis defensio*, Idem libro eodem. *Obstinatio* libro 11. in fin. *obstinata defensio falsitatis*, libro 12. Idem contra Mocianum: *Hæreticum non humanæ infirmitatis ignorantia, sed pervicacia facit: animus obstinatior*, *l.2. sup. de sum. Trinit.* Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Joannem diaconum: *Cum hæreticus non ex erroris tantum deceptione, quantum ex electione non recta & contentiosa pertinacia generetur.* Flaccus Alcuinus Confessionis fidei parte 4. cap.9. *Nemo est hæreticus nisi contentione fiat hæreticus. Ast qui reprehendi non erubescit, neque corrigi dedignatur, nequaquam dici potest hæreticus.*

Quasi insignioribus hæret.] Sanctus Basilius homil. 11. in Hexamer. Βδελυκτὴ τῶν Μανιχαίων αἵρεσις. Georgio Syncello, πανώλεθρος ἀπώλεια: *exitialis perditia*, Anastasio biblioth. in hist. Eccles. Leo 1. serm. 6. de jejunio decimi mensis. *Arcem sibi in Manichæorum struxit insania, & latissimam in eis aulam, in qua se exultantius jactaret, invenit: ubi non unius pravitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret. Quod enim in paganis prophanum, quod in Judæis carnalibus cæcum, quod in secretis magicæ artis illicitum, quod denique in omnibus hæresibus sacrilegum, atque blasphemum est, hoc in istos, quasi in sentinam quandam cum omnium sordium concretione confluxit, &c.*

Nomina lupanaribus quoque ignota] Sanctus Augustinus libro 1. contra Julianum Pelagianum: *Manichæum lupanar necdum reliquisti.* Leo dicto serm. 6. & serm.11. de Pentecost. *Manichæus ergo magister falsitatis diabolicæ, & conditor superstitionis obscœnæ, eo tempore damnandus innotuit.* Itaque Petrus Siculus Manichæorum hæresim αἰσχρουργὸν *spurcissimam* vocat in historia hæres. Manichæorum cap.15.

De Persica gente] Vide Agathiam d. lib.11.

Propter speciales quasdam] *l.12.17. & 18.*

Paganismo] Epiphanius Samaritas inter Gentiles recenset.

Pœnis adficiantur] De quibus lex 4. 5. & aliæ. Vide Augustinum adversus epistolam Parmeniani libro 1. cap.12. & libro 3. contra Cresconium cap.47. epistolam 50. & Possidium in vita Augustini cap.12. Leonis Epist.11. Manichæi extra Romanum solum pulsi Constitutione Valentiniani & Marciani, quæ extat in Concilii Chalced. parte 3. De his vide Theophan. pag.146. & 413. Nusquam in Romanum locum conveniendi habent facultatem, d. *l.5.* Menologium de hæreticis, 23. Novel. τότε συνεὶς ὁ βασιλεὺς νόμους ἔγραψε τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντας: *Tunc Imperator* (Theodosius) *rem intelligens scripsit, quibus hæreticorum conventus vetaret.* Hæreticorum bona fisci viribus addicta. V. eund. Theoph. p.153. Cedrenum pag.106. & 107.

Non fœderati velut Gotthi] De Gotthis fœderatis Malchus in Excerptis de legationibus: πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Iornandes de rebus Geticis cap.28. *& ipsi dicti sunt fœderati.*

Quorum plerique Arr. erant] Procopius libro 1. Vand. τῆς γὰρ Ἀρείου δόξης εἰσὶν ἅπαντες. Theophanes de Gotthis, Hypogotthis, Gipedibus, & Vandalis: πάντες δὲ τῆς Ἀρείου ὑπάρχουσι κακοπιστείας. Vide Divi August. epistolam quinquagesimam in pr. ubi de Gotthis. Iornandes libro citato cap.25. *Sic quoque Vesegothæ à Valente Imp. Arriani potius, quam Christiani effecti.* Paulus Oros. lib.7.33. in fine.

Nec enim leges civiles exteros tenent] *L.5. hoc tit.* D. Chrys. in Psalm. 44. τὰ μὲν τῶν βασιλέων νόμιμα εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς

μὴ γὰρ ἂν δύναιτο νομοθετεῖν Πέρσαις, οὐδ᾽ ὁ Περσῶν Ῥωμαίοις: Intra fines suos Regum jura vim habent. Nec enim Princeps Romanus Persis leges ponet, aut Persarum Rex Romanis.

TIT. VI. *Ne sanctum baptisma iteretur.*

HIc titulus pars quædam est tituli superioris: nam iteratio ipsa baptismi, sive Anabaptismus per se hæresis est, & hæreticorum quorundam hi mores erant, veluti Donatistarum, Novatianorum, Eunomianorum, ut à Catholicis baptizatos rebaptizarent id auferentes, quod geminabant, ut eleganter ait *l. 5. Cod. Theod. de hære.* cum tamen Catholici hæreticos ad se conversos, qui modo ab hæreticis baptizati essent in Trinitate, non rebaptizarent. Quod enim in constitutionibus, & canonibus Apostolorum longe aliter cautum videtur, id de his acceperunt, qui non essent baptizati in Trinitate. Nec probarunt Tertulliani, Cypriani, & Africanorum quorundam opinionem de rebaptizandis his, quos hæretici baptizassent, Divus Augustinus de hæresibus: *Ecclesiæ Catholicæ placuit, nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescindere.* Optatus de Donatistis: *A Donatistis baptizatos simpliciter excipimus: absit enim, ut jam lotum revocemus ad fontem; absit ut iteremus, quod semel est, aut duplicemus, quod unum est.* Et Impp. Honorius, & Theod. *l. 58. Cod. Theod. de hæret. In modum semel nati hominis baptisma semel à Deo conredi.* Denique hic titul. est de Anabaptistis genere hæreticorum, vel ob hoc solum, quod iterent baptisma, initiationem, tinctionem, quæ fit columbo facio.

VI. Enarratio.

ANabaptismus per se hæres. est.] Species hæresis est, Odofredus heic.

Veluti Donatist.] D. Augustinus lib. de hæresibus ad Quod-vult-Deum 69.

Novatianorum] Sanctus Ambrosius in 1. ad Corinth. cap. 1. *Sic enim errant sicut nunc Novatiani, & Donatiani, qui baptismum sibi vindicant, à nostris baptizatos reprobantes.* Sanct. Hieronymus in libello de hæresibus. *Novatianus Novatianorum dogma instituit, nolens Apostatas suscipere, & baptizans baptizatos.* Vide D. Augustinum de baptismo contra Donatistas libro III. cap. 10. Eunomianorum] Epiphanius hæresi 76. *Εὐνόμιος ἀναβαπτίζει τοὺς ἤδη βαπτισθέντας οὐ μόνον τοὺς ὑπὸ ὀρθοδόξων πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπ᾽ αὐτῶν Ἀρειανῶν.* Anastasius biblioth. in historia Ecclesiastica. *Impius Eunomius præsumpsit in una mersione baptisma celebrare, non in Trinitate, sed in morte Christi oportere baptizare dicens, & eos, qui in Trinitate baptizati erant, rebaptizabat.* Adde, & Marcionitarum, idem Epiphanius adversus Marcionitas, hæresi 42. & Arrianorum. D. Augustinus de hæres. ad Quod-vult-Deum 49. Hi omnes *baptisma consrequentabant,* ut loquitur Avitus Viennensis.

In Trinitate] Divus Ambrosius de fide lib. 1. cap. 2. *Unum baptisma in nomine Trinitatis,* &c. Et libro de initiandis cap. 4. *Tu autem in gratia baptizatus es in nomine Trinitatis.* Adde eundem de Spiritu Sancto lib. 1. cap. 3. & can. *à quodam 24. de consec. distin. 4.* Sanctus Hilarius Pictav. in Matth. cap. 33. in fine: *Ut qui crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quæ præcepta sunt.* Optatus Milevitanus lib. 5. *Nemo tinctus fuerat in Trinitate,* id est, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Ὁ βαπτιζόμενος εἰς τριάδα, βαπτίζεται εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα: Qui baptizatur in Trinitatem, baptizatur in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum,* ut ait Sanctus Basilius homilia 17. in Sanctum baptisma, & de Fide: *οὕτως βαπτίζομεν εἰς τριάδα ὁμοούσιον κατὰ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰπόντος: πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος: Sic baptizamus in Trinitatem consubstantialem, idque ex præcepto Domini nostri Jesu Christi, qui dixit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Sic Gregorius Nazianzenus illud Christi: *baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti,* sic expressit: *βαπτίζοντες εἰς τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος: baptizantes in nomen Sanctæ Trinitatis.* Omnino tamen præstat, ut tres personæ exprimantur: à qua formula tanquam recepta recedere non licet: Nam ut ait D. Augustinus 6. de baptism. cap. 25. *Quis nesciat non esse baptismum Christi; si verba Evangelica, quibus symbolum constat, illic defuerint?* Sunt enim certa, usitata, & legitima illa Evangelica verba *sine quibus non potest baptismus consecrari,* ut ibidem ait vir sanctus. Illud tractatur, an baptizari quis possit in nomine Christi, non facta mentione Patris, aut Spiritus Sancti: deque eo itum est in varias sententias: Qua de re vide canonem *à quodam 24. de Consecr. distinct. 4. & can. in Synodo 83. dist. 4.* & alios, qui citantur ab his, qui de baptismo scripserunt: quibus adde Excerpta ex libro 10. Sancti Fulgentii contra Fabianum, pag. 266. & seq. nuper edita, & tractatum Anonymi scriptoris cujus hic est titulus: *Non debere denuo baptizari, qui semel in nomine Domini nostri Jesu Christi sint tincti,* quem edidit Rigaltius in Observationibus ad Cyprianum.

Et canonibus Apostolorum] Can. 45. Episcopus, aut Presbyter, qui hæreticorum baptisma recipit regatur.

Qui non essent bapt. in Trinitate] Walafridus Strabo de divinis officiis cap. 26. *Celebratur ipsum baptisma: verum non nisi in nomine summæ Trinitatis, quod & Dominus ipse ostendit, & Canones Apostolorum docent. Unde quicunque, vel ab hæreticis in Trinitate baptizantibus, vel ab alio quolibet homine, sub appellatione legitima ejusdem Sanctæ Trinitatis, fuerit baptizatus, rebaptizari non debet.* Itaque baptismus hæreticorum absolute non improbatur, nec qui ab hæreticis baptizati sunt, continuo rebaptizari debent, sed ii tantum, qui baptizati non sunt in Trinitate: hic enim baptismus canone Apostolico 48. probatur. Theodorus Studita in epistola 4. ad Naucratium: *Illud cogita, quod Apostolicus canon illos dicit hæreticos, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizati non sunt, nec baptizant.* Hi merito rebaptizantur: Qui enim baptizati non sunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ne baptizati quidem esse videntur, ut scribit Zonaras in epist. canon. S. Basilii. Et minus recte, ut videtur, Constantinus Harmenopulus in Epitome Canonum in compendium tetulit Canon. Apostolicum 46. (al. 47.) ait enim generaliter, eum qui rebaptizat baptizatum, deponendum esse, cum dictus canon loquatur de Episcopo, vel Presbytero, qui rebaptizat: *τὸν κατ᾽ ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, qui verum baptisma habet.* Cujusmodi non est, qui in Trinitate baptizatus non est. De baptizatis ab hæreticis Concilium Tridentinum ita decrevit *Sess. 7. de bapt. cap. 4. Si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, anathema sit.*

In Trinitate] Qui baptismus Trinitatis dicitur Div. August. serm. in die Pentecostes 11.

Tertulliani] Libro de baptismo cap. 15.

Cypriani] Epistola 70. 71. & seqq.

Facundus lib. 11. *Cum B. Cyprianus omnes hæreticos crederet baptizandos.* Vide eundem contra Marcianum Scholasticum ad finem. Vide tamen D. Augustini epistolam 48. contra Donat. & Rogat.

Et Africanorum quorundam] Episcoporum 87. de quibus in Concilio Carthaginen. apud Cyprianum. Concilium Romanum in epistola ad Gratianum, & Valentinianum Impp. *Per Africam rursum sacrile-*

gas rebaptizatores nutu Dei præcepistis expelli.

De hæresibus] ad Quodvultdeum 69.

Optatus Milevitanus] lib. 5. *Inde est, quo simpliciter à vobis venientes excipimus*, &c.

Quod iterent baptisma] Tertullianus de pudicitia, cap. 16. *Denuo ablui non licet*. Et de bapt. cap. 15. *Semel lavacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.*

Semel à Deo concedi] Adde. Divus Augustinus epistola 203. *Rebaptizare hæreticum hominem, qui hæc sanctitatis signa perceperit, quæ Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est: rebaptizare autem Catholicum, immanissimum scelus est.* Avitus Viennensis in fragment. ex libris contra Arrianos: *Unum baptisma non iteramus. Cui honorem suum etiam in Bonosiacorum, aliorumque receptione servantes, si se in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatos esse respondeant, quod bene confessi sunt, servanda recipimus: quod perperam crediderant, benedicendo sanamus.* Ferrandus diaconus in Parænetico ad Reginum; *Patienter ferens propter scandalum, quod pati formidat, etiam reos lavacro secundi baptismatis pollui.* Hincmarus Remensis Opusculo 12. *Sicut sive hæreticus, sive schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione S. Trinitatis baptizet, non valet ille, qui ita baptizatus est, à bonis Catholicis rebaptizari, ne confessio, & invocatio tanti nominis videatur annullari; quia ipse est, ut scriptum est, qui baptizat, qui discipulis suis jussit, dicens: Ite, docete, omnes gentes bapt.* Hugo à S. Victore 2. de Sacramentis partis 15. cap. 13. *Ut qui semel sacramentum baptismi percepisse cognoscitur, nulla ratione illud iterato accipiat, sive in ecclesia, sive extra ecclesiam, hoc est, sive ab hæretico, fuerit baptizatus.* Vetus auctor libro primo de hæresibus num. 44. *Omnibus notum est, nos hæreticos venientes non rebaptizare, sed manum reconciliationis accedere, & ita divino populo tradere. De Paulianis autem sancta Synodus Nicæna hoc constituit, ut prorsus baptizentur, & ita demum Catholico populo socientur.* Vide ibid. cap. 61. Auctor incertus in Breviario fidei adversus Arrianos: *Dicere enim solent de baptismo, quod in ea melius sit illorum baptismum, quam nostrum, quia qui de illis ad nos convertuntur, non eos rebaptizamus, sed per manus impositionem reconciliamus. Illi vero si quos de nostris seducere possunt, inconsideranter rebaptizant.* Hincmarus remensis de divortio Loth. & Tetb. interrogatione, & respons. 9. *Non sanat baptismus perfidorum; non mundat, sed polluit. Unde & secundum decreta canonum, & sancti Innocentii, atque aliorum Pontificum Rom. in nomine S. Trinitatis ab hæreticis baptizati per manus impositionem gratiam Spiritus sancti accipiunt: non autem in sanctæ Trinitatis nomine baptizati baptizari jubentur.* Vide Leonis M. epistolam 77. in fine, & epist. 90. & can. 44. de consecrat. distinct. 4. Qui igitur apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam accedunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesiæ revocantur, ut est in *d. can.* 44. idem scribit Justinus in responsionibus ad orthodoxos. Zonaras in epistolam canonicam S. Basilii *εἰ καὶ τὸ τοῦτο μέρος δοκεῖ τοῦ θείου βαπτίσματος: Licet hoc quoque sacri baptismatis pars esse videatur*, ut ait Scholiastes Harmenopuli Epitom. Can. tit. 3, ad can. 47. Apost.

Initiationem] Constitutiones Apostolicæ libro III. 16. & 18. *τελείωσις*. Vide D. Gregor. Nazianzenum orat. *εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα*. Christo enim initiamur. Hinc *ἀτελέστατοι* apud Theodoretum in Cantica Cantic. capite 1. vers. 11.

Tinctionem] Tinctio, intinctio Tertulliano, tictio Cypriano, pro baptismo, & tingui apud Tertullianum, pro baptizari. Isidorus Originum 6. 19. *Baptismum Græce, Latine tinctio interpretatur, quæ idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur, & longe aliud; quam erat efficitur: prius enim deformitate peccatorum fœdi eramus, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.* Optatus Milevitanus libro 3. *Eum qui à nobis, vel à vobis non nomine nostro, vel vestro, sed in nomine Christi tinctus est, paganum vocat?* Adde Gregor. Turonens. Miracul. lib. 1. cap. 19. & cap. 24.

Columbo sacro] Colymbo, Ælius Lampridius in Antonino Heliogab. *Marinæ aquæ colymbos exhibuit: κόλυμβος* est piscina, quæ & *κολυμβήθρα* in novo fœdere, & aliis auctoribus, *ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν*. Hinc *κολυμβήθρα* apud Divum Chrysostomum, *ἀντὶ βαπτιστηρίου*. hom. 7. in cap. 2. ep. ad Colos. & Socrat. lib. 7. Histor. cap. 17. & alios. Glossæ Isidori: *colymbus, locus ubi vestes mundantur*. Sacer igitur colymbus sacrum baptisterium, in quo mundantur intincti. Columbus autem τοῦ υ. in u mutato, ut Latini solent, auctore Theodoro Gaza in libello de origine Turcarum.

TIT. VII. *De Apostatis.*

UT ex schismate hæresim nasci dixi tit. 5. ita possum dicere ex hæresi plerumque nasci apostatim, ut Tertullianus, hæreses Apostatas facere. Hi sunt quos posteriores dixere Magaritas, qui penitus desciscunt à religione Christiana; ex Christianis facti Judæi, vel Pagani, vel Samaritani, vel Sarraceni: constitutiones ad peregrinitatem redigunt, & jubent exemplo reorum majestatis, & Manicheorum, & Donatistarum, *l. 4. sup. de hær.* damnari etiam post mortem intra quinquennium instituta accusatione, *l. 2.* in vivos perpetua, & publica accusatio est, *l. 4.* Et hoc quoque in Apostatis proprium est ut eorum crimen pœnitentia non aboleatur, *l. 3.* cum tamen hæreticorum aboleri sæpius constitutum sit, *d. l. 4. l. 41. C. Th. eodem tit.* & eleganter *d. l. 3.* lapsis & errantibus subveniri, hi sunt hæretici; non perditis, hi sunt apostatæ: & animadvertendum eidem legi hæc verba esse perperam inserta, quæ confundunt hæreticos cum Apostatis, hæretica superstitione. Cujus rei satis res ipsa, & Codex Th. & inferiora legis verba fidem faciunt. Item animadvertendum est, *l. ult. hujus tit.* esse fugitivariam, de hæreticis nimirum, non de apostatis, & partem, *l. 8. sup. de hær.* ut constat ex actis Chalcedonensis synodi.

VII. Enarratio.

UT Tertullianus] De præscriptione hæreticorum cap. 4.

Magaritas] *μαγαρίζειν* dicitur, qui à fide Christiana descivit. Leo Gesmmaticus: *καὶ μαθὼν ὡς διὰ θέλημα τοῦ Σαμωνᾶ ταῦτα αὐτῷ γέγονεν, ἀναγκασθεὶς ἐμαγάρισεν αὐτὸς τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.* Vide Glossarium nostrum ad Cedrenum, & notas ad histor. Eccles. Anastasii, & ibidem Indicem Glossarum.

Desciscunt à religione] Exheredes fidei, Cypriano in epistola 31. à fide devii: *refugæ legis suæ*, Rabanus Maurus contra Iud. cap. 10. *Refugæ fidei*, Anastasio in historia Ecclesiastica: *ἀποστάντες τῆς πίστεως*, Theophani: *Christi desugæ*, Prudentio *περὶ στεφ.*

Ad peregrinitatem redig.] *L. ult. hoc tit.*

Damnari etiam post mortem] Facundus Hermianensis libro 10. *Dicunt probare se posse nescio quos hæreticos post mortem fuisse damnatos.* Rigordus de gestis Philippi Augusti: *Etiam post mortem fuit excommunicatus, & damnatus* (Amalricus) *& à cœmeterio sacro dejectus, & ossa & cinis ejus per sterquilinia sunt dispersa.* Adde auctorem Chronici Altissiodorensis pag. 105. vers. Barlaamum, & Acyndinum monachos post mortem excommunicatos scribit Joannes Cantacuzenus hist. libro 4. cap. 23.

Pœnitentia non aboleatur] Africani patres in Codice Canonum Ecclesiæ Afric. can. 93.

Sed

Sed hæc posterior pars legis 3. *h. t.* non est in Basilicis, ut observat Balsamon ad Photii Nomocan. tit. 9. cap. 25. inhumanum enim visum est, hoc etiam crimen pœnitentia non aboleri. Samaritis pœnitentibus venia datur, *Nov. 129. c. 3. Sicut & cæteris hæreticis*, *l. 4. §. sed nec filios, h. t.* In *d. l. 3.* hæc verba notanda sunt: quos etiam præcepissemus procul abjici, ac longius amandari, nisi pœnæ visum fuisset esse majoris, versari inter homines, & hominum carere suffragiis. D. August. libro 11. contra litteras Petiliani Donat. cap. 87. de Donatistis: *Nulla tamen lex regia vos jussit occidi: fortasse propterea, ut quicunque vestrum in pertinaci sacrilegi furoris astu persistunt, cum parricidæ supplicio, & vita carnifice crucientur.*

TIT. VIII. *Nemini licere signum Salvatoris Christi humi vel in silice, vel marmore sculpere, aut pingere.*

UT hæretici & Apostatæ, ita qui in pavimento sculpunt vel pingunt signum Salvatoris Christi, erga religionem Christianam contumeliosi esse videntur: & rectè Tiberius Constantinus apud Paulum Diac. *Crucem Domini, qua frontem nostram & pectora munire debemus, eam sub pedibus conculcamus.* Idcirco inhibetur hæc res cum hoc tit. tum synodi habitæ Constantinopoli in Trullo cap. 73. Et signum Salvatoris Christi vocat, ut veteres Theologi crucem, quæ veris Christianis semper fuit sancta & venerabilis, *l. decernimus, sup. de episc. & cler. l. 11. tit. seq.* προσκυνητὸν καὶ τιμιὸν dixit *Nov.* 5. non quidem propter se, sed propter Christi memoriam, qui pro nobis cruci suffixus est, ut Sibilla dixit, ὦ ξύλον μακάριστον ἐν ᾧ Θεὸς ἐξετανύσθη: & Cyrillus 6. contra Julianum, aliter quam Manichæi, qui id rejiciebant ὡς κατηραμένον ὄργανον. Adeo vero fuit signum Christi sanctum, ut in instrumentis pro fide & subscriptione cederet, *l. ult. inf. de jur. delib.* & Leonis *Nov.* 72. & collocatione ejus profana loca expiari & Deo consecrari solerent, *l. ult. Cod. Th. de pag. sac. Nov. 5. & 67.* & præferri quoque in Litaniis publicis, *Nov.* 123. Et Christiani etiam omnes, ut Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus scribunt ad omnem actum & omnem incessum eo signo frontem terere & se præmunire. Et signum dici idem Chrysostomus pia interpretatione, ὅτι πάντας τοῦ Θεοῦ τοὺς παρακαταθήκας, ὅτας ἂν λάβωμεν, τοῦτῳ, καθάπερ τινὶ σημάντρῳ βασιλικῷ καὶ δακτυλίῳ σφραγίζομεν.

VIII. Enarratio.

IN pavimento] Humi vel in silice, Balsamon in Collectione constitutionum ecclesiasticarum: ἐν ἐδάφει, ἢ λίθῳ χαμαὶ κειμένῳ: *in solo, vel in lapide humi sito.*

Apud Paul. Diaconum] De gestis Langob. lib. 3. cap. 12. Gregorius Turonensis historiæ libro 5. cap. 19. de Tiberio Imp. *Deambulans per palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua crux dominica erat sculpta, & ait: Cruce tua Domine frontem nostram munimus & pectora, & ecce crucem sub pedibus conculcamus, & dicto citius jussit eam auferri*, &c. Aimoinus de gestis Francorum libro 3. cap. 9. Io Keneti regis Scotorum legibus religiosis hæc legitur: *Sepulchrum omne sacrum habeto, idque crucis signo adornato, quod ne pede aliquando conculces caveto.*

In Trullo can. 73.] ὡς ἂν μὴ καταπατῆσαι παρὰ τῶν βαδιζόντων τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον ἡμῶν, ut ait ibidem Balsamo. Alexius Aristænus ad eundem canonem: πᾶσαν σπουδὴν χρὴ τίθεσθαι ἡμᾶς, τὴν ἀξίαν ἀποδιδόναι τιμὴν τῷ ζωοποιῷ σταυρῷ, δι᾽ οὗ τοῦ παλαιοῦ σεσώσμεθα πτώματος.

Et signum Salvatoris, &c.] In *l. un. h. t.* Basilica: τὸν ἅγιον σταυρὸν, *sanctam crucem*, ut in *l. 18. C. Th. de Judæis*, & *l. 11. C. Just. eod.* Divus Augustinus in Joan. tract. 118. *Quid est, quod omnes noverunt, signum Christi, nisi Crux Christi.* Cyrillus Hierosol. catech. 15. σημεῖον δὲ ἀληθὲς ἰδικὸν τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ὁ σταυρός. *Signum autem verum & proprium Christi, est Crux.* Amphilochius in oratione in Domini occursum, referens illud Lucæ 11. v. 29. & Matth. cap. 12. v. 40. *Signum quæris, & signum non dabitur ei*: ὁ ἐμὸς ποτε τὸ σταυρικὸν πάθος, σημεῖον προσηγορεύθη. *Vides ut Crucis supplicium dictum fuerit signum?* Sanctus Ambrosius in serm. post Domin. 1. Quadrag. fer. 2. *Tunc apparebit signum filii hominis in cælo, quod erit crux Christi Domini nostri.* Divus Chrysostomus ὁ σταυρὸς, φησι, τὸ σημεῖον: *signum, id est, Crux* in cap. 24. Matth. v. 30. Item: τότε ὁ σταυρὸς τοῦ ἡλίου φαιδρότερος φανήσεται: *Tunc crux apparebit sole splendidior.* Alcimus Avitus l. 5. Poemat. *Sic nos Christe tuum salvet super omnia signum frontibus impositum.* Signum Dominicum, Maximus Taurinensis homil. 11. de cruce & sep. D. Andreas Cretensis in oratione 1. in exaltationem S. Crucis: οὗτος ἐστιν ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς, τὸ δεσποτικὸν σημεῖον: *Hæc Christi crux est, Dominicum signum.*

Καὶ τίμιον] Sanctus Hippolytus in libro de Antichristo: καὶ δείξει αὐτοῖς τὸν τίμιον σταυρὸν *Ostendet ipsis* (Judæis) *venerabilem crucem.*

Quæ veris Christianis] Christianis Catholicis, ut in *l. 1. sup. de summa Trin.* Qui *crucis religiosi* dicti Tertulliano Apologetico cap. 16. & *crucicolæ*, Anselmo de Virginitate.

Non quidem propter se, &c.] Sanctus Ambrosius in oratione funebri de obitu Theodosii Imperatoris: *Habet Helena quæ legat: unde crucem Domini recognoscat. Invenit ergo titulum*, REGEM ADORAVIT, NON LIGNUM *utique, quia hic gentilis est error, & vanitas impiorum: sed* ADORAVIT ILLUM QUI PEPENDIT IN LIGNO. Divus Augustinus in serm. de Sancto Laurentio: *Non signum ligni te delectat, sed signum pendentis.* Photius Patriarcha CP. epistola 1. sectione 20. τούτων τοιγαροῦν ἕκαστον, τήν τε Χριστοῦ εἰκόνα φημὶ, καὶ αὐτὸν τὸν σταυρὸν, καὶ δὴ καὶ τοῦ σταυροῦ τὸν τύπον, παραπλησίως τῷ σεβασμίῳ τε καὶ προσκυνήσει ἐξοσιοῦντες, οὐκ ἐν αὐτοῖς περιγράφομεν καὶ περατοῦμεν τὴν τιμὴν καὶ τὸ σέβας, ἀλλ᾽ εἰς τὸν δι᾽ ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα πλούτῳ φιλανθρωπίας ἀφάτῳ, καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως θάνατον ἐπάρατον ὑπομείναντα, ταύτην ἀναφέρομεν καὶ ἀφιεροῦμεν. *Singula igitur ista, hoc est, Christi imaginem, & ipsammet Crucem, & figuram Crucis, pari modo, reverentia & adoratione consecrantes, non tamen ita cultum circumscribimus, & ad eadem terminamus, sed ad illum referimus, & in illo sacratè statuimus, qui per & propter humani generis amorem abundantissimum & inexplicabilem incarnatus fuit, & sponte sua & voluntate maledictam illam mortem nostra causa subiit.* Carolus Magn. de non ador. imagin cap. 3. *Nos per Crucem Christum adoramus.* Vide Joannem Damascenum libro quarto orthodox. fidei cap. 12.

Ὦ ξύλον μακάριστον] Citat Hermias historiæ Ecclesiast. libro 11. cap. 1. Auctor Tripartitæ lib. 2. cap. 18. *O ter beatum lignum in quo Deus extensus est.*

Ut instrum. pro fide] Isaac Catholicus invect. I. in Armen. Ἐν ταῖς ἀσφαλείαις τῶν Χαρτίων πρὸς πίστωσιν τῶν γεγραμμένων ἐκ τυποῦντες τὸν σταυρὸν διὰ μέλανος, τοὺς τούτων παραβαίνοντας καὶ ἀρνουμένους, ὡς ἀρνητὰς τοῦ Χριστοῦ καταργοῦμεν. *In chartarum ac instrumentorum sigillis, ad certam scriptorum fidem, atramento crucem exprimentes, eos qui ea transgrediuntur, ac negant, tanquam qui Christum negent, condemnamus.* In Synodo apud Celichyth. sub Vulfrido Archiepiscopo Cantuariæ cavetur, ut quæ signantur vexillo crucis, firma sint. Episcopus chartam signat cum cruce, & incausto apud Matthæum Paris. in Henrico tertio. Et apud eundem in Auctario Additamentorum: *Hæc sunt nomina testium, qui hanc donationem meam consentientes, signo Crucis Christi confirmarunt.* Instrumentum est donationis. Auctor incertus, qui cum Theophane editus: ὅπως διεψεύσθη δείλαιος, ἀνομίας διαπραξάμενος, καὶ ἐπιλαθόμενος οὗ ἐχάραξε

χειρὸς, καὶ ἐπελήθετο καὶ τὸν σταυρὸν, οὗ ἔταξεν μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ: In quo misellus mentitus est, hoc scelere frustra admisso, ut syngrapham propriam, cui Crucem cum comitibus affixit, despiceret & proculcaret. Alludit ad hunc morem exarandæ Crucis in instrumentis.

Ut Tertullianus] De corona cap. 111. *Ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad calciatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus*. Cyrillus Hierosolym. catech. 4. *ποίει τοῦτο τὸ σημεῖον ἐσθίων καὶ πίνων, καθήμενος, κοιταζόμενος, ἐξανιστάμενος, λαλῶν, περιπατῶν, ἁπαξαπλῶς, ἐν παντὶ πράγματι. Signo isto utere tum edens ac bibens, tum sedens ac cubans, de lecto surgens, loquens, ambulans: & ut semel dicam, in omni re, omnique negotio*: vide ejusdem cathec. 13.

Hieronymus] In Ezechielem cap. 9. *Antiquis Hebræorum, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur*.

Augustinus] Serm. 131. de temp. *Crucem illam in qua ille crucifixus est in corpore, nos gestamus in fronte*. Idem sermone 20. ex his, qui editi sunt in Supplemento operum: *Propterea & nos signum ipsum crucis in fronte portamus*. Et in sermone 18. in Matth. *Quia ipse honoraturus erat fideles suos in fine sæculi, prius honoravit Crucem in hoc sæculo, ut terrarum principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifigi: & quod cum magna insultatione persecutores Judæi domino procurarunt, magna fiducia servi ejus, etiam Reges in fronte nunc portant*. Vide Auctorem Anonymum in tractatu de rectitudine Catholicæ conversat. inter opera D. August. tomo 9.

Chrysostomus] Homilia 21. ad populum Antiochenum, & alibi passim. Andreas Cretensis oratione 2. in exaltationem S. Crucis: *οὕτω τὸν πιστὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ τιμᾶν τὸν σταυρὸν, καὶ σεβάζεσθαι δι' ὅλης προτρέπομεν* &c. *Sic populum fidelium perpetuo adhortamur colere & venerari crucem*, &c.

Idem Chrysostomus] In homilia de adoratione pretiosæ crucis, tomo 6. operum edit. Paris. S. Ambros. in Lucam cap. 20. *Quod Crucis in fronte prætexat indicium*.

TIT. IX. *De Judæis & cœlicolis*.

POsteaquam dixit de Apostatis, qui scilicet prodita religione Christiana defecerunt ad Judæos, vel Paganos, inde dicere instituit de Judæis, postea de Paganis. Et Judæia jungit cœlicolas. Judæorum sectam non prohibet. Nam & circumcisio eis permittitur, *l. circumcidere. ff. ad l. Corn. de sicar.* & in ordinem Decurionum allegi possunt, *l. 3. ff. ultim. de Decur.* non etiam judicandi potestate fungi, *leg. ultim. hoc tit.* Sed & necessitates, ut ait, *d. l. 3.* id est, munera civilia obire coguntur *l. 15. De exc. tut. l. 2. l. jussio, hoc tit.* Cœlicolarum secta prohibetur, *l. 12.* quorum nomen inauditum esse ait, & novum superstitionis crimen, & nescio cujus dogmatis novi habuisse conventus, *l. 43. Cod. Th. de hær.* Judæorum sectam esse verum est, qui ut Juvenalis ait, *Nil præter nubes & cœli numen adorant*: & in Catalectia Petronius: *Judæus licet & porcinum numen adoret, Et cœli summas advocet auriculas*: Et Sophonias propheta inter eos quosdam adorare militiam cœli: sed miscuisse se quoque eam Christianismo ad aliquid, quandoquidem hanc sectam hæreticis & dogmaticis adnumerat, & ut ad Christianam religionem revertantur, quodammodo cohortatur *d. l. 12.* & invenio in epistola Augustini 163. Majorem Cœlicolarum novi apud Donatistas baptismi auctorem instituisse: & multos illo sacrilegio seduxisse: qui locus etiam probat exemplò Judæorum non male vulgo in *l. 3. hujus tit.* Cœlicolis dari Majores,

A licet vox Cælicolis absit à Cod. Th. & à quibusdam manuscriptis.

IX. ENARRATIO.

PRodita relig.] Apostatæ dicuntur prodere sanctam fidem, & sanctum baptisma profanare, *l. 3. supr. tit. 7.*

Dicere inst. de Judæis] vel supra dixit de hæreticis, *qui fratres sunt Judæorum*, ut ait sanctus Ambrosius in Luc. c. 16. Rabanus Mauroa contra Judæos: Legat lib. B. Augustini contra quinque hæreses prætitulatum, .i. Paganorum, Judæorum, Manichæorum, Sabellianorum, Arrianorum, merito subjicitur tit. de Jud.

Judæorum sectam non proh.] Judæorum collegia ab
B Augusto permissa, Philo. v. Cujac. Observ. 7. 30. C. Cæsarem Augustum, & Claudium in gentem Judæam clementem fuisse scribit Hieronymus in Zachariam lib. 11. cap. ultim. Idem lib. 3. in epist. ad Galat. cap. 6. Cajus Cæsar, & Octavianus Augustus, & Tiberius successor Augusti leges promulgaverant, ut Judæi, qui erant in toto Romani Imperii orbe dispersi proprio ritu viverent, & patriis ceremoniis deservirent. Vide Josephum Antiq. libro 16. cap. 10. Severum & Antoninum Judæos plurimum dilexisse idem Hieronymus scribit in Danielem libro 11. cap. 11. Alexandrum Severum Judæis privilegia reservasse Lampridius. Denique legibus suis vivere passi sunt. Divus Augustinus in Psalm. 58. *Per omnes gentes manent certe, & Judæi sunt, & destiterunt esse quod erant: id*
C *est, gens ista non ita cessit in jura Romanorum, ut amiserint formam Judæorum, sed ita subdita Romanis est, ut etiam leges suas teneat, quæ leges sunt Dei*. Julianus refuga fidei in odium Christi templum Hierosolymis eis reparare permisit, Rabanus Maurus in lib. contra Jud. cap. 19.

Nam & circumcisio] Judæis circumcidere, *περιτέμνειν*, ut loquitur Spartianus in Adriano, *mutilare genitalia* permissum est: unde *οἱ ἐκ περιτομῆς* pro Judæis circumsectis: de quorum circumcisione Michael Ephesius in libro 11. de partibus animalium: *ἔστι δὲ ἀκροποσθία τὸ περιέχον δέρμα τὸ βάλανον τοῦ αἰδοίου, ὃ καὶ τέμνουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ λέγουσι τὴν τοιαύτην τομὴν περιτομὴν ἀκροποσθίας* dicit, quæ in veteri & novo fœdere *ἀκροβυστία* dicitur. Glossæ: *ἀκροβυστία, præputium*.
D Juvenalis Satyr. 14. *mox & præputia ponunt*. Petron. *Circumcide nos ut Judæi videamur*. Et in Catalectis:

Ni tamen & ferro succideris inguinis oram.

Tacitus Histor. 5. cap. 5. *Circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur*: eandemque rationem circumcisionis adfert Maimonides More Nevochim parte 3. cap. 49. Vide Tertullianum advers. Jud. cap. 3. Theodoret. Quæst. in Genes. qu. 68.

Non etiam judicandi pot.] Auctor dialogi de altercatione Ecclesiæ & Synagogæ inter opera D. Augustini: *Tributum mihi solvis, ad imperium non accedis, habere non potes præfecturam. Judæum esse comitem non licet, Senatum tibi introire prohibetur: præfecturam nescis, ad militiam non admitteris*: vide sub tit. 4. ubi de Judæis.

E Cælicolarum secta] Cælicolæ eran Judæi Semichristiani, ad quos non pertinent versus Juvenalis, nec qui in Catalectis, sed ad Judæos veteres. Cœlicolarum autem secta Novella dicta videtur, quod cœlum ipsum colerent, id est, adorarent. Glossæ Græcolat. *ὁ σέβων τὸν οὐρανὸν, cœlicola*. Aliter quam Judæi antiquiores, qui cœli nomine Deum intelligebant, ut Machabæorum libro priore capite 3. vers. 19. *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἰσχύς: e cœlo fortitudo*: & cap. 4. v. 10. *Βοήσωμεν εἰς τὸν οὐρανὸν: Clamamus ad cœlum*, sive Deum cœli, ut d. cap. 7. 18. *ἐναντίον τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ: coram Deo cœli*: sic enim habent 70. Et Job cap. 2. *πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*: ubi Chrysostomus, ait: *ignis decidit, de cœlo. Aquila autem & Theodosion, ignis Dei dixerunt*:

runt : Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, πῦρ, οἶκον, Θεοῦ : & alibe sæpe, etiam in novo fœdere. V. Jos. Scal. in Elencho Trih. cap.31.

Ut Juvenalis ait] Sat.14. v.97.

Et cœli numen ad.] Auratus, Josephus Scaliger; Canterus, Douza, Vossius : & Salmasius, legunt *lumen*, id est, cœlum περιφεγγετικοῦ.

Et cœli summ. adv. aur.] Franc. Pithoeus legebat : *& cilli summas* : κίλλον, ὄνον. Somniarunt, inquit, nationes caput asininum Deum fuisse Judæorum, quod refutant Josephus, Tertullianus: ille 11. contra Appionem Grammaticum, hic Apolog. cap.16. vide Petrum Cunæum de Republica Hebræorum, libro 11.24. & l.3. 6. Danielem Heinsium in laude asini.

Epist. A. 63.] Ad finem.

Et à quibusdam manuscript.] Non est in vett. Ægidii Menagii, & Juliani Brod.

TIT. X. *Ne Christianum mancipium hereticus, vel Judæus, vel Paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat.*

PArs origine sua tit. hic fuit tituli superioris, id est, de Judæis tantum : sed ex Græca constitutione Justiniani, & *l. Deo nobis, sup. de episc. & cleric.* idem Paganis interdicitur, & hæreticis, ne Christiana mancipia habeant jure Dominii, vel possideant, quo alio jure veluti fideicommissi, aut bonorum possessionis: nefas esse religiosissima mancipia impiissimorum inquinati dominio, *l. ult. C. Th. eod. tit.* & similiter Eusebius 4. de vita Constantini, ἀθέμιτον εἶναι προφητοφόντας καὶ κυριοκτόνους τοὺς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐλευθερωμένους ζυγῷ δουλείας ὑπάγεσθαι. Sed additur generaliter ne etiam alterius, quam suæ sectæ, vel nationis hominem possideant. Et capitale esse si eum hominem cirumciderint, si non circumciderint, multæ subjici 30. librarum auri, *l. 2.* Servum autem, si rem detulerit, liberum fieri, alioquin fisco vindicari, ut *l. 2. Cod. Theod. eod.* & Cedrinus, & Sozomenus probant. Nec ad Christianos tantum homines eæ leges pertinent, qui scilicet baptizati sunt in Trinitate, sed etiam ad Cathecumenos, id est, auditores baptismo designatos, ne impune circumcidantur, ut *l.2. & Nov.37.*

X. ENARRATIO.

DE Judæis tantum] *l.1. h. t.*

Sed ex Græc. constit.] *l.2. hoc tit.*

Paganis interdicitur] Synodus Parisiensis apud Flodoardum libro 11. cap. 5. *Ut Christiani Judæis, vel Gentilibus non vendantur : & si quis Christianorum necessitate cogente, mancipia sua Christiana elegerit venundanda, non aliis nisi tantum Christianis expendat : Nam si Paganis, aut Judæis vendiderit, communione privetur, & emptio careat firmitate. Judæi vero si Christiana mancipia ad Judaismum vocare præsumpserint, aut gravibus tormentis afflixerint, ipsa mancipia fisci ditionibus revocentur.* Robertus Monachus in Chronologia : *Commune Concilium Romæ sub Alexandro Papa anno præterito celebratum statuerat, nullum deinceps Christianum, mancipium fieri Judæorum.* Vide quæ diximus ad collectionem Theodori Balsam.

Habeat jure dom.] Quæ sit differentia inter habere, & possidere docet *lex, stipulatio ista 38. ff. de verb. obligat.*

Vel possideant] Rabanus Maurus contra Judæos cap.41. *Et cum eis servos Christianos habere non liceat* &c. & cap.50. ex S. Gregorii lib. 7. Reg. epist.115. *Mirati sumus, quod in regno vestro Judæos Christiana mancipia possidere permittitis : Quid enim sunt Christiani omnes nisi membra Christi* vide eundem cap.57.

Quarto de vita C.] Capite 27.

Sed additur gener.] in *d. l.1.*

Et Cedrenus] Cujus hæc verba sunt : Κωνστάντιος δὲ καὶ Κώνστας ἐνομοθέτησαν, Ἰουδαῖοι μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον : ὅπερ ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸν δημόσιον λόγον : εἰ δὲ καὶ περιτεμεῖν τολμήσοι δοῦλον, ξίφει τιμωρεῖσθαι : καὶ τὴν τούτου δημεύεσθαι οὐσίαν. *Constantinus, & Constans legem tulerunt, ne quis Judæus servum emeret, emptum publicari jusserunt. Si quis circumcidere servum ausus esset, gladio feriri, & bona ejus publicari :* Id eisdem omnino verbis scribit Theophanes.

Sozomenus] lib.3. 17.

Auditores bapt. design.] Catechumeni auditores, & audientes dicti. Tertullianus de pœnitentia cap.6. *Quia inter auditorum tirocinia deputatur*, & mox : *Prima audientis intinctio est*. Cyprianus epist.XII. ad presbyteros & diac. &c. *Audientibus etiam si qui fuerint periculo præventi, &c.* vide Theophylactum in Joan. cap.1. Sunt enim *candidati Dei*, ut loquitur Tertullianus 11.ad uxor. *candidati fidei*, ut Hieronymus in epistola ad Rusticum, candidati baptismi.

Nov. 3. 7.] §. 1.

TIT. XI. *De paganis, sacrificiis, & templis.*

SEquitur tit. de tollendis sacrificiis Paganorum,& de claudendis fanis,delubris, templis eorum,non etiam diruendis. Nam & si velint Impp. aras & sensu carentia simulacra avelli; nolunt tamen etiam ædificia templorum, & publicorum operum ornamenta destrui, *l.3.* & recte ornamenta : Nam templa, quæ in agris, & locis abditis constituta nulla ornamenta habent, Patres in concilio Africano destrui postulant. Est & de tollendis annonis templorum *l.ult.* quas transfert ad milites, *l.19. C.Th.eod. tit.* Longe igitur est deterior Paganorum condicio, quam Judæorum; quorum secta legibus prohibita non est: longe deterior quam hæreticorum,quibus omnibus non est propositum capitale supplicium, sicut Paganis, qui exercent sacra sacrilega, *l.1.2.7. & ult.* & Augustini epist. 48. ubi addit quod etiam ad hunc tit. proprie pertinet,tam Catholicos,quam hæreticos, omnes laudare leges ab Imperatoribus datas adversus sacrificia Paganorum. Et sunt Pagani cultores simulacrorum, & Dæmonum, qui & gentiles, *l.25. Cod. Theod. eod. l.46. Cod. Theod.de hær. & Theod. Nov. de Jud.* Gentiles à Judæis, quibus non Judæi gentes sunt, & barbari. Pagani autem vulgari sermone,ut Orosius ait,quasi ex agrestium locorum compitis, & pagis alieni civitate Dei.

XI. ENARRATIO.

DE tollend. sacrif.] Execrandis Demonum sacrificiis, *l.23. C. Th. eod.* nefandis sacrificiis. D. August. de Civit. D.11. 2.

De claudendis fanis] Principes Christiani Paganorum templa claudi jusserunt, vel dirui. De Theodosio, & Honorio vide Prosperum de promiss. & præd. Dei, parte 3. prom. 38. & quæ diximus ad *l. 3. C. Th. de pagan.* vel in sacros usus commutarunt. Claudius Salmasius in epistola ad v. cl. Ægid. Menagium scripserat, *primæ antiquitatis Christianos templa idolorum pleraque à Gentibus consecrata convertisse in templa veri Dei*. Hoc ostendit S. ut ipse scribit in epistola ad Salmasium : Primum enim Gregorium M. de consecrandis Gentilium templis decretum condidisse. Imo ante Gregorium Constantinum M. templa Gentilium Christo addixisse scribit Cedrenus his verbis: γράφει δὲ τὸν πρῶτον νόμον, τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις πᾶσι. idem scribit Theophanes, ex quo Anastasius in historia ecclesiastica. *Iste*, inquit, *primam legem scripsit : idolorum templa his tradi, quæ Christo sunt deputata.* Hæreticorum etiam quasi ecclesias, vel in usus sacros verterunt, vel non receperunt. Avitus Viennensis epist.6. Justinianum etiam eas Christianis addixisse scribunt Theophanes, & Cedr.

Fanis, delubr. templis] Hæc tria conjunguntur in *l.ult.*

l. ult. C. Theod. eod. vide quæ diximus in præfat. ejusdem tituli. A

Sensu carentia] *l. nullus* 12. *C. Th. eod.* Lactantius de Orig. error. cap. 11. *Omni enim sensu carent, &c.* & lib. 6. 13. *si Deorum cultores simulachra insensibilia excolunt.* Dixi ad *d. l.* 12.

Ornamenta] Vide dicta à nobis ad *l.* 15. *C. eod.*

In Concilio Africano] Can. 58. Cod. Eccles. Africanæ.

Sacra sacrilega] Optatus 6. *Quis vidit sacra sacrilega?* D. Augustinus de Civ. Dei 1. cap. ult. *Eos a sacris sacrilegis prohiberet.* Hinc sacrilegium pro idololatria apud Sulpitium Severum 1. ut ibi observat Drusius. Optatus II. *In Ecclesia nulla fuerant schismata, nec Paganis licebat exercere sacrilegia.*

Cultores simul] Pagani colere simulachra dicuntur B in *l.* 6. *Cod. Th. eod.* Divus Augustinus Retract. libro 13. cap. 43. *Deorum falsorum multorumque cultores, quos usitato nomine paganos vocamus.*

Et dæmonum] *Colunt dæmonum simulachra*, Sulpitius 11.

Qui & Gentiles] *L.* 46. *Cod. Theod. de hæretic.* Tertullianus in libro de Patientia cap. 7. *Gentilium est, omnibus detrimentis impatientiam adhibere:* vel Gentes & nationes. Idem Tertullianus Apologeticum scripsit adversus Gentes & adversus Nationes. Idem in d. lib. de patient. cap. 3. Minutius in Octavio: *Nos Gentes Nationesque distinguimus.* D. Hieronymus in epist. ad Galat. cap. 3. *Quidam è Gentibus:* de Virgilio.

Ἔθνη] Matthæi 10. 5. Hinc ἐθνικῶς πολιτεύεσθαι, *Gentiliter vivere*, Clem. Alexandr. Strom. 7. C

Græci] Ἕλληνες S. Proclus in oratione 15. *καὶ ὄντως μεγάλη ἡ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ κατὰ Ἑλλήνων βροντή: Et ingens est adversus Græcos Evangelistæ tonitru.* S. Isidorus Pelusiot. libro 11. Epistular. 146. ad Calium Scholasticum: *οὐκοῦν ἐπειδὴ ἑλληνιστὴν ὄντα, καὶ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντα, Quoniam igitur te, ut Græcum seu Gentilem, ac Gentilium dogmata profitentem, &c.* Glossæ Ἕλλην τὴν θρησκείαν, *Paganus.* ἐθνικὸς, Matth. 18. 17. γεντίλιος, Gentes, Nationes, ἔθνη, Græci, res ead. Hinc Gentilitas apud Sulpitium Severum de vita sancti Martini sect. 4. & 16. Cœlius Lactantius de Origine erroris cap. 13. *Priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem.* Iidem & Pagani. Anna Comnena Alexiados libro 13. *Εἴτε τοῦ Χριστιανικοῦ γένους εἴησαν, εἴτε καὶ ἀλλότριοι τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, οὓς παγανοὺς ἡμεῖς ὀνομάζομεν.* Hinc paganitas in *l. ult. C. Theod. de spectac.* & Græcitas apud interpretem Irenæi libro 11. cap. 40. D

Ut Orosius ait] Libro 1. historiæ.

TIT. XII. *De his qui ad Ecclesiam confugiunt vel ibi exclamant.*

POsteaquam dixit satis de iis, qui alieni sunt ab Ecclesiarum Catholicarum privilegiis, hæreticis puta & Apostatis & Judæis & Paganis, quanquam Judæis maneant adhuc sua privilegia quædam, redit ad earundem Ecclesiarum privilegia, & exponit unum hoc tit. de Confugis (sic appellantur & in *l. si qua per calumniam, sup. de episc. & cleric.*) ut præsidium & securitatem Ecclesiæ tribuant his, qui ad eas confugerint vexationis evitandæ causa, sive ob reatum, sive ob debita publica vel privata, ita ut inde temere abduci nequeant, sed loci reverentia & intercessione defendantur, ut *cap. eos qui, 87. dist.* Et quod adjicit aliud pertinet etiam ad Ecclesiarum venerationem, de his qui ibi exclamant ex *l. 5. & ult.* ut nullus in eis tumultus moveatur, nulla seditio, nulli clamores concitentur suæ vel alienæ rei causa. E

XII. Enarratio.

PRivilegia quædam] De quibus ad tit. de Judæis supra.

A De confugis] Confugæ ut confugium. Auctor incertus in vita Leudevvici Pii: *Ad Imperatorem Ludovicum confugium fecit.* Glaber Rodulphus in vita sancti Guillelmi cap. 1. *In quoddam castrum fecisse confugium*, & in libro 1. domini Karoli & Hludovici Augustorum: *Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit.* Profert Hincmarus Remensis de divortio Loth. & Tetb. respons. ad interrog. 12.

Ut præsidium & securit.] Zosimus 4. *τὸ παρὰ Χριστιανῶν τιμώμενον οἰκοδόμημα, ἄσυλον νομίζεται.*

Qui ad eas conf.] Ut ad Ecclesiam magnam, sive templum S. Sophiæ, quod tutissimum asylum. Joannes Cantacuzenus hist. lib. 3. cap. 2. *ἐμοὶ δοκεῖ, ἔφη, Σισμάνον πρὸς τὸν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας νεὼν καταφυγεῖν· ἀσύλου δὲ αὐτοῦ τετιμημένου ὑπὸ πάντων ὅσοι Ῥωμαίων* B *ἐβασίλευσαν, ἐξεῖναι καὶ ἡμῖν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν πρὸς τοὺς Ἀλεξάνδρου δεδόσθαι πρέσβεις, ὡς οὐκ ἐξὸν ἀποσπάσαντας τὸν ἱκέτην τοῦ Θεοῦ παραδεδόναι πρὸς σφαγήν· μάλιστα πάντων τοῦτο ἄγος ἐναγέστατον καὶ παρὰ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν Ῥωμαίων νομιζόμενον: Mea opinione, inquit, Sismano in ædem Sophiæ transfugiendum est: quam cum ab omnibus Imperatoribus asyli jure honoratam constet, licebit & nobis honestum Alexandri legatis responsum reddere: nefas fuisse nobis Dei supplicem abstrahere, & aliis interficiendum transdere, quando id in scelere omnium impurissimo a Romanis semper numeratum sit.* Sic Pagani ad templa confugiebant, *ut ab omni noxa liberi essent*, ut loquitur Augustinus lib. 1. de Civ. Dei 34. Ut pagani ad templa confugiebant. Ovidius 11. de Ponto 2.

C *Confugit interdum templi violator ad aram,*
Nec petere offensi numinis horret opem.

Achilles Tatius Clitoph. & Leucip. 8. *καὶ τοῖς μὲν πονηροῖς αἱ τῶν ἱερῶν ἀσφάλειαι δέδονται καταφυγαί. Et Deorum quidem ædes sontibus, qui ad eas confugiunt, præsidio sunt.* Et ibidem de Dianæ templo: *αὐτῇ μόνῃ τοὺς ἐπ' αὐτὴν καταφεύγοντας ἔξεστι σώζειν καὶ ταῦτα πρὸ δικαστηρίου γνώσεως· δεδεμένον δὲ οὐδένα λέλυκεν ἡ θεὰ οὐδὲ θανάτῳ παραδοθέντα ἠλευθέρωσε τῆς τιμωρίας, τῶν δυστυχούντων εἰσὶν, οὐ τῶν ἀδικούντων οἱ βωμοί. Ea enim sola est, ad quam confugientes ad se, illos scilicet quorum causa nondum à judicibus cognita est, servare pertinet. Ac quamvis neminem illa unquam in custodiam datum solverit, neminem unquam morti addictum, è lictorum manibus eripuerit: infelicibus enim, non impiis Deorum* D *aræ præsidio sunt.*

Polyænus 8. *κατέφυγεν ἱκέτης εἰς τὸ ἱερὸν Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου, ὅθεν ἀποσπᾶσαι ἱκέτην οὐ θέμις. Supplex confugit ad fanum Minervæ, Chalcidicæ, unde fas non est, supplicem extrahere.* De eodem Minervæ Chalcidicæ fano Polybius.

Vexationis evitandæ cau.] Ne forte vexetur à potentiore. Isidorus Pelusiotes libro 1. epistol. 174. ad Cyrenium Ducem: *Qui ne à potente adversario opprimatur, quod judicem non habeat, qui suas injurias ulciscatur, ad inexplicabile templum confugit: ὃς ἵνα μὴ ἔργον δυνατοῦ γένηται, ἀπορῶν δικαστοῦ τοῦ ἀμυνουμένου, πρὸς τὸν ἀχείρωτον ἔδραμε σηκόν.*

Sive ob reatum, sive ob deb. publ. vel priv.] *L.* 1. *& l. præsenti 6. §. 3. h. t.* Auctor homiliæ de dedica- E tione Ecclesiæ cum Eusebio Gallicano edita; *Si ergo reverentiam tanti parentis agnoscimus, sciendum est, nullo modo cujuslibet criminis reum à sacris liminibus abstrahendum: quamdiu enim religionis injuria ac divinitatis offensa est, qualemcumque Ecclesiæ filium confugientem ad domum Domini, velut de sinu & complexu matris avellere, & arcem communis expugnare confugii, ac sacram humano generi indulgentiæ legem absque ulla sui consideratione calcare: qui enim homini Ecclesiæ januam clausit, crudelem in semetipsum sententiam dedit: Quis in hujus mundi & fluctibus constitutus portu misericordiæ non indigeat? vitæ quis dum remedia alienis necessitatibus abnegat, præjudicium sui faciat inter gentes? Nemo contingit ad profanam arborem, vel ad delubrum abominabile* con-

confugientem; & in loco perditionis locus est impunitatis. A *Hæc res, quæ mortem generat, dat salutem. Sed forte aliquis dicat. Locus sanctus est, criminoso patere non debet. Non ita est. Hæc animi intractabilis argumenta non recipit ille, qui pro impiis mortuus est, confugienti reo claudi aditum misericordiæ non permittit, qui latroni sub hora sententiæ confitenti paradisi claustra patefecit.*

TIT. XIII. *De his qui in Ecclesiis manumittuntur.*

ET sequitur aliud privilegium Ecclesiarum & Clericorum, cum esset difficile ad Civitatem Romanam pervenire, nec manumissione quacunque eam servi adipisci possent, ut Hermias ait, 1. cap. 9. πολλῆς δυσχερείας οὔσης περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀμείνονος ἐλευθερίας εἰς πολιτείαν ῥωμαίων καλεῖ: B ut qualiscumque manumissio sufficiat servis cujuscumque ætatis sint, ut *lege 2. infra comm. de manumiss.* ad obtinendam plenam & justam libertatem, quæ modo fiat in Ecclesia, teste populo & signatore Episcopo. Imo & clericorum servos manumissos quibuscumque verbis, quacumque scriptura, quocumque loco etiam absente Episcopo ad Civitatem Romanam perduci placet.

XIII. ENARRATIO.

IN Ecclesia] Divus Augustinus sermone 5. ex editis à Sirmondo: *Servum tuum manumittendum manu ducis ad Ecclesiam. Fit silentium. Libellus tuus recitatur,* C *aut desiderii tui persecutio.*

Ad civitatem Rom.] *L. 1. & 2.* Quod scribit Cajus de manumissis in Ecclesia, *Instit. lib. 1. tit. 1. §. 1.* subdititium est.

TIT. XIV. *De legibus & constitutionibus Principum, & edictis.*

SAtis dictum est supra de jure sacro parte juris publici. Consequens est dicere de reliquo jure publico, quod scilicet consistit in populi, Senatus, Principis, Magistratuum Imperio, ex quo proficiscuntur leges, & constitutiones, & aliæ partes juris civilis. Ac primum quidem in hoc titulo agitur de D legibus publicis & generalibus, quæ antiqua sunt jussa populi, vel plebis: quales nullæ feruntur hodie populi potestate translata in principem, & consequenter nullæ leges positæ sunt de ambitu, quia ad curam principum pertinet magistratuum creatio, non ad populi favorem, *l. 1. ff. ad l. Jul. de amb. leg. quidam, de re jud. leg. 2. de alb. scrib.* Quamobrem Constitutiones principum hodie leges constat esse, rescripta dico, subscriptiones, adnotationes, pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, orationes, edicta. Et decreta quidem, rescriptaque & interlocutiones leges sunt, si ut Leo ait *Novella 92.* animus principi fuerit, *τὸ κριθὲν ποιεῖν νομοθέτημα*, Si, ut ait *l. 3.* princeps censuerit ea, quæ in certis negotiis statuit, similium quoque causarum fata componere: E alioqui ut Judicum, ita Principum res judicata aliis non noceret, vel prodesset. Item si de his Princeps orationem ad Senatum miserit, ut quod sibi placeret SC. firmaretur, & firmatum sit, cujus generis orationes multæ referuntur in libris nostris, & secundum *l. 8.* hujus tituli si observaretur, leges omnes generales principum Orationes appellari possent: Vel si legem edicti nomine nuncupaverit princeps, cujus omnis vis hæc est, ut per omnes populos programmate judicum in celeberrimis locis veluti in foro, vel in theopropia, ut in scriptoribus sacris legimus, in suggestu illo scilicet & ambone unde Christianis recitatur verbum Dei, divulgetur, *d. l. 3.* quod est anteferri, *l. rescriptum, Cod. Th. de hæres.* Hæ leges principum generales sunt, & omnes populos tenent, paganos & milites, *l. 3. §. Divus, ff. de sep. viol. l. ultim. ff. de accus.* & homines domus Augustæ, *l. 10. hoc tit.* & Augustum ipsumatque Augustam, *l. 4.* ut olim populus quoque suis legibus tenebatur. Omnes autem, quæ in corpus juris referuntur, fere generales sunt, paucæ speciales, sive personales, quæ pertineant ad personas, vel corpora, aut collegia certa, scrinia, officia, civitates, curias, provincias, scholas etsi non relatæ in corpus juris, nihilominus vim suam & robur obtinent, ut est in Constit. Justiniani *de Just. Cod. conf.* tamen omnes non tenent, *l. 2. hoc tit.* & hæc differentia legum ut observaretur, ideo sæpe monent nos auctores juris, quæ sint edictales leges, generales leges, generalia rescripta, *l. 1. §. ultim. ff. de leg. tut. l. quotiens, §. sed si non in corpore, de hered. instit. l. Divi §. ultim. ad l. Falc.*

XIV. ENARRATIO.

PArte juris pub.] *l. 1. §. 1. ff. de just. & ju.*

Jussa populi vel pl.] Atejus Capito apud A. Gellium lib. 10. 20. *Lex*, inquit, *& generale jussum populi aut plebis, rogante magistratu.*

Nullæ feruntur hodie] Soli Principi leges condere concessum est, *l. ultim. §. 1. hoc tit.*

Rescripta dico] Princeps adeuntium precibus rescribebat. v. tit. 19. & tit. 24. infra, quæ etiam responsa dicuntur.

Subscriptiones] Id est adnotationes, *l. 1. §. 1. ff. de const. Princip. & l. 2. inf. de pret. Imper. offer.* quæ fiunt ad libellos, vel manu divina, sive principis, vel Quæstoris, *leg. 2. de bon. pet. subl.* illæ majoris ponderis sunt.

Pragmaticas] Vide infr. tit. 23.

Decreta] Decreta sunt sententiæ in cognitionibus à principibus prolatæ.

Mandata] Mandata sunt præcepta, quibus administrandi modus præscribitur. v. tit. seq.

Interlocutiones] Interlocutiones interponebantur, cum de plano Principes judicarent.

Orationes] Orationes, vel ipsi Principes, aut Quæstores recitabant in Senatu, vel ad Senatum mittebant, *l. cum hi 8. ff. de transact. l. cum hic status 32. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Edicta] Edicta sunt, quæ Princeps spontaneo motu emittit. Theoph. ad *§. 6. de ju. nat.*

Animus princ. fuerit] Ipse Cujacius ad *§. sed & quod principi, Instit. de jure natur. Nec quod cognoscens decrevit, aliter trahitur ad exemplum, quam si animus ei fuerit τὸ κριθέν*, &c.

Fata comp. V. Cuj. Observ. 16. 9.

Senatuscons. firmaretur] Marcus Imp. apud Justinum Apolog. 11. *ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι, καὶ κελεύω τοῦτό μου διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραιανοῦ προτεθῆναι πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι*. Sic non translatam populi potestatem in Principem prius jubebat populus: postea confirmabat Senatus, ut scribit Servius in 9. Æneid. vers. 192.

Et Augustum ipsum] D. Ambrosius in epistola 13. ad Valentinian. Imp. *Quod cum præscripsisti aliis, præscripsisti & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primum ipse custodiat.* Vide Cujac. Observ. 15. 30.

Suis legib. tenebatur] Legibus teneri, est *νόμοις κρατεῖσθαι*: Legibus adstringi, Æschylo.

Veluti in foro] Ut in loco Marci Imp. supra citato.

Vel in theopropia] Divus Augustinus in epistola 158. ad Marcellinum: *Quod autem scripsit eximietas tua, dubitare te, utrum in theopropiis debeas eadem gesta jubere proponi, fiat, si potest illuc frequens confluere multitudo.*

A Et ambone] His quæ dixi in Glossatio ad Cedrenum, adde, Ducas historiæ Byzantinæ capite 40. ἀνέβη ὁ κληθεὶς ἐπ' ἄμβωνα καὶ ἐξελάλησε τὰς μιαρὰς αὐτοῦ προσευχάς : *Vocatus ambonem ascendit, & diras preces suas recitavit.* Joannes Cantacuzenus historiæ libro 4. cap. 3. ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ἀναβὰς, ἵνα μᾶλλον διὰ πάντων ἐξακούοιτο ἡ φωνή : *in ambonem ascendens, quo clarius ab omnibus exaudiretur.* Glossarium ineditum : ὀκρίβας, ὁ ἄμβων : *Pulpitum, ambo.* Synodus in Trullo habita can. 33. τὰ θεολόγια ἐπ' ἄμβωνος μὴ ἀναγινωσκέτω : *Oracula divina in ambone non legat.* S. Basilius Seleuciensis de mirac. S. Theclæ lib. 2. cap. 27. ὤφθη ἐπὶ τοῦ δεικτηρίου : λέγεται δὲ οὕτως ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐπιδείκνυνται οἱ λέγοντες, τοῦτό ἐστιν ὁ ἄμβων, ἤτοι τὸ ἀκροατήριον : *In Deicterio comparui, hoc est, in loco unde verba facturi cernendos se exhibent; sive ambonem, sive suggestum, sive* B *auditorium appelles.*

Divulgetur]. *Differentiam sensus inter divulgata & provulgata sive promulgata enucleatores verborum hanc voluerunt esse, ut divulgata simpliciter tantum dicantur ad notitiam omnium propalata, &c.* Hincmarus Remensis Opusculo 33. cap. 10.

Scrinia] De scriniis vide Cujacium ad *tit. C. de palat. sacr. largit.*

Omnes non tenent] Personales sunt & speciales.

TIT. XV. *De mandatis Principum.*

EX Constitutionibus specialibus principum sunt privilegia, & decreta interposita in negotio aliquo, ita ut in exemplum non trahantur, *l. 2. sup. tit.* C *prox.* sunt & mandata .i. præcepta sive monita, quæ certis personis dantur à principe, veluti præsidibus aut procuratoribus, quæ Dio 53. intellexit his verbis : ἐντολάς τέ τινας καὶ τοῖς ἐπιτρόποις, καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις, τοῖς τε ἀντιστρατήγοις δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσι, aut jussiones quæ dantur Comitibus Consistorianis vel tribunis, & notariis executoribus imperialium jussionum, vel referendariis palatii perferendæ ad præsides provinciarum, quæ nisi constent ex scripto, nullius momenti sunt, *l.* 1. præterquam uno casu, qui proponitur in *l.* 2. quam restitui & exposui Observ. 12. cap. 31. & stultus est, qui pro ea reposuit in hoc titulo Justiniani *Nov.* 17. quæ fuit emissa post editionem Codicis, Belisario Consule.

XV. Enarratio.

SUnt privilegia] Privilegia sunt, quæ de una tantum persona concipiuntur in omnia tempora. Duodecim autem tabulæ leges privatis, sive singulis hominibus irrogari vetant, sive, ut ait Ulpianus in *l.* 8. *de legib.* jura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur, Cujacius Observat. 15. 8. Demosthenes adversus Aristocrat. μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις : *Neque fas est Legem de uno ferre, nisi eadem ad omnes Athenienses perveniat.* Adde eundem in orat. advers. Stephanum, & Æneam Gazæum in Theophrasto, Heraclitus in epistola ad Hermodorum : οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐφ' ἑνὸς ἀλλὰ κρίσις : Proclus in Parmenidem Platonis : οὐ γὰρ ἑνὸς, E ἀλλὰ πολλῶν ὁ νομοθέτης ἡγεῖται : & recte Divus Hieronymus in Jonam cap. 1. Privilegia singulorum communem legem facere non posse.

Præcepta sive mon.] Ea Græci vocant παραγγέλματα, & ὑποθήκας, Nov. 26. cap. 2. Nov. 31. cap. 2. Cujacius ad Novell. 17, vide Julianum Antecessorem constit. 21. Tertullianus Apolog. cap. 2. Negat (Trajanus Imp.) *inquirendos ut innocentes, & mandat puniendos ut nocentes.* Et ad Scapulam cap. 4. *Quid enim amplius tibi mandatur, quàm nocentes confessos damnare?* Et mox : *Sine accusatore negans se auditurum hominem, secundum mandatum.*

In hoc titulo] In editione Ludovici Charondæ.

A

TIT. XVI. *De Senatusconsultis.*

SEquitur alia pars juris civilis, Senatusconsulta, id est jura, quæ Senatus facit, sive decreta amplissimi ordinis, quæ tamen in posterum fieri vetat Leonis *Nov.* 78. tum forte Senatus etiam potestate translata in principem. Antiqua tamen Senatusconsulta manent, sicut antiquæ leges, &, ut hic ostenditur, contra ea elicita rescripta, veluti contra SC. Tertyllianum, aut contra SC. Vellejanum, nullius momenti sunt. Imo si observaretur *l.* 8. *sup. de legibus*, nulla lex principis generalis valeret sine SC. quod & Probum constituisse Vopiscus refert.

XVI. Enarratio.

B

TUm forte Senatus etiam] Scribit Procopius in Arcana, Senatus auctoritatem Justiniani ævo pene obliteratam : ἡ μὲν γὰρ βουλὴ ὥσπερ ἐν εἰκόνι ἐκάθητο : οὐδὲ τῆς ψήφου, οὐδὲ τοῦ καλοῦ κυρία οὖσα, &c.

Nulla lex Principis gener. &c.] Ex Symmachi ep. 21. lib. 10. constat Senatusconsulta constitutione Principis confirmari. *Superest*, inquit, *ut ea quæ serenitas vestra deliberanda legavit, cognito Senatusconsulto lex Augusta confirmet, &c.*

Vopiscus refert] in Probo.

TIT. XVII. *De veteri jure enucleando, & de auctoritate Jurisprudentum, qui in Digestis referuntur.*

C

SEquitur alia pars juris civilis, responsa & interpretationes Jurisconsultorum veterum, qui ab Imperatoribus condendi juris, respondendi, scribendi, cavendi, interpretandi potestatem acceperunt : aliorum enim, qui eandem potestatem non acceperunt, nulla auctoritas est, nec eorum scriptis judices alligantur, cum tamen à supradictorum scriptis recedere non possint, quæ sunt pro parte juris civilis : & eleganter Justinianus dum sibi vindicat Jurisconsultis auctoritatem parem in *l. ult. sup. de legibus* : nihil tamen se eis derogare ait, quibus hanc facultatem olim dederit majestas imperialis. Jubet autem priori Constitutione tituli hujus in Digestorum 50. libros Tribonianum, & antecessores & togatos amplissimæ præfecturæ, quos ille si-D bi in eo opere conficiendo adjutores delegerit, necessaria & usu recepta quæque conferre ex veterum Jurisconsultorum scriptis; atque ita jus vetus, ut ipse loquitur, purgare, & certum, finitum constituere, atque incontroversum, quod enucleare dicit, ut Modestinus enucleatos casus, definitos jam & certos. Jus ergo vetus antiquam Prudentiam Jurisconsultorum vocat. De Institutionibus etiam componendis aliquid aspergit. Posterior Constitutio utraque lingua conscripta enarrat, quid quaque parte Digestorum contineatur, & utrique operi parem atque Codici Constitutionum vim tribuit : nec enim jam dicimus responsa Prudentum, aut SC. vim legis obtinere, perlatæ scilicet ad populum, sed Imperatore sustinente vicem populi, & sibi soli vindicante auctoritatem condendi & interpretandi juris, *l.* 19. E *penult. & ult. sup. de legibus*; dicimus responsa Prudentum & SC. Constitutionum vigorem obtinere. Et quod in hoc titulo additur de auctoritate Jurisprudentum, qui in Digestis referuntur, eo pertinet, quòd præcipuè priori Constitutione definitur, ut omnium Jurisprudentum, sit eadem auctoritas, nec alter altero potior habeatur, ne Papiniano, puta, Ulpianus, vel Paulus, vel Martianus cedat abrogata, *l. 1. Cod. Theodos. de resp. prud.*

XVII. Enarratio.

QUi ab Imperator.] Justin. in constit. de concept. Digest. §. 4. *Quibus auctoritatem conscribenda-*

bendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes præbuerunt.

Condendi juris] Unde juris conditores appellantur, *l. nulla* 23. *C. de procurat. l. si furiosi* 25. *C. de nupt. l. ult. C. de comm. ser. manum. §. responsa, Inst. de jur. nat. gent. & civ. & in const. de conc. d. §.* 20.

Judices allig.] Judices pedanei.

Recedere non poss.] *d. §. responsa*:

Quæ sunt pro parte jur. civ.] *L. jus autem* 7. *ff. de just. & ju. §.* 3. *Instit. de ju. nat.*

Purgare] Nonius Marcellus: *Enucleate dicitur purgate, exquisite*. Vetus Glossarium M.S. *Elimare, purgare, eruderare, enucleare*.

Ut Modestinus] Modest. scripserat de enucleatis casibus, In Indice.

Jus ergo vetus] Ut jus antiquum in *tit. de div. reg. jur. ant.* B

Et interpretandi juris] In constit. *de confirm. ff. sub fin. Cui soli concessum est leges, & condere, & interpretari*, Goffridus Vindocinensis epistola 30. libri 2. *Legumlatorer jure debent esse legum expositores*. Solus etiam princeps legum duritiam temperare, & acrimoniam severi juris inflectere. Symmachus epist. 10. 47. in fin. & 63. potest; τὸ ἀπευθὲς ἐν τοῖς ἀμείνους Themistius oratione 5.

Vig. obt.] Constitutionum vicem habere, *d. const. §.* 8. *in fin.*

TIT. XVIII. *De juris, & facti ignorantia.*

E Narratis partibus juris civilis, subjicit generalem titulum de Juris, & facti ignorantia. Juris enim nomen, & leges complectitur, & Constitutiones, & SC. & edicta prætorum, vel edilium, & responsa prudentum, adeo ut in *Cod. Th. l. pen. hujus tit.* ponatur sub titulo de *Constitutionib. prin. & edictis*: ac forsitan in hoc possit etiam jus accipi specialiter ex *d. l. pen.* pro Constitutionibus, vel si quid Constitutionum vim & fidem obtinet. Et juris quidem ignorantia non excusat, ut si nescieris liberis petendam esse bon. possessionem intra annum, si nescieris ex eo testamento legata non deberi quod capitis deminutio testatoris irritum fecit, nisi forte militem, aut minorem xxv. aut rusticum juxta illud Homeri, ἄγριον οὔτε δίκας εὖ εἰδότα, οὔτε θέμιστας, aut mulierem in damnis amittendæ rei suæ, & recte *l. pen. infr. de in integr. rest. min.* minoribus addideris muliere ex *Cod. Th. & l. ultim. hujus tit.* & est etiam utrisque communis hæc vox Juris & legum, Deceptis, non decipientibus subveniri, *l. 2. §. pen. ff. ad Vell. l. 1. C. Greg. Si major fuerit prob.* Facti, id est, rei gestæ error excusat. Jura certa sunt, facta incerta. C D

XVIII. Enarratio.

E T juris quidem ignor. non exc.] Huic errato nulla venia. Hincmarus Remensis Opusculo 14. cap. 8. *Legibus sacris decretum est, ut leges nescire nulli liceat, aut quæ sunt statuta contemnere. Cum enim dicitur, nulli liceat leges nescire, vel quæ sunt statuta contemnere, nulla persona in quocumque ordine mundano excipitur, quæ hac sententia non constringatur*. Vide & Opusc. 47. capite 14. ubi verba legis adfert, & Aniani interpretationem, uti tunc moris erat. Quid ergo peritiam juris habere omnes debent? Hoc agunt prudentes quique homines ut justi & injusti imperiti non sint. Jonas Aurelianensis Episcopus libro 1. de institutione laicali cap. 20. *Si mundanarum legum jura ob impiorum forensium negotia dirimenda, à mortalibus edita, homines avidissime discere & intelligere acutissime satagunt, ut hi bene notis quid verum, quid falsum, quid justum, quidve injustum sit in hac terra morientium liquido discernere queant*, &c. Itaque si quis jus ignoret, quod per se potuit non ignorare, vel adhibito Jurisconsulto scire, juris ignorantia non proderit, E

l. ult. §. sed juris, ff. eod. Non excusatur, qui vitio suo quid ignorat. A

Intra annum] *L. 3. hoc tit.* Hodie vero bonorum possessio ascendentium & descendentium extenditur usque ad tricennium, ut scribit Græcus interpres ad *l. 1. ff. de bonor. possess.* Confundit jus prætorium cum jure civili. vide tit. 30. libri 6.

Quod cap. deminut.] Intestatus enim decedit is, cujus testamentum irritum factum est, *Instit. de heredit. quæ ab int. defer. in princ.*

Nisi forte militem] *L. 1. hoc tit. & l. regula* 9. *§. 1. ff. eod.* cui per constitutiones principales jus ignorare permissum est, *l. ult. ff. eodem.* Milites & rustici rerum forensium expertes sunt, *l. cum indebito* 25. *§. 1. ff. de probat.* Nov. 74. cap. 4. ad fin. de agricolis Virg. 2. Georg. vers. 501. — *Nec ferrea jura,*

Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.

Aut minorem] *L. 11.* vide ad titulum 32. libro 11.

Aut Rusticum] Rusticus parasitus apud Quintilianum declamatione 298. *Non ignoro, judices, quanquam non à forensi contentione solum, sed ab universa conversatione longe remotus*. Minutius Felix in Octavio: *Agrestibus non est datum intelligere civilia*. Rusticanum igitur juris ignorantia excusat.

Juxta illud Hom.] Odyss. 9.

In damnis] *l. 11. & l. ultim. hoc tit. l. 8. ff. eodem.* Vide *Cujac. lib. 5. obs. c. 39. & lib. 14. cap. 38.*

Facti id est, rei gestæ] Const. Harmenop. Epitom. lib. 1. tit. 1. §. 51.

Error] L. error 7. hoc t. sed & juris ignorantia error dicitur, *l. 1. 2. & 8. D. eod.*

Jura certa sunt] Et finita, *l. 2. ff. eod. tit.* & in oratione ad Antecessores, *§. 5. vers. quibus Æ*schines in orat. cont. Ctesiph. οὐ γὰρ ἀόριστόν ἐστι τὸ δίκαιον, ἀλλ᾽ ὡρισμένον τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις: *Non enim jus infinitum, sed finitum legibus nostris*. Plutarchus in lib. de Fato: οὔτε γὰρ νόμος, οὔτε λόγος οὔτε τι θεῖον ἄπειρον ἂν εἴη: *Nam neque lex, neque oratio, neque divinum quidquam infinitum esse potest*.

Facta incerta] Et prudentissimos etiam fallunt, *d. l. 2.*

TIT. XIX. *De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat.*

P Ersequitur eam partem juris civilis, quæ præcipue hic liber conflat, quæ conficitur ex Constitutionibus Principum, quarum species sunt edicta, rescripta, mandata, *l. 3. supr. de legibus*: nam de edictis quidem & mandatis habuimus proprios titulos supra; sed non de rescriptis, de quibus ab hoc titulo tractare incipit: nam preces sunt desideria supplicantium comprehensa libello Principi dato, & rescripta sunt responsa Principis ad preces. Preces ergo præcedunt, sequuntur rescripta, subscriptiones, adnotationes, & ideo de precibus primum agit. Sed quidquid constituitur de precibus, idem obtinet etiam in rescriptis; nam quod precibus oblatis postulari non debet, nec impetrari rescripto, aut certe impetratum non valet. Idem è contrario si quid postulari possit. Ut ecce, non potest creditor postulare, ne debitor utatur exceptione peremptoria, *l. 2.* & condemnatus aliquis non potest iterum supplicare adversus sententiam præfecti prætorio, *l. 3.* Semel supplicari potest, semel ex rescripto principis iterari & retractari judicium, *l. 1. inf. de sent. præf. præt. l. 1. C. Th. de off. præf. præt.* & judicium sane criminale iterari frequens erat, ut historia sacra Severi docet; & *l. 2. inf. de cust. reor.* Item non possunt postulari, quæ sunt damnosa fisco, aut juri contraria in damnum alterius, *l. 3.* ergo & rescripta hæc impetrata non valent. At contra postulare & impetrare licet, ne debitor utatur exceptione dilatoria, *d. l. 2. l. 3. §. si is pro quo, ff. quod quisque jur.* & oblata fa-

tisdatione ut prorogetur tempus solvendæ pecuniæ, *l. 4.* & rescripta igitur hujusmodi valent. Etiam illud hoc titulo ostenditur, offerri preces recte per servum alieno nomine, vel etiam suo nomine ex justa causa, *l. 1. & 6.* & non tam esse necessarium precibus inseri exempla instrumentorum, de quibus agitur, ut *l. ut responsum, inf. de transf.* quam vim & mentem, & verba ipsa proprie de quibus ambigitur, *[l. ultim. hoc tit. §. verbum inf. de causis ex quibus inf. am.*

XIX. ENARRATIO.

L. 2.] In qua legendum, *remittitur*, ex vett. & Basilic. *πέμπω τὴν τεμπτοεμφίαν ἀναμέ'τω παεγγεαφω':* & veteres interpretes hanc lectionem sequuntur, Odofredus, Fulgosius, & alii.

L. 5.] In qua legendum, *denuo*, ut in veteri Menagii, & in Basilicis, *πάλιν*.

Retractari judic.] Vide ad titulum 42. libri 7.

Ut historia sacra Sev.] Libro 11.

In damnum alterius] Valent si alterum non lædant, & alteri prosint, *l. 7.*

Alieno nomine] *l. 6.* quam recte Basilica sic acceperunt ut cuique liceat per servum preces offerre.

Suo nomine] *δι' ἑαυτοῦ, per se* in Basilicis.

De quibus ambigitur] *ἢ βασιλικῆς ἑρμηνείας δεόμενα:* quæque indigent principis interpretatione, ut est in Basilicis.

TIT. XX. *Quando libellus principi datus litis contestationem facit.*

HIc etiam titulus est de precibus ad quas rescripsit princeps, ergo & de rescriptis: & hoc ultim. libellum precum principi datum pro litis contestatione haberi, si modo ad eum rescripserit princeps: inanis enim est libellus sine rescripto. Rescripto concedi jus contestationis, *l. illam, inf. de donat.* Non habetur pro vocatione in jus in edicto de in jus vocando, nec pro accusatione in SC. Turpilliano, & tamen in causa præscriptionum habetur pro litis contestatione, in hoc scilicet ut datione libelli, & rescriptione, perinde atque litis contestatione actiones tempore perituræ in tutum redigantur, ut loquitur *l. ordinata, ff. de lib. cau.* & perpetuentur, atque adeo dentur heredi, & in heredem; quod non ita obtinet libello dato præf. prætorio, *l. 1. inf. de off. præf. præt. Or.* & multo minus libello porrecto aliis magistratibus, vel judicibus: ac rursus de dato principi quod diximus, id Justinianus vult tantum pertinere ad actiones prætorias annales, non ad eas, quæ longiori tempore perimuntur, *l. 2. hoc titulo, l. 3. inf. de præscripti. 30. ann.* Quando igitur libellus principi datus litis contestationem faciat, si quæras, dicam quando actio est prætoria annalis, non quando est civilis: nec offendat *l. 2. inf. de ann. except.* quæ non de libello precum loquitur oblato principi, sed de libello tantum querelæ & protestationis, qui tunc offertur præsidi, cum nemo est, qui conveniri & interpellari possit, & pro litis contestatione cedit, *l. 2. ff. de nau. fœn. l. 2. inf. de an. except.*

XX. ENARRATIO.

IN edicto de in jus voc.] Si libertus non impetrata venia libellum precum principi obtulerit contra patronum suum, non incidit in pœnam edicti de in jus vocando: patronum enim in jus non videtur vocare, *l. Libertus 15. ff. de in jus voc.*

Nec pro accusatione] Accusator, qui libellum principi dedit, si ab accusatione destiterit, ex SC. Turpilliano teneri non videtur: nam sine fraude sua desistit, *l. quæsitum est, ff. ad SC. Turpil.*

Habetur pro lit. contestat.] *l. 1. h. tit.*

Et rescriptione] *l. 2. h. tit.* in qua non recte Basilica prætermiserunt quod de prætoriis actionibus annalibus ibi dicitur: nam quædam ex his perpetuo dantur, ut est in *Inst. de perpet. & temp. action. in princ.* Nisi dixeris eos omisisse vocem *annales*, quia prætoriæ actiones plerumque sunt annales: nam & ipsius prætoris annuum erat imperium, ut ait ibidem Justin.

Et rescriptione] L. 2. in qua non recte Basilica prætermiserunt, quod de rescriptione principis ibi dicitur.

TIT. XXI. *Ut lite pendente, vel post provocationem aut definitivam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare.*

SAtis fuisse dicere, ut lite pendente, vel post definitivam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare: nam post interpositam provocationem satis prohibetur, qui lite pendente supplicare prohibetur, ac similiter post omissam provocationem, qui post definitivam sententiam: ut brevior summa hæc sit, ne lite pendente de re, qua de agitur quidquam supplicare liceat, ut *Nov. 82. & 113.* sed expectetur sententia judicis, apud quem litigatur: & ut definitiva sententia, quæ non est appellatione rescissa, rescripto non rescindatur, aut retractetur, etiamsi preces oblatæ principi fuerint ante definitivam sententiam: nam etsi quando appellare non possum, supplicare possim, veluti contra sententiam præf. pret. non tamen ubi appellare possum, nec appello intra tempora constituta, postea licet mihi supplicare, aut quod supplicavi ante, de eo rescriptum impetrare: quia sententiæ semel adquievi. Docuit tit. 19. quæ non liceat supplicare, hoc vero docet, quo tempore non liceat.

XXI. ENARRATIO.

SUpplicare proh.] Supplicare non licet, *l. 2. hoc tit.*

Nov. 82.) *cap. pen.*

Et 113.) *cap. 1.*

Et ut defin. sent.) *l. 1. hoc tit.* nam sententia lis terminata est, *l. 1. ff. de re judic.*

Appellatione rescissa) Appellatione sententia extinguitur, *l. §. ultim. ff. ad SC. Turpill.*

Veluti contra sent. p.) vide *lib. 7. tit. 42.*

Nec appello intra temp. consti.) vide *lib. 7. tit. 63.*

Licet mihi supplicare.) *L. 2.* in qua libri vet. habent, *per sup. tentet auxilium*: quam lectionem sequuntur veteres interpretes.

Aut quod supplicavi ante) *d. l. 2.* ibi *terminatam rescripto, vel consultatione quæstionem exquisito suffragio resuscitare conabitur*: quæ Basilica sic interpretantur: *τὴν δὲ ἀντιγραφῇ, οὗ τὴν παρὰ ἀναφορᾶς ἀρχόντων κριθεῖσαν δίκην δι' ἑτέρας ἀντιγραφῆς ἀνατρέψαι*: litem rescripto terminatam, vel consultatione magistratuum alio rescripto evertere. De consultatione v. ad t. de appell. Et ita Fulgosius heic, suffragio scilicet rescripti alterius. Notandum præterea est, in d. l. vocem, *communium*, abesse à libris vet. quam nec Græci agnoscunt, qui & pronuntiationem interpretantur *διαλαλίαν, interlocutionem*.

TIT. XXII. *Si contra jus, vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum, vel impetratum.*

REpetitur in hoc tit. *l. ultim.* quod satis, ut arbitror, fuerat expositum *tit. 19.* non valere preces, aut rescripta contraria juri, vel utilitati publicæ, quia haud dubie subreptionem arguunt impetrantis, ut *l. 10. sup. de sacr. Eccles. l. 1. sup. de SC. l. 47. C. Th. de hær. & Nov. Valentiniani*: In damnum publicum non valere rescripta. Sed adjicitur, ne etiam preces mendaces, aut per eas elicita rescripta recipiantur; quod quidem mendacii crimen est falso proximum, *l. si quis obrepserit, ff. ad l. Corn. de fals.* & recte Augustinus in Joannem: *Juris esse forensis, ut qui in precibus menti-*

tus

tus fuerit; non illi prosit quod impetravit. Judex tamen rescripto datus, judex manet, etiamsi preces ad quas rescribens Imperator judicem dedit, subreptitiæ & mendaces sint. Judicis datio valet, impetratio non valet, non est ergo rescriptum omoi ex parte inutile atque vitiosum. Sed de hac re altter distinguitur in *C. super literis, de rescr.*

XXII. ENARRATIO.

RESCRIPTA contraria juri] *l.3. & l.penult. tit.19.* Facundus Hermianensis lib. 11. cap.1. *Nam si legibus vestris bene atque utiliter censuistis, ut quæcunque vestra rescripta contra ipsas, quas promulgastis leges in quibus vobis deservitur, & quas vobis infringere licet, per subreptionem fuerint elicita, vacuentur, nec dicantur à vobis data, quia generalibus constitutionibus vestris inveniuntur adversa &c.* Fulbertus Carnotensis epistola 121. *De violentia hujusmodi Constantinus A. talem contra se, & contra alios principes sententiam dedit. Quæcunque*, inquit, *contra leges fuerint à principibus obtenta, non valeant.* Vide Fulberti epistolam cxxxi. Cod. 11. Vvisigot. tt.18.

Vel utilit. pub.] *l.ult. hoc tit.*

Nec etiam prec. mend.] *l.penult. h. tit.* Pelagius PP. apud Ivonem Carnotensem Decreti parte quarta c. 191. *Ea quæ subreptione, vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium*, & ut est in *cap.3. de cleric. conjung.* in quinta collectione: *mendax precator carere debet impetratis.*

In Joannem] Tractatu 7.

Judex manet] *L.2.* Placentinus existimabat datum judicem cognoscere de veritate precum, non de causa principali. Joannes & Azo contra, ut refert Joannes Faber heic. Fulgosius etiam Placentini sententiam non probat, & judicem de negotio principali sententiam laturum arbitratur.

TIT. XXIII. *De diversis rescriptis & pragmaticis sanctionibus.*

DE precibus supplicantium egit principaliter superioribus titulis quatuor: nunc agit de rescriptis principum, veluti de his quæ duobus supplicantibus in causa communi diriguntur ad unum tantum, ut prosint utrique *l.1.* de his quæ ad jus pertinent, ut sint perpetua, nec anno finiantur *l.2. & l.ultim. C. Th. eodem*. Jure veteri annalia fuisse videntur, quod nos sequimur ex *c. plerumque, de resc.* Item de ipsis authenticis rescriptis judicibus insinuandis, non exemplis, *l.3.* & de his quæ sunt sine die & Consule *l.4.* ut non valeant, si sint beneficia personalia, idemque de ordinationibus Episcoporum cautum est in Concilio Milevitano. Nam generalia rescripta, quæ modo relata sunt in corpus juris, valent, etiamsi diem vel Consulem adscriptum non habeant, ut constat ex Constitutionibus Justiniani *de novo Cod. fac. & de Justinian. Cod. conf.* Divus Augustinus in collatione tertii diei cum Donatistis: *Evidentissimis legibus definitum esse. Imperialia constituta, etiamsi Coss. non legerentur, in dubium non vocari*. Item de hisdem beneficiis principum, *l.5.* precibus extortis, veluti tribunatu militari, centurionatu, præpositura, præfectura, primatu numeri: quæ & Cicero & Suetonius & Lampridius beneficia vocant ad ærarium delata, & ut Hygenus ait, adscripta in librum beneficiorum, ut hæc scilicet beneficia & promotiones à judicibus non rejiciantur, aut contemnantur. Item *l.6.* de rescriptis quæ non sunt subscripta encauto sacro & manu principis, ut non valeant. Encauto scribo, non encausto, quia sic omnibus locis scriptum inveni, atque etiam in glossis encautum, ἐγκεκαυμένον. Et ait, Diversis: nam ex his alia jus faciunt, alia non faciunt: alia sunt personalia, alia generalia; alia perpetua, alia temporalia: alia valent, alia non valent: alia adnotationes & subscriptiones ad libellum breves, *l.1. supr. de prec. Impp. off.* alia epistol. *l.12. Cod. Theod. de Ep. & cler.* alia pragmaticæ jussiones, sive sanctiones, quibus scilicet tractatu & consilio adhibito princeps diligentius diffusiusque respondet ad preces, relationem vel suggestionem judicum, vel aliorum: & aliis quidem rescriptis preces inseruntur, non pragmaticis. Augustinus in collatione supradicta: *In pragmatico rescripto preces inseri non solere.* De omnibus autem rescriptis etiam illud generaliter constituitur in *l. ultim.* ut non aliter valeant: quod tamen jus pontificium non probat, quam si hæc sit eis injecta clausula, si qui rescriptum impetravit, docuerit esse vera omnia ea quæ contulit in preces, quæ & aliis verbis varie solet inseri: Si ita res habet, ut à præsentibus supplicatur: Si preces veritate nitantur: Si desideria petitorum veritate subsistunt: Si veram cognoscis esse querimoniam supplicantis Si vera est fides suggereotis. Denique ut judici cui rescriptum insinuatur, prima hæc sit cura de veritate & fide precum. Et specialiter de pragmaticis jussionibus, ne fiant ad preces singulorum in privatis caosis: sed in publicis ad preces civitatum, vel provinciarum, vel scriniorum, vel officiorum, vel cujuscunque corporis, aut universitatis. Fiunt tamen sæpe ad relationem, vel suggestionem judicum.

XXIII. ENARRATIO.

DE ipsis authent.] Ut Græcum authenticum apud Tertull. de Monog. cap.11. Paul. v. Sentent. tit. de jur. fisci, §. quicunque: *Non ex indice, vel exemplo alicujus scripturæ, sed authentico conveniendus est, l.2. ff. de fide instrum.* Originale.

Non exempl.] Ut d. loco P. & d. *l.2. ἀντιγράφῳ*.

Lex 3. ita legitur in vett. codd. *& ex nostra manu subscript.* quam lectionem sequuntur Basilica. In codice autem, qui Cujacij fuisse dicitur, annotatum erat, in vet. cod. legi, *vel ex nostra*: ut eadem auctoritate conseantur rescripta, quæ manu Principis subscripta sunt, quæ *una tincta subscriptionis*, ut loquitur Lucifer Caralitanus in libello moriendum esse pro Dei Filio; id est, una subscriptione munita sunt, qua authentica. Atqui authentica ipsa non valent, nisi fint subscripta manu principis, *l. 6.* Itaque nihil temere mutandum in *d. l. 3.*

Si sint ben. pers.] Quia non valent nisi intra annum, *l.2. & ult. C. Th. eod.*

In Concilio Milevit.] Canone 56.

Quæ & Cicero] Libro 5. epist. ad famil. 20. ad Messin. Rufum, & in ea pro Archia.

Suetonius] Tiberii capite 12.

Lampridius] in Alexandro Severo.

Hygenus] de limitibus constituendis.

Aut contemnantur] *Sacrilegii instar est, divinis sup. quibus ad. vel dig. prom. obu. h.* Sic legitur in ver. Menagii, & Brodæi. Vegetius in Prologo libri 11. *Tanti Imperatoris non obedire mandatis, plenum sacrilegii videbatur atque periculi.*

Encauto sacro] Excerpta ex vett. glossis quæ habeo, *sepia, incaustum*. Persius: *vanescat sepia lympha*. In libro etiam Notarum *incaustum* legitur, & apud Stephanum. Tornac. ep.83.

Et manu princ.] *L. 3. hoc tit.* manu divina.

Encauto scribo] In libro Ægidii Menagii, & Juliani Brodæi, Encausto legitur. In Basilicis calamo exaratis scriptum potius videtur, ἐγκαυστῆς, quam ἐγκαυστῆς, *qui est le cachet de cire.* Cujac. in recit.

Pragmat. Juss.] Ivo Carnot. in epist. 193. ad Gaufridum Belvacens. Episc. *Regia quoque majestas pragmatica sanctione firmavit.*

Jus Pontificium] In *capit.11. ext. de rescript.*

TIT. XXIV.

TIT. XXIV. *De statuis & imaginibus.*

A INter beneficia principalia, quæ rescriptis Principum ad postulationem civitatum vel aliorum corporum certis personis dantur de rep. vel de suo corpore sive collegio bene meritis, sunt statuæ & imagines, *ἀνδριάντων ἀναστοιχωμένων*, *l. 1. & ult. hujus tit.* Sed & de ipsorum principum statuis & imaginibus in civitate statuendis in ornamentum civitatis necesse erat à principibus concedi beneficium, *l. 26. sup. de episc. aud.* quod proprium esse Romanorum ut adfectarent Nazianz. scribit *σεμνόν, ἃ τῶν λίαν σπουδαζομένων εἶναί τισι δοκεῖ, τιμᾶσθαι τοὺς βασιλεύοντας.* Sed ab his rectissime *l. 2.* aufert omne fastigium adorationis, quod solerent olim, ut Ambrosius ait 6. Hex. *Sola ære fusa principum capita & ducti vultus de ære vel marmore adorari.* Et recte B Tiberius, auctore Suetonio, qui eas inter ornamenta domorum, non inter simulachra Deorum poni voluit,

XXIV. ENARRATIO.

STatuæ & imagines] Imagines separantur à statuis. Suetonius Tiberii cap. 26. *Etiam statuas atque imagines, nisi permittente se poni.* Minutius Felix in Octavio: *Sub statuis & imaginibus consecratis delitescunt.* Statuæ æreæ vel marmoreæ, imagines cereæ. Sallustius in Jugurthino, Plinius libro 35. cap. 11. Vide *ad leg. 1. inf. publ. læt. vel cons.* &c.

In ornament. civit.] *L. 2. ff. de loco pub. fr.* *εἴπερ καὶ τούτοις κοσμεῖται πόλις*, *Siquidem his quoque civitas ornatur*, ut ait Athenagoras, in legat.

C Omne fastigium adorationis] Cyrillus Hierosolymit. catechef. 12. *εἰκὼν ξυλίνη ἐπιγείου βασιλέως τιμᾶται*: *imago lignea terreni regis honoratur*: Adorari enim solebant. Joannes Philoponus de mundi creatione libro 6. cap. 9. *ὡς γὰρ εἴ τις βασιλεὺς, φησὶ, πόλιν μεγίστην οἰκοδομήσας, εἰκόνα ἑαυτοῦ κατασκευάσας, ἐν μέσῳ τῆς πόλεως στήσειεν, ὡς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀντὶ τοῦ βασιλέως τιμᾶσθαι ταύτην, προσκυνεῖσθαι δὲ μᾶλλον*, &c. *Quemadmodum enim*, inquit, *si quis Rex civitatem magnam ædificans, imaginem suam erectam in media civitate collocet, ut hic à civibus pro Rege honoretur, vel potius adoretur*, &c. Severianus Gabalorum Episcopus in S. Crucem: *βασιλέως ἀπόντος, εἰκὼν βασιλέως πληροῖ χώραν βασιλέως, καὶ προσκυνοῦσιν ἄρχοντες, καὶ ἱερὰ νουμηνίας ἐπιτελοῦνται: καὶ ἄρχοντες ὑπαντῶσι καὶ δῆμοι προσκυνοῦσιν, οὐ πρὸς τὴν σανίδα βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὸν χαρακτῆρα* D *τοῦ βασιλέως: οὐκ ἐν τῇ φύσει θεωρούμενον, ἀλλ' ἐν τῇ γραφῇ παραδεδομένον.* *Absente Rege imago regia Regis locum implet; adorantque proceres, ac neomeniæ sacræ peraguntur: proceduntque obviam principes, ac populi adorant, non in asserem inspicientes, sed ad Regis figuram, non quæ in natura inspiciatur, sed quæ picta exhibeatur.* Et qui ei maledixerit, condemnatur, quasi in ipsum Principem impie egerit, *ὡς εἰς αὐτὸν ἀσεβήσας τὸν βασιλέα, καὶ κύριον*, ut ait S. Methodius apud Damascenum in orat. 3. de imag. ut de imaginibus sacris S. Basilius de Spiritu sancto, capite 18. *ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει*: *Imaginis honor ad exemplar primum transit.* Lex igitur aufert omne fastigium adorationis: *ἰσοθέους γὰρ ἐνόμιζον τούτους: θεοὺς* E *αὐτοὺς καὶ ἐκάλουν διὰ δὴ τοῦτο καὶ ναοὺς αὐτοῖς ἐδείμαντο καὶ βωμοὺς, καὶ θυσίας*, ut ait Chrysostomus, homilia 31. in epistolam Divi Pauli ad Rom. *Romani enim Imperatores suos diis pares opinabantur, quos etiam eo nomine vocabant, ideoque templis & aris, & sacrificiis eos colebant.* Æneas Gazæus in Theophrasto: *Ἰταλοὶ θεοῖς συναριθμοῦσι βασιλέας ἅπαντας*: *Itali enim Reges omnes inter Deos connumerabant.*

Auctore Suetonio] d. 26.

TIT. XXV. *De his qui ad statuas confugiunt.*

HIc etiam titulus est de statuis principum; quæ perinde atque Ecclesiæ suam confugis securita-

A tem præbent, *l. capitalium*, *§. ad statuas*, *ff. de pæn. l. quis sit*, *§. apud*, *ff. de ædil. ed.* & eleganter Theodosius & Valentinianus Impp. *βωμὸν φιλανθρωπίας, καὶ ἐν τοῖς ἀπορρήτοις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε*, de Ecclesiis dixere *βωμὸν ἐλέου*, *l. ult. sup. de his, qui ad eccl. conf.* & Latine (fuit enim utraque lingua conscripta) aram salutis, quia nihil interest aram salutis dixeris, an aram misericordiæ. *Eæ igitur sunt nobis duæ aræ misericordiæ sive salutis*: de ea quæ fuit Athenis Theophilus 10 *§. jus civile*, *De ju. nat.* & alii plerique auctores.

XXV. ENARRATIO.

COnfugis securitatem præbent] Dio Chrysostomus orat. 31. *ὅπου μηδὲ τοὺς κακῶς δεδρακότας, ἐάνπερ* B *καταφύγωσιν, ἔθος ἐστὶν ἀδικεῖν*: *ubi nec eos, qui scelus aliquod admiserint, si eo confugiant, lædere moris est*, Sanctus Chrysostomus serm. 46. *οὐχ ὁρᾷς πόσοι τῶν ἐπηρεαζομένων εἰς ἀνδριάντας κατέφυγον πόδας*: *Nonne vides quam multi eorum, qui injuriis affecti sunt, ad statuarum pedes confugiant?* Procopius Gazæus in Exodum: *Quemadmodum Imperatoriæ statuæ, quamvis sint inanimatæ, eos, qui ad ipsas confugiunt, servare solent.*

Quæ fuit Athenis] Sextus Empyricus adversus Mathemat. *παρ' Ἀθηναίοις γοῦν ἐλέου βωμός τις ἐστὶν*. Eumenius in orat. pro restaur. scholis: *Inde est, quod Atheniensis humanitas aram Misericordiæ instituerit*: *τὸν βωμὸν τῆς θεᾶς*, simpliciter appellat Heraclides Ponticus. Vide ad Theophilum.

C TIT. XXVI. *De officio præfectorum prætorio Orientis, & Illyrici.*

Vide tit. 11. lib. ff.

CUm ex partibus juris civilis residerent adhuc magistratuum edicta, formæ dispositiones, quæ non minorem obtinent juris auctoritatem, quam leges, SC. responsa prudentum, Constitutiones, edicta, mandata, rescripta principum, ideo & hujus partis explicandæ causa de magistratibus dicere instituit. Ex his sunt præfecti prætorio, qui summam obtinent & omnem judiciorum potestatem, omnium honorum apicem, ut Amm. Marcellinus ait, cum & patres dicerentur imperii, & patres provinciarum, auctore D Cassiodoro 6. & 7. & 11. & plenissimum imperium etiam in Senatores, licet ipsi ante Alexandri Constitutionem non fuerint senatores: sed æquites Romani, ut Lampridius scribit in Alexandro, & in Commodo, & Capitolinus in Pertinace, & Suetonius in Tito, ipso solo Tito excepto, quem pater præfecto prætorio fecit, unde huic honori decus primum. Primæ igitur & summæ potestati, quæ & *ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα* à Zosimo dicitur, merito datur titulus primus. Fuere autem sub imperio Justiniani duo in urbe præfecti prætorio Orientis, *l. raptores*, *sup. de episc. & cl.* & sub eorum cura diœceses quinque, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia, & cujusque diœceseos provinciæ variæ. Sub dispositione præsidum singulorum erant provinciæ singulæ. Sub dispo- E sitione præf. præt. diœceses, id est universitas quædam provinciarum. Fuit & aliud præf. prætorio Illyrici, & sub ejus dispositione diœceses duæ, Macedonia & Dacia, Joannes, ad quem mittuntur responsa non tantum ad Orientalem, sed etiam ad Illyricianam advocationem, videtur Orientis & Illyrici præf. prætorio fuisse, & ad hos quidem præfectos respiciunt Constitutiones hujus tituli, ut formæ & edicta eorum generalia vim legis obtineant, *l. 2. hoc tit. l. 27. inf. de fidejuss.* & ut sub cura & jurisdictione eorum sint præsides provinciarum, ut *l. ne quis inf. de decur.* adeo ut promovere eos possint, *l. 9. inf. de adv. div. jud. l. ult. inf. ad leg. Jul. rep.* & removere, atque in locum eorum alios substituere, & de criminibus eorum cognoscere

l. 3.

l. 3. hoc tit. Cassiodorus de præf. prætorio: *Delicta provinciarum judicum punit*. Et vero si diœceses sub cura sunt præfectorum prætorio, & provinciæ diœcesum singulæ igitur, sicut sub cura præsidis provinciæ sunt singulæ civitates ejus provinciæ, *l. penult. ff. ad munic. l. cum unus, §. pen. ff. de reb. auct. jud. poss. l. 7. ff. de interd. & rel.* Mamertinus in Panegyrico Juliani: *Cum me prætoriis præfecisti, provincias de te egregie meritas meæ fidei tutelæque mandasti*. Alia præf. præt. privilegia sunt in *l. 1. inf. de sent. præf. præt. & l. 2. infr. de sent. ex per. recit.*

XXVI. Enarratio.

FOrmæ] Formæ, eparchica præfectorum prætorio: vide Cujacium Observat. 6. 10.

Præfecti prætorio] τᾶς αὐλᾶς ὕπαρχοι, Procopius: ὕπαρχοι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς Eunapius in Ædesio, Maximo, Proæresio, & Libanio.

Qui summam obtinent] Symmachus in epistola ad Ausonium PP. *Potiris merito summa judicii*. Imperator Constantinus Ablavio PP. *Qui judiciorum summam teneris*. Constitutio exstat in Appendice Codice 15. Theod. numero 1. v. Cujacium ad l.40. Cod. de decur.

Ut Ammian. Marcell.] libro 21.

Auctor. Cassiod.] Libro 6. tertio, libro 8.20. libro 11. 8.

Equites Rom.] Dio libro 52. Plin. in præfat. Historiæ: *Et quod bis nobilius fecisti, dum illud patri pariter, & equestri ordini præstas præfectus prætorio ejus*.

In Tito] Capite 6.

Ipso solo Tito] Ante Titum Arretinus Clemens, quanquam Senatorii ordinis, Prætorianis præpositus, ut scribit Tacitus Hist. 4. cap. 68.

Unde huic honori] Aurelius Victor in Tito: *Victorem præfectura prætorio extulerat: unde etiam honoris, ingens à principio, tumidior, atque alter ab Augusto Imperio fuit*.

Primæ igitur, & summæ potest.] Quæ κοσμικὴ ἀρχὴ, Evagrio lib. 3. cap. 42.

A Zosimo] Libro 3. Socrates hist. 2. δευτέρῳ δὲ τῷ βασιλεία χρηματίζοντι. Alter à principe. Liban. περὶ ἀπληστίας: ὕπαρχος ἥττων, ἢ μόνῳ τῷ τὸ σκῆπτρον ἔχοντι: *Præfectus ab eo tantum, qui sceptrum tenet, secundus*. Eunapius in Proæresio: κοινωνῶν ὡς τὸν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἤλασεν: ἡ δὲ ἀρχὴ βασιλεία ἐστὶν ἀπόρφυρος: τὸ γὰρ καλούμενον Ἰλλυρικὸν ἐπετέτραπτο. *Ad præfecti prætorio munus tandem provectus est. Est autem regnum sine purpura: si quidem Illyrici præfectura illi fuit commissa*. Prudentius in procem. Cathem. *Tandem militiæ gradu evectum pietas Principis extulit, Assumptum propius stare jubens ordine proximo*.

Præfecti prætorio Orientis] Theodoretus in religiosa hist. cap. 2. Καί τις ἀνὴρ, μεγίστην ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένος, καὶ τὰς οἷα τὰ πηδάλια κατέχειν πιστευόμενος. *Vir quidam summo præditus magistratu, qui præfecturam gerebat Orientis*.

Sub dispositione præf. præt.] Huic convenit, quod idem Theodoretus scribit: τὸν τῶν μειζόνων ἀρχόντων καταλαβὼν ἄρχοντα, τῶν πλείστων ἐθνῶν προστατεύοντα. D. Hieronymus in epistolam ad Ephes. c. 1. *Quod præfectus* (prætorio) *in parte civili, judicet provincias, & ordinem suum habeat*.

Diœceses] Theodorus Balsamo διοίκησιν interpretatur, τὴν πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ, *l. 1. inf. ut omnes judic. l.3. C. Th. de equor. collat. & tit. prox.inf.*

Præfectus præt. Illyrici] Leo 1. in epist. 84. c. 1. ad Anastas. Tessalonicensem Episc. *Illyrici præfecturam, & sublimissimam inter mundanos apices potestatem*. Vide Eunapii locum supr.

Illyrici] Ἰλλυρικὸν ἔστι τὰ ἔσχατα τῆς νῦν ὀνομαζομένης Βουλγαρίας. Oecumenius in epist. P. ad Rom.

Cassiodorus] 6. 3.

A TIT. XXVII. *De officio præfecti prætorio Africæ, & omni ejusdem diœceseos statu*.

FUit etiam ætate Justiniani alius præfecto prætorio Africæ, quem ipse constituit post multos annos Africa Vandalis liberata, & restituta Romano imperio. Et sub ejus dispositione provinciæ septem Zeugitana, Tripolis, Numidia, Mauritania, & quæ proprie dicitur Africa, sive Proconsularis provincia Carthago, Sardinia insula, & Byzacium, quæ corrupte Sex. Ruso Hieratium, putant plerique, & corrupte appellari Byzantium, quos refellit Eustathius in Dionysium. Septem provincias facit Justinianus, alii sex tantum confusa Zeugitana, & Carthaginensi. Singulis autem provinciis septem idem Justinianus suos
B constituit rectores .i. consulares, vel præsides, Consulares Zeugitanæ, Carthagini, Tripoli, Byzacio, & ad Consularem Byzacii scripta est, *l.1. inf. de offic.Com. rer. pr.* Præsides autem cæteris. Constituit, & duces militares provinciis quinque Tripoli, Byzacio, Numidiæ, Mauritaniæ, Sardiniæ, simul ac definit quid hi omnes pro codicillis dignitatis suæ inferre debeant scriniis sacri laterculi sive palatii, aut pro insinuatione codicillorum scriniis, & officiis præfecti præt. præsides provinciarum, vel scriniis magistri militum duces militares, & quæ commoda, vel stipendia de publico ferant ipsi, vel præf. prætorio, vel homines eorum, scriniarii, cohortales. Sed & hominum numerum statuit, & suam præfecto prætorio, ac cuique duci sedem, & alia pleraque de constituendis militibus limitaneis, & de di-
C sciplina militari: denique de omni statu ejus diœceseos divisæ, sicut dixi, in provincias septem. Fuit & sæculo Justiniani quodam tempore præfectus prætorio Italiæ, de quo *Nov. 69. & 70.*

XXVII. Enarratio.

QUem ipse constituit] *l. 1. §.1. hoc tit.*

Proconsularis provinc. Carthagin.] Rutilius Itiner. 1.

Rex erat ante puer populos proconsule Pœnos.

Salvianus 7. de Gubern. D. de Carthagine: *Illic honor proconsularis, illic quotidianus judex, & rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potentiam, consul*.

D Const. & Duces] *L. 2.*

TIT. XXVIII. *De officio præfecti urbi*.

Vide tit. 12. lib. 1. ff.

SEquuntur tituli de officio præfect. urbi, & de officio magistri militum, quia potestates sunt præfect. prætorianæ pares, *l. 1. inf. de præf. præt. sive urb.* germanæ potestates, *l. advocatos, inf. de advoc. div. jud.* licet in Senatus consessu præfect. urbi cæteris omnibus præferatur, quasi prætorio cedente urbi, ut amplius quoque, & speciosius urbis est nomen, *l. 3. hoc tit. Novell.* 62. Sicut princeps Senatus olim fuit in Senatu dignitate, non potestate major. Hic est ad quem custodia, & cura urbis regiæ totius spectat, & quid-
E quid intra centesimum lapidem admittitur, ultra centesimum præfect. prætorio cognitio est. Hic ad quem spectat cura annonæ, cura excubiarum, cura corporatorum, veluti pistorum, suariorum, boariorum, pecuariorum, qui in certum corpus coacti, & ei corpori quasi servitute quadam obstricti sunt in perpetuum, & cura thermarum, cura venalium rerum, cura spectaculorum ac popularium sive factionum, Venetæ, Prasinæ Albatæ, Russatæ: qua de causa Capitolinus in Pertinace dixit, præf. urbi cum omnibus participasse sermonem. Idem quoque præf. urbi dicitur vice sacra judicare, sicut præfect. prætorio, *l. 11. 16.18.61. Cod. Theod. de appell. l. 2. Cod. Theod. de pac.* Et hunc magi-

magistratum instituisse Augustum Suetonius auctor. A est, & Victor Aurelius.

XXVIII. Enarratio.

De Officio præf. urbi] Vetus lapis : Secundo Urbi Praefecto. Cledonius tamen in Arte, *Præfectus urbis*, inquit, *rationabilius dicitur, quam præfectus urbi, quia nomen est dignitatis, non participium: hoc enim est præfectus, quem Græci ὕπαρχον dicunt, ut videatur præire omnes: non ex eo quod præfectus sit civitati*. Sosipater Charis. 1. Institut. Gramm, *Præfecti alæ & alarum dicuntur, urbis & urbium*. Vide inf. tit. 43.

Præfectus urbi] ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος. Lucianus de morte Peregrini. Nicetæ ἔπαρχος τῆς βασιλίδος πόλεως : ἔπαρχος τῆς πόλεως, Nicephoro Callisto IX. 9. Gal. I. ἀνατομ. ἐγχ. ἐπάρχου τῆς ῥωμαίων πόλεως ἀνδρὸς τὰ πάντα πρωτεύοντος, quem Theophanes ὕπαρχον vocat, & alii, unde constat, quanti faciendum sit discrimen inter ἔπαρχον & ὕπαρχον, quod affert B Matthæus Blastares : ὕπαρχοι λέγονται οἱ τῶν ὑπαρχιῶν ἐξάρχοντες : ἔπαρχος δὲ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως : de quo etiam alibi dixi. Urbs per eminentiam Roma vel Constantinopolis. Glossæ : urbs, πόλις, μόνη Ῥώμη.

Cæteris omnibus præf.] Symmachus 10. 36. *Quis dubitaret eam præfecturam, quæ Romæ superior est cæteris*, &c. Julianus in epit. *Novellæ* 62. *urbicaria præfectura omnibus aliis præsideat dignitatibus .i. antesedeat*. Consideret igitur ante omnes. Vide Cujacium ad *leg.* 1. *inf. de dignitat.* & Sirmondum ad Sidonium lib. 1. epist. 9. C

Hic est ad quem custodia & cura urbis] Cujus fidei urbs commissa est, *l.* 1. *§. initio, ff.* eod. Seneca ep. 83. *L. Piso urbis custos* : & mox *officium tamen suum quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit*. Juvenalis Sat. 13. *Quæ custos Gallicus urbis*, &c. vetus Scholiastes : *Nomen præfecti Vigilum*. Imo præfectus urbis, ut puto. Statius Papinius Soteriis pro Rutilio Gallico lib. 1. Sylvar.

Quem penes intrepidæ mitis custodia Romæ.

Et quicquid intra centes. lap. admitt.] *L.* 1. *§.* 1. *ff.* eod. Dio lib. 52. μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων. Cassiodorus 6. 4. *Ditioni tuæ non solum Roma commissa est (quamvis in illa contineantur universa (verumetiam intra centesimum milliarium potestatem te protendere, antiqua jura voluerunt*. Vide Cypriani epist. 82. D Symmachi epist. 123. libro 9. Sed & idem scribit ad præfecturam urbanam civilium rerum summam pertinere, epist. 30. libri 9.

Hic ad quem spectat cura annonæ] *L.* 1. *hoc t.* sub dispositione præf. urbi erat præfectus annonæ, ut est in Notitia dignitatum. Vide Zonar. in Theoph.

Cura excubiarum] Urbanæ cohortes, quibus urbis custodia commissa erat, excubias agebant, eis præerat præfectus urbi, sub cujus dispositione erat præfectus vigilum, in d. Notitia. Urbanicianos milites Græci ἀστικοὺς appellant. Basilius Seleuciæ 1. de vita S. Theclæ : στρατιώτης δὲ ἦν τις ἀστικός.

Cura corporatorum] *L. pen. hoc tit.* De corporatis, vide Cujacium ad *tit. de navicul. l.* 6. *& ad titul. de privileg. corporat. urb. Rom.* lib. 11. E

Velut pistorum] De his vide inf. tit. 16. lib. 11.

Suariorum] Suarii sunt χοιρέμποροι in Basilic.

Porcinarii in *l.* 1. *inf. de sua.*] Forum suarium, *d. l.* 1. *§.* 5. sub dispositione præfecti urbi tribunus fori suarii, in Notitia.

Boariorum] Negotiatores boarii, in veteri inscriptione.

Pecuariorum] Qui pecuariam negotiationem exercebant. Junius Columella 8. de re R. cap. 1.

Thermarum] Cassiodorus 6. 4. in form. præfecturæ urb. *Habes copiose unde tibi gratiam tantæ civitatis acquiras : si merces diversæ sub nulla venalitate vendantur : si exhibitio salubriter accensa thermarum, rapinarum ardoribus non tepescat.*

Cura venalium rerum] Cura carnis omnis, ut justo pretio præbeatur, d. §. 5. Censores à Cesare creatos qui statuerent pretia rerum venalium scribit Appianus. Julianus in Misopog. scribit se rei cuique modicum pretium statuisse.

Cura spectacul. & pop.] *d. l.* 1. *§. quiét* quoque Cujacius populares ibi accipit pro factionibus agitatorum, ut & in *l.* 2. *& 4. hoc tit.* Vide Observ. libro 8. 29. & ad hos populares pertinere videtur Tertulliani locus in libro de Spectaculis capite 3. *Nam apud spectacula, & in via statur. Vias enim vocant, & cardines balteorum per ambitum, & discrimina popularium per proclivum*: vide Cassiodorum lib. 1. 32. Casaubonus autem apud Capitolinum in Marco Antonino, & in *d. §.* 6. populares accipit pro turba populi. Inquiramus amplius. Ulpianus ait : *Quies quoque popularium*, &c. De stationariis Tacitus Ann. 13. 24. Milites scilicet stationarii ludis assidebant, ut theatralem licentiam, & inconditam populi turbam cohiberent, Nescio an & ipsi milites dicti populares. In Glossario Latinogræco populares exponuntur στρατιῶται. Vetus Juvenalis Scholiastes ad vers. 11. Sat. 7. *Popularibus, armatis militibus.*

Dicitur vice sacra judic.] Vetus inscriptio :

Castalius Inno
Centius audax v. c.
Praefectus urbis
Vice sacra iudicans; &c.

Alia : Caecina Decius Albinus. v. c. praefectus urbi. vice sacra iudicans. Vide Cujac. ad *l. in causæ* 16. *ff. de minor.*

Sicut præf. præt.] Cassiodorus 6. 3. *Potestate igitur nulla dignitas est æqualis : vice sacra ubique judicat.* Vide Cujacium Observ. lib. 16. 2.

Suetonius auctor est] Augusti cap. 37.

Et Victor Aurelius] Ineditus, opinor; qui penes Cujacium fuit, cujúsque auctoritate interdum ipse utitur.

TIT. XXIX. *De officio magistri militum.*

Quæ potestas est præf. præt. in privatos & in præsides provinciarum, eadem est magistri militiæ in militum sive equitum, sive peditum, sive utriusque milites, & in duces, vel comites militares singularum provinciarum, & inter privatum actorem & reum militarem, *l. pen. inf. de jud. l. pen. inf. de jurisd.* ut è contrario præf. prætorio, vel alterius civilia magistratus inter militarem actorem & privatum reum, ut olim prætoris urbani inter peregrinum actorem & civem reum, prætoris peregrini inter civem actorem & peregrinum reum, quia actor sequitur forum rei. Et auctore Zosimo : primus Constantinus magistros militum fecit à præf. prætorio in eos translata disciplina militari, quæ scilicet olim ad præf. prætorio pertinebat : perinde atque annonarum erogatio. Sic præf. prætorio auctoritatem etiam imminuit aucto eorum numero, & factis patriciis, qui ante nulli fuerant, qui præf. prætorio antecederent.

XXIX. Enarratio.

Eadem est magistri militum.] Qui στρατηλάτης à Græcis dicitur. S. Basil. Epist. 370. Metaphrastes Sept. in Eustathio: ἀρχὴν τῶν στρατιωτικῶν ἐγνωρίζετο καταλόγων: & mox: στρατηλάτην τοῦτον ἡ ῥωμαίων οἱ δὲ γλῶσσα καλεῖ. Andræas Cretensis in S. Georgium: ὡς Ἀνατόλιον καὶ Πρωτολέοντα τοὺς στρατηλάτας : ut Anatolium, & Protoleonem magistros militum. Joannes Thetzea Chil. 3. hist. 88. οὗτος Βελισάριος ὁ στρατηγὸς ὁ μέγας Ἰουστινιανοῦ ὢν ἐν χρόνοις στρατηλάτης. Hic Belisarius dux magnus Justiniani temporibus magister militum. Glossæ Græcol. στρατηλάτης, magister militum. v. Gloss. ad Cedrenum.

Sive

Sive peditum, sive equitum] Zosimus libro 11. στρατηλάτας καταστήσας τὸν μὲν τῆς ἵππου, τὸν δὲ τῶν πεζῶν: A Pæanius Eutropii metaphr. μάγιστρος τῶν ἱππέων Excerpta ex vett. Lex *magister equitum* ἵππαρχος.

Sive utriusque militiæ] Vetus inscriptio.

MAGISTRO UTRIUSQUE MILITIAE. Εκατέρας δυνάμεως στρατηγός Zosimus 5. Sidon. Carm. 2. *utrique magister militiæ*. Penes magistros militum tutius militiæ magisterium erat.

In milit.] *L. 1. hoc tit.*

In Duc. vel Com.] v. infra tit. 45.

Ut olim prætoris urb.] Vide Theophilum nostrum libro 1. tit. 2. §. 7.

Et auctore Zosimo] Libro 22.

A præf. præt.] Quem & exercitus duxisse significat Julius Capitolinus in M. Antonio, ubi de Furio Victo- B rino præf. prætorio.

Perinde atque annonarum] D. Hieronymus in cap. 23. Ezech. *Qui principes equitum, peditumque erant, & tributorum, quos nos magistros utriusque militiæ, & præfectos annonarii tituli nominamus* Cassiod. 6. 3. in form. PP. *Palatium sua provisione sustentat: servientibus nobis procurat annonas.*

Qui præf. præt. anteced.] Zos. d. libro 11.

TIT. XXX. *De officio quæstoris.*

Vide tit. 13. lib. 1. ff.

MAgisteriæ potestatis partem sibi quæstura vindicat: nam quæ beneficia olim permittebant C arbitrio magistri militum, veluti tribunatus, præfecturæ, præposituræ numerorum, aut castrorum, ea modo sub cura sunt, & sollicitudine quæstoris, & scrinio memoriæ, atque etiam reliquæ omnes dignitates, officia, conditiones, curæ minoris laterculi civiles, aut militares adjuncta subscriptione principis. Laterculum minus est liber, sive abacus, & notitia dignitatum administrationumque minorum, ducto nomine à quadrata figura, quasi πλινθίς, Gallico interpreti, *le petit roule*: Latereulum majus est notitia majorum, quod fuit sub cura, & dispositione viri spectabilis primicerii notariorum, idque depictum videmus sub primicerio notariorum in ea notitia laterculoque veteri dignitatum, quam Andreas Alciatus, & pleniorem B. Rhenanus luci restituerunt. Per quæstorem igitur princeps D largitur honores minoris laterculi, per primicerium tribunorum, & notariorum honores majoris: & in formulis Cassiodori idem sit Comes sacrarum largitionum simul, & primicerius notariorum, ut per eundem princeps largiatur, & pecunias suas, & honores. Verum non illud præcipuum tamen quæstoris munus fuit, sed leges dictare, precibus respondere, consilia dare principi, qua ex re à Symmacho dicitur precum arbiter, legum conditor, & à Cassiodoro quæstura dignitas literarum, quod ea scilicet, literatis tantum deferatur jurisque peritis lib. 1. Var. & alibi, quæstor sive os principis, imago principis, vox legum, custos legum, & in *Nov. Valentiniani de hom. ca. fac.* justitiæ, & legum custos, thesaurus famæ publicæ, armarium legum. Idem postea μέγας λογοθέτης appellatus est, & E novissime Cancellarius, ut Nicetas scribit 7. Annal. Cur vero huic dignitati, aut quomodo quæstoris nomen inditum sit, quod ad eos proprie pertinet, qui ærario præsunt, si quæras, dicam assumptos primum ex plebe ut præfectos prætorio, ita homines literatos fuisse, qui orationes, epistolas, libellos principis in Senatu recitarent, initio Candidatos Cæsaris dictos *l. 1. ff. eod.* sed cum non esset eis ingressus in Senatum, utpote plebeiis, licet pecuniam publicam non curarent, donati sunt honore, & titulo Quæstorum, ut hoc honore freti ingrederentur in Senatum: erat enim quæstura, ut Asconius ait, primus gradus in Senatum: ac post crescente eorum auctoritate, jamque non recitantibus tantum; sed & componentibus eis Orationes, rescripta, leges vice principis, idem Quæstorum nomen retinuerunt.

Tom. II. Prior.

XXX. ENARRATIO.

EA modo sub cura] *L. 1. 2. & 3. hoc tit.*

Minoris laterculi] Hujus meminit Notitia Imperii.

Liber sive Abacus] D. Hieronymus in Ezech. c. 4. *Pro latere, qui Græce dicitur genere fœminino πλινθίς, Symmachus manifestius interpretatus est πλινθίον, quem nos laterculum, & abacum appellare possumus.*

Laterculum] Aldhelmus de laudibus virginitatis: *Nec laterculo dinumerari, nec calculo computari ullatenus vales.* Vide Cujacium ad *l. 13. C. de promix. sacr. scrin.* & ad *Novell. 8.* Dixi ad Cedrenum.

Cassiodiuri] Libro 6. 7.

Leges dictare, precibus resp.] *Sub Quæstoris dispositione leges dictandæ preces.* Notitia Imperii sectione 41. Zosimus 5. Σαλλοῦστιος ὁ τῷ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοιαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι. Quem Sozomenus histor. Ecclesiast. lib. 6. 13. τὸν ἐπὶ τοῖς γραμματεῦσι τῶν θεσμῶν τεταγμένον, vocat, eum Cassiodorus *Quæstorem*, interpretatur hist. Trip. libro 9. An Quæstorem intelligit Eunapius in Chrysantio his verbis: ὅς γε νομοθετικὴν ἔχων δύναμιν παρὰ τῶν τότε βασιλευόντων ἐπιτετραμμένος. Claudianus de consul. Manl. Theodori paneg.

--- terris edicta daturus.
Supplicibus responsa venis oracula Regis
Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam
Majestas meminit sese Romana locutam.

Corippus in laudem Justini.

--- leges & jura gubernans,
Justitiæ vindex. &:
Quæstor Anastasius sancti pars magna Senatus;
Compositor morum, juris legumque sacerdos:

Procopius in arcana: ὅταν πρὸς αὐτὸν βλέψειε ὁ τῷ τῆς κοιαίστωρος ἔχοντι τιμῇ ὥσπερ εἰώθει ἐπιστέλλειν οἴεσθαι, ἀλλὰ &c. V. Julianum Ant. N. 47.

Consilia dare Principi] Cassiodorus v. Var. 4. Græci ad *l. 30. ff. de excusat. tut.* Verba hæc, *Jurisperiti in consilium Principis adsumpti* sic interpretatur: οἱ νόμιμοι ἔμπειροι οἱ γενόμενοι σύμβουλοι βασιλέως, τουτέστι κοιαίστωρες. *Jurisperiti si fiant consiliarii Principis*, id est, *Quæstores*. Quæstor adsidebat Principi. Cass. 1. 13. *Quæstor lateri Cæsaris adhærens.*

A Symm.] Libro 1. 17. Idem lib. 4. 50. *Quid quod te magis Quæsturæ honos, & condendarum sanctionum usus excoluit?*

Et à Cassiod. dign. liter.] Libro 1. 12. & lib. v. 4.

Jurisq. perit.] Cassiod. 9. 24.

Os principis στόμα βασιλέως in epigr. Poetæ incerti Anthol. 4. 19. Rutilius Itin. 1.

Primævus meruit Principis ore loqui.

Cassiod. 6. 5. *Quæsturam toto corde recipimus, quam nostræ linguæ vocem esse censemus.*

Sidonius Apollinarius] In Panegyrico Majoriani: *Cujus dignatus ab ore Cæsar in orbe loqui, licet & Quæstore diserto Polleat.* & libro 8. epistolar. 3. *Sepone pauxillulum conclamatissimas declamationes, quas oris regii vice conficis.*

Imago Principis] Idem Cassiodorus d. form. 5. *Talem denique oportet esse Quæstorem, qualem portare Principis decet imaginem.*

Vox legum] Idem Cassiodorus lib. 8. 13. *Vox legum diceris, dum nos jura condimus.* Ita legit Fornerius: vetus epigramma in collectione Pithœana:

Cujus in orbe fui vox legum.

Sic legit Juretus: vide Theophylacti Simocattæ hist. libro 1. cap. 1.

Custos legum] Cass. 8. 14.

Armarium legum] Cassiodorus 6. 5.

E , Μέγας

Μέγας λογοθέτ.] Vide Cujacium ad *l. 2. C. de petit. bon. sup. & l. ult. C. de discussor.* Joannes Cinnamus histor. libro 4. Κομισθεὶς τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γουλιέλμου ἀντιζηλεύω συγγεγονὼς, ὃν λογοθέτην ἄν τις εἴποι Ἑλλάδι ζων φωνῇ, &. *Tum & aliis se comitibus conjungens, & Guslielmi Cancellario, quem Logothetam Græce dixeris.*

Et novissime Cancellarius] Fulgentius serm. 53. *Gabriel illustris palatii cœlestis Cancellarius adstipulatur.* Cujus hodie in Gallia suprema dignitas est, & fuit olim in Anglia. Petrus Cellensis lib. 1. epist. ultim. ad Thomam Cancellarium: *Secundum post Regem in quatuor regnis quis te ignorat?* Ut apud Græcos δευτερεύων. D. Hieronymus in Ezechielem cap. 23. *Tristatæ nomen est apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem:* vide Cedrenum p. 104. edit. Regiæ.

Qui ærario præsunt] Dicti ab eo quod inquirendæ, & conservandæ pecuniæ causa creati erant, *l. 2. §. deinde. ff. de orig. jur.* sive à genere quærendi, ut est in *l. un. ff. hoc tit.* Ascon. Ped. in Ver. de præt. urb. *Quæstores urbani ærarium curabant, ejusque pecunias expensas & acceptas in tabulas publicas referre consueverant.* Glossæ: *Quæstor*, ταμίας.

Candidatos dictos] Ælius Lampridius in Alexandro: vide Ludov. Carrionem emend. lib. 2. cap. 6.

Ut Asconius ait] In divinat.

Primus gradus in Senatum] Julius Capitolinus in Vero: *In Senatu ante Quæsturam non sedit.*

Orat.] Sueton. Tacit. Spartianus.

Quæst. nomen retin.] Quæstores sacri palatii dicuntur in *Novel.* 50. & in proœmio Inst. ex quæstore sacri palatii, quæstura functus.

TIT. XXXI. *De officio magistri officiorum.*

ET hic quoque videtur ex militari magisterio partem adeptus non inferior quæstore: Nam & uterque illustris, & ex quæstore plerumque magister officiorum fit, ut Cassiodori formulæ docent, vel etiam unus idemque simul utroque honore fungitur: & officium magistri officiorum honor est jurisconsulti, sicut quæstoris officium, & philosophi. Nam & quæstori aderat, ut idem Cassiodorus ait, & disciplina morum ad eum in palatio pertinebat, quasi judicem & magistrum officiorum aulicorum, quales sunt cubicularii, *l. 3. inf. de præb. sac. cub.* castrensiani & ministeriani, *l. 3. & 4. inf. de cast. & min.* silentiarii, *lege 4. inf. de silent.* decani, *l. 2. inf. de decan.* qui omnes obsequio, & ministerio principis dedicati erant: denique magister officiorum, est magister τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων (sic lego in Theodosio Sudæ) vel ut Theodoritus ait, ἡγούμενος τῶν βασιλείων. Sed & Senatores in consistorium inducit, gloriosus, ut idem Cassiodorus ait, donator aulici consistorii, quasi alter Lucifer. Nam sicut ille venturum diem promittit, sic iste desiderantibus vultus regiæ serenitatis attribuit. Et curam gerit cursus publici, *l. 9. inf. de cur. pub.* Curiosos cursus publici curagendariosque constituit ex schola agentium in rebus, ex qua etiam sibi officiales assumit: qua de causa magisterianos ubi legis, agentes in rebus semper interpretare licet, sive officiales magistri officiorum. Hoc autem ex militari jurisdictione habet quod sub cura & jurisdictione ejus sint fabricæ armorum & fabricenses, & limites ac limitanei milites, & scholares omnes, qui milites supernumerarii sunt taxati in XI. scholis, ut ait *l. ultim. inf. de loc.* videlicet si his adnumeres fabricenses, & agentes in rebus.

XXXI. ENARRATIO.

NOn inferior Quæst.] Ejus adeo crevit auctoritas, ut ipsi quoque Imperatorum filii hoc titulo ornarentur. Constantinus Porphyrog. de vita & gestis Basilii Macedonis Imp. cap. 16. εἰσποιεῖται τοῦτον ὁ βασιλεύς: ἐτύγχανε γὰρ καθάπαξ οἰκείας γονῆς ἀμοιρῶν καὶ τοῖς τῶν μαγίστρων ἐπιλάμπει τιμῆς ἀξιοῖ. *Eundem Imperator pro filio, quod nullos ipse liberos haberet, adoptat, & Magistrorum præfulgente dignitate condecorat.*

Uterque illustris] Quæstor est illustris, *l. 2. hoc tit.* & magister officiorum. Notitia Imperii: *Officium viri illustris magistri officiorum.*

Ut Cassiodori form. doc.] Lib. VI. 6.

Vel etiam unus idemque simul] Corippus in Panegyrico Anastasii Quæstoris & magistri:

Quæstor Anastasi, quem Christi munere fidum
Cognovit Princeps, geminoque ornavit honore.

Idem Cassiod. ait] d. libro VI. 6.

Est magister τῶν ἐν τῇ αὐλῇ.] Zosimus libro 2. & 3. Zonaras in Constantio. Priscus de Legationibus: κατὰ τὰ βασιλέων βουλὰς ὁ μαγιστρὸς κοινωνὸς διὰ δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων καὶ στρατιωτῶν ἀμφὶ τὴν βασίλειαν φυλακὴν ἐπ' αὐτὸν ταττομένων. *Omnium Imperatoris consiliorum magister est particeps. Sub cujus cura sunt tabellarii, interpretes, & qui Palatii custodiæ deputati sunt.*

Vel ut Theodor.] Libro 5. capite 19. Procopius libro 11. τῶν ἐν παλατίῳ ταγμάτων ἀρχηγὸς Κέλερ. μάγιστρον Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν καλοῦν νενομίκασιν & κατ' ἐξοχὴν igitur μάγιστρος, ut Basilii ep. 416. Vide, quæ diximus in Gloss. ad Cedrenum: & Constant. Manass. & in Institut. in princ. Vide Glossar. in Cedrenum in v. μάγιστρος, & Glossar. in Theophylact. Simocat. in v. μαγιστερία ἀρχή. Raro autem magisteria simpliciter, ut in *l. jubemus 16. C. de erogat. militat. ann.*

Notitia, d. sectione 9. cui adde *leg. 2. C. de fabricens.*

Fabricenses] Vide Gloss. in Cedren. in v. φαβρικήσιοι.

Limitanei milites] Magister militum quotannis significare debet Principi quemadmodum castrorum & clusurarum cura procedat, *l. 4. hoc tit.* Sic ibi legendum Clusuræ sunt angustiores aditus in finibus Imperii, quibus arceantur hostes. Theophan. in Heraclio, Anna Comm. Alexiad. lib. 5. & lib. 10. Ducas hist. Byzant. cap. 18. Clusuris præfectus, κλεισουράρχης. Continuator Theophan. in Romano Constant. F. V. Gloss. ad Cedr. Nicetam, & in vet. inscriptione.

Africam] Notitia sect. 34. & 44.

Sortito mittuntur] Proconsules provincias sortiebantur antiquo more, qui in Republ. obtinebat, Sueton. Augusti cap. 47. Tacitus Ann. 15. cap. 19. Symmach. 1. epist. ult. Strabo lib. 4.

Quas ipse sibi recepit] Quas ipse regendas suscepit.

Ut idem Cassiod. ait] dicta epistola 6.

Curiosos cursus] Notitia Imperii R. sect. 9. *l. 1. hoc tit.* vide Cujacium ad tit. de curios. S. Athanasius in Apologia 2. ἐπιδεδώκαμεν καὶ Παλλαδίῳ, καὶ κουριόσῳ τῷ Αὐγούστου: male editur, κουριόσῳ: & ibid. extat epistolæ inscriptio ejusmodi: φλαβίῳ φιλαγρίῳ καὶ φλαβίῳ Παλλαδίῳ δουκηναρίῳ παλατίνῳ κουριόσῳ: vide Suidam & Firmicum pag. 76. Coriosus Imperatoris tomo 1. Concil. p. 379. & Not. ad tom. 4. Chrysost. p. 58.

Curagendariosque.] Vide Cujacium ad *tit. de princip. ag. in reb. l. 5. & ad d. tit. de curios. l. 1.* Curiosi dicuntur etiam curagendarii, *l. 1. C. Theod. de Curios.* Curagendarios videtur intelligere S. Athanas. in epist. ad Luciferum Caralitanum: *Quid enim non faciunt Ariani? itinera observant, curas agunt de proficiscentibus & exeuntibus de civitate.*

Agentes in reb.] Glossæ *agens in rebus*, μαγιστριανός. In *l. 1. tit. 25. lib. 3.* qui dicuntur agentes in rebus, μαγιστριανοὶ sunt in Bas. libro 7. tit. 5. cap. 93. Adde Michaelem Glycam pag. 274. edit. Regiæ, & quæ diximus in Gloss. ad Cedrenum.

Sive off. mag. off.] Hos intelligit Sanctus Hilarius in fragm. ex opere historico: *Palatium ser-*

vet, *Episcopi circumcursant*, *officiales magistri voli-tant*.

Fabricæ armorum] vide Cujacium ad Novellam 85. de armis.

T I T. XXXII. *De officio comitis sacrarum largitionum*.

SEquuntur alii magistratos sive dignitates illustres. Comes sacrarum largitionum est is cui gubernandi committuntur thesauri majestatis Imperatoriæ, quos largitiones dicimus & remunerationes plausibili vocabulo, & dignitatem ipsam Comitis munerariam dignitatem, Cassiodorus, quasi muneribus porgissimum & liberalitatibus exercendis thesauri imperii destinati sint, quamvis & in alias plerasque res insumantur, & omnino talis est Comes sacrarum largitionum, qualis præfectus ærario olim, vel etiam dispensator, qui à Papinio demonstratur his verbis: *Iam creditur uni sanctarum digestus opum, partaque per omnes divitiæ populos* &c. & à Numatiano illo loco: *Opum curam*, *quamvis sit magna*, *sacrarum*. Præfecti nomen mutatum est in Comitis nomen, quod & omnibus magistratibus datum est, qui sacrum comitatum observarent, vel qui ex eo prodirent, & inde nomen postea porrectum est ad omnes, qui cui negotio præpositi essent, veluti ad navarchum apud Eustathium in Homerum, & Sudæ quoque generaliter definitur Comes, ὁ λαοῦ ἄρχων: *populi judex* quilibet. Porrò in thesauris sive opibus imperii numeramus etiam vestiarium & ornamenta imperialia; quà de causa non tantum speciales quidam Comites largitionum diffusi per diœceses, & comites metallorum, & rationales summarum, præpositi thesaurorum, procuratores monetarum, quandoquidem & Comiti sacrarum largitionum curæ est, ut idem Papinius ait, *quæ divum in vultus igni formanda liquescat Massa*, *quid Ausoniæ scriptum crepet igne monetæ*: non, inquam, hi tantum erant sub dispositione viri illustris Comitis sacrarum largitionum, sed etiam procuratores gynecæorum .i. textrinorum sacrorum, & procuratores baphiorum .i. tincturarum pretiosi muricis, & procuratores linificiorum, & præpositi barbaricariorum .i. phrygionum, & præpositi bastagarum, qui scilicet curant sacris largitionibus, sive ærario sacro perferri canones collationesque solemnes.

XXXII. E N A R R A T I O.

DIgnitates Illustres] Notitia Imperii R. sect. 10. *Sub dispositione viri illustris Comitis sacrarum largitionum*. Ennodius 3. epist. 21. *Ab illustri viro sacrarum comite*.

Comes sacr. larg.] Zosimus 5. Πετρώνιος ὁ τῶν θησαυρῶν προεστώς. Julianus Imp. in Misopogone: οἱ ἐπιτροπεύσαντες τοὺς θησαυροὺς ὁμοῦ: κόμης τῶν θησαυρῶν: *comes thesaurorum*. S. Basilius in epistol. 84. ad Sophronium: & simpliciter *Comes sacrarum & magister*, auctor incertus in Excerptis de Constantino M. *Comes sacrarum*, auctor vitæ sancti Clementis Episcopi. Ennodius supr. Notitia sect. 34. κόμης σακρῶν, in sacra Imp. ad Synod. Extat autem in actis conciliabuli quod insequitur Concilio Ephesino.

Thesauri majest. Imp.] Julius Firmicus Matt. 3. c. 8. *Facit etiam magnis rationibus præpositos*, *talesque qui facultates regias prompta dispositione sustentent*, *& qui omnes redditus regios*, *thesaurosque suæ habeant fidei dispositionique commissos*.

Quos largitiones dic.] Vide infr. tit. 33.

Et remunerationes] *L. Palatinos* 10. *Cod. de Palatin. sacr. larg. libro* 12. *Cod. l. C. c. de commeatu*, *lib. eod.* vet. inscript.

Munerariam dignit. Cassiod.] Libro VI. 7.

Qualis præf. ær.] Qui olim præfectus ærario, posteriorum Impp. ævo comes sacrarum largitionum vocatus.

Vel etiam dispensator] De dispensatore rationis privatæ vetus inscriptio apud Gruter.

A Papinio] Libro 3. Sylv. in lachr. Etrusci.

Et à Numat.] Rutilio Num. Itin. libro 1. & à Claudiano in Paneg. de Manlii Theodori cons.

Hinc sacræ mandantur opes orbisque tributa.

Possessi. Vide Cujacium ad *l.* 9. *de jur. fisc.* & dicta à nobis tit. seq.

Qui sacrum comit.] Fortunatos 3. de vita S. Martini: *Tum pia causa sacrum ad comitatum compulit ire*. Comitatum Principis.

Apud Eustathium in Hom.] Il. α. πανάρχον τὸν τοιοῦτον φασίν: οἷον δ' ἂν τοιοῦτος, ὁ καὶ κόμης παρὰ τοῖς ὕστερον.

Populi judex quilibet.] Manuel Moschop. περὶ σχεδ. κόμης, ἀξίωμα. Hesychius: κόμης, ἄρχων ἢ ἡγεμών.

Vestiarium] Vide Cujacium ad *l. ultim. C. de discuss.* Hinc Comes vestiarii. Notitia Imp. sect. 42. Notavi alibi vestes à Græcis recentioribus βέστια dici, ex Moschopulo ἐν τῇ τῶν ἀττικῶν ὀνομάτων συλλογῇ: & βεστιάριον accipi pro loco in quo reponuntur vestes: hic autem vestiarium accipit pro ipsis vestibus, ut in *l.* 4. *ff. de alim. legat.*

Diffusi per diœces.] Notitia Imp. R. sect. 10. *Sub dispositione Com. sacr. larg. Comites largitionum per omnes diœceses*.

Comites metallorum] Notitia in d. sect. 10. Hinc Comites largitionum Italicarum. Notitia sect. 42. *sub disp. Com. sacr. larg. Præfecti thesaurorum*, *Comes metallor. per Illyricum*, *Comes & Rationalis summarum Ægypti*, *procuratores gynecæorum*, *procuratores baphiorum*, *procuratores monetarum*, *præpositi bastagarum*, *procuratores linificiorum*.

Vide sup. in Comites met.

Sub disposit.] V. Not. sect. 10. & 42.

Ut idem Papinius ait,] Loco supra cit.

Textrinorum sacrorum] Firmicus Matheseos 3. c. 7. *Regiis textrinis faciet præpositos esse*, *vel præfectos*.

Procuratores baph.] De procuratoribus gynecæorum & baphiorum Cujac. ad titulum *de murileg. & gynec. l.* 2. v. Hermiam v. 14.

Pretiosi muricis] Purpuræ Imperatorum propriæ. ἐπίτροπος τῆς τύρου ἁλουργοῦ βαφῆς. Citat. Cujac. ad *d. l.* 2. procuratores textrini Tyrii.

Procuratores linificiorum] τῶν λινουφείων, linyphiorum. v. in Comites metall.

Præpositi barbaricariorum] Vide Cujacium ad titulum de excusat. artific. Locus Donati quem citat, hodie legitur hoc modo: *Barbaricarii dicuntur*, *qui auro & variis filis hominum*, *& aliarum rerum figuras exprimunt aut pingentes*.

Id est phrygionum] Servius in illud 11. Æneidos, *Pictus acu tunicas*, &c. *Pictus tunicas*, *pictus crurum barbara tegmina*, *id est*, *habebat vestem Phrygionis arte perfectam*. Vide Salmasium in Vopisci Carum, Car. &c.

Præpositi bastagarum] Bastagarii serviunt vecturæ rerum ad sacrum ærarium pertinentium. Cujacius ad *l.* 4. *dicto titulo de murileg.* & βασταγία sunt χρηματιστῆρες Eustathio ad Il. λ. p. 828. edit. Rom. sect. 43.

T I T. XXXIII. *De officio comitis rerum privatarum*.

UTerque Comes ab Imperatore significatur his verbis in *l.* 3. *infr. ubi Sen. vel cl.* Cui nostra serenitas sacros nostri numinis thesauros, aut res privatas nostræ pietatis gubernandas injunxit. Ille qui thesauros gubernat opesque fiscales, Comes est sacrarum largitionum, qui à Græcis Comes δαψιλειῶν, ἤτοι παροχῶν. Ille qui propriam substantiam sive patrimonium principis, sive dominicam & divinam do-

mum, Comes rerum privatarum, quæ honestantur et am A largitionum nomine, *l. properandum, §. sin autem utraque, inf. de jud. l. ult. inf. de adsess.* Paulinus in Eucharistico: *Nomine privatæ Comitivam largitionis dans mihi, quam sciret nullo subsistere censu.* Bona igitur principis, aut fiscalia sunt, aut patrimonialia, & utraque propria aut quasi propria & privata principis. Nam ita est scriptum in *l. 1. ff. ne quid in loc. pub.* res fiscales, quasi proprias & privatas principis esse: & quod vulgo dicitur, omnia esse principis, id interpretatur recte, *l. 3. inf. de quadr. præsc.* ut omnia .i. tam fiscalia quam patrimonialia principis esse intelligantur. Quæ privati possident, sunt in Imperio principis. Propria bona, quæ princeps possidet, in patrimonio & dominio principis. Fiscalia quasi in patrimonio, proprie in patrimonio principis non sunt: B hæc enim in heredem principis non transeunt, patrimonialia transeunt in heredem, vel in bon. possessorem, etiamsi non successerit in Imperio, *l. 36. ff. de leg. 2.* fiscalium rerum est commercium, *l. pacta §. ult. ff. de contr. empt.* Patrimonialium non item, *l. 39. §. ult. ff. de leg. 1.* Denique ex hac bonorum diversitate facti sunt duo Comites, unus qui præesset fiscali substantiæ, alter qui propriæ: hic Comes rerum privatarum dicitur frequentius, ille Comes sacrarum largitionum: facti etiam inde sunt alii palatini largitionales, alii privatiani, qui huic vel illi Comiti obsequuntur. Tres tantum sunt sub hoc titulo Constitutiones Latinæ, nulla Græca desideratur, & quæ à me adnotata est, l. 7. *inf. de delat.* secundum locum occupat *inf. tit. de off. div. jud.*

XXXIII. Enarratio. C

OPesque fiscales] Julius Firmicus Mathes. libro 3. cap. 6. *Fisco præpositos, aut fisci patronos.*

Comes est sacrarum largit. κόμης τῶν θείων λαργιτιόνων. Cyrillus in epistola ad Theopemptum, quæ extat in Concilio Ephesino.

Comes δαψιλῆς οἰκίας.] Vide Scholiast. Basil. quem adducimus tit. seq. Menander Protector in Excerptis de legationibus libro 11. ἡνίκα ταῦτα τοῦ βασιλέως ἀναμιμνήσκων θησαυρῶν: οἵ γε ἀπὸ τῆς δαψιλείας τῇ Ῥωμαίων προσαγορεύονται φωνῇ λάργοις (lege λάργων) γὰρ οἱ Λατῖνοι τὸ δαψιλὲς ὀνομάζουσιν.

Patrimonium princ.] Vetus epigramma in collectione Petri Pithoei:

Aulica quippe Comes rexit patrimonia clarus. D

Comes rerum privat.] Corippus de Laudib. Justini min. *Nos quæ tua sunt privata vocamus:* & Comitem igitur privatorum. Zosimus libro 4. τῇ τῶν βασιλικῶν ἐφεστὼς ταμιείων φροντίδι: & libro 5. ὁ τῶν ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ἀνηκόντων ταμιείων προβεβλημένος. Procopius in Arcanis: ὁ ἐπίτροπος τῆς βασιλέως οὐσίας ἰδίας: *Procurator privatæ principis substantiæ.* Ut in Veteri inscriptione, ἐπιτρόπῳ πριβάτης: scilicet οὐσίας. *Procuratori rei privatæ:* κόμης τῶν θείων πριβάτων, in actione 1. Concilii Chalcedonensis, κόμης πριβάτων, Sanctus Basilius in epist. 415. & 423. Adde locum Theodoreti, quem adfert Cujacius ad *l. 9. inf. de jur. fisc.* Qui posteriorum Imperatorum ævo λογοθέτης οἰκειακῶν. Glossæ Nomicæ: κόμης τῶν πριβάτων, ὁ νῦν λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν. Georgius Pachimerius in hist. τοῦ μεγάλου λογοθέτου τῶν οἰκειακῶν. E Codinus de offic. cap. 11.

Quæ honestatur etiam largit. nom.] Glossæ Nomicæ: λαργιτιῶνες εἰσὶ δύο, τὰ σάκρα, καὶ τὰ πριβάτα.

Id est, tam fiscalia] Vide Observ. 15. 30. Vide quæ diximus ad Theophilum, & adde hunc Agapeti: κύριος μὲν πάντων ἐστὶν ὁ βασιλεὺς *Imperator omnium quidem dominus est.* Quod quemadmodum intelligendum sit, docent Notæ nostræ in Theophilum.

Palatini largitionales, &c.] Apparitores Comitum, de quibus Cujac. ad tit. *Cod. de palat. sacr. largit.* & ad *tit. de privileg. eor. qui in sacr. pal. milit. lib. 12.*

Obsequuntur] Ut in *l. 7. C. Th. eod. privatis largitionibus obsecundant.*

TIT. XXXIV. *De officio comitis sacri patrimonii.*

AT rursus duplex est patrimonium, privatum de quo superior, & sacrum, de quo hic titulus: atque ita separatum legitur unum ab altero in edicto Justiniani 4. & 8. & in formulis Cassiodori. Quod attente observandum est: alioquin prima specie idem videretur esse Comes rerum privatarum & Comes sacri patrimonii. Sed duo plane sunt diversi Comites. Et Comes rerum privatarum, ut dixi, gubernat privatam principis substantiam, per rationales, scilicet præpositos, procuratores, atque etiam Comites quosdam speciales. Comes patrimonii sacri est veluti procurator penus, qui regias, ut Cassiodorus ait VI. epulas sollicita ordina- B tione disponit, judex aulici apparatus & epularum, cui ut idem significat lib. 12. commissæ sunt apothecæ, vel enthecæ aulicæ, & putem cellario principis dicatorum prædiorum in Cappadocia proventus quoque ad eum rediisse. Tres igitur erant principis περιουσίαι, quod & Græci interpretes notant, largitiones, privatæ, patrimoniales. Et hic quidem titulus nullam habuit Latinam, Græcam habuit Constitutionem, quæ desideratur.

XXXIV. Enarratio.

IN formulis Cassiodor.] Lib. 6. 7. 8. & 9.

Per rationales] Notitia Imp. R. *sub dispositione Comitis rerum privatarum, Rationales rerum privatarum.* C Lampridius in Alexandro Severo: *Ubi aliquos voluisset, vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales, ordinare.* Hi suberant Comiti rei privatæ, & rem privatam principis in singulis provinciis procurabant.

Comes patrimonii sacri.] Comes patrimonii in Concilio Hispan. tit. de fisco Barcinonensi. Inscriptio vetus: Moderanti inlustrem sacri patrimonii comitivam.

Ut Cassiodorus ait] d. epistola 8.

Ut idem sign. lib. 12.] Epistola 9.

Apothecæ, vel enth. aulicæ.] *Sacræ annonæ præpositum* appellare videtur Firmicus Mathes. 6. 5. De apotheca, & entheca vide Isidorum Originum 15. 5.

Græci interp. not.] ποιεῖ ἦσαν τὸ παλαιὸν αἱ τοῦ βασι- D λέως περιουσίαι: λαργιτιόνες, πρίβαται, καὶ πατριμονιάλιαι, ad titulum 1. libri 7. Basilic.

TIT. XXXV. *De officio proconsulis & legati.*

Vide tit. 16. lib. 1. ff.

POst illustres dantur spectabiles, ex quibus primi sunt proconsules, qui in provincias certas, veluti Asiam, Achajam, Africam sortito mittuntur cum imperio consulari, ut tam bella quam civilia regant ex ordinatione Augusti, ut Suetonius & Strabo scribunt, separatas ab his quas ipse sibi recepit, adjuncto etiam legato uno si, qui mittitur prætorius vir sit, vel legatis tribus, si Consularis, ut Dio scribit 53. datis à Senatu, ut in Gordia- E nis Capitolini, & Probo Vopisci, vel probatis à principe, quibus suam jurisdictionem mandent, atque etiam criminum cognitionem extra ordinem, *l. solet, ff. eod.* De proconsule eleganter Salvianus 7. *Quotidianus judex & rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potestatem consul.* Male autem inter primam & secundam legem hujus tituli quidam posuere titulum novum de officio Comitis sacri palatii.

XXXV. Enarratio.

EX quibus sunt Proconsules] *l. un. supr. ut omnes judic. l. præcipimus 32. inf. de apochis publ. Nov. 7.* in

in fi. Nov. 30. cap. 2. Notitia sect. 44. Collat. Carthag. cum Donatist. ipso princ. D. Augustinus in epist. 159. *Ad virum clarissimum atque spectabilem Proconsulem.* A

Qui in provincias] Qui in provincias populi Rom. mittebantur, hi Proconsules dicti. Qui in Provincias Cæsaris, Præsides aut procuratores. Plutarchus in Reip. gerendæ præceptis: *ἀρχόμενος ἄρχεις ὑποτεταγμένης πόλεως ἀνθυπάτοις, ἢ ἐπιτρόποις Καίσαρος; Imperas subditus urbi præfectus, quæ Proconsulibus, aut procuratoribus Cæsaris est subjecta.* Strabo libro 17. in fine: Καὶ νῦν μὲν τὰς Καίσαρος ἡγεμονίας κ) ἐπιτρόπους Καίσαρος πέμπει. Quid si legamus ἡγεμόνας, ut Casaubono suboluit, id est, *præsides & procuratores.*

Veluti Asiam] Vetus inscriptio.

Achajam] Proconsul Achajæ.

Quibus suam jurisdictionem] Theodorus Hermopolites: τὸ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν χρηματικῶν ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, κ) ἀποφάσεις ἐκφέρειν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐγκληματικῶν, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἐξετάζειν, ἀπόφασιν δὲ μὴ δεδόσθαι, ἀλλὰ ἀναφέρειν τὰ κεκριμένα τῷ ἀνθυπάτῳ: *In civilibus quidem causis permittit eis etiam sententiam ferre. In criminalibus autem, cætera quidem examinare eis permittitur, sententiam autem ferre non possunt, sed rem ad Proconsulem remittere debent.* B

TIT. XXXVI. *De officio comitis Orientis.*

SEquitur Comes Orientis, qui etiam est spectabilium numero, & latissimam jurisdictionem habet: namque Oriens ei totus regendus committitur, qui conficitur ex xv. provinciis, Palæstinis tribus, Syriis duabus: Optatus tamen Milevitanus facit Syrias tres Ciliciis duabus, Phœnicis duabus, Cypro, Euphratensi, Osroena, Mesopotamia, Isauria, Arabia. C

XXXVI. ENARRATIO.

QUi etiam est spectab. num.] *l. unic. hoc tit. l. un. inf. ut omn. jud. Nov. 7. in fin.* Notitia imp. R. sect. 13. *Sub dispositione viri spectabilis.*

Comitis Orientis] De cujus officio Zosimus lib. 5. ὁ δὲ κόμητα τῆς ἕω καλοῦμεν· αὐτὴ δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν προβεβλημένον αὐτῆς ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τῆς ἕω ἐπαρχίας ἔθνεσι κ) εἰ ἔτι νῦν τὸ δέον περιφέρουσα οὐδὲν. D

Et xv. provinciis] Notitia Imp. Sect. 13.

Optatus tamen Milevit.] Libro 5.

TIT. XXXVII. *De officio præfecti Augustalis.*

Vide tit. 17. lib. 1. ff.

PRæfectus Augustalis est etiam spectabilis sic dictus, quod Ægypto in provinciam redacta ei regendæ primum sit ab Augusto constitutus ex equitibus, non ex Senatoribus, ut Tacitus scribit 12. & Dio 52. & Arrianus 2. de exped. Alex. ne sub potentiori præfecto, ut sunt leves & mobiles Ægyptii; facile ad res novas impellerentur, quos & eadem ratione in alienam civitatem cives allegi noluerunt Romani Impp. ut Josephus scribit 2. contra Appionem. E Idem vero dicitur etiam præfectus Ægypti, *l. 35. ff. ex quib. cau. maj. l. 1. inf. de postul.* Et præfectus, non proconsul, aut consularis: quod vetustius esse videtur constitutione Augusti, cum ex oratione Ciceronis in Gabinium Trebellius Pollio referat fasces consulares Alexandriam ingredi non licere, quæ fuit sedes præfecti Augustalis. Sub cura autem ejus provinciæ vi. Libyæ duæ, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Augustamnica, & præsides earum, *l. 2. hoc tit.* Et non ex Consulibus tantum Romanis, sed etiam ex suo Augustali Alexandrinos annum numerasse Chronica Alexandrina, quæ habet Cl. Puteanus V. C. & eruditissimus manifesto comprobant.

A Invenio eodem tit. præfecti Augustalis etiam præsidem Daciæ, quo plus auctoritatis haberet, Hadrianum Imp. ornasse apud Spartianum.

XXXVII. ENARRATIO.

PRæf. August.] *L. 1. ff. eod.* ejus mentio in vet. inscriptione: vide Cujac. ad *leg. 3. C. de can. largitional. titul.*

Est etiam spectab.] *L. quinque 17. ff. de Decurionibus, l. raptores 54. sup. de Episcop. & cler. l. un. inf. ut omnes judic. &c. Nov. 7. in fine.*

In Provinciam redacta) Dio lib. 51. Suetonius Aug. cap. 18. Priscianus lib. 18. *Augusto imperante Alexandria provincia facta est.*

B Facile ad res novas impell.] Q. Curtius 14. *Ægyptii vana gens, & novandis quam gerendis aptior rebus.* Flavius Vopiscus in Saturnino: *Sunt enim Ægyptii novarum rerum cupientes.*

Adrianus Imp. in epistola ad Servianum Cos. apud Vopiscum: *Ægyptum totam didici levem, pendulam:* & mox: *Genus hominum seditiosissimum:* & Alexandrini maxime in seditionem proclives, Philo in Flaccum, S. Albinus in laudat. in S. Steph. Evagrius hist. eccl. lib. 2. cap. 8. Socrates lib. 7. cap. 13. Dio etiam lib. 52. notat in eis τὸ ἄφρον τῶν τρόπων.

Præfectus Ægypti] Trajanus in epistola ad Plinium libro 10. vetus inscriptio Gruteri pag. 414. 8. ἔπαρχος τῆς Αἰγύπτου. Phlegon Trallianus de rebus mirab. cap. penult. S. Athanasius in epistola ad Orthodoxos: τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, C Dionis Epitome in Augusto: Αἰγυπτίων ἄρχων, Synesio in epistola 94. ut præfectura Ægypti, Αἰγυπτίων ἀρχή, in epist. C. Αἰγύπτου ἀρχὴν Athenæo 3. ὕπαρχος Ἀλεξανδρείας, Philo in Flaccum, ἐχόμενον Αἰγύπτου, Georgius Syncellus in Chronographia, ut in veteri inscriptione, præses provinciæ Ægypti.

Provinciæ vi.] Notitia sect. 14.

L. 35. D. ex quibus causis maj. Græci ibidem: ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας. Socrates historiæ Eccles. 7. 12. meminit ὑπάρχου Ἀλεξανδρείας: vita S. Eugeniæ: *Commodus Imperator direxit illustrissimum virum Philippum ad Ægyptum, ut præfecturam ageret Alexandriæ, & omnes potestates, quæ per totam Ægyptum administrabantur, ejus arbitrio deservirent.*

Apud Spartianum] In Adriano. D

TIT. XXXVIII. *De officio vicarii.*

VIcarius quoque spectabilis est, quæ media est dignitas inter illustres & clarissimos, ut ait Justinianus *Nov. 7. in fine.* Nam inferiores his quidem sunt equestres, perfectissimæ, egregiæ dignitates non Senatoriæ. Senatoriarum tripertita dumtaxat divisio est, & qui superillustres esse dicuntur, hi illustres sunt & Patricii; & illustres igitur, & adjectione tantum patricii superillustres. Nec tamen omnes Senatores illustres sunt, aut spectabiles, aut clarissimi: quidam sunt expertes horum dignitatum omnium, *l. 52. 54. C. Th. de hæret.* Vicarius autem pro præfecto prætorio mittitur in tractum, vel diœcesim aliquam E aliquot in se provincias continentem, veluti Thraciarum, quæ provincias continet 6. vel Ponticam, quæ 11. vel 12. si ex constitutione Valentis, cujus meminit interpres Nazianzeni, feceris Cappadocias tres, primam cujus Metropolis Cæsarea, secundam cujus Metropolis Tyana, tertiam cujus metropolis Musycissus; vel Asianam, quæ xi. ut Theodoritus scribit lib. 5. Sed octo tantum ponit sub dispositione vicarii notitia vetus dignitatum Orientis. Fuit etiam in Illyrico vicarius Macedoniæ, *l. ult. inf. de div. off. & app.* & aliquando in Occidente vicarius urbis Romæ, & jurisdictio ejus intra 40. lapidem. Vicarius Italiæ, & sub eo provinciæ. x. Vicarius Africæ, & sub eo provinciæ quinque, sicut sub vicario Britanniarum. Vicarius

carius VII. provinciarum in Gallia. Germaniæ, Belgicæ, Aquitaniæ, Narbonensis, Lugdunensis, Maximæ Sequanorum, Novempopuloniæ: è quibus Narbonensis, & Germania, & Belgica, & Aquitanica rursum dividuntur in primam, & secundam, Lugdunensis in primam, secundam, tertiam, Senoniam, Alpes in maritimas, Pœninas & Graias, & in Narbonensis secunda facile comprehenderim Viennensem, ut sint summatim provinciæ septem, quarum etiam mentio fit in constitutione Constantini ad Agricolam præfectum Galliarum relata à Nicolao Cusano 3. de con. cath. Fuit & vicarius Hispaniarum, & sub eo provinciæ VII. quæ olim regebantur à proconsule, ut scribens de Vicario Hispaniarum rectè subjiciat Sulpitius Severus in historia sacra; nam jam proconsulem habere desierant. Hi sunt vicarii præfecturæ prætorianæ pari potestate præditi, & in legibus sæpe dicuntur vices agere præfectorum prætorio, aut agere vicariam præfecturam, & in *l. 5. ff. de leg. 3.* vice præfecti ex mandatis principis cognoscere, & in *l. 6. infra de mo. mul.* scripta ad præfectum prætorio, his verbis demonstrantur, qui vice vestra (sic legendum) administrationis gubernacula susceperint. Verum non ut alii, qui funguntur vice prætorum, aut præsidum nihil proprium habent, ita possim idem statuere de vicariis præfecto prætorio. Nam etsi dicuntur vicarii, propriam jurisdictionem habent datam à principe, & ut ait Cassiodorus, cum præfectis portionem aliquam, quod sumpsisse videtur ex *l. 1. hujus tit.* quæ vicarios præfecturæ prætorianæ trahere portionem ait, moxque subjicit, eosdem disceptationis principalis repræsentare reverentiam, quod Cassiodoro est vice sacra judicare tanquam præf. prætorio, & habitu militari.

XXXVIII. ENARRATIO.

Vicarius quoque spectabilis est] *L. un. inf. ut omn. judic.* Collatio Carthag. cum Donatistis, ipso princ. *Spectabilis Vicarii*.

Perfectissimæ, egregiæ dign. v. Lactantius v. 54. in. fin. vet. inscriptio. Perfectissimos Græci διασημοτάτους vocant. vetus inscriptio: *Valerius Honoratus vir perfectissimus*. Glossæ Gr. Lat. διασημότατος, *perfectissimus*.

Qui super illustres] Vide Cujacium ad tit. 1. libri 12.

Vicarius autem pro præfecto prætorio] Vicarii sunt præfecti prætorio, vicarii viri spectabiles, qui ex mandato Principis in diœcesem aliquam, sive tractum mittuntur multas habentem provincias. Cujac. ad *leg. omnes 4. C. de annon. & tribut.*

Tripertita dumtaxat divisio] Vel enim sunt illustres, vel spectabiles, vel clarissimi. Isidorus Origin. libro 9. 4. Cledonius in arte: *Vicarius dicitur is, qui ordine codicillorum vices agit amplissimæ præfecturæ*. Auctor vitæ sancti Apollinaris martyris: *Scripsit ad vicarium præfecturæ*. Julius Firmicus Mathes. libro 3. cap. 5. *Facies præsides riparum, duces, vicarios, præfectos prætorio*. Legendum opinor, *vicarios præfectorum prætorio*.

In tractum, vel diœcesim] Tractus est diœcesis, *l. unic. inf. ut omnes judic. tam civil. quam milit.*

Veluti Thraciarum] Sanctus Basilius in epist. 264. διὰ τοῦ βικαρίου τῆς Θρᾴκης ἐπέστειλα τῇ Θεσσαλίᾳ κτλ. Mentio ejus in veteri inscriptione.

Quæ provinc. cont. 6.] De quib. Notitia sect. 17. Theodoret. in hist. eccles.

Vel ponticam] Quæ XI. Notitia sect. 56. vicarius diœceseos Ponticæ, Ποντικῆς διοικήσεως ἔπαρχος, Gregorius Naz. de Laud. Basilii. Meminit vetus inscriptio. De vicario Ponticæ vide edictum Justiniani 8.

Valentis, cujus meminit int. Nazianz.] In orat. patris funebr. Οὗτος γὰρ, inquit, Κυππαδοκίας μητρόπολις τόπου ἢ τελευτὴ ὁ Μετελκυσθεὶς τῆς γὰρ Καππαδοκίας μιᾶν οὔσαν εἰς δύο ἔτεμον ἀπὸ πάλαι· ταῦτα δὲ περὶ δύναμιν τὸ ἀγίῳ βασιλεῖ ἐγένετο ὁ βασιλεὺς κτλ.

Vel Asianam] *Vicarius Asiæ*, vel *Asianæ diœceseos* vett. inscriptiones. De Vicario Asiæ Eunapius Sardian. in Maximo sub finem, ubi de Clearcho.

Ut Theodoritus scribit libro 5.] Capite 28.

Notitia vetus] d. sectione 56.

Vicarius Macedoniæ] Notitia sect. 5. vetus inscript.

Vicarius urbis R.] Not. sect. 45. S. Ambrosius in epistola 34. *Aspasius urbis Romæ Vicarius*, de quo Cassiod. 4. 41. & 6. 15. & Ammian. Marcell. 28.

Jurisdictio ejus intra 40. lapid.] d. form. 15.

Vicarius Africæ] D. Augustinus de C. D. libro 22. 8. *Apud Carthaginem, quis novit, præter admodum paucissimos, salutem quæ facta est Innocentio exadvocato vicariæ præfecturæ?* Et homilia 49. de verbis Apostoli, cum essemus in carne. *Interpella contra illos Ecclesiam, non dico judices publicos, non Proconsulem (Africæ) non Vicarium, non comitem, non Imperatorem, sed Deum Patrem, & Christum, & Spiritum sanctum*.

Et sub eo provinciæ quinque] De quinque provinciis, vide Philastrium in libro de hæresibus.

Sub Vicario Britann.] Mentio in inscriptione legis *Sicut 55. C. Theod. de pagan.* Socrates hist. eccles. lib. 7. c. 52. βικάριος τῶν Βρεττανικῶν νήσων: *Vicarius Britannicarum insularum* Ammian. *Ex vicario Britanniarum*. Et lib. 23. *Negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim Britannias curaverat pro præfectis*: id est, Vicarius fuerat Britanniarum. Et libro 27. *Civilem nomine rectorum Britannias pro præfectis*. Et lib. 14. *Martinus regens illas*. Hinc rector provinciæ, tit. seq. In Regio tamen codice, & in retroeditionibus legitur, *agens illas provincias*.

Vicarius 7. prov. in Gal.] De quo Cassiod. 3. 16. & 17. vetus inscriptio.

In constitut. Const.] Honorii A. Jacobus Sirmondus in Apollin. Sidonium, quem vide.

Fuit & Vicarius Hispaniarum] Vetus inscr. VICARIUS PRAEFECTURAE PER HISPANIAS. Ammianus 23. *Venusto Vicariam commisit Hispaniæ*.

Vicarii præfecturæ pr.] βικάριοι τῶν ὑπάρχων. Euseb. hist. eccles. lib. 10. cap. 6.

Sulp. Sever. in hist. sac.] Libro 11.

Vices agere præf. præt. &c.] Cledonius sup. Hinc Vicaria præfectura, in gestis purgationis Cæciliani, & Felicis.

Qui vice vestra] Sic legitur in veteri Juliani Brodæi.

Et ut ait Cassiod.] Libro 6. 15.

Quod Cass. est.] d. form. 56. *vice sacra sententiam dicis*.

TIT. XXXIX. *De officio prætoris.*

Vide tit. 14. lib. 1. ff.

Adjungitur spectabilibus prætor quibusdam locis, sed plerumque clarissimis, quare fecerim libentius ab hoc titulo clarissimorum, i. tertii ordinis initium. Quæ autem magna olim fuit vis imperii jurisdictionisque prætoriæ, ea cœpit onus esse Senatorum in edendis populo scenicis, & circensibus voluptatibus, quod sustinuere etiam prætores olim, *l. si ut certo, §. interdum, ff. Comm.* & in fabricis operibusque publicis, *l. 13. Cod. Theod. de præt. & quæst.* idque oneris fere tantum prætura retinuit, adeo ut vocarentur ad eam inviti, ut Zosimus exposuit lib. 11. atque etiam præsentibus deficientibus absentes Senatores, qui in provinciis, non in urbe domicilium haberent, & minores 25. annis, *l. 5. & 2. C. Th. eod.* ubi sicut prætores & consules, ita quæstores accipere oportet pro inani nomine, & onere populo edendi muneris, ut illo Lampridii loco in Severo (Quæstores candidatos ex sua pecu-

pecunia jussit munera populo dare) non pro amplissima illa dignitate, de qua actum est tit. 30. cui etiam non sufficeret minor ætas, nec ad alios honores, *l. ad Remp. ff. de mun. & bon.* qui etiam non patent fœminis, & hanc tamen præturam onerariam subeunt quodammodo in specie *l. 17. Cod. Theod. eod. titul.* paucissima autem retinuit prætura ex jurisdictione, & Imperio prisco, & fere ea tantum, quæ referuntur in *l. 1. hujus tit. l. ult. inf. de præd. min.* & tandem functione ejus etiam liberati sunt Senatores absentes *Novell. Valentiniani, & Martiani*, & generaliter omnes, qui prætores designati essent sumptibus, & erogationibus faciendis in urbis fabricas, aut populi voluptatibus, *l. 2. hoc tit. l. 1. inf. de prætor.* nisi quid vellent expendere sua sponte. Etiam illud additur eadem Novell. ut hi tantum designentur S. C. legitimo legitime celebrato. Fuere primis temporibus 18. in antiqua Roma, post in nova modo tres, modo quatuor, modo quinque, modo octo, & tandem ex ea Novell. tres, & designati, ut dixi SC. ut *l. 12. 13. 15. Cod. Theod. eodem tit.* ubi additur legitimo, vel legitime celebrato .i. loco & numero competenti, & locus quidem definitur *Novell.* 62. numerus quinquaginta scilicet Senatorum, *l. 9. Cod. Theod. eod.* Hoc enim numero præscribi SC. solet. Lampridius in Severo: *Nullam Constitutionem sacravit sine 20. jurisperitis, & doctissimis ac sapientibus viris, iisdemque disertissimis non minus 50. ut non minus in consilio essent sententiæ, quam cum SC. fieret.* Et SC. vero dum prætores designari constituitur, nominatio, & designatio censualibus, quæ fuit aliquando concessa, abrogatur *l. 13. 26. 27. Cod. Theod. eod.* Quidam codices habent, *De officio prætorum*, ut in Digestis, sed ut Proconsulis, & Vicarii, ita prætoris appellatione omnes continentur.

XXXIX. ENARRATIO.

SPectabilis prætor] Julianus Antecessor in Nov. 24. 25. 26. & 104.

Clarissimis] *L. 4. Cod. Th. de Prætorib.*

Onus esse Senatorum] Cuj. ad *l. 1. Cod. de prætor. lib.* 12. Prætura onus fuit Senatorium, &c.

Circensibus voluptatibus] Vopiscus in Aureliano: Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum Circensium, venationum, gladiatorum, naumachiæ: v. *l. 1. Cod. de spectacul. lib. 11. l. 3. Cod. Theod. de pagan.*

Prætores olim] Symmachus ep. lib. 7. 105. & lib. 9. 18. *leg. 29. & 32. Cod. Theod. de prætor.*

Fuere prim. temp. 18.] *l. 2. §. deinde, ff. de orig. jur.*

Post in nova] *Leg. 3. 13. 20. & 25. Cod. Theod. de Prætor.*

Quam cum SC. fier.] Hodie legitur: *Quam Senatusconsultum conficerent.* Cas. legit, *ut non minus in consilio essent, quam quot sc. conf.* Salmasius. *Ut non minus in eo esset sententiarum, quam Senatusconsultum cum fieret.* Probabilior est emendatio Cujacii, vel Casauboni.

Ut Proconsulis] ut Proconsulis Asiæ, Achaje, Africæ tit. 35. sup.

Et Vicarii] Nam Vicarius est urbis Romæ, Vicarius Africæ, &c. *sup. tit. 38.*

Ita Prætoris] Sunt enim plures. Hinc tit. de offic. prætorum, in quibusdam libris.

TIT. XL. *De officio rectoris Provinciæ.*

Vide tit. 18. lib. 1. ff.

PRoconsul, Comes Orientis, præfectus Augustalis, de quibus actum est supra, sunt rectores provinciarum, sed spectabiles. Hi de quibus hoc tit. agitur, clarissimi, veluti præsides, correctores, consulares, & unius tantum provinciæ: illi fere plurium: & hi quoque sub cura illorum, & hi rursus, qui in his libris sæpissime ordinarii judices appellantur, Græce ἐμβαδήμους interpretatur *Novella* 20. & 112. qui non tantum exactionibus tributorum, civilibusque negotiis, sed etiam militaribus occupabantur, *l. 1. §. in bonorum, ff. quis or. in bon. poss.* Et publici judices, *l. 7. sup. de pag. sacr.* atque ideo *l. 2. §. ult. ff. de jud.* his esse jus multæ dicendæ quibus publice judicium est .i. qui publici, & ordinarii judices sunt. Hi fratres à principe appellabantur in Constitutionum ad eos directarum subscriptionibus, ut Cassiodorus ait, ut nobilitate pretiosi nominis affecti, vilitate criminum abstinerent, & simili modo magister officiorum frater charissimus Augustorum in *Nov. Th. de principib. ag. in reb.* & Novell. *de lampad.* & Novell. *de meta.* Et Comes rerum privatarum in eisdem Novellis, *l. 3. De tyronib. & Novell. Majoriani de bo. ead.* & Comes sacrarum largitionum in eisdem Novellis Theodosii, *l. 3. de palat.* Addit idem Cassiodorus, rectorem provinciæ in præfecti prætorio militem, eum ipsius tamen conscientia judicare, quod confirmat *l. 4. hujus tit.*

XL. ENARRATIO.

DE off. rect. prov.] Vet. inscriptio.

Clarissimi] In *l. raptores sup. de Episc. & cler. Clarissimi rectores provinciarum.*

Veluti præsides] Præsides sunt clarissimi. Cujacius ad *l. 4. de annon. & tribut. lib.* 10. C. Præsides, inquit, sunt clarissimi, & sub eorum cura una tantum provincia est: & proprie ii sunt, qui ordinari & ἐμβαδήμοι dicuntur, *l. ult. sup. de modo mult. l. omnes sup. de Episc. & cler. l. 2. inf. de proxim. sacr. scrin.* Nov. 20. 31. 112. quasi infimi ordinis, ut ordinarii milites, hoc est, gregales, & manipulares. Et ad *l. 7. Cod. de cohortalib. lib.* 12. *Cod.* Ordinarii judices in libris nostris sunt præsides viri clarissimi, non viri spectabiles, vel illustres, &c.

Ordinarii jud. appellantur] *d. l. omnes, & d. l. 2.* ordinariam gerunt dignitatem, sive minorem potestatem, id est, clarissimatum, *l. qui ordinariam 7. h. tit.* Ordinario jure provinciam moderantur, *l. ult. inf. de modo mult.*

Ἐμβαδήμους] Synesius Latinam vocem usurpat in epist. 143. Joannes Episcopus Thessalonicensis de Christi resurrectione, τί γὰρ ἀπεκρίθησαν Πιλάτῳ οἱ Ἰουδαῖοι εἰπόντος, ὅτι ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα: δῆλον οὐδ' ὅτι πρὸς τὸν Ῥωμαίων νόμον ἀπεκρίθησαν, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀποκτεῖναι: οὐδὲ γὰρ εἶχον ξίφους ἐξουσίαν μὴ ὄντες ἄρχοντες ὀρδινάριοι: *non enim habebant gladii potestatem, cum non essent ordinarii magistratus.*

Non tantum exactionibus tributorum] Cujacius *l. 11. Cod. de ann. & tribut.* Præsides, quorum munus est tributorum exactioni incumbere, *l. in fisc. inf. de exactorib. trib. Novell.* 116. Cassiodorus in formula rect. prov. *Tibi fiscalium tributorum credita monstratur exactio.* *L.* 10. ad quam Theodorus Hermopolites scribit, Palatinos instare debere præsidibus, ut tributa exigant: imo vero, & ipsis præsidum officialibus in tributis exigendis opem ferre: ὀχλεῖν καὶ κατεπείγειν τοὺς ἄρχοντας εἰς ἀπαίτησιν τῶν δημοσίων: μᾶλλον δὲ καὶ συμπονεῖν τοῖς τούτων ταξεώταις εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν τελῶν.

Ut Cassiodorus ait] 6. Var. 21.

Addit idem Cassiod.] Loco citato.

TIT. XLI. *Ut nulli patriæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur.*

PArs hic titulus est superioris; nimirum de rectore provinciæ, ut nemo ejus provinciæ fiat rector, aut præses, ex qua originem ducit, vel in qua domicilium habet. Anastasii Constitutio Græca, cui similis *l. ult. inf.*

inf. de cr. facr. & vetuſtior Antonini apud Xiphilinum, *μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστιν ἄρχειν*, niſi ſcilicet hic honos ab ipſo principe ultro ei concedatur, ut Caſſiodorum legimus patriæ ſuæ Lucaniæ, & Brutiorum correctorem fuiſſe libro 5. Var. ac ſimiliter nemo poteſt in patria ſua officium fiſcale adminiſtrare, vel præſidi adſidere ultra menſes quatuor, *l. 10. inf. de adſeſſ. l. 1. Cod. Theod. eod.* niſi cui id princeps ſpeciali beneficio permiſerit, *l. 38. ff. ex quibus ca. maj. l. 3. ff. de off. adſeſ.* Et rationem reddit Paulus 5. Sentent. *ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur*, & attigit Caſſiodorus ſupradicto loco ſcribens, glorioſum eſſe in patria ſua præſidatu fungi præclare, ubi neceſſe eſt, ut aut gratiam parentela provocet, aut odium longæ contentiones exaſperent. At contra prætores in urbe non fiunt, niſi qui in ea domicilium habent, *l. 2. ſup. tit. 39.* quia prætorum tum erat juriſdictio parva, & prætura onus potius, quam honos, adeo ut plerique eam detrectarent, eademque ratio magiſtratuum municipalium, vel generaliter in urbe, ubi eſt ſedes imperii, & magiſtratuum ingens copia, & obſervatores actus cujuſque multi, civibus, & incolis magiſtratum capeſſere licet, in provinciis præſidatu fungi non licet, quoniam longe majus eſt præſidis imperium, quam cujuſque magiſtratus in urbe, *l. 7. §. ult. & l. 8. de off. proc.*

XLI. Enarratio.

UT nemo ejus provinciæ] Syneſius epiſtola 73. ad Troilum: *ἢ σὺ κατασκευασθῆναι τὸν νόμον γέγονας αἴτιος ἐπὶ τοῖς πάλαι πρόσφατον, ὃς ἀνατείνεται πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῖς αἰτοῦσιν τὴν τῆς ἐνεγκούσης ἀρχήν*: *Num tu novæ ſupra veterem mittendæ legis auctor extitiſti, quæ lex multa, & acerba minitatur iis, qui patriæ ſuæ imperium ambiant?* Vide epiſtolam integram, & epiſt. præcedentem in fine.

Apud Xiphilinum] In M. Antonino, & ex eo Zonar.

Libro 5. variar.] Epiſtola 3.

Paulus 5. Sentent.] *Tit. 12. §. in ea provincia.*

Aut gratioſus] Ne quid per gratiam, & faventiam videatur egiſſe. *Fit enim ſæpe, ut judicis ſeveritatem frangat affectio*, ut ait Symmachus in epiſt. 78. ad Heſperium lib. 1.

Calumnioſus] *συκοφαντικός.*

TIT. XLII. *De officio præfecti Annonæ.*

CLariſſimis adnumeratur præfectus annonæ, & ſequenti tit. præfect. vigilum. Senatoriæ igitur dignitatis ſunt. Et ſub Alexandro Ulpianum legimus præfectum præt. & præfect. annonæ fuiſſe, *l. 4. inf. loc. l. 4. inf. de contr. ſtip.* Porro ſuperiores legitimi magiſtratus ſunt, hi duo præfect. annonæ & præfect. vigilum extraordinarii pro tempore, & neceſſitate exigente conſtituti, *l. 2. §. capta, ff. de orig. jur.* & hi ſunt, qui extra ordinem jus dicere dicuntur, *l. ſi in aliquam, in fi. ff. de off. proc.* & tamen excuſantur à tutelis, & curationibus, *l. adminiſtrantes, §. 5. ff. de excuſ.* perinde atque hi qui ordinariam poteſtatem gerunt, *§. ei, qui poteſtatem, Inſt. eod.* Cæterum præfectus annonæ cognoſcit etiam criminaliter de his, quæ ad utilitatem annonæ publicæ pertinens, & ad accuſandum admittit etiam mulieres, ſi qui dicantur annonam flagellaſſe, *l. ult. §. ult. ff. ad l. Jul. de ann. l. mulierem, ff. de accuſ.* & canonem frumentarium urbis per officia ſua exigit, *l. 2. infr. de appar. præf. an. l. 1. infr. de can. frum. urb. Rom.* per centuriones, & milites ſuos, *l. ult. ff. de pign. act.* & dat ex contractu magiſtri, & negotiatione convehendæ annonæ exercitori actionem extra ordinem in eos, qui cum magiſtro contraxerunt, *l. 1. §. eſt autem, ff. de exerc. act.* nam & navicularios, qui annonæ urbis ſerviunt, conſtat fuiſſe ſub ejus cura, qui etiam pectores veniam ætatis apud eum de ſuis moribus probationes implent, *l. 5. Cod. Theod. de his, qui ven. æt. imp.* & negotiatores, ut opinor, qui annonam urbis adjuvant, & in privilegiis naviculariis junguntur, *l. ſemper, §. negotiatores, ff. de jur. imm.* nam & de pecunia debita ex negotiatione annonæ cognoſcit, *l. ult. ff. quod cum eo, &c.* Fuerunt etiam ſub cura ejuſdem menſores frumentarii, *l. menſores, ff. de excuſ.* & piſtores, & fundi dotales piſtorum emolumentis adſcripti, *l. 12. & 17. Cod. Theod. de piſtor.* &, ut Caſſiodorus ait, *per officinas piſtorum præfect. annonæ diſcurrit, penſumque, & munditiam panis exigit. Solicitius auro penſari panem, quo Quirites aluntur.* Et quamvis juriſdictio præfect. annonæ videatur eſſe pars juriſdictionis præfect. urbi, & ille ſit ſub diſpoſitione præfecti urbi, tamen præfect. urbi nihil poteſt diſponere de annonariis neceſſitatibus ſine præfect. annonæ, *l. 5. ſup. de off. præfect. urb. l. 1. C. Th. de cond. in pub. hor.* & ab eo appellatur princeps non præfectus urbi, *l. ult. ff. quod cum eo, &c.* Loco autem hujus tituli alii ponunt male titulum de quadrimenſtruis brevibus, vel, ut in quibuſdam libris ſcriptum legi, de quadrimenſtruis tam civilibus quam militaribus: eſt enim de his *l. ult. ſup. 35. & l. 5. ſup. 32.* non ſpecialis ullus tit.

XLII. Enarratio.

PRæfectus annonæ] Mentio ejus in veterum inſcriptionum corpore p. 32. 6. 313. 6. 326. 5. 1086. 6. Epictetus Arriani libro 1. cap. 6. *ἐπὶ τοῦ σίτου ὤν.* Quæ præfectura tandem evilruit. Boetius de conſolat. lib. 3. proſa 4. *Si quis quondam populi curaſſes annonam, magnus habebatur. Nunc ea præfectura quid abjectius?*

Flagellaſſe] Vide Obſerv. x. 19.

Caſſiodorus] Libro 8. 18.

Mundit. pan.] Mundus panis opponitur ſordido, & furfuraceo. Vide Caſaub. ad hiſtoriæ Aug. ſcript.

Sine præf. annonæ] Vide Sirmond. ad Sidon. 1. ep. 10.

TIT. XLIII. *De officio præfecti Vigilum.*

Vide tit. 15. lib. 1. ff.

PRæfectus vigilum ſpectabilis appellatur in *l. 3. ff. eod.* Sed qui in hoc libro inſtituitur ordo, eum ponit inter clariſſimos: neque eſt novum, ut idem modo ſpectabilis cenſeatur, modo clariſſimus: exemplo ſunt prætores, ſilentiarii, tribuni, notarii, & alii plerique. Porro cuſtos hic eſt nocturnus urbis, judex obſcurus, arbiter ſilentioſus, incendiariorum, & furum indagator; & eleganter Caſſiodorus præf. vigilum, furta in furibus facis, dum illos noctu circumvenis. Conſtantinopoli prætor plebis appellatus *Nov. 13.* Vigiles milites ſunt, qui eis obſequuntur: nam & jure militari teſtari poſſunt, *l. un. ff. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* & habentur pro abſentibus reip. cauſa, licet præſentes ſint, *l. ſi maritus, §. legis, ff. ad l. Jul. de adulter.* ut ſi quid damni pertulerint, dum eam militiam exercent, merito ex edicto reſtitui poſſint in integrum, meritoque dixerit Caſſiodorus, eis tempora momenti eſſe prolata. Erant ex Libertinis, ut Strabo, & Suetonius, & Dio ſcribunt, & Latini, ſi ſex annis militaſſent, lege Viſellia perducebantur ad civitatem Romanam, auctore *Ulp. tit. de Latinis.* Cæterum de criminibus, quæ graviorem animadverſionem deſiderant, præf. vigilum cognoſcit quidem, ſed non pronunciat reos, ſi liberi homines fuerint, remittit ad præf. urbi *l. 3. §. 1. l. ult. ff. eod. l. 1. hoc tit.* Caſſiodorus in formula præf. vigilum. *Si tibi leges fures punire minime præcipiunt, tamen eos indagandi licentiam contulerunt.* Et ita legatus proconſulis reos puniendos remittit ad proconſulem, *l. 5. ſup. de off. proc.* Et ſimiliter præfectus annonæ cognoſcit quidem de crimine fraudatæ annonæ publicæ, ſed non etiam pronunciat, verum remittit reos, ut opinor, ad præf. urbi, uti eos, vel condemnet, vel abſolvat, niſi ſpecialiter præf. annonæ datum ſit jus

gladii;

gladii; est enim uterque præf. sub dispositione urbi. Equites Romani petentes veniam ætatis, mores suos probant præfecto vigilum, *l. 1. C. Th. de his, qui ven. ætat.* quia & ipse præf. vigilum creabatur ex equestri ordine, auctore Dione, ex Senatorio ordine secundum *Nov.* 13. ut non male Tribonianus hoc tit. cum adjunxerit senatoriis dignitatibus, postremum tamen, & prælato præf. annonæ.

XLIII. ENARRATIO.

PRæfectus vigilum] Vetus inscriptio. Cledonius in arte, *Præfectus vigilibus bene dicitur, quia hic participium est præfectus, non nomen: præponitur enim disciplinæ nocturnæ.* Divus Augustinus in libro de Grammatica: *Sane sunt nomina sub duplici enunciatione, ut tribunus militum, præfectus urbis, præfectus fundis, præfectus annonæ, præfectus vigilibus.*

Porro custos hic est noct.] Cassiodor. VII. 7. *Custos Romanæ civitatis diceris.* Et mox: *Erit securitas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discussor obscurus, arbiter silentiosus.* Apulejus metam. 3. *Sum namque nocturnæ custodiæ præfectus.*

Incendiar. & fur. indag.] *L. 3. §. 1. ff. eod.*

Et eleganter Cassiod.] In d. formula 7.

Prætor. plebis] *πραίτωρ τῶν δήμων*, Theophylactus Simocatta hist. M. lib. 6. 10. Meminit Joannes Cantacuz. lib. 4.

Vigiles milites sunt] *ἡ στρατιὰ τῶν νυκτοφυλάκων*, Appian. 5. de bell. civ.

Meritoque dix. Cass.] Libro 7. 8.

Ut Strabo] Lib. 5.

Et Suetonius] Augusti cap. 25.

Et Dio] Libro 55.

Cassiodor. in form. pr. vig.] d. form. 7.

Nisi spec. præf. ann. dat. sit jus glad.] Vetus inscr. PRAEFECTUS ANNONAE URBIS SACRAE CUM IURE GLADII.

Auctore Dione] d. libro 55.

TIT. XLIV. *De officio civilium Judicum.*

POst speciales titulos singulorum magistratuum, dantur generales, & quia magistratuum, sive Judicum una divisio hæc est, alios esse civiles, alios militares, quid sit proprium civilium hoc titulo declaratur, quid proprium militarium titulo sequenti, quid commune omnium tit. 48. Civiles sunt, quibus inter privatos, vel inter militem actorem, & privatum reum jurisdictio est, veluti præf. urbi, prætor, & cæteri, de quibus hoc tantum in hoc titulo constitutum invenitur, ut benigne audiant allegationes eorum, qui se adferunt esse immunes à publicis functionibus, allegationem immunitatis suspendere exactionem tributorum, *l. 2.* Ut honorati, principales nimirum civitatum, qui perfuncti sunt omnibus muneribus civilibus, & cæteri omnes, qui honorariam adepti sunt dignitatem civilem, vel militarem, *l. 1. infra de hon. veh.* vel qui consulatum, aut aliam dignitatem administraverunt, ut in Nov. Valentiniani *de hono. & qui in gr. præf.* quibus jus est considendi in secretariis judicum, *l. u. 1. infra div. jud.* cum judice non sedent interim dum eorum lis agitur, contestatur, & disceptatur, *l. 1. hoc titulo.*

XLIV. ENARRATIO.

QUi perfuncti sunt omnibus hon.] Passim legimus in veteribus inscript. Honores omnes adeptus; omnibus honoribus in Republica sua functus, omnibus perfunctus honoribus. Illi dicuntur honorati, vel qui honorem gerunt. Vide Sirmondum ad Sidon. & Salmas. ad hist. Aug. scriptores.

Cum judice non sedent] Theodorus Hermopolites: *τοῦτο δὲ πρὸς τιμὴν τῶν ἀρχόντων ἐπινόηται, καὶ πρὸς τὸ ἔχειν φόβον τὸν δικαζόμενον, καὶ μὴ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων δικαστῶν*; *Hoc autem ad honorem magistratuum inventum est, ut hi quorum lis agitur, timeant, & magistratus, qui judicaturi sunt, non contemnant.*

L. 1. h. t.] In qua libri quidam habent, *vel fata pandantur.* Alii, *facta pandantur*, ut liber Juliani Brodæi.

TIT. XLV. *De officio militarium Judicum.*

MIlitares judices sunt, quibus non inter privatos, aut inter militem, & privatum reum, *l. 2. hoc titulo*, sed inter milites, aut inter privatum auctorem, & militem reum jurisdictio est, veluti Comites, & magistri equitum, & peditum viri illustres, *l. pan. inf. de jurisd. omn. jud.* & viri spectabiles duces, aut comites rei militaris. Civiles judices habent etiam suos milites, suam militarem manum .i. lictores, & apparitores, sed horum officio in caussis privatorum milites judicum militarium fungi non possunt, nec se eorum actibus immiscere.

XLV. ENARRATIO.

VEluti Comites] Hi sunt Comites majores, & superiores.

Viri spectabiles Duces] *l. 3. tit. seq.*

Duces] Theodorus Hermopolites lib. 9. tit. 1. *τὸ παλαιὸν εἰς ἕκαστον θέμα ἀπεστέλλοντο δύο ἄρχοντες, ὁ στρατηλάτης ἤτοι ὁ δοὺξ· καὶ ἕτερος πραίσης· καὶ ὁ μὲν δοὺξ ἦν ἄρχων τῶν στρατιωτῶν καὶ κρίνων αὐτοὺς περὶ στρατιωτικῶν πραγμάτων, ἤτοι τῶν ἐδικτικῶν ὑποθέσεων.*

Comites rei militaris] Comites militares: non enim differunt. Notitia Imp. Rom. Sect. 18. & 19. Synesius in epistola 193. *περὶ τοῦ Κόμητος ἐγεγράφεις δι' Οὐρσικίνου: λέγω δὲ τὸν τυχόντα ἀρχῆς τῶν ἐν τῇ πατρίδι στρατιωτῶν. De Comite per Ursicinum scripseras: eum autem intelligo, qui militum in patria præfecturam est sortitus.* Hi sunt comites majores, & superiores.

Civiles judices] Hi opponuntur militaribus.

Suam militarem manum] *L. 68. ff. de rei vindic.* *διὰ στρατιωτῶν*, Græci ibid.

Lictores appatit.] Executores, viatores, *ἐκβιβασταί*

TIT. XLVI. *De officio tribuni, & comitis rei militaris.*

EX militaribus judicibus inferioribus, & minoris laterculi sunt Tribuni, & Comites rei militaris viri clarissimi, *l. 1. sup. de off. quæst.* tribuni scilicet minores cohortium, seu numerorum, & præfecti, & præpositi castrorum honorati comitiva dignitate, de quorum officio desideratur Græca Constitutio in hoc titulo. Superiores, magistri scilicet, & duces sunt illustres, vel spectabiles, & emittuntur ex majori laterculo.

Tribuni] Tribuni militares. Tribuni cohortium dicebantur minores: Tribuni legionum, majores. Vide Vegetium lib. 7. cap. 7.

Et Comites] Menologium in Majo, v. 24. *ὧν οἱ μὲν ἦσαν κόμητες, οἱ δὲ τριβοῦνοι, οἱ δὲ πρίγκιπες.*

Cohortium] Juvenalis Sat. 1.

— curam sperare cohortis.

Vetus Scholiastes: *Militum tribunatum.*

Præfecti] Præfectus castr. castris præerat, Vegetius lib. 2. cap. 10.

Præpositi castr.] *L. Duces, hoc tit.*

Honor. comit. dign.] Comitiva dignitas accedebat omnibus fere dignitatibus honoris causa.

Magistri scilicet] Magistri sunt illustres, Duces spectabiles, *leg. 3. hoc tit.* ut dictum supra titulo proximo.

XLVI. Enarratio.

EX majori laterc.] De majori & minori laterculo vide sup. tit. 30.

TIT. XLVII. *Ne comitibus rei militaris, vel tribunis lavacra præstentur.*

ETiam illud additur de tribunis & Comitibus rei militaris inferioribus .i. clarissimis (legendum enim est in *l. 1. hujus tituli*, aliorumve minorum comitum, in *l. 2. Cod. Theod. eodem*, inferiorum) ne à provincialibus, qui eos hospitio excipiunt, exigant etiam privata balnea : hoc enim licere illustribus solis comitibus & magistris utriusque militiæ, *l. 6. inf. de metatis.*

XLVII. Enarratio.

ALiorumve minorum com.] In vet. Cod. Juliani Brodæi, legitur ut vulgo.

Privata balnea] Tollitur infausta hospitalitatis præbitio, ut si ab hospitibus petantur scorta, vel ut Græci interpretantur, si id petatur, ut hospites strigillent equos, vel portent σάβανα. Cujac. ad *l. 6. C. de metatis*. Adde. Jerocles artis veterinariæ libro 2. cap. 98. λοῦσον τὸν ἵππον, καὶ ἀπόμαξον σαβάνοις. Theomnestus ibidem : τῇ δὲ ὕστερη ἐξαγαγὼν τὸν φάτνης λοῦσον καὶ ἀπόμαξον σαβάνοις : *absterge sabanis.* Vegetius artis Veterin. libro 3. cap. 47. Post sabanis validioribus abstergetur.

Privata balnea] Tollitur & balnei petitio. In C. Theodos. ita erit scriptum : *Nec privatum quisquam à Domino ædium postulet*. Privatum Tribonianus interpretatus est balneum : quæ vox non dubito quin aliis in auctoribus eodem sensu reperiri possit. Cujac. ad *d. l. 6.* Adde. Procborus de rebus gestis S. Joannis Evangelistæ : ἦν δὲ πριβάτον ἀνὰ μέσον τῆς ὁδοῦ : καὶ ὡς ἐν τῶ ἑσπέρᾳ εἰσελθεῖν ἐν τῷ πριβάτῳ λούσασθαι ἀπέπνιγη. Profert hunc locum Joannes Meursius in Glossario Græcobarbaro.

TIT. XLVIII. *De officio diversorum Judicum.*

HIc titulus est communis omnium judicum civilium & militarium, ne ob publica tributa ullius judicis auctoritate matresfamil. domo extrahantur in forum, & quod de viduis additur in *l. 2. Cod. Theod. eod.* ne è patria sua trahantur in sacrum comitatum relatum à Triboniano proprio titulo, *Quan. imp. int. vid. &c. & l. 3. C. Theod. eod. tit.* ut provinciales prætorium judicibus non componant, ornent, instruant : sed ut ipsi sibi judices id componant, si velint, & ut contenti sint annonis & cellariis, quæ accipiunt ex horreis publicis, nec quidquam præterea exigant à provincialibus, ut *l. 32. Cod. Theod. de erog. mil. ann.* Communia hæc sunt præcepta omnium judicum, necnon etiam, quod habet *l. 2. hujus tituli*. Constitutio Græca, quæ specialiter de Comite rei privatæ loquitur, & genenaliter de omnibus judicibus urbanis & provincialibus, à me restituta in *l. 2. de delat.* Et quod *l. 3.* ne judices confundant invicem dignitatum gradus, puta ne minor judex majorem in relationum suarum subscriptionibus quasi parem, fratrem audeat nominare, & *l. ult.* ut honoratis non negetur consessus in secretariis judicum.

XLVIII. Enarratio.

PRætorium jud.] Prætorium sive auditorium judicum. D. Chrysostomus in Joannem Homilia 83. in illud cap. 18. 28. καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν : *Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur* : καὶ τίς ποῖος μολυσμὸς, εἰπέ μοι ἐπιβῆναι δικαστηρίου, ἔνθα δίκας οἱ ἀδικοῦντες διδόασιν ; *Et quænam quæso contaminatio, ingredi auditorium judicum, ubi iniqui pœnas darent?* Iisdem verbis utitur Ammonius in d. cap. 18. apud Auctorem catenæ in S. Joannem.

Et cellariis] Glossæ : κελλάριον, *penum*, in *l. 15. ff. de usu & habitat.* verba illa, *ex penu*, Basilica sic vertunt, ἐκ τῶν ἐν τῷ ἀγρῷ γινομένων κελλαρικῶν : *ex rebus penuariis sive cellariis.*

„ Lex 2. hujus tituli] Qua cavetur ne quemquam
„ admittant deferentem alium quendam thesaurum in-
„ venisse : ut tamen eum admittant, qui rem vel he-
„ reditatem ad fiscum pertinentem ab alio detineri nun-
„ tiet, dato fidejussore ad summam quinque librarum
„ auri, quo caveat se rem executurum, & probatu-
„ rum, Cujacius ad *l. 7. inf. de delator.* quæ sumpta sunt ex his Theodori Hermopolitæ : οἱ δὲ πολλάκις προσαγγέλλοντες τὸν λέγοντα, ὁ δεῖνα κατέχει πρᾶγμα διαφέρον τῷ δημοσίῳ, ἢ κληρονομίαν διαφέρουσαν αὐτῷ, τούτους καὶ δέχεσθαι ἀναγκάζεσθαι ἄχρι πέντε λιτρῶν ἐγγυωμένους αὐτοὺς ὡς ἐπεξελθεῖν τῷ πράγματι, καὶ ἀποδεῖξαι τὴν προσαγγελίαν ἀληθῆ.

Subscriptionibus] Sic legitur in Codice Brodæi.

Fratrem audeat nominare] Basilica : καὶ μηδέποτε τοὺς τοῖς ἀναφέρουσι τολμήσωσιν ἀδελφοὺς αὐτοὺς ἀποκαλεῖν : *nec in suis ad eos relationibus fratres eos audeant nominare.*

A Secretariis judicum] Vide inf. tit. 51.

TIT. XLIX. *Ut omnes judices tam civiles, quàm militares post administrationem depositam 50. dies in civitatibus, vel certis locis permaneant.*

ESt etiam hoc commune omnium judicum provincialium ex Constitutione Zenonis, ut persuncti administratione, postquam successorem acceperunt, clarissimi in Metropoli provinciæ, quam administraverunt, spectabiles in majoribus, potioribusque civitatibus administratæ diœceseos (de illustribus nihil exprimitur, quia aulicæ sunt potestates) dies 50. permaneant, & in publico faciant sui copiam, ut volent cuilibet sit cum eis civiliter aut criminaliter experiundi potestas de furtis aut criminibus, de furtis lege Julia repetundarum, de aliis criminibus veluti peculiaribus aut manubiis, id est, de prædationibus & concussionibus aliis legibus, vel SC. ut *l. ult. inf. de mo. mul.* quam rem Zeno vult definiri intra 20. dies : & interim reum juratoriæ cautioni committi, qua adfirmet se in judicio permansurum usque ad terminum litis. Confirmatur hæc præscriptio 50. dierum Justiniani Nov. 8. 95. 128. 161. & ex *Nov. quidem* 8. intelligitur in hac Constitutione Zenonis proculdubio esse legendum, nec ullam ante præfinitum tempus de provincia discedendi excusationem ei tribuat, vel divina revocatoria, vel codicilli, &c. Quod autem quidam, scribunt idem fuisse cautum lege Julia repetundarum prolata Ciceronis auctoritate falsum est. Nam quod Cicero scribit 2. & 5. epist. lege Julia cautum, ne rectores provinciarum ex provincia decederent, antequam rationes pecuniæ publicæ in provincia confectas & consolidatas deposuissent, non est de excipiendis actionibus omnium, qui eos de furto, vel aliis criminibus compellare voluerint, & magis pertinet ad l. Juliam residuorum, ut *l. sacrilegi, §. ult. ff. ad l. Jul. pecul.* quam ad l. Juliam repetundarum. Porro Constitutio Zenonis locum habet, non tantum in judicibus, sed etiam in adsessoribus, domesticis & cancellariis judicum, *l. 3. l. 8. inf. de adsess.* & vel in manipulariis, qui infimus est militiæ gradus militarium judicum & ministris, *l. 1. inf. ad Jul. rep.* Ex *Nov. Theodosii & Valentiniani de trib. fisc.* erant præscripti tres menses, quos ante non liceret judicibus provincia decedere, & forsitan in *l. ult. C. Theod. de adsess.* legendum est, per continuos tres menses, non per conti-

continuum triennium; & in eadem *Nov.* eleganter hæc quoque harum Constitutionum redditur causa, ut eorum positi bene actæ rei fruantur laudibus, aut certe si direptionis alicujus conscii docebuntur, discessus celeritate se non subtrahant.

XLIX. Enarratio.

Ut volenti cuilibet] Ex militaribus sunt Comites: ergo huic constitutioni convenienter Cassiodorus in formula Comitivæ provinciæ, quæ. 1. est lib. 7. *Nec quicquam præsumas facere, nisi quod privatis possis legibus vindicare, &c.* Pet. Faber.

Id est, deprædationibus] Vide A. Gellium 13. 23. ad finem.

Proculdubio esse leg.] In vetusto Brodæi legitur ut vulgo.

TIT. L. *De officio ejus, qui vicem alicujus judicis obtinet.*

Et hic quoque titulus de quocumque judice accipiendus est, sive de eo, cujuscumque judicis vicem obtinet: Is vero non est vicarius, non legatus, non is cui præses mandat jurisdictionem suam, sed is qui, ut est scriptum *l. 1. ff. de tut. & cur. dat.* moderamen provinciæ temporis causa obtinet, præside scilicet defuncto, vel quia ei provincia ad tempus regenda commissa est: atque ita nonnunquam procurator Cæsaris vice præsidis fungebatur, *l. 1. inf. de ped. jud. l. 2. inf. de pœn. l. 3. inf. ubi cau. fisc* ut Pontius Pilatus procurator Cæsaris erat in Syria vice præsidis, vel etiam quæstor ille olim, qui cum proconsule, aut proprætore in provinciam mittebatur pecuniæ publicæ causa. Porro ei, qui vicem alicujus judicis obtinet permissa sunt eadem, quæ judici, cujus locum tuetur, quod ei leges specialiter dederunt, & est apud eum legis actio, perinde atque esset apud judicem ipsum, *l. 2. hoc tit.* quæ tamen omnia legatum proconsulis, vel eum cui præses mandavit jurisdictionem, constat non habere.

L. Enarratio.

Is vero non est vicarius] Vide ad tit. 38 sup.

Non legatus, non is cui præses, &c.] Hi vicariam operam præstant.

Ut Pontius Pilatus procur. Cæs.] Cornelius Tacit. Annal. 15. *Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat.* Sanctus Cyprianus de idolorum vanit. *Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat.* Justinus in dialogo ad Tryphonem: Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ γενομένου ἐπιτρόπου τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος. Gallicus interpres non recte vertit, *Procureur pour lors & President en Iudee.* Josephus belli Jud. 11. 14. πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος. Rufinus vertit *Missus à Tiberio in Judæam Pilatus, cum curandam accepisset regionem:* ut apud Tacitum, *Achajam curabat*, Annali v. & Ann. vi. *Aliam curaverat.* Nescio an Rufinus scripserit, *procurandam:* ἐπίτροπος enim est procurator. Glossæ: ἐπίτροπος, *procurator.* Nihil temere mutandum: vide sup. ad tit. 38. Atqui Divus Hieronymus comment. in Matthæum capite 27. Pilatum præsidem vocat, Juvencus presbyter hist. Evangel. libro 4. *Consuluit Præses populum.* Sanctus etiam Hilarius Præsidem vocat, enarrat. in Psalm. 11. & Leo 1. in serm. 111. de pass. D. & serm. vi. & alibi. Maximus Taurinensis homilia 1. de accusato & jud. D. apud Pilatum præsidem, quia Lucæ 3. legitur, ἡγεμονεύοντος.

Ubi tamen vetus interpres vertit: *procuratore*] Hinc ἡγεμονία Ποντίου Πιλάτου. S. Ignatius in epistola ad Magnes. *præsidatus Pontii Pilati:* Sic enim rectius verteris, quam cum veteri interprete, Ducatus P. P. & Pilatus ipse τῆς Ἰουδαίας ἡγεμὼν dicitur à Georgio Syncello in Chronographia, *præses Judææ* Anastasio bibliothec. & Theophani & Theophylacto in Matth. cap. Respondet Cujacius Observat. 19. 13. & in Notis Mercatoris 1. 27. Præsidis nomen generale esse, quo continentur omnes provincias regentes. Ergo & procuratores Cæsaris, qui vice præsidis funguntur.

Quæstor ille olim] Asconius Pedianus in divinationem: *Hæc erat Senatoris administratio, Quæstorem fieri. & in Provincia curam gerere pecuniæ publicæ in usus diversos erogandæ.*

Proprætore] Sallustius in Catilinario: Piso in citeriorem Hispaniam, Quæstor proprætore missus est. Fulvius Ursinus ibi adfert veterem hanc inscriptionem:
Cn. Calpurnius Cn. F. Piso Quæstor Propr. ex. Sc. Provinciam Hispaniam citeriorem obtinuit.

Leges specialiter ded.] Vide Cujacium ad Novel. 8. ad finem.

Constat non hab.] Hoc ita nisi cum legato mandata est jurisdictio, ut scripsi pluribus ad ipsum Cujacium cap. 19. lib. 15. Observat. P. Faber.

TIT. LI. *De adsessoribus domesticis, & Cancellariis judicum.*

Vide tit. 20. lib. 1. ff.

Et hic quoque titulus est de adsessoribus quorumcumque judicum. Adsessores sunt Jurisprudentes, qui consilia juvant judicum, vel qui consiliis suis judices adjuvant, *l. 7. hoc tit. l. 1. C. Th. de Com. qui ill. ag. adf.* Macarius Homilia 15. ὅταν γένηται ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον: non sunt judices: nam nec libellis subscribere possunt, *l. 1. hoc titulo,* nec causas audire & judicare, absente magistratu, *l. 13. & l. pen. hoc tit.* quarum una est Zenonis, altera Justiniani, utraque ejusdem sententiæ, & his paucissimis verbis perstricta in Basilicis: μηδέποτε χωρὶς τῶν ἀρχόντων οἱ σύμπεδροι δικαζέτωσαν, τὰ ἐκείνων τεθέντες ὀνόματα. Habentur in judicum partem, ut Cassiodorus ait xi. & Imp. *l. omnis, Cod. Theod. de his, quæ adm. trad. sunt. quædam uniuscujusque judicis portio videtur adsessor.* Et chartis judicum signa sua imponunt, *l. ultim. hoc titulo,* qua ex re & Comites dicuntur, & participes, Comites scilicet sedendi, ut Cicero loquitur, & participes consiliorum, aut participes consiliari, & quasi pars Judicum, vel simpliciter consiliarii & consiliatores, ut βουληφόρον ἄνδρα. Fulgentius interpretatur, consiliatorem virum, & inde adsessum pro consilio, illo versu Propertii, *Turpior adsessu non eris illa meo,* & adsessorium in Pandectis liber, quo quæ ad ea consilia, judiciaque pertinent, explicantur. Dixi Jurisprudentes, *ut l. 1. hoc titulo, l. 1. ff. eodem:* nam ab eis Jurisprudentia exigitur, quæ non exigitur in magistratu, cui adsident. Cicero pro Plancio: *P. Rom. magistratuum virtute & innocentia contentus est: quotus enim quisque disertus, quotus quisque juris peritus est?* Denique imprudentia imputatur adsessori non magistratui, *l. 2. ff. quod quisque jur.* Cancellarii autem sunt, qui judicibus sunt à secretis, milites electi ad secreta judicum periculo, primatum officii ex eodem officio, *l. 8. hoc titulo,* ut in Basil. ἀπὸ τῆς τάξεως ὀφείλουσιν εἶναι ne quis ea verba, ex eodem officio, temere, etiamsi non habeantur in C. Th. tollenda putet, sic dicti, quod scribendis & expediendis epistolis, jussionibus, edictis, relationibus, responsis, sententiis judicum operam darent loco quodam proximo consistorio, vel secretario judicum, clauso reticulis sive cancellis, ut fit hodie etiam in curiis: quod ex Cassiodoro compertissimum est: & per hos etiam ad judices admissionem fieri Agathias scribit 1. histor. hoc

addito de eorum appellatione, τοῦτον ἔθος ῥωμαίοις ἐκ τῶν κιγκλίδων ἐπονομάζειν καὶ τῆς ἐν ταύταις ἐπιμελείας. Qui sunt à secretis principum, tribuni & notarii dicuntur. Qui à secretis judicum, Cancellarii. Domesticos judicum, de quibus & *l. 1. inf. ad leg. Jul. rep.* quoniam lego arceri à publicis actibus necessitatibusque, *l. 4. h. tit.* puto nomen commune habere cum domesticis protectoribus principum, eandemque sustinere militiam, & creari ex officio judicum periculo primatum, d. *l.* 8. & annonas de publico ferre, ut Cassiodorus docet 9. Var. sicut adsessores & Cancellarios, ut tit. sequenti.

LI. Enarratio.

De adsessoribus quor. jud.] Tertullianus ad Scapulam: *Ante professus inter advocatos & adsessores.*

Adsessores sunt Jurisper.] Divus Augustinus Confess. 8. 6. *Alipius otiosus ab opere Jurisperitorum post adsessionem tertiam, &c.* Adsessores ea quæ juris sunt: τὰ ἐκ τῶν νόμων, magistratibus explicabant, *Novel. 82. in princ.*

Qui cons. juvant jud.] δικαζομένοις σύμμαχοι, Libanius de vita sua. Gregorius Thaumaturgus in orat. Panegyr. in Origenem: ὁ τότε ἄρχων τῶν Παλαιστίνων τοῦτον παραλαβὼν ἐξαίφνης ἄκοντα μόνον κεχωρισμένον τῆς ὁμιλίας, ἤγαγεν ἐνταῦθα, συνεπιβοηθήσοντα καὶ κοινωνήσοντα τῶν ἐν ἔθνει ἀρχόντων νόμων ῥωμαϊκῶν γὰρ ἦν, καὶ ἔστιν ἔμπειρος. Iidem dicti σύμπονοι. Glossæ: *assessor.* σύνεδρος, σύμπονος: & σύνεδροί τε καὶ σύμβουλοι. Heliodorus Æthiop. x. quæ duo sæpissime conjunguntur, ut apud Zosimum v. & quem Sybilla σύμβουλον vocat, Lactantius *consiliatorem* interpretatur, libro IV. cap. VI. & XI. πάρεδροι Dio libro 53. Nov. 60. cap. 11. Glossæ: πάρεδρος, *adsessor.* Ulpianus in Midianam: παρέδρους γὰρ ἐδίδοντο ταῖς νεωτέροις, οἱ νῦν καλούμενοι συγκαθέδροι. l. ἀ μόνον, D. de excusat. vide Harmenop. IV. tit. 11. §. 11. Glossæ: συγκαθέδρος, *adsessor*, consessor Anastasio in hist. Ecclesiast. vide quæ ibi diximus: & Cujacium ad Novell. 119.

Nec causas audire] Nec judices sine adsessoribus. Achilles Tatius Clitoph. & Leuc. 8. οὐ μὲν γὰρ συμβούλους ἔχεις, καὶ οὐδὲν ἄνευ τούτων ἔξεστί σοι. *Tu adsessores habes, sine quibus nihil sibi decernere licet.*

Ut Cassiodorus ait] Libro XI. 4.

Comes] vide Cuj. obs. 7. 21. & 12. 2.

Comites sedendi] Ut apud Homerum Il. IV. οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο: *Dii autem apud Jovem consedentes tractabant.* Sic Latinus interpres Irenæi de hæresibus lib. 11. c. 11. Libanius in Lucianum: θρόνου μετέχοντες θρόνε: *ejusdem sedis participes.*

Ut Cicero loquitur] Epist. ad Attic. v. 11. edit. Aldi anni 1544. videsis editionem Sebastiani Corradi, quæ prodiit ann. 1549. & Sim. Bosium, Signon. & Victorium.

Participes consiliorum] *l. hoc tit.* σύνεδροι καὶ κοινωνοὶ τῆς ἐν δικαστηρίῳ γνώμης, Philostratus in Appollonio v. 13. *Consiliorum socii*, Pacuvius apud Ciceronem in Orat.

Aut participes consiliarii] *l. un. inf. si rect. prov.* v. S. Gregorii Nazianz. epist. 48. ad Alterium, & 175. ad Olympium.

Vel simpliciter consiliarii] *L. 3. 10. 11. pen. & ult. h. t. l. penult. ff. de offic. adsess.* Ammianus 25. *Phosphorio amisso consiliario.*

Consiliatores] Plin. 3. ep. 17. *Consiliator & rector.* Apulejus I. Metam. *Bonus consiliator Aristomenes.* Facundus Hermian. libro 4. *Consiliatoribus igitur vobis in his, quæ incurrunt utor.* Utitur Auson. in Consul. Glossæ: γνωμοδότης, *consiliarius, consiliator, suasor.* Lactantius lib. XI. 8. *Eo consiliatore usus est.*

Fulgent.] Mythologiæ 3. cap. 1.

Propertii] Elegia 12. libri 4.

Adsessorium] *L. 12. ff. de pact. l. 5. §. hac lege, ff. de injur.*

Quæ non exigitur in magist.] Vide lib. 13. Obs. cap. ult. Josephus 2. contra Appion. οἵ τε τὰς μεγίστας καὶ κυριωτάτας ἀρχὰς διοικοῦντες ὁμολογοῦσι τὴν ἄγνοιαν: ἐπιστάτας γὰρ παρακαθίστανται τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας, τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχνουμένους. *Sed etiam viri in maximis dignitatibus constituti profitentur inscitiam suam: iis enim, qui se legum peritiam habere pollicentur adsessoribus utuntur in rebus gerendis.*

Ut in Basilic.] Eusebius hist. eccl. 7. 30. σήκρητόν τε ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων. Libro 6. tit. 1. cap. 17.

Secretario judicum] σηκρήτῳ τῶν δικαστηρίων, in Cod. Can. Ecclesiæ Africanæ cap. 97. D. Augustinus Soliloq. cap. 26. *In libro tuo scripta de me in secreto consistorii tui.* Vide Glossarium nostrum ad Cedr.

Sive cancellis] M. Tullius pro Sextio: *Tantus in fori cancellis plausus excitatus.* Græci κιγκλίδας vocabant. Sanctus Basilius Seleuciæ de vita S. Teclæ lib. 1. εἴσω δέ τις δικαστικῆς κιγκλίδος παρελθὼν, καὶ στὰς ἐπὶ τοῦ βήματος, τοιοῦδε ἀπήρξατο λόγου. Etymologicum: δρύφακτοι, αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι, ἤγουν τὰ κάγκελλα.

Quod ex Cassiodoro] Libro XI. 6.

IX. variar.] 13.

Tribuni & notarii] Hi acta in Consistorio Principis excipiebant. Sidonius in Carmine 23. *Et jam te aula tulit, priusque Princeps inter conspicuos statim locavit, Consistoria quos habent, Tribunos.* Vide observata ad Ammianum.

Domesticos judicum] De his vide ad Ammianum Notata.

TIT. LII. *De annonis & capitu administrantium, vel adsessorum, aliorumve publicas sollicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquam consecuti sunt dignitatem.*

His omnibus judicibus de quibus actum est titulis superioribus, & adsessoribus domesticis, Cancellariis eorum, & aliis omnibus, quibus curatio, officium cui ministeriumve publicum aliquod injungitur, ut Comiti Commerciorum, curæ est ne Commercia illicita exerceantur, cuique soli à barbaris comparandi serici in usum principis jus potestasque est, & sine quo barbaris ultra fines constitutis negotiari non licet, & magistro lineæ vestis, magistro æris, Comiti auri & rationali utriusque ærarii, ac similibus omnibus de publico præbentur salaria .i. annonæ & capita, & adsessoribus ea Alexandrum instituisse, Lampridius scribit, & confirmat, *l. 4. ff. de off. adsess.* Annonæ sunt veluti panis, vinum, oleum, liquamen, laridum, &c. quibus vitam toleramus. Capita sunt pabula equorum, mulorum, camelorum, quibus vehimus nos, aut sarcinas impedimentaque nostra. Ammianus Marcellinus 22. *pabula jumentorum, quæ vulgo dictitant capita.* Hesychius κάπητος, παράβλημα ἀλόγων. Igitur in *l. 2. inf. de cur. pub. & l. 9. inf. de ju. fisc.* alimenta pecorum: vel pabula sunt capita, sumptus familiæ, annonæ. Dicitur singulari numero capitum, ut *l. 2. sup. de off. præf. præt. Afr. & Nov. Theod. de tribus fisc.* & Cassiodori 7. *ad equos capitum definitum*, & patrio casu, capitu, inflexione Græca. Porro solebant hæc præberi in speciebus ipsis. Verum hac Constitutione rediguntur ad pretia definita in delegationibus, quæ eo nomine singulis officiis dantur. Delegationes quæ & delegatoriæ, sunt notitiæ, quæ singulis administratoribus & officiis delegantur, quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita, aut pretia eorum, quæ sumant ex tributis illius, vel illius provinciæ, vel ex publicis horreis.

LII. Enarratio.

Comiti commerciorum] Notitia sect. 10.

Cuique soli à barb.] *L. 4. & l. ult. inf. de commerc. & mercat.*

Comiti

Comiti auri] Notitia sectione 42.
Rationali utr. ær.] Sacrarum largitionum, & rerum privatarum.
Lampridius scribit] In Alexandro.
Liquamen] Vide tit.41. lib.4.
Impedimentaque nostra] Necessaria iter agentibus, sarcinæ. Glossæ: *Sarcinæ, σκεύη ὁδοιπορικά.*
Ἀλόγων] Item, *κτήνη, κτηνῶν τροφή.*
Ἀλόγων] Magnum Etymologic. *σημαίνει δὲ τὸ σχοινίον τοῦ ἀλόγου τὸ πλεκτόμενον, τὸ καπίστριον*: vide Glossar. ad Cedr.
Delegationes] *Delegatio* apud Suidam exponitur, annonæ transvectio, & in veteri Glossario MS. *δηλεγατίων, ἡ ῥωμαϊστὶ ἡ ἐκταγὴ τοῦ σιτοπομπίου, ἢ ἡ ἀννώνων μετακομιδή.* Sed hæ Glossæ magis pertinent ad annonam militarem, & delegatores, qui expeditionis tempore provident copiis militaribus: & ideo cessante bello, nullæ erant delegatorum partes. Julius Pollux in Chronico. *ἀλλὰ καὶ πόλεμον κινούμενον δηλεγάτωρ ἐκαθέζετο ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτε ἐπαύσατο ὁ πόλεμος, ἐπαύετο καὶ ὁ δηλεγάτωρ.* Vide *Novellam* 130. *capite.*1.
Quæ & delegatoriæ] *L. missi 7. infr. de exaction. tributorum.*

TIT. LIII. *De contractibus judicum, vel eorum qui sunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent sine sanctione pragmatica.*

UT superior, ita hic titulus communis est judicum omnium, & adsessorum, vel domesticorum, quo Justiniani Constitutione judices urbani separantur à provincialibus, ita ut urbani ex pragmatico principis emere, & proprias ædes ædificare possint, non etiam donationem accipere; quæ tamen si facta fuerit, post depositam administrationem confirmari potest, vel ratihabitione donatoris, vel silentio quinquenii. Provinciales autem ne ex rescripto quidem principis emere per se, vel per aliam personam quidquam possunt, præter ea, quæ victus cottidiani, sunt, nec domum ædificare, aut navem, ut *l. aufertur, §. quod a præside, ff. de jur. fisc.* nec ducere uxorem, ut *l. qui in provincia, l. præf. ff. de rit. nupt.* ac multo minus donatum suscipere: quo verbo etiam hereditatem significari testamento extranei relictam conveniens est his, quæ de hac constitutione ex Theophane retulit Anastasius bibliothecarius: & quæ in eos forte collata fuerit donatio inter vivos, aut venditio, nec ratihabitione, nec silentio quinquennii confirmatur, nimirum abrogata *l.5. & 6. Cod. Theod. de his quæ adm. vel off. pub. ger.* quæ admittit præscriptionem quinquennii, & abrogata etiam *Novel. Valent. de conf. his quæ adm. vel pub. off. ger. dist. vel don.* qua nos tamen in Gallia utimur magis. Et ratio differentiæ inter urbanos & provinciales, quia major est in provinciis præsidibus grassandi copia, si sua potestate abuti velint; idcirco durioribus legum vinculis coercentur, ac similiter, ut diximus tit.14. mittuntur in provincias exteri & incogniti provincialibus, in urbe fere cives aut incolæ magistratus capessunt. Qui sunt circa eos, dixit, ut *l.33. ff. de rebus cred.* pro adsessoribus, vel domesticis; & aliis officiis, & rursus secundum hanc constitutionem Justiniani quod excipitur in *l. non licet ff. de contr. empt.* nisi specialiter quibusdam hoc concessum sit, habet locum in urbe tantum, & addenda alia exceptio ex *l. qui officii, ff. eod.* nisi paterna à fisco detrahantur, ut *l. milites, ff. de re mil. & l. princeps, Cod. Theod. de his quæ administr. vel offic. publ. ger.* Videnda hac de re *Novel. Leonis* 84.

LIII. Enarratio.

COnstit.] *l. un. h. t.*
Ne ex rescr.] Licet sacri apices aliquid eorum permiserint, *d. l. un. l. excellentia 9. infr. de erogat. milit. ann.* Glossæ: *συλλαβαί, apices*;
Anastasius bibliothecarius] In historia Ecclesiastica: *Faciens*, inquit, *singularem codicem, & vocans eum Novellas constitutiones, in quibus non permisit Principem in locis quibus præest, emere possessionem, aut ædificare domum, aut hereditare extraneam personam, nisi quis sibi cognatus existat.* v. Teophanem edit. Reg. p.151. a.

TIT. LIV. *De modo multarum quæ à judicibus infliguntur.*

PErtinet etiam hic titulus ad judices omnes, de quibus actum est supra. (*) Omnes enim qui judicationem habent, id est qui publice judicium exercent, multæ dictionem & pignoris capionem habent, qua suam tueantur jurisdictionem & coerceant inobedientes, *l.2. §. ult. ff. de re jud. l. aliud §. ult. ff. de ver. sign.* & excepti tantum inveniuntur procurator Cæsaris, & curator Reip. *l.2. & 3. hoc tit.* & defensor plebis *l.5. tit. seq.* Sed nec ad infinitum cuilibet judici multam dicere licet, *l.5. infr. quan. prov. non est nec.* Modus quem sequi unusquisque debet in multa dicenda h. tit. definitur. Præf. prætorio supremæ multæ irrogandæ jus est, *l.4. hoc tit.* Cassiodorus: *Magna*, inquit, *quantitate multas errantes*, & plerumque omnis multa accedit fisco, nisi specialiter deputetur publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis, *l.5. hoc tit.* vel pauperibus, *l.2. supr. de episc. aud.* quod fit in omnibus causis Ecclesiasticis, *l.20. Cod. Theod. quor. ap. non rec.* & Cassiodorus 8. Var. Multa autem est pecuniaria coercitio: non est satis: nam & pœna quædam est pecuniaria coercitio. Pecuniaria igitur coercitio, quæ arbitrio judicis irrogatur. Nam & si certum modum judex non possit excedere, intra eum modum tamen sui arbitrii res est; quin etiam postea quam multam irrogavit, ex causa moderari eam & remittere, verbi gratia, propter inopiam rei .i. necessitatem solutionis, *l. ultim. in fine, hoc tit. l.6. §. penult. & ultim. ff. de off. præf.* reprehensa, ut ait exactorum avaritia. Bene reprehensa, & comprehensa, *l.16. Cod. de donat. int. vir.* non punita. Minus enim est reprehendere, *l.7. §. ad tempus, ff. de interd. & rel.* Cicero pro Flacco: *non modo reprehendendum, sed etiam condemnandum putas.* Et omnino abrogari contrario judicio, moderari vel remitti multæ dictio, sicut nec quælibet alia sententia ab eodem judice potest. à superiore potest. Plinius 4. Epist. *Prætor Senatoris multam dixit, egit ille in Senatu causam suam sic ut deprecaretur: remissa est multa.*

LIV. Enarratio.

PRocurator Cæsaris] Id est, Rationalis. In vetusto Menagii sic legitur: id est rationales. Sic etiam Brodæi membranæ. Ex certa ex vett. lexic. titulo de magistratibus: *Rationalis, λογικός.*
Et curator Reip.] Qui græco vocabulo logista nuncupatur, *d. l.3. h. tit.* eadem Excerpta: *Curator, λογιστής.*
Cassiodorus Libro 6.3.
Et Cassiod.8. Var.) 24.
Multa est pecun. coerc.) *l. aliud 131. §.1. & l. pro pen. in fin. ff. de verb. sig. multari, ζημιωθῆναι τὴν οὐσίαν.*
Certum modum) Definitum modum, ultra certum modum condemnare non licet.
Remitti) *Nec putent factum facile esse, ut aut præcipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingravat, aut erubescenda varietate judicii pro arbitrio proprio immutandum esse, quod lex jusserit, l. ultim. in fin.* Sic legitur ille locus in veteri Brodæi.
Plinius 4. epistolarum epistola 29.

TIT. LV.

(*) *Vide Merill. Varians. ex Cujac. lib. 1. cap. 44.*

TIT. LV. *De defensoribus civitatum.*

A MAgistratus, de quibus actum est supra, vel in urbe Roma veteri, aut nova Rempublicam administrant, vel in aula principis, vel in provinciis, & ex his aliis dioeceses regendæ commissæ sunt, aliis provinciæ singulæ. Hi quibus sunt hi postremi tres tituli non urbis, non provinciæ, non dioeceseos, non aulæ, sed civitatum singularum potestates sunt. Et defensores civitatum in primis, similes tribunis plebis, qui olim in urbe fuerunt: Nam & defensores plebis dicuntur, defensores locorum, patroni, parentes rusticorum, & suburbanorum, *l. 3. & 4. hoc titulo*, *l. 1. tit. ult. hujus libri*, *l. ult. inf. de prin. ag. in rebus*, & prehensionem habent sicuti Tribuni plebis, *l. 22. sup. de ep. aud. Nov. 15.* in qua plenius scripsimus de officio, & jurisdictione co- B rum. Sed invenio etiam ad eorum curam pertinere persecutionem servorum fugitivorum Reip. ex *l. mancipia*, *inf. de ser. fugit.*

LV. ENARRATIO.

CIvitatum simul potestat. sunt] Oecumenius in Acta Apostolorum capite 28. defensores civitatum comparat ἀγοραίοις, qui minores erant judices in Asia: εἶδος δὲ δικαστῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τυγχάνουσιν οἱ ἀγοραῖοι, οἵτινες ἐδίκαζον τοῖς πένησι, καὶ ἀγοραίοις ἀνθρώποις: διὸ καὶ ἀγοραῖοι ἐκαλοῦντο, ὥσπερ νῦν ἔκδικοι κατὰ πόλεις τινάς: μηδὲ ἀνθύπατοι ταῖς τῶν πλουσίων, ἢ ταῖς τῶν ἐγκλημάτων δίκαις ὑπήκουσι: quæ totidem verbis extant apud Theophylactum in Acta cap. 19. C

Ad eorum curam pert.] Commerciorum dispositionem ad hos pertinuisse colligas è Cassiodori lib. 7. variar. form. 12. de defensoribus cui civitat. P. Faber.

TIT. LVI. *De magistratibus municipalibus.*

IN quibusdam civitatibus erant defensores tantum; *l. in hac infra de donat.* in quibusdam defensores plebis, atque etiam magistratus municipales, plurimum Duumviri, similes duobus Consulibus populi Romani. Et sumebantur quidem Duumviri ex ordine decurionum, defensores ex plebe, *l. 2. supr. tit. prox.* utrique decreto clericorum, honoratorum, possessorum, decurionum, *l. 8. eodem*, *l. 1. ff. ad L. Jul.* D *de amb. Novell. Leonis 46. & 47.* ex quibus tamen hodie etiam creatio eorum pertinet ad principem. Utrique habent jus conficiendorum actorum, *l. penul. supr. tit. prox. l. 2. hoc titulo*, præsentibus scilicet tribus curialibus, & exceptore publico, ut *l. 151. Cod. Theod. de decur. & Novell. Theod. de tribus fis.* Utrique habent jus dandi tutoris, *l. 3. ff. de tut.* Cæterum quam invenio legis actionem aliquando esse apud magistratus municipales, *l. ult. inf. de man. vindic. l. 4. ff. de adopt. & Pauli 11. Sent. tit. 25.* nusquam invenio esse apud defensores plebis: & rursus quam invenio mulctæ dictionem non esse apud defensores, *l. 5. supr. tit. prox.* suspicor fuisse apud magistratus municipales, licet pœnali judicio jurisdictionem suam tueri non potue- A rint, eo scilicet de quo agitur in *l. 1. ff. Si quis jus dic. non obt.* nam & pignoris capionem habent, *l. quemadmodum, §. Magistratus, ff. ad l. Aquil. l. 4. §. 1. de dam. inf. l. 3. §. 1. ff. de reb. cor. &c.* & modicam coercitionem in servos, *l. 12. ff. de jurisdict. l. si privatus, ff. de injur. Major igitur est Magistratuum, quam defensorum potestas.*

LVI. ENARRATIO.

MAgistratus municipales] Hos Græci *στρατηγοὺς* vocant. Glossæ: *στρατηγὸς, magistratus, duumvir*, & : *magistratus, στρατηγός.*

Instit. de Attil. tut.] Et *l. 30. sup. de episc. aud.*

B TIT. LVII. *De officio Juridici Alexandriæ.*

Vide tit. 20. lib. 1. ff.

COnstitutio hujus tituli docet etiam Juridico Alexandriæ jus esse actorum conficiendorum. Fuit & jus dandi tutoris, & legis actio, *l. 1. & 2. ff. eod. §. non autem, Inst. de Att. tut.* & jurisdictio in Alexandrina civitate, & inde Juridici nomen proprium, quod poterat esse commune: δικαιοδότης Straboni, æquidicus antiquis inscriptionibus, sub præf. Augustali, & ipse Augustalis, Ordo autem sive curia Alexandriæ initio nulla fuit, sed neque ullus Alexandrinus in Senatum urbis cooptari potuit ex lege Aug. post Severus Alexandrinis jus curiæ dedit, Antoninus jus in Senatum coeundi, auctore Dione lib. 51. C

LVII. ENARRATIO.

ACtorum conficiendorum] Et donationes igitur in Alexandrina civitate apud Juridicum actis intervenientibus insinuari debent, *l. un. h. t.* Item Juridicus satisdationes exigere solet tutorum, vel curatorum. Scholiastes Theophili ad *§. ult. de satisd. tutor.*

Legis actio] Et ideo apud eum fiunt emancipationes, & manumissiones, Thalelæus ad *leg. 2. inf. comm. de manumiss.*

Quod poterat esse commune] Ut in *l. Thais 41. §. Lucia, ff. de fideicommiss. libertat.* Græci Juridicum ibi δικαιοδότην interpretantur. Julius Capitolinus in Marco D Antonino: *Datis*, inquit, *Juridicis Italiæ*. Apulejus Metam. libro 1. *Liberis suis tutores Juridici provincialis decreto dati.*

Δικαιοδότης] Glossæ: *Juridicus*, δικαιοδότης. Excerpta ex vett. Glossis, tit. de Magistratibus: *Juridicus, αἵμας*: vox corrupta: forte legend. δικαιοδότης. Juridicus Ægypti, vetus inscriptio Gruteri p. 373. 1.

Straboni] Libro 17.

Æquidicus] Vetus inscriptio pag. 904. 9.

Sub præf. Aug.] Strabo d. lib. 17.

Alexandrinis jus curiæ ded.] Spartianus in Severo: *Alexandrinis*, inquit, *jus buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub Regibus, ante vivebant uno judice* (Juridico) *contenti quem Cæsar dedisset*. Vide Cujacium ad *l. 56. Cod. de decurionibus.*



CODICIS JUSTINIANI LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

DE EDENDO.

Vide tit. 13. *lib.* 2. *ff.*



EXPOSITIS officiis diversorum judicum, ordinem tractandum suscipit quo de jure suo quisque apud judices experitur, & initium facit ab editione actionis, ut Ulpianus quoque, & Paulus libris ad edictum, ut inde fiat verisimile, etiam ab editione cœpisse edictum perpetuum, cujus ordo utique magis observatur in Codice, quam in Pandectis. Et vero Pandectæ initium faciunt à vocatione in jus, non ab editione actionis, & defendi possunt hae ratione, quod eodem fere tempore, & reus vocaretur in jus, & ei ederetur actio; quæ res efficit, ut omnium actionum instituendarum principium dicatur proficisci à titulo de in jus vocando in *§.ult. Inst.de pœsem. lit.* ut æque contra possim dicere, omnium actionum instituendarum principium proficisci à titolo de edendo: Nam facile constitui non potest, editio vocatione, an vocatio editione tempore prior fuerit, conjunctæ potius, & adfines videntur, atque contiguæ. Est autem edere, actionem demonstrare specialiter genus futuræ litis, *l.* 3. *hoc tit.* vel exprimere speciem, & nomen actionis, *l.ult.inf.de interd.* Editio, præparatio, & initium litis. Contestatio, initium litis atque judicii, & de editione actionis est tantum in hoc titulo *l.* 3. Aliæ leges pertinent ad quæstiones adfines, an reus edat actori rationes suas, an actor reo, an acta publica edantur cuilibet postulanti, proprie ad edicta de edendo non pertinent, quæ sunt tantum de edendis actionibus, & instrumentis litis, & de edendis rationibus argentariorum. Invenio, & reis accusatores edere crimina 5. Sentent. Pauli.

I. ENARRATIO.

Libris ad edictum] *L.* 1. 2. 7. *&* 9. *ff. eod.*

Edictum perpetuum] Quod Adrianum vocat Pæanius Eutropii metaphrastes 8. quoniam auctoritate Adriani Imperatoris à Salvio Juliano JC. compositum est, & Senatusconsulto confirmatum.

Vocaretur in jus] Placet quibusdam, actionem editam ante vocationem in jus, & utuntur auctore Terentio in Adelph. act.2. Sc.1. Æschinos enim Sanniooem lenonem in jus vocaturus actionem ei edit his verbis:

—nam ego liberali illam adsero causa manu.
Nunc vide: utrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno.

Et in ea seotentia est Cujacius Observ. libro 10. cap. 10. Per contrarium vocationem in jus præcessisse argumento est Plaut. in Aulularia act.4. Sc.10.

Jam quidem ad prætorem, hercle, te rapiam; & ibi scribam dicam.

Specialiter genus] Ut edere actionis genus in Novella Valentiniani de Episcop. jud. specialiter genus litis edere, *l.* 2. *C. Hermogen. de calumnias.* Ammianus Marcellinus lib. 30. *Ut nondum se patroni post speciem litis triennium editam censentur instructos.*

Contestatio initium litis atque jud.] *L.* 1. *inf. de lit. contest. & l.* 3. *hoc titulo*, ex quarum legum conjunctione constat, quæ sit differentia inter editionem actionis, & litis contestationem. Editio est litis præparatio: per hanc enim reus actionis speciem cognoscit, *d. l.* 1. quæ omnino instituenda est, ut judicium procedat. Collatio Carthaginensis cum Donatistis 3. *Cum iste cardo sit causæ, ut is, qui alterum in judicium vocat, instituere actionem debeat, & provocare ad responsionem, advertas prudentia tua, eos prosequi debere, utrum nobis, vel quam instituant actionem, ut respondere possimus.* Litis vero contestatio est initium judicii, *l. amplius* 15. *ff. rat. rem hab.* In *l.* 3. *infr. de litis contestat.* verba illa, *ante inchoatam litem*, sic interpretantur Basilica: πρὸ τῆς προκατάρξεως, *ante litem contestatam*: & mox, verba illa, *sin autem*, & li-

& liti præbuit exordium; sic etiam auctores Basilicon exponunt, *εἰ δὲ καὶ προκατήρξατο*: *sed etsi litem contestatus sit*.

Edat actori] Edere & exhibere rationes promiscue dicimus, *l.1.& 2. h. tit.* ut edere nomina creditorum. Seneca de benefic.2. cap.7.

Rationes suas] Codicem rationum, *l. argentarius 10. §.1. ff. eod.*

Rationes suas] *L.1. hoc tit.*

Actor rer.] *l.5. hoc tit.*

Acta publica] *L.2.*

Rationibus argentar.] *L. 1. §. 2. & 3. l.4. ff. eodem.*

V. Sentent. Pauli] *tit.16. §.ult.*

TIT. II. *De in jus vocando.*

Vide tit. 4. lib. 2. ff.

IN jus vocare non est libellum dare judici, *l.5. ff. eod. l. quæsitum, ff. ad Turpill.* non interpellare judicem defensionis suæ audiendæ gratia, *l.14. ff. eodem*, sed ducere vel trahere invitum ad judicem agendi gratia, quo genere hi quibus reverentiam debemus honeste non vocantur, nisi præmissa venia. Venia conservat reverentiam illæsam.

II. Enarratio.

IN jus vocare est ad Prætorem, vel alios, qui jurisdictioni præsunt, vocare juris experiundi causa, *l.1. ff. de in jus voc. l.2. ff. si quis in jus vocatus non ier. εἰς δικαστήριον καλεῖν*. Theophilus *§.3. Instit. de pœna tem. litig.* id est, in jus, vel in judicium vocare, ut in *l. 2. §. prætor, ff. qui satisd. cog.* vocationis formulæ erant hæ: In jus te voco, in jus eamus, in jus veni, in jus ambula, quæ notissimæ sunt ex Plauto, Terentio & aliis. Unde constat vocationem in jus fieri solitam sine jussu magistratus. Poterat quisque per se adversarium in jus vocare. Is autem qui in jus vocatus est, protinus sequi debet. Auctor ad Herennium libro 2. *Lege jus est, id quod populi jussu sancitum est, quod genus, in jus ut eas cum voceris*, aut manu, seu vi duci, rapi, & trahi potest, nisi satisdet judicio sisti, *l. si vero 5. §. ultim. eod. l. sed etsi 21. ff. de in jus voc.* Auctores nostri videntur uti verbo duci tanquam leniore, quasi vim omnem abesse vellent, argumento inscriptionis *l.48. ff. de verb. sign.* qui neque sequantur, neque ducantur. Titus Livius lib.11. *Cum in jus duci debitorem vidissent*. Alii vero rapi dicunt. Plautus in Rud. act. 3. Scen. 6. *Rapi te obtorto collo mavis*, & mox: *In jus rapiam exulem*. Horatius 1. Sa.9. aut trahi. Plautus in Pœn. act.3. Scen.5. *obtorto collo ad Prætorem trahor*. Valerius M. libro 5. cap.3. *Patriam suam in jus ad aliam civitatem pertraherent*. Rufinus Invectiva 1. in D. Hieronymum: *Post centum & quinquaginta annos mortis suæ in jus eum trahis*. D. Hieronymus in Apologia 1. adversus Rufinum: *ut adstipulatorem in jus Ecclesiæ traheret*. Si in jus vocatus non sequatur, rapitur, trahitur. Rapitur trahiturve quis invitus, etiam sine præcepto judicis. Plautus in Milite Actu 5. *Ducite istum. Si non sequitur, rapite*. Seneca ex Cleanthe: *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt*. In epistola Jacobi cap. 2. *καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια*. Lucianus δικαστηρίοις: *ὅτι μιαρὲ πρὸς τὸ δικαστήριον. Α. μὴ ἄγε με.*

Ad judicem] Ad Prætorem, *l.1. §.1. ff. de fer.* Nam & Prætor ipse judex olim appellabatur, auctore Livio 3. Cujac. Observ.x.10. & ita accipitur in *l.41. ff. de minor.* Cujac. ibidem, vel alios qui jurisdictioni præsunt, *l.2. §. si quis in jus vocat.* non ad pedaneum judicem, *l.3. §.1. ff. ne quis eum qui in jus voc.*

Agendi gratia] Apud Prætorem prius quam judex detur specialis, quodammodo agendi potestas datur, ut M. Tullius ait 2. de inventione, Cujac. d. cap.10.

Reverentiam] *L. parentes 6. l. patronum 10. §.2. l. generaliter 3. eod. l.1.2. & 3. h. tit.* honorem, *d.l.10. §.3. l.2. h. tit.* Hodie quia non ducuntur, qui in jus vocantur, consequenter ut ejusmodi personas in jus vocemus, nihil indigemus petitione veniæ, Cujac. d.c.x.

Honeste] *l.4. §.2. ff. eod.*

Præmissa venia] Permissu Prætoris, jussu, præcepto, venia edicti petita, *d. l.4. l.8. l.10. §.3. d. l. 13. συγγνώμη*, Theoph. *§.3. Instit. de pœn. tem. litig.* Gratiam facit Prætor edicti, quo vetabat ejusmodi personas in jus vocari, dum permittit vocari, *l.2. h. tit.* In eum qui sine permissu Prætoris in jus vocat, pœna quinquaginta aureorum constituta est, *l. pen. ff. eod.*

TIT. III. *De pactis.*

Vide tit. 14. lib. 2. ff.

FRustra adversarium in jus vocasti & ab eodem frustra stipulatus es judicio sisti, si tecum postea de re transegerit ante, vel post diem in quem sisti promisit. Nam & si condemnat promissionem judicio sistendi causa factam, vel stipulatio non committitur, vel eliditur exceptione pacti aut transactionis: ideoque in hoc judiciorum instituendorum exordio quo plerumque litium transactiones fiunt inter partes, quæ pactorum species sunt, titulos dedit de pactis & de transactionibus. Pactum est conventio, cujus nullum neque nomen proprium subest, neque causa. Vel, res de qua convenit, quæ nomen non habet aliud quam pacti, quæque nondum ulla ex parte paciscentium sumpsit effectum. Denique pactum nudum, solum, simplex, quod κατ' ἐξοχὴν nudum dicatur, non πρὸς διακοπήν. Græci ita definiunt, si neque datione aut facto ullo præcedente convenerit tantummodo de dando, vel faciendo, quæ definitio etiam in stipulationem cadit. Sed hæc proprium & speciale nomen habet quod lex dedit, ut appareret non inanem, non inefficacem conventionem esse: non inane nomen. Sed & si definieris, conventionem esse quæ placiti fine stetit, ut *l. si tibi infr. de loc. l. si divisionem, infr. fam. erc.* ut Quintiliani declamatione quadam, *intra verba primumque promissum stetit*: idem conveniet emptioni venditioni, quæ tamen contractus est, non pactum, quia ei jure gentium proprium nomen inditum est.

III. Enarratio.

SI de re transegerit] Qui in jus vocatus est, dimittitur, si de re transactum fuerit, *l. neque 22. ff. de in jus voc.*

Eliditur exceptione pacti aut transf.] *L.2. ff. si quis caution. jud. sist. cau. fact.*

Quo plerumque litium transact.] Consultius utique est rem transactione dirimere, quam in ambiguam litem descendere, ut sunt judiciorum incerta, ut ait Calp. Flaccus in declamat.22. vere D. Chrysostomus in hom.16. in epistolam Divi Pauli ad Corin. *καὶ γὰρ αὐτοὶ οἱ τῶν ἔξωθεν δικαστηρίων συνήγοροι, μυριάκις ταῦτα λέγουσιν: ὅτι βέλτιον ἔξωθεν διαλύσασθαι: nam ipsi quoque patroni judiciorum exteriorum millies hæc dicunt, melius esse rem extra judicium transactione dirimere.*

Quæ pactorum species sunt] Pactum est genus, transactio species, *l.2. ff. de transact.*

Neque nomen proprium] *L.7. ff. eod.*

Neque causa] Causa est datio vel factum: Nam si causa subsit contractus est incertus, sive innominatus, ut loquuntur, ex quo nascitur actio præscriptis verbis. Vide Cujac. ad *d.l.7.*

Sumpsit effectum] De dando tantum, vel faciendo convenit: veluti, dabo tibi Stichum, tu mihi Pamphilum; vel dabo tibi Stichum, tu mihi domum ædificabis.

Pa-

Pactum nudum, solum] Ut sola proprietas, id est, nuda in *l. qui usumfructum 36. §. 1. D. de usufr.* ut apud Græcos *γυμνὸν* est *μόνον*, ut observat Clar. vir Daniel, Heinsius in librum 1. Silii Italici.

Non *πρὸς διαστολὴν*] Non quod aliud sit vestitum cohærentia contractus, ut loquuntur interpretes: nam & hæc nuda sunt, *l. jurisgentium 7. §. quin imo, ff. eod.* in qua sententia est Græcus interpres in Dictato de pactis. Et si pactum adjiciatur bonæ fidei contractui in continenti, *ἐν ἀρχῇ*, *in initio*, in exordio contractus, ut ait Harmenopulus Epitomarum lib. 1. tit. 9. §. 11. id est, *ὅταν τὰ πάκτα συνάπτηται τῷ συναλλάγματι*: *Cum pactum idem habet initium temporis cum ipso contractu* ut ait Græcus interpres in eodem Dictato: inest tam ex parte actoris, quam ex parte rei, id est, prodest tam ad agendum, quam ad excipiendum, formatque ipsam actionem, ex contractu scilicet descendentem, *μετατυποῖ*, *transformat*, *μετατυποῖ τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐξ ἐκείνων τῶν συναλλαγμάτων ἀποτικτομένας, καὶ μετασκευάζει*: *reformant actiones, quæ ex illis contractibus nascuntur, easque formant aliter*. Si vero pactum adjectum sit ex intervallo, non inest, *d. §. quin imo*. Sed adhibenda est distinctio legis *pacta conventa 72. ff. de contrah. empt.* id est, si pactum fiat de adminiculis contractus, sive de his, quæ sunt extra naturam contractus, puta ut cautio duplæ præstetur in eum casum quo res evincatur: non inest, neque ex parte actoris, neque ex parte rei. Prodest tamen ad excipiendum. Si vero pactum detrahat aliquid ex his, quæ substantia attingunt contractus, puta si auctum, vel deminutum sit pretium, pactum inerit ex utraque parte, id est, proderit etiam ad agendum: novus enim contractus videtur, *d. l. 72.* Quod si pactum strictis judiciis adjiciatur, verius est inesse contractui ex parte rei, non ex parte actoris, id est, prodesse ad excipiendum, non ad agendum, *l. lecta 40. D. de reb. credit.* Quare utiliter subjicitur stipulatio.

Græci ita definiunt] Harmenop. lib. 9. 2. *ψιλὸν σύμφωνόν ἐστιν ὅταν μὴ προηγήσηται δόσις, ἀλλὰ μόνον συνθῆ ἐπὶ δόσει*. *Cum non præcessit datio, sed de dando tantum convenit*. Ergo si nomen, & causam habeat, est certus contractus ex quo nascitur civilis obligatio, quæ actionem parit. Cæterum pactum regulariter actionem non parit, excepto constituto, *l. 1. ff. de const. pec.* pignore, *l. si tibi 17. §. 1. ff. eod.* ex pacto donationis, *l. si quis 35. C. de donat.* & dotis pollicitatione, toto tit. *Cod. de dot. promiss. & nuda pollicitat.*

Declamatione quadam] Declamat. 267.

Quia ei jure gentium] Contractuum nomina propria jure civili prodita sunt, *l. 3. D. de præscript. verb.*

TIT. IV. *De transactionibus*.

Vide tit. 15. lib. 2. ff.

TRansactio est pactio, qua lis, vel controversia, & res aliqua dubia perinde ac judicato dirimitur. Nec enim minus ex transacto, quam ex judicato eventus litis pendet, *l. ult. D. mand.* Vel decisio litis, aut controversiæ facta consensu partium. Controversia est litis causa. Lis est controversia, quæ jam contestata est tabellis obsignatis, vel res in judicium deducta. Pacti nomen latius patet quam transactionis. Nam pactum fit etiam de re certa, & indubitata donationis causa, veluti pactum de non petendo debito. Transactio est pactum, quod fit tantum de lite incerta, neque judicata, aut de re dubia, *l. 1. ff. eod.* veluti de conditionis incerto, *l. 1. sup. de pact.* atque ita nunquam fit gratuito, nunquam donationis causa, sed aliquo dato vel retento, vel promisso, *l. 38. hoc tit.* & à donatione separatur, *l. ex conducto §. Papin. D. loc. l. quidam, D. de donat. l. tutores, §. ab eo, ff. de adm. tut.* Denique transactio refertur ad litem, vel negotium aliquod ambiguum: & ut quidam ait, est *εἰρηνικὴ συναλλαγή*.

IV. ENARRATIO.

TRansactio est pactio] Pactum pro transactione in *l. 3. inf. de in lit. jur.* ut Patricius annotavit.

Perinde ac judicato] *l. 20. hoc tit.*

Ex transacto] Transactum pro transactione, ut in *l. ult. inf. si advers. transact.*

Decisio litis] Glossæ: *διάλυσις*, *transactio*, *decisio*; *l. transactionis 7. hoc tit.*

Consensu partium] Libero arbitrio, & voluntate; *l. 43. hoc tit.*

Controversia est litis causa] Varro 6. de L.L. *Quibus res erat in controversia, ea vocatur lis*.

Quæ jam contestata est] Nec enim propsie lis est antequam contestetur, sed controversia. Cujacius observ. IX. 21.

Tabellis obsignatis] Litis contestatio fiebat testibus præsentibus, ut notissimum est ex Festi loco in *v. contestari*, eaque tabulis perscribebatur, quas testes obsignabant. Macrobius 3. Sat. cap. 16. hæc profert ex oratione C. Titii qua legem Fanniam suasit: *Jubens dicere. Quorum negotium est, narrant; Judex testes poscit. Ipsus it mictum. Ubi redit, ait, se omnia audivisse. Tabulas poscit. Literas inspicit.* Locum Macrobii Cujacius adfert ad tit. de lit. contestat. 2. Decretal. sed pleniorem interpretationem desiderabat, v. inf. t. 9. l. 3.

Vel res in judicium deducta] *L. 2. inf. de litis, contestat.*

Donationis causa] *L. 1. ff. eod.*

Pactum de non pet.] Ex quo pacto nascitur exceptio pacti conventi, *§. præterea, Instit. de except.*

Transactio est pactum] Hinc pactum transactionis; l. 31. hoc tit. transactionis placitum, l. 17. eod.

De lite incerta] Transactio fit de lite dubia, incerta; neque finita, terminatave, *l. præses 12. hoc tit.*

De conditionis incerto] ut *opinionis incertum* apud Claudianum Mamertum de statu animæ lib. 3. cap. 2.

Vel promisso] Promittitur stipulanti. Itaque si pacto non stetur, datur actio ex stipulatu, Si stipulatio interposita non sit, actio præscriptis verbis: est enim contractus incertus, *l. si fundo 33. h. t.* aut si pœna stipulationi adjecta sit, peti poterit, *l. 37. h. t.*

L. 38. h. t.] Et *l. 22. eod.* alioquin si neque aliquid detur, vel retineatur, vel promittatur, ex solo pacto transactionis actio non datur, sed exceptio tantum, *l. sive apud 28. h. t.*

Εἰρηνικὴ συναλ.] Ut Chrysostomus de polit. mor. *φιλικὴ διάλυσις*, quia finitur *τὸ τῆς δίκης ἄδηλον τέλος*. In Nov. 117. in fine, *φιλικῶς συμβῶσι*.

TIT. V. *De errore calculi*.

POst titulum de transactionibus datur hic titulus; quasi pars illius, ut intelligatur corrigi transactionem, si erratum sit in computatione, nisi specialiter etiam de errore computationis transactum, vel judicatum sit, quod idem, & de dolo, & de falso superiore titulo proditum est. Valde autem pertinet ad constitutionem hujus tituli hæc sententia Pauli. Ratio calculi sæpius se patitur supputari, atque ideo potest quocunque tempore retractari, si non longo tempore evanescat.

V. ENARRATIO.

NIsi specialiter etiam de err. comp. trans. Sive; ut ajunt Græci, *κατὰ πλάνην γενόμενος ψηφισμὸς ἀνατρέπεται, εἰ μὴ ψῆφος, ἢ διάλυσις γέγονε περὶ αὐτοῦ*, *Computatio per errorem facta retractatur: nisi de errore computationis transactum, aut judicatum sit*.

De dolo] L. actione 4.

De falso] L. si ex falsis 42.

Hæc sententia Pauli] Libro V. Sent. tit. V. in editione, quæ ex Cujacii recensione auctior prodiit.

TIT. VI. *De postulando.*

Vide tit. 1. *lib.* 3. *ff.*

RECte sequitur pacta & transactiones titulus de postulando. Nam si rem pacto non decidant inter se partes, quid aliud superest, quam ut desideria sua exponant apud judicem per se, vel per advocatum? & fuit eodem quoque ordine in 12. tab. ita præscriptum: *Rem ita ni pagunt, in comitio, aut in foro ante meridiem causam conciso.* i. agito. Postulat, qui causam agit & tuetur suam vel alienam, quod fit non litis contestatione tantum partibus præsentibus, sed & qualitercunque, etiam adversario absente, aut nullo adversario existente. Postulationis enim nomen latissime patet. Fuit autem sub hoc tit. propositum edictum prohibitorium de his, qui apud judices postulare non possunt, quibus constitutiones addunt etiam alios, puta non Christianos, *l. ultim.* & eos qui depecti sunt partem litis quam tuendam susceperunt, *l.* 5. & qui sunt ex numero judicum, quos tamen olim non fuisse prohibitos constat ex 3. Epist. Plinii, & qui dati à judice non invenienti patronum, pro eo postulare detrectant sine causa *l. pen.*

VI. ENARRATIO.

EXponant apud judicem] Id enim est postulare, *l.* 1. *§.* 1. *ff. eod.*

Rem ita ni pagunt] Sic legitur apud Quintilianum libro 1. cap. 6. & Priscianum x. Alii malunt, *pacunt*, Terentius Scaurus de orthogr. *Item* 12. *tabulæ, ubi est: ni pagunt, per hanc formam, quod male quidam per c. enunciant: est enim præpositum ejus, pepigi à pago.* Vide Cujacium ad *l.* 6. *ff. de pact.* & A. Gellium 17. 2.

Partibus præsentibus] Vide supra ad titulum 4.

Qui apud jud. postulare non poss.] Ne sine delectu passim apud Prætorem postularetur, ut est in *l.* 1. *ff. eodem.* Lactantius de diu. pr. cap. 7. *Incursantque passim sine delectu omnia.*

Non Christianus] Imperatores Theodosius & Valentinianus apud Rabanum Maurum in libro contra Judæos cap. 47. *Judæis quoque, vel Paganis, causas agendi, vel militandi licentiam denegamus.*

Qui depecti sunt] Depectores litium, Apulejo.

Quam tuend. suscep. *l.* 5.] In qua legendum videtur, *scævitate.* Isidorus in Glossis, *scævitas. iniquitas.* Nescio an D. Ambrosius simili emendatione egeat in cap. 20. in Evangel. Lucæ ibi: *Arrianæ proximæ scævitatis*, ubi legitur *sævitatis.*

Ex numero judicum] L. 6.

Ex 3. epist. Plinii] Epistola ix. ad Minutianum.

Non invenienti patronum] *Ei qui deficiebatur patronis*, ut loquitur Valerius Max. lib. 8. cap. 3. sect. 2.

TIT. VII. *De advocatis diversorum judiciorum.*

SEquitur titulus de his quibus postulare pro aliis licet, quique postulant in foro diversorum judicum, præf. præt. puta, aut præf. urbi, aut præsidum. Horum variæ sunt appellationes: Nam & patroni dicuntur, & advocati, & causidici: quod cur quæque facta sint expediant, ut Apulejus ait 1. Apol. & oratores, rhetores, scholastici, togati. Fuit quidem olim differentia inter patronos & advocatos. Illi agebant causas, hi advocabantur in consilium. Cicero pro Cluentio: *Quis enim unquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut advocati loco viderat:* & Asconius Pedianus: *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est, aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico.* Sed hodie his nominibus abutimur, & advocamus patronum, ut agat litem nostram, invocamus judicem, vocamus adversarium, evocamus testem; ita scilicet hæc in jure verba distinguenda sunt. Porro certus fuit in unoquoque foro advocatorum numerus ingenuorum, vel libertinorum, certa matricula, *l. ultim. supra de adsess.* certum corpus, consortium, collegium sub primiceriis, qui priores & primates dicuntur hoc tit. & qui intra hunc numerum, statuti dicebantur, qui ultra, supernumerarii. Statuti, privilegiarii: Nam & fori privilegium habent & immunitatem, & si filiifam. sint, quod ex ea professione adquirunt: id omne sibi habent & possident tanquam castrense peculium, & filii eorum quotiens in locum Statutorum demortuorum supernumerarii sufficiendi sunt, præferuntur cæteris supernumerariis etiam in advocationis officio exercendo antiquioribus, nihilque impendunt pro introitu. Habent & pleraque alia constit. concessa privilegia reverentia studiorum, ut ait *l.* 5. reverentia literarum, contemplatione literatæ militiæ, ut *Nov. Valent. de postul.* supernumerarii non sunt privilegiarii, ac propterea statuti suo foro nunquam excedunt: supernumerarii oberrant circum fora omnia, & publica quoque solatia sive annonas & præbendas illi habent, hi non item: & hac distinctione habita apud Photium diaconus quidam contendit, clericis quidem non licere advocatis esse statutis, sed supernumerariis esse licere, aut certe talibus, quales sunt hodie omnes nulli addicti certo foro, nulli ordini, vel matriculæ, vel salario publico.

VII. ENARRATIO.

NAm & patr. dic. & advoc. & causidici] Cornelius Tacitus, aut ut quibusdam placet, Fabius Quintilianus in lib. de orat. in princ. *Horum*, inquit, *temporum diserti, causidici & advocati, & patroni, & quidvis potius quam oratores vocantur.* Glossæ: δικολόγος, causidicus, patronus, advocatus. Plinius epist. 4. lib. 3. *Legati provinciæ Bæticæ questuri de proconsulatu Cæcilii Classici, advocatum me à Senatu petierunt. Factum est Senatusconsultum perquam honorificum, ut darer provincialibus patronus*, &c. Denique promiscue hodie patronus, vel advocatus dicitur, qui causis agendis operatur, *l.* 1. *§.* 4. *D. de extraord. cognit.* Gl. *patronus causæ*, συνήγορος. Hinc advocatio apud Suetonium de illustribus Grammaticis 22. *In advocatione quadam: nam interdum & causas agebat, &c.*

Oratores] *L. omnes* 33. *§.* 1. *supra de Episc. & cleric.* Glossæ: ῥήτωρ, *orat.* Tacitus Ann. 1. *Orator publicæ causæ.* In veteri inscriptione, *Orator causarum.* Servius in xi. Æneid. *Actores causarum, oratores appellamus.* Petronius Arbiter: *Qui causas orare solent.*

Rhetores] Demosthenes rhetor, apud Gellium 1. 8.

Scholastici] Marcellini & Faustini libellus precum: *Perorans hoc ipsum per gentiles scholasticos, faventibus sibi judicibus* D. Augustinus tract. 7. in Joannem: *qui habent causam, & volunt supplicare Imperatori, quærunt aliquem scholasticum jurisperitum, à quo sibi preces componantur.* Scholasticus de foro, *can. Osius, Distinct.* 61. Quod ait Augustinus de precibus componendis, confirmat Petrus Chrysologus serm. 70. *Ad amoris indicium Rex ipse officio functus est advocati, ut preces, quibus responsurus erat, ipse dictaret.*

Togati] *L.* 3. *hoc ti. l.* 5. *C. de Metat.* D. Ambrosius in epistola 49. ad Marcellum: *Monebat hoc utriusque partis togatos:* in epistola 13. libri 12. *Marcellinus togatus.* Glossæ: συνήγορος, *advocatus, togatus, patronus.* *i. e. togatus.*

Fuit quidem olim differentia] Colloquium scholasticum: *Demus causidico honorarium, & advocatis: & jurisperitis, ut studiosius defendant nos:* δῶμεν δικολόγῳ τίμιον, καὶ τοῖς συνηγόροις, καὶ τοῖς νομικοῖς, ἵνα σπουδαιότερον ἐκδικῶσιν ἡμᾶς. Ovidius artis amat. lib. 3. *Facundus causam sæpe clientis agat.*

Agebant causas] Lucretius 4. *Causidici causas agere,*

agere, *& componere leges*. Varro 5. de L. L. *Orator dicitur agere causam*.

Advocabantur in consilium] Advocatum, & patronum intelligit Ovidius Amorum libro 1. eleg. 13.

Nec tu consulto, nec tu jucunda diserto.

Asconius pedianus] In divinationem,

Advocamus patronum] Agroetius de orthographia: *Advocatur, daturus patrocinium*. In *l. si procurator* 18. *ff. rat. rem hab. ibi: quod advocat*, Basilica vertunt: συνηγορήθη, *patronum advocavit*.

Invocamus judicem] Ut jus publicum, *l. ult. D. de eo, quod met. cau*.

Vocamus adversarium] In jus, vel in judicium.

Evocamus testem] *l. 3. §. testes, D. de testib.* Plinius libro VI. epistol. 5. *Scripseram tenuisse Varenum ut sibi evocare testes liceret*.

Advocatorum numerus] *l. cum advocatio* 8. *h. t.*

Vel libertinorum] *l. 2. sup. de postul.*

Certa matricula] *l. petitionem* 13. *l. suggestionem* 20. *h. t. l. ult. sup. de off. præf. urbi* ματρίκιον, ἀναγραφή, catologus, index, regestum, in quo advocatorum nomina inscripta. Glossæ: *matrix*, σημεῖον, ὀνομάτων.

Certum corpus] *l. 3. hoc tit.* Antea non erat certum; & quemlibet advocare patronum licebat, *l. per hanc legem 26. h. t.*

Consortium] *d. l. cum advocatio, l. nemini* 11. *l. sancimus* 12. *& l. jubemus* 22. *hoc tit. l. ult. sup. de postul.*

Collegium] *d. l. per hunc legem*.

Sub Primiceriis] Primicerius, primus cujusque corporis. Macarius in homilia 15. ὅταν γένηται σχολαστικός, ἤλθε τῶν δικολόγων νεώτερος καὶ ἔσχατός ἐστι· πάλιν ὅταν ἀνέλθῃ γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών: *Scholasticus effectus, omnium causidicorum novitius, & extremus est. Cæterum cum ibi fuerit primus* (primicerius) *Magistratus evadit.* Vide Glossarium ad Cedren.

Qui priores, & primates] *l. 10. 22. & l. 26. h. t.* ut πρώτεροι τοῦ ἀριθμοῦ, priores numeri, *Nov.* 117. *c.* 11.

Statuti dicebatur] *d. l. nemini. & d. l. petionem*. V. Photium Nomocan. tit. 8. c. 13.

Supernumerarii] *d. l. nemini, §. 1.*

Et immunitatem] *d. l. 3. l. sancimus* 6. *& l. seq. l. advocatos* 21. *hoc tit.*

Tanquam castr. pecul.] *Novel. Theod. de postul. l. 4. & 8. hoc tit.*

Litteratæ militiæ] Cui opponitur castrensis militia.

Oberrant] *d. l. nemini, §. ult.*

Solatia] Ut *l. 15. & passim hoc tit.*

Apud Photium] Nomocan. tit. 8.

TIT. VIII. *De advocatis fisci*.

RECte jungitur hic tit. superiori non quasi ille sit de his, qui privatorum, hic de his, qui fisci causas agunt, sed etiam quia ex corpore illorum deliguntur advocati fisci secundum ordinem quo recepti sunt in numerum advocatorum, id est, ex formula forensi, ut Spartianus loquitur in Antonino Geta, qui causis fiscalibus interveniant, & delatorum intentiones exequantur, ut *l. 5. §. advocatum, ff. de his, quæ ut ind. l. 5. infra de delat.* & quos deficiente alio accusatore ut fit hodie, & fecisse Maximum Imperatorem Galliarum Sulpitius refert in hist. sac. princeps opponit accusatores reis. Hi quoque multa habent privilegia atque etiam liberi eorum, & hi potissimum, qui in foro præfectorum prætorio fisci causas agunt, communia in eodem foro cum advocatis 64. prioribus, & in foro præfecti urbi cum 15. *l. 15. & 16. sup. tit. prox.* & inde *Nov. Theod. de postul.* Curiales, inquit, qui post 64. priores advocatos in amplissimo foro postulant, per substitutum munia suæ civitatis agnoscere: & hæc privilegia omnia, præponuntur titulo superiore. Hic titulus est de officio advocatorum fisci, veluti ne absentibus his, procurator Cæsaris disceptet causas rei privatæ, vel ærarii sacri, *l. ult.* ne alii cuiquam adsint contra fiscum, quandiu sunt advocati fisci, etiamsi de publico nondum salarium acceperint, *l. 1.* ac ne deposito quidem officio in ea causa, quam cum erant advocati fisci, egerunt pro fisco, *l. 2.* nisi forte suo, aut liberorum, aut parentum, aut pupillorum suorum nomine, *l. pen. & ult. ff. de postul.* Nam & adversus, quem advocatus quis fuit, ejus filii pupilli tutor relictus, in eadem causa pupillo adesse potest, ut ex Masurio Sabino Gellius refert V. c. 13. & principis rescripto confirmatur, *d. l. ult.* Ac præterea ne advocati fisci supprimant jura fiscalia, ne sub nomine fisci falsas accusationes instituant, *l. 3.* & eleganter Philostratus in Cyrino, advocationem, sive patronatum fisci, patronatum ærarii, *l. pen. infra tit. prox.* vocat τὴν τοῦ ταμείου γλῶτταν, & Basilius in epist. συνήγορον τοῦ ταμείου, qui interveniat pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum. i. sacrarum largitionum. In provinciis scilicet apud procuratorem Cæsaris, in urbe apud præfectum ærarii.

VIII. ENARRATIO.

ADvocati fisci] Quos Græci φισκοσυνηγόρους vocant: Glossæ: φίσκου συνήγορος, *fisci advocatus*, puto legendum, φισκοσυνήγορος. Hesychius: φισκοσυνήγορος, ὁ ταμείου συνήγορος. Zosimus in inscriptione lib. Ζωσίμου ἀποφισκοσυνηγόρου. advocatus fisci, summa fisci patrocinia tractabat, ceu loquitur Eumenius in Panegyrico Constantino dicto.

In historia sacra] Libro 11. ad finem.

Philostratus in Cyrino] Libro 11. de vit. Sophist.

Basilius in epistolis] Epistola LXXXIV. ad Sophronium magistrum.

TIT. IX. *De errore advocatorum, vel libellos seu preces concipientium*.

DE advocatis hoc quoque proprio tit. adnotandum censuit, errorem advocatorum non nocere litigatoribus absentibus, nocere præsentibus nec contradicentibus intra triduum, & addit errorem quoque libellionum nihil nocere litigatoribus, *l. 2.* separantur libelliones ab advocatis. Hi agunt, illi scribunt, & ita *l. moris, ff. de pœn.* alias interdicitur advocatione, alias libellorum conceptione: libelli, qui & epigrammata Aristoteli in Rhetoricis, sunt preces, vel inscriptiones in crimen, vel conventiones, vel acta, vel literæ dimissoriæ: latius igitur libellorum, quam precum nomen.

IX. ENARRATIO.

ERrorem advocatorum] Error advocatorum corrigi potest usque ad sententiam. Græci & Odofredus ad *l. ult. hoc tit.* καὶ τοῦτο ἐν τοῖς δικαστηρίοις παρεδέχθη καὶ πολιτεύεται: *& hoc in judiciis receptum est, & observatur*, ut heic ait Hermopolites.

Intra triduum] In *d. l. ult. in continenti, id est, triduo proximo*. Sic in *l. quoties* 29. *ff. sol. matrim.* incontinenti Græci interpretantur, ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν συνεχῶν, *intra dies tres continuos*, ut illico in *l. ult. inf. de judic.*

Aristoteli in Rhetoricis] Libro 1. cap. 13.

Vel acta] Græcis, ὑπομνηστικά.

TIT. X. *Ut quæ desunt advocatis partium judex suppleat*.

HOc quoque dignum erat de advocatis proprio titulo indicari, posse judicem supplere ea, quæ desunt partibus, vel advocatis, dicere puta, & quærere ea quæ dicto quæsitoque opus sunt, etiamsi, is cujus res est, ea neque dicat, neque postulet: qua de re dubi-

dubitabatur, propterea quod, ut est apud Gellium 14. c. 11. patrocinari hoc videtur esse, non judicare. Sed ut negotio possit judex congruam imponere sententiam & certam, sane nonnunquam cogitur vicem supplere advocatorum, aut partium: & similiter recte, *l. ult. inf. de appell.* judicem absentis litigatoris partes adimplere, atque ea re hunc titulum malim ita concipere, ut quæ desunt advocatis, vel partibus judex suppleat.

X. Enarratio.

POsse judicem supplere] πληρῶσαι τὰ ἐλλείμματα, ut ait Libanius in declamatione 38. sive in Abdicati Apologia.

Ea quæ dicto quæsitoque] Græci ad leg. ult. ff. de petit. hereditat. σημείωσαι ὅτι ὁ δικαστὴς τῶν ἀντιγραφέων δικαιολογίας ἀναπληροῖ, κἂν περὶ φάκτον ὦσιν: ἐν γὰρ τῷ τιτ. ι. τοῦ β. βιβλ. τῶν κώδικος φησιν: ὅτι ὁ δικαστὴς ἀναπληροῖ τὰ περὶ νόμον ἐλλειπῶς λεχθέντα τῷ λιτιγάτορι, ἢ τῷ συνηγόρῳ. *Nota judicem defensiones litigatorum supplere, licet factum respiciant: nam tit. 10. lib. 2. Cod. dicitur, judicem jus quod litigator aut advocatus omiserit, supplere posse.* Quo ex loco etiam constat, recte in veteribus heic legi, *vel partibus*. Græci igitur constitutionem hujus tituli sic acceperunt, ut judex ea supplere possit, quæ partes omiserunt: nempe si ea, quæ juris sunt, omiserint, non etiam ea quæ in facto consistunt. Sic etiam Hermopolites νόμους γάρ, inquit, γινώσκειν, οὐ φάκτα ὁ δικαστὴς ἀναγκάζεται: *leges enim scire, non facta judex cogitur*: ut idem ait: & C ita quoque Odofredus heic. Vide Basilic. lib. 8. 1. in fi. & Constantinum Harmenopulum 1. 4. 18.

Ut quæ def. advocat. vel part.] Sic legitur in vet. Juliani Brodæi, & Julii Pacii.

TIT. XI. *De causis ex quibus infamia alicui non irrogatur.*

Vide tit. 2. lib. 3. ff.

QUia infames advocati esse non possunt, nisi pro exceptis personis quibusdam, *l. 1. §. ait prætor, ff. de postul.* nec si hoc facile velint, & ferant adversarii, ut Paulus ait 1. *Sent. tit.* 11. *& l. quos, ff. eod.* quia ea res pertinet ad dignitatem judicis, ne apud D eum temere infames audiantur, ideo hoc titulo, ut perseveret dicere de his, qui pro aliis postulare possunt, exponit causas, de quibus tamen ambigi poterat, ex quibus infamia non irrogatur, ne quis temere advocato objiciat infamiam, quæ etiam procuratori objici potest tam ex sua, quam ex mandatoris persona, quia honor est per procuratorem litigare posse, quo indignus est infamis, quanquam in procuratore hæc hodie exceptio subtilius non spectetur, relicto principali negotio, *§. ult. Inst. de except.* Advocatorum major est dignitas, qui tacentibus procuratoribus verba faciunt apud judicem, aut certe advocatorum corpus seminarium dignitatum, ut Valentinianus ait in *Nov. de postul.* ex quo scilicet sumuntur & patroni fisci, &, quæ amplissima dignitas est, quæstores E sacri palatii, ut in formulis Cassiodori. Et sane indecorum esset, si infamis famæ forsitan alterius tuendæ adsisteret, qui suam nesciret conservare. Sic autem ut proposui, concipiendus est titulus: Nam causæ in eo illæ potius recensentur, quibus infamia non irrogatur, & præter vet. lib. etiam in Basilicis ita concipitur: περὶ αἰτιῶν δι' ὧν ἀτιμία τισὶ οὐ προσγίνεται. Illæ nunc recensentur quibus infamia irrogatur, sed intelliguntur per consequentiam, ut cum dicitur eum, qui abstinet bonis paternis, vel qui suis bonis cessit, non esse infamem, hoc dicitur ad differentiam ejus, cujus bona ex edicto possessa & distracta sunt: & quod dicitur non notari infamia eum, qui nomine Reipublicæ suæ causam aliquam egit, nec obtinuit, hoc dicitur ad differentiam delatorum: est autem infamia læsæ dignitatis status, vel macula existimationis, vel damnum famæ, quæ & diffamia dicitur. Augustinus in quæst. vet. test. *Senatoribus fœnus diffamia est*: qua de re Lampridius in Alexandro, & *l. 2. & 3. Cod. Theod. de usur.* Infamis, qui honestioris nobilisque personæ decore & jure privatur, *l. 2. inf. de sec. nupt.*

XI. Enarratio.

EX quibus inf. non irrog.] Exempli causa, inter infames non habetur, *qui cum plus debiti nomine tributorum exegisset*, in duplum condemnatus est, *l. 2. hoc tit.* Sic legitur in vett. Ægidii Menagii, & Juliani Brodæi, quæ lectio confirmatur auctoritate Basilici lib. 21. tit. 3. Sed & ita legerunt veteres interpretes. Ait, *plus debiti*, ut Papinianus in *l. in ratione 11. §. quod vulgo dicitur, ad leg. Falcid. plus quartæ*, & Scevolæ, *amplius sui debiti*, in *l. tutores 61. de condict. indeb.* Claudius Salmasius contra veterum librorum fidem sic legendum putabat: *qui cum plus debiti nomine debitorem exegisset*, ut lex de tributis non loquatur, sed de privatis debitis: de Trapezit. fœn. libro 21. in fine. Res est, ut dixi.

Ut in formulis Cassiod.] 8. 19.

Etiam in Basilicis] d. tit. 3.

Illæ non recensentur quibus inf. irrog.] Sed recensentur etiam quibus irrogatur, ut damnati injuriarum, *l. 5. & 10.* Quintilianus declam. 250. *Injuriarum damnatum ignominiosum esse voluit.*

Qui abstinet bonis paternis] *L. 7. & 11.* ad quam v. Bas. d. t. 3. cap. 10.

Vel bonis cessit suis] *L. debitores 11. h. t.* Qui tamen bonis cessit, apud viros integræ frontis, integræ existimationis nonnulla *infamia adspergitur*, ceu loquitur Tertullianus. Nam & turpe &c. creditoribus suis decoquere: sive ut est in concione quinta earum, quas Simeo magister & logotheta colligit ex operibus sancti Basilii: αἰσχρὸν τὸ δανεισάμενον ἀποστερεῖν: de Bœotiis vide Collectanea Antonii & Maximi 144.

Cujus bona ex edicto] Quod erat ignominiosum. Vide Cujacium *Instit. qui & quibus ex caus. man. non poss. §. 1.*

Reipublicæ suæ] L. 9. Nam ei tantum irrogatur infamia, qui calumniæ causa bona ad populum pertinere nuntiavit, Basil. d. tit. 111. cap. 8. vide ibid. schol.

Est autem infamia, læsæ, &c.] Infamis est læsæ dignitatis status legibus ac moribus improbatus, & in aliquo deminutus, Odofredus & Fulgosius ex *l. cognitionum 5. §. 1. ff. de var. & ext. cog.*

Vel macula existimat] *l. verbum 17. hoc tit.*

Vel damnum famæ] *L. 41. C. Theod. de Episc. & cleric. l. si fuerit 8. hoc tit.* ut damnum delibatæ honestatis Gellius Commentariorum lib. 3. & Macrob. damnum verecundiæ: quæ duo observavit Cujac. lib. 27. cap. 5. *l. 2. inf. ut int. cert. temp.* Ovidius Amorum 11. 2.

---famæ damna puella tulit.

Detrimentum existimationis, *l. inf. de calumniat. detrimentum pudoris*, Ammianus Marcell. labes pudoris *l. decreto 15. hoc tit.*

In quæstion. vet. test.] Quæstione c11.

TIT. XII. *De procuratoribus.*

Vide tit. 3. lib. 3. ff.

NOn solum advocati, sed etiam procuratores alium defendunt in judicio, patrocinantur, adsunt, adsistunt, supersunt, postulant pro alio: idcirco advocatis proxime procuratores recte conjunguntur. Advocati

cati fint orator es, vel jurisperiti,qui causis alienis agendis adsuot. Procuratores, qui vice, mandato, nomine alieno litem persequeodam suscipiunt,& vel in rem suam ac proprium locrum, si verbi gratia, donandi animo mandata eis sit actio, vel in rem alienam, si mandata sit noo donaodi animo; sed hac mente, ut ex causa jodicati emolumentum ad mandatorem rediret, quales jure antiquo constitui non poterant, exceptis qoibusdam causis, ut Inst. tit. de his per quos ag. poss. Advocati personam suscipiunt, Procuratores negotium: & inde advocato meo sum susceptus, vel cliens: procuratori, mandator, vel dominus nec enim cum advocato contraho mandatum, sed applico me in fidem ejus & clientelam quasi patroni.

XII. Enarratio.

PRocuratores alium def. in judicio] Procurator postulat pro actore, defensor pro reo. Cuj. io Par. D. procurator tamen & ad defendendum dari dicitur, *l. filiusfamilias 8. ff. eod.*

Patrocinantur] Patrocioium præstaot, tit. seq.

Adsuot] *l. puto 6. in fi. & l. ultim. ff. de postul.* Ovid. 3. artis amat. *Muaera dat dives: jus qui profitebitur, adsit.* Seneca 5. de Benef. c. 8. *Quomodo nemo, quamvis pro se dixeris,* (nam pro se quis postulare potest, *l. 1. §. 1. ff. de post.*) *affuisse sibi dicitur*. Tacitus Ano. 3. *Patronos petenti M. Lepidus & L. Piso, & Livinejus Regulus adsuere*. In *l. hoc jure 19. §. 1. ff. de donat. Si tibi adsuero.* Basilica: *συνηγόρησα σοι* adde Suet. Claud. 38.

Adsistunt] *l. inter 54. ff. de rei viudic.* In l. *un. supra tit. 10. Negotiis adsistunt*: Basilica: *τῶν συνηγόρων.* Plinius to. Epistol. 85. *Eumolpus adsistens Flavio Archippo, dixit.* S. Ambrosius in Psal. 28. *Ipse quidem* (Christus) *nobis apud patrem advocatus adsistis.*

Supersunt) Sueton. Augusti cap. 56. *Ne si superesset eriperet legibus reum*. V. Gellium 1. 22. In *l. 9. ff. eod. sui negotiis superesse*. Basilica: *ὑπὲρ αὐτῶν δικάζων συνηγορεῖν*.

Vice, mandato) *l. 1. ff.* eodem Collatio Carthag. 3. *Puto importunum esse alienam causam velle defendere, & in id medium negotium mittere, quod præter ruborem non potest unusquisque sine mandato in judicio ventilare.*

Litem persequendam) Procurator vel ad lites, vel ad negotia datur, Paul. *Senten. libro 1. tit. 3. l. qui proprio 46. §. procurator, ff. eod.*

Vel io rem suam] Velutsi cui nomen, vel actio vendita donata in solutumve data sit: & si quidem cessa sit actio in debitorem, ut scilicet sibi habeat emptor quod judieio fuerit consecutus, directa ei actio eo nomine competit. Si vero actio mandata cessave ei non sit, utilis, *l. 1. infra de obligat. & action. l. 1. §. si forte, ff. de tut. & ration. distrab.*

Vel in rem alienam] Id est, in rem mandatoris, & hic procurator si moriatur ante litem contestatam non transmittit actionem ad heredem suum: post litem cont. transmittit, *l. nulla 23. hoc tit.* quia procurator litis contestatione domious efficitur.

Procorotores negotiom] Asconius Pedianus in Divinationem: *Procurator dicitur si uegotium suscipit*.

Advocato meo sum susceptus] Quintiliauus 2. 12. *Cum periculo suscepti litigatoris.* Symmachus v. Epist. 39. *vir Clarissimus Epictetus causidicorum more prolapsus, dum vult impensius placere suscepto, &c.* Divus Augustinus quæst. c t t. in mixtis: *Nunquid si malæ vita sit advocatus, contra susceptum ejus prounutiabitur? Hoc est officium advocati, ut secundum juris ordinem suscepti sui causam peroret, &c.* & serm. 4. de divers. *ut non sint suscepti nostri, sed advocati*. Adde ejusdem epistolam 59. & lib. de cura pro mortuis capite 4.

Vel cliens] M. Tullius 1. de Officiis: *Patrocinio se usos, aut clientes appellari, mortis instar putant.*

Procuratori, mandator] Hinc mandati actio ultro citroque nascitur. *l. licet, §. ea obligatio, ff. eod.*

Vel dominus] *d. §. ea oblig. l. 1. & passim eod.*

Applico me in fidem ejus] M. Tullius 4. in Verrem: *Sicilia se ad amicitiam fidemque pop. Rom. applicuit*. Plinius epistola 4. libri 3. *Legati rursus inducti, iterum me jam præsentem advocatum postulaverant, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Babium experti, allegantes patrocinii fœdus*. Denique advocatus fidem suscipere dicitur in *l. 1. §. 4. ff. de extraor. cogn.* litigatorem io propriam fidem recipere, *l. quisquis 6. §. 2. supra de postul.*

Et clientelam] Cicero 4. in Verrem: *Quam tu te tantam virtutem esse, aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam hanc tam illustrem, tam splendidæ provinciæ traducere ad te? auferre à certissimis amiquissimisque patronis?*

Quasi patroni] Clientes per initia dicti tenuiores, qui se in poteotiorum fidem, patrociniumque dedebant, ut scribit Dionysius Halicarn. lib. 2. & Plutarchus in Romulo. Patroni autem, qui eos in fidem suam clientelamque recipiebant adversus potentiores Civitates quoque & provinciæ patronos sibi cooptabant. Ærea tabula quam vir Clar. Nicolaus Fabricius Perefchius Senator Aquisextiensis olim exhibuit mihi.

Falsciter.
DD. NN. Crispo et Constantino nobb.
Caes. et Coss. x. Kal. Mai.

Quod Q. Aradium Val. proculum V. C. Praesidem prov. Valbyzac. Faustianenses patronum cooptarint, cum liberis postarisque eius sibi liberis, posterisque suis tesseram hospitalem cum eo fecerunt, uti se in fidem, atque clientelam, vel suam, vel posterorum suorum reciperet. Atque ita in hac re splendidissimus ordo eiusdem civitatis Faustianensis legationem prosecutus est. Verum cum ejusmodi Patronorum cooptandorum, & clientium recipiendorum mos exolevisset, hoc tamen cum ipso nomine remansit, ut patroni dicantur, qui causas alienas aguot, & pro quolibet orant, ut stante Republica patroni clientium causas defendendas suscipiebant,

TIT. XIII. *Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.*

PArs est tituli superioris: nam vetat potentiores, id est, eos qui gratia & opibus pollent, ad agendum procuratores fieri. Puto potentiores causam orare pro quolibet & adversus quemlibet posse, *l. quisquis, §. pen. supr. de postul.* Sed non possuot etiam agere procuratorio nomine adversus mediocres, qui, ut ait Gajus in *l. 3. ff. de al. jud. mut. ca. fa.* potentioribus pares esse non possunt: quod dictum proverbii speciem habet: nam & Pindarus: *χαλεπὰ δ' ἔρις ἀποθέσθαι τοῖς ἀμείνονας κρεσσόνων*: & Hesiodus: *ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλει πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν*. Et patrocinii nomine io hoc titulo significatur procuratio, non advocatio: nec enim minus, imo magis patrocinium litiganti præstat procurator, qui quasi rem suam agit, urget, instat, imminet rei semper, quam advocatus. Et quod adjicitur, vel actiones in se transferre, eo pertinet ut intelligatur, neque potentiori recte mandari actionem, ut eam intendat procuratorio nomine sicut diximus, neque ut eam inteodat suo nomine omni jure & emolumento litis in se translato, quam operam à potentioribus eliciunt facile creditores, vel prece, vel pretio, aut pactione certa, & longe alia est causa Constitutionis Anast. in *l. pen. inf. mand.* ea enim est de redemptoribus actionum alienarum. Constitutio autem Claudii, de qua agitur in hoc titulo, est de his, qui actionom suarum alios redimunt exactores, deque redemptis actoribus.

& rur-

& rursus hoc distat hic titulus à titulo, siveedicto de alienatione judicii mutandi causa facta, quod hic titulus est de lite, sive actione, edictum de re translata in potentiorem ab eo, qui ejus rei nomine verebatur ipse judicium accipere. Punitur autem hoc titulo, tam potentior, qui suscepit, quam creditor, qui ei cessit actionem: hic enim jus crediti amittit, ille vero extra ordinem prout præsidi provinciæ visum fuerit: Nam ex Constitutione Claudii hujus rei coercitio pertinet ad præsidem etiamsi Senator, aut clarissimus sit is, qui alienam actionem susceperit exequendam, cum tamen alias de Senatorum delictis jure veteri cognitio sit principis, vel præf. prætorio, vel præf. urbi, non præsidis provinciæ, ut dicemus *lib. 3. tit. 24.* Potentiores sunt, qui opibus, & gratia valent, & conventu sunt difficiles.

XIII. Enarratio.

NAm vetat potentiores] Lex Vvisigothor. *lib. 2. tit. 3. cap. 9. Nulli liceat potentiori, quam ipse est, qui committit, causam suam ulla ratione committere, ut non æqualis sibi ejus possit potentia opprimi, vel terreri: τῶν δυνατωτέρων τοὺς ἀσθενεστέρους καταπινόντων: cum potentiores infirmiores devorent,* ut ait S. Chrys. in hom. 23. in epist. D. Pauli ad Rom. cap. 13.

Pares esse non possunt] Phædrus libri 2. fab. 6.

Contra potentes nemo est munitus satis.

Dio Chrysostomus oratione 36. *ἀνδράσι δὲ προτέροις ἐρίζειν οὐκ ἐθέλοιμι, οὔτε Πλάτωνι, οὔτε Ὁμήρῳ: οὐ γάρ τοι οὐδὲ τῷ Εὐρύτῳ φησὶ συνενεγκεῖν ὁ ποιητὴς, ὅτι ἤριζε πρὸς τοὺς κρείττονας. Cum primis virtute viris contendere nolim: neque cum Platone, neque cum Homero: neque enim Euryto bene cessisse Poeta ait, quod contenderit cum fortioribus.* S. Ignatius in epistola ad Magnesios interpolata: *οὐδεὶς ἔμεινεν ἀτιμώρητος ἐπαρθεὶς κ̀ τῶν κρειττόνων: Nemo impunitus remansit, qui se contra potiores extulit.* Valerianus Cemeliensis Homilia 14. *Difficile autem sine periculo vitæ suæ transigit, cui adversus sublimiorem potestatem causa dimicationis incumbit.*

Nam & Pindarus] Nemeor. Od. 10.

Hesiodus] *ἔργ. α.*

Significatur procuratio] Et ita Azo in Summa: *Occasione licitæ procurationis etiam de illicita tractat.*

Urget, instat] D. Augustinus in Psalm. 80. *Premunt Ægyptii, urgent, instant.*

Omni jure, & emol.] Potentiori mandat actionem qui dubiæ litis eventum improsperum timet. Symmachus in epistola 45. lib. 10. *Difficile est, ut bona causa sit, cujus actio in jus alterius desperatione transfertur.*

Vel prece, vel pretio] Prece emaci, ut Persius loquitur.

Alios redimunt exactores] Joannes Hierosolymitanus Homilia 32. in Matth. *Sicut solent homines facere malam causam habentes, confugiunt ad potentes viros, ut si per justitiam non possunt, vincant per personam.*

Hic enim jus crediti amittit] l. 2. in qua vulgo legitur, *actiones*: nec aliter in veteri Menagii. Alii habent *cautiones*, ut in Cod. Theod. & in libris Basilic. *εἰς ὄνομα δυνατῶν προσώπου παρασκευάζει γενέσθαι τὸ γραμματεῖον; Potentioris persona nomen inseri cautioni curat.*

A titulo sive ed.] V. Observat. 8. 31.

Etiamsi Senator] Idem scribit hoc loco Theodorus Hermopolites.

TIT. XIV. *De his, qui potentiorum nomine titulos prædiis adfigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt.*

ADditur de potentioribus, ne rei, qui conveniuntur suo nomine contradictoriis libellis falsa nomina Senatorum, vel aliorum potentum inserant, ne falsos titulos prædiis quorum nomine conveniuntur, imponant, qui prædia scilicet adserant potentioribus, quod plerumque faciunt possessores, vel diffidentia causæ suæ, vel adversarii perterrefaciendi, aut submovendi gratia, dum ita scilicet quodammodo negant suum esse prædium, & adserunt ejus esse quem titul. commendat: qua de re D. August. in hunc fere modum Psalm. 21. Ne domum ipsius petat aliquis, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipse vult esse possessor, & frontem domus suæ de alieno titulo muniri, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat à petitione. Porro non licet etiam sine titul. in litibus potentioris nomen ementiri, & prætendere, quod est, *ἐπιφημίζειν*. Et potens, qui hæc fieri scit, & patitur, ipso jure notatur infamia quasi redemptor calumniæ, & *ἀντιφωνητὴς*, ut Græci notant ex his verbis legis, adficiendi sunt publicæ sententiæ nota, etiamsi nulla condemnatio intervenerit. Is autem, qui potentum nomine abutitur, causa cadit, vel si injustam causam habuerit, plumbatis cæsus damnatur in metallum.

XIV. Enarratio.

ABstineat à possessione] Idem tract. 7. in epistolam 1. Joannis: *In possessionibus vestris, ubi dominari vultis, titulos potentis ausi estis infigere. Cognoscit ille titulos suos, vindicat sibi possessionem suam. Non delet titulos, sed intrat, & possidet.* Vide Cujacium ad *leg. 3. C. de bon. vacant. libro 10.*

Ἐπιφημίζειν] Basilica: potentiorum nomina objicientes actores perterrent, & potentiorum illorum nomine titulos prædiis, quorum causa conveniuntur, adfigunt, vel prætendunt, seu famam spargunt, rem ad hunc, vel illum potentem pertinere: *ἐπιφημίζουσι.*

Causa cadit] Si justa sit lis. Theodorus Hermopolites: *οὐ λέγει ἵνα ἀπόφασις ἐκφέρηται κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα ὡς ἀπὸ κοινῆς, καὶ δημοσίας ἀποφάσεως ἀτιμοῦνται: αὐτομάτως γὰρ βούλεται τοῖς τοιούτοις προσώποις ἀτιμίαν ἐπιγίγνεσθαι.* Item: *εἰ μὲν ταῖς ἀδίκοις ὑποθέσεσιν, ἐπειδὴ οὐδὲ ζημιοῦνται, ἐὰν μόνον ἥττωνται αὐτὸν τῆς δίκης ἐκπίπτειν, τότε χώρα κατ' αὐτῶν τῇ δεδομένῃ εἰς τὸ μέταλλον τιμωρίᾳ: ἐὰν δέ τις δικαίως ἀγωνιζόμενος τοιοῦτον πράξει, ἀργεῖ μὲν ἡ τοῦ μετάλλου καταδίκη, ζημιοῦται δὲ ὁ τοῦτο ποιήσας τῇ ἐκπτώσει τῆς δίκης.* Lex Vvisigothorum *lib. 2. tit. 2. num. 8. Quicumque habens causam ad majorem personam se propterea retulerit, ut in judicio per illius patrocinium adversarium suum possit opprimere: ipsam causam de qua agitur, etsi justa fuerit, quasi victus perdat.*

Plumbatis cæsus] Basilica d. tit. 10. *μολίβδῳ παιέσθω ὅτι περιφθεγγόμενος, ἐλεημοσυνεύετ τουτέστι, ἢ πλουματιζόμενος* (pro *πλαναβατιζόμενος*) &c. De plumbatis vide Anastasium in Cornelio, & Cujac. ad tit. 19. libri 10.

TIT. XV. *Ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.*

DE titulis etiam hic agitur non jam potentiorum, ut titulo superiore, sed principis nomine, aut sacrarum necessitudinum principis, ut additur in *Novell. Theod. de trib. fisc.* ne quis eos sine auctoritate judicis imponat prædiis suis, vel alienis, etiamsi sit injustus possessor, aut prædo is, qui ea tenet, vel etiamsi in ea causa sint prædia, ut fisco vindicari debeant. Eum, qui suo prædio imposuerit titulum principis, prædium amittere, & titulo non deposito, prædium vindicari fisco, & ut ait Augustinus in serm. principem titulum non deponere, & possidere prædium, quia invenit ibi titulum suum: Eum vero, qui alieno prædio titulum principis imposuerit, si plebejus sit, quasi ex causa criminis extremi, adfici extremo supplicio, si honestior, plecti maxima capitis deminutione. Tabulas titulosve impune disjici, & frangi à quolibet, quantumvis licet nomine principis inscriptos. Prædium non publicari cui inscio domino, vel possessore, alius titulos regios imposuerit. Denique judicium esse titu-

los

los adfigere prædiis nomine principum redactis aut redigendis in fiscum, ut *l. 3. inf. de bon. vac. l. 2. inf. de aquæduc. l. ult. ff. de req. nec abf. damn. l. 11. & 20. Cod. Th. de bi. prof.* non privatorum, non procuratorum, actorum conductorumve prædiorum principalium, ut est in *Nov. Tiberii de divis domib.* Idemque constituitur de velis purpureis principis seu de imaginibus & characteribus, ut est in Nov. Tiberii, ne quis scilicet vela regia suspendat ædibus suis vel alienis. Solebant foribus ædium prætendi vela, ut recte Æschylus χρυσόπαστ' dixerit, θύλαν ἔρυμον πυλῶν (est enim vox veli Græca) & Stephanus: θύλον τοῦ ἄδου τῆς θύρας & inde levato velo, id est aperta fore, *l. pen. inf. de nauf.* patente velo, Lampridius in Alexandr. Severo.

XV. Enarratio.

Imposuerit titulum Principis] τὸν προσηγορίαν βασιλικόν, Græci. Theodorus Hermopolites: εἰ δέ τις τυχὸν θέσει ἐν τῷ κτήματι τῷ ἀγροῦ κτισμένων, ἢ εὑρεθέντα, ἢ ἄλλα τι τοιοῦτον, ἢ γράψη ἐν ἐκείνῳ, ὅτι ὁ τοιοῦτος ἀγρὸς τῶν σεβαστοτάτων ἐστὶν, τῆς μεγάλης δεσποτείας: ἢ κρεμάση θύλαν βασιλικὸν ἐν τῷ ἀγρῷ, ὥστε νομίζεσθαι αὐτὸν εἶναι βασιλικόν: In alio Codice legitur σκηπτρα. Titulus prædium adserit Principi. Huc alludere videtur Cæsarius, vel Eusebius Emissenus in homil. 3. de Pascha: *Hæc est illa crux, quam in postibus regiis signatam in fronte gestamus, quam justissime in possessione receptam dominus Cardinalis, & Imperator legitimus impressit, ut nos vere dici domus divina possimus.*

Et, ut ait Augustinus] Sermone 62. in Evang. secundum Joan. *Plane in ipsis deprædationibus suis titulum illius posuerunt, ut prædæ ipsorum quasi defenderentur per titulum potentis. Quid facit Christus quando tales convertuntur, qui foris ab Ecclesia titulum ejus baptismatis acceperunt? Ejicit prædatorem, titulum non deponit & possidet domum, quia invenit ibi titulum suum.*

D. Nov. Tiberii de div. dom.] cap. 1. κλεῖναι ἢ χαρακτῆρας βασιλικούς.

Ne quis vela regia suspendat] *l. 2. h. t.* vela purpurea, βήλα πορφυρέα, Agathias libro 5. Huc respicit Fulgentius ferm. 42. *Intrat cœlestis Imperator, mortis extinctor, humani generis liberator, non per vela purpurea, non cortinis trabibus auratis, sed ipse præcedentibus in Spiritu Angelicis legionibus, ingreditur perpetuus Imperator. Nullus levat velum: nemo aperit ostium.* Cortinas regias vocat Ambrof. in epist. 14.

Solebant foribus æd. prætend. vela] Sueton. Claudii cap. 10. *Interque prætenta foribus vela se abdidit.* Martialis 11. 46. S. Athanasius in Apologia ad Constantium: αὐτὸς γὰρ εἰστήκει πρὸ τοῦ βήλου: *Hic enim (magister officiorum) ante velum stabat.* Corippus de laudibus Justini libro 3. *vela tegunt postes*: & paulo post:

Ut contracto patuerunt intima velo.

Contentus non es foribus, veloque feraque.

Divus Augustinus sermone 65. *Honora in eo, quod nondum intelligis, & tanto magis honora, quanto plura vela cernis. Quanto enim quisque honoratior est, tanto plura vela pendent in domo ejus. Vela faciunt honorem secreti: sed honorantibus levantur vela: irridentes autem vela, & à velorum vicinitate pelluntur*: & à foribus scholarum. Divus Augustinus sermone 19. de verbis Apostoli, cum essemus in carne: *Tam pauper ut professor esset Grammatici, sed plane Christianus, quamvis ille esset paganus Grammaticus: melior ad velum, quam ad cathedram: debebat scilicet potius in proscholio stare, quam docere.* Vide eundem Confession. lib. 1. cap. 13. Cujacium ad *l. 5. C. de naufrag. lib. 10.*

Est enim vox veli Græca] Auctor ἐπαναληψεως: βῆλα, ἤγουν παραπέτασμα, sive ut Plutarchus ait in Alexandro, τὸ πρὸ τῆς θύρας παρακάλυμμα.

Levato velo] Auctor Constitutionum Apostolicarum lib. 11. c. 52. ποιοῦνται τὴν εἴσοδον μετὰ συμβολῆς πολλῆς καὶ παραπετάσματος μέσου: *Per plures dies*

A *quæstiones exercent cum multo consilio; & velo appenso.* In *l. 1. C. Th. de offic. rect. prov.* *Non sit venale judicis velum, non ingressus redempti.* Acta Eupli diaconi: *Calvisianus intra velum interius ingrediens sententiam dictavit, & foras egressus tabellam legit*, &c.

TIT. XVI. *Ut nemini liceat sine judicis auctoritate signa imponere rebus quas alius tenet.*

Tit. 14. fuit de titulis potentiorum, 15. de titulis regiis, hic vero 16. est de titulis propriis, ne quis rei mobili vel immobili, quam alius detinet, ipse suam forte aut sibi debitam vel obligatam esse contendit, ante sententiam sigillum suum imprimat vel titulos sui nominis adfigat, nisi velit suis omnibus rebus quasi pu-
B blicatis titulos fiscales apponi, quæ est pœna *Nov. 17.* imo & extremum supplicium *Nov. 164.* Post sententiam si vicerit, licet cuique rei suæ suum titulum vel signum imponere. Titulus præfert nomen domini, Signum, characterem, sive, aposphragisma anuli signatorii.

XVI. Enarratio.

Titulus præfert nomen] Siculus Flaccus de limitibus agrorum: *Unicuique possessori per singulos agros certa spatia, quæ suis impensis tuentur, etiam titulos finitis spatiis positis habent, qui indicent, cujus agri, quod spatium, quis dominus tueatur.* Petrus Ravennas sermone 154. in sanctum Stephanum: *Sicut dominum prædiorum limitibus adfixi tituli proloquuntur: ita nomi-*
C *na ipsa sæpe sanctorum merita indicant, testantur insignia.*

Signum] Theodorus Hermopolites: ἐπιγράψας μὲν ἐστι τὸ διὰ τοῦ δακτυλίου, ἢ βάλλοντος αὐτοῦ σφραγῖσαι ἐν τῷ κηρῷ.

Sive aposphragisma] Plinius 10. epist. 16.

TIT. XVII. *Ne fiscus vel resp. procurationem alicuj patrocinii causa in lite præstet.*

Quod de potentioribus tit. 13. idem isto cavetur de fisco & Rep. ne procurationem litis alienæ in perniciem privatorum suscipiat, nec hoc prætextu, quod is cujus lis est, debitor sit fisci vel Reip. nec quod partem litis donaverit fisco vel Reip. quæ do-
D natio non recipitur, *l. 2. hoc tit. l. res, §. lites, ff. de jure fisc.* & illud quoque mandatum nullum, si debitor fisci mandet fisco actionem adversus debitorem suum, *l. 3.*

XVII. Enarratio.

Debitor sit fisci vel Reipublicæ] Idemque alterius creditor, vel debitor.

Quæ donatio non recipitur] *Paul. Sentent. libro 5. tit. 12. §. litem, l. quicunque 3. inf. de litigios.* hoc enim invidiosum est, *l. 2. & 3. h. tit.* invidiam fisco facit. Quintilianus declamat. 279. *Non vociferatione saltem invidiam facere apud populum conatus est.* Tertullianus de fuga in persecut. *Malo invidiam ei facere*, &c. Zeno Veronensis in serm. de Job: *Non ut Deo invidiam face-*
E *ret*: quod est *inv idiosis vocibus Deo concinnare invidiam*, eidem Zenoni in sermone de resurrectione, & quasi odium, ut apud Tertullianum adversus Hermog. cap. 13. *invidia malorum.*

TIT. XVIII. *De negotiis gestis.*

Vide tit. 5. lib. 3. ff.

Sequitur titulus de procuratoribus voluntariis, qui sine mandato dominorum sua sponte litibus se vel negotiis alienis immiscent. Hi sunt qui gestores appellantur. Procuratores, qui ex mandato constituuntur, de quibus actum est supra, necessarii sunt, non vo-

lun-

luntarii: nam etsi beneficii & nudæ voluntatis sit mandatum suscipere, necessitatis tamen est consummare id quod susceperis semel, *l. in commodato §. sicut, ff. comm. §. mandatum, Institut. de mand.* etiam si nondum quidquam gerere cœperis, *l. si remunerandi §.1. ff. mand.* Qui autem sine mandato accedit ad negotium alienum, non ante obligatur, quam id gerere cœperit: verum ubi cœperit, deserere quod inchoavit non potest, *d. §. sicut.* At aliis quoque ejusdem amici negotiis gerendis non obstringitur: propria enim voluntas finem ei administrationis facit, ut ait *l. tutor, hoc tit.* & ut Græci interpretantur, ὅτε βέλεται, ἀφίσταται, quia satis, abundeque sufficit, si cui vel in uno negotio amici labore consulatur, quæ verba l. tutori, sumpta sunt ex Papiniano in *l. tutores §. qui se, ff. de adm. tut.* Ergo negotiorum gestorum actio datur tantum voluntario B procuratori, actio contraria scilicet, nisi donandi animo sumptus fecerit, puta affectione paterna, maritali, domestica vel obsequio libertino, *l. 1. 5. 11. 12. 13. 15. hoc titulo*, & nisi post denunciationem & prohibitionem domini, *l. ultim. hoc titulo.* Directa datur domino negotiorum in gestorem doli, vel culpæ nomine. Et rursus contraria directo tantum datur gestori voluntario, utiliter datur etiam ei, qui vel ex necessitate officii quod invitus suscepit, vel quasi ex necessitate servili errans in statu conditionis suæ negotia aliena gessit, veluti curatori adolescentis, aut furiosi, vel ei qui falso servum se opinabatur ejus esse cujus negotia gessit, cum liber esset, & vicissim in eundem adolescenti, aut furioso, sive ad quem res pertinet, *l. ob negotium, hoc titulo, l. 3. §. penult. l. 6. §. si quis quasi servus, ff. eod.* nam ut ex man- C dato est mutua actio directa & contraria, ita ex negotiis gestis directa in gestorem, contraria in dominum etiam invitum & ignorantem, *l. 2. l. solvendo, ff. eodem* licet actio mandati non detur in invitum, vel ignorantem, *l. qui fide, ff. mand.* Oriuntur quidem ex gestione negotiorum alienorum etiam mandati, & tutelæ, & protutelæ, & funeraria, & de in rem verso, & actio in factum ex edicto de rebus auctoritate judicis possidendis, sed quæ hoc titulo proponitur negotiorum gestorum sola sibi vindicavit nomen, vel negotiorum simpliciter, ut *l. 6. Cod. Theod. de denunc. rescr.* Dicuntur & aliæ omnes actiones, quæ sunt ex contractu vel quasi ex contractu, esse ex negotio gesto: nam contractus omnis, negotii contractus est, & contractus dicitur per defectionem: nam plena oratio est, D negotii contractus. Sed non sunt ex alieno negotio gesto; illa tantum πλανὰς actionum est ex alieno negotio gesto.

XVIII. Enarratio.

QUi sine mandato] *l. mandasti 46. ff. eod.* puta absentibus & ignorantibus dominis.

Sua sponte] *l. tut. 20. h. t.* & quod dicitur in *l. 16. Negotiam sororis tuæ gerens*, Græci sic interpretantur, ἀφ' ἑαυτῦ, quod est, *sponte*.

Immiscent] Immiscere se dicitur qui non præcedente mandato, negotium alienum gerit.

Etiamsi nondum quidquam] Mandatum necessario implendum est, etiamsi nondum quidquam gesseris. E

Ut Græci interpretantur] Libro 16. Basilic. tit. 1. cap. 20.

Voluntario procuratori] Sic Cicero negotiorum gestorem vocat in Bruto:

Actio contraria] Si utiliter gessit, *l. 2. ff. eod.*

Doli vel culpæ nomine] Negotiorum gestor dolum, & omnem culpam præstat, *Paul. Sentent. libro 1. tit. 4. d. l. 20. §. 1. Instit. de oblig. quæ ex cont.* Interdum dolum tantum præstat, *l. 3. §. 3. ff. eod.* Interdum etiam casum, *l. si negotia. 2. eod.*

Post denunciationem] Eorum nomine quæ utiliter gessit ante denunciationem actio est, *d. l. ult.*

A Domino negotiorum] Ut in *§. 1. Institut. de obligat. quasi ex contr.* dominum habet obligatum negotiorum gestorum.

Ut ex mandato est mut. a.] Ita & mutua negotiorum gestorum, *l. si pupilli 6. §. item ait ff. eod.*

Etiam invitum & ignor.] Naturali & civili ratione suadente, ut etiam inviti & ignorantis conditionem meliorem quis facere possit, *d. l. solvendo.*

L. solvendo] Et *l. pen.*

Et funeraria] Funeraria imitatur actionem negotiorum gestorum, si quis aliquem suis sumptibus funeraverit: nisi quasi heredis negotium gerens hoc egerit, quo casu est actio negotiorum gestorum. Alias similis tantum negotiorum gestorum actioni funeratitia, quia negotium quod quis pro defuncto gessit, funerando B eum suis sumptibus, ejus non fuit, eum is moreretur. Cujacius in Par. *ff. de relig. & sumpt. fun.*

Actio in factum ex edicto] Actio negotiorum est de gestis negotiis alienis, non propriis, aut communibus. At creditor missus in possessionem bonorum debitoris absentis & indefensi non alienum negotium gessit, sed commune sibi cum aliis creditoribus ut suum negotium: quandoquidem sibi & cæteris creditoribus possideat, *l. 5. §. si plures, ff. ut in poss. leg. l. 9. §. generaliter, & §. præstat, ff. de reb. auctor. judic. possid.* Agi igitur cum creditore non potest actione negotiorum gestorum, sed agitur actione in factum de gesto communiter. Cujacius ad *leg. 14. ff. de rebus auctor. jud. possid.*

Esse ex negotio gesto] Contractus nihil aliud est quam negotium, dicimus contractum & contrahere per C defectionem: nam plena sententia est, contrahere negotium. Cujac. ad *leg. 2. C. de pact.*

Negotii contractus] In *l. 2. & l. si in area 33. ff. de cond. indeb. l. in omnibus 57. ff. de oblig. l. in negotiis 5. ff. de reg. jur.*

Sed non sunt ex alieno neg. g.] Ut actio negotiorum gestorum, in *l. 3. §. hæc autem, ff. eod.* ex negotio gesto oriri dicitur.

Illa tantum πλανὰς actionum] Mandat, tutelæ, &c. de quibus supra.

TIT. XIX. *De his quæ vi metusve causa gesta sunt.*

Vide tit. 2. lib. 4. ff.

D NEgotia gesta videntur traxisse juris conditores ad gesta vi metusve causa: illa prætor tuetur datis ultro citroque actionibus negotiorum gestorum, hæc vero rescindit. Ex negotiis gestis in rem actio non est, sed in personam, *l. penultim. supr. tit. prox.* atque ideo perpetua, *l. 8. eodem.* Per vim aut metum re aliqua gesta non tantum est actio quod metus causa in rem scripta, vi ipsa in personam, quæ vim aut metum intulit, sed etiam in rem actio, cum eo tamen ut una electa, altera consumatur, *l. 3. hoc tit. l. 9. §. volenti, §. licet, ff. eod.* Et actio quidem quod metus causa, quæ in hoc titulo proponitur, intra annum utilem datur in quadruplum, si arbitrio judicis res non restituatur, post annum in simplum causa cognita .i. si alia actio non sit, *l. 4. hoc tit. l. litem si cum, §. post annum, ff. eod.* E est enim actio extraordinaria, nec datur habenti ordinariam: ac præterea superior titulus est de his qui rem alii gerunt honesta ratione; hic de his qui rem gerunt sibi mala ratione moreque malo; *illata vi* (Quæ contraria est voluntati, Vis est tyrannis voluntatis: ut S. Gregorius Nazianzenus ἀκούσιον, τυραννίδα βουλήσεως definit. *col. 2. lin. à fi. 4. 37.* D. Hieronymus in d. cap. 58. *Haud dubium quin chirographa significet*, & paulo post: *Sive ut LXX. manifestius transtulerunt, obligationes violentarum cautionum, quas nostri verbi ambiguitate decepti, id est,* συναλλαγμάτων, *commutationem pro chirographis interpretati sunt. Significat autem chartarum fasciculos, in quibus fœneratorum calumniæ continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno: Illato terrore*) aliquo majore, extorquendo

do invitis forte alienationem, vel obligationem, A
vel transactionem, quas LXX. Interpretes vocant Esaiæ 58. *στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων*.

XIX. Enarratio.

Datis ultro citroque actionibus] Directa domino; contraria gestori.

Sed in personam] Est enim quasi ex contractu.

Atque ideo perpetua] Ut cæteræ actiones in personam.

In rem scripta, vi ipsa in personam] *l. metum 9. §. ultim. ff. quod met. cau.* Actionum aliæ in rem, aliæ in personam, aliæ mixtæ sunt. Actionum in personam aliæ sunt omnimodo, id est, vi ipsa & scriptura in personam, aliæ vi ipsa in personam, scriptura B
in rem. Et ex hoc genere est actio quod metus causa: vi namque ipsa est in personam: scribitur tamen generaliter & in rem, exemplo edicti, ejus quo cum agitur, vel qui metum intulit, persona non notata: nam & vix potest is qui metum passus est, certam personam exprimere, *l. item si cum, §. in hac, ff. eod.* neque tamen si possit, & velit in personam actionem scribere, denegabitur, ut apud M. Tull. in 5. Verr. *Quod Apronius per vim aut metum abstulisset.* Sed non est necesse, ut ait lex; sed & ex dolo *§. ultim. infr. tit. proximo.* Denique in eum qui metum intulit omnimodo in personam agere potest; in eum qui metum non intulit, ex aliena tamen malitia, verbis potius in rem conceptis agendum est. Cuj. ad *l. 9. §. cum autem, ff. eod.*

Sed etiam in rem] Ei qui metu coactus rem tra- C
didit, vel pristina in rem actio restituitur rescissa traditione, vel datur actio quod metus causa. Ei quoque qui metu coactus debitorem suum liberavit, vel pristina in personam actio restituitur, rescissa liberatione, vel datur actio quod metus causa. Cæterum una electa, altera consumitur. Cujac. ad *d. l. 9. §. volenti.*

Intra annum utilem] Glossa ad *l. item si 14. §. post annum, ff. eod.* Raphael Fulgosius ad *l. si per vim 4. h. t.* Antonius Goveanus Variar. 1. c. 10.

In quadruplum] Cui simplum inest, *d. l. item si §. si quis per vim & §. seq.*

Res non restituatur] In actione quod met. causa res omnimodo continetur, id est quod abest, *l. si mulier 21. §. 2. ff. eod.* vel æstimatio ejus. Pœna vero ita demum si res non restituatur arbitrio judicis, si non pareatur D
monitioni judicis, contumaciæ pœnam patitur, qui judicis præcepto non paret. Est igitur actio arbitraria, *§. præterea, de actionibus.*

Est enim actio extraordinaria] *L. in causæ 16. ff. de minor.*

Moreque malo] Ut in *l. isti quidem 8. ff. eod.*

Illato terrore aliquo majore] Timor patiendi ultima, ceu loquitur Seneca de benefic. lib. 2. cap. 18. pro justo est. Levis, vani & ignavi metus non habetur ratio: nec auditur cui obiici potest Græcorum verbum: *ἀδεὲς δέος δέδοικας*: *timorem timoris expertem timuisti*: quod vulgo dicitur *πτοεῖ μὰ τὴν δεδιέναι*, *de his qui frustra timent*, ut ait Michael Apostolius Proverbiorum Centuria I. 39.

Alienationem &c.] *L. 7. & ult. hoc tit.*

Esajæ 58.] Vers. 6. *violentiorum contractuum obnexus*, E
Tertullianus adversus Marcion. 4. 37. Itaque rescinditur extortum metu mortis, vel cruciatus corporis, vel capitalis accusationis, *l. 4. & 7. h. tit.* Basilic. lib. 10. tit. 1. cap. 30.

TIT. XX. *De dolo malo*;

Vide tit. 3. lib. 4. ff.

Sequuntur gesta dolo malo, quo verbo & gesta vi aut metu comprehenduntur, *l. item si cum, §. eum qui, ff. quod met. cau.* Sed & innumera alia quæ etiam prætor rescindit, data in personam actione famosa quanti ea res est, de dolo malo causa cognita: nec enim passim indulgetur, non certe si alia actio sit, *l. 2. hoc tit.* non adversus parentes, vel patronos, sed in factum, quæ detracta infamia, eandem vim habet, quam actio de dolo malo, *l. si superstite, hoc tit.* Et rursus hæc actio, quæ olim dabatur intra annum utilem, hodie ex eo tempore, quo dolus admissus est, datur ex Constitutione Constantini intra biennium continuum, & ex die, quo impetrata, vel contestata est, finiri debet intra biennium continuum, *l. ult. hoc tit.* Actio famosa breviori tempore constringitur, Diuturnior est actio, Quod metus causa, quæ non est famosa, & in quadruplum durat quadriennio continuo, atque etiam post quadriennium in simplum. Ut autem, quæ dicebatur olim de eo Quod vi metusve causa, hodie dicitur de eo Quod metus causa, quia metui inest vis: ita hæc quæ dicebatur de dolo malo, & fraude, *l. 1. ff. de his, qui not. inf.* hodie dicitur simpliciter de dolo malo, quia dolo malo inest fraus. De vi & fraude loquimur, quæ est contra bonos mores: nam vis, quæ moribus fit, & fraus, quæ fide bona, in has actiones non cadit.

XX. Enarratio.

Dolo malo] *δόλῳ κακῷ*, Homerus Il. IV. *τῷ μὴ δικαίῳ*, Sophocles. Dolus malus definitur à Servio in *l. 1. §. 2. ff. eod. Machinatio quædam, alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, & aliud agitur.* Machinatio, ut apud Euripidem in Danae sub initium: *εἰς μηχανὴν αὐτὸν ἐχώρησ' ὡς ἀκούομεν χρυσοῦ γεγώς, ποθεινὸν αἰδοῦς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς, διὰ στέγους ἐσφοιτῶν ἐν χερσὶν κόρης: ἡ δ' οὐ μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον*, &c. *Ad machinationem talem venit, ut in aurum igne non purgatum conversus, quod hanc possessionem mortalibus optabilem esse sciret, per tectum flueret in manus puellæ. Illa vero non cognito occulto dolo*, &c. Eaque definitio non videtur veteribus improbata. S. Augustinus sermone 44. de diversis: *Dolus ergo quid est? quando aliud agitur, & aliud simulatur: quando itaque aliud est in intentione, aliud in facto, dolus dicitur.* Sanctus Basilius homilia in psam. 33. *ἔστι δὲ ὁ δόλος, κακουργία λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τῷ πλησίον προσφερομένη*: *Dolus est maleficium latens ad fallendum vicinum adhibitum sub simulatione rei melioris*, vel ut idem scribit in regulis brevioribus Interrog. 76. *δόλος τὸ πρὸς ἐπιβουλὴν περίεργον, ὅταν τις ἀγαθόν τι σχηματισάμενος, καὶ τοῦτο ὥσπερ δέλεάρ τινι προθείς, δι' αὐτοῦ τι τῆς ἐπιβουλῆς ἐργάζηται*: *Dolus est ea, quæ ad insidiandum alteri adhibetur accurata solertia, cum quis scilicet per simulationem alicujus boni, eo alicui velut inlecebra quadam proposito, quæ ad insidias pertinent, exequitur.* Et ideo qui alium circumscripsit, duplex dicitur, ut Ulysses Horatio lib. 1. Carmin. ode 5. id est, *callidus*, schol. Glossæ Isidori: *Artiplicem, duplicem, dolosum.* Jurisconsultis tamen magis probata Labeonis definitio, ut sit *omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum decipiendum alterum adhibita*, in *d. l. 1.*

Famosa] *l. 1. §. ait Prætor, l. non debet 11. ff. eod.*

Adversus parentes, & patr.] *d. l. 11. & l. seq.*

Ex constit. Constantini] *l. ult. hoc tit.*

Intra biennium continuum] Actio de dolo intra biennium continuum inchoanda, & finienda est.

Durat quadriennio continuo] Actio metus causa intra annum datur in quadruplum, post annum in simplum, *l. item si 14. §. 1. ff. quod met. cau.* annus utilis mutatus est in quadriennium continuum.

Et fraus, quæ fide bona] Homerus Il. 4. *κακοῖσι δόλοισι κεκασμένον*. Eustathius: *πρὸς διαφορὰν τῶν καὶ δόλων ἑτέρων ἀγαθῶν, οἷς ἐπαινετῶς ἄν τις κοσμοῖτο*: *ad differentiam aliorum dolorum bonorum, quibus quis cum laude ornaretur*: *καλὴ καὶ ἐπαινετὴ πανουργία*, Sophocli.

TIT. XXI. *De in integrum restitutione minorum.*

A SEquuntur gesta cum minore quam 25. annorum natu, quæ perinde ac gesta metus causa, vel dolo malo in consilio causa cognita rescindit prætor inter annum utilem jure veteri, intra quadriennium continuum jure novo, postquam is 25. annum implevit, videlicet si minor læsus & deceptus probetur in re, etiamsi dolus absit adversarii, *l. minoribus, hoc tit.* & postulaverit se in integrum restitui, hoc est in eum locum & in eam causam reponi, unde excidit. In integrum restitutio, est redintegratio amissæ causæ, *l. 2. infra, tit.* 40. & dicitur proprie de circumscriptis adolescentibus ingenuis aut libertinis, quia auxilium hujus ætatis proprio nomine non censetur: nec enim actionis beneficio tribuitur, sed cognitione prætoria. Quæ ex metus causa B aut doli aut absentiæ aut capitis minutionis, vel ex aliis causis restitutiones dantur, actionis restitutoriæ, vel rescissoriæ nomen habent. Et duxit quidem ordinem à negotiis gestis pro alio ad gesta metus causa, vel dolo malo, vel cum adolescente, sed confirmatur etiam hic ordo ex eo quod edicto superiore de postulando hæc inerant verba: Qui ex omnibus his in integrum restitutus non erit, *l. 1. §. deinde, ff. de postul.* quæ de in integrum restitutionibus tractatum efflagitabant. Item quod sub titulo superiore de procuratoribus hæc quoque incidebat quæstio, an causa in integrum restitutionis, agi per procuratorem posset, ut *infra tit.* 48. Item quod de potentioribus cum esset actum *supra.tit,* 13. *&* 14. ad quos re vel lite translata constabat ei ad quem ea res pertinet, dari restitutionem in integrum ex C edicto de alienatione judicii mutandi causa facta, inde probabilis sumeretur occasio tractandi de omnibus causis restitutionum, & ad extremum de ea quam præbet alienatio facta judicii mutandi causa *infra tit.* 54.

XXI. ENARRATIO.

GEsta cum minore, &c.] In edicto Prætoris: Quod cum minore quam cum viginti quinque annis natu, *l. 1. §. 1 ff. de minor.*

In consilio causa cognita] Integri restitutio causa cognita decernitur, *Paul. Sent. lib. 1. tit. 7. l. 3. hoc tit.* ut Prætor scilicet justitiam restitutionis examinet, *l. 3. ff. eodem*, non enim passim minori succurritur, non in- D colorate, sed causa cognita, *l. verum 11. §. sciendum est eodem.* Denique ea, quæ cum minore gesta sunt, non statim rescinduntur, sed ad bonum & æquum redigenda sunt, *l. quod si 24. §. eod.* & tribunal igitur, & adversarii præsentiam exigit, *l. un. inf. si adv. dot.* ubi enim causæ cognitio vertitur, ibi Prætor desideratur, *l. ubicunque 105. ff. de divers. regul. jur. ant.*

Edictum autem quo Prætor in integrum restitutionem pollicetur, naturali æquitate nititur, *d. l. 1.* id est, minorem læsum & deceptum, *restitui in integrum æquum est & bonum*, ut verbis utar Terentii in Phormione.

Jure novo] *l. ult. infra de temp. in integr. restit. & l. ultim. infra de repud. heredit.*

XXV. Annum] Hæc ætas status appellatur & ἀκμὴ, E Cujac. ad *l. 1. ff. de min.* Philo tamen ἀκμὴν à plerisque appellari ait in eo, qui 21. implevit. Τρίτη πάλιν ἑπτα-ετία πέρας ἐστὶν αὐξήσεως ἄχρι γὰρ ἑνὸς καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἐπιδίδωσιν εἰς μέγεθος ἄνθρωπος, καὶ καλεῖται παρὰ πολλοῖς ὁ χρόνος οὗτος ἀκμή. *Tertium deinde septennium incrementi finis est: nam usque primum supra vigesimum annum augetur proceritas hominis: quod tempus à multis vocatur ætatis maturitas.*

Implevit] In hoc tractatu tempus à momento in momentum supputatur, *l. 3. §. minorem, ff. de minor.* id est, ab hora in horam, ut ibi Græci: ita ut minor possit hodie intra 29. annum restitutionem in integrum postulare.

A Læsus & deceptus] Vel ab aliis circumventus, vel sua facilitate deceptus, *l. non omnia 44. eod.* denique captus propter ætatis infirmitatem, *Paul. d. tit. 7. l. minor. 18. ff. eod.*

Probatur] Minor probat imperfectam ætatem, & se circumventum, *l. ait Prætor 7. §. non solum, & l. intra 32. eod. l. 9. infra de probat. l. 4. hoc tit.*

Etiamsi dolus absit] *d. l. 7. §. etsi:* potest esse captio sine dolo, ut fraus, *l. jurisgentium 7. §. sed si fraudandi, ff. de pact.*

Et postulaverit] Restitutio minori postulanti præstatur, vel procuratori ejus, cui specialiter id mandatum sit, *l. illud 30. §. 1. ff. de min.*

Redintegratio] Manuscripti omnes ibi legunt, *integratio.* Glossæ Lat. Gr. *Integratio*, ἀναπλήρωσις. Terent. in B And. Act. 3. Sc. 3.

Amantium iræ, amoris integratio est.

Cognitione prætoria] *l. quod si minor 24. §. ultim. ff. de minoribus.*

Quæ ex metus causa] Succurrit Prætor iis, qui metu, vel dolo, vel ætate, vel absentia, vel status permutatione, vel justo errore inciderunt in captionem, *Paul. d. tit. 7. l. 1. & 2. ff. eod. tit.* De his qui metu aut dolo capti sunt, dictum est tit. 19. & 20.

Aut absentiæ] *Paul. d. tit.* 7. vide ad *tit. 53. infra hoc libro.*

Aut capitis minut.] Per causam solius capitis minutionis, non is, qui capite minutus est, restituitur: sed creditori in debitorem capite deminutum actio restituitur, videlicet si minima fuerit capitis minutio, *l. 2. ff.* C *eodem*, nec enim in eos, qui maximam, aut mediam capitis deminutionem passi sunt, actiones restitui possunt, Cujac. ad *d. tit.* 7.

Vel ex aliis causis] Ex justo errore, *Paul. d. tit.* 7. ob justum errorem datæ restitutionis exemplum exstat in *§. si quis agens, Instit. de action.*

Actionis restitutoriæ] Omnis actio restitutoria, & rescissoria, & utilis dicitur: restitutoria, quia per eam res in pristinum statum restituitur, rescissoria in *l. nullo 23. C. de rei vind.* quia id quod gestum est, rescinditur: utilis dicitur in *l. quamvis 8. §. si convenerit, ff. ad Senat. Vell.*

TIT. XXII. *De filiof. minore.*

D POst generalem titulum de restitutione adolescentium, sequuntur speciales, quibus quæstiones multæ ad eum tractatum pertinentes explicantur: ac prima quidem hæc, an etiam filiof. minori 25. detur restitutio in integrum, si pater ejus sit major: nam si filiumf. minorem restituis in integrum, per consequentias videris restituere patrem, qui major est; quod est alienum à proposito prætoris. Sed hæc dubitatio removetur, quia restitutio filii, soli filio prodest, non patri ex eadem causa suo nomine obligato, *l. 3. §. sed utrum ff. de min. l. ult. infra tit.* 42. Suo, inquam, nomine. Secus si filii nomine, si peculiari nomine, *l. patri, in pr. ff. eodem.* Itaque filiusf. minor 25. an. in integrum restitui potest, si sit obligatus suo nomine, ut in casu *l. 1.* (quæ in Basilicis est secunda) si fidejusserit pro extra- E neo, vel pro patre, ipso ignorante: nam si non sit obligatus suo nomine, ut si ei pro quo fidejussit heres extiterit, quo genere perimitur obligatio fidejussoria, *d. l. 1.* vel si pecuniam mutuam acceperit contra SC. Macedonianum, non est necessaria restitutio, *l. 2. hoc tit.* Imo etsi obligatus sit, uno casu in integrum restitutio filiofam. denegatur, *d. l. 2. & d. §. sed utrum*, puta si jussu patris mutuam pecuniam acceperit. Jussus efficit quo minus existimetur contra SC. mutuam pecuniam accepisse, & ut conventus filiusf. non restituatur in integrum.

XXII. Enarratio.

ALienum à proposito P.] Cui curæ est ætati improvidæ subvenire.

Si peculiari nomine] Quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur. Vide Cujac. ad *l. 3. §. sed utrum 4. ff. de minor.*

Ur si ei pro quo fidei: heres extit.] *l. 5. ff. de fidejuss. l. 95. quod vulgo, ff. de solution.*

Contra Senat. Macedon.] Ex Senatusconsulto actio non datur: ergo nec restitutio necessaria.

Puta si jussu patris] Nam eatenus saltem visum est sublevandos esse creditores, qui alias Senatusconsulto Macedoniano satis opprimebantur, Cujac. ad *d. §. 4.*

TIT. XXIII. *De fidejussoribus minorum.*

UT patri, ita fidejussori restitutio in integrum rei principalis lubrico juventæ lapsi non prodest, *l. Stichum, §. quod vulgo, ff. de solut.* nisi salva sit adversario translatio judicii in alium, *l. minor. ff. de proc. l. si pupillus se hereditate, ff. de adq. hered.* vel nisi fidejussor ignoraverit minorem eum esse pro quo intercessit, *argumento l. si Titius, ff. de fidejuss.* Restitutio autem mino-noris circumscripti dolo adversarii, etiam fidejussori prodest, *l. 7. in fi. ff. de except. l. 1. & 2. hoc titulo.*

XXIII. Enarratio.

UT patri] Sicut restitutio filii patri non prodest, ut dictum est *supr. tit. prox.* ita nec restitutio minoris ætatis lubrico lapsi prodest fidejussori ejus, *l. Stichum 95. §. quod vulgo, ff. de solution.* in qua fidejussor minoris non tenetur, ut fidejussor, sed ut heres ejus, ut heres rei principalis: & ideo quasi principalis auxilium restitutionis intra tempus legitimum impetrare poterit.

Lubrico juventæ lapsi] Tacitus Annal. 6. *Donec minor filius lubricum juventæ exiret.* in *l. ultim. inf. tit. 35.* ætatis lubrico, & *l. verum 11. §. si locupleti, ff. de minoribus, l. 4. inf. de incest. nupt.* τῷ ταρῷ τῆς ἡλικίας, Bas. ætatis fragilitate. Quintilianus declam. 336. *Circumscripsisti fratrem, nec difficile fuit, minorem.*

Nisi salva sit adversario] Minore lapso restituto, fidejussoribus ejus subvenitur, cum alium habet adversarius in quem transferre judicium possit: Cujacius ad *leg. in causæ 11. ff. de minorib.* In *l. minor 51. de procur.* subvenitur tam minori quam fidejussori ejus, quia integra est adversario translatio judici in alium, id est, in eum cujus defensionem minor eo nomine dato fidejussore susceperat. In *l. si pupillus 89. de adquir. hered.* ideo succurritur & fidejussoribus à minore datis, quia creditoribus hereditariis nihil deperit, quibus etiam salva maneat actio adversus eum, qui hereditatem aditurus est. Creditores translatione judicii nihil amittunt: ut recte ibi Dionysius Gothofredus ex Cujacii sententia.

Vel nisi fidejussor ignor.] Restitutio rei principalis fidejussorem non liberat, videlicet, si sciens reum minorem esse, hoc consilio fidejusserit, ut quandoque restituto reo, & ipse liberaretur, *l. in causa 1. ff. de minorib. l. 7. §. ultim. ff. de exception.* Aliud dicendum est, si ignorans eum minorem esse fidejusserit, *arg. l. si Titius & Seja, ff. de fidejuss.* Cujac. ad Paul. lib. 1. *Sent. tit. 9. §. qui sciens.*

Circumcriscripti dolo adversarii] Restitutio, quæ circumscripto datur, fidejussori prodest, quæ lapso, non item Cujac. ad *l. 3. §. sed utrum*, & ad *d. leg. in causæ.* Verum igitur est quod notat auctor Enantiophanōn ad *d. l. minor.* non omnibus minorum fidejussoribus subveniri, ut *lib. 4. tit. 4. dig. 13. & lib. 10. tit. 6. cap. 1. lib. 8. Basilic. tit. 2.*

A

TIT. XXIV. *Si tutor vel curator intervenerit.*

NOn prodest restitutio patri ejus, qui beneficio ætatis restitutus est, ut tit. 22. non prodest fidejussori, ut tit. 23. Hic vero tit. 24. ostendit eam quoque non prodesse tutori, vel curatori, nec ideo minus rescindi gesta cum minore 25. ann. si captus probetur quod gesta sint auctore tutore, vel curatore, vel nomine ejus per tutorem ipsum, vel curatorem, qui utique semper est major 25. ann. scilicet quod possit adolescens suum servare à tutore, vel curatore: nam non ut ex prima & secunda edicti causa restitutio cessat, si alia actio sit, aliave ratio servandæ rei jurisque sui, ita ex ætatis causa, *l. in causa 2. §. Pomp. ff. de minor.* quinimo favore
B ætatis & ordinarium minori & extraordinarium auxilium suppetit, & electo uno non consumitur aliud, veluti electa actione tutelæ, vel neg. gestorum non consumitur jus petendæ restitutionis in integrum, *l. ultim. hoc tit.* Cessat quidem restitutio si minor ipso jure munitus sit, si contractus ipso jure non valeat, *d. l. in causæ, l. sive generalis, ff. de ju. dot. l. 4. infra tit. 26. l. pen. infra tit. 30.* se non si ei alia actio competat, qua ad jus suum pervenire possit.

XXIV. Enarratio.

AUctore tut. vel cur.] *l. etiamsi 29. ff. de minor. l. cum & minores 4. infra si adverf. rem judic.* Quod si præsens esset tutor, vel curator, sed tamen plene non
C norat, quæ agerentur, minoribus in integrum restitutio necessaria non est, ut heic notat Hermopolites. Inconsultæ ætati omnimodo succurrendum est.

Per tutorem ipsum] *l. 3. hoc. tit.*

Qui utique semper est ma.] *l. ult. inf. de legit. tut.*

Scilicet quod poss. ad.] *d. l. 3.*

Nam non ut ex prima & secunda ed. for.] Ex prima & secunda specie restitutionis, id est, si metu, vel dolo quis inciderit in captionem.

Si alia actio sit] *l. item 14. §. in hac actione, ff. quod met. caus. l. 1. §. ait Prætor, ff. de do. ma. l. 2. supra eodem.*

Favore ætatis & ordinar.] Vulgo jactatur, cessare auxilium extraordinarium, ubi ordinarium suppetit, ut in *l. in causæ 16. ff. de minor.* sed ætas imperfecta effecit
D ut utrumque competeret, & ut electo uno, alterum non denegaretur.

Veluti electa actione tutelæ] Si curatores elegerint, & solidum quod eis abest consecuti non fuerint, postulare poterunt, ut rebus propriis restituantur. Per contrarium, si restitutionem elegerint, nec per eam satis eis consultum sit, adversus curatores redire possunt, nec ullum ex electione damnum passuri sunt. Basil. lib. 10. tit. 7. c. ultim.

Vel negot. gest.] Adversus curatorem.

TIT. XXV. *Si in communi eademque causa in integrum restitutio postuletur.*

E NOn prodest etiam restitutio minoris fratri consorti, & quamvis communis res sit inter fratres, non est commune auxilium restitutionis in integrum *l. 2. inf. Si unus ex plur. appellav.*

XXV. Enarratio.

FRatri consorti] Fratres consortes dicuntur, qui pro indiviso commune patrimonium habent. D. August. in serm. L. de divers. *Expectabatur in illo etiam legitimæ ætatis accessus, ut quod faceret, firmissime faceret. Nondum autem fecit, quia ipsos agellos habet cum suo fratre communes, & sub indiviso eos possidet.* Restitutio autem minoris non prodest fratri majori 25. annis. Edicti beneficium majori non communica-

tur : Prætor enim minoribus auxilium pollicetur, non A pee eos majoribus, *l.3. §. sed utrum, ff. de minor.* Theodorus Hermopolites ad illa verba legis un. *vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus*, annotat, transactionem mandatu meo factam, & eam, quam postea ratam habui, ejusdem potestatis esse.

TIT. XXVI. *Si adversus rem judicatam.*

AB hoc titulo incipit enumerare causas ex quibus solet minoribus dari restitutio in integrum. Prima hæc est, si contra eos litigantes tutoeum, vel curatorum auctoritate, vel contra tutores, aut curatores, aut procuratores litigantes eorum nomine judicatum sit : nam si læsos esse se doceant, litem instaurari placet, quod est restitui rem adversus sententiam, vel B adversus rem judicatam : quod hodie non fit, nisi allegetur error juris aut facti. Excipitur res judicata pro libertate, *l.ult. inf. tit.* 30. præponderat enim prævaletque libertatis favor.

XXVI. ENARRATIO.

TUtorum, vel curatorum auctor, &c.] In *d.l.pen.* verba illa : *in rem pupilli*, recte Fulgosius interpretatur, in re ipsorum minorum, sive in causa pupilli, vel adulti. Sed si absque tutorum, vel curatorum auctoritate condemnati sint, sententia non valet, sive, ut ajunt Græci ad *d. l. pen.* *οὐδὲ ἔῤῥωται ἀπόφασις, οὐδὲ ἀποκαταστάσεως χρείαν ἔχετε : neque valet sententia, neque nobis in integrum restitutio necessaria est*, satis enim C ipso jure munitus est, nec tunc Prætor debet se interponere, *l. in causæ 16. §. & generaliter, ff. de minor.*

TIT. XXVII. *Si adversus venditionem.*

SEcunda hæc est, si quid rei suæ minores vendiderint, vel si quid tutores, aut curatores eorum vendiderint figmento tituloque venditionis potius quam venditione vera, ita ut ex ea lædi contingat minores injuratos, aut juratos ex scripto tantum : nam objurati corporaliter, puta tactis sacrosanctis Evang. vel manu sublata, ut apud Orpheum *ὅρκια δεμαλοῦντες, ἀνασχέσθαντο δὲ χεῖρας*, vix rescindunt venditionem à se factam, quamvis læsi, & reipsa decepti sint : & observan- D da est differentia intee duo genera dandi jurisjurandi ex *l.* 5. nam etsi instrumento juraverit minor se esse majorem, restitui potest, si instrumentis probaverit se minorem fuisse. Si corporaliter, nullo modo, *l.3 inf. si min. se maj. dix.* Et episcopi, vel clerici corporaliter juerare vetantur, non ex scripto, si vera est distinctio Balsamonis tit. 19. Nomocanonis tit. 57. qua in concordiam adducit *l. cum cler. sup. de Episc. & cler. cum l. 3. & 6. sup. de his, qui ad Eccl. conf.* Titulus autem licet sit de venditione tantum, porrigitur etiam ad emptionem, si plus quam opoetet emerint, *l.patri, §. præd. ff.de min.*

XXVII. ENARRATIO.

MInores vendid.] *l. ait Prætor 7. §. 1. ff. de mi-* E *nor.*

Figmento, tituloque] *l. 2. hoc tit.*

Nam objurati] Festus : *Objurare, jurejurando obstringere, ut est in Pantasilea : formidabant objurare.*

Objurati corporalitee] Asnulphus Lexoviensis in epistola ad Alexandrum PP, *Juramento corporaliter interveniente*, & in epistola 94. *Tactis sacrosanctis Evangeliis, juramentum corporaliter præstitimus.*

Puta tactis sacrosanctis Evangeliis] Theophanes Tauromenitanus homilia 52. *ὀμνύειν σε ἀντίδικος ὡς ὀμνῦσαί σε βούλεται, καὶ σοι τίθησιν ἔμπροσθεν τὴν σεβασμίαν τῶν Εὐαγγελίων πυκτίδα : Cum adversarius tuus objurare te compellit, & ponit ante se venerandum Evangeliorum librum, &c.* Joannes Cantacuzenus historiæ libro 5. capite 15. *εἰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὸν ὅρκον εὐαγγελίοις, καὶ ταῖς σεβασμίαις εἰκόσι κελεύεις πιστὸν ποιεῖν, &c. Si me per sacra Evangelia, & venerandas sanctorum imagines fideliter jurare jubes, &c.*

Vel manu sublata] Danielis 12. 7. *ὕψωσε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τὸν αἰῶνα: Sustulit dexteram suam, & sinistram suam in cœlum : & juravit per viventem in sæcula*, Adde Deuteron. xxxii. 40.

Ut apud Orpheum] In Argonauticis ver. 352. Pindarus Ode 7. Olymp. *θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.* Scholiastes : *ἐκ τοῦ εἰπεῖν, θεῶν ὅρκον μὴ π. δείκνυσιν, ὡς οὐ μόνον τὰς χεῖρας ἀνέτεινεν ἡ Λάχεσις, ἀλλὰ καὶ ὤμοσε τὸ τῆς στυγὸς ὕδωρ : Deorumque jusjurandum non fallere. Sch. ex eo, quod dicit, Deorum jusjurandum non fal-* B *lere, ostendit, Lachesin non solum manus sustulisse, sed & jurasse per aquam Stygis.*

Si corporaliter, nullo modo] Theodorus Hermopolites putat dici posse, minoribus etiam objuratis corporaliter subveniendum, idque ex verbis legis 5. quasi diceret Imperator: *Restitui quidem potes, quamvis corporaliter juraveris, sed nolo te hortari, ut restitui postules, ne videar auctor esse perjurii.* Verba ejus hæc sunt: *σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι κἂν σωματικὸν ὅρκον ὁ ἀφῆλιξ καὶ τὴν ἰδίαν πρᾶσιν βεβαιῶν, ἀποκαθίστασθαι δύναται, καὶ εἰσαγγέλλειν αὐτὴν : ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐνταῦθα τοῦτο ὡδε τὸν ἀφήλικα λέγων δοκεῖ, ὅτι σὺ μὲν καὶ τῆς ὁμολογίας σου καὶ τοῦ ὅρκου ἀποκαθίστασθαι δύνασαι : ἐγὼ δὲ προτρέπειν σε εἰς τοῦτο οὐ βούλομαι, ἵνα μὴ γένωμαι ἐπιορκίας καὶ ἀπιστίας σοι πρόξενος.* Sed verba *d. l.* 5. *aliud suadent*, Hoc C igitur vult constitutio, desiderio minoris obstare jusjurandum, quod corporaliter dedit. Cæterum Basilica ponunt, minorem simplicitee jurasse, non corporaliter, quasi quoquo modo jurati vix rescindant venditionem à se factam, secundum novam Friderici constitutionem, quam Irnerius inserit huic tit. ex constit. ejusdem Friderici de pace componenda, lib. v. de Feudis.

L. Patti, §. pe.] *l. ait Prætor 7. §. 5. ff. eod.*

TIT. XXVIII. *Si adversus venditionem pignorum.*

TErtia causa hæc est, si creditores pignora sibi obligata ex contractu minorum, vel capta ex cau- D sa judicati, ut *l. 5. hoc tit. l. 1. inf. de præd. min.* non item ex contractu hereditario, ut *l. 2. hoc tit.* jure suo distraxerint, & ex ea re minores magno detrimento adficiantur.

XXVIII. ENARRATIO.

NOn item ex contr. hereditario] Minoe non restituitue adversus distractionem pignoris à defuncto constituti : in qua sententia fuit Azo, heic in summa ad finem. Nisi creditor non uti oportet, distraxerit, Paulus libro 5. Sententiarum *tit.9. §.ult.* id est, non observatis, quæ in pignoribus distrahendis observari solent. Cujac. ibidem.

Jure suo distraxerint] Creditor jure suo pignus di- E strahit, *l. pen. ff. de distr. pign.*

Magno detrimento adficiantur] Puta si minores fraudati sint supra dimidiam justi pretii. Fingendum autem pignus solemniter, & legitime distractum, vel ex pacto convento : cæterum venditio nulla est, & rei dominium apud minorem remansit, ut heic scribit Theodorus Heemopolites: *μεγάλην δὲ νόησον ζημίαν, ὅταν εἰς ἔλαττον πάνυ τίμημα διαπωληθῇ, ὥστε ἐνδεῖν εἰς τὸ ἥμισυ τοῦ δικαίου τιμήματος αὐτὸ ἐξαρκεῖν: ὑπόθου δὲ ὅτι καθὼς οἱ νόμοι γίνεσθαι τὰς διαπωλήσεις τῶν ἐνεχύρων ὁρίζονται, καὶ τὸ τοῦ νέου διεπράχθη ἐνέχυρον, ἢ ὅτι συμπεφωνημένον εἶχε τοῦτο διαπιπράσκειν ὁ δανειστής : ἐὰν γὰρ μὴ κατ' τούτους τοὺς τρόπους αὐτὸ διεπώλησεν, ἄκυρος ἡ πρᾶσις ἐγένετο, καὶ ἡ δεσποτεία παρὰ τῷ νέῳ διέμεινε.*

TIT.

TIT. XXIX. *Si adversus donationem.*

Est & hæc causa probabilis dandæ restitutionis in integrum, improbabilis donationis enormitas, ut ait *l. 4. inf. de inoff. don.* Si minor 25. an. immodicam & stultam rerum mobilium donationem fecerit, auctore curatore, non etiam si servato modo patrimonii sui eam sponsæ fecerit ante nuptias, quando, ut ait *l. 1. Cod. Greg. si adver. don. sp. fac.* hujuscemodi causam communis voti complendi ratio provocat. Dixi: rerum mobilium: Nam prædiorum donatio ipso jure non valet ulla ex causa *l. prædia, inf. de præd. min.* quæ conjungenda est cum *l. 1. hujus tit.* Item datur ei restitutio adversus donationem, si patri donanti alteri res mobiles jampridem sibi emancipato donatas, inconsulta ætatis facilitate consensum accommodaverit, *l. 2. hoc tit.*

XXIX. Enarratio.

Rerum mobilium donationem] Cujusmodi sunt, *ζῶα περισσὰ, κ̀ ἐσθὴς τετριμμένη, κ̀ τούτοις παρόμοια: Animalia superflua, vestis attrita, fructus, & his similia.* Theodorus Hermopolites. *Sed etsi*, inquit, *ponas res esse immobiles, addes etiam cum decreto factam donationem.* Alioquin, inquit, restitutio necessaria non est, quia ipso jure satis munitus est: *εἰ δὲ κ̀ θεματίσεις ταῦτα ἀκίνητα, πρόσθες κ̀ μετὰ δεκρέτου γενέσθαι τὴν δωρεάν.*

Fecit ante nuptias] Etiam curatore præsente, *l. 1.* Curator præsens debet auctor fieri, ut de tutore dicitur in *§. 2. Instit. de auctor. tutor.*

Jampridem sibi emancipato] Nam filio in potestate constituto pater frustra donat.

TIT. XXX. *Si adversus libertatem.*

Et alia, si servum manumiserit. Nam etsi à prætore non possit adversus libertatem restitui in integrum, à principe potest magna ex causa, ut si temere actorem bonorum suorum, & Columellam manumiserit, cujus damnum ad totius domus eversionem pertineat, *l. 10. ff. de min.*

XXX. Enarratio.

Nam etsi à Prætore &c.] *l. si ex causa 9. §. ult. & l. seq. ff. de minor.*

Actorem bonor. suor. &c.] Isidorus lib. 2. de officiis ecclesiasticis: *Actor prudens, & bonus scit quis sit domini sui census, & omnis substantiæ modus, & redigit apud se totius possessionis instrumenta originalia.* Hoc igitur casu restituitur si servum manumiserit cui rerum administratio totiusque patrimonii dominici cura demandata erat, servum in primis ei utilem, quemque non sine damno rei suæ minor manumisit, sive: ut ait Theodorus Hermop. *τυχὸν γὰρ τὸν ἐλευθερωθέντα δοῦλον προεστῶτα, κ̀ διοικητὴν εἶχε τῶν πραγμάτων αὐτοῦ κ̀ πᾶσαν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἐπὶ χεῖρας ἔχοντα, κ̀ πραγματευόμενον κ̀ ὠφελοῦντα τοῦτον κατὰ πολύ* Et merito igitur tutor servum pupillæ suæ manumittere volens prohibetur à matre pupillæ *εἶναι γὰρ αὐτὸν πραγματευτὴν αὐτῆς, κ̀ δι' αὐτοῦ τὰ πράγματα τῆς ὀρφανῆς διοικεῖσθαι: esse enim eum actorem ejus, & per eum res omnes pupillæ administrari:* in Adriani Sententiis apud Dositheum 3. Grammaticæ.

Et Columellam] Donatus in Phorm. act. 1. Sc. 1. *Columellæ apud veteres dicti servi majores domus*, & ibi adfert Lucilii versum. Vide & Martial. lib. 11. ep. 91.

L. 10. D. de minor.] Vide Cujacii Observat. lib. 19. c.

TIT. XXXI. *Si adversus transactionem, vel divisionem minor restitui velit.*

Placet etiam restitui minorem in integrum, causa cognita, si forte cum adversario suo inconsulto transegerit tutore, vel curatore auctore, vel si cum coherede, aut socio divisionem fecerit, *l. pen. infra com. divid.* Transactioni divisio subjicitur, quasi species generi, quia divisio plerumque fit transigendi causa, & transactionem Græci hoc loco *ἀπαρτισμὸν* vocant, quasi finem & consummationem negotii.

XXXI. Enarratio.

Minor si læsus sit restituitur adversus transactum, ut est in *l. 2. hoc tit.* transactus pro transactione ut obligatus pro obligatione, dissolutus pro dissolutione: & alia quæ notavi ad tit. *de verbor. obligat. Instit.*

Causa cognita] *l. 3. ff. de in integr. restit.*

Inconsulto] Damnose.

Tutore auctore] *κατὰ αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου, cum auctoritate tutoris*, Basilica.

Divisionem fecerit] Vide locum Augustini in enarrat. tituli 25.

Ἀπαρτισμὸν vocant] Basilic. 10. tit. 14.

Quasi finem] Glossæ: *transactio, τελειωμὸς, πέρας, περαίωσις.*

Et consummationem] Est enim *ἀπαρτίζω*, perficio, consummo, & *ἀπαρτισμὸς*, consummatio.

TIT. XXXII. *Si adversus solutionem à debitore, vel à se factam.*

Restituitur etiam minor si per errorem juris solverit indebitum legatum, ut *l. 2. hoc tit.* puta existimans jure factum testamentum, quod ipso jure nullum erat, ut *l. 11. infra de test. man.* quæ conjungenda est cum *d. l. 2.* Et recte *l. pen. sup. tit. 21.* minoribus consuli in his, quæ ignoraverunt .i. ignorantibus jus, ut *l. 5. ff. de l. Cor. de fal. l. 6. inf. de his, quæ ut ind.* Restitutus autem minor adversus solutionem à se factam condicit id quod solvit. Item restituitur si ei pecunia à debitore recte soluta sit, & hanc perdiderit, ut *l. 1.* & restitutus agit cum debitore pristina actione, perinde ac si debitor non solvisset: necessaria est restitutio, quia debitor liberatur, etiamsi curator non intervenerit: & si intervenerit, vix minor restituitur, *l. ait prætor, ff. de min.* maxime si per judicem facta sit, ut *l. 25. inf. de adm. tut.* Igitur de solutione à minore facta est *l. 2.* de solutione à debitore facta minori, vel curatori ejus *l. 1.* nec in vet. lib. aut in Basilicis ita conceptus est titulus, ut vulgo. *Si adversus solutionem à tutore*, sed generalius, *Si adversus solutionem à debitore, vel à se factam, ἐὰν κατὰ τὴν διάλυσιν τὴν παρὰ τοῦ χρεώστου, ἢ παρ' ἑαυτοῦ γεγενημένην*: & observandum in eadem *l. 1.* minorem restitui adversus solutionem curatori factam posse aliquem statuere facillime, nisi cohibeatur *d. l. ait prætor*, simulque animadvertat, non præcise legem restitutionem polliceri, sed an sit tribuenda per causæ cognitionem æstimari posse, hoc tantum edicere.

XXXII. Enarratio.

Condicit id quod solvit] *L. illud 25. ff. de minor.*

Si adversus solutionem à debitore &c.] Sic in veteribus Ægidii Menagii. & Juliani Brodæi.

In eadem l. 1.] in qua recte libri veteres, *promissum beneficium*, ut in Basilicis, *ἐπαγγελθεῖσα βοήθεια*, promissum auxilium restitutionis scilicet. Vide hac de re tota, quæ diximus ad Cujac. Not. Instit. 2. tit. 8.

TIT.

TIT. XXXIII. *Si adversus dotem.*

ITem datus minori restitutio adversus dotem, ot puta, si ultsa vires bonosum suorum dotem dederit, *l. si ex causa, §. in dotis, ff. de min.* vel si omnia bona, quod fit quidem jure, *l. 4. inf. de jur. dot.* (quæ cum *l. unica* hujus tit. conjungenda est) quoad satio patitur, ut ait *l. quæro, ff. eod.* & modus, scilicet legis Papiæ, aut *Nov.* 22. librarum auri C. Sed lædi ex ea re quandoque mulier heresque ejus potest dolo fallaciisque mariti effundens in dotem omnia bona sua, vel minoris æstimans res dotales: qua ex causa etiam majori subvenitur, *l. jure, §. ult. l. si res, §. s. ff. eodem.* Sed majori judicio dotis concepto in bonum & æquum, minori etiam per seltitutionem in integrum. Restituitur etiam adversus dotem, si duriorem aliquam pactionem dotis feceris, quam nunquam faceret major, *l. minor se §. ult. ff. de minor.* vel si ex intesvallo patri stipulanti soluto matrimonio dotem sibi seddi consensum adhibueris, *l. 3. §. sed utrum, in fi. ff. eod.*

XXXIII. Enarratio.

ET modus, scilicet legis Papiæ] Qua modus dotibus erat impositus, *l. a. Cod. Th. de inoffic. dot.*

Heresque ejus] Heres ex persona defuncti sestitutionem petit, *l. 1. h. tit.*

Dolo, fallaciisque] κατὰ περιγραφὴν καὶ ἀπάτην τινὰ, ut in Basilicis.

Judicio dotis conc. in bon. & æqu.] Majori non succurritor per restitutionem, ut opinos, sed judicio dotis ut puta, cum in æstimatione dotis alteruter circumventus est, *l. si res, §. 1. de min.* quod illa verba indicaot, & quod bono & æquo non conveniat: respiciunt enim ad actionem dotis, quæ in bonum & æquum concipisur, *l. eas inf. tit. prox.* hoc modo: *quanto æquius melius.* Cujac. ad *l. 9. §. ult. ff. de jure dot.*

Vel si ex intervallo] Quotiens pro filia pates dotem dat, si in se transferre vult actionem de dote, stipuletur ex continenti: nam ex intervallo si stipuletus sine filiæ voluntate, filiæ noo aufers de dose actionem. Quod si filiafam. minor consensesit patsi ex inservallo dotem stipulanti, adversus eum in insegrum restituetus: quia ipsius interest babere actionem de dote, vel propriam, si emancipata restitui velit, vel communem cum patre, si in potestate remansit. Cujac. ad *l. 3. §. sed utrum, in fine, ff. de minor.*

TIT. XXXIV. *Si adversus delictum suum.*

DElicta alia contrahuntus opera consulta; alia per ignorantiam: io his minori subvenitur per sestitusionem in integrum, us pœna liberetur, quam commisit: us si mater minor 25. an. per esrorem juris libesis impuberibus tutorem non petierit, *l. 2. hoc tit.* vel si eodem errore matrimonio contracto incestum jure civili commiserit, *l. si adulterium, §. stuprum, ff. ad l. Jul. de adult.* In illis, veluti furto, adulterio, homicidio, non item, quæ consra leges admittuntur dolo malo, & quæ legibus antiquis etiam nominatim in impuberibus vindicantur. Et rasio differentiæ, quod illa veniant ex animo, hæc ex contractu, id est, ex re ipsa tantum: sic enim legendum est in *l. 1.* Sed cum delictum non ex animo, sed ex contractu venit, ut in Basil. ἀλλ' ὅτε τὸ ἁμάρτημα μὴ ἀπὸ ψυχῆς πονηρᾶς, ἀλλ' ἀπὸ συναλλάγματος ἔρχεται. Et contractum igitur accipio pro facto ipso, sive delicto, ut *l. si rerum, ff. de re judic.* vel, us loquitus Aristoteles, pso involuntario contractu.

XXXIV. Enarratio.

MAtrimonio contr.] Quod si minor intra annum luctus secundo nupserit marito, an excusabitur ab infamia cæterisque pœnis, *l. 1. & 2. inf. de sec. nupt.* Sic videtur, *arg. l. minorib. inf. de iis quib. ut indig.* quamvis miles non excusetur, *l. decreto, sup. de cauf. ex quib. infam.* P. Faber.

Homicidium] Furtum, adultesium & homicidium natusa turpia sunt, *l. 1. ff. de furt. l. probrum 42. ff. de verb. signif.* Oecumenius in epistolam P. ad Galas. cap. 3. τὰ ἀναγκαῖα τοῦ νόμου, καὶ ἡ φύσις ἐδίδαξεν, τουτέστι τὸ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις: *Quæ legibus cauta sunt, ea etiam natura edocuit, veluti non adulterium facies, non occides, non furtum facies.* Homicidium natura turpe: nam cum inter nos cognationem quandam natura constituesit, consequens est hominem homini (cognaso scilicet) insidiari nefas esse, ut est in *l. 3. ff. de just. & ju.* Cœlius Lactantius libro 6. cap. 10. *Nam si ab uno homine, quem Deus finxit, omnes orimur, certe consanguinei sumus: & ideo maximum scelus putandum est odisse hominem vel nocentem.*

Us in Basil.] V. Cujac. ad Paul. Sent. lib. 1. tit. 9.

Quæ contra leg. adm.] Quæ & naturali jure probra existimantur, *l. probrum, ff. de verb. signif.* P. Fab.

Quæ legibus antiquis] Plinius 18. 3. *Impubem Prætosis arbitratu verberari.* A. Gellius lib. 11. cap. 18.

Sic enim legendum est in l. 1.] In veteri Brodæi sic legitur: *Si cum delictum non ex animo, sed ex contractu videlicet culpa in contra, sed extra venit, noxia non committitur:* vitiosam scripturam proposui, ut si qui meliores codices nacti fuerint, partim ex antiquo Brod. partim ex suis emendens.

Ut in Basilicis] Libro 10. tit. 57.

Ut loquitur Aristoteles] Libro 5. Ethicorum Nicomach. cap. 11.

Pro involuntario contr.] Nam delictum & crimen contrahi dicitur, *l. 1. ff. de legib. l. 2. §. 2. ff. de condict. ob turp. caus.* vide quæ dixi ad tit. 5. lib. 4. Institut.

TIT. XXXV. *Si adversus usucapionem.*

SEd si quis rem minoris usuceperit, ei subvenitur, rescissa usucapione. Usucapio est adquisitio dominii per possessionem justam justi temporis. Si adversus præscriptionem non datur titulus propter *l. ult. inf. in quib. cau. in int. rest.* &c.

XXXV. Enarratio.

ADquisitio dominii] *l. un. h. t.* adquisitio dominii pes usum, *l. denique 19. & l. ait prætor 23. §. 1. ff. ex quib. caus. maj.* id est, per possessionem, usus enim est possessio. Glossæ Philoxeni: *usus*, χρῆσις, καὶ χρησάμενος: *ususfructus*, νομὴ, χρῆσις καρπῶν. *lege*: χρ. καὶ χρ. νομή: *ususfructus*, χρῆσις ἐπικαρπίας: sine qua usucapio non procedit, *l. sine 25. ff. de usurpat. & usucapion. Justam*, ut in *§. pen. Instit. per qu. pers. nob. adq. Justi temporis*: temporis lege definisi, *l. 3. eod.* id est, aoni vel biennii, Ulp. *tit. 19. §. usucapione*: aut secundum novi juris definitionem, decennii aut vicennii, prout res sunt mobiles aut immobiles. Isidorus Originum libro 5. cap. 25. *Usucapio est adeptio dominii per continuationem justæ possessionis.* Ait per continuationem: ut Ulp. in *d. §. usucapione*, & Modest. in *d. l. 3.* nam possessio debet esse continua, *l. nunquam 31. eod. & l. 2. inf. de præscr. longi temp.*

Non datur titulus proptes leg. ult.] vide ibid.

TIT.

TIT. XXXVI. *Si adversus fiscum.*

HOc titulo ostenditur, non tantum adversus privatum, sed etiam adversus fiscum minores deceptos restitui venditioni à se, vel à fisco factæ, vel alterius contractus rescindendi causa: & adversus privatum notionem esse prælidis, adversus fiscum procuratoris Cæsaris adjuncto præside, & præsente advocato fisci.

XXXVI. Enarratio.

MInores deceptos] Ut in *l. 1.* circumventus à Rufino, & in *l. ult.* per collusionem, sive fraudem.

A se] Ut in *l. 1.* minor cum posset pluris distrahere rem viliori pretio projecit, ceu loquitur Ulp. in *l. si pignora 50. ff. de evict.* B

Vel à fisco factæ] Ut in *l. ult.*

Adversus privatum &c.] *l. 2.*

Præsente advocato fisci] *l. 2.* παρόντος τοῦ καθολικοῦ: *præsente Catholico*, in Basilicis.

TIT. XXXVII. *Si adversus creditorem.*

CReditor proprie est, qui pecuniam credit .i. mutuam dedit, & debitor, qui accepit. Hic si minor sit 25. an. paterfam. adversus creditorem bonæ fidei restituitur rescissa cautione creditæ pecuniæ, si ea pecunia in rem ejus versa non sit. Dico paterfam. Nam filiusfam. qui mutuam pecuniam accepit, non est debitor. Dico creditorem bonæ fidei ex *l. Stichum, §. quod vulgo,* C *ff. de solut.* Nam is, qui sciens perdituro credidit, creditor non est, *l. si vero non remunerandi, §. si adolescens, ff. mand. l. quod si minor, §. pen. ff. de minor.* Similis est tit. lib. 7. Sed qui ad præscriptionem longi temporis pertinet, non restitutionem minorum.

XXXVII. Enarratio.

CReditor proprie is est] Vide tit. 21. libri IV.

In rem ejus versa non sit] *L. 2.* vel ex ea locupletior factus non sit, *l. 1.* imo pecuniam disperdit, *l. patri 27. §. 1. ff. de minor.* Nam si locupletior factus sit non restituitur: sicut & pupillus locupletior factus tenetur ex rescripto D. Pii.

Non est debitor] Debitor enim intelligitur is à quo invito exigi pecunia potest, l. debitor 108. D. de verb. signific. filius autem familias tutus est exceptione SC. Maced.

Perdituro] Male consumpturo, dissipaturo.

Libro VII.] Titulo 36.

TIT. XXXVIII. *Si ut se hereditate abstineat.*

REstituitur etiam minor abstinendi causa, qui temere damnosæ hereditati permiscuit se, vel qui adivit, aut pro herede gessit, aut bon. possessionem agnovit, quod etiam est pro herede gessit, *l. 12. inf. de jur. delib.* qua in re servanda est forma prodita Nov. Justin. 119. *§. πρὸς τούτοις, l. etiam, §. ult. ff. de min.* Et E abstinendi verbo addamus, vel repudiandi, ut *l. 7. §. pen. ff. eod. l. 2. hoc tit.* quæ communis est huic titulo, & sequenti.

XXXVIII. Enarratio.

ABstinendi causa] Titulus ita legitur in veteribus, *Si ut se hereditate abstineat.*

Temere damnosæ hered.] Ut in *§. extraneis. Instit. de hered. qual. & diff.*

Permiscuit se &c.] Minori succurritur ut se abstineat hereditate, sive se miscuerit, sive adierit, sive pro herede gesserit, aut bonorum possessionem agno-

A verit, *l. 1. & 2. hoc tit. l. ait prætor 7. §. sed etsi hereditatem, ff. de minor.* etiamsi curatur intervenerit, *l. 1. sup. si tut. vel cur. interv.* Denique minoribus aditam hereditatem derelinquere permittitur, sicut in cæteris omnibus causis Prætor eis succurrit ætatis beneficio, *d. §. extraneis.*

Novella Justin.] CXIX.

TIT. XXXIX. *Si ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud adquirat.*

ET ex diverso idem quoque restituitur adquirendi causa, si intra tempora constituta hereditatem non adierit, vel bon. possessionem non agnoverit: id enim est proprie omittere hereditatem, vel bon. pos-

B sessionem: sed & si alio genere hereditatem, vel bonorum possessionem sibi delatam amiserit. Adjicit, vel quid aliud, quamquam de eo nihil in constitutionibus sub tit. positis sit expressum, sed quod in eis de hereditate, & bon. possessione, facile trahitur ad legatum, & fideicommissum, vel quid aliud.

XXXIX. Enarratio.

REstituitur adquirendi causa] Quod minori favorabiliter præstatur. D. Augustinus in epistola CCXVI. *Ut etiam rebus, quibus renunciasti, te post renunciationem inserveris, quod nec apud humanas ipsas leges ullo modo defendi potest.*

Hereditatem non adierit] *l. 1.*

Vel bon. possess.] *l. 2.*

Id enim est proprie] *l. quod si minor 24. §. Scævola, ff. de minor. l. 1. §. ult. ff. ut in poss. legat.* Heic autem videndum erit, an rebus distractis restitui desideret, vel non distractis, Qua de re vide ipsum Cuj. ad *§. 5. Instit. de hered. qual. & differ. & ad l. 7. §. restituta, ff. de minor.*

Ad legatum] *L. ait Prætor 7. §. & si sine dolo, ff. de minor.*

TIT. XL. *In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est.*

VAriæ quidem jam ante variis locis sunt demonstratæ causæ in quibus minori non est necessa-

D ria Institutio in integrum quasi ipso jure munito satis, ut si rem mobilem vendiderit, sine curatoris auctoritate, *l. 3. tit. 21.* vel immobilem, sine decreto, *l. 2. tit. 29.* vel si creditor curatoris fidem secutus eum eo principaliter contraxerit ignorans curatorem eum esse, & rem agere alterius, *l. pen. tit. 24.* vel si res judicata sit contra minorem indefensum, *l. pen. tit. 26.* vel si minor 20. an. servum manumiserit contra legem Æliam Sentiam, *l. pen. tit. 30.* Sed quia restant aliæ quædam, de his visum est proponi debere titulum specialem, in quo quæ præter eas continentur, eæ sunt, si cum non defenderetur ultus, non sit necem defuncti: nec enim ei ob eam rem hereditas eripitur quasi indigno, quæ majori eriperetur, *l. 1. hoc tit.* Item si non interpellaverit personam debitoris ex contractu bonæ fidei, vel ex legati, aut fideicommissi causa, ut ex mora fructus, & usuræ cederent. Nam & sine interpellatione minori debentur ipso jure ex solo tempore tardæ solutionis, constitutione Severi usque ad legitimam ætatem, *l. cum vero, §. apparet, ff. de fideicom. lib. l. Titia, §. 1. ff. de leg. 2. l. 3. hoc tit. conjuncta, l. 5. inf. de act. empt.* Item si tutore dativo litigante pupilli nomine, qui non satisdedit rem pupilli salvam fore, res contra eum judicata sit, *l. pen. hoc titulo conjuncta l. 3. infra de tut. vel cur. qui sat. non ded.* Item si in instituenda querela inofficiosi testamenti minori objiciatur præscriptio quinquennii, *l. 2. hoc titulo*, vel in petenda bon. possessione: & generaliter ex *l. ult.* si qua alia objiciatur præscriptio temporis, adversus quam potue-

rit

rit restitui in integrum, præter præscriptionem 30. aut A
40. ann. quia aliæ præscriptiones ipso jure non currunt adversus minores 25. ann. & ob id opinor in hoc libro poni quidem tit. *Si adversus usucapionem*, sed non etiam, si adversus præscriptionem longi temporis, quæ tamen minori non restituto objici poterat, ut *l. 3. inf. quibus non ob lon. temp. præs.* minori scilicet, qui pupillus non esset.

XL. Enarratio.

CUm non defenderentur] Per tutores vel curatores, *l. 1. hoc tit.*

Quæ majori eriperetur] Inconsultæ ætati parcitur. *d. l. 1. & 5. l. minoribus 6. inf. de his quibus ut indign.* majori qui necem defuncti judicio persequi neglexit, B
hereditas tanquam ingrato & indigno à fisco eripitur, *l. Gajus 22. ff.* de *Senatusc. Silan. & l. sororem* 10. *inf. de his quib. ut indign.* Aimoinus de gestis Francorum lib. IV. cap. 28. *Idcirco in publico Francorum conventu à quibusdam proceribus secundum leges Romanas, quæ sanciunt a paterna eos decidere hereditate, qui noluerint interfecti necem vindicare, omnibus paternis exspoliati sunt.*

Item si non interpellaverit] Regulariter enim interpellationem debitorem in mora constituit, *l. mora 32. ff. de usur.*

Ex contractu bonæ fidei] In bonæ fidei judiciis usuræ ex mora veniunt, *l. 2. inf. de usur.*

Fructus & usuræ] Actio legatorum usuras recipit ex mora, *l. usuræ 34. de usur.* vide inf. de usur. legat.

Item si tutore dativo] Cuj. Græcos secutus speciem legis ponit in tutore dativo: nam testamentarius C
non satisdat, nec datus ex inquisitione.

Si in instituenda querela inoff.] Nam ipso jure querela inofficiosi integra ei servatur: & ob id in integrum restitutio necessaria ei non est. Basilica.

Vel in petenda bon. poss.] Intra dies centum bonorum possessio agnoscenda est: intra annum si deferatur liberis, aut parentibus, *§. 4. Instit. de bonor. poss.*

Præter præscript. 30. &c.] Præscriptio longi temporis adversus minores annis 25. non currit, *l. 3. inf. quibus non objicit. lon. temp. præsc.* & generali decisione Justin. in *l. ult. hoc tit.* nulla præscriptio currit adversus eos, & ideo frustra ex ea causa restitui desiderant. Sola 30. aut 40. an. currit adversus minores 25. an. Aliæ ipso jure non currunt: *melius est intacta eorum* D
jura servari, quam post causam vulneratam remedium quærere, ut est in d. *l. ult. hoc tit.* Aristoteles Politic. lib. v. cap. 1. *βέλτιον ἐξ ἀρχῆς ὀρθῶς, ὅπως μὴ συμβαίνῃ τοσοῦτον ὑπερέχοντας, ἢ ἰᾶσθαι γενόμενον: ἰᾶσθαι ὕστερον:* Suidas: *ἀρχὴν ἰᾶσθαι λῷον ἢ τελευτήν.* In epist. Ceretii, Salonii & Veranii Episc. ad Leonem PP. *Scientes pene sera esse remedia, quæ adactis jam vulneribus apponuntur.* Att autem post causam vulneratam, ut Symmachus epistolarum libro II. 30. negotium vulneratum. *Quo animo*, inquit, *acceperim Siciliense negotium vulneratum, facile conectas.*

Qui pupillus non esset] *l. 3. inf. de præsc. trig. vel quad. an.*

TIT. XLI. *Qui & adversus quos in integrum restitui non possunt.* E

HActenus dixit de causis in quibus minoribus necessaria est restitutio in integrum, vel non. Nunc tractare incipit, qui minores, & adversus quos in integrum restitui non possunt: ac primum, non temere in integrum restitui minores quos constat esse attentos & diligentes patresf. quosque verisimile non est ætatis infirmitate lapsos: nec quemlibet minorem utique semper in consilio prætoris, aut præsidis haberi pro minore, ac ne lapsos quidem, vel circumscriptos, re cum parentibus aut patronis utriusque sexus gestam, restitui adversus eos, nisi adversus matres, quæ secundas nuptias contraxerunt ex *Nov.* CLV. quod quacunque ex causa restitutio postuletur, videatur quodammodo suggillari pudor & gravari opinio ejus adversus, quem restitutio postulatur: & olim forsitan famosa fuit actio de circumscriptione adolescentium ex lege Lætoria, *uti ne propter te fidemve tuam captus fraudatusve siem*: quodque honestius & melius sit adolescentem æqui boni consulere damnum, quod fecit, quam retractare, quod cum his personis gessit, in quas etiam fraudis suspicio non cadit. Et in sequentibus titulis plerique alii demonstrantur esse minores, qui in integrum restitui non possunt.

XLI. Enarratio.

ATtentos] Terentius in Adelph. Act. v. Scen. III. *Attentiores sumus ad rem omnes.* Et Sc. 8. *Nimium ad rem in senecta attenti sumus.* Prætor igitur non succurrit iis, qui sobrie rem suam administrant, *l. verum* 11. *§. item, ff. de minor.* id est, *τοῖς καλῶς διοικοῦσι*, ut in Basilic. *bene rem suam gerentibus.*

Et diligentes] *l. 1. hoc tit.*

Cum parentibus] *l. 2. h. t.*

Ex Nov. CLV.] Adversus matres, quæ nuptias iterarunt, restitutio peti potest.

Ex lege Lætoria] Circumscripto dolo adversarii subvenitur lege Lætoria data præscriptione. Cicero de Offic. lib. 3. Quanti verba illa: UTINE PROPTER TE &c. ut herc. vide Cujac. libro 19. observ. 33.

Æqui boni consulere] Æquo animo ferre.

Fraudis suspicio] *l. pen. inf. de adoption.*

TIT. XLII. *Si minor se majorem dixerit, vel probatus fuerit.*

ET hoc titulo, quidem non posse in integrum restitui minores, qui jurarunt, vel forte ut sibi pecunia crederetur, dolo malo se majores esse dixerunt & persuaserunt, vel etiam dolo scientes se esse minores prætori aut præsidi imposuerunt, & falso probaverunt se esse majores, quia in his malitia supplet ætatem, ut ait, *l. 3.* ideo non restituuntur adversus eos quos deceperunt: & idem dicitur de minoribus, quod de mulieribus, *l. 2. §. pen. ff. ad Vell.* deceptis non decipientibus subvenire, *l. 1. Cod. Greg. si ma. se. prob. l. 2. hoc titulo*; si minorum dolus absit, ut si per errorem, aut per fraudem adversarii majores probati fuerint, non immerito postulant auxilium, *l. 1. 3. 4. hoc titulo*. Probare autem majorem & perfectam ætatem Græcis hoc loco est *πράττειν τὴν λεγομένην ἐκδαίνεντα*: & probationem sequi solet decretum prætoris vel præsidis permittentis administrationem rerum suarum his, qui majores probati fuerint. Et probatur ætas testibus vel instrumentis, *l. 2. tit.* 44. veluti tabulis professionum, *l. 2. ff.* de *excus. l. 1. hoc titulo*, quæ ibi à Græcis vocantur, *ἀπογραφαὶ τῷ πατρὶ*, quod plerunque conficiantur à patre natis filiis. Apulejus 2. *Apol. Pater natam sibi filiam more cæterorum professus est* tabulæ partim tabulario publico, partim domo adservantur. Sed fidem faciunt etiam confectæ à matre vel avo, *l. etiam, ff. de prob.* Probatur etiam ex aspectu *d. l. 3. d. l. 1. Cod. Greg. l. minor 25. ff.* de *minor.* & ex aspectu, ut opinor necessariæ partis, maxime si quæratur de pubertate marium. Aristoph. *ὁρῶντες παῖδας δοκιμαζομένους, αἰδοῖα παρέχοντι θεᾶσθαι.* Plato legum XI. *τὴν δὲ τῶν γάμων χρόνου συμμετρίαν τε καὶ ἀμετρίαν ὁ δικαστὴς σκοπῶν κρινέτω, γυμνοὺς μὲν τοὺς ἄρρενας, γυμνὰς δ' ὀμφαλοῦ μέχρι θεώμενος τὰς θηλείας* Quintilianus *decl.* 279. Postea nudari filium, atque in conspectu judicum constitui cogit. Idem in Instit. quæstionem hanc centumviralem esse ait, Pubertas annis an habitu corporis æstimetur: quam definivit tandem Constitutio Justiniani, sedata controversia, quæ hac in re erat inter Cassianos & Proculianos, à qua nec abhorret *l. 4. inf. qui test. fac.*

fac. poss. & secundum eam impubes est, qui nondum A pervenit ad annum XIV. etiamsi facies, vel alia pars corporis pubertatis computet ætatem, & contra pubes qui pervenit ad annum 14. etiamsi ex habitudine ejus ætatis non videatur esse.

XLII. Enarratio.

Minores qui jurarunt] Restituuntur jurati ex scripto, non si corporaliter juraverint, *tit. 27. sup.* ex *l. 3. hoc tit.*

Se esse minores prætor. aut præf. impos.] Theodorus Hermopolites: *ἀπὸ μόνης τῆς τοῦ ἰδίου σώματος ἐμφανείας τὸν δικαστὴν παρέπεισε: ex solo corporis aspectu judici persuasit se esse majorem*, quæ quidem probatio satis lubrica & periculosa est. Æschines contra B Timocratem: *εἰσὶ φύσεις ἀνθρώπων πολὺ διαφέρουσαι ὄψεως ἀλλήλων τὸ περὶ τὴν ἡλικίαν: οἱ μὲν γὰρ νέοι ὄντες, προφερεῖς καὶ πρεσβύτεροι φαίνονται: ἕτεροι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες, παντάπασι νέοι δοκοῦντες εἶναι. Hæc inter homines naturæ discrimina sunt, ut ex aspectu satis non possit ætas dignosci. quidam enim juvenes ætate provecti esse videntur. Alii seniores cum sint, omnino juvenes apparent.*

Malitia supplet ætatem] *τῆς κακίας ἀναπληρούσης τὸ ὑστέρημα τῆς ἡλικίας: malitia supplente quod ætati deest*, ut ait Hermopolites in *l. 2. infr. de reputat. quæ fi.* sive ut est in Basilicis, *ἡ κακία αὐτοῦ ἀναπληροῖ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελές: Malitia ejus supplet quod ætati imperfectæ deest.*

Græcis hoc loco est] Libro 10. Basilic. tit. 25. cap. 1.

Natis filiis] Juvenalis sat. 9. *& libris actorum spargere* C *gaudes Argumenta viri.* Vetus Scholiastes: *Apud ærarium patres nomina deferebant natorum filiorum.*

Necessariæ partis] Julius Firmicus libro 4. Mathes. cap. 12. *vitia facit circa naturalia & necessaria*, & ejusdem libri cap. 18. *At ex necessariis & muliebribus locis.* Æschylus in Sept. Theb. *ἔντ' ἐφυβρίσαι τὰ παιδί τ' ἂν γυναῖκα συλλογῇ τετραχημένος.*

De pubert. marium] Cum quærebatur de pubertate fœminarum, non indagabantur verecundiores partes corporis, ceu loquitur Tertullianus.

Idem in Institut.] Lib. 4. cap. 11.

Constitutio Justiniani] *L. ult. inf. quando tut. vel curat. esse desin.*

TIT. XLIII. *Si sæpius in integrum restitutio postuletur.* D

Hoc autem titulo ostenditur, non posse in integrum restitui minores in ea causa, in qua jam ante petita restitutione in integrum, repulsam passi sunt, nisi novas proferant defensiones, ne res semel rite judicata temere retractetur, & hoc est quod Paulus ait 1. *Sent.* integri restitutionem plusquam semel non esse decernendam.

XLIII. Enarratio.

Ostenditur, non posse in integ. rest.] Appellare possunt, appellandi autem jus eis restituitur si appellationem omiserint, *l. 1. h. tit.* Eandem interpreta- E tionem adfert ad *l. ait prætor 7. §. restitutus, ff. de minorib.*

Nisi novas proferant defensiones] *L. 2. & 3. hoc tit.* in *l. 2.* vox *judicem* non est in libris vett. nec in Basilicis, in *l. 3. iterum* legitur in Cod. Brodæi. Auctores Basilicon legerunt, *iteratum*: vertunt enim *ἐπιδευτερούμενον*: ut in *l. 1. supr. si adv. rem judic.* iterato eandem actionem inferre.

1. Sententiarum] Tit. 7. §. integri.

TIT. XLIV. *De his qui veniam ætatis impetraverunt.* A

Et præterea hoc titulo non posse in integrum restitui minores, qui à principe extra ordinem, ut ait *l. 3. ff. de minor.* vel ex Novel. Leonis 28. à magistratu veniam ætatis impetraverunt, in his scilicet quæ gesserunt post impetratam veniam, *l. 5. infr. tit. 52.* ne qui cum eis contrahunt, principis auctoritate circumscripti videantur, *l. 1. h. tit.* Neque vero impetrant veniam ætatis, i. jus legitimæ ætatis, & rerum suarum administrationem, nisi impleverint mares an. 20. & fœminæ 18. Celerior est cursus prudentiæ muliebris, quæ ætas proprio nomine à Constantino firmata appellatur, *l. 1. Cod. Theod. eod.* nec enim perfecta, justa, le- B gitima dici potest, *l. ultim. hoc tit.* sed exigitur, ut & hujus ætatis se esse mares per se probent insinuata venia quam à principe impetraverunt, *l. ult. infr. de sponsal.* si Senatores sint apud præf. urbi; si plebei, apud prætorem, & omnes in provinciis apud præsidem simul, ac testibus se eis moribus esse præditos, ut mereantur veniam ætatis. De maribus loquor. Nam fœminæ propter pudorem & verecundiam non coguntur prodire in publicum, *ut l. 1. sup. de off. div. jud. l. 2. §. fin. autem, infr. de jur. prop. cal.* & satis est ab eis firmatam ætatem probari per procuratorem, *l. 2. hoc titulo*. Vis autem hujus beneficii principalis hæc est, ut minor 25. an. curatione liberetur, & rerum suarum administrationem recipiat, & in omnibus pro majore habeatur, *l. 10. infr. de appel. l. ultim. infr. si ma. fac. al. sa. sine dec.* C præterquam si prædia velit alienare, aut obligare sine decreto, *l. penult. hoc titulo*, quod & in formula veniæ ætatis sic Cassiodorus excepit, ita ut alienandis rusticis, vel urbanis prædiis constitutionum servetur auctoritas, ne cum opinioni præstare volumus, utilitatem publicam lædere videamur. Olim venditio ei permissa erat, & pigneratio etiam sine decreto, donatio nullo modo, *l. ult. infr. si major fact. alien. rat. l. tutores §. ab eo, ff. de admin. tut.*

XLIV. Enarratio.

Veniam ætatis impetraverint] Etiamsi minus idonee administrare videantur, *l. 1.* id est, *ἐπιβλαβῶς*, in Basilicis.

D Mares annum 20.] Nam, ut ait Procopius Gazæus in Leviticum, *annus vicesimus initium est ætatis ad res gerendas habilis, & sexagesimus finis.*

Nec enim perfecta] Perfecta ætas annorum 25. *§. ult. Institut. de fiduc. tut. l. tutela 16. ff. de tutel. & l. ult. hoc tit.*

Justa] *L. 2. ff. de vac. mun.*

Legitimo] *L. ult. hoc tit. l. si actor. 10. Cod. de appellat.*

Per se probent] *d. l. 2.* tametsi hæc absint à Codice Theod. *περὶ διαστολῆς* fœminarum, quæ per procuratorem probant.

Insinuata venia] Thalelæus ad *leg. 5. infr. de sponsal.* ibi, *in competenti judicio comprobatam: didicisti*, inquit, *libro 11. Codicis tit. 44. constitut. 11. post petitam veniam* E *principale rescriptum insinuari etiam debere: ὅτι δεῖ μετὰ τὴν αἴτησιν καὶ ἐμφανίσαι τὴν ἀντιγραφήν*, libro 18. Basil. tit. 11.

Apud præf. urbi] *L. 2. hoc titulo*. Nam ex vett. libris ejus inscriptio ita emendanda est, ad Verinum P. V.

Apud præsidem *d. l. 2.*

Cassiodorus] Variarum 7. 41.

Olim venditio] Ipse Cujac. Observ. 21. 35. olim permissa etiam fuit venditio prædiorum & pigneratio absque decreto. Post à Constantino vetita venditio, *l. 2. hoc tit.* & à Justiniano pigneratio, *l. 3. h. tit.*

TIT. XLV. *Si major factus ratum habuerit.*

Ultimus casus, quo non restituuntur in integrum minores, hic est, si quæ in minori ætate gesserunt, majores facti rata fecerint, quia per ratihabitionem in integrum restitutioni renunciare videntur, & nihil interest facto, an silentio ratum habuerint, ut Paulus ait 1. Sent. silentio anni utilis jure veteri, quadriennii continui jure novo.

XLV. Enarratio.

Rata fecerint] Tunc autem maxime ratum habet, cum in adolescentia perfectum negotium major factus facto comprobat, ut Paulus scribit *libro 1. Sentent. l. 1. & 2. C. si maj. fact. rat. hab.* vel silentio quadriennii, aut si contractus ipso jure nullus, quinquennii re alienata, obligatave sine decreto, aut decennii, aut vicennii re donata, *l. ult. Cod. eod.* Cujac. ad *l. 3. ff. de min.*

Facto] Ratihabitione speciali, *l. 3. §. 1. ff. de minor.* Basilica: *ἐὰν τὰ ἀποδέξῃ, καὶ βεβαιώσῃς, αὐτά: rata habueris, eaque confirmaveris*, quasi à majore nunc primum gesta sint.

Ut Paulus ait 1. Sentent.] *Tit. 9. §. si major.*

Quadriennii continui] *l. ult. inf. tit. 52. l. v. tit. pen. libri 5.*

TIT. XLVI. *Ubi & apud quem cognitio restitutionis agitanda sit.*

Sequitur alia inspectio, ubi, id est, in quo foro, & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitetur. Et placet agitari sive minor eam petat, sive major in foro ejus adversus, quem petitur restitutio, secundum regulam; quæ dictat, actorem sequi forum rei, & non tantum pro tribunali apud magistratum urbanum, vel provincialem, sed etiam apud judicem datum à principe, vel à magistratu ordinario specialiter in hanc ipsam rem, vel in aliam in qua incidat quæstio restitutionis, ex qua apparet eam in modum contradictionis objici posse. vel apud eum cui à magistratu mandata sit jurisdictio omnis, vel hæc species: est enim cognitio hujusmodi jurisdictionis, & misti imperii: ideoque mandari cuilibet potest, mandatoque generali comprehenditur. Sed & quibusdam casibus non in foro rei hæc causa agitur, sed in consistorio principis, veluti adversus libertatem, *l. 10. ff. de minor.* vel adversus rem judicatam à procuratore Cæsaris, vel ab eo, qui vice sacra judicat, veluti vicario, aut præfect. urbi, vel à judice dato à principe, *l. 1. hoc titulo, l. 3. sup. si adversus rem judic. l. minor. autem, §. pen. ff. de minor.* Verum enimvero apud magistratum municipalem hæc cognitio non agitatur: nec enim ei suo jure competit sine mandatu præsidis, *l. ea quæ, ff. ad municip.* neque judici compromissario, neque arbitro electo communi, nudoque consensu partium, neque arbitro dato à judice pedaneo, habente scilicet notionem tantum, non jurisdictionem, *l. ult.* veluti arbitro rationibus excutiendis, aut bonis æstimandis, aut fidejussoribus probandis.

XLVI. Enarratio.

Sive major] *l. 3. h. t.* quibus casibus scilicet majores in integrum restituuntur, ut inf. tit. 53.

In foro ejus adversus quem] Actor sequitur forum rei, *l. si in possessione 3. inf. ubi cau. stat.* id est, reus ibi conveniri debet ubi domicilium habet, *l. 2. inf. de jurisdict. omn. jud. & l. 2. h. t.*

Datum à principe] Hæc & quæ sequuntur, fere definiuntur in *l. ult.*

Vel à magistratu ordinario] Apud judicem datum sive pedaneum. Restitutio in integrum potest pedaneis judicibus mandari, ut & ipse Cuj. scribit ad *l. 3. ff. de in integr. restit.* Qua in re dissentiunt quidam, sed ipsa constitutione refelluntur.

In modum contradictionis] Vide inf. tit. 53.

Cognitio hujusm. jurisdictionis] Integri restitutio jurisdictionis prætoriæ est, *l. 1. §. de qua, vers. an autem, ff. de postul.*

Et misti imperii] Nam quod jurisdictionis est, & misti imperii est, quia jurisdictioni cohæret, & competit tantum jurisdictionem habenti.

A procurat. Cæsaris] *παρὰ τοῦ καθολικοῦ, à Catholico.* Basilica.

Veluti vicario] *l. 1. sup. de offic. vic.*

Aut præf. urbi] *l. 11. C. Th. de appellat.*

L. ult.] In qua monet Cuj. legen. *audeat esse trahendum*, quod confirmatur lib. vett. & auctoritate Basilic. *ἑλκύσαι τολμήσῃ.*

Veluti arbitro] *l. si quis dicat 5. §. 1. ff. de manumiss.*

Aut bonis æstim.] *l. 2. inf. de usur. legat.*

Aut fidejussoribus probandis] *l. arbitro 9. ff. qui satisd. cog.*

TIT. XLVII. *De reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis.*

Sequitur alia inspectio de reputationibus .i. de his quæ adolescenti petenti restitutionem in integrum imputantur, ut ea, vel reddat, vel compenset: exempli gratia, si restitutus adversus venditionem, & traditionem fundi desideret etiam fructus sibi restitui, quos emptor percepit, cum fructibus compensare debet usuras, vel pretium reddere cum usuris, & sumptus meliorati fundi. Et similiter restitutus adversus emptionem, recipit pretium cum usuris, & fundum restituit cum fructibus. Et restitutus adversus transactionem, reddit quod accepit ex causa transactionis, & vicissim ei redditur, quod dedit cum accessionibus, & omni causa. Item restitutus abstinendi gratia, reddit id omne, quod ex hereditate percepit, aut dolo malo fecit, quo minus percipere posset. Et eadem ratione, ut fit in mulierum expromissionibus ex Senatusconsulto Vellejano, restituto minore adversus expromissionem, puta cum novandæ obligationis gratia intercessit pro alio, creditori restituitur vetus actio in veterem debitorem. Omnis restitutio in integrum est reciproca, aut iniquissima, si ex uno tantum latere restituat rem. Semper excipio casum *l. pen. sup. tit. 19.*

XLVII. Enarratio.

Adversus venditionem] *l. un. h. t. l. quod si minor 24. §. pen. ff. de minor.*

Vel pretium reddere cum usuris] *d. §. pen.*

Et sumptus meliorati fundi] *l. si prædium 16. in fin. inf. de præd. minor. sine decr. non alien.*

Adversus emptionem] *d. l. un. l. patri 27. §. 1. vers. prædium quoque, ff. de minor.*

Adversus transactionem] *l. 1. & 2. sub. tit. 31.*

Quo minus percipere posset] *d. l. unic. h. t.*

Ex Senatusconsulto Vellejano] *l. 8. §. Marcellus, ff. ad Vellejanum.*

Cum novandæ obligationis] *d. l. un.* Si minor intervenerit, & expromissione facta petat actionem restitui in veterem debitorem per expromissionem, & debiti translationem liberatum, actio creditori restitui debet adversus, quem minor desiderat. Basilica libro 10. tit. 30.

TIT. XLVIII. *Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.*

Etiam hoc inspici in hoc tractatu quærique dignum erat, an per procuratorem agi posset causa resti-

restitutionis in integrum; propterea quod in hoc judicio ætatem probari convenit, quæ plerunque probatur ex aspectu, & quod mares per se insinuant veniam ætatis, ætatemque firmatam, ac morum probitatem probant. Sed utilitatis causa receptum est, ut etiam per procuratorem agatur recte causa restitutionis in integrum, cui scilicet id ipsum nominatim mandatum sit; putem & per cognatum, vel adfinem, cui id mandatum non sit, sicut alia actio qualibet, si nec ab ipso minore petere & agere prohibitus sit, *l. Pap. §. illud*, *l. patri*, *ff. de minor.*

XLVIII. Enarratio.

PRobari convenit) sup. tit. 42.
Insinuant veniam ætatis) Sup. tit. 44.
Ætatem firmatam) Ut Virgilii ecloga 4.
Hic ubi jam firmata virum te fecerit ætas.
Per procuratorem) *l.un.b.t.l.1.sup.si tut.vel cur.interv.*
Nominatim mandatum sit) *l. 25. §. 1. D. de minoribus*. Quod si de speciali mandato non constet, cavebit dominum ratam rem habiturum, *l. sequ. ibid.* Minore igitur auctore curatore procuratori nominatim mandare potest, ut causam in integrum restitutionis agat. Sed & curator generalis minoris nomine eandem causam agere potest, ut heic scribit Hermopolites: *ὁ τῶ ὅλα γενικὸς κουράτωρ πεποίηκα, ἀντὶ τοῦ νέυ ζητεῖν ἀποκατάστασιν οὐ κωλύεται*. Est autem curator generalis, inquit, qui minori datus est, ut ejus negotia tueatur usque ad annum 25.

TIT. XLIX. *In integrum restitutione postulata, ne quid novi fiat.*

QUod appellatio majoribus præstat, hoc minores consequuntur adversus sententias beneficio restitutionis, si nolint appellare, *l. præses, ff. de minor.* & adversus gesta alia quæcunque ad quæ majoribus nullum patet auxilium. At sive appellaverint majores aut minores, sive petierint minores restitutionem, medio tempore nihil deintegratur; sed omnia manent in integro, quoad de appellationis, vel restitutionis causa pronunciatum sit: & hoc loco definit tractatus de minoribus, qui cœpit à tit. 21. Sequuntur causæ ex quibus nonnunquam restituuntur etiam majores 25. ann.

XLIX. Enarratio.

QUod appellatio] Itaque Basilicôn auctores heic appellationem & minorum restitutionem conjungunt.
Nihil deintegratur] *L. un. D. nihil. innov. appellat. interpos. l. un. hoc titulo.*

TIT. L. *De restitutionibus militum & eorum, qui reip. causa absunt.*

MAjores 25. ann. & heredes ex persona eorum restituuntur in integrum, si cum essent in militia occupati, in castris, vel præsidiis, vel stativis, vel qua alia ratione abessent Reip. causa sine dolo malo, interim res eorum usucaptæ sint, aut venditæ à creditoribus, aut tempore amissæ actiones, quæ eis competebant, vel etiam tempore amissa bonorum possessio hereditasve: & restituuntur postquam desierunt abesse intra annum utilem, & hodie intra quadriennium continuum, rescissa usucapione, venditione bonorum, distractione pignorum, præscriptione temporis, restitutoque dominio rerum, restituta bon. possessione, restitutis actionibus.

L. Enarratio.

MAjores 25. ann.] Non solum minores in integrum restituuntur, sed & majores ex justa cau-

A sa, puta si milites sint, vel alias Reip. causa absint. Milites Reip. causa abesse dicuntur, *l. si qua 40. & l. pen. ff. ex quib. caus. major. l. 3. hoc tit.*
Et heredes ex persona eorum] *l. 1. hoc tit.*
In militia occupati] In expeditionibus occupati, *l. si intra. 3. inf. de temporib. in integr. restit. & de milit. test. in prin. Instit.*
In castris] Quatenus militant, & in castris degunt, *§. 3. eod.*
Vel præsidiis] Varro 4. de Ling. lat. Præsidium est dictum quia extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Cornelius Fronto: Præsidium ad custudiam collocatur, Glossæ: præsidia, *φυλακαὶ φρέσια*.
Vel stativis] *ἐν τοῖς σεδέτοις*, *l. 18. supra de episc. audient.* in sedibus, non si essent in suis ædibus: nam in
B *l. ultim.* libri veteres habent, *ædibus*, & Basilica, *οἴκοις*. Vide consultationem 49. & notas ad Instit. tit. de milit. testam.
Reipublicæ causa sine dolo malo] *L. 1. §. 1. l. 4. ff. ex quib. caus. mai. l. 4. hoc tit.* Sed & milites, qui Romæ militant, Reipublicæ causa abesse intelliguntur, *l. milites 7. & l. qui mittuntur 35. §. urbanitiani, ff. ex quibus causis mai.* Theodorus Hermopolites: *χάριν τυχὸν τῆς τῶ Βασιλέως φυλακῆς, οὓς σήμερον, ὡς οἶμαι, καλοῦσι παραμονάς*. Stephanus in Aristotelis Rhetoricam: *τυραννίδος δὲ τέλος φυλακή, ἣν γοῦν λεγόμεναι παραμοναί*. Codinus de officiis cap. 5. num. 46. edit. Reg. *ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου στρατιῶται ὀνομαζόμενοι ἔτι παραμοναί*. *In aula palatii milites dicti stationarii*. Onomastic. *stationarii milites: φυλακαί*.
C Usucaptæ sint] *L. 1. 2. 3. & 4. hoc tit.* Si quid de bonis eorum, qui reip. caus. absunt, deminutum sit, restitutionis auxilio juvantur: deminutum, id est, usucaptum, *l. deperditum 21. ff. de petit. heredit*: idemque significat possessum in *l. quod tempora 3. hoc tit.* ut & Martianus interpretatur: & ad eam recte Græci annotant: *Neque usucapione, neque longi temporis præscriptione lædi jus militis, aut ejus qui reip. causæ absuit, si intra annum utilem, postquam abesse desierit, agere cœperit.* v. Cujac. Obs. 24. 14. & 40.
Quid si usucapio aut præscriptio ante absentiam inchoata post reditum domini completa sit? Restitutionis auxilium non denegabitur, si modo per temporis angustias possessorem convenire non potuerit, *l. 15. & l.*
D *seq. ex quib. caus. major.*
Aut venditæ à creditoribus] *l. ignorare 4. & l. si cum militaribus 6. hoc tit.*
Amissæ actiones] *d. l. 2.*
Amissa bonorum possessio] *L. 1. hoc. tit.*
Hereditasve] *L. Julian. 13. ff. ex quib. caus. major.*
Intra annum utilem] d. *l. 2. & 3.*
Intra quadrienn. contin.] *L. ult. inf. tit. 52.*
Rescissa usucap.] *L. sed etsi 26. §. si feriæ, ff. ex quib. caus. maj. §. rursus. Instit. de action.*
Venditione bonorum] Etiamsi à fisco vendita sint, quibus non oberit quadrienni præscriptio, qua obesse solebat domino, de qua in *§. ultim. Instit. de usucapion. & lo. temp. poss.* Restituuntur & adversus venditionem bonorum, quæ cum absentes reip. causa non defende-
E rentur, possideri tantum à creditoribus poterant: non interdicta possessio, sed venditio, quamdiu absunt, *d. l. 4. hoc tit.*
Distractione pignorum] *d. l. 6.*
Præscriptione temporis] *d. l. 3. Basilica*: Rescissa usucapione, si possessor rem militis usuceperit: vel amota longi temporis præscriptione eam vindicare poterit.
Restitutoque dominio] *d. l. 2. Basilica*: Restitutio ei competit, per quam rerum dominio, & actionibus quibus excidit, restituitur.
Restituta bon. possess.] *d. l. 1.*
Restitutis actionib.] *d. l. 2.*

TIT. LI. *De uxoribus militum, & eorum, qui reipub. causa absunt.*

SEd & uxores militum, & aliorum, qui Reipub. causa absunt in integrum restituuntur, si sequutæ viros interim per absentiam aliquid damni fecerint, vel aliquid lucri non fecerint, ut quibus officium publicum non debet esse damno, non sit etiam uxoribus eorum.

LI. ENARRATIO.

SEd & uxores militum] Militibus uxorem habere non licebat. Tertullianus de exhortatione castitatis cap. 12. *Scilicet solis maritorum domibus bene est. Perierunt cælibum familiæ, res spadonum, fortunæ militum, aut peregrinantium sine uxoribus. Non enim eos, & milites sumus? ea quidem majoris disciplinæ, quanto tanti imperatoris.* Et ideo in numeros relati, & matriculis inserti uxores retinere non poterant, & matrimonium bona gratia dissolvebatur, *l. vel senectutem 61. & l. seq. ff. de donation. int. vir. & uxor.* Severus imperator militibus uxores habere permisit, Herodiano teste libro 3.

Secutæ viros] Quæ cum maritis peregrinatæ sunt, ut est in *l.* 1. *hoc tit.* Mulieres reipublicæ causa abesse non intelliguntur, sed virorum privilegio adjuvantur.

Aliquid damni fecerint] Ut si quis actione mulieri competente liberatus sit, *l.* 1. vel si quid de bonis earum deminutum sit, id est, si res earum interim usucaptæ sint, *l.* 2. vide ad tit. 50.

Vel aliquid lucri non fec.] Sicut minoribus etiam in lucro succurritur, id est, in iis, quæ non adquisierunt, *l. ait prætor 7. §. hodie, & l. non omnia 44. ff. de minor. l. cum quidam 17. §. si pupillo, ff. de usur.* ita & militibus, & aliis, qui reip. causa absuerunt, subvenitur. In *l.* 2. Basilica ponunt, mulierem dolo aliquid fecisse. Cur enim tanto tempore interjecto non misit, qui domum suam repeteret. Itaque, inquit, licet mulier domum absente ea venditam ad se pertinere monstraverit, non aliter eam recipiet, quam refuso pretio, quod revera solutum est, non quod instrumento venditionis continetur. Pone igitur fundum venditum, absente uxore militis, refuso pretio, quod revera adnumeratum est, non quod instrumen. vend. continetur, uxor eum recipiet, *l.* 2. *hoc tit.* Solent enim quidam plerumque subdole, & contra veri fidem instrumentis adscribere se impenso pretio emisse, quod minimo emerint: sive, ut ait Hermopolites: *οὐ μὴν τὸ ἐν τῷ πρατηρίῳ χάρτῃ περιεχόμενον· πολλάκις γὰρ τινὲς ὀλίγα διδόντες εἰς ἀγορασίαν διά τινα τέχνην καὶ ὑποψίαν πλείονα ἐγγράφουσι τοῖς ὠνητικοῖς.* Verba autem illa legis 2. *sed quia hujusmodi diuturnæ absentiæ commenta callide adhibita, atque composita obesse omnino non debent*, sic idem Theodorus interpretatur: non debent obesse emptori. Finge, inquit, abesse mulierem sperantem post reditum, quod distractum erit, restituiri non reddito pretio.

Non debet esse damno] *l. videlicet 29. ff. ex quib. caus. major.*

TIT. LII. *De temporibus in integrum restitutionis tam minorum, & aliarum personarum, quæ restitui possunt, quam heredum eorum.*

COmmunis hic titulus est minoribus, & majoribus pertinentibus ad causam restitutionis in integrum: & erat olim quidem, ut de temporibus primum dicamus, omnibus jure prætorio constitutus annus utilis ad petendam restitutionem in integrum; deinde lege Constantini fuit restitutionibus, quæ minoribus dantur contestandis finiendisque in urbe, & intra centesimum miliarium urbis præstitutum quinquennium post legitimam ætatem; in Italia quadriennium, in provinciis triennium continuum, ut non male in *Cod. Th. l. 5. hujus tit.* habeat, juge tempus, pro quo vulgo, jure, & Basil. *νομίμως*, forte quia sibi vindicat continui temporis definitionem Justinianus abrogata lege Constantini, constituens ut non observata differentia locorum vel ætatum intra quadriennium continuum agatur & peragatur causa restitutionis in integrum, *l. ult. hoc tit. l. ult. inf. de rep. hered.* quod quidem minoribus numeratur ex die primo anni 26. in diem extremum 29. vel ex die quo insinuaverunt veniam ætatis, *l. 5. hoc tit.* militibus ex die missionis, *l. 1. hoc tit.* & aliis absentibus Reip. causa ex die reditus. Altera quæstio in hoc tit. est de heredibus earum personarum, quatenus in integrum restitui possint, in qua ita distingui solet. Aut minor minori heres extitit, aut minor majori, aut major minori, aut major majori. Si minor minori, heredi ex edicto datur post suam legitimam ætatem ex defuncti persona, non spectata tamen aut computata ætate defuncti, totum quadriennium ad in integrum restitutionem, *l. interdum, ff. de minor. & Paulus 1. Sen. tit. eod. & l. 5. §. 1. hoc tit.* Si minor majori nondum completo quadriennio, heredi post legitimam ætatem non datur totum quadriennium, sed ex persona defuncti id dumtaxat tempus, quod defuncto supererat, *d. l. interdum, §. 1. d. l. 5. §. quod si majoris, l. ult. in fi. inf. si ma. fac. al. fac. sine decr.* puta annus, si defunctus vixerit annis 28. Si major minori, heredi statim ab adita hereditate quadriennium datur ex persona defuncti, *l. 40. l. 5. §. ult. hoc tit. l. minor autem, §. ult. ff. de min. l. 4. ff. de in integ. rest.* Si major majori, recte Accursius, heredi statim ab adita hereditate id tempus dari, quod defunctus habuit. Et secundum hanc distinctionem in specie *l. 2. hujus tituli* si minor minori heres extitisti, & militiæ nomen dedisti, majorque rediisti, ex die reditus ad restitutionem in integrum habes quadriennium: itemque si minor rediisti, post legitimam ætatem completam. Quod si majori nondum exacto quadriennio, ipse minor, vel intra quadriennium constitutus heres extitisti, & militiæ nomen dedisti, reverso tibi cedet tempus, quod defuncto supererat, statim, si major, vel post completam ætatem legitimam, si minor rediisti. Etiam illud valde notandum est ex *l. 1. hoc titulo*, minori circumscripto, qui in militia exegit annum 29. aut 30. tempora restitutionis in integrum non computari, nisi ex die missionis, ut *l. semper, §. si quis reip. ver. nam etsi, ff. quod vi aut clam.* quia ipso jure continuatur beneficium restitutionis, *l. 3. i. συνάπτεται καὶ ἀδιακόπως φυλάττεται*, ut Basilica interpretantur. Et tamen si major, qui temporalem aliquam actionem habuit, militiæ nomen dederit, actionis tempus ei cedit: sed reverso causa cognita per restitutionem remittitur præscriptio temporis, *l. 2. sup. de restit. mil.* & ita accipienda est prima pars *d. §. si quis Reipublicæ*, exemplo scilicet & argumento ejus §. qui præcedit. Plus tribuitur minori danti militiæ nomen quam majori.

LII. ENARRATIO.

JUre prætorio constit. annus] *l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maj.*

Lege Constantini] *l. 2. Cod. Theod. de in integr. restitut.*

Præstitutum quinquennium. Ex constitutionibus in urbe quidem quinquennium dabatur, in Italia quadriennium, in provinciis triennium. Basilica libro x. tit. 34. cap. 7.

Quod quidem minoribus] *l. ult. hoc tit. l. ult. inf. de repud. vel abstin. heredit.*

Ex die reditus] *d. l. ult. §. 1.*

Recte Accursius] Ad leg. 5.

Ut

Ut Basilica interpretantur] *d.tit.34. cap.3.*

TIT. LIII. *Quibus ex causis majores in integrum restituuntur.*

Vide tit. 6. lib. 4. ff.

HOc titulo demonstratur, non tantum majoribus qui sine dolo malo absfuerunt Reipublicæ causa subveniri per restitutionem in integrum, sed etiam legatis civitatum ad principem missis, *l.1.* & his qui sub custodia militari, vel in vinculis, vel in hostium potestate fuerunt, *l.2. & ult.* & generaliter si qua alia justa causa judici videbitur maxime addicto actioni bonæ fidei, *l.3. hoc titulo*, *l.3. infr. com. utr. jud. l.jure §.ult. ff. de jur. dot.* nam in stricta, stricta & angusta est potestas judicis. In bonæ fidei, etiam judex delegatus cognoscit de causa restitutionis, quæ incidit in eam rem, cui principaliter judex addictus est, venitque in contradictionis modum, *l. ult. supr. ubi & apud quem restit.* etiam illud additur hoc titulo, civitatibus lapsis aut circumscriptis subveniri exemplo minorum, *l. penult. hoc titulo, l.penult. infr. de jur. Reip. l.1. supr. de off. ejus qui vi. al. jud. l.ergo in fi. ff. ex quib. causis mai. l.9. ff. de appell. l.6. infr. Ne de sta. def.* Civitates minorum locum obtinere. Illud notandum est, & majoribus ex his causis, & minoribus hodie subveniri extra ordinem, non ex edicto cognitione prætoris, sed à principe vel à Senatu, ut *l.2. ff. eod. tit.* & apud Cassiodorum in epist. ad actores Albini lib.1v.

LIII. Enarratio.

QUi sine dolo malo] *l.4. supr.tit.1.*

Sed etiam legatis civitatum] L.legatis 8.D.eod. si legatio bona fide facta sit. *l.1. h.tit.* Theodorus Hermopolites heic scribit, legatum Principis differre à legato civitatis: ille enim si procuratorem reliquerit, reversus non restituetur, quum potuerit is, cui rerum suarum curam mandaverat, ei prospicere, ne quid damni pateretur. Legatus autem civitatis licet procuratorem reliquerit, restitui potest: nam cum ex omnium civium electione, legatione functus sit, & pro communi utilitate, si quidem præsens adversus eum egerit, & eum condemnaverit, merito ei subvenitur: quum is etiam qui egit & obtinuit, misisse eum intelligatur: quod in Principe locum habere non potest. Licet enim pro utilitate Romani Imperii missus sit, tamen eum solus Princeps misit, non singuli cives.

Justa causa] *l.1. §.vers. item, ff. eod.*

Judici videbitur] In bonæ fidei contractibus majori 25. non per restitutionem, sed officio judicis subvenitur. Basilica libro x. tit.36. capite 3. Hermopolitea: *οὐ δι' ἀποκαταστάσεως, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς φιλανθρωπίας τε καὶ δικαίου: non per restitutionem, sed humanitatis & æquitatis ratione.*

Nam in stricta] In bonæ fidei judiciis libera potestas permittitur judici ex bono & æquo æstimare quantum actori præstari oporteat. *§. in bonæ fidei, Instit. de action.* In strictis judex addictus formula concluditur.

Civitatibus lapsis] *L. penult. h.tit.* Serva Reipublicæ nomine civitatem intelligi, & ita Græci Rempublicam *πόλιν* solent reddere.

Libro] 4.var.35.

TIT. LIV. *De alienatione judicii mutandi causa facta.*

Vide tit.7. lib.4. ff.

DAtur etiam majoribus in integrum restitutio ex hac causa, si possessor cum quo major 25. an. A acturus erat in rem actione, dolo malo eam rem alienaverit obiiciendi durioris, difficilioris, molestioris adversarii gratia, & ex hoc edicto restituitur intra annum utilem data in eum qui rem alienavit actione in factum quanti interest rem non amisisse, si petere eam non possit ab eo cui alienata est, ut *l.4. in pr. ff. eod.* vel si petere possit, quanti interest alium adversarium non habere cum quo par certatio non sit, nisi reus ultro paratus sit suscipere utile judicium in rem quasi possessor, *l.3. §.ultim. ff. eod.* quod alioquin in invitum locum non habet, nisi cum ita rem dolo malo desiit possidere ut nusquam sit, aut ubinam sit penitus ignoretur nam si certus sit possessor, in rem actio solum possessorem tenet, *l.1. infr. ubi in rem act. exer.* vel, ut est in Constitutione hujus tit. possessio in rem actionem parit adversario, B ut *l.17. ff. de pign.* Pignoris possessio (sic videtur legendum) in rem actionem parit creditori, qua de causa in rem actio ex possessione esse dicitur, *l. nos alias §.1. ff. de judic.* Mutato igitur possessore, mutatur judicium, i. lis futura transfertur in alium adversarium Denique ut ait lex tit. hujus, vel in possessorem est in rem actio, vel in eum qui alienavit actio restitutoria ex hoc edicto & electio exactioque possessoris liberat eum qui alienavit, non contra, *l. Stichum §.dolo, ff. de solut.* Alienatio est dominii, vel possessionis vel juris in alium translatio.

LIV. Enarratio.

C DOlo malo eam rem] *l.4. §.3. ff. eod.* data opera, in necem, in fraudem adversarii ut scilicet rem alienatam iterum recipiat. *l.ult. eod.*

Obiiciendi durioris] ut obiiceret *ὄντα πονηρὸν, καὶ φιλόνεικον καὶ πρὸς δικαστήρια ἐμπειρότατον, καὶ δυνάμενόν με συντρίβειν ἐπὶ πολύ: pravum hominem, contentiosum, & in judiciis exercitatissimum, quique me vexare possit. l.2. ff. eod.* Hermopolites.

Molestioris] *l.4. §.1.eod.*

Et ex hoc edicto restituitur] Valet alienatio, sed restitutoria actio in eum datur, qui alienavit, in quantum interest duriorem adversarium non habuisse: cujus hæc formula: quod feceris ne tecum ageretur vindicatione, vel alia actione in rem scripta, aut mista, lex 24. *§. ult. ff. comm. divid.* ad D actiones in personam non pertinet, quia nec debitor potest invito creditore alium vice sua debitorem substituere, *l.1. Cod. de novation.* Cujac. Observ. libro 10. cap.111.

Restituitur] Restitutio fit arbitrio judicis, & arbitraria igitur actio est, *d.l.4. §.ultim. & l.ex hoc edicto 8. eod.*

Intra annum] *l.6. eod.* utilem, Cujac. ad *l.item si cum 14. ff. quod met. cau.*

Actione in factum] *l.1. eod.*

Cum quo par certatio non sit] Si potentiorem adversarium suo loco substituerit, cui par esse non possit, *l.3. eod.*

Possessio in rem actionem parit adversario] Basilica: *ἡ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀγωγὴ ἀντίδικον ἡμῖν οἶδε τὸν νεμόμενον. In rem actio adversarium nostrum* E *agnoscit eum qui possidet.* In veteri codice Juliani Brodæi sic legitur: *Cum in rem actioni possessio pariat adversarium.* In antiquo Menagii: *Cum in rem actionem possessio pariat adversario.*

Pignoris possessio] Basilica: *ἡ περὶ τοῦ ἐνεχύρου ἁρμόζουσα τῷ δανειστῇ ἀγωγὴ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐκδίκησίς ἐστι: Actio quæ de pignore creditori competit, ipsius rei vindicatio est.* Petrus Faber Semestrium libro 11. c.ult. legebat, *pignoris obligatio*, vel *conventio*.

Lis futura] Alienatio fit futuri judicii mutandi causa, non ejus quod jam fit, *d. l.8.* id est, edictum locum habet in futuris litibus, non in his quæ jam contestatæ sunt, ut ajunt Græci Basil. libro 10. tit.37. deni-

denique ad eum pertinet; qui alienat, ne secum agatur, *l. un. hoc tit.* ut res magis, quam lis in alium translata intelligatur.

Alienatio est dominii, &c.] Hoc edictum ad dominii vel possessionis traoslationem pertinet, & ad jura prædiorum, *d. l. 4. §. 2. & 3.* non etiam ad institutiones, vel legata, *d. l. 8. §. 1.*

TIT. LV. *De receptis arbitris.*

Vide tit. 8. lib. 4. ff.

SI re petimus paulo altius, quæ diximus, huc usque nos perduxit ut alius ex alio nectitur sermo, institutus ille, qui initio est post enarratas partes juris civilis de magistratibus & judicibus ordinariis, & de ordine, quo apud eos agi solet. Nunc de judicibus alius instituitur, qui ordinarii non sunt, ac primum de Compromissariis: nam recepti arbitri judices sunt compromissarii, quos constat non esse ordinarios, *l. pen. hoc tit. l. non distinguimus, §. item si quis, ff. eod.* Hi enim sunt recepti arbitri seu compromissarii judices, qui ex partium compromisso sive constipulatione pœnali jure perfecta, sive pacto nudo, ut *l. litigatores, §. interdum, ff. eod.* adeuntur, compromisso addita hac clusula, dolum malum abesse abfuturumque esse, ut *l. 3. hoc tit.* Receptum autem est compromissum, *l. rem non novam, §. 1. inf. de jud.* & ex eo nascitur pœnæ petitio, vel exceptio pacti, *l. ult. inf. l. 2. ff. eod.* Alii sunt arbitri, qui adeuntur ex jurejurando sine compromisso, ex quorum sententia competit actio in rem utilis, vel actio in factum, vel condictio ex *l. 4. hoc tit.* quos tamen postea sustulit Justinianus *Nov.* 82. Alii adeuntur ex communi nudoque consensu partium sine jurejurando, sine compromisso, *l. pen. hoc tit. l. ult. sup. tit. 46.* à quibus licet appellare, *l. ex consensu, ff. de appell.* cum tamen ab aliis non liceat propter pœnæ aut perjurii metum, *l. 1. hoc tit.* Licet eorum sententiæ non adquiescere, sed si ei partes semel adquieverint, ex sententia est quasi taciti pacti exceptio, & actio in factum, vel condictio ex lege Justiniani. Et hi quoque videntur improbati, quandoquidem à Basil. abest tam *lex pen. quam l. 4. hujus tit.* Alii arbitri dantur à judicibus, veluti excutiendis rationibus, aut fidejussoribus probandis, qui dantur etiam à judicibus pedaneis, licet judicis dandi licentiam non habeant, *d. l. ult.* & significantur, *d. l. rem non novam* his verbis, *vel qui arbitrium peragunt ex auctoritate sententiarum*, sic legendum: & electi nudo consensu partium io sequent. *Et partium consensu electi, & generaliter, &c.*

LV. ENARRATIO.

NAm recepti arbitri] Hos Græci διαιτητὰς vocant, Demosthenes adversus Boeorum, Dio Chrysostom. orat. xi. Gl. διαιτητὴς, *disceptator, arbiter, interventor*, διαιτῶ, *intervenio, discepto*: & eorum sententiam, διαιτητικήν. Gloss. διαιτητικόν, ἡ ἀπόφασις, *arbitratum.* Arbiter autem interventor dicitur, quia est μεσίτης, & mediator Glossæ: μεσιτεύω, *intervenio*: μεσίτης, *arbitrator, mediator.* Auctores Basilicῶν arbitros, μεσιτεύοντας, καὶ αἱρετοὺς διαιτητὰς vocant.

Quos constat non esse ordinarios] Compromissum judicio ordinario proximum est, *l. 1. ff. eodem*, coojuncta Basilicῶν interpretatione & Scholiis: judicium imitatur, *l. rem non novam, inf. de judic.* & quæ sententia dicitur, non per omnia sententia est, *l. quid ergo 13. §. ex compromisso, ff. de iis, qui notant. infam.* & ideo nec à sententia arbitri appellari potest, cum nec ex ea judicati actio sit, *l. 1. hoc tit.* nec judicati exceptio, *l. 2. ff. eod.* Paul. Sentent. *l. 5. t. 5. in princ.* quam differentiam notare videtur Græcus interpres, qui in *d. l. 2.* ait, notandam esse differentiam inter arbitrum & judicem ordinarium: ut scilicet ex sententia nascatur exceptio judicati, ex arbitrio non item.

Hi enim sunt recepti arb.] Recepisse arbitrium dicitur, qui judicis partes suscepit, finemque se sua senteotia controversiis impositurum pollicetur, *l. Pomponius 13. §. 2. ff. eod.* Receptus autem arbiter officio, quod ultro suscepit perfungi debet, *l. 3. §. 1. eod.* nisi si qua justa causa postea intercesserit, *l. sed si. 9. §. sunt & alii, & l. licet 15. & seq.*

Ex partium compromisso] *l. societatem 76. ff. pro soc.* compromissum in Glossis Philoxeni exponitur ὁμόλογον, σύμφωνον.

Sive constipulatione pœnali] Nam si alter tantum promittat, arbiter sententiam dicere non cogitetur, *l. litigatores 11. §. item Julianus, ff. eod.* invicem igitur pœna promittitur, *l. 1. h. t.* Promittunt autem sententiæ stari, *l. diem proferre 27. §. ult. ff. eod.* Apollonius Rhodius Argon. libro 3. ἐκ δ' ἄρα τοῦ νεῖκος πέλεν ἀμφοτέροισιν πατρί τε καὶ ξείνοις: αὐτῇ δ' ἐπέτρεψαν ἀμφω τὴν ἐμὴν ὥς κεν ἔῃσι μετὰ φρεσὶν ἰθύνειν. Scholiastes: ἀμφότεροι δὲ ἐπέτρεψαν τῇ κόρῃ τὴν δίκην, ὁμολογήσαντες ἐμμένειν οἷς ἂν δικάσῃ: *utrique controversiam dirimendam puellæ commiserunt promittentes ejus sententiæ stari*: quo argumento defendi potest, in fœminam compromitti potuisse: vide Cujac. obs: 13. 23.

Jure perfecta] *l. 1. hoc tit.*

Sive pacto nudo] Græci: δίχα δόσεως καὶ ἐπερωτήσεως: *si neque datio neque stipulatio interposita sit*: ut puta si duo debitores pacti sint, ne petat, quod sibi debetur, qui sententiæ arbitri non paruerit, *d. l. 11. §. interdum.*

Pœnæ petitio] Arbitri sententiæ obtemperandum est: nisi is, qui non paret, malit pœnam exsolvere: cæterum actio est ex stipulatu.

Qui adeuntur ex jurejurando] ut apud Plutarchum in Laconicis, δύο τινῶν διαιτητὴν αὐτὸν λαβόντων, ἀγαγὼν εἰς τὸ τῆς Χαλκιοίκου τέμενος, ἐξώρκισεν ἐμμενεῖν τοῖς κριθεῖσιν αὐτούς. *Arbiter à duobus sumptus, adductos in Chalciœci Minervæ fanum, sacramento devinxit, staturos eos ei, quam tulisset ipse sententiæ.*

Sustulit Justinianus Nov. 82.] Capite 11. ubi ait, plerumque ex jurejurando adiri arbitros, οἷς οὐδ' ἂν τις οὐδ' ὁτιοῦν πιστεύσειεν: quibus aliquis ne minimam quidem rem crediderit. Similiter Phædrus de his, qui imperito medico utuntur: *Quantæ putatis esse vos dementiæ, qui capita vestra non dubitatis credere, Cui calceandos nemo commiserit pedes?*

L. 1. hoc tit.] *l. 3. ff. eod.* vide Consult. 12.

Veluti excutiendis rationibus] *l. si quis dicat 5. §. 1 ff. de manumiss.*

Aut fidejussoribus probandis] *l. arbitrio 9. ff. qui satisd. cog.*

Sic legendum] Libri vetres Ægidii Menagii & Juliani Brodæi nihil mutant.

TIT. LVI. *De satisdando.*

POst receptos arbitros dicturus de judicibus, quibus à magistratibus causarum cognitio delegatur, quæ antequam apud eos judicia inchoarentur, fieri necesse erat, nec hodie admodum necesse est, ea exequitur tribus titulis sequentibus: ac primum satisdationes moris erat interponi de rato, & de judicato solvendo, & de re defendenda, sine quibus nec actor, nec reus, quive eorum nomine rem agebat, vel defendebat, idoneus esse existimabatur. Hodie neque actor satisdat, neque reus. Sed neque procurator satisdat de rato, si mandatum aut voluntas domini apud acta insinuata fuerit, vel per libellum, *l. nec satisdatio, ff. rem ratam hab.* vel per literas ad adversarium scriptas, *l. si procuratorem, ff. de procur.* vel ut in casu, *l. ult. inf. de pac. con. super do.* Sed si is, quo cum procurator egit, & agat invicem ipse, in causa motuæ petitionis,

tionis, procurator satisdat de re defendenda & judicato solvendo, licet apud acta vel aliis modis factus sit procurator, sicut si defensor tantum esset rei: nec enim est idoneus defensor, qui non satisdat, secundum veterem regulam juris: & hoc est quod ait Constitutio hujus tituli litem procuratori mandatam sine satisdatione de re defendenda ulterius non posse procedere. Data enim accipio pro mandata, ut in Basil. ἐντελθεῖσα, & actio data *l. cum pupillus, ff. de tut. & ration. distrah.* Litem mandat actor, litem dat judex. Satisdare autem est fidejussorem dare qui participet obligationem, quæ cœpit à nobis, quaque nos adhuc principaliter obligamur, quod & dare simpliciter in *l. 43. §. is qui curatorem, ff. de procur. l. 6. ff. ut leg. no. cau.* & fidejussorib. satisdare, *l. necnon, ff. ex quibus causis major.*

LVI. ENARRATIO.

MOris erat interponi] Satisdationes ex usu processere tam veteres quam novæ, *Instit. de satisdat. in princ. & §. sed hodie.*

De rato] Qui agit procuratorio nomine, cavet de rato habendo, id est, ratam rem dominum habiturum.

Et de judicato solu.] Procurator qui aliquem defendit, satisdat de re judicata; sive de eo quod fuerit judicatum.

Et de re defendenda] Procurator, qui alicujus nomine experitur, ejusdem defensionem suscipere cogitur, si invicem conveniatur, *l. si servum 33. §. ait prætor & §. seq. ff. de procur.*

Apud acta insinuata fuerit] Basilica libro 7. tit. 14. cap. 17. *Sin autem huic procuratori apud acta constituto agenti ab adversario opposita fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio, tunc licet apud acta factus sit procurator, videri ipsum quasi absentis procuratorem esse, & compelli satisdare de re defendenda, id est, de lite reconventionis suscipienda. Si vero non satisderit de re defendenda, lis, quæ ei mandata est, ulterius non procedat.*

Nec enim est idoneus defensor] *§. 1. Institut. de satisdat. l. 46. §. qui alium, ff. de procur.*

Secundum veterem reg. juris] *§. 5. Instit. de satisdat.*

Pro mandata] Libri veteres Menagii & Brodæi habent *mandata:* & ita legerunt Græci.

Litem dat judex] Lucanus 8.

Secundum Emathiam lis tanta datur?

Fidejussorem dare] *l. 1. ff. qui satisd. cog.*

Principaliter obligantur] Vide infra de fidejussorib.

Dare simpliciter] δίδωσι τὴν ἱκανοδοσίαν, *satisdat, fidejussorem dat.* Basilica ibid.

TIT. LVII. *De formulis & impetrationibus actionum sublatis.*

SEd & impetrari actionem, priusquam judex adiretur, necesse erat: hodie nihil est necesse, nisi forte sit decretalis, *l. 1. Cod. Theod. de dolo:* nam & bon. possessionem decretalem impetrari necesse est. Ex legibus igitur & edictis nobis ipso jure actiones competunt, etiamsi non postulentur. Et quæ impetrabantur olim, earum erat certa solemnisque formula, qua qui deerrabat, vel syllaba, lite cadebat: qua de causa horum errorum observatores Jurisconsulti à M. Tullio aucupes syllabarum vocantur, ac similiter *l. 1. hujus tituli* formulas aucupatione syllabarum insidiari. Religio juris forsitan captiosa nimis, & scrupulosa, sed meo judicio tolerabilior quam actionum confusio, agendi temeritas & nullus ordo, omnibus actionibus conceptis in factum, nec conscriptis formula legeque certa. Cœperunt quidem ante Constitutiones hujus tituli judicia extraordinaria frequentari ubi conceptio formularum non observatur. i. non callide advertitur, *l. actio, ff. de neg. gest.* sed licebat adhuc solemniter & ordine, formalibusque verbis experiri, si quis mallet. His Constitutionibus videtur hic ordo tolli, videntur tolli formulæ juris in negotiis omnibus, tolli legis actiones: & ab hisdem Impp. quorum est

A *l. 2.* eadem lege fuere sublatæ formulæ in contrahenda obligatione dotis, *l. pen. infra de dot. prom.*

LVII. ENARRATIO.

NIsi forte sit decr.] Ut actio de dolo, quæ causa cognita datur, *l. si quis 9. §. ult. ff. de dolo.*

Possessionem decretalem] Bonorum possessio edictalis edicto defertur: decretalis non defertur, sed petenti datur, *§. ult. Institut. de bonor. possess.*

Etiamsi non postulentur] Hodie non opus expressa postulatione & impetratione actionis, *l. 2. hoc titulo.*

Certa solemnisque formula] Pomponius *l. 2. §. 2. ff. de orig. jur. Quas actiones ne populus, prout vellet, institueret, certas solemnesque esse voluerunt.* Cujac. ibid. certas ad B numerum refert, solemnes ad formulam & verba: an certas & nominatas, ut in *l. 1. & 2. ff. de præscript. verb.* ut certi contractus & incerti, qui proprium nomen habent, aut non habent, *l. certi condictio 9. ff. de rebus credit. l. 1. §. debitum, ff. de constit. pec. l. & uno 18. ff. de acceptilat.* Imo certas, quod ad certam & solemnem formulam redactæ essent, ne quis prout vellet, eas institueret conciperetque, ut heic Cujacius adsignificat.

Formulas aucup. Syll.] Joannes Saresberiensis de nugis curialium libro quinto cap. 16. *Sed & leges ipsæ & consuetudines, quibus nunc vivitur, insidiæ sunt, & laquei calumniantium. Verborum tendiculæ proponuntur, & aucupationes syllabarum.*

C TIT. LVIII. *De jurejurando propter calumniam dando.*

ITem necessaria erat ex parte actoris cautio decimæ partis litis calumniæ nomine, *§. hæc autem, Instit. de pœna tem. litig. l. 2. §. antiqua, hoc titulo,* pro qua Justinianus *d. l. 2.* introducit jusjurandum calumniæ, quo adigatur utraque pars initio litis, & adscribit etiam Paulo, *l. inter §. qui familiæ, ff. fam. ercisc.* non se calumniandi animo litem intendere, vel ad inficias ire, sed juris sui opinione & fiducia fretum, quod veteres Græci vocant ἀντωμοσίαν, ut Harpocratio & Moschopulus scribunt. Plato in Theæteto: ἣ ἐπιγραφὴ παραναγιγνωσκομένην, ἣν ἀντωμοσίαν καλοῦσι. At idem Justinianus *Nov. 112.* reducit cautionem decimæ litis, non abolito jurejurando calumniæ. Et quod in *l. 1.* de jurejurando præstando ab eo, D qui fidem instrumentorum in dubium revocat: non se id facere morandi aut frustrandi causa, id quoque ita mutat *Nov. 49.* ne id totiens præstetur; quotiens quis ab adversario probationes exegerit, sed satis sit hac de re jurari semel initio litis. Non se tota lite trahendi negotii & vexandi adversarii gratia frustra probationes ullas ab adversario petiturum. Non est etiam in usu vetus SC. quod refert Plinius Junior in epist. ad Rufum lib. 5. quo qui quid negotii habent, priusquam agant, jurare jubentur, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse.

LVIII. ENARRATIO.

§. HÆc autem] Vide ibid. Theophilum.

Introducit jusjurandum calumniæ] Hoc etiam E Athenienses servasse docet Cujac. Observ. 27. 21.

Initio litis] In primordio litis, *l. 2. hoc tit.* in limine inchoandi judicii.

Non se calumniandi animo] ὅτι οὐ συκοφαντικῇ ψυχῇ ἐνάγουσι, ὅτι συκοφαντικῇ ψυχῇ ἀρνοῦνται, in Glossis Græcis ad *d. §. qui familiæ.* Se non calumniandi animo litem intendere, neque calumniandi animo infitiari.

Ut Harpocratio] In ἀντωμοσία. v. Jul. Pollucem libro 8. cap. 6.

Moschopulus] περὶ σχεδῶν. Adde Eustathium in Odyss. 10. pag. 1660. edit. Rom. Anastasius Bibliothecarius in historia Ecclesiastica ἀντωμοσίας apud Theophanem, reddit, *reciprocum juramentum.*

In epist. ad Ruf. lib. 5.] Epistola ult.

CODICIS

denique ad eum pertinet; qui alienat, ne secum agatur, *l. un. hoc tit.* ut res magis, quam lis in alium translata intelligatur.

Alienatio est dominii, &c.] Hoc edictum ad dominii vel possessionis translationem pertinet, & ad jura prædiorum, *d. l. 4. §. 2. & 3.* non etiam ad institutiones, vel legata, *d. l. 8. §. 1.*

TIT. LV. *De receptis arbitris.*

Vide tit. 8. lib. 4. ff.

SI re petimus paulo altius, quæ diximus, huc usque nos perduxit ut alius ex alio nectitur sermo, institutus ille, qui initio est post enarratas partes juris civilis de magistratibus & judicibus ordinariis, & de ordine, quo apud eos agi solet. Nunc de judicibus alius instituitur, qui ordinarii non sunt, ac primum de Compromissariis: nam recepti arbitri judices sunt compromissarii, quos constat non esse ordinarios, *l. pen. hoc tit. l. non distinguimus, §. item si quis, ff. eod.* Hi enim sunt recepti arbitri seu compromissarii judices, qui ex partium compromisso sive constipulatione pœnali jure perfecta, sive pacto nudo, ut *l. litigatores, §. interdum, ff. eod.* adeuntur, compromisso addita hac clausula, dolum malum abesse abfuturumque esse, ut *l. 3. hoc tit.* Receptum autem est compromissum, *l. rem non novam, §. s. inf. de jud.* & ex eo nascitur pœnæ petitio, vel exceptio pacti, *l. ult. inf. l. 2. ff. eod.* Alii sunt arbitri, qui adeuntur ex jurejurando sine compromisso, ex quorum sententia competit actio in rem utilis, vel actio in factum, vel condictio ex *l. 4. hoc tit.* quos tamen postea sustulit Justinianus *Nov. 82.* Alii adeuntur ex communi nudoque consensu partium sine jurejurando, sine compromisso, *l. pen. hoc tit. l. ult. sup. tit. 46.* à quibus licet appellare, *l. ex consensu, ff. de appell.* cum tamen ab aliis non liceat propter pœnæ aut perjurii metum, *l. s. hoc tit.* Licet eorum sententiæ non adquiescere, sed si ei partes semel adquieverint, ex sententia est quasi taciti pacti exceptio, & actio in factum, vel condictio ex lege Justiniani. Et hi quoque videntur improbati, quandoquidem à Basil. abest tam *lex pen.* quam *l. 4. hujus tit.* Alii arbitri dantur à judicibus, veluti excutiendis rationibus, aut fidejussoribus probandis, qui dantur etiam à judicibus pedaneis, licet judicis dandi licentiam non habeant, *d. l. ult.* & significantur, *d. l. rem non novam* his verbis, *vel qui arbitrium peragunt ex auctoritate sententiarum*, sic legendum: & electi nudo consensu partium in sequent. *Et partium consensu electi, & generaliter, &c.*

LV. ENARRATIO.

NAm recepti arbitri] Hos Græci διαιτητὰς vocant, Demosthenes adversus Boeorum, Dio Chrysostom. orat. 15. Gl. διαιτητὴς, *disceptator, arbiter, interventor*, διαιτῶ, *intervenio, discepto*: & eorum sententiam, διαίτημα. Gloss. διαιτητὸν, ἡ ἀπόφασις, *arbitratum*. Arbiter autem interventor dicitur, quia est μεσίτης, & mediator Glossæ: μεσιτεύω, *intervenio*: μεσίτης, *arbitrator, mediator.* Auctores Basilicῶn arbitros, μεσιτεύοντας, καὶ αἱρετοὺς διαιτητὰς vocant.

Quos constat non esse ordinarios] Compromissum judicio ordinario proximum est, *l. 1. ff. eodem*, conjuncta Basilicῶn interpretatione & Scholiis: judicium imitatur, *l. rem non novam, inf. de judic.* & quæ sententia dicitur, non per omnia sententia est, *l. quid ergo 13. §. ex compromisso, ff. de iis, qui notant. infam.* & ideo nec à sententia arbitri appellari potest, cum nec ex ea judicati actio sit, *l. 1. hoc tit.* nec judicati exceptio, *l. 2. ff. eod.* Paul. Sentent. *l. 5. t. 5. in princ.* quam differentiam notare videtur Græcus interpres, qui in *d. l. 2.* ait, notandam esse differentiam inter arbitrum & judicem ordinarium: ut scilicet ex sententia nascatur exceptio judicati, ex arbitrio non item.

Hi enim sunt recepti arb.] Recepisse arbitrium dicitur, qui judicis partes suscepit, finemque se sua sententia controversiis impositurum pollicetur, *l. Pomponius 13. §. 2. ff. eod.* Receptus autem arbiter officio, quod ultro suscepit perfungi debet, *l. 3. §. 1. eod.* nisi si qua justa causa postea intercesserit, *l. sed si. 9. §. sunt & alii, & l. licet 15. & seq.*

Ex partium compromisso] *l. societatem 76. ff. pro soc.* compromissum in Glossis Philoxeni exponitur ὁμόλογον, σύμφωνον.

Sive constipulatione pœnali] Nam si alter tantum promittat, arbiter sententiam dicere non cogitetur, *l. litigatores 11. §. item Julianus, ff. eod.* invicem igitur pœna promittitur, *l. 1. h. t.* Promittunt autem sententiæ stari, *l. diem proferre 27. §. ult. ff. eod.* Apollonius Rhodius Argon. libro 3. ἐκ δ' ἄρα τοῦ νεῖκος πέλεν ἀμφοτέροισιν πατρί τε καὶ ξείνοισι: αὐτῇ δ' ἐπέτρεψαν ἄμφω τὴν ἔμεν ὥς κεν οἱ μετὰ φρεσὶν ἰθύνειαν. Scholiastes: ἀμφότεροι δὲ ἐπέτρεψαν τῇ κόρῃ τὴν δίκην, ὁμολογήσαντες ἐμμένειν οἷς ἂν δικάσῃ: *utrique controversiam decernendam puellæ commiserunt promittentes ejus sententiæ stari*: quo argumento defendi potest, in fœminam compromitti potuisse: vide Cujac. obs. 13. 23.

Jure perfecta] *l. 1. hoc tit.*

Sive pacto nudo] Græci: δίχα δόσεως καὶ ἐπερωτήσεως: *si neque datio neque stipulatio interposita sit*: ut puta si duo debitores pacti sint, ne petat, quod sibi debetur, qui sententiæ arbitri non paruerit, *d. l. 11. §. interdum.*

Pœnæ petitio] Arbitri sententiæ obtemperandum est: nisi is, qui non paret, malit pœnam exsolvere: cæterum actio est ex stipulatu.

Qui adeuntur ex jurejurando] ut apud Plutarchum in Laconicis, δύο τινῶν διαιτητὴν αὐτὸν λαβόντων, ἀγαγὼν εἰς τὸ τῆς Χαλκιοίκου τέμενος, ἐξώρκισεν ἐμμενεῖν τοῖς κριθεῖσιν αὐτούς. *Arbiter à duobus sumptus, adductos in Chalciœci Minervæ fanum, sacramento devinxit, staturos eos ei, quam tulisset ipse sententiæ.*

Sustulit Justinianus Nov. 82.] Capite 11. ubi ait, plerumque ex jurejurando adiri arbitros, οἷς οὐδ' ἄν τις οὐδ' ὀβολὸν πιστεύσειεν: quibus aliquis ne minimum quidem rem crediderit. Similiter Phædrus de his, qui imperito medico utuntur: *Quantæ putatis esse vos dementiæ, qui capita vestra non dubitatis credere, Cui calceandos nemo commiserit pedes?*

L. 1. hoc tit.] *l. 3. ff. eod.* vide Consult. 12.

Veluti excutiendis rationibus] *l. si quis dicat 5. §. 1 ff. de manumiss.*

Aut fidejussoribus probandis] *l. arbitrio 9. ff. qui satisd. cog.*

Sic legendum] Libri veteres Ægidii Menagii & Juliani Brodæi nihil mutant.

TIT. LVI. *De satisdando.*

POst receptos arbitros dicturus de judicibus, quibus à magistratibus causarum cognitio delegatur, quæ antequam apud eos judicia inchoarentur, fieri necesse erat, nec hodie admodum necesse est, ea exequitur tribus titulis sequentibus: ac primum satisdationes moris erat interponi de rato, & de judicato solvendo, & de re defendenda, sine quibus nec actor, nec reus, quive eorum nomine rem agebat, vel defendebat, idoneus esse existimabatur. Hodie neque actor satisdat, neque reus. Sed neque procurator satisdat de rato, si mandatum aut voluntas domini apud acta insinuata fuerit, vel per libellum, *l. nec satisdatio, ff. rem ratam hab.* vel per literas ad adversarium scriptas, *l. si procuratorem, ff. de procur.* vel ut in casu, *l. ult. inf. de pac. con. super do.* Sed si is, quo cum procurator egit, & agat invicem ipse, in causa mutuæ petitionis,

tionis, procurator satisdat de re defendenda & judicato solvendo, licet apud acta vel aliis modis factus sit procurator, sicut si defensor tantum esset reis: nec enim est idoneus defensor, qui non satisdat, secundum veterem regulam juris: & hoc est quod ait Constitutio hujus tituli litem procuratori mandatam sine satisdatione de re defendenda ulterius non posse procedere. Data enim accipio pro mandata, ut in Basil. ἐντολὴ, & actio data *l. eum pupillus*, *ff. de tut. & ration. distrah.* Litem mandat actor, litem dat judex. Satisdare autem est fidejussorem dare qui participet obligationem, quæ cœpit à nobis, quaque nos adhuc principaliter obligamur, quod & dare simpliciter in *l. 43. §. si qui curatorem, ff. de procur. l.6. ff. ut leg. no. cau.* & fidejussoribus satisdare, *l. necnon, ff. ex quibus causis major.*

LVI. ENARRATIO.

B

MOris erat interponi] Satisdationes ex usu processere tam veteres quam novæ, *Instit. de satisdat. in princ. & §. sed hodie.*

De rato] Qui agit procuratorio nomine, cavet de rato habendo, id est, ratam rem dominum habiturum.

Et de judicato solu.] Procurator qui aliquem defendit, satisdat de re judicata; sive de eo quod fuerit judicatum.

Et de re defendenda] Procurator, qui alicujus nomine experitur, ejusdem defensionem suscipere cogitur, si invicem conveniatur, *l. si servum 33. §. ait prætor & §. seq. ff. de procur.*

Apud acta insinuata fuerit] Basilica libro 7. tit. 14. cap. 17. *Sin autem hujc procuratori apud acta constituto* C *agenti ab adversario opposita fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio, tunc licet apud acta factus sit procurator, videri ipsum quasi absentis procuratorem esse, & compelli satisdare de re defendenda, id est, de lite reconventionis suscipienda. Si vero non satisdderit de re defendenda, lis, quæ ei mandata est, ulterius non procedat.*

Nec enim est idoneus defensor] §. 1. *Institut. de satisdat. l. 46. §. qui alium, ff. de procur.*

Secundum veterem reg. juris] §. 5. *Instit. de satisdat.*

Pro mandata] Libri veteres Menagii & Brodæi habent *mandata*: & ita legerunt Græci.

Litem dat judex] Lucanus 8.

Secundum Emathiam lis tantum datur?

Fidejussorem dare] *l. 1. ff. qui satisd. cog.*

D Principaliter obligatur] Vide infra de fidejussorib.

Dare simpliciter] διδόναι διὰ ἐκανοδοσίαν, *satisdat, fidejussorem dat.* Basilica ibid.

TIT. LVII. *De formulis & impetrationibus actionum sublatis.*

SEd & impetrari actionem, priusquam judex adiretur, necesse erat: hodie nihil est necesse, nisi forte sit decretalis, *l. 8. Cod. Theod. de dolo*: nam & bon. possessionem decretalem impetrari necesse est. Ex legibus igitur & edictis nobis ipso jure actiones competunt, etiamsi non postulentur. Et quæ impetrabantur olim, earum erat certa solemnisque formula, qua qui deerrabat, vel syllaba, lite cadebat: qua de causa horum erorum observatores Jurisconsulti à M. Tullio aucupes E syllabarum vocantur, ac similiter *l.s. hujus tituli* formulas aucupatione syllabarum insidiari. Religio juris forsitan captiosa nimis, & scrupulosa, sed meo judicio tolerabilior quam actionum confusio, agendi temeritas & nullus ordo, omnibus actionibus conceptis in factum, nec conscriptis formula legeque certa. Cœperunt quidem ante Constitutiones hujus tituli judicia extraordinaria frequentari ubi conceptio formularum non observatur, i. non callide advertitur, *l. actio, ff. de neg. gest.* sed licebat adhuc solemniter & ordine, formalibusque verbis experiri, si quis mallet. His Constitutionibus videtur hic ordo tolli, videntur tolli formulæ juris in negotiis omnibus, tolli legis actiones: & ab hisdem Impp. quorum est

A *l. 2.* eadem lege fuere sublatæ formulæ in contrahenda obligatione dotis, *l. pen. instit de dot. prom.*

LVII. ENARRATIO.

NIsi forte sit decr.] Ut actio de dolo, quæ causa cognita datur, *l. si quis 9. §. ult. ff. de dolo.*

Possessionem decretalem] Bonorum possessio edictalis edicto defertur: decretalis non defertur, sed petenti datur, *§. ult. Institut. de bonor. possess.*

Etiamsi non postulentur] Hodie non opus expressa postulatione & impetratione actionis, *l.2. hoc titulo.*

Certa solemnisque formula] Pompon. in *l.2. §.2. ff. de orig. jur. Quas actiones ne populus, prout vellet, institueret, certas solemnesque esse voluerunt.* Cujac. ibid. certas ad numerum refert, solemnes ad formulam & verba: an certas & nominatas, ut in *l. 1. & 2. ff. de præscript. verb.* ut certi contractus & incerti, qui proprium nomen habent, aut non habent, *l. certi condictio 9. ff. de rebus credit. l. 1. §. debitum, ff. de constit. pec. l. & uno 18. ff. de acceptilat.* Imo certas, quod ad certam & solemnem formulam redactæ essent, ne quis prout vellet, eas institueret concipereque, ut heic Cujacius adsignificat.

Formulas aucup. Syll.] Joannes Saresberiensis de nugis curialium libro quinto cap. 16. *Sed & leges ipsæ & consuetudines, quibus nunc vivitur, insidiæ sunt, & laquei calumniantium. Verborum tendiculæ proponuntur, & aucupationes syllabarum.*

TIT. LVIII. *De jurejurando propter calumniam dando.*

ITem necessaria erat ex parte actoris cautio decimæ partis litis calumniæ nomine, *§. hæc autem, Instit. de pœna tem. litig. l. 2. §. antiquum, hoc titulo*, pro qua Justinianus *d. l. 2.* introducit jusjurandum calumniæ, quo adigatur utraque pars initio litis, & adscribit etiam Paulo, *l. inter §. qui familiæ, ff. fam. ercisc.* non se calumniandi animo litem intendere, vel ad inficias ire, sed juris sui opinione & fiducia fretum, quod veteres Græci vocant ἀντωμοσίαν, ut Harpocratio & Moschopulus scribunt. Plato in Theæteto: ἡ ἀντιγραφὴ παραναγιγνωσκομένη, ἣν ἀντωμοσίαν καλοῦσι. At idem Justinianus *Nov. 112.* reducit cautionem decimæ litis, non abolito jurejurando calumniæ. Et quod in *l. 1.* de jurejurando præstando ab eo, D qui fidem instrumentorum in dubium revocat: non se id facere morandi aut frustrandi causa, id quoque ita mutat *Nov. 49.* ne id totiens præstetur; quotiens quis ab adversario probationes exegerit, sed satis sit hac de re jurari semel initio litis. Non se tota lite trahendi negotii & vexandi adversarii gratia frustra probationes ullas ab adversario petiturum. Non est etiam in usu vetus SC. quod refert Plinius Junior in epist. ad Ruffum lib. 5. quo qui quid negotii haberent, priusquam agant, jurare jubentur, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse.

LVIII. ENARRATIO.

§. HÆc autem] Vide ibid. Theophilum.

Introducit jusjurandum calumniæ] Hoc etiam E Athenienses servasse docet Cujac. Observ. 27. 21.

Initio litis] In primordio litis, *l. 2. hoc tit.* in limine inchoandi judicii.

Non se calumniandi animo] ὅτι οὐ συκοφαντικῇ ψυχῇ ἐνάγουσιν, ὅτι συκοφαντικῇ ψυχῇ ἀρνοῦνται, in Glossis Græcis ad *d. §. qui familiæ*. Se non calumniandi animo litem intendere, neque calumniandi animo infitiari.

Ut Harpocratio] In ἀντωμοσία. v. Jul. Pollucem libro 8. cap. 6.

Moschopulus] περὶ σχεδῶν. Adde Eustathium in Odyss. 10. pag. 1660. edit. Rom. Anastasius Bibliothecarius in historia Ecclesiastica ἀντωμοσίαν apud Theophanem, reddit, *reciprocum juramentum.*

In epist. ad Ruf. lib. 5.] Epistola ult.

CODICIS



CODICIS JUSTINIANI LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.
DE JUDICIIS.
Vide tit. 1. *lib.* 5. *ff.*



EXPOSITIS his, quæ antequam A judicium inchoetur, vel tunc cum inchoatur, fieri necesse erat, aut necesse est etiam hodie, dat titulum de judiciis, & de officio judicum, quod versatur non extra cognitionem causarum, de quo lib. 1. tit. 48. sed in sola disceptatione litium. Judicia disceptationes sunt, quæ fiunt ex parte actoris, & rei apud judices litium finiendarum gratia: etenim judiciorum finis, ut M. Tullius ait in Topicis, est jus, ex quo etiam nomen. Judex est disceptator juris, *l. rem, hoc titulo*, quibus verbis comprehendo, non tantum judicem datum, B sed etiam receptum arbitrum, ut *l.* 3. *§.* 1. *ff. de recept.* & magistratum, ut in legibus M. Tullii, *Juris disceptator, qui privata judicet judicareve jubeat.* Et vero licet titulus sit de judiciis, & cognitionibus judicum datorum à magistratu, vel à principe, tamen pleraque continet communia cum magistratibus, ut *l.* 12. *&* 13. *&* 15. atque etiam cum receptis arbitris, ut *l.* 14. *de jurejuranda*, & religione, qua obstringuntur omnes judices, necnon advocati, ut plane dicere liceat, superiori titulo agi de jurejurando calumniæ, quod dat utraque pars in ipso limine inchoandi judicii, sive apud judices agatur ordinarios, sive compromissarios, *l.* 2. *§. sed quia veremur, eodem titulo*. Hoc autem titulo agi de jurejurando judi- C cum omnium, etiam eorum, qui ex compromisso cognoscunt, & de jurejurando advocatorum. Judices jurant in leges, veteri instituto: & inde religionis judicantium frequens mentio in jure. Advocati de causa perferenda fide, castu, & integritate omni.

I. ENARRATIO.

LItium finiendarum gratia] Asconius Pedianus in Divinationem: *Judicium dicitur res, quæ causam litemque determinat.*

Judex est disceptator] Lactantius de ira Dei cap. 19. *Deus est legis suæ disceptator, & judex*. S. Ambrosius in oratione funebri de obitu fratris: *Constans æqui juris disceptator.* *l.* 3. *&* 5. *inf. de pedan. judic.*

Receptum arbitrum] Glossæ: *διαιτητὴς, disceptator, arbiter.*

Ut in legibus M. Tullii] Libro tertio de legib.

Datorum à mag. vel à principe] *l. à judice* 5. *hoc tit.*

Necnon advocati] *l. rem non novam* 14. *§. patroni, hoc tit.*

Quod dat utraque pars in ipso lim.] *l.* 2. *sup. de jurejur. propt. calum.*

Sive compromissarios] Judices compromissarii non sunt ordinarii v. libri superioris tit. 55.

Qui ex compromisso] *d. l. rem non novam.*

Judices jurant in leges] Vide quæ diximus de officio judicis, Institutione IV.

Advocati de causa perferenda] Plinius junior lib. 5. epist. 14. *Melius Nominatum fuisse facturum, si causam Vicentinorum eodem animo, quo susceperat, pertulisset.* Quintilianus declamat. 248. *Qualem causam pertulerim.* Apulejus Metam. libro 7. *Sic ille latronum fisci advocatus nostram causam pertulerat.* *l. dominus* 57. *ff. de usufruct.* *l. pater* 6. *ff. de dot. collat.* *l.* 2. *supr. de jur. propt. calumn. dan.*

Castu.] *τῇ ἁγνείᾳ.*

TIT. II. *De sportulis, & sumptibus in diversis judiciis faciendis, & de executoribus litium.*

SPortularum nominis origo prima ex prandio, vel cœna est, quæ in panariolos, vel sportellas conjecta dabatur clientibus vice cœnæ rectæ: modo enim dabatur cœna recta, modo in sportula, & ad extremum C. quadrantes, quæ summa etiam sportula dicta est: ac deinde latius porrecta sportularum appellatio est ad

ad salaria, congiaria, diaria, honoraria omnia, quæ A vel sacerdotibus dantur, ut in epistolis Cypriani, vel à Coss. sparguntur in vulgus, ut cuilibet sit accipiendi potestas in *Nov.* 105. ut non male Sudas sportulas definierit, δῶρα ἐπὶ πᾶσι τοῖς διδόμενα παῤῥησίᾳ. Nec male etiam Hesychius sportulam usuram interpretatur: Nam & sub nomine sportularum nonnunquam exigebantur usuræ, *l. eos, infra de usur.* Constat etiam ea, quæ novi decuriones dant ordini pro introitu in jure, sportulas appellari. Et δικαστικά, quæ judicibus pedaneis dantur *Nov.* 82. Hic tit. est de his, quas conventus reos dat executoribus litium .i. viatoribus, conventionis nomine, Horum enim proprium munus est reos convenire, & commonere, & reorum quoque unus hoc proprium, sportulas eis solvere, ut *Nov.* 53. Sed & de aliis, sive sportulis, sive sumptibus, quos in di- B versis judiciis utraque pars facit, & erogat in apparitores, notarios, exceptores, arbitros, advocatos, scriniarios, vel inducendarum, & exercendarum cognitionum causa, vel pro exceptione, & editione actorum, relationis, sententiæ pro litis contestatione, pro recitatione sententiæ, vel instrumentorum, pro libello unde executoribus datur conveniendi potestas, pro insinuando rescripto, vel edicto principis, & ex multis aliis causis: & his quidem sportulis Justinianus certum modum imposuit in hoc titulo Constitutione Græca, cum qua videtur congruere Constitutio Athalarici regis apud Cassiodorum lib. 9. ab onere earum præstandarum interim liberato fisco, quod & hodie observatur, & refertur ex ea Constitutione à Juliani antiquo interprete in *Nov.* 17. & 21. Fiscum semper C litigare gratis. Idemque datur Episcopis, *§. sportularum*, *Novell.* 123. & tenuioribus personis, *Novell. de mand. pr.* & his, qui cum eis litigant, *l. ult. inf. de fr. & lit. expens.* Et est quidem ille tit. de sumptibus litium quos facit utraque pars in persecutione juris sui, & præbitione sportularum.

II Enarratio.

IN sportellas conjecta] Vetus inscriptio: OB DEDICATIONEM STATUAE DECURIONIBUS, ET SEVIRIS, ET IUVENTUTI SPORTULAS, ET POPULO EPULUM, ET OLEUM EADEM DIE DEDIT. Glossæ Basilic. *sportula*: τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια: v. Cedrenum in σπόρτα. D

Vice tectæ cœnæ] De cœna recta vide Notas ad Suetonium Domitiani cap. 7. de centum quadrantibus Martialem Epigr. lib. 3. 7.

Ad salaria] Glossæ, *Salarium*, ὀψώνιον, παροχή, συνήθεια.

Congiaria] Glossæ, *congiarium*, ἐπίδοσις ἐπὶ τοῦ δήμου, δωρεά.

Diaria] Glossæ Isidori: *Diaria quotidiana salaria*: Item: *Diaria, cibus unius diei*.

Honoraria] Glossæ; τιμή, τὸ ἐπὶ συνηγορίᾳ διδόμενον, *honorarium*, *l. 1. §. 4. ff. de extraordinar. cognition.*

Ut in epistolis Cypriani] Epistola 24. ad fin. *Hinc sportulantes fratres* epist. 64.

Vel à Coss. spargunt.] Symmachus libro 9. epist. ult. *Sportulam Consulatus mei, & amicitiæ nostræ, & ho-* E *nori tuo debeo. Hanc in solido uno ad te misi, orans ut benigno animo solemnia officii mei libamenta suscipias.*

Sudas] Σούδας apud Eustathium ad Odyss. α. p. 1406. In codice Memmiano Σῦδας dicitur.

Hesychius] Hesychius: σπόρτουλα, τόκος.

Pro introitu] Vetus hic mos est ut pro ingressu aliquid præstetur priorib. militiæ, scholæ officii collegii, curiæ, corporis, *l. pen. §. pen. & ult. ff. de legat. 3.* Cujac. ad *leg. 7. C. de prox. sacror. scrin.*

Quæ judicib. pedan.] Sportulæ dicuntur in *Nov.* 82. c. 7. & *Nov.* 112. c. 2. ubi Basilica συνηθείας interpretantur, *consuetudines*: vide locum Glossarii in v. salarium. Denique sportulæ dictæ, quæ Græcis πρυτανεῖα, id est, quæ deponebant actor & reus judicio disceptaturi, de quibus Scholiastes Aristophanis in Nub. & in Vesp. & Isaacus Casaubonus in Athenæum.

Quas conventus reus] Exigebantur interdum ab actoribus: vide quæ diximus ad tit. de actionib. §. 24.

Executoribus litium] Ut in *§. tripli. Institut. de action.* viatores, id est, executores litium.

Reos convenire: & commonere] *l. 4. hoc tit.* de qua vide Cujac. obs. 12. 22.

Constitutione Græca] Vide lib. 12. Observat. cap. XXXII.

Cassiodorum lib. 9.] Epistola 14.

TIT. III. *De pedaneis judicibus.*

DE sportulis pedaneorum judicum fuit sub hoc tit. Constitutio Zenonis Græca, cujus fit mentio in *Nov.* 81. Pedanei judices sunt speciales judices, quibus singulæ causæ cognoscendæ à magistratib. delegantur: Namque cognitionem tantum habent, non jurisdictionem, *l. ult. supra ubi & apud quem cog. rest.* & cognitionem maxime causarum humiliorum, *l. ult. hoc tit. l. ult. inf. quan. prov. non est nec*: quare à Joseph. 2. de bell. Jud. dicuntur, δικασταὶ τῶν εὐτελεστέρων διαφορῶν: sic dicti quasi agipedes: aut planipedes, quod non pro tribunali judicent, sed de plano stantes, aut sedentes; imo, collatio, aut fortuito scamno, fortuito cespite, ut *Nov.* 71. & 81. At vero ne quis objiciat non fuisse cur de his daretur hic titulus quasi sufficienre primo, fuit titulus primus de judiciis potius, quam de judicibus, sive de officio judicum omnium, id est, eo quod in jure disceptando sequi, & observare debent: Est autem hic titulus specialiter de pedaneis judicibus, ne dentur à procuratore Cæsaris inter privatos, *l. 1.* & in quo *l. 2.* extraordinaria fere omnia judicia facit, ne dentur à præsid. in causis, quæ eorum cognitioni legibus nominatim reservantur, ne in causis ingenuitatis, nec in ullis aliis causis, nisi vel multitudine cognitionum obruantur, vel negotiis publicis destringantur, vel ea sit causæ vilitas, ut non admodum requirat notionem præsidum, ut secundum d. *l. 2.* plane jam possis statuere pedaneos judices humiliorum litium esse judices. Et additur *l. 4.* ut in demortui pedanei judicis locum, præses aut prætor subsortiatur alium. Nec ad officium pedaneorum spectat lex ulla tituli hujus, nisi forte *l. 3.* quæ etiam invitum pedaneum judicem ad judicandum operam dare compellit, adempta facultate remittendæ litis ad præsidem qui eum dedit.

III. Enarratio.

COgnitionem tantum habent] ἀκρόασιν; *audientiam*, Basilica in interpretatione legis 4. vide ad tit. seq.

Causarum humiliorum] Et ideo minores judices dicuntur. Guntherus Ligur. --- *minor atque pedaneus*. ei opponitur *major judex*, ibid.

Quasi agipedes Lucilius apud Festum in v. pedarium: *Agipes vocem mittere cœpit*.

Aut planipedes] Diomedes libro 9. Grammaticæ: *Ideo Latine planipedes, quod olim non in suggestu, sed in plano orchestræ, positis instrumentis mimicis actitabant, &c.*

De plano stantes] Et ideo χαμαιδικασταί dicti in Basilicis, & Glossis veteribus, qui & planarii, & pedarii. Non judicant, sed *ex æquo loco*, ut loquitur Cicero in epistola 8. lib. 3. ad familiares, vide tit. 28. inf.

Destringantur] Sic scribitur in *l. 2. ff. de exercit. act.* Glossæ; *destrictus*, ἀσχοληθείς.

Nisi vel multitudine] Sic Moysen legimos consilio soceri usum, ne cognitionum multitudine premetur, successores elegisse, qui minora negotia tractarent, cum ipse majora curaret: ἄρχοντας συνεβούλευσεν ἑλέσθαι

διαδέχους, ἵνα δὲ μὲν τὰ βραχύτερα κρίνωσιν, αὐτὸς δ' ἐφεδρεύων τοῖς μείζοσι καιρὸν εἰς ἀνάπαυλαν αὐτῷ διδοίη: Optime consuluit ut vicarios eligeret, qui minora tractent negotia, ipse vero majora curet interquiescens nonnihil. ut scribit Philo de creatione principis.

Subsortiatur alium] Plinius in Paneg. *Sors & urna judicem adsignat.*

Operam dare compellit] Judices dicuntur operam dare, *l. si longius 18. ff. de judic. & l.penult. ff. de vacat. muner.* Cicero 4. in Ver. *M. Petilium equitem R. quem habet in consilio, jubet operam dare, quod rei privatæ judex esset.*

TIT. IV. *Qui pro sua jurisdictione judices dare dative possunt.*

DE judicibus pedaneis id additur hoc titulo, ut is tantum judicem pedaneum dare possit cujus de ea re qua de agitur, & inter eas personas ad quas ea res pertinet jurisdictio est. Judicem igitur pedaneum rite datum, alium judicem dare non posse, quia ejus rei in quam datus est, notionem non jurisdictionem habet, nisi sit datus à principe. Hic enim alium judicem dare in eadem causa potest, *l.à judice, supr. de judic.* & ab eo quem dederit, appellatur ipse, non princeps, ex quo efficitur, judicem delegatum à principe habere jurisdictionem. Judicis enim simili licentia pars est jurisdictionis urbanæ, ut in hoc titulo significatur his verbis, *pro sua jurisdictione*, id est, pro modo jurisdictionis suæ, ergo & executionem sententiæ habet cum & adsessores habeat, ut Novel.60. & apparitionem propriam, *l.penult.infr. de fruct. & lit. exp.* Quod additur init. *Dative* in id dicam ex constitutione hujus tituli judicem non jure dari eum quem dat is, qui jurisdictionem non habet, & ex tit. seq. non jure dari in re propria.

IV. ENARRATIO.

JUrisd. est] *l.un.hoc tit.*

Judicem igitur pedaneum rite datum] Datum à magistratu, *παρὰ τοῦ ἄρχοντος*, Basilica in interpretatione *leg.à judice*: Judex delegatus subdelegare non potest.

Non jurisdictionem habet] *l. ult.supr. ubi & apud qu. ca. reflit.* Sive ut est in *l.à judice, quia ipse judiciario munere fungitur.* in qua Desiderius Heraldus legebat *fiduciario*, quia judex delegatus, non suo jure munus judicandi habet, sed mandatu alterius judicat, eamque emendationem sequuntur Hugo Grotius in Sparsione Florum, & Claudius Salmasius in Observationibus ad jus Atticum cap.18. Sed merito Desiderius sententiam mutavit in Animadversionibus ad jus Atticum libro 5. cap. 14. num. 28. Judex igitur delegatus judiciario tantum munere fungitur, nec ullam jurisdictionem habet: ac per hoc judicem dare non potest: hoc enim ad jus dicentis officium pertinet, *l.1.ff.de jur.*

Nisi sit datus à princ.] Judex delegatus à principe subdelegare potest, *d.l.à judice, & l.un. hoc titulo*, in qua libri veteres Menagii & Brodæi legunt, *patientiam*, & in glossa interlineari exponitur, obedientiam, Basilica: *ὑπεικόντος ὁ παρενέμηθη ἀνάγκην ἔχει πειθαρχεῖν τῷ παραγγέλματι. patientiam accomodare, est judici jubenti parere, obtemperare.*

Appellatur ipse, non princ.] *l.un.hoc tit.*

Habere jurisdictionem] Nam pro magistratu habetur.

Ergo & executionem] Accursius ad *l.à D. Pio 15.ff. de re judic.*

Pars est jurisdictionis urbanæ] *l.1. ff.de jurisdict.*

TIT. V. *Ne quis in sua causa judicet, vel jus dicat.*

ERgo judex dari nemo in re sua potest, imo nec fieri, *l.17. ff. de jud.* ac multo minus jus dicere sibi, *l.1. ff. quod leg. l. extat, ff. de eo quod met. cau. l.qui jurisdictioni, ff.de jurisd.* Judicat judex vel arbiter datus, receptusve, jus dicit magistratus, omnes in re aliena. Testimonium quoque dicit quisque in re aliena non in re propria, quod etiam in constitutionibus hujus tituli fuisse additum constabit, si adhibeatur *l.9. infr. de test.* Hodie receptum est, ut & in sua quis causa judicet, cum de sportulis judiciariis agitur, utque sit in ea re idem adversarius & judex, itemque si de jurisdictione ejus agatur, *l.5. ff. de jud.*

V. ENARRATIO.

JUdex dari nemo in re sua potest] nec enim quisquam seipsum condemnabit. Artemidorus Daldianus *ὀνειρ.* libro II. cap. 24. *οὐ γὰρ ὁ δικαστὴς τὰ ἑαυτοῦ καταδικάζει ἀλλ' τὰ τῶν ἄλλων κρίνει*. *Fuere tamen quidam rerum suarum judices, & in libris observationum à Septimio editis, assuisse Ciceronem tali causæ invenio: & ego pro regina Berenice apud eam ipsam dixi.* Quintil.4.1.

Judicat judex] Aliud est judicare, aliud jus dicere. Jus dicit magistratus *l.1.ff.de juris.* judicant judices dati.

Judex vel arbiter] Judices vel arbitri dantur à magistratibus, *l. à D. Pio 15. ff. de re judic.* Illi adduntur actionibus strictis, hi actionibus bonæ fidei. De receptis arbitris dictum tit.55. lib. super.

Testimonium quoque] *l.nullus 10. ff. de testib.* Philo libro 2. legis allegor. *ἕτερον γὰρ δεῖ εἶναι τὸν μαρτυροῦντα καὶ περὶ οὗ ἡ μαρτυρία γίνεται: Alium enim oportet esse qui testis est, alium cui perhibetur testimonium.*

TIT. VI. *Qui legitimam personam in judiciis habent, vel non.*

QUemadmodum non valet sententia quam dixit is qui non jure datus est judex, ita nec quæ in pupillum vel adolescentem dicta est, absente tutore vel curatore, *l.1. & 2. hoc titulo, l.3. supr. si adv. rem jud. l.11. infr. qui dare tut. l. acto §. ult. ff. de re jud.* quod hodie obtinet etiam in causis criminalibus, *l.4. infr. de auct. præst.* Nam ut legitimum judicem, ita legitimum litigatorem esse oportet. Ut legitimus litigator non est minor indefensus, *l.1. Cod. Theod. de den. vel ed. ref.* propter quam in *l.4. eod.* additur, inter justas legitimasque personas, idemque dicitur de Republica indefensa, *l.1. infr. de jure Reipublicæ*, & generaliter legitimus litigator non est, qui non potest rem in judicium deducere, & consequenter nec filiusfamil. sine voluntate patris, *l.ultim. §.necessitate, infr. de bon. quæ lib.* nec servi est ad litigandum idonea persona, quia nec personam habere intelligitur, *l.4. infr. de ob spat. præst. l.servus, & seq. supr. de judic. & Nov. Valentiniani de compett.* & hoc est quod dicitur, cum servo non esse actionem. Invenio nec præcis ostentendæ capacem eum esse, *l.1. supr. de prec. Imp. off.* & tamen admitti in criminali judicio, sicut olim minor in eo admittebatur etiam sine tutore aut curatore. Excipitur etiam causa momenti, id est, repetendæ possessionis, *l.1. infr. si per vim vel al. mo. l.4. Cod. Theod. unde vi, l.ultim. hoc tit.* in qua etiam admitterem pupillum sine tutore, & adolescentem sine curatore, reservata tamen proprietatis actione secunda, quæ petitionis verbo significatur *d. l. ult.* justis legitimisque personis, legitimisve procuratoribus.

VI. ENARRATIO.

NEc quæ in pupill.] Pupillus sine tutore suo agere aut conveniri non potest, *l.2. hoc tit.* pupillus non potest *αὐτομάτως* id est, *δι' ἑαυτοῦ δικάζεσθαι*. Pupillus tutore auctore judicium suscipit, vel tutor ipse adolescens vel convenitur, vel curator ipse judicium suscipit, *l.1.§.1.& 2. ff. de administr. tutor.*

Cum servo non esse actionem] *l.cum servo 107.ff. de reg. jur.*

Quia

Quia nec persona] ἀπρόσωπός ἐστι : Dixi ad Theophilum, tit. de stipulat. serv.

Nec servi est ad litigandum idonea persona] *Quomodo enim clerici extra Ecclesiam libertatem assequi possunt, qui à lege mundana extranei sunt, & quibus interdicitur, ne ad sæculare judicium procedant, quomodo à sæculari judicio à jugo servitutis absolventur?* ut est in *capite 1. de serv. non ordinand.* in antiqua decretali.

Nec precis offerendæ] Nisi ex justa causa, puta si cædem domini vindicare velit, *d. l. 1.* in qua Cuj. Observ. 18. 22. legebat, *indicanda* : pro vindicanda. Auctores tamen Basilic. legerunt, *vindicanda* : ἐκδικῆσαι τὸν φόνον τοῦ δεσπότου. *vindicare necem domini*.

Sicut olim minor] Vide Cujac. *inf. de auctoritate præst.*

Causa momenti] ut in *cap. 1. extra de causa possess. & propr.* In actione seu judicio momenti servus, qui domini absentis nomine possidebat, expulsus legitimus litigator est.

Admitterem pupillum sine tut.] Azo in Summa, Odofredus, Fulgosius, & Joannes Faber admittunt etiam pupillum, & adolescentem.

Proprietatis actione secunda] Ut in *l. 2. infr. quor. bonor.*

quæ petitionis verbo] Sic etiam Odofredus, & Fulgosius.

Justis legitimisque personis] *l. 1. infr. si per vim, vel alio modo absenti poss. perturb. sit*.

TIT. VII. *Ut nemo invitus agere, vel accusare cogatur.*

AButitur hac regula actor in Novell. 112. qui post litem contestatam contendit, non debere se compelli ad litem persequendam. Abuteris eadem si dixeris: non posse actorem cogere eum cum quo agit, ut is agat cum alio sua actione. Hoc enim pugnat cum *l. Julianus, §. pen. ff. de act. empt. l. cum in plures, §. messem, ff. de loc. l. si tibi, in fi. ff. de opt. leg. l. si sic legatum, §. ult. ff. de leg. 1. l. 2. ad l. Rhod.* Sententia enim regulæ hæc est, non posse me invitum compellere eum cui in me, vel in alium suo nomine actio est, ut ea actione experiatur, si mea non intersit cum alio agi, nec ulla mihi eo nomine actio sit, *l. 4. infr. de usur. pup. l. 20. inf. de pign.* Cum invito quidem agi, sed invitum non agere, aut non legitime agere. Nullos quoque, ut olim Athenis, publice constitui accusatores, nisi voluntarios in criminalibus causis.

VII. Enarratio.

UT nemo invitus] Nemo civilem actionem, vel accusationem adversus aliquem instituere compellitur. Basil.

In Nov. 112.] Hanc regulam sic expressit Justinianus in d. Nov. 112. cap. 3. μηδένα τὰς οἰκείας ἀγωγὰς ἀναγκάζεσθαι ἄκοντα ἐγγυμνάζειν : *Neminem invitum actiones suas exercere compelli*.

Post litem contestatam] Theodorus Hermopolites ἐὰν φθάσῃ ἀκρόασις δοῦναι τοῦ ἰδίου ἀντιδίκου ἢ λύσιν ποιήσασθαι, καὶ ἀποστεῖλαι ταύτην διὰ τοῦ δικαστηρίου τῷ ἰδίῳ ἀντιδίκῳ. Cœptum igitur negotium actor peragere debet.

Ut is agat cum alio] Puta ago in Mævium, ut Mævius agat cum Titio sua actione.

Cum invito quidem] Judicium in invitum redditur, *l. inter stipulantem 83. §. 2. ff. de verb. obligat.*

TIT. VIII. *De ordine judiciorum*:

QUotiens in uno judicio plures oriuntur quæstiones, ita plerumque ordinatur judicium, ut disceptetur una prius quam altera, veluti criminalis prius-

quam civilis, momenti prius quam proprietatis. Item status prius quam hereditatis, *l. 1. & 2. hoc titulo, l. 3. sup. de jud. l. liber inf. de pet. hered.* Sed in arbitrio judicis est, vel hunc ordinem sequi, vel utramque commiscere, & cumulare quæstionem, veluti civilem & criminalem, *l. pen. hoc titulo*, & ut ex Symmachi epistolis didicimus, possessionis, & proprietatis causam, & in quibusdam causis etiam jubetur civilem anteponere criminali, *l. quoniam inf. ad l. Jul. de adul. l. 8. inf. ad l. Fab. l. 2. Cod. Th. ad l. Cor. de fals.*

VIII. Enarratio.

HIc titulus docet, quem ordinem judex servare debeat in judicando, quodve judicium prius discuti, & dirimi debeat, si alterum incidat, vel concurrat.

Veluti criminalis] *l. ult. h. t.* in qua verba illa, *criminalis quæstio cessaverit*, Basilica sic interpretantur, περανθῇ, *finita fuerit*.

Cumulare] Jure Pontificio cumulari potest judicium petitorium, & possessorium litium minuendarum causa, *cap. 3. 4. 5. & 6. extra de causa possess. & propriet.* id est, conjunctim agi de possessione, & proprietate potest.

Momenti prius] Vide Observ. libro 11. cap. 25.

Ex Symmachi epistolis] Epistola 41. libri 10.

TIT. IX. *De litis contestatione*.

JUdicia intelleximus tit. 1. fieri per tres personas, judicem, actorem, reum, & ad ea nos vocari per executores, datis sportulis titul. 2. post hæc consequens erat dicere de ipso judiciorum initio, quæ litis contestatio est. Sed quia ante litem contestatam legitime constitui oportet personam actoris, & rei, & judicis, quam ob rem vulgo dici solet, ante litem contestatam opponi debere exceptionem procuratoriam, exceptionem fori, vel quam aliam exceptionem dilatoriam, quæ modo ad personarum qualitatem respiciat, quibus judicia constant, & recusari quoque judicem quasi suspectum non posse, nisi ante litem contestatam, ideo antequam daret hunc titulum de litis contestatione, exposuit, qui sint legitimi judices, qui litigatores legitimi tit. 3. 4. 5. 6. 7. & quotiens concurrunt in rem unam quæstiones plures à qua inchoandum sit tit. 8. Litis contestatio est ejus rei parte facta narratio in foro, vel testibus præsentibus. Quæ fit apud judicem narratio actoris, & contradictio sive responsio rei, *l. rem, §. patroni, sup. de jud. l. 2. §. 1. & §. sin autem reus, sup. de jurejur. prop. cal.* Dixi ex utraque parte, quod alibi cognitionaliter partibus comminus constitutis. Nam simplex postulatio, quæ fit μονομερῶς, & μονομερὴς αἴτησις dicitur à Græcis ad *l. 3. inf. de præs. 30. an.* litis contestatio non est. Simplicem postulationem dicit constitutio hujus tituli, & *l. ult. inf. de castr. & min.* eique merito conjungit appellationem. Nam & hæc introducitur μονομερῶς, *l. ult. ff. de cond. & dem.* Litis contestatio non fit μονομερῶς. Separatur etiam rectissime editio actionis à litis contestatione in constitutione hujus tit. unde patet horum titulorum differentia de edendo, de postulando, de litis contestatione.

IX. Enarratio.

QUæ litis contestatio est] Litis contestatio est initium litis, *l. amplius 15. ff. rat. rem hab. ibi, judicium tamen cœptum non fuerit*: quæ verba sic interpretantur Basilica: μὴ μέντοι ἡ δίκη προκατηρχθῇ : *lis tamen contestata non fuerit*.

Exceptionem dilatoriam] *L. exceptionem 9. inf. de probat. l. pen. inf. de exception. l. nemo 4. inf. de jurisdict. l. ita demum 13. sup. de procurat. l. si 52. ff. de judic.*

Et recusari quoque] *l. apertissimi supr. de judic. l. ult. inf. de sentent. & interlocut.*

Litis contestatio est] Græcus interpres ad cap. 3. A tit. 1. libri 7. Basilic. προκατάρξις ἐστὶ τῆς ὑποθέσεως, οὐκ ἡ ἔκδοσις τῆς ἀγωγῆς, οὐδὲ ὑπόμνησις, οὐδὲ ἡ μονομερὴς ἔντευξις: *Litis contestatio est narratio negotii: non editio actionis neque admonitio, seu conventio, neque ex una parte interpellatio.*

Vel testibus præsent.] Vide ad tit. 4. libri 11. & Cujac. lib. 9. Obs. cap. 21.

Narratio & contradictio] Glossæ Philoxeni: *lites contestatæ*: αἱ ἀρχὴν λαβοῦσαι ἐν δικαστηρίῳ δίκαι ἐξ ἀντικαθεστώτων.

Cognitionaliter, &c.] ἐκ διαγνώσεων: vide Cujac. Observ. lib. 4. cap. 32. & lib. 20. cap. 9. *l. ult. §. illud etiam inf. de tempor. & reparat. appellat. l. 3. inf. de fructib. & lit. expens.*

Nam simplex postulatio] *l. un. hoc tit.* B

Litis cotestatio non fit μονομερῶς] Est enim ex utraque parte facta narratio.

Editio actionis] Vide Observ. lib. 9. d. cap. 12.

TIT. X. *De plus petitionibus.*

NArratio actoris in litis contestatione, petitio est: eam vero omni ex parte veram esse oportet: alioquin plus petitio aut minus petitio est, de cujus periculo sunt in hoc titulo duæ constitutiones Græcæ à nobis proditæ & explicatæ alibi. Et tertia Latina, ut jus vetus, quo receptum erat causa cadere eum, qui plus debito peteret, etiam hodie valeat uno casu, si quis à debitore suo dolo malo cautionem exegerit majoris quantitatis, quam esset in debito, & ex ea cautione egerit, litemque contestatus fuerit. C Nam & si post litem contestatam paratus sit minuere petitionem, & agnoscere bonam fidem jus crediti amittit. Pœnitenti ante litem contestatam venia datur: itemque ei cui iterata cautione ultro debitor se in eandem summam obstrinxerit. Vis hæc est iteratæ cautionis, ut in Senatusconsulto Vellejano, ne subveniatur mulieri iteranti intercessionem post biennium, & in præscriptionibus temporum ne prosint iteranti cautionem.

X. Enarratio.

PLus petitio, aut minus petitio est] Interpretes græci ad leg. 9. ff. de in lit. jur. notant Jurisconsultum illis verbis, *eo pluribusve*; respicere ad veterem formulam ita concipi solitam: D *si paret rem ducentorum solidorum esse, vel etiam paulo minoris: actor enim minus vera quantitate dicebat propter periculum plus petitionis.* De plus petitione aut minus petitione vide *§. si quis agens 35. & seq. Instit. de action. & l. 2. hoc titulo.*

A nobis proditæ] Observat. lib. 12. cap. 21.

Vis hæc est iteratæ cautionis] Quæ secunda confessio in *l. 3. hoc tit.* δευτέρα ὁμολογία, in Basilicis.

In Senatusconsulto Vellejano] *l. si mulier 22. inf. ad Senat. Vellejan.* Si mulier, quæ pro alio intercessit, post biennium denuo se obligaverit, vel intercessorem præstiterit, beneficio Sc. Vellejani non juvatur: de iterato mulieris consensu, vide Nov. 61. cap. 1.

In præscription. tempor.] *l. cum notissimi 7. §. imo,* E *vers. Sed & si quis, inf. de præscript. trig. annor.* Interrumpitur præscriptio si debitor medio tempore debitum agnoverit, emissa nova cautione.

TIT. XI. *De dilationibus.*

POst litem contestatam, aut etiam in lite ipsa contestanda sæpe numero petuntur à judice dilationes instrumentorum, aut personarum exhibendarum gratia instruendi judicis, instruendæ intentionis suæ gratia, ut ex provincia codices afferantur, *l. argentarium, ff. de jud.* & decernuntur causa cognita pro tribunali, quod judicis sedile legitimum est, *l. 4. hoc titulo,* & secundum modum præscriptum oratione D. Marci, si petantur ex provincia ubi lis agitur, breviores, quam si ex continentibus provinciis; & continentibus provinciis, breviores quam ultra-marinis, *l. 1. & ult. hoc tit. l. 13. Cod. Theod. de ju. fis. l. 27. Cod. Theod. de app.* Notandum in consistorio principis dilationes non dari, *l. 5. hoc titulo,* quia scilicet imparati ad cognitionem principis, necdum instructi bene non admittuntur, *l. 1. inf. de relat.* & ita apud Julianum Imperatorem, ut Suidas refert, ἀναβολαὶ, οὐκ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἐκ διαμαρτανομένου εἰς τὸν χρόνον ὕποπτον ἦν. Sed & actori eadem ratione dilatio danda non est ex *l. 2. hoc tit.* trahenti rem ad incongruum judicem ex rescripto principis. Dilatio est prolatio diei.

XI. Enarratio.

DIlationes instrumentorum aut pers.] *l. 1. hoc titulo.*

L. 4. hoc titulo] In qua legendum: *non interpellatione planaira*, ut in vett. ἡ τῆς αἰτίας διάγνωσις ἐν βήματι πράττεται: *Causæ cognitio pro tribunali suscipitur*, Basilica libro 7. tit. 17. cap. 10.

Quia scilicet imparati] Michael Attaliotes in Regio codice: βασιλέως ἀκροωμένου οὐκ ἔξεστιν αἰτεῖν προθεσμίαν: ἐμπαρασκεύαστοι γὰρ ὀφείλουσιν εἶναι οἱ παρὰ τῷ βασιλεῖ διαγινωσκόμενοι. *Cum enim princeps de causa cognoscit, dilationem petere non licet, quia parati ad cognitionem principis venire debent: ex d. lib. 7. Bas. titulo 17. c. 15.*

Ad incongruum judicem] In *l. 2.* ad extraordinarium judicem, alienum judicem, εἰς ἄλλον φόρον, in aliud forum.

TIT. XII. *De feriis.*

Vide tit. 12. lib. 2. ff.

UT intra tempora datæ dilationis cessant partes judicis, *l. 2. sup. tit. prox.* ita intra tempora feriarum. Nam & feriæ nihil aliud sunt quam dilationes judiciorum & litium omnium. Vel dies quieti à litibus, induciæ, pax, ut Papinius de feriis ait. *Et pacem piger annus habet.* Vel, tempus mutum à judiciis: quod & in feriis imperandis, ut Cicero scribit 1. de divin. nominatim adjiciebatur, scilicet ut cives litibus & jurgiis abstinerent. Ex his aliæ sunt solemnes, ut dies cultui divino dedicati, ut messes & vindemiæ, quibus deputantur menses duo, *l. 7. hoc tit.* æstivis, ut ait, fervoribus mitigandis, & autumni fœtibus decerpendis. Sic legendum, ut illo versu Asclepiadis: Mox autumnali redolet vindemia fœtu. Aliæ sunt repentinæ, veluti ob res prospere gestas, quæ à solo Imperatore indicuntur, & ob id appellantur imperiales, *l. 3. hoc tit.* mutato nomine veteri imperativarum, quæ à Coss. aut prætoribus imperabantur, *l. sed & si, §. si feriæ, ff. ex qui. cau. maj.* Videntur & quæ Senatui dantur ut sit hodie, esse imperiales. Sic enim Theodosius scribit ad Scoatum *Nov. ne decur. ad sen. dig. asp.* Otio frui vos quodam tempore patimur, ne labore videamini fatigari continuo. Dixi ferias dilationes esse, ut *d. l. 7.* feriis jura differri. Veteres res proferri dicebant, Lucanus ad Pisonem: *Si quando judice fesso Turpida prolatis tacuerunt jurgia rebus.* Porphirio in Horatium: *Solent principes civitatis negotiorum dijudicatis juribus, vel prolatis rebus ociosa mente, urbem relinquere.* Horatius ipse dixit, *rebus omissis.* Cæterum feriæ dilationes sunt omnium litium. Dilationes superioris tituli, unius rei litisve: & vicinitatis igitur feriarum & dilationum evidens ratio, cum & in Digestis unus sit titulus de feriis & dilationibus, eo etiam adhibito, quod habetur, *l. 3. sup. tit. prox.* ferias computari concessarum dilationum temporibus, ut appellationum temporibus in *l. 1. hoc tit.*

XII. Enar.

XII. Enarratio.

Dies quieti à litibus] M. Tullius 2. de leg. *Feriarum, festorumque dierum ratio quietem habet litium, & jurgiorum.* D. Ambrosius in s. Pauli ad Corint. c. 6. *Aut judicem publicum, qui dici solet: hodie dies sacrorum est, qui dici non potest. Quies feriata.* D. Cyprianus epistola 1. Scholiastes Horat. ad od. 14. lib. 3. *Pro festivitate dierum feriæ indicebantur, & abstinebant à litibus: ἄδικος ἡμέρα, καθ' ἣν οὐ προτεῖται δίκη,* Eustathius ad Odyss. 4.

Induciæ, pax] Sic Varro antiq. re.human. libro 19. *Induciæ sunt pax castrensis, induciæ belli feriæ.*

Ut Papinius] Libro 4. Syl. ad Marcell.

Solemnes] *l. 3. sup. tit. prox.*

Ut dies cultui divino dedic.] Ut dies Dominicus, dies Paschales, & alii qui recensentur in *l. 6. & ult. h. tit.* de quibus ad collectionem Balsamonis: vide Glycam p. 367. edit. reg.

Ut messes, & vindemiæ] Suetonius Julii cap. 32.

Minutius Felix in Octavio: *Ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant.* S. Cyprianus in epist. 2. ad Donatum. *Quum indulgente vindemia solutus animus in quietem solemnes acstatas anni fatigantis inducias sortitur.* Fulbertus epist. 58. *Messivæ feriæ &c.* & epist. 39. *Ipsi vero responderunt, se messivo tempore occupatos, lites ad præsens agitare non posse:* vide cod. LL. Visig. lib. 2. cap. 11. Sed & diebus vindemialibus feriæ erant à studiis. Divus Augustinus Confession. libro 10. cap. 51.

Æstivis, ut ait, fervoribus] In codice Brodæi: *Æstivis fervoribus mitigandis, & autumno fœtibus decerpendis.* Sic etiam Menagii codex, & Stuvecchii, ut ipse testatur in Electis ad librum 2. Arnobii.

Ne labore videamini fatigari continuo] Seneca de tranquillit. animi cap. ult. ad finem: *Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum.*

Dixi ferias dilationes esse] Cum lites feriis nimium differrentur, Manuel Comnenus Imperator edixerat, ut dies quidam toti festi essent, quidam vero in meridiem usque, & intercisi: & peracto sacro, judices juri dicundo operam darent, ut scribit Joannes Cinnamus historiarum libro 4. quod desumpsum est ex Nov. ejusd. Comneni de dieb. totius anni, &c.

Veteres res proferri dicebant] Plautus in Captiv. Act. 2. Sc. 2. *Prolatis rebus parasiti venatici sumus, quando res redierunt, molossici.* Vide Cujacium libro 7. Observat. cap. 26.

Lucanus ad Pisonem] In Panegirico.

Horat. ipse reb. omissis] Epist. v. lib. 1. vide Suetonium Augusti cap. 32. Per contrarium res agi dicuntur, cessante justitio.

TIT. XIII. *De jurisdictione omnium, judicum, & de foro competendi.*

Vide tit. 1. lib. 2. ff. & lib. 5. tit. 1.

Quia ante litem contestatam, vel tempore litis contestatæ opponenda est præscriptio fori, *l. 4. hoc tit. l. ult. inf. de excep.* ideo titulo de litis contestatione non longe adjicit titulum de jurisdictione, & de foro competenti. De jurisdictione eadem fini quæ de foro competenti, ut sciatur cujus sit jurisdictio, id est, quis sit judex competens, quod forum judicium ve competens, & longe alia fini, quam in Digestis, in quibus titulo de jurisdictione hæc præcipue tractantur, quæ sint jurisdictionis, quæque adeo possint mandata, aut concessa jurisdictione, ad alium transire, & quemadmodum contempta jurisdictio magistratus vindicetur, & quod habuimus

A tit. v. ne quis sibi jus dicat; & de modo jurisdictionis, & aliquid de officio judicis *l. 1.* quod sane latius patet, quam jurisdictio. Nam ea etiam complectitur in quibus nulla jurisdictio consistit, & quæ legis potius, quam jurisdictionis sunt. De foro autem competenti est in Digestis secunda pars tituli de judiciis. Porro jurisdictio, & forum est solius magistratus: judices enim dati nec forum, nec jurisdictionem habent. Jurisdictio igitur est notio, quæ jure magistratus competit. Definitio est jurisdictionis ordinariæ: Nam extraordinariam etiam ii, qui non sunt magistratus, habent, veluti præf. annonæ, & præf. vigilum, *l. 2. §. sane præfectus, ff. de orig. jur. l. 7. ff. de off. proc.* Vel si vis omnem complecti, jurisdictio est notio, quæ jure magistratus, vel ex mandato magi-

B stratus, vel extra ordinem competit. Forum autem est locus publicus in quo magistratus jus dicit, vel judicat, & ex constitutione *l. 2. sup. de ped. jud.* judicat magistratus, & forum agit de omnibus causis, nec nisi perraro Judices dat: neque vero improbes, ut quidam, quod Isidorus dixit Forus, non forum. Nam & Lucilius, & Pomponius Atellanarius, & Marius Victorinus sic loquuntur. Competens autem forum .i. proprium, & congruum, ubi reus ab actore conveniri debet, quacunque de re agatur, puta ubi domicilium reus habet, vel ubi tempore contractus habuit, *l. 2. hoc tit.* Cujus contrarium forum alienum, incompetens, incongruum: & judex similiter, aut competens, aut incompetens, & incongruus, *l. 5. hoc tit. & Nov. Martiani uem. exh. de pro. ad rom.* Et no-

C tandum incompetentem litis contestatione competentem fieri, *l. 4. hoc tit. l. 1. tit. 15.* vel si partes se ejus jurisdictioni subjiciant, & consentiant, *l. 1. hoc titulo, l. 14. ff. eod. l. 1. ff. de jud. l. ille, à quo §. pen. ff. ad Trebel. l. inter, ff. ad munic.* Dico jurisdictioni: Nam non habenti jurisdictionem privato homini qui se subjiciunt, nihil agunt, *l. 3. hoc tit.* Item si quis incompetens extra ordinem rescripto principis judicare jubeatur inter aliquos, *l. 2. supra de dilat.* Nam, ut Paulus ait v. Sent. *res judicatæ videntur etiam ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur.* Dixi ex rescripto: Nam sine rescripto actor, qui reum invitum trahit ad judicem incompetentem, forsitan fretus executione militari, causa cadit, reus pro damnato habetur. *l. 5. hoc tit.*

D

XIII. Enarratio.

Nam ea etiam complectitur] Officium judicis ea complectitur, quæ jurisdictionis non sunt, sed legis veluti tutorem pupillis non habentibus constituere, *l. muto 6. §. pen. ff. de tutel.* dum ait, tutoris dationem neque imperii esse, neque jurisdictionis, sed ei soli competere, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel SC. vel Princeps.

Porro jurisdictio, & forum est sol. magistr.] Princeps magistratus non est, sed celsior, & augustior est magistratu. Tiberius apud Tacit. annal. 3. *Non ædilis aut prætoris, aut consulis partes sustineo, majus aliquid, & excelsius à principe postulatur.* Nicephorus Blemmi-

E das in procemio Epitomes logicæ: *ἡ βασιλεία τῶν ἀξιῶν ἐξία, ἢ ὑπερεχὴ τῶν ὑπεροχῶν:* & ideo jurisdictionem non habet, sed cognitionem extraordinariam. Qui jurisdictionem habent, & mistum imperium habent: nam jurisdictioni cohæret, *l. 3. ff. eod.* Qui merum imperium habet, non continuo jurisdictionem habet: nam & privato competit, si lex, aut Senatusconsultum ei nominatim concesserit. Imperium merum, est habere gladii potestatem, *d. l. 3. ἐξουσίαν θανάτου* vocat Joannes Archiepiscopus Thessalonicensis de Christi resurrectione. *Gladius*, inquit, sanctus Hilarius in Commentario in Matthæum cap. 20. *telorum omnium acutissimum est, in quo sit jus potestatis: & judicii severitas, & animadversio peccatorum:*

Nec

Nec forum, nec jurisdictionem] *l. ultim. supra ubi & apud qu. cogn. restit.*

Jurisdictio igitur est notio] Hesy: γνῶναι interpretatur κρίνασθαι. Notionis autem nomen generale est, *l. ait prætor, ff. de re judic. l. notionem 99. ff. de verbor. signif.* quod complectitur tam jurisdictionem quam magist. habent quam cognitionem litis certæ, quam habent judices pedanei. Cætera separant jurisdictionem ab iis, quæ non jure magistratus competunt, sed jure legis, *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdictio*: & à notione, quæ competit iis qui non sunt magistratus, veluti judicibus pedaneis.

Vel ex mandato magistratus] Et is cui mandata jurisdictio est, fungitur vice ejus, qui mandavit, non sua, ut est in *l. solet 56. ff. de jurisdict.* id est alienam jurisdictionem exequitur, *l. 3. ff. de offic. ei. cui mand. est jurisdict.* & ideo ab eo cui mandata est jurisdictio, provocandus non erit is qui mandavit, sed qui provocaretur ab eo qui mandavit: à judice autem delegato provocatur ipse qui dedit, *l. 1. §. ultim. & l. ultim. ff. quis & à quo appelles.*

Forum est locus publicus, &c.] Nonius Marcellus: Fora neutro genere loca sunt quibus jus dicitur. Festus Pompejus in v. forum: *Forum in quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent.* Scholiast. Horat. ad Epod. 2. *Forum proprie heic dicitur publicus conventus ubi lites aguntur & dijudicantur.*

Quod Isidorus dixit] Libro 18. Origin. ut concilii Suessionensis can. 6. Glossæ: ἀγορά, ὁ φόρος, *hic forus.*

Nam & Lucillius] Apud Sosipatrum Charisium Grammaticæ libro 1. & Nonium in *v. forum.*

Pomponius Atellanarius] A. Gellius ca. 10. Macrobius 1. Saturn. 1. cap. 10.

Marius Victorinus] Artis Grammat. lib. 1.

Et forum agit] Festus in ead. voce: Forum, cum is qui provinciæ præest, forum agere dicitur, cum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit, M. Tullius lib. 3. Epistolarum ad familiares 6. *Qui te forum Tarsi agere dicerent*: & lib. 5. ad Atticum 16. *In ultimam provinciam se conjecit Tarsum usque: ibi forum agit* v. Casaubonum ad Theophrasti charact. cap. περὶ ἀπονοίας.

For. agit de omn. c.] Cognoscit.

Nec nisi perraro jud. dat.] *l. 2. sup. de pedan. judicib.*

Ubi reus ab actore] *l. 2. hoc t. l. 3. inf. ubi causa stat.*

Cujus contrarium forum alienum] Asconius Pedianus in Divinat. *Alii alienum non nomen proprium putant esse, sed alienum, & alterius judicii: & non ex auditorio Prætoris*: & paulo post: *Hinc apparet, etiam supra, alienum, alieni judicii hominem significari, l. 2. supra de dilation.*

Competentem fieri] Nam ubi semel judicium cœptum est, ibi finem accipere debet, *l. ubi 30. ff. de judic.* Cæterum extra territorium jus dicenti impune non paretur, *l. ult. ff. de jurisdict.*

Judicare jubeatur inter aliq.] Et hic judex fiet competens.

Nam ut Paulus ait v. Sentent.] Titulo v.

Nam sine rescripto] Sine cœlesti oraculo, *d. l. 5.* δίχα θείας ἀντιγραφῆς: *sine rescripto*, Basilica.

TIT. XIV. *Quando imperator inter pupillos vel viduas vel miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur.*

Immo nec rescripto principis extra ordinem pupilli, viduæ, infirmi & qui perpetuo morbo laborant è foro competenti ad Comitatum principis exhiberi possunt, ut cavetur constitutione tit. bujus & adjiciunt Græci rationem ἐπειδὴ τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ τὰ τοιαῦτα πρόσωπα σκύλλεσθαι ταῖς ὁδοῖς. Contra tamen his personis licet adversarios suos impetrato rescripto evocare in aulam sive comitatum principis: & hujus rei exemplum est in epistolis Theodorici Regis apud Cassiodorum 4. Var. Ipsæ igitur rescripto evocare; non evocari possunt. Ex superiori *Nov. Martiani*, nemo de suo foro exhibetur ad comitatum, quod observari sane æquissimum, & non observari iniquissimum est, si quæ ætas ferat ordinarios judices probos & religiosos juris. Ex hac constitutione certæ tantum personæ huic observationi causam præbent, aliis ex rescripto evocandi judicii jus potestasque est. Miserabiles personas dicit non pupillos aut viduas, sed debiles & valetudinarios, qui ope aliena indigent, & miserabiles non miseras. Miser enim à Græco μυσαρὸς, & μυσαρὸς semper dicitur in malo. Hieronymus adversus Jovinianum: Miseræ potius quam miserabiles.

XIV. Enarratio.

Pupilli] Pupillus est, qui desiit in patris potestate esse morte aut emancipatione, *l. pupillus 239. ff. de verbor. sign.* Basilica: pupillus est impubes sui juris. Itaque heic pupillum interpretantur ἄνηβον, *impuberem.*

Vidua] Viduas dicimus non solum, quæ aliquando nuptæ fuerunt, sed & eas mulieres quæ virum non habuerunt, *l. malum 242. §. viduam, ff. de verb. sign.* & ita viduas Azo heic accipit.

Pupillus apud Græcos modo significat eum qui utrumque parentem amisit. Hesychius, ὀρφανὸς, ὁ γονέων ἐστερημένος. Magnum Etymologicum: ὀρφανὸς, ὁ μὴ γονεῖς ἔχων: modo eum, qui patrem duntaxat, ut in epitaphio Demosthenis: modo eum qui matrem tantum. Euripides Theseum ita loquentem inducit: ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται: *Domus est deserta, & liberi sunt orphani*: nam uxor ejus mortem sibi consciverat.

Ego puto pupillum heic esse eum qui patrem amisit, & viduam eam quæ virum, Esajæ cap. 1. vers. 17. κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν: *judicate pupillo, & justificate viduam*: ad quem locum eleganter S. Basilius: διὰ τὸ εὐκαταφρόνητον τῆς ἡλικίας, ὅτι εἰς κρίσιν ἀγαγεῖν τοῖς ὀρφανοῖς τοὺς ἀδικοῦντας ῥᾴδιον· κρίνατε οὖν τοῖς ὀρφανοῖς τοῖς ἐστερημένοις τῶν συνηγόρων, ὥστε ὑμῶν αὐτοὺς τὸ ἐκ τῆς ἡλικίας ἐνδέον ἀναπληρώσαντες. *Nimirum quod tenera hæc ætas facile contemptui pateat, nec admodum proclive sit orphanis ad judicium provocare in se injurios. Judicium igitur pronuntiate secundum pupillos, qui tuendæ causæ patronis destituti sunt, quod ipsis deest per ætatem, vos ipsi suplete*: & paulo post, de viduis: καὶ τοῦτο δὲ δεθῆναι ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὸν βίον ἐλαττουμένη ἐστὶ πρόσωπον· εὐπαθὲς γὰρ τοῖς βουλομένοις ἀδικεῖν ἡ χήρα· ὅθεν πανταχοῦ ἀντιλαμβάνεσθε τὸ ὀφειλόμενον δίκαιον ἀποδιδόντες αὐτῇ, καὶ μάλιστα ἐὰν ὄντως ᾖ χήρα ἡ μεμονωμένη ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπικουρίας. *Hæc etiamnum persona in multis eorum, quæ ad vitam hanc exiguntur, propter sexus infirmitatem detrimenta accipit: Patet enim & exposita est cuivis illam volenti incessere injuriis: Quare opus omnino est, ut sint qui exporrecta auxiliari manu jubeant ei restitui jus debitum, idque maxime si prorsus vidua fuerit destituta omni humano patrocinio.* Quæ verba fere exscripsit Olympiodorus, ut refert Nicetas in Catena in Jobum, capite 17. Hoc igitur favorabiliter præstatur pupillis & viduis, ut rescripto principis in aulam evocari non possint, ipsi autem possint evocare.

Ad comitatum principis] Glossæ Nomicæ: κομιτάτον, ὁ τόπος ἔνθα ὁ βασιλεὺς διάγει: ex Glossis Basilic. lib. 7. tit. 3. Synodus Carthagin. can. 109. οἱ ἐπὶ τὸ κομιτάτον πορευόμενοι *qui in comitatum proficiscuntur.* Balsamon: εἰς τὸ κομιτάτον ἤγουν ἔνθα ἐστὶν ὁ κόμης ἤτοι ὁ βασιλεύς: *in comitatum, id est, ubi comes est, sive princeps.* S. Epiphanius contra Ebion. ἐπὶ τὸ κομιτάτον.

Et adjiciunt Græci rationem] Basilic. libro 7. tit. 3. cap. 37.

Ταῖς ὁδοῖς] Quoniam iniquissimum est, personas ejusmodi itineribus vexari.

Apud Cassiodorum 4. var.] Epist. 9.

Ex

Ex super. Nov. Martiani] *Neminem exhib. de pro. ad comit.* A

Non pupillos aut viduas] Miserabilium personarum nomine pupillos etiam aut viduas contineri quidam putant decepti titulo ita concepto contra fidem veterum codicum, ut Brodæi & aliorum : *& alias miserabiles porsonas* : quem errorem secuti sunt alii. Guillemus Episcopus Parisiensis Statotorum Synodalium capite 4. *Prohibetur sacerdotibus ne officium advocationis exercere præsumant, nisi forte in causa Ecclesiæ suæ, vel pro miserabilibus personis pupillis & viduis parochianis, quibus honeste deesse non possunt.*

Jus potestasque est] Maxime cum alicujus (provincialis) potentiam reformidant, ut est in *l. un. hoc titulo*.

Debiles] Basilica, *ἢ τινα πάθει κατεχόμενον, ἢ ἄλλως ἀκρωτηριασμένον τὸ σῶμα : morbo laborantem, aut alias corpore mutilum*, ut Matthæi cap. 18. 8. *χωλὸν, ἢ κυλλὸν* : vetus intespres : *debilem vel claudum*. B

Miserabiles non miseras] Quidam sunt miseri & miserabiles : vetus interpres Apocalyps. c. 3. v. 17. *Quia tu es miser & miserabilis.* Lactantius de vero cultu c. 10. *Miseros atque miserabiles, qui stultitiam suam literis memoriæque mandaverunt.* Didymus de Spiritu sancto libro 3. ad finem ex interpretatione D. Hieronymi : *Miseri atque miserabiles, &c.* Quidam miseri non miserabiles. Sidonius 1. 7. *Miser nec miserabilis erat.* Joannes Saresberiensis de nugis Curialium lib. 1. cap. 5. *In miseram etsi non miserabilem incidunt egestatem.*

Adversus Jovinianum] lib. 2. cap. ult. & in Matthæum cap. 26. *Miser Judas, & tamen non miserabilis.* C Quidam non miseri sed miserabiles, ut heic *μιαρὸς* est scelestus, sceleratus.

TIT. XV. *Ubi de criminibus agi oportet.*

SUnt etiam sequentes tituli usque ad 27. omnes de foro competenti : Nam per singulas causas explicatur, quod cujusque sit forum judiciumque competens, ac primum hoc tit. si causa criminalis sit ostenditur, ejus loci forum esse competens, ubi reus crimen admisit, ut nominatim etiam de militibus cautum est, *l. 2. tit. 23. l. 3. ff. de re mil.* & de clarissimis, *l. 1. tit. 24.* & de hominibus divinæ domus, & Cæsarianis, *l. 8. 9. 10. tit. 26.* vel ubi lis contestata est, quod significatur verbo, inchoatæ, in *l. 1.* Nam post litem contestatam non est jus revocandi forum. D Vel ubi reus domicilium habuerit, aut deprehensus fuerit, ut *l. 1. tit. 23.*

XV. ENARRATIO.

UBi reus crimen admisit] *L. 1. hoc tit. l. ult. ff. de noxal. act. l. 7. §. pen. & l. ult. ff. de accus. Nov.* 69. c. 1. Libanius declamatione 17. *τὰς τιμωρίας δεῖ προστίθεσθαι παρ' ὑμῖν, οὓς ἠδικήκασι : Pœnas exigi oportet apud nos quos læserunt.* Symmachus lib. 9. 123. *Facinus ubi admissum est, debet expiari.* Sanctus Cyprianus in epistola LV. *Nam cum statutum sit omnibus nobis & æquum sit pariter ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum.* E Utuntur in hanc rem Aniani verbis ad tit. Cod. Theod. de acc. Sixtus 3. epistola 3. & Carolus 51. Imp. apud Hincmarum Remensem Episcopum opusculo 47. num. 17. & Damasus PP. in epistola 8. nisi subdititia est : quod magis puto. Verba auctoris hypobolimæi hæc sunt : *Antiqua docet hoc patrum regula, in qua & Imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, ubi crimen admissum est : nam alibi criminum reus prohibetur audiri, &c.*

Verbo inchoatæ] ut in *l. ult. sup. tit. 10.* ante inchoatam litem, id est, *πρὸ τῆς προκατάρξεως*, ante litem contestatam, Basilica : & ita etiam Azo heic in Summa Basilica : *ὅπου ἤρχθη ἡ περὶ αὐτῶν δίκη : ubi judicium de his inceptum est* : ut judicio cœpto in *l. 1. sup. de judic.* conjuncta Basilicῶn interpretatione, & in *l.* apertissimi 16. eod. *antequam lis inchoetur, id est, ante litem contestatam.*

Jus revocandi forum] *l. nemo 4. sup. de jurisd. om. jud. l. ult. inf. de exception. seu præscription.* nam qui litem contestatus est, forum approbavit.

Vel ubi reus domicilium hab.] *l. 2.* vide ad tit. 3. lib. 9.

Aut deprehensus sit] *ὅπου συνελήφθησαν οἱ ταῦτα ἡμαρτηκότες*, Basilica : *ubi deprehensi sunt, qui hæc admiserunt.* Ubi reperiuntur, *l. 1.* licet ibi domicilium non habeant, ex sententia veterum interpretum : & ubicunque igitur reperiuntur. Nec vera est Glossæ & Odofredi interpretatio, reos ibi conveniendos ubi reperiuntur, si ibi domicilium habeant.

TIT. XVI. *Ubi de possessione agi oportet.*

COnstitutio hujus tit. & de causa criminali est, & de causa possessionis sive momenti, Nam si per vim dejectus quis sit possessione prædii, & de vi quæri ait criminaliter lege Julia ubi vis facta est, & de possessione momentaria similiter per interdictum unde vi.

XVI. ENARRATIO.

LEge Julia] *l. 1. §. 2. ff. de vi & vi arm. l. 4. infra, unde vi, §. reciperandæ, Instit. de interd.*

Ubi vis facta est] Ubi igitur res sita est.

Et de possessione] In ea provincia agitur, ubi res sita est, aut ubi domicilium habet, qui de possessione convenitur, sive ut est in Basilic. *ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐπαρχίᾳ κινεῖται καθ' ἣν τὸ πρᾶγμα διάκειται, ἢ δεσπόζεται οὗτος ὁ περὶ τῆς νομῆς ἀγωνιζόμενος.* Puto legendum, *ἢ δ. aut ubi dom. h.* & fortasse mendum typographicum est. Sed tam de vi, quam interdicto unde vi ibi agi ubi vis facta est, Cujacius censet.

Momentaria] v. *sup. tit. 6.*

TIT. XVII. *Ubi fideicommissum peti oportet.*

CAusa autem fideicommissi, sive res petatur, sive cautio, disceptatur ubi hereditas, aut major pars hereditatis est, vel ubi heres, aut fideicommissarius Trebellianus domicilum habet, etiamsi res ibi non sit cujus fiet restitutio, ut ostenditur, *l. 10. & seqq. ff. de rei vind.* vel ubi res est per fideicommissum relicta, quod idem & de legato dici potest, & de credito hereditario : Nam heres sequitur forum defuncti.

XVII. ENARRATSO.

SIve cautio] Legatorom vel fideicommissorum causa, *l. 5. §. penult. ff. ut legator.*

Ubi hereditas] *l. un. hoc tit.* id est, ubi res hereditariæ existunt.

Aut major pars hereditatis] *l. si fideicommissum 50. & l. sed etsi 52. §. penult. ff. de re judic.*

Aut fideicommissarius Trebell.] Cui restituta est hereditas ex Sc. Treb.

Domicilium hab.] *d. l. 50. §. 2.*

Vel ubi res est per fideic. relicta] *l. quod legatur 38. ff. de judic.*

Quod idem ex delegato dici potest] Ut heres legati nomine conveniatur ubi hereditas est, vel major pars hereditatis, vel ubi heres domicilium habet. Sed postquam legata exæquata sunt fideicommissis, utique sine dubio idem obtinet in legatis quod in fideicommissis: & ideo lex unica hoc tit. sic Græce expressa est in Basilicis : *τὸ ληγάτον ἐκεῖ ἀπαιτεῖται, ἔνθα ἡ κληρονομία διάκειται : legatum ibi petitur ubi hereditas est.*

Nam heres seq. for. def.] *l. heres 19. ff. de judic.*

TIT.

TIT. XVIII. *Ubi conveniatur, qui certo loco dare promisit.*

QUod certo loco dari oportet, non eo tantùm loco petitur rectè, sed etiam alio citra periculum plus petitionis, dummodo mentio fiat ejus loci quo dari debuit, quæ actio dicitur arbitraria, & à Græcis *ἐξοραστικὴ*, quod in ea judicis arbitrio æstimetur quanti actoris intersit suo loco pecuniam solvi, id est loco condicto, conventoque, si per reum mora fuerit, quo minus suo loco solveret, *l. centum, l. ult. ff. de eo quod cer. lo.* vel quanti intersit rei si per reum mora non fuerit, vel si per actorem mora fuerit quo minus loco convento oblatam pecuniam acciperet, *l. 2. in pr. & §. ult. ff. eod.*

XVIII. ENARRATIO.

SEd etiam alio] Quid enim si ad eum locum in quem daturum se promisisset nunquam accederet dolo malo, vel alio loco necessario destringeretur, *l. 1. ff. de eo quod cer. loco.*

Citra periculum plus petit.] Nam plus loco petitur: qui autem plus petit causa cadit, *§. plus autem, Instit. de action.*

Dummodo mentio fiat] Loci commemoratio actionem ex stipulatu, quæ stricta est, arbitrariam facit. Licet igitur qui certo loco dari promisit subtili jure conveniri non possit, si alio loco inveniatur, tamen arbitraria actione utiliter convenitur, Basilica *lib. 7. tit. 5. cap. 81.* Græca verba ita converte. *Qui certam pecuniæ quantitatem Ephesi se soluturum promisit, licet subtili jure actione ex stipulatu conveniri non possit, tamen actione arbitraria tenetur.*

Quid ergo an quocunque loco promissor conveniri poterit? Sic videtur Placentino, Sed magis placuit congruo loco conveniendum esse, puta, ubi reus domicilium habet: in qua sententia est Azo in Summa, Joannes Faber & alii.

Porro actio arbitraria in actionibus bonæ fidei locum non habet, *l. 7. ff. de eo qu. cer. lo.* quasi hoc insit bonæ fidei actioni, ut actio loco peti possit quod debetur.

Quæ actio dicitur arbitr.] In *l. un. hoc tit. l. 2. & l. centum 8. ff. de eo qu. cer. lo. §. præterea, Instit. de action.*

Et à Græcis *ἐξοραστικὴ*] Basilic. lib. VII. tit. V. c. LXXXI.

Judicis arbitrio] Et hoc est, quod ajunt Græci, *ἐν τῇ ἀρβιτραρίᾳ σκοπεῖσθαι τὸ διαφέρον: in actione arbitraria spectari* id *quod interest.*

Quanti actoris] Hæc actio tam actoris quam rei utilitatem continet, *d. l. 2.* id est, judex æstimat quantum actoris intersit, vel rei alio loco solvi.

TIT. XIX. *Ubi in rem actio exerceri debeat.*

REi vindicatione agitur adversus possessorem ubi domicilium habet, vel ubi res sita est, *l. 10. ff. de rei vind. l. ult. inf. de præs. lon. tem.* idemque forum sequitur auctor & dominus possessionis, *l. venditor, ff. de judic. Novell. 69.*

XIX. ENARRATIO.

ADversus possessorem] *l. 1. & ult. hoc tit.*

Ubi res sita est] *l. ultim. vers. Sed & in locis, hoc tit. l. quod legatur 38. §. ult. ff. de judic.*

Sequitur auctor] Auctor sive venditor sequitur forum emptoris, cui rei emptæ controversia fit, quique venditori denuntiavit ut liti adesse. Glossæ: *πρατήρ, auctor, venditor.*

Dominus possessionis] Possessor, cui ex causa venditionis res tradita est.

Novell. LXIX.] Capite 1.

TIT. XX. *Ubi de hereditate agitur, & ubi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.*

ET simili modo petitione hereditatis agitur adversus eum qui eam, vel quid ex ea possidet pro herede vel pro possessore ubi is domicilium habet, *l. si suspecta §. ult. ff. de inoff. testam.* vel ubi sunt res hereditariæ, de quibus agitur, si ibi reperiatur possessor, ut indicat Constitutio hujus tit. Semper cum dicitur, ibi forum esse competens ubi res est, sic exaudiri debet, si & ibi reus inveniatur: alioquin iniquissimum esset ex domicilii loco extrahi eum ad locum quo sitæ res, quia non sine magno detrimento à rebus nostris revocamur. Heres autem scriptus cui sit controversia hereditatis, ibi postulat se mitti in possessionem rerum hereditariarum ex edicto D. Adriani, vel hodie ex edicto Justiniani, ubi sunt res hereditariæ interim salva petitione hereditatis: nam & si de possessione agatur ex interdicto uti possidetis, ejus præsidis notio est, qui eam provinciam regit in qua sunt res hereditariæ: & conjungenda est cum Constitutione hujus tit. *l. 2. infra de interd.*

XX. ENARRATIO.

VEl quid ex ea possidet] Qui vel rem hereditariam possidet, *l. regulariter 9. ff. de petit. heredit.* vide infra tit. 31.

Si & ibi reus inveniatur] Aliter Glossa, dissentiente Fulgosio, qui putat legem ultimam supra tit. prox. ex hac tanquam posteriore interpretandam esse, id est, non continuo conveniendus est reus ubi res sita est, nisi & inveniatur. Auctores Basilic. non videntur percepisse hanc legem, cum ita vertunt: *οὐδὲ τὴν κληρονομίαν ἀπαιτεῖν ἀγωγὴν βούλεται κινῆσαι, ἢ ὅπου τὴν οἴκησιν ἔχει ὁ ἐναγόμενος, ἢ ὅπου ἡ κληρονομία διάκειται, κινείτω. Si vero hereditatem petere velis, aut ubi reus domicilium habet, aut ubi hereditas est, agatur:* quasi de hereditate agatur ubi possessor domicilium habet vel ubi res hereditariæ sitæ sunt, nec necesse sit eum ibi reperiri: videntur igitur hic legisse in *l. 1. hoc tit.* ubi domicilium habet qui convenitur, vel ubi res hereditariæ sitæ sunt.

Non sine magno incommodo,] *l. 7. D. quemad. testam. aper.*

Ex edicto D. Adriani] de quo lib. 6. 36.

TIT. XXI. *Ubi de ratiociniis tam publicis quam privatis agi oportet.*

ACtione tutelæ, negotiorum gestorum, mandati, pro socio plerunque agitur ut reddatur ratio administrationis, de calculis, de ratiociniis. Ubi igitur de ratiociniis agi oportet .i. ubi tutelæ, vel negotiorum gestorum, vel mandati, vel pro socio, vel in factum ex edicto de edendo agi oportet. Fabius 7. Tutelæ, inquit, in quo judicio solet quæri, an alia de re quam de calculis cognosci oporteat. Et rectè definitur, ibi reddendas esse rationes, ubi negotia gesta sunt, quod scilicet ibi suppetat totius rei instructio amplior; idemque esse si rationes militares ab eo exigantur, qui fuerit tribunus numeri; vel ab alio deposita militia. Et rectè Theodosius in *Nov. 2. de amo. mil. fo. præs.* veteres leges specialiter fori præscriptionibus & contractus, & negotia gesta, & delicta subtrahere.

XXI. ENARRATIO.

TUtelæ, &c.] *l. 1. hoc tit. l. heres 19. §. 1. ff. de judic.*

Vel in factum] In argentarium actio in factum proposita est de edendis & reddendis rationibus, *l. quædam 9. ff. de eden.*

Ta-

Fabius 7.] Capite v.

Instructio amplior] *l.*2. ibi rei veritas facilius probatur. Basilica.

Si rationes militares] Apud magistrum militum rationes reddet. Basilica.

Deposita militia] Post depositum cingulum, *l.* 2. *ζώνω στρατιωτικῷ: ἀποθέμενος τὴν ἔνοπλον στρατείαν: post depositam militiam armatam.* Basilica.

Et contractus] Forum sortimur ratione contractus, *l. heres absens*, *§.* 1. *& sequ. ff. de judic. l.* 2. *supra de jurisdict.*

Negotia gesta] *d. §.* 1. *& l.* 1. *hoc tit.*

Et delicta] *l.* 1. *infra ubi senat.* vide supra tit. xv.

TIT. XXII. *Ubi causa status agi debeat.*

STatus hominis est conditio libertatis aut servitutis, & conditio libertatis, quæ & status capitis dicitur, vel libertinitatis, vel ingenuitatis. Causæ autem status actiones præjudiciales sunt, quas secundum regulam generalem actor intendit in foro rei .i. ubi reus domicilium habet, vel ubi consistit. Et reus est in causis status, qui ex libertate in servitutem, vel in libertinitatem petitur, vel etiam adversus quem ex servitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem proclamatio fit. Neque vero alius est locus quo agi possit status causa, neque notio est aliorum quam præsidum in provinciis, vel procuratorum Cæsaris, si agatur inter fiscum & privatos causa libertatis & servitutis (sic legendum l. pen.) non, si ingenuitatis, *l.* 2. *sup. de ped. jud. l. pen. infra ne de sta. def.* vel in urbe Consulum, *l. Divi*, *ff. de liber. cau. l.* 4. *si ing. esse dic.* vel prætorum liberalium, quibus privilegium fori nullum objici potest, *l. neque §. ult. ff. de fid. lib. l.* 4. *ff. si ing. esse dic.* (*) Exigit causa status maximos judices, *l. ult. hoc tit.* majores judices *l. non distinguemus §. de liberali, ff. de recep.* adeo ut nec pedaneis delegari possit, nec committi compromissariis: quin & præsidum olim de statu cognitio non fuit, *l.* 1. *supra de ord. jud.* quod confirmat Plinii junioris epistola ad Trajanum de assertione ingenuorum, nisi forte missi essent in provincias cum jure prætorio, vel jure proconsulari: nam proconsulum notio fuit de causis status, qui utique majores sunt quam præsides, nempe spectabiles, & præsides clarissimi.

XXII. Enarratio.

EST condicio libert. aut serv.] Homines enim aut liberi sunt, aut servi.

Vel libertinitatis vel ing.] Liberi enim homines vel sunt ingenui, vel libertini.

Præjudiciales sunt] Omnis causa status præjudicium appellatur. Vide librum VII. 16.

Id est, ubi reus domicilium habet] *l.* 2. *sup. de jurisdict.*

Vel ubi consistit] *διάγει*, *degit*, *l.* 3. *hoc tit.*

Et reus est in caus. stat.] *l.* 3. *&* 4. *hoc tit.*

Præsidum in provinciis] *l. cum status*, *inf. de ordine cognition.*

Causa libertatis & servitutis] In Codice Menagii & Brodæi, *libertinitatis*.

Prætorum liberalium] Quorum de liberali causa jurisdictio est, *l.* 1. *inf. si mancip. ita venier. ne prostit.*

Ut nec pedaneis] *d. l.* 2.

Nec committi compromissariis] *d. §. de liberali.*

Epistola ad Trajanum] *Lib.* 10. *epist.* 77.

Nempe spectabiles] *Vide sup. de offic. proconf.*

Et præsides clariss.] *l.* 1. *sup. de offic. jurid. Alex.*

Tom. II. Prior.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.* 2. *cap.* 1.

TIT XXIII. *Ubi quis curiali, vel cohortali, aliave conditione conveniatur.*

SUnt etiam quasi præjudiciales & quasi de statu actiones, quibus quæritur decurio quis sit necne; an curiæ muneribus obligatus, an agricola censitus, an ex cohorte præsidis, an ex corpore naviculariorum, pistorum, vel aliorum conditionalium, quæ ad notionem præsidis ejus provinciæ pertinent, in qua is qui curiæ aut cohorti, vel alii conditioni vindicatur, deprehensus fuerit, *l.* 1. *hoc tit. l.*2. *supr. tit.* 15. nisi malit actor eum remitti in eum locum, unde quasi fugitivus recessit, *l.* 1. *supra tit. prox.* Neque vero sub specie alterius militiæ quam armatæ, conditionario, vel debitori publico ad alium judicem licet revocare litem, non sub specie apparitionis magistri militum supra numerum, non sub specie apparitionis magistri officiorum. Dixi, ex cohorte præsidis, significans cohortalem conditionem: Sunt enim cohortales officia & apparitores præsidis, qui utique in provinciis erant perpetui, *l. præsidis*, *ff. de rebus cred.* huic ubi obnoxii ministerio, nec optati à præside, nec in provinciam perducti.

XXIII. Enarratio.

SUnt enim cohortales] *ταξεῶται* in Novell. 151. Macarius homilia 15. *οἱ διάκονοι τοῦ ἄρχοντος, καὶ οἱ ταξεῶται.* Vide Cujacium ad d. Novellam.

TIT. XXIV. *Ubi Senatores vel clarissimi civiliter, vel criminaliter conveniantur.*

CLarissimorum appellatio latissima est: nam & uxores & liberos Senatorum cujuscunque ætatis, vel sexus complectitur, & Senatores celsiores clarissimis, puta illustres, vel spectabiles. Alii quidem sunt Senatores omnis dignitatis expertes, *l.* 52. *&* 54. *Cod. Theod. de her.* & in hoc titulo igitur Senatores .i. Senatores sine dignitate, & clarissimi .i. Senatores cum dignitate, ut *l.* 1. *infra de mu. & cur. il. vel cla. per. & Nov.* 71. Conveniuntur autem Senatores, & clarissimi civiliter in urbe apud præf. prætorio, vel præf. urbi, vel magistrum officiorum adsentiente principe ex *l.* 2. & aliis Theodosii Constitutionibus, ut Symmachus refert in epistolis, quæ Senatorum controversias transferri à foro præfecturæ urbanæ ad peregrina vetant. In provinciis conveniuntur jure communi apud præsidem ejus provinciæ, in qua domicilium habent, *l.* 3. *& ult. tit.* 22. Cassiodorus in formula rectoris provinciæ. Tu etiam Senatorem ibidem residentem juberis audire. Criminaliter autem clarissimi apud præsidem ejus provinciæ in qua deliquerunt, qui tamen olim erant remittendi ad præf. prætorio, vel præf. urbi *l.*3. *C. Theod. de accus.* excepto casu *l.* 1. *supra ne lic. pot.* Illustres, qui recensentur *l.* 3. *hujus tit.* in consistorio principis, quod & aliis Senatoribus detulisse Imperatores quosdam Dio & Spartianus scribunt.

XXIV. Enarratio.

CLarissimorum appellatio] Clarissimorum appellatione Senatores intelligimus, *l. deferri* 18. *§.* 1. *ff. de jur. fisc.* Sed latissime patet ea appellatio.

Nam & uxores] *l. fœminæ* 8. *ff. de senator. l. curator* 5. *ff. de curat. fur.*

Vel sexus] *d. l. fœminæ & l. speciosas* 100. *ff. de verb. significat.*

Puta illustres] Justinianus in Nov. LXXI. Clarissimorum appellatione significare videtur Senatores omnes, etiam illustres & spectabiles, ut scribit Cujacius ad d. Novellam,

Ut Symmachus] Libro 11. epist. 75. & libro x. 72. Cassiodorus] Libro vi. 21.

Apud præsidem ejus Prov.] *l.* 1. *hoc tit.*

Vel præfectum urbi] De Senatore cognoscebat præfectus urbi. Dio.

Et Spartianus] In Adriano: Equites, inquit, Romanos, neç sine se de Senatoribus, nec secum judicare permisit.

TIT. XXV. *In quibus causis militantes fori præscriptione uti non possunt.*

MIlitantes in hoc titul. dicuntur non armati milites, & tribuni numerorum, qui privilegio sui fori semper uti possunt, & ab alio judice litem revocare ad magistrum militum, *l. 2. sup. tit.* 23. sed scholares, qui sunt sub magistro officiorum, veluti agentes in rebus, qui & magisteriani dicuntur, aut domestici protectores, qui sui fori privilegio non utuntur, casibus sequentibus: Si conveniantur ex causa debitorum, aut munerum publicorum apud præsidem provinciæ, vel quod curiæ, aut cohorti, aut alii corpori obnoxii esse, vel per superexactionem, aut concussionem aliquid abstulisse dicantur, *l. 1. & 2. supr. tit.* 23. quæ & sub hoc tit. poni potuissent, ut *l. 2. in Novell.* Theodosii ponitur sub titulo huic simili, de amota militantibus fori præscriptione. Item si prædia aliena conduxerint, & aliqua ex causa conveniantur. Soli enim armati conductores esse prohibentur, *l. 1. inf. de re milit.* Item si negotiantur in provinciis; etiamsi à principe negotiandi licentiam acceperint: regulariter enim mercatores simul, & milites esse non possunt, *l. 1. infr. de re mil.* Item si in provincia res suas componant, & suis commodis studeant sine beneficio commeatus. His casibus scholares fori sui præscriptionem non habent. In contextu malo, & qui per provincias negotiantur: nam tres casus notantur, si privatis actionibus, atque compendiis occupantur, si negotiantur, si conductorum vocabulo defenduntur, & ita in Basil. *εἰς ἰδιωτικὰς φροντίδας ἀσχολούμενοι, ἢ ἐμπορευόμενοι, ἢ μισθούμενοι.*

XXV. Enarratio.

SCholares, qui sunt sub magistro] Cohortes militum ad custodiam palatii deputati. S. Nili epistolæ 109. inscriptio est Νείλῳ σχολαρείῳ: *Nilo scholario.* Concilium Chalcedonense act. 3. κωλύομαι ὑπὸ τῶν καθωσιωμένων μαγιστριανῶν καὶ σχολαρίων; *prohibeor à devotissimis magistrianis, & scholaribus.* Auctor anonymus vitæ S. Nicolai Studitæ, νέος ὑπάρχων, τὸ τῶν σχολαρίων στρατείᾳ καταλελεγμένος ἐτύγχανον: *cum adhuc juvenis essem, Scholariorum militiæ adscriptus eram,* à Scholis militaribus ita dicti. Procopius 8. οἱ περὶ τὴν τοῦ παλατίου φυλακὴν λόχοι, ὥσπερ σχολὰς ὀνομάζουσι: *Turmæ militum ad palatii custodiam præpositi, quas scholas appellant:* vide Glossarium ad Cedrenum.

Sub magistro off.] De quo supr. *lib.* 1. *tit.* 31.

Veluti agentes in reb.] *L. un. hoc tit.* de his accurate Henricus Valesius v. cl. in Amm. Marcellin.

Qui & magisteriani dicuntur] Glossæ Philoxeni: *agens in rebus,* μαγιστριανός: Anastasius bibliothec. in historia ecclesiastica: *Iulianum magistrianum cum sacra:* Ἰουλιανὸν μαγιστριανὸν μετὰ σάκρας, Theophanes. S. Nili epist. 48. inscripta est Σαβίνῳ μαγιστριανῷ: *Sabino magistriano.* Rapiamus occasionem corrigendi ejusdem epistolam 264. δῆλον ὡς σάκρα ὀνομάζεται. Sic legitur in Ms. lege, σάκρα.

Aut domestici protectores] Domestici in d. *l. un.* sunt domestici protectores: Hi latus principis protegunt. v. Glossarium ad Cedrenum, & Cujac. lib. 12. Cod. titul. 17.

Sine beneficio commeatus] Commeatus est abeundi licentia. Vide lib. xii. 42.

Et ita in Basilicis] Libro 7. tit. 5. cap. 93. Εἰς ἰδιωτικὰς, &c. *Privatis actionibus occupantur, aut negotiantur, aut aliena prædia conducunt.*

TIT. XXVI. *Ubi causæ fiscales, vel divinæ domus hominumque ejus agantur.*

CAusæ fiscales sunt in quibus agitur de bonis fisco delatis, vel de pœna pecuniaria inferenda fisco, vel de eo, quod fisco debetur ex contractu. Videtur etiam quodammodo esse causa fiscalis in specie *l.* 4. qua is, qui emit à fisco mandatu Titii, cum Titio agit de pretio, & de usuris, quæ fisco solvendæ sunt. Hæ causæ disceptantur apud procuratorem Cæsaris, non causæ criminales, nisi fungatur vice præsidis, *l. 3. hoc tit. l. ult. ff. de off. proc. Cæs. l. ex consensu, §. 1. ff. de appell. l. 1. sup. de ped. jud. l. 2. inf. de pœn. l. 4. inf. ad l. Fab.* Sed de crimine, & pœna agitur apud præsidem provinciæ, quia merum imperium habet, de bonis fisco vindicatis civiliter apud procuratorem Cæsaris: denique Rationalis est exactio pœnæ irrogatæ à præside, non irrogatio. A fisco separatur divina domus, quæ ratio Cæsaris dicitur, *l. 6. §. ult. ff. de jur. fisc.* Causæ divinæ domus sunt, quæ pertinent ad prædia Tamiaca, quæ erant in Cappadocia sub dispositione, & cura præpositi sacri cubiculi, & Comitis domornm, ut recte legi, & aliis locis plerisque quondam, & nuper in vetere Notitia sub dispositione V. I. præpositi sacri cubiculi, domus divina per Cappadociam: & hæ quidem causæ, vel hominum Tamiacorum aguntur omnes apud præpositum sacri cubiculi, & Comitem domorum, *l. ult. hoc tit.* Hominum autem fiscalium causæ veluti actorum, procuratorum, conductorum, colonorum, inquilinorum, servorum rei privatæ civiles aguntur apud Comitem rei privatæ, vel apud rationalem, criminales apud vicarium urbis, vel præsidem ejus provinciæ in qua deliquerunt, adhibito rationali: & similiter officiales rationalis conveniuntur civiliter apud rationalem ipsum, criminaliter apud præsidem.

XXVI. Enarratio.

DE bonis fisco delat.] De caducis: puta si bona fisco delata sint, quod heres priusquam necem defuncti ulcisceretur, hereditatem adierit, *l. 1. hoc tit.* vel si quis mortem sibi consciverit, pœnæ metu: nam bona ejus confiscantur, *l.* 2.

Vel de pœna pecuniaria] Ex SC. Turpilliano pœna desertæ accusationis est auri librarum quinque, *l. 3. §. ult. ff. de prævaricat.*

Apud procurat. Cæsar.] Sive rationalem, *l. 5. hoc tit:* qui & catholicus. Glossæ, καθολικὸς, *rationalis,* & ita sæpissime appellatur in Basilicis, & à Græcis interpretibus, ut in *l. ult. ff. de interrogat. in jur. fac. l. 3. sup. si advers. fisc. & l. 2. 7. 8. 9. & 10. hoc tit.* Theodorus Hermopolites *lib. 9. tit.* 1. vide Cujac. ad *tit. de jure fis. l.* 5. Idemque procurator summæ rei in inscriptione *legis 7. hoc tit.* vide Cujac. Observ. 8. 22.

Non causæ criminales] Vide Obs. lib. 19. cap. 13.

Quia merum imperium habet] *l. illicitas 5. §. qui universas, ff. de offic. præsid. Dio lib.* 211.

Rationalis est exactio] Exactio pœnæ irrogatæ à præside pertinet ad Rationalem, sive procuratorem Cæsaris, *d. l.* 3. in qua Brodei codex nnn agnoscit negationem ibi, *desertæ accusationis non potest.*

Prædia Tamiaca] Vide librum xi. de præd. Tamiac. titul. de præposit. sacr. cubicul. & ad Novell. 30.

Apud præpositum sacri cubiculi, &c. *lex ult.* inscripta est præposito sacri cubiculi, quod & Basilicorum auctores observavere.

Apud Comitem rei priv.] *l. Si quis 6. hoc tit.*

Vel apud rationalem] *l. dominicis 7. hoc tit.*

Apud

Apud Vicarium urbis] Sic legit Cujac. in inscriptione *legis 9. hoc tit.*
Vel præsidem] *l. 8. hoc tit.*
Officiales rat.] *l. pen.*

TIT. XXVII. *Quando liceat unicuique sine judice vindicare se vel publicam devotionem.*

QUod dixit tit. 5. neminem sibi jus dicere, & titulis superioribus, adeundum esse judicem competentem, id aliquando non servari hic tit. ostendit: nam & seipsum ulcisci licet non adito judice, sibique jus dicere adversus obsessorem viarum, & adversus furem nocturnum in agris, sive paganum sive militem & eum occidere quoquo modo, quod ex 12. tab. obtinuit etiam in urbe, hodie ex *l. 1. hujus tit.* in agris duntaxat locum habet: licet etiam cuilibet adversus desertorem militiæ, vindici esse læsæ majestatis devotionisque publicæ desertore obsesso & prehenso, & si se telo defendat etiam occiso. Tertullianus Apol. *In reos majestatis & publicos hostes, omnis homo miles est:* milites devotissimi appellari solent: igitur qui ab ea devotione deficiscunt, deserta militia devotionem publicam lædunt.

XXVII. Enarratio.

ID aliquando non serv.] Regulariter se ipsum ulcisci non licet: Quintilianus in declamatione 13. *Nos ideo magistratus legesque à majoribus accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit.*

Adversus obsessorem viarum] Et latrones publicos, *l. 1. & 2. hoc tit.* vide quæ diximus ad titulum *de lege Aquil. §. 2. Instit.* Divus Augustinus 1. de libero arbitrio cap. 5. *Non ergo lex justa est, quæ dat potestatem, vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat. Melius enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare*, ut est in d. l. 1. Terentius in Eunucho Act. 4. Sc. 6. *Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci, accepta injuria.* Vide tamen Gellium VII. 3. ibi: *hominum autem vita non tam iniquis, neque tam indomitis necessitatibus circumscripta est, ut idcirco prior injuriam facere non debeas, quam nisi feceris, pati possis.*

Adversus furem nocturnum] Seneca in Excerptis Controvers. libro 10. ultim. A. Gellius libro 11. cap. ultim. Ulpianus in collatione juris Mos. & Romani titulo 7.

Quoquo modo] Sive se telo defenderet, sive non.

Et prehenso] *Opprimere* in *l. 2.* est prehendere manu injecta: de desertoribus vide ad titulum 45. libri 12.

Etiam occiso] Itaque *non continuo occisus homo ad crimen, & ad damnationem pertinet, cum hoc interim legibus facere liceat*, ut ait Quintilianus declamat. 248.

Tertull. Apolog.] Capite 11.

Milites devotissimi] *καθωσιωμένοι*, & devotio *καθοσίωσις*, in Glossis Græco latinis.

TIT. XXVIII. *De inofficioso testamento.*

Vide tit. 2. lib. 5. ff.

DIxit supra de jure sacro, de partibus juris civilis, de magistratibus, de ordine quo agit quisque apud eos, de advocatis & procuratoribus litium alienarum, de restitutionibus litium, de pedariis judicibus, & de foro competenti. Nunc ab hoc tit. de inofficioso testamento, quæ sequuntur omnia sunt de diversis actionibus, qui tractatus jus omne fere complectitur: nec mirum igitur si in ea re & Codex & Digesta potissimum consumantur. Summa autem actionum divisio hæc est: alias esse in rem, alias in personam, vel quod idem est, alias vindicationes sive petitiones, alias condictiones, has de obligatione, illas de proprietate, vel possessione. Et rursus vindicationum sive petitionum alias esse de universitate, alias de rebus singulis. Et orditur ab his, quæ sunt de universitate, & ab ea præcipue, quæ dicitur petitio hereditatis de inofficioso testamento, vel querela inofficiosi testamenti ex lege Glicia: nec enim querelam separo à petitione hereditatis, ne imiter interpretes, qui aliud faciunt judicium rescindens, aliud rescissorium: uno enim eodemque judicio, una actione & rescinditur testamentum quasi inofficiosum, & petitur hereditas ab intestato: cujus tamen judicii ordinandi & præparandi gratia præter suos heredes necesse est prius alios, qui queruntur & agunt de inofficioso testamento, veluti ab intestato delatam sibi hereditatem adire, vel bon. possessionem agnoscere Unde liberi, vel Unde legitimi, vel Unde cognati, qua freti illi, qui non sunt sui, & sui ipso jure freti atque muniti perveniant ad petitionem hereditatis de inofficio testamento: qua rursus nisi vicerint, & aditio & bon. possessio illa, & jus quoque illud sui heredis sine re constituitur: & est quoque interim sine re, & color potius fictaque narratio, aut titulus quidam, sive prætextus petendæ hereditatis, *l. 2. hoc tit.* Inofficiosum testamentum est in quo liberi vel parentes, vel fratres germani immerito exheredati sunt, vel præteriti, vel instituti, ita ut pro exheredatis habeantur. Et est in hoc judicio hæc plerunque dicendæ sententiæ formula, Justas causas offensæ, ut *l. 20. 22. 23. hoc tit.* vel ut in epistolis Plinii, justas irascendi causas patrem habuisse videri, aut non videri. Et datur non tantum ingenuorum, sed etiam libertinorum liberis ex *l. 4. infra de bon. lib.*

XXVIII. Enarratio.

DE pedariis judicibus] Vide supra tit. 3. & Gellium 3. 18.

Alias esse in rem &c.] *§. 1. Instit. de action.*

Alias vindicationes] Actio in rem dicitur vindicatio, *§. appellamus, Instit. de action. l. actionum 25. ff. de obligat. & action.*

Sive petitiones] Petitio est actio in rem, *l. actio in personam 28. eod.*

Alias condictiones] Actiones in personam condictiones appellantur, *d. §. appellamus, & d. l. 25.*

De proprietate] Sive dominio: nam qui in rem agit, suam rem esse petit, *§. sic itaque discretis, Instit. de action.*

Vel possessione] Si quis possessionem suam esse contendat, *l. 3. §. Pomponius, D. ad exibend.* quod fit interdicto uti possidetis, si res sit immobilis, vel utribi si sit mobilis, *§. 4. Instit. de interdict.*

Alias esse de universitate] *l. 1. D. de rei vindicat.*

Alias de rebus singulis] Rerum singularium petitiones, *d. l. 1.* & hæc actio dicitur specialis in *l. in speciali 73. eodem.*

Petitio hereditatis de inoff.] *l. qui de inofficioso 20. ff. eadem l. si quis filium 34. hoc tit. l. pen. §. sed quemadmodum, ff. de bonor. poss. cont. tab.* Quidam putant querelam causam esse, petitionem hereditatis ejus causæ effectum: Græcus interpres libro 39. Basilic. tit. 1. in princip. scribit, querelam dici non actionem: nec enim actionem esse, sed causam actionis, vel hereditatis petitionis.

Vel querela inoffic. test.] Querelam instituit is cui injuria facta est, *l. Papinianus 8. ff. eod.* quique indignatur se inique exheredatum, aut inique præteritum, *l. filius 22. eodem.*

Ex lege Glicia] Idem sentit P. Faber in libr. Semestr. vide dicta nobis ad titulum Instit. de inoff. testam. & Cuj. Observ. 2. cap. 21.

Nec enim querelam separo à petit. heredit.] Nam hæc fuit veterum quorundam sententia, ut refert Glossa heic, & Azo in Summa num. 18. Vide Cuja-

cium ad *leg.* 6. *§. ult. ff.* ead. & Græcos interpretes Basilic. libro 39. tit. 1. ubi plenius explicant, quæ heic strictim Cujacius.

Judicium rescindens] Id est, querelam inofficiosi testamenti.

Aliud rescissorium] Id est, petitionem hereditatis.

Rescinditur testamentum] *d. l. Papin. §. pen.* nam recte factum dicitur testamentum, *Instit. eod. in princ. l. 2. ff. hoc tit.* jure perfectum, *l. contra* 16. *hoc tit.* *τῷ ἀκριβεῖ τῷ νόμῳ, jure subtili valet*, ut ajunt Græci, quod autem recte factum est, vix rescinditur. *Mihi non videtur, quod sit factum legibus, rescindi posse*, ut ait Terent. Phorm. A. 2. S. 4.

Et petitur hereditas ab int.] *d. l. quemadmodum* 7. *ff. hoc tit.*

B Ordinandi & præpar. gr.] *τοῦτ' ἔστι τὸ τάξιν τινὰ τὴν δίκην λαβεῖν : scilicet ut lis ordinem aliquem accipiat* : quoniam enim testamentum recte factum est, non potest, qui queritur continuo venire ab intestato : debet igitur petere bonorum, possess. vel etiam adire, aut pro herede gerere *ἐσχηματισμένως*, *fictitie*, ut ajunt Græci *ἵνα πῶς δόξῃ διαδοχῆς σχῆμα λαμβάνειν : ut quodammodo videatur speciem successoris obtinere*.

Præter suos heredes] *d. l. quemadmodum*.

Sui ipso jure freti] Habent enim jus *ἀναφαίρετον*, ut ajunt Græci, id est, ipso jure heredes existunt.

Sine re constituitur] *ἐκ ἀδυνάμου γίνεται : non est cum re : ἀπὸ ἀνεπιλήπτου ὅτι οὐ νομὴν οὐκ ἔχει : quoniam bonorum possessio illa effectum non habet*.

In quo liberi, vel par.] *§. 1. Instit. eod. l. nam etsi* 15. *ff. eod.*

C Fratres Germani] *ἀμφιθαλεῖς, ἢ αὐτάδελφοι*, ex eodem patre eademque matre nati : & consanguinei, qui & germani, non uterini, *l.* 27.

Immerito exheredati sunt] Nam qui metuit exheredari, caret hoc juris remedio, *l. quidam* 32. *ff. de verb. oblig.*

Vel præteriti] Qui pro exheredatis habentur, *§. ult. Instit. de exheredat. liberor. & tit. de inoff. testam. in pr.* Inique exheredatis, & inique præteritis datur querela, *τοῖς ὑβρισθεῖσι διὰ τῆς ἐξηρεδατίονος, ἢ πραιτεριτίονος*, injuria adsectis per exheredationem, vel præteritionem, ut ajunt Græci. Præteritos ignominia quædam sequitur : vide Fest. Pomp. in v. præteriti, spreti enim à defuncto creduntur. Tertullian. de baptismo cap. 2.

D *Nam si Deus, & sapiens, & potens, quod etiam prætereuntes eum non negant* : & de Anima cap. ult. *Respice ad Zenonis* (animam) *cum illam Dionysii tormenta prætereunt*.

Vel instituti] Filio instituto ex minore parte, quam lege debetur, non datur querela, maxime si ei adjecti sint fratres coheredes : sed ita actio datur, ut sibi portio debita à fratribus suppleatur : adjectis extraneis secus esse argumentum præbet *lex* 3. *hoc tit.* Hodie ex constitutione Justiniani filio instituto ex minore parte, vel exheredato, cui minus debito relictum est, omnimodo actio datur supplendæ portionis gratia, non querela, *l. omnimodo, l. scimus, hoc titulo*, Cujacius ad Paulum *Sentent. libro* 4. *tit. de inoff. quer.* Item hodie ex *Novell.* 115. *cap.* 3. & 4. Sola

E institutio querelam excludit: in qua sententia sunt etiam Græci interp.

Justas caus. off.] Plerumque enim pater offensior liberos exheredat.

Denique hanc querelam non esse sublatam verius est. Vide quæ diximus in Institut. eod.

In epistolis Plin.] Epistola 1. libri v.

TIT. XXIX. *De inofficiosis donationibus*:

EXemplo querelæ inofficiosi testamenti comparata est querela inofficiosæ donationis factæ à parentibus inter vivos, in fraudem liberorum, rescripto Alexandri ad Cl. Julianum præfect. urbi, *l. Titia, §. Imp.*

A *ff. de leg.* 2. & data liberis, qui erant tempore donationis, sive in unum ex eis, sive in extraneum collata donatio fuerit. Sed hoc interest, quod querela inofficiosi testamenti, totum testamentum rescindit, sive extranei, sive alii liberi instituti sint : querela inofficiosæ donationis id tantum rescindit, & revocat, quo minuitur portio debita liberis *i.* quadrans, vel hac die triens, aut semis legitimæ portionis, ut *Nov.* 92. quia quo liberaliores sunt morientes, quam viventes, eo sunt etiam minus horum, quam illorum judicia, & liberalitates coercendæ : argumentum hujus rei est lex Caninia. Igitur inofficiosa donatio est, quæ liberis portionem debitam aufert, aut minuit, ut donatio omnium bonorum, vel donatio dextantis, aut deuncis : nam donato dextante, vel deunce, quod residet, non sufficit debitæ portioni:

B quo genere eluditur quidem querela inofficiosi testamenti, sed suppetit querela inofficiosæ donationis, quam adnotandum est etiam parentibus dari, si liberi immodicam donationem fecerint rerum suarum, *l.* 4. *hoc tit.* & ab intestato, *l.* 3. atque etiam forte si intervertendæ inofficiosi testamenti querelæ donatori animus non fuerit, *l.* 5. nam consilium quidem absque eventu non sufficit, *l. pen.* eventus absque consilio sufficit, quod tamen non videtur Patricius probasse, qui dicit *l.* 5. *ἢ καινοτομίαν*, hoc est strictius accipiendam esse quasi novam, ut suo tantum casu procedat, si liberi nati post donationem omnium bonorum factam aliis liberis eam revocent pro modo portionis sibi debitæ. Etiam illud adnotandum, non dari hanc actionem post quinquennium, *l. ult.* non dari his, qui parentis judicium agnoverunt, *l.* 6. *h. t. l.* 4.

C *inf. de cont. emp.* non dari his, quibus alio remedio consultum est, *l.* 2. & 4. quæ obtinent etiam in querela inofficiosi testamenti, nec similiter dari querelam inofficiosæ venditionis.

XXIX. ENARRATIO.

QUerela inofficiosæ donationis comparata est ad instar, ad exemplum, ad similitudinem inofficiosi testamenti, *l.* 4. 5. & *ult. hoc tit.*

Querela inoff. donationis] Querela dicitur in *l. pen.* & *ult. hoc tit.*

Inter vivos] *l.* 1. & 3. *hoc tit.*

In fraudem liberorum] Ad eludendam, excludendam, & submovendam inofficiosi testamenti querelam

D *l.* 5. 6. & 7. *hoc tit.* intervertendæ quæstionis inofficiosi causa, *l. Titia* 87. *§. Imperator*, *ff. de legat.* 2. Quo facto portio liberorum legitima minuitur, vel exhauritur.

Rescripto Alexandri] Accusatio inofficiosi testamenti ex lege Glicia descendit, ut Cujacio placet. Dices cum iis, qui contra sentiunt, non opus fuisse legis conditori colorem dementiæ adsciscere, ut testamentum rescinderetur. Sed testamentum jure factum temere convelli, & infirmari non potuit. Nec vis, & potestas legis infringitur colore, & prætextu arcessito, quasi minus pie, & inclementer testamentum fecerit, qui liberos suos inique exheredavit, cum nulla juris constitutio sua ratione careat vera, aut fictitia. Hac ergo querela vitium testatoris arguitur, non testa-

E menti, cujus iniquitati beneficio legis proposita querela obviam itur. Hac fortasse ratione Cujacii sententia defendi potest. Quemadmodum ergo legis auctoritate testamentum inofficiosum arguitur, & infirmatur, ita rescripto Alexandri donatio immodica, & inofficiosa revocatur.

Ad Cl. Julianum] Vide Cujac. ad Nov. 92. & Observat. lib. v. 14.

Qui erant tempore donationis] Qui superstites erant tempore donationis : nam post donationem in extraneum collatam suscepti liberi eam revocant in solidum. Collatam autem in liberos, liberi postea suscepti non revocant in assem, sed pro modo Falcidiæ tantum, *l.* 5. *hoc tit.*

Sive

Sive in unum ex eis, &c.] *l. 1. hoc tit.*

Totum testamentum rescind.] *l. Papinianus 8. §. pen. ff. de inoffic. testam.*

Id tantum rescindit] Symmachus libro 10. epistolarum 32. *Tunc è diverso veniens ex Placidiani V. C. nomine, qui pater adultæ fuit, immodicarum donationum causa manesse respondit: supplementum unciarum ab herede Placidiæ, cui soror Martiana successit, asseruit postulari.* Hæc enormis donatio efficit ut integra non sit portio legitima. Itaque tantum detrahitur ex rebus donatis quantum implendæ ejus portioni satis sit.

Et revocat] Hoc falsum puto: error translatitius, cujus Auctor Accursius in Authent. novissima, tit. super. P. Fab.

Et liberalitatis coercendæ] Vide quæ diximus ad caput 7. Institutionis primæ.

Omnium bonorum] ut in *l. si totas 5. hoc tit.* Græci colligunt, licere omnia bona sua simul donare: qua de re dicetur *inf. de donat.* & in *d. l. 5.* sic legendum est: *vacuefecisti*: ut in 1. Catilinaria, *domum vacuefecisses*. Utuntur Valerius 4. cap. 1. & alibi: Cornelius nepos in Cimone, & alii.

Et ab intestato] Quamvis enim querela hæc comparata sit adversus eum, qui testamento facto decesserit, tamen producta est ad causam intestati: sive ut ajunt auctores Basilic. *ὡς εἰς τοὺς ἀδιαθέτως τελευτήσαντας ὁ αὐτὸς τοῦ δυνασοῦντος λόγος ἐκτείνεται.*

Eventus absque consilio sufficit] Donatio in fraudem liberorum facta est re non consilio, ut heic Odofredus & Fulgosius: nec enim filius aut nepos in rebus humanis erat.

Quæ obtinent etiam in quer. inoff. test.] *l. si quis filium 34. in fine, l. parentibus 8. tit. prox. sup. §. tam autem, Instit. de inoffic. testam.* Post quinqueonium tamen ex magna & justa causa licet agere, ut notat Eustbatius de temp. interv. cap. de quinquennio: in prin. Vide lib. 39. Basilic. tit. 1. pag. 264. in Scholio Theodori. Nam satis clementer eum exheredatis actum est, ut intra quinquennium sanæ mentis hominis voluntatem velut insaoi accusare possint, cum actio injuriarum annua sit.

Querelam inoff. venditionis] Vide Joannem Fabrum ad *l. 1. nu. 3,* & Raphaelem Fulgosium *nu. 8.*

TIT. XXX. *De inofficiosis dotibus.*

INter donationes etiam dotes connumerantur, *l. cum multæ, inf. de don. an. nupt.* & ideo quod de donationibus inofficiosis dictum est, merito trahitur ad dotes inofficiosas à matre marito primo vel secundo datas, quæ dodrantem excedunt, aut consumunt omnia bona materna, ita ut liberis salva Falcidia non sit, id est debita portio. Cæterum nolim hodie legem hujus tituli accipi de muliere, quæ iterum nubit habens liberos ex prioribus nuptiis, quia hosce liberos constat ipso jure munitos esse, nec jure plus eam secundo marito erogare posse dotis nomine, vel alio nomine quam uni ex liberis prioris matrimonii, *l. hac edictali, inf. de sec. nupt.* Sed accipi potest de ea, quæ nunc primum nupsit cum haberet liberos naturales, vel quæ iterum nupsit nullos habens liberos ex priore matrimonio, sed naturales tantum quibus certum est bonorum maternorum deberi Falcidiam non minus quam justis, *l. si suspecta, §. 1. ff. de inoff. test.* Erat quidem lex tituli hujus etiam de liberis prioris matrimonii, sed in his ut dixi hodie supervacua est.

XXX. ENARRATIO.

ID est, debita portio] *l. Papinianus 8. §. unde; ff. de inoff. testam.*

Sed naturales tantum] Hoc accepit à Græcis Basilic. libro 41. tit. 4. cap. ult. *Hoc vero,* inquiunt, *ho-*

A *die non procedit post constitutionem 6. tit. 9. lib. 5. Cod. de parentib. qui ad secundas nuptias migrant, qua mater compellitur liberis servare quantum in dotem dedit. Sed finge liberos non esse ex justis nuptiis procreatos: tunc enim mulier, quæ nubit cum filios naturales haberet, ex illa constitutione non cogitur, quidquam eis relinquere: nec enim hoc est secundo nubere: nam prior conjunctio nuptiarum appellatione non censebatur*: quod tamen & Bartolo venit in mentem ex *l. si suspec. ita*, ut heic etiam refert Fulgosius. Addont Græci huic constitutioni non esse locum, si mater pro filia dotem dederit. Vide Glossam & Joannem Fabrum heic.

TIT. XXXI. *De petitione hereditatis.*

B

Vide tit. 3. lib. 5. ff.

NOn caret ratione, quod priusquam proponeret generalem petitionem hæreditatis, proposuit specialem de inofficioso testamento: nec enim idem jus est utriusque. Generalis datur adversus possessorem juris, vel rei hereditariæ, nec heredem justum, sive sciat non esse heredem, sive falso existimet se heredem esse De inofficioso testamento datur adversus heredem verum & legitimum, qui ex testamento justo hereditatem adiit, & adversus filium præteritum, qui accepit cum re bonorum possessionem contra tabulas, *l. filium, ff. de bon. poss. con. tab.* & contra fideicommissarium Trebellianum, *l. 1. sup. de inoff. test.* Et ubi ex alia causa C petitione hereditatis teneri dicitor heres scriptus, aut fideicommissarius Trebellianus, ut *l. etiam, §. idem erit dicendum, & seqq. l. item veniant, §. licet, ff. eod.* id tunc duntaxat locum habet cum fideicommissum, aut hereditas eis relicta est injusto, aut inutili testamento. Et rursus, quod dicitur, emptorem hereditatis teneri utili petitione hereditatis, *d. l. etiam, §. s.* qui scilicet emit ab eo, qui hereditatem pro herede possidebat, hoc non habet locum, nisi deficiente venditore cum quo agi possit, & eo deficiente in emptorem quasi in heredem ejus datur in subsidium petitio hereditatis, ut *l. Neratius, l. etiam, in pr. & §. heredem, ff. eod.* Sunt & aliæ differentiæ inter petitionem hereditatis generalem, & illam specialem. Petitio hereditatis de inofficioso testamento non tam rem persequitur, quam etiam vin- D dictam injuriæ sive notæ exheredationis, & agit caussam doloris: quod nomen querelæ etiam demonstrat. Generalis est patrimonii, sive rei vindicatio: quapropter de inofficioso testamento filii nomine non agit pater, invito filio, cujus injuria & indignatio est, *l. Pap. in pr. ff. de inoff. test.* qui ex alia causa ageret, & peteret hereditatem etiam invito filio. Et præterea querela inofficiosi testamenti tacita dissimulatione abolетur, sicut actio injuriarum, *l. 2. sup. de in int. rest. min.* & silentio quinquennii, *l. si quis filium in fi. sup. de inoff. test. l. 2. C. Theod. de apostat.* non etiam alia petitio hereditatis, *l. 7. hoc titulo, l. pen. inf. in quibus cau. cess. lon. tem. præscrip.* quæ in hereditatem actio dicitur, *l. pater in fi. ff. de capt. & postl. rev.* ut sequens in rem actio. De his quæ veniunt in petitionem here- E ditatis est SC. diligenter explicatum in Digestis, quod Græci vocant Adrianum SC. in *l. quod si possessor, & l. sed & si lege, §. pen. ff. eod.* quia factum fuit ex auctoritate Adriani Imp. *l. 1. hoc tit.*

XXXI. ENARRATIO.

GEneralis datur] Petitio hereditatis datur vel heredi ex asse, vel ex parte, dicitur partiaria hereditatis petitio à Thalelæo, vel bonorum possessori, vel fideicommissario, de quibus *tit. 4. 5. & 6. libri 5. Digest.*

Adversus possessorem juris] *l. regulariter 9. l. nec ullam 13. §. ult. l. item videndum 18. §. ult. ff. eod. l. ult.*

ult. in fi. ff. si pars hered. pet. veluti adversus debitorem hereditarium, qui jus nostrum quasi possidet, *d.l.13.§. ult.* A

Vel rei hereditariæ] *l. 4. 9. & 10. ff. eod.* si eam possideat pro herede, vel pro possessore. Dices: is qui agit petitione hereditatis, hereditatem vindicat hoc modo: si paret hereditatem meam esse. Quemadmodum igitur agetur adversus eum, qui rem unam tantum hereditariam possidet? respondent Græci, in petitione hereditatis intentionem formari ex persona, sive jure petitoris, quæ est de universitate, condemnationem vero ex persona possessoris, sive habita ratione rerum, quæ apud eum sunt, quasque dolo desiit possidere: officio autem judicis incumbit, ut non secundum intentionem actoris reum condemnet, sed prout possidet.

Nec heredem justum] Ut in *l. item 20. §. licet, ff. hoc tit.* adversus eum qui pro herede, vel pro possessore possidet, *l.7. hoc tit.*

Sive sciat se non esse heredem] *l. pro herede 11. ff. eod.* Qui scit se heredem non esse, & se tamen quasi heredem possidere profitetur mendaciter. Qui igitur scit se heredem non esse, abutitur tamen nomine heredis, meo judicio ut malæ fidei possessor condemnabitur, Cujac. ad *d. l. 11.* in qua sententia Græci etiam sunt ad *d. l. 11.* Qui scit se heredem non esse, imponit tamen sibi nomen heredis, quantum quidem attinet ad petitionem hereditatis, qua convenitur, pro herede possidere videtur: inspecta autem veritate, ut quilibet malæ fidei possessor condemnatur, libro 42. Basilic. tit. 1.

Sive falso existimet se heredem esse] Qui falso existimat se heredem esse, vel alias justum successorem, vel sibi restitutam hereditatem, *d. l. 11. & l. item veniunt 20. §. licet autem, eod.* bonæ fidei possessor est. Qui pro herede possidet, tit. qualem qualem possessionis suæ præfert. Qui pro possessore, nullum: & prædonio igitur more possidet, *d. l. 11. & duabus seqq. §. pro possessore, Instit. de interdict.*

Possessor autem cogitur dicere utrum pro herede an pro possessore possideat, *l. rogi 11. hoc tit.* quoniam enim si nec pro herede, vel pro possessore possideat, petitio hereditatis non instituitur, sed specialis in rem actio, ideo cogitur dicere ex qua causa possideat, ut sciamus quænam actio intendenda sit, ut ibi Græci interpretes.

Adversus heredem verum] Verus heres est, qui ex testamento heres est, non qui putat se heredem esse.

Hereditatem adiit] Nam ante aditam hereditatem querela non nascitur, *l. Papinianus 8. §. si conditioni, ff. de inoffic. test.* χωρὶς προσώπου ὑπεῖναι καθ' ὃ κινεῖται ἡ δὲ ἐναγωγή: personam esse oportet, contra quam agatur, ut ajunt Græci ad *d. §.* Non datur contra lignum ut bonorum possessio, *l. quod vulgo 19. ff. de bonor. poss. contra tab.*

Qui accepit cum re] ἐνδυνάμενος.

Et contra fideicommiss.] Is cui hereditas restituta est, quasi heres est, *§.7. Instit. de fideicomm. heredit.*

Id tunc duntaxat locum habet] Id accepit à Græcis Basil. *lib. 42. tit. 1. cap. 13. §. 1.*

Quasi in heredem ejus datur] ὡς καθ' ὅλου δηλονότι νεμόμενον: *quia scilicet universitatem possidet.*

Agit causam doloris] Ut ait Novella Valentiniani de *libert. & success. eor.*

Sicut actio injuriarum] *l. non solum 11. §. 1. ff. de injur.* Vide librum 17. Observat. cap. 17.

Ex auctoritate Adriani] Ut apud Ulpianum *tit. 3.* ex Senatusconsulto, quod auctore D. Adriano factum est, & in *l. libertas 5. inf. de excusat. l. pen. inf. de magistratib. conven.* Vetus inscriptio: EX SENATUSCONSULTO ET EX AUCTORITATE CAESARIS DD.

TIT. XXXII. *De rei vindicatione.*

Vide tit. 1. lib. 6. ff.

RES non est in hoc titulo hereditas; sed species certa. Titulus ergo de petitione speciali, qua quis speciem, corpusve certum suum esse adserit hoc fere modo. Fundus Tusculanus, qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est: nam fundi nomen, & quo loci sit, dicere oportet, *l. si in rem, in fi. ff. eod.* vel hoc modo: Hanc ego rem ex jure Quiritium meam esse ajo. Lis est de dominio certæ rei, sive lis dominii. petitio dominii. Superior est de ea, qua quis se universi juris defuncti successorem esse contendit. Est autem hoc solemne vindicationibus, ut vindicias di-
B cat judex ab eo, qui rem possidet, præstita satisdatione vel etiam non præstita, si petitor satisdare noluerit, ut patet ex libro 1. *Sen. Pauli tit. 11.* vel ex causa res sequestro deponatur, *l. 7. §. ult. ff. qui satisd. rog.* vindicias possessionem appello, ut T. Livius modo vindicias modo possessionem: & in antiquis legibus: Decernito, ut ei possessionem secundo eum heredemve ejus det, cui sortito is ager datus adsignatusve fuerit. Et videtur nomen deductum à vi quadam civili, ut Gellius explicat 20. quæ verbo dicebatur correpta manu invicem vindicantis, & contra vindicantis, ex quo ita legendum videtur apud Festum: Vindiciæ appellantur res eæ de quibus controversia est, quod potius dicitur vis, quæ fit inter eos, qui contendunt, & apud Gellium quoque ita legendum: ma-
C num conserere est, de qua re disceptabatur in re præsenti, sive ager, sive quid aliud est, cum adversarium manu prenderit, in ea re civilibus verbis vindicare. Vindicia .i. correptio manus in re, atque in loco præsenti apud prætorem ex 12. tab. fiebat. Ergo ut ad rem redeam, initio litis possessio statim non transfertur in petitorem, exceptis, duobus casibus, si possessor nolit satisdare, & petitor satisdare paratus sit: si reus à petitore eam rem, qua de agitur, vi possederit, quæ fuit olim etiam Zeleuci lex, ut Polybius scripsit 12. δεῖν κρατεῖν τῶν ἀμφισβητουμένων ἕως τῆς κρίσεως καὶ τὴν ἀγωγὴν συμβαίνει γίγνεσθαι. At in liberalib. causis ex 12. tab. semper vindiciæ dantur secundum libertatem, sive is homo de quo agitur, in libertate, sive in servitute fuerit, sine dolo malo, *l. lite, inf.*
D *de lib. cau. l. si cui, §. licet, l. ordinata, ff. eod. l. 2. §. initium, de orig. jur. l. servum, §. 1. ff. de procur. Lis autem, ff. ex quibus, cau. maj. l. 1. inf. qui da. tut.* & pendente liberali judicio pro libero habetur.

XXXII. ENARRATIO.

SEd species certa] *l. in rem 6. ff. eod.*

De petitione speciali] Specialis in rem actio dicitur, *l. 1. & l. sin autem 27. & l. in speciali 73. eod.*

Corpusve certum] Ut in *l. plane 34. §. sed hoc ita, ff. de legat. 1.*

Suum esse adserit] Ut in *l. etsi forte 6. §. etiam, ff. si servit. vindic. servitutem sibi adserere*, ἐκδικεῖν: rem
E suam esse intendit, *l. à possidentibus 21. hoc tit.* sive jure gentium, sive jure civili dominium adquisierit, *l. in rem 23. ff. eod.* & ideo probat rem suam esse, *l. officium 9. eod.* probat autem instrumentis, vel indiciis certis, quæ jure non improbantur, *l. cum super 10. & l. indicia 19. hoc tit.*

Ex jure Quiritium] Sic liberi, qui sunt in potestate vindicantur, id est, adjecta causa ex jure Quiritium, *l. 1. §. 1. ff. eod.* recte agitur, διὰ τὴν προσθήκην, *propter adjectionem*, ut ajunt Græci: nam liberi mei quasi mei sunt ex jure Quiritium, non ex jure gentium, sicut servi.

Lis est de dominio] Nam qui agit dominium vindicat, & possessionem avocat.

Lis dominii] *l. evictis 18. ff. de usur.* actio proprietatis, *l. & an eadem 14. §. ult. ff. de except. rei judic.* actio de dominio, *l. ut tantum 14. §. ult. ff. de servo corr.*

Petitio dominii] Actio in rem proprie petitio est, *l. actio 28. ff. de oblig. & action.*

Qua quis se universi juris] Petitur hereditas, quæ est successio in universum jus, *l. hereditas 62. ff. de regul. jur. §. 1. Institut. de action.*

Ab eo, qui rem possidet] Possessor rei convenitur, *d. l. officium*, vel qui dolo desiit possidere, *l. petitoris 36. ff. eod.* aut qui se obtulit litis defensioni, *l. is, qui se obtulit 25. & l. sin autem 27. ff. eod.* Idemque possessor satisdat de re conservanda & restituenda petitori, si secundum eum judicatum erit: aut possessore non satisdante, in petitorem satisdantem transferenda est possessio. Neutro satisdante, penes possessorem possessio remanet: in pari enim causa melior est conditio possessoris. Cujacius ad Paulum.

Pro libero habetur] Lite sive causa liberali ordinata, is quis de suo statu litigat, in possessione libertatis constituitur: & interim liberi loco est, nec possidetur ab eo, qui se dominum dicit, *l. 14. C. de lib. cau. l. ordinata, l. si cui, §. licet, ff. eod. l. 1. C. qui dare tutor.* vide Cujac. Observ. libro 18. 23.

Vindicias possessionem appello] Vide librum 7. titulo 5.

Et in antiquis legibus] In lege Agraria.

Ut Gellius explicat] Capite 10.

Apud Festum] In vindiciis.

Vindiciæ appellantur] Glossæ: *Vindiciæ: τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα.*

Et apud Gellium] d. cap. 10. Vide editionem Gronovianam.

Si possessor nolit satisdare] d. loco Pauli.

TIT. XXXIII. *De usufructu, & habitatione; & ministerio servorum.*

Vide tit. 4. lib. 2. Instit. tit. 5. & seqq. libro 7. ff. titulo 1.

POst vindicationem rerum corporalium, datur vindicatio incorporalium, veluti servitutum: ex his aliæ personarum sunt, aliæ prædiorum, *l. 1. ff. de servit.* vel, ut loquitur *l. Cajus, ff. de ann. leg.* aliæ in personam, aliæ in rem. De servitutibus prædiorum est titulus qui sequitur. Hic vero est de servitutibus personarum. Nam per usumfructum, & habitationem prædia, vel mancipia, vel aliæ res personis serviunt, *l. dominus, ff. eod.* non rebus: itemque per ministerium, quo nomine significantur operæ servorum alienorum. Et nihil quidem videntur habitatio, & ministerium ab usufructu distare, non aliud habitatio esse quam usufructus ædium, non aliud ministerium quam usufructus servi, *l. 9. hoc titulo, l. 3. & 4. ff. de oper. ser.* Sed propria tamen quædam vis inest in habitationis & ministerii verbo, quæ efficit, ne facile quis hæc jura si quæsierit, amittat, quæ si quæsisset nomine usufructus, amitteret. Usufr. amittitur fructuarii morte, & capitis minutione & ἀχρησίᾳ .i. non utendo tanto tempore quanto usucapio completur rei mobilis, aut immobilis. Ministerium autem servi quandiu is servus vivit, his modis non extinguitur. Habitatio quoque quandiu ædes salvæ permanent, & is cui habitatio relicta, aut concessa est vivit, non amittitur capitis deminutione, vel non utendo, quia & si aliquatenus videatur is, cui habitatio aut ministerium servi concessum est usumfructum habere, fructuarius tamen non est, *l. 2. ff. de usufr. leg.* & mors quidem ejus habitationem extinguit: quia jam habitari non potest ab eo, in cujus facto habitatio consistebat: capitis deminutio, vel habitandi incuria non extinguit, quia habitationis nomen non tam respicit ad personam, quæ habitat, quam ad rem ipsam; quæ inhabitatur, adeo ut habitatio sæpe accipiatur pro domo ipsa, *l. cum antiquitas, hoc tit.* & satis sit ut consistat integrum habitandi jus ei cui datum est, si domus habitari ab eo possit, licet non inhabitetur. Ministerium autem servi non extinguit negligentia, vel capitis deminutio, imo nec mors ejus cui ministerium debetur, quia in facto consistit, factumve ministerii nomen significat ejus servi, qui hanc operam exhibet, & quandiu servus vivit, tamdiu operæ debentur ei cui concessæ sunt heredive ejus. Ususfructus in facto fructuarii consistit, *l. 5. ff. quand. dies ususf.* & factum significat ejus personæ, cui jus utendi fruendi competit. Ideoque persona ea non utente tempore legitimo, vel etiam mortua, aut non manente in suo statu ususfructus interit. Ergo omni capitis minutione, quod jure veteri obtinuit. Ex *l. pen. hujus tit.* non interit minima capitis deminutione: merito, quia sublatæ sunt legitimæ mancipationes.

XXXIII. Enarratio.

VIndicatio incorporalium] De qua in *tit. ff. si servit. vindic.* & in eam rem comparata est actio confessoria, *§. æque, Instit. de action.*

Veluti servitutum] Servitutes non sunt corporales, sed in jure consistunt, *§. 2. & ult. Instit. de reb. corpor. & incorp.*

Per ministerium, &c.] Theophilus in §. 3. de usu & hab. interpretatur ὑπηρεσίαν, & Basilica in *l. 9.* hoc titulo Glossæ: *ὑπηρεσία, ministerium, officium, obsequium.* Operas & ministerium conjungit Justinianus in *d. §. 3.* heic de civili ministerio agitur: vide lib. 6. de obseq. patr. præst.

Fructuarii morte] Quia personæ cohæret, *l. si usus fructus 4. ff. de novat.*

Et capitis minutione] Olim omni capitis minutione, hodie maxima & minore tantum, *l. pen. §. 2. hoc tit.* quia morti comparantur, *l. verum 63. §. ult. ff. pro soc.*

Non utendo tempore] Ususfructus rei mobilis, triennio amittitur: rei immobilis decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes, *l. pen.* & non utendo per modum, qui in constituendo usufructu dictus est, *§. 3. Inst. de usufr.* conjuncta Theophili interpretat. ut cæteræ servitutes: veluti si convenerit ut aqua duceretur interdiu, & noctu ducatur, *l. si communem 10. §. 2. & l. si quis alia 18. ff. quemadmod. servit. amitt.* tunc non uti quis dicetur. Itaque, quod dicitur in *d. §. 3.* non utendo per modum & tempus usumfructum interire, sic accipi poterit, quasi duo modi sint, quibus ususfructus amittitur, modus alius quam de quo convenerit, & tempus ad amittendum usumfructum legibus statutum. Itaque Justinianus auget constitutionem suam, id est, *legem ult. inf. de usufr.* his verbis, *per modum.*

Quandiu is servus vivit] Vide inf.

Quandiu ædes salvæ permanent] Ususfructus enim interit, si rei quæ usumfructum debet, substantia salva esse desinat.

Cui habitatio relicta] Testamento, puta si legata sit.

Aut concessa] Gratuito concessa.

Et mors quidem ejus habitation. ext.] *l. habitatio 11. hoc titulo.*

Capitis deminutio] *l. legatum 10. ff. de cap. min. l. si habitatio 10. De de usu & habit.*

Non extinguit negligentia] Inusus non extinguit, *l. 2. ff. de oper. serv. & l. 2. ff. de usu & usufr. leg.*

Imo nec mors ejus cui minist. deb.] Is cui operæ legatæ sunt, moriens legatum ad heredem suum transmittit, *d. l. 2. ff. de usu & usuf. leg.*

Quia in facto consistit] In actu, *l. 1. ff. de oper. serv.* ἐν πράξει, Basilica, *in facto.*

Non

Non utente tempore legitimo] Tempore legibus definito . A

Aut non manente in suo statu] Nam capitis minutio est mutatio status.

Legitimæ mancipat.] de quibus libro 8. tit.48.

TIT. XXXIV. *De servitutibus & de aqua .*

Vide tit.3. lib.2. Instit. tit.1. & seqq. li.8. ff. tit.3. lib.39. tit.20. lib.35.

USusfructus , habitatio , ministeriorum jura sunt hominum , per quæ res liberis hominibus serviunt . Servitutes jura prædiorum , per quæ prædia prædiis serviunt . Illa cohærent personis , hæc prædiis urbanis vel rusticis. Vel ex attributo & subjecto secundum Celsum , sunt prædia qualiter se habentia, B *l. quid aliud , ff. de verb. sign. l. qui fundum , ff. quemadmod. servit. amit.* ut Stoicis virtus est animus quodammodo se habens , animus spiritus quodammodo se habens . Virtus habitus animi , qui significatur illo articulo, quodammodo , vel qualiter . Servitus habitus prædii . Quod subjicit , *& de aqua* , non de aqua est simpliciter, ut in tit. Digestorum de aqua, de qua competit ex 12. tab. actio in personam aquæ pluviæ arcendæ , sed de servitute aquæductus , vel aquæ haustus , de qua est actio in rem confessoria & negatoria , sicut de cæteris servitutibus personarum , aut prædiorum , *l.2. ff. si servit. vind.* Est autem in hoc tit. *πρωθύστερον* : Namque sic meo judicio intelligi debet , de aqua & de aliis servitutibus , ut *l.3.* aquæductus vel C aliæ servitutes , & nos titulum Digestorum de rebus creditis, si certum petatur, alias docuimus sic asse accipiendum , si certum petetur de rebus creditis . Ideo autem de aqua veluti per eminentiam , quia nulla est servitus alia , de qua tot sint Constitutiones in hoc titulo, ut de impuberum & aliis substitutionibus, quod magna pars tituli sit de substitutione pupillari, & quod nulla ex omnibus rebus tantas habeat ad usum necessitates quantas aqua .

XXXIV. Enarratio.

JUra sunt hominum] *l. quotiens 15. ff. de servit.*

Per quæ res liberis homin. serv.] *l. dominus 57. ff. de usufr.* D

Servitutes jura pr.] Ex Cujacii sententia, cum servitutes simpliciter dicimus, jura prædiorum intelligimus, ut in hoc titulo & in *Instit. de reb. corpor. & in corp.*

Illa cohærent personis] *l.3. in fin. ff. quibus modis ususfr. amitt. & l. si ususfructus 4. ff. de novat.*

Hæc prædiis urb. vel rust.] Quibus debentur, *§.1. Instit. de servitut.*

Virtus est animus] Seneca in epistola 113. *Virtus nihil aliud est quam animus quodammodo se habens.*

Animus spiritus] Seneca in epistola 2. *Quid enim aliud est animus , quam quodammodo se habens spiritus .*

Servitus habitus prædii] Qualitas inhærens quasi habitus, servitus insita prædio . E

Ex 12.tabulis] *l.21. ff. de statulib. l.5. ff. nequid in lo. publ.*

Aquæ pluviæ arcendæ] Quæ manufacto opere nocitura sit, *l.1. §. hæc autem, §. idem ajunt, §. hinc etiam, & §. in summa, ff. de aqua & aq. pl. arc.*

Sed de servit. aq.] De aqua igitur , id est, de aquæ servitute, ut in *l. liberto 31. §. ult. ff. de negot. gest.*

De servit. aquæductus] De qua in *l.2. 3. 4. & 12 hoc tit.*

Aquæ haustus] De qua in *l.6. & 10.*

In rem confess. & negat.] Confessoria datur ei qui servitutem , puta aquæ ducendæ sibi deberi contendit, negatoria ei qui servitutem se debere negat .

Et de aliis servitutibus] Vel , primo ponitur genus , deinde species, de servitute aquæ, ut heic Odofredus.

Alias docuimus] In Paratitl. D. tit. de reb. credit.

Quantas aqua] Plutarchus in comparatione aquæ & ignis : χωρὶς δὲ ὕδατος οὔτε καλὸν τις ὑπέμεινε ζῆν, οὔτε δυνατόν : *absque aqua autem neque commodam, neque omnino tolerabilem quisquam putavit vitam .*

TIT. XXXV. *De lege Aquilia .*

Vide tit.3. lib.4. Institut. tit.2. lib.9. ff.

POtuit actio legis Aquiliæ lib.9. jungi cum actione injuriarum , & de bonis raptis , sed hoc loco posita est , quod competeret olim actio legis Aquiliæ ex secundo capite , si quis non imposita servitute ædibus vicini , & neglecta forma antiquorum ædificiorum , luminibus vicini officeret , quamobrem novo & extraordinario judicio quasi ex lege Aquilia damnatur apud Zonaram à Theophilo Imperatore Petronas , ita ut virgis cæso ademptæ ædes addicantur mulieri , quæ agebat de damno injuria dato . Item quod competeret si contra servitutem jure constitutam extructo ædificio , aliquis vicino damnum injuria daret , vel si injuria derivaret aquam alienam , vel si ædificio posito , inutilem vicini faceret aream : quos casus proposuit titulo superiore, *l.1. 4. 5. 6. 14.* & illum de derivatione aquæ repetit *l.2. hoc tit.* & adjicit alium in *l. ultim.* si non imposita servitute pecoris pascendi immiserit pecus in agrum alienum : nec enim defecit his casibus actio legis Aquiliæ : & communes igitur fuerunt tam actioni in rem de servitutibus, quam actioni legis Aquiliæ . Nec abs re igitur superiori titulo subjectus est titulus de lege Aquilia . i. de actione damni injuria , quæ ex lege Aquilia competit , quam puto in plerisque congruere cum actione damni injuria ex 12.tab. de qua *l. quæcunque , ff. de obl. & act. l.1. ff. ad l. Aquil.* & verbum rupsit, quod Festus interpretatur damnum dederit , & verbum sarcito , quod Festus interpretatur damnum præstato , soluito , *l.2. & 3. hoc tit.* Sed ut quodam loco Macrobius ait, *quæritur sæpe novæ legis auctoritas , exolescente metu legis antiquioris , ut de ipsis* , inquit , *12. tab. factum est , quarum ubi contemni auctoritas cœpit , eadem illa , quæ illis legibus cavebantur , in aliorum latenum nomina transierunt .*

XXXV. Enarratio.

EX secundo capite] Quod exolevit, *§. caput , Institut. eod. l. si servus 27. §. hujus , ff. eod.* Vide Cujacium *Paratitl. ff. eod.*

Apud Zonaram] Et Leonem Grammaticum . Constantinus Manasses ait , Theophilum jussisse ut ædes quæ mulieris luminibus officiebant , funditus diruerentur .

Vel si injuria derivaret] Derivare aquam , est alio avertere, *ἀποστρέφειν* . Glosse : *derivantibus* , *ἀποστρέφουσιν* .

Nec enim defecit] Quia suo corpore damnum non dat, utilis Aquilia datur.

De actione damni injuria] Vide Cujacium ad *tit. de lege Aq. Instit.*

Quod Festus interpretatur] In v. rupsit . Cujacius heic sequitur emendationem Josephi Scaligeri . In libro autem 27. Observ. cap.25. vulgatam sequitur , & rupitias interpretatur, damnum dederis . Macrobius ait, *eadem illa*, &c. quod est, *senio fessas , mutasque repetere leges*, ut ait Guntherus Ligurini libro 3. & ut idem ait, *senium passas leges revocare .*

Quod Festus interpret.] In v. rupsit .

Quod Festus interpret. pr.] In v. sarcito .

Macrobius] Saturnal. II. 13.

TIT.

TIT. XXXVI. *Familiæ erciscundæ.*

Vide tit. 2. lib. 10. ff.

VIndicatio rerum singularum corporalium; vel incorporalium est in rem, non in personam. i. meta realis. Petitio hereditatis mista in rem & in personam, *l. 7. supra de pet. her. l. sed & si lege §. propenult. ff. eod.* Sunt & tria judicia divisionis ex 12. tab. quæ sequuntur, in rem & in personam, Familiæ erciscundæ, Communi dividundo, Finium regundorum. Familiæ erciscundæ actio redditur inter coheredes, sumpto à magistratibus arbitro de rebus hereditatis dividundis. Familia enim res hereditarias significat, *l. pronunciatio, §. 1. ff. de ver. sig.* non nomina, non hereditatem. Nam & nomina ipso jure divisa sunt inter coheredes ex 12. tab. l. 6. *hoc tit.* & hereditas dividi non potest, *l. 8. ff. de rei vindic. l. 4. ff. Com. divid.* nisi hereditas accipiatur pro rebus corporalibus, quæ in hereditate continentur, *l. 3. hoc titulo, & §. quædam, Instit. de act. familiæ erciscundæ actionem esse de hereditate dividenda: & can. nunquid 28. qu. 1. fratres habere erciscundæ hereditatis consortium.* In glossis veterum: *Erciscundæ familiæ, διαμερίσας οὐσίας.* Ercitus, *διαίρετον ἐναρχόμενον*, à quo inercta, indivisa apud Festum lego. Verum non de rebus tantum hereditatis dividendis hæc actio est; sed etiam de præstanda invicem indemnitate, quæ sunt actiones personales, ut si unus ex coheredibus sumptus fecerit bona fide in rem hereditariam, vel si rem hereditariam absumpserit, deteriorem fecerit, vel si solus ex ea fructus perceperit, si eam sustulerit, *l. 3. & 19. hoc tit. l. item Labeo, §. familiæ, ff. eodem.* Illæ de rebus hereditatis dividundis, actiones reales sunt, quia uterque se heredem esse adserit, uterque hereditatem petit, alio tamen genere quam quo agitur petitione hereditatis: qui enim agit petitione hereditatis, se heredem esse ait, adversarium heredem esse negat: in judicio familiæ erciscundæ adversarium fatemur esse heredem, *l. 1. §. & si possessor, ff. si pars her. pet. l. fundus, qui dotis §. si ego, ff. eodem tit.* sicut in communi dividundo adversarium esse socium, in finium regundorum adversarium esse adfinem:

XXXVI. Enarratio.

SUnt & tria judicia] *l. 1. D. eodem.*

Inter coheredes] Apulejus 9. Metam. *Nec erciscundæ familiæ, sed communi dividundo formula dimicabo.* Judicia autem familiæ erciscundæ, & communi dividundo ideo instituta scribit Theophilus *de action. §. 20.* quia communio discordias solet excitare. Petrus Ravennas sermone CLXII. *Hereditas mundana ante posteris infert jurgia, quam conferat censum, antequam dividat facultates, scindit heredes, antequam debitas tradat singulis portiones, successores ipsos dissecat, & mittit in partes.*

Sumpto à magistratibus arbitro] In actione etiam finium regundorum tres arbitri sumuntur ex 12. tab. vide Cujacium Observat. libro 5. cap. 21. & infra tit. 39. Coheredes igitur, vel ex conventione res hereditarias dividunt: & tunc fratres consortes pietatis officio fungi dicuntur in *l. ultim. D. eodem.* S. Ambrosius in Lucæ cap. 12. *Cum inter fratres patrimonium non judex medius, sed pietas debeat sequestra dividere.* Qua in re notandum est, quod scribit Divus Augustinus in sermone de communi vita Clericorum: *Ad ipsum sane,* inquit, *quia major est, pertinet divisio, & ad fratrem ejus electio.* Qua de re vide Cujacium ad *l. 2. infra quando & quibus qu. pars debetur ex bon. decur.* vel arbitrum à magistratibus sumunt. Huc respicit auctor Queroli: *Quoniam institutus es heres, da quod possit dividi:* & paulo post: *Exprome thesaurum, divisio celebretur, quoniam præsto est arbiter.*

Nomina ipso jure] *l. fundus qui dotis, §. ultim.* Quin-

A tilianus declamatione 336. *Patri tuo credidi, cujus ex parte dimidia heres es. An non possum à te petere semissem? petere utique possum:* Sic legendum videtur, nisi malis ita legere: *assem non possum,* ut paulo ante: *nunquid petere à te summam potest? minime, ut opinor.*

Hereditas dividi non potest] Sive, ut ajunt Græci, *ἡ κληρονομία, ἤγουν τὸ δίκαιον αὐτῆς οὐ διαιρεῖται: hereditas, id est, jus ejus non dividitur.*

Pro rebus corporalibus] D. Hieronymus in epistola 3. *Hic heres uxoris, & hereditatis alii possessores.*

Ut l. 3. hoc titulo] Et *l. 2. l. 51. §. 1. ff. eodem.*

Ercitus] Joseph Scaliger legit, *erctus ritus,* quem vide.

Apud Festum] Festus: *Increta, indivisa.* Legit igitur, *inercta, indivisa.*

B Se heredem esse ait] Ut *l. si heres 7. ff. eodem* dixerit se heredem esse, id est, solum heredem esse, *μόνον εἶναι τὸν κληρονόμον*, ut est in Basilicis: intendit hereditatem suam esse totam, *l. licet 10. §. 1. ff. de petit. heredit.* nam qui intendit hereditatem suam esse totam, adversarium sibi coheredem esse negat.

Adversarium fatemur esse heredem] *l. qui familiæ 37. ff. eodem,* si Basilica sequamur: vide tamen Cujac. Observ. 9. 36.

Adversarium esse socium] *l. 3. & l. 4. §. sicut, ff. comm. divid.* qui provocat ad divisionem, utique rei socium agnoscit: hoc enim agitur, ut à communione discedamus, *l. non possumus 7. ff. si pars heredit. petat.*

Adversarium esse adfinem] Ut in *l. pen. ff. fin. regund.*

C Festus: *Adfines, in agris vicini.* Glossæ Philoxeni, *Adfinis, ἀγχιτέρμων.*

TIT. XXXVII. *Communi dividundo.*

Vide tit. 3. lib. 10. ff.

COmmuni dividundo actio redditur inter alios socios. Imo & inter coheredes, *l. inter, ff. fam. erc. l. quibus, ff. pro soc.* Sed plenior est actio fam. erciscundæ, quia in eam veniunt non tantum, quæ erant in bonis, sed etiam, quæ erant ex bonis, mortis tempore, veluti res commodatæ, aut depositæ, & non est de una re, nec iterari potest, nisi ex magna causa:

D communi dividundo de una re agi potest, & subinde modo de hac, modo de illa, *l. si filia, §. familiæ, l. fundus mihi, ff. fam. erc. l. 4. §. hoc judicium, ff. eodem tit.* Habet autem utraque mistam causam: Nam & actioni Communi dividundo inest actio pro socio, & quælibet præstatio personalis, *d. l. 4. §. sicut.*

XXXVII. Enarratio.

INter alios socios] Inter alios quam coheredes: inter omnes tum quibus societate, vel citra societatem res communis est, *l. 2. ff. eodem.*

Imo & inter coheredes] Si extra causam hereditatis res communes habeant, ut ajunt Græci ad *d. l. inter.*

E Sed & inter eos quibus jure hereditario res communis est, communi dividundo agi potest, *d. l. quibus.*

Ex bonis mort. t.] Ex bonis sunt res pignori datæ defuncto, vel commodatæ, vel deposite, Theophil. §. 2. *Instit. de bon. vi rapt. l. 2. §. in hac actione, ff. vi bonor. rap.*

Aut depositæ] Nam hæ res veniunt in petitionem hereditatis, *l. & non tantum 19. ff. de petit. heredit.* & quæ veniunt in petitionem hereditatis, veniunt & in judicium famil. ercisc. *l. sed etsi 25. eod. l. fundus 51. in fin. ff. famil. ercisc.*

Et non est de una re, &c.] Actio familiæ erciscundæ est de universitate, *l. si filia 20. §. familiæ, eod.* Paulus Sentent. libro 1. tit. 18.

A Habet autem utraque mist. caus.] §. quædam 20. Instit. de action. id est, utraque est in rem & in personam, l. item Labeo 22. §. familiæ ercifcundæ, ff. fam. ercisc. l. per hoc 4. §. sive, ff. comm. div. veniunt scilicet in utramque ea, quæ invicem socii facere & præstare debent. Fac socium in res communes aliquid impendisse, vel solum fructus ex rebus communibus percepisse, vel dolo aut culpa aliquid in eis admisisse l. pen. hoc tit.

Inest actio pro socio] Quæ in personam actio est. Quid inter actionem pro sociu & communi dividundo intersit, docet lex 1. ff. com. divid. & l. ut sit 31. & l. si actum sit 43. ff. pro soc.

TIT. XXXVIII. *Communia utriusque judicii tam familiæ ercifcundæ quam communi dividundo.*

B

ITem hoc habet utraque commune, ut bonæ fidei sit, l. 3. hoc tit. sicut petitio hereditatis. Ut per arbitrum aut ex conventu divisione facta teneatur alter alteri evictionis nomine præscriptis verbis quasi ex empto vendito, aut permutatione, quia divisio instar emptionis & permutationis obtinet, l. 1. hoc tit. etiamsi de evictione pactum vel stipulatio non intervenerit, l. 14. sup. fam. erc. uno casu excepto, quo pactum vel stipulatio necessaria est, si sciens coheres, vel socius rem in ea causa esse, ut evinci possit, adjudicatam sibi eam rem acceperit & possederit, l. 7. hoc tit. Item illud commune est utrinsque judicii, ut à non jure dato arbitro facta divisio, ratihabitione, aut consensu sociorum con- C firmetur, l. 2. hoc tit. Ut res, quam coheres vel socius emerit sibi ex communi pecunia, non fiat communis, l. 4. Ut instrumenta communia apud eum deponantur, quem præses provinciæ elegerit, l. 5. velim addi, vel arbiter ipse divisionis, l. 5. ff. fam. erc. secundum generalem definitionem, l. 2. C. de ped. jud. Nam & divisio bonorum hodie vel per arbitrum fit datum specialiter, vel per præsidem extra ordinem. Ut corpora quæ desierunt esse communia, forte conventione sociorum, aut destinatione defuncti, neutro in judicio veniant, l. 9. quanquam quæ nunquam fuerunt communia venire constet in judicium familiæ ercifcundæ, ut dixi supra, veluti res depositæ, aut commodatæ defuncto. Sunt & communia utrique judicio alia pleraque quæ non recensentur in hoc D titulo: Utramque esse duplicem, utramque perpetuam, legitimam, quasi ex contractu, & alia quædam.

XXXVIII. Enarratio.

SIcut petitio hereditatis] l. ult. in fi. sup. de petit. heredit.

Ut per arbitrum] Datum ab eo qui jus dandi habet, l. 2. hoc tit.

Ex conventu] Ex conventione, & consensu mutuo, ut inf. lib. 4. tit. 54. de conventu illicito.

Evictionis nomine] l. si fratres 7. hoc tit.

Divisio instar emptionis] Divisio, δύναμιν, vim emptionis obtinet. Bas. E

Et permutationis] Et est actio præscriptis verbis: videntur enim partes hereditatis inter se commutare, Græci ad leg. 14. sup. famil. ercisc.

Etiamsi de evictione pactum] Judex jubere debet, ut de evictione sibi invicem caveant. Si vero id omiserit, ipsi inter se super evictione convenire possunt. Græci ad d. l. 14. Sed etsi nihil convenerit, alter alteri evictionis nomine tenebitur.

A non jure dato] Veluti à Catholico sive procuratore Cæsaris privatis dato. Basil. heic ex l. 1. sup. de pedan. judicib.

Sibi ex communi pet.] Sibi negotium gerens, l. 4. hoc tit.

A Ut dixi supra] Titulo 37.

Utramque esse duplicem] Unusquisque & rei & actoris partes sustinet: actor autem esse videtur, qui ad judicium provocat, l. 10. ff. fin. regund. l. 2. §. in familia, l. 44. §. qui familiæ, ff. famil. ercisc. l. 2. §. 1. ff. comm. divid. l. 1. §. ad hæc, inf. de annu. except. Sed & alia ratione utraque duplex est, quia ex duobus constat, id est, rebus & præstationibus, l. 22. §. pen. ff. famil. ercisc. l. 4. §. sicut, ff. comm. div.

Utramque perpetuam] l. 5. inf. de annu. except.

Quasi ex contractu] §. 3. & 4. Institut. de obligat. qu. ex contr.

TIT. XXXIX. *Finium regundorum.*

B *V. tit. 1. lib. 10. ff.*

INter judicia divisionis pono etiam actionem de finibus, qui forte confusi, vel obscurati, vel occupati sunt dirigendis, dirimendis, disterminandis inter adfines, quam veteres Galli interpretantur (*plait de bonnes*) actionem arbitrariam, ut rei vindicationem, non bonæ fidei, & dicere possim de finibus ercifcundis, ut Apulejus in Metamorphosi, *viæ ercifcundæ*. Nec ambigitur quin sit mista actio in rem & in personam. Est igitur quadriga mistarum actionum hæc; Petitio hereditatis, Familiæ ercifcundæ, Communi dividundo, Finium regundorum, quas tamen omnes existimandum est plerunque magis esse in rem quam in personam, l. si quis cum. ff. Comm. C divid. l. furiosus, ff. de obl. & act. 1. principaliter esse in rem: nec enim sunt ex contractu, & hereditatem potissimum vindicant, vel id quod cuique competit in hereditate, aut re communi, vel etiam fines, ut Nov. 69. Sed & rationem admittit actio finium regundorum ejus, quod adfinem adfini dare facere oportet, §. si finium, Inst. de off. jud. l. 4. §. 1. ff. fin. reg. quæ actio personalis est, & quia personales etiam eæ actiones sunt, ideo neque usucapio eis obstat, neque præscriptio longi temporis .i. 10. aut 12. annorum: quæ tamen alio respectu, qua reales magis sunt, videretur obicienda, sed placuit exigi 30. annorum spatium: Quia igitur actio finium regundorum datur si lis consistat intra pedes quinque (hic enim est finis finium) actio in rem si amplioris terræ D controversia sit; hæc perimitur præscriptione longi temporis, illa non item, & quod ait l. pen. hujus tituli, quinque pedum præscriptionem esse summotam, hoc est de quinque pedum controversia arbitros tres ex 12. (sicut in vindicationibus ex lege, si vindiciam falsam tulit) vel arbitros singulos ex lege Mamilia judicare, non observata præscriptione longi temporis, l. ult. Cod. Theod. eod. & ut additur in eod. Cod. hac sola præscriptione actorem repelli: *Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte præstiterit*, in Concilio Spalensi 11. *Si veteribus signis limes præfixus monstraverit reo jus esse retentionis*. Et signis, ut poeta ait. signare campum: & Arcadius Augustus apud Geomaticos: Cum signis & sigillis terminos constituimus. Ex lege 12. & lege Mamilia non E erat usucapio intra quinque pedes, quoniam hanc latitudinem iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri, ut Aggenus Urbicus ait, & iter quidem ad eundum ambulandum .i. servitus itineris cum prædio usucapi potest, iter ad culturas, vel ut loquitur Varro, iter limitare usucapi non potest, sed neque longo tempore adquiri, l. pen. & ult.

XXXIX. Enarratio.

INter judicia divisionis] τὰ ὁροθέσια διαχωρίζουσι πεδία τὴν γῆν ὑπὸ τῆς πλησιοχώρου, ἤτοι ἀστυγείτονος: *Termini separant agros inter se confines*, ut ajunt interpretes Hermogenis.

Obser-

Observati] *l.2. §.1. ff. eod.*

Dirigendis] Tit. Livius libro 39.27. in fine. *De jure etiam finium pauca adjecerunt: Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam*, &c.

Disterminandis] ut in *l.4. §.ult. ff. eod.*

Inter adfines] Hæc actio pertinet tantum ad prædia rustica, *l.2. eod.* nam in urbanis vicini dicuntur non adfines, aut confines, *d. l.4. §.ultim.* Quidam enim fines vicinorum pervadunt, ac sensim possessionibus suis eos exturbant, & fines suos usque & usque proterminant, ut loquitur Apulejus Metamorph.9. vel æstuans alluvio fines confundit, *l.si irruptione 8. ff. eod.* Ad arbitrum qui aditur ex nudo partium consensu pertinet hic Terrentii locus in Heautontimor. act.3. sc.1. *Vicini nostri hic ambigunt de finibus: Me cepere arbitrum. Plait de bonnes.* Glaber Rodulphus histor. libro 2. cap. 10. *Multi ibi limites, quos alii bonnas nominant, suorum recognoverunt agrorum.* Hinc bonner. Vetus Institutionum interpres Gallicus Justiniani verba illa: *si finium regundorum actum sit, §. 6. de offic. judic.* sic interpretatur, *si l'on plaide, pour bonner terres.* B

Principaliter esse in rem] *l.1.ff.eod.*

Trig.annor. spatium] *l.1. infr. de ann. except.*

Inter adfines] Homerus Iliade M.

Ἀλλ' ὥστ' ἀμφ' οὔροισι δύο ἀνέρε δηριάασθον
Μέτρ' ἐν χερσὶν ἔχοντες ἐπιξύνῳ ἐν ἀρούρῃ:
Sed sicut de finibus duo contendunt
Mensuras in manibus tenentes communi in arvo.

Ut rei vindicationem] *l. qui restituere 68. ff. de rei vindic.* C

Quin sit mista] *l.1. ff. fin. reg. §. quæ actiones, de Action.*

Petitio hereditatis] *l.sed etsi 25.§. petitio, ff. de petit. hered.*

Si lis consistat intra pedes q.] Theodorus Hermopolites heic scribit, *finium regundorum actionem dari, ἐντὸς πέντε ποδῶν οὔσης τῆς ζητήσεως: εἰ δὲ πλείονος γῆς, τὴν* in rem. *Si lis consistat intra quinque pedes, si de ampliore terra controversia sit, actione in rem v. leg. si finalis, Cod. Theod. eod. tit.*

Hæc perim. præscr. l.1.] Decem aut viginti annorum.

Illa non item] Sed præscr.30.ann.

Tres ex 12. &c.] M. Tullius in 1. de LL. *Quoniam usucapionem 12. tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus.* Vide Obs. lib.5. cap.21. D

Si vindiciam falsam tulit] Festus in v. *vindiciæ*: Et in 12. *Si vindiciam falsam tulit,....... Si velit is, arbitros, arbitros tres dato.*

In Concilio Spalensi 11.] C.11.

Ut Poeta ait] Virgilius Georg.1.

Apud Gromaticos] Varios auctores de limitibus.

Aggenus Urbicus] d.libro de limitibus.

Usucapi (potest] *l. si aliena 10.§.1. ff. de usurpat. & usucap.*

Vel ut loquitur Varro] Libro 4.de L.L.

Longo tempore] Vide Cujacium ad *leg.4. in fine, ff. de usurpat. & usucap.* E

TIT. XL. *De Consortibus ejusdem litis.*

IN Basilicis, *περὶ κοινωνίας τοῦ αὐτοῦ δίκης*] Quia ut rei, ita litis ejusdem est societas quædam, quoties ejusdem rei nomine plures agunt, aut conveniuntur, & consortes ejusdem litis, quorum communis est res in judicium deducta, qui Æschilo *σύνδικοι*, cujus interpres: *σύνδικοι λέγονται οἱ ἴσον μετέχοντες ἐν τῇ δίκῃ τῆς αἰτίας*. alias Pindaro *σύνδικοι* sunt testes illo loco, *σύνδικος δ' αὐτῷ ἔσσεται τύμβος*. Nobis Syndici actores sunt, vel defensores civitatum, aliorumve corporum, *l.placet.* A *sup.de Episc.& cler.* qui procuratorum partibus funguntur, *l.6. §.penult. ff. quod cujusq. univ.* Vel consortes ejusdem litis sunt socii inter quos communis est ea res, de qua litem simul omnes contestantur, vel unus eorum tantum. Sed si unus tantum litem contestetur suo nomine & pro parte sua, ex lege Constantini si agat repelli potest præscriptione hujusmodi, quod agat, non adjuncta persona consortium, vel si conveniatur, tueri se potest hac exceptione: Quod habeat consortes, *l.1. Cod. Theod. de dom. rei poss.* & inde Sidonius Apollinaris 4. Epist. *Non est cur dicere incipias, habeo consortes, necdum celebrata divisio est, quod creditoribus malis dicitur bene.* Sed hoc ante Constantinum non obtinuit: Nam & cum quo consortium ei collibuisset actor præteritis aliis, vel si haberet actor B consortes, sine voluntate eorum pro parte sua experiri potuit. Et potest etiam hodie ex *l.1. hujus tituli*, restituto jure antiquo, & sublata lege Constantini pro sua quisque parte & persona agere & respondere indistincte, sive unius fori sint consortes omnes, sive diversi, & sive litem jam omnes simul contestati sint: vel defunctus, cui heredes extiterunt, ut *l.si petitor*, & *l.non idcirco, ff. de jud. l. tutores §.penult. ff. de admin. tut.* sive nunc primum judicium dictet, vel accipiat unus eorum pro parte, absentibus aliis, & male Accursius *l.1.* addit hæc verba, *post litem contestatam ab aliis*. Potest etiam communi nomine unus in solidum agere sine mandato consortium oblata satisdatione de rato, vel defendere oblata satisdatione judicatum solvi, *l.2. hoc tit.* sive cæteri, qui modo absunt, litem C contestati sint, sive solus ipse litem contestari velit: Nam hæc verba *l.2. Post litem legitime ordinatam*, non significant litis contestationem: aliud enim est litem ordinare, aliud contestari. Ordinare est præparare & constituere personam actoris, & rei, & judicis, ac se præmunire, *l. Pap. §.1. & 2. ff. de inoff. test.* & quod ordinabatur in *l.20. ff. de prob.* id est, præparabator in *l.liberis §. ultim. ff. de lib. cau.* & Festus, ordinato judicio, partes litem contestari. Igitur sententia *l.2.* hæc est, consortem cavere de rato, vel de judicato post litis ordinationem, & ante litis contestationem, ut *l. Pomponius §.penult. D. de procur.* Non inficior, & post litis contestationem cavere eum, si forte post litem ab omnibus, vel adversos omnes contestatam, alii abesse cœperint, & unus communi nomine rem persequi velit, D *l.nihil, sup. de procurat.* Ergo personis, quibus sine mandato agere licet, *l.sed & ex personæ, ff. eodem*, consors adjungi potest ex *d.l.2.*

XL. Enarratio.

AEschylo] In Supplicibus: *ἐγὼ δ' ἀρωγοὺς ξυνδίκους θ' ἥξω λαβών:*

Pindaro] Olympiade 9.

In Basilicis] Libro 12. tit.111.

4. Epistolarum] Epistola 24.

Aliud enim est litem ordin. al. cont.] Vide Cujacium Observat. libro 18. cap.23. & recitat. ad *l.20. de probat.* libro 43. Digest. Salvii Juliani.

Et Festus] In v. contestari.

TIT. XLI. *De noxalibus actionibus.*

Vide titulum quartum lib.9.ff. & tit.8. lib.4. Institut.

NOxales actiones sunt in personam, non in rem, ex privatis delictis servorum, quæ commiserunt, inscio, aut sciente & vetante domino, aut nequeunte vetare. Quibus non hoc agitur, ut dominus noxæ dedat servum, sed ut damnetur damnum sarcire quod fecit servus, pœnamque præstare, *l.3. h.tit.* Nam pœnales, & pecuniariæ actiones sunt, *l.10. §. quotiens ff. de comp.* & eleganter *l.6. §. 1. ff. de re judic.* solius noxæ deditionis nullum judicium esse, sed

A pecuniariam condemnationem præcedere, noxæ deditionem sequi. Denique ut ex edicto de his, qui effuderint, vel dejecerint, patet, alterius judicii adjectionem esse. Quod etiam exemplum sententiæ monstrat in titulo *de off. jud. 4. Inst.* P. Mævium L. Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere. Denique in condemnatione est litis æstimatio, in solutione deditio ex duodecim tab. videlicet antequam actum sit judicati, *l. item veniunt*, *§. idem recte*, *ff. de pet.* Nec tamen noxæ deditio etiamsi dominum liberet condemnatione, eo liberat, quod ex delicto servi ad eum pervenit, *l. pen. hoc titulo*. Recte dixi, ex privatis delictis. Nam legibus judiciorum publicorum fere omnibus servi rei fieri possunt, *l. hos accusare*, *§. omnibus*, *ff. de accus.* non legibus privatorum, quia cum servo nulla actio est, recte, inscio, aut vetante B domino. Nam si sciente nec vetante, quod vetare potuit, vel jubente, vel opem, & consilium dante domino, noxæ dedendæ facultatem non habet, & suo nomine tenetur in solidum, *l. ult.* Recte autem vindicationibus junguntur noxales actiones, quia actio ad exibendum, quæ sequenti titulo proponitur, tam noxali judicio acturo datur, quam vindicaturo, *l. 3. §. si quis noxali*, *ff. ad exbib.*

XLI. Enarratio.

EX privat. delict.] Noxales actiones nascuntur ex noxa seu maleficio servorum: non ex contractu, *l. 1. ff. eod.*

C Inscio, aut sciente, &c.] *l. 2. 3. & 4. ff. eod. l. 2. 3. & 4. hoc tit. l. 1. §. 1. ff. si famil. furt. fec. dic.*

Aut nequeunte vetare] Nam culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest, *l. 50. ff. de reg. jur.* Guntherus Ligutini libro 7.

Qui spoliare sacras aliquem conspexerit ædes
Si prohibere potest facinus, prohibere laboret:
Si prohibere nequit, maneat securus.

Ex 12. tabulis] *l. miles*, *§. 1. ff. de re judic. & §. sunt autem*, *Insti. de noxalib. action.*

Noxæ deditionem sequi] Vide Cujac. Notas, Instit. eodem.

Aut noxam dedere] ut in *§. 1. Instit. de offic. jud.* id est, ipsum corpus, quod deliquit: & noxa igitur pro reo, ut Græcis *βάραθρον*, *βαράθρου ἄξιος*, Ammonius. D Vide Cujac. ad *§. 1. Inst. eod.*

Fere omnibus] Excepta lege Julia de vi privata, *d. l. hos accusare*.

Nam si sciente nec vetante] Dominus quasi auctor delicti tenetur in solidum. Salvianus de provident. D. libro 7. *In cujus enim manu est ut prohibeat, agi, si non prohibet admitti.* Tertullianus adversus Marcionem libro 1. *Nam in cujus manu est quid ne fiat, ejus jam deputatur cum jam fit.* Thodoretus Quæst. in 2. Reg. interrogatione 45. *δῆλον τοίνυν, ὡς τῶν συγχωρούντων ἐκέλευσεν ἐγκαλέσαι, ἐπειδὴ κωλῦσαι δυνάμενος οὐκ ἐκώλυσε: est ergo perspicuum, quod permissionem vocarit mandatum.*

E

TIT. XLII. *Ad exhibendum.*

Vide tit. 4. lib. 10. ff.

ACtio igitur ad exhibendum, quæ & exhibitoria dicitur, datus tam propter noxales actiones, quam propter vindicationes, & est veluti præparatoria vindicationis, aut noxalis actionis, ut interdictum de liberis exhibendis est præparatorium interdicti de liberis deducendis, *l. 3. §. 1. ff. de lib. exb.* si res mobilis sit, *l. quod legatur*, *ff. de jud. l. adversus*, *infra de cri. exp. her.* Exhibitionem enim sequitur vindicatio, quæ directa, & principalis actio est, *l. 3. §. ibidem*, *l. si quis hominem*, *ff. eodem*, nisi arbitrio judicis rem adversarius restituerit. Nam exhibendi verbum etiam restituendi significationem recipit, *l. Julianus*, *§. quantum*, *ff. eod. & in l. pacto*, *sup. de pac.* exhibendis .i. restituendis. Vel exhibitionem sequitur noxalis actio, & noxæ deditio vindicationem parit, quasi domino ei cui servus noxæ deditus est; noxæ enim deditio mutatio dominii est. Dicitur autem actio ad exhibendum incerti actio, *l. pen. ff. depos.* quia magis in id quod interest, quam in rem datur; & sane, qui judici jubenti exhiberi non paret quod jussum arbitrium dicitur passim, & præceptum, *l. 7. hoc titulo*, condemnatur in id, quod interest, *l. Jul. §. ult. ff. eod.* Vindicatio certi actio est. Utraque arbitraria, atque etiam noxalis actio. Sic autem exhibitoria actio dicitur ad exibendum, ut redhibitoria, ad redhibendum, *l. 28. D. de ædil. ed.*

XLII. Enarratio.

PRopter noxales actiones] *l. 3. §. si quis*, *ff. eod.* ut acturus noxium servum agnoscat.

Propter vindicationes] *l. 1. eod. & d. l. 3. §. est autem.*

Si res mobilis sit] Nam res immobiles satis se exhibent: & ideo Græci res immobiles vocant, *οὐσίαν φανεράν*, *substantiam manifestam*: res autem mobiles, *ἀφανῆ οὐσίαν*, *substantiam obscuram*, *& nec manifestam*, Lysias contra Diogitonem.

Exhibitionem enim sequitur vind.] Res exhibita vindicatur, *l. 1. l. 3. §. est autem*, *ff. eod. l. ad rem mobilem*, *ff. de Procurat.*

Et principalis actio est] Nam principalis eadem, quæ directa, *l. in commodato 17. §. 1. ff. commod.*

Rem adversarius restituerit] Rem exhibuerit, *§. præterea*, *Instit. de actionib.* aut restituerit,

Nam exhibendis verbum etiam restit. &c.] Itaque auctores Basilic. actionem ad exhibendum, restitutoriam vocant, *ἀποκαταστατικὴν ἀγωγήν*, ad *l. ult. hoc tit.* Glossæ Philoxeni: *exhibet*, *ἀποκαθιστᾷ*: quod est restituit.

Noxæ enim deditio mutatio dom. est] Per noxæ deditionem servi dominium à veteri domino in perpetuum recedit, *§. 3. Instit. de noxal. act.*

Quia magis in id, quod interest] Cujus incerta quantitas est.

Utraque arbitraria] Rei vindicatio arbitraria est, *l. qui restituere 68. ff. de rei vindic.* & exhibitoria, *l. 3. §. ibid. ff. ad exhibend.*

Atque etiam noxalis actio] *d. §. præterea.*

TIT. XLIII. *De aleæ lusu, & aleatoribus.*

Vide tit. 11. lib. 1. ff.

SEquitur titulus, de aleæ lusu, & aleatoribus; secundum ordinem edicti perpetui, cujus rationem exposuimus in Digestis. Cæterum is quidem titulorum ordo hic observatur, sed non etiam rerum continuata series: nec enim res ulla præcedit cum qua conferri hic titulus possit. Aleæ nomen omnem fortunæ lusum complectitur, nedum talorum, aut tesserarum jactatum è pyxide .i. fritillo, vel phimo, quam pyxidem appellari opinor illo versu Juvenalis. Partos gladio, vel pyxide nummos: neque tamen omnis generis alea legibus prohibetur: excipit Justinianus prima Constitutione tituli hujus, ludos quinque, quod virtutis causa suscipiantur, ut *l. 2. D. eodem*, *l. qua actione*, *§. si in colluctatione*, *D. ad l. Aquil.* *μονόβολον*, id est, singularis saltus, *κοντομονόβολον*, saltus conto suffultus, *κοντακιον*, *κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης*, jaculatio hastæ, pili vel conti, sine cuspide, hodieque Quintani jaculatio dicitur ab inventore, hodieque Quintana vulgo: *πυγμή*, colluctatio: *ἱππικὴ*, Troja, sive Pyrricha, curriculum equorum, cui similes sunt *κυνηγέσια* & *τόξον*, ludi explicati à Nicephoro

phoro Gregora libro decimo. Cæteri interdicti sunt, non tantum si pecunia posita ludatur, sed etsi quod maxime notandum est, positis lupinis, argento Comico, in vicem pecuniæ veræ postea persolvendæ victori, *l. 1. hujus tituli, l. 25. & l. ult. sup. de epis. aud.* & est non leve crimen, si quis vetita luserit alea, cujus odio multa singulariter recepta sunt: ut condictio, quasi indebiti competat ei, qui victus alea sciens ultro solvit, id quod in alea amisit, vel eo cessante, in urbe præf. urbi, in municipiis patri, aut defensori civitatis, aut præsidi provinciæ, ut erogetur in opera publica. Fuit olim ejus rei in urbe cura ædilium. Martialis: *Ædilem rogat udus aleator*: & alio loco: *Nec timet ædilem moto spectare fritillo*: & Seneca: *loca ædilem metuentia*, popinas, ubi plerunque luditur alea, & prostibula: & fuit olim pœnalis actio in quadruplum, hodie in simplum, famosa, ut opinor: nam & aleatorum nomen infame, quamobrem tesserarios se appellari malebant, ut latrones, *πειρατάς*. Item receptum est, ut susceptori aleatorum, qui aleatoribus ipsis longe nequior est, impune fiat furtum, & injuria, damnumque detur impune, & ut qui cogit ad ludum gravi multa coerceatur, vel ducatur in latomias, aut vincula publica, *l. 1. & 2. ff. eodem*. Et ut condictioni ejus, quod alea lusum est, nulla præscriptio obstet, nisi annorum L. quod & *l. 1.* hujus tituli fuisse cautum Eustathius auctor est lib. de temporibus. Et ut arcanæ popinæ in quibus alea luditur, publicentur, *l. 2. hoc tit.* quæ etiam nominatim interdicit equorum ligneorum lusu, quasi scilicet magis in aleæ speciem, quam virtutis cadat. Et ut victori nulla sit petitio ejus, quod alea vicit, ut *l. periculi, ff. de nau. fœn.* & hoc si retentionem non habet, & petitionem multo minus.

XLIII. Enarratio.

ET aleatoribus] Qui & aleones Julio Firmico Astro. vIII. 25. Glossæ: *κυβευτής, aleator, aleo.*

E Pyxide .i. fritillo, vel phimo] Vetus Juvenalis Scholiastes ad versum quintum. Sat. 14. *Fritillus, pyxis cornea, quæ fimus dicitur Græce.* Magnum Etymologicum: *φιμοὶ, κυβευτικὰ ὄργανα: φιμὸς ἐστιν ὁ καλούμενος κημὸς, εἰς ὃν ἐμβάλλονται.*

Illo versu Juvenalis] Sat. 13. rectius tamen, ut videtur, idem Scholiastes: *Veneno*: inquit, vel gladio. Idem Juvenalis Sat. 6.

At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ,
Sed tamen & ferro.

Lactantius 3. 15. *Quos non aliter intueri decet, quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena.*

Κοντομονόβολον] Aliud est κοντοπαίκτης, cujus meminit Balsamo ad canon. 2. Synodi 6. in Trullo, contiludium, contiludicrum: de quo Julianus Imperator in ænigmate, εἰς κοντοπαικτην: quod quia nondum editum est, non gravabor heic adscribere.

Ἰουλιανοῦ βασιλέως αἴνιγμα εἰς τὸν κοντοπαίκτην.
Ἔστι τι δένδρον τῶν ἀναιτίων μέσον,
Οὗ ῥίζα καὶ ζῇ καὶ λαλεῖ καρποῖς ἅμα.
Ὥρᾳ δὲ μιᾷ καὶ φυτεύεται ξένοις
Καὶ καρπὸν αὔξει, καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν.

Ejus interpretationem eruditis relinquo. Hinc κοντοπαικτική, cujus meminit Nicephorus Blemmidas in Epitome Logices capite tertio.

Κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης] Photius in Nomocanone cap. 29.

Ab ioventore] ἀπὸ Κοίντου τινὸς οὕτω κληθέν. Balsamon in Scholiis.

Troja sive Pyrricha, &c.] videtur Trojam & Pyrricham pro uno eodemque ludo accipere, auctore Servio, qui ita scribit in V. Æneidos: Ut ait *Suetonius Tranquillus, lusus ipse, quem vulgo Pyrricham appellant, Troja vocatur*. Atqui differunt Plutarchus in Catone minore: τὴν παιδικὴν καὶ ἱερὰν ἱπποδρομίαν, ἣν καλοῦσι Τροίαν. *Certamen sacrum equestre puerorum, quod Trojam appellant.* Troja igitur curriculum equorum: Pyrricha autem Saltatio armata & pedestris, quam saltabant *concinentibus fistulis, sonantibus modulis*, ceu loquitur Ammianus libro 16. & 18. Aristides Quintilianus in lib. 2. de Musica: τὴν μὲν καὶ πυῤῥίχην τῶν τακτικῶν μαθήσεων ὡς διὰ μουσικῆς ποιεῖται, τί δεῖ λέγειν; *Qua ratione Tacticorum curam in Pyrriche suscipiat Musica, quid dicere attinet?*

Pyrricha] Scholiastes Hephæstionis: ἡ καλουμένη πυῤῥίχη, ἔνοπλος ὄρχησις οὖσα: Athenæus libro decimo quarto: πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυῤῥίχη· ἐν ὅπλοις γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται. Eustathius ad Iliad. v. ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη. Idem Hesychius. Vide Suetonium Julii c. 39. & Octav. c. 43. Cujac. Obs. 13.10. Græce dicitur πρύλις, Callimachus in hymno in Jovem.

Κιντζοῦθρα] Cujacius depravatam lectionem secutus est, & interpres Joannis Cantacuzeni. Joannes Meursius in Glossario Græcobarbaro legit, καὶ τζοῦθρα. Cantacuzenus historiæ libro primo capite quadragesimo secundo, καὶ τὴν λεγομένην τζυστρίαν καὶ τὰ τορνεμέντα: forte legendum, τζούστραν.

Et τόρνο] τορνεμέντα, Cantacuzenus loco citato: Aliis τορνεύματα. Auctor Græcobarbarus ineditus: καὶ ἄπαντα εἰς τὰ τραχήλια τῶν εἰς τὰ τορνεύματα: torneamenta. Matthæus Paris. in Henrico III. *Milites ut exercitio militari peritiam suam & strenuitatem suam experirentur, constituerunt unanimiter non ut in hastiludio illo, quod communiter & vulgariter torneamentum dicitur, &c.*

Positis lupinis] Lupinos non esse genus nummi etiam vilioris magis placet: positis igitur lupinis vice pecuniæ, θέρμοις, *l. 1. hoc tit.*

Argento comico] Aurum comicum, Plautus Pœn. Act. 3. S. 11.

Vetita luserit alea] Horatius Carminum libro tertio, Ode vigesima quarta: *seu malis vetita legibus alea.*

Ut condictio quasi indebiti.] Si servus vel filiusfamilias victus sit, domino vel patri condictio competit. Si filiusfamilias vicerit aut servus, pater aut dominus tenetur de peculio, non noxali, quia ex negotio gesto agitur, ut est in *l. ult. §. 1. ff. eod.* id est, dominus tenetur noxali ex delictis servi: heic autem inter eum & alium quasi contractus habitus est: συνάλλαγμα ἀνανεὶ γέγονε μεταξὺ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου, ut ibi Græci interpretes.

Quod si victus sui juris sit, an condicet? negabat Placentinus, quia turpitudo dantis repetitionem impedit. Azo contra putat in Summa num. 27. neque heic regulæ locum esse secundum quam id quod datur ex turpi causa non repetitur: heic autem quasi contractum esse. Græci etiam interpretes lusoribus etiam sui juris existentibus repetitionem dari putant, & cessare regulam, qua dicitur, in pari causa eum, qui accepit esse potiorem. Sic etiam Joannes Faber repetitionem admittit, nec movetur regula secundum quam melior est condicio possessoris: & hæc sententia comprobatur, *l. 1.* quæ generaliter victori actionem denegat, victo autem repetitionem dat.

Sciens ultro solvit] Regulariter, qui sciens indebitum ultro solvit, non repetit, *l. indebitum 9. inf. de condict. indeb.* Hoc ergo singulariter receptum est, ut ultro solventi repetitio detur.

Martialis] Lib. 1. epigr. ult.

Et alio loco] Lib. 14. 1.

Seneca] De vita beata cap. 7.

In quadruplum] Asconius Pedianus in divinationem: *Quadruplatores* (ex quorumdam sententia) *eorum reorum accusatores qui convicti quadrupli damnari solebant, ut aleæ.*

Aleatorum nomen infame] Apud Græcos. Theophrastus περὶ ἀπονοίας: μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, &c. ait, hominem perditum à nullo turpi artificio se abstinere,

præ-

præconem esse, coquum esse, aleatorum esse. Inter A artes quæ à Romanis etiam improbantur Cicero ponit ludum talarium, libro primo de Officiis.

Quamobrem tesserarios] Ammianus Marcellinus libro vigesimo octavo. *Quidam ex iis, licet rari, aleatorum vocabulum declinantes, ideoque se cupientes, appellari tesserarios.*

Ut latrones πορισταὶ] Aristoteles Rhetoricorum libro 3. cap. 117. ἢ οἱ μὲν λῃσταὶ αὐτοὺς ποριστὰς καλοῦσι νῦν.

Ut susceptori aleatorum] Susceptor dicitur à Græcis ταβλοδόχος, ad *l.* 1. *ff. eod.* nam Græci recentiores dicunt τάβλιν pro tabula in Anthologia Græcor. epigramm. lib. 1. cap. 61. & ταβλίζειν, *tabula ludere*, Tertuliano. *Tabulas altarias* vocat Ratherius Veronensis Episcopus de contemptu canonum parte 1. Scri- B bit Azo in Summa num. 28. non idem juris esse, si furte non apud ταβλοδόχον, sed apud alium quemlibet, non in κυβευτηρίοις, ut vocat Eustathius in Odyss. ⁂ alea luserint, non impune igitur furtum fit.

Fiat furtum] Si furtum fecerint inter se collusores, furti actio est, *l.* 1. *§.* 1. *ff. eod.*

Qui cogit ad ludum] Sunt enim quidam, qui alio cogunt alea ludere, vel statim ab initio ludi, vel volentes, quod dicitur, interrumpere & surgere, manere cogunt, quod maxime victi faciunt, ut ajunt interpretes Græci in libro 60. tit. 8. cap. 1. De aleonibus S. Ambrosius in libro de Tobia c. 11. *Notatur, si credi potest, infamia, qui putaverit retinendum, & infamium sententia gravius: quam censura judicialis inuri opprobrium: quoniam, qui apud judicem damnantur, apud* C *illos gloriosi sunt: qui apud illos damnantur, apud judicem criminosi sunt.*

Latomias] Ipse Cujac. Observ. libro 4. 7. probat Pandectas Florentinas, in quibus legitur, *lautumnias*. Probat & P. Faber Semestr. libro 2. cap. 7. Basilica verterunt: εἰς λιθοτομίας. Scholiastes autem εἰς λατομίαν βάλῃ. Et idem igitur λιθοτομεῖον, & λατομεῖον. Glossæ λατομεῖον, *lapidicina*. Item: λιθομεῖον, *lapidicina*. Heic autem Cujacius Latumias mavult dicere quam lautumias. Helladius Bizantin. in Excerptis Photianis: τὰς λατομίας μᾶλλον ἢ ἔργα φιλόξενος. Glossæ: λατομίαι, *latomia*.

Nili annorum 1.] V. Cui. in libro de temporibus cap. 52.

Magis in aleæ speciem] Nam ea quæ virtutis causa D fiunt, permittuntur, *l.* 2. *§.* 1. *& l. seq.* vide Photium Nomocan. cap. 13.

Nulla sit petitio ejus] *l.* 1. *hoc tit.*

Et petitionem multo minus] Nam frustra petitur; quod si habeas retinere non possis.

TIT. XLIV. *De religiosis & sumptibus funerum.*

Vide tit. 7. *lib.* 11. *ff.*

POssit hic titulus referri ad vindicationes; de quibus agitur in hoc libro, ut in eas intelligamus non cadere res religiosas. Pro certo constabat sacras, aut sanctas vindicari non posse quasi nostras. Non possunt etiam jure dominii, quasi nostræ vindicari res, E aut loca religiosa, veluti monumenta aut sepulchra, in quæ mortuos illatus est, *l.* 4. *hoc titulo*, aut ambitus horum, vel qui his lapides adhærent, non usucapi, non permutari, non pignerari, non vendi specialiter, nec nisi modica sint loca venditioni prædii accedunt, *l.* 5. *ff. de sep. viol. l. in modicis, ff. de cont. emp.* nec enim Mausolea accedunt. De sumptibus funerum, qui eos fecit, si alia ei actio non sit, etsi ad eum non rediit res defuncti, datur ei actio funeraria similis actioni negotiorum gestorum, adversus heredem, aut bonorum possessorem, aut patrem ad quem præmortuæ filiæ dos rediit: & datur ante privilegia, *l. pen. ff. eodem*: & agitur etiam extra ordinem eorum nomine, quæ quis pio functus officio consumpsit in morbum defuncti, *l.* 3. *hoc tit.*

XLIV. Enarratio.

SAcras aut sanctas] *l. in rem actio* 23. *§.* 1. *ff. de rei vindic.*

Res aut loca religiosa] *d. §.* 1. nostra enim esse desierunt, *l. quanquam* 4. *ff. de aq. & aq. plu. arc.*

Aut ambitus horum] Sepulchra certo ambitu concludebantur, ut notum est. Vide Cujac. ad *l. æde sacra* 73. *ff. de contrah. empt.* libro 3. Respons. Papin. & librum Observat. XIII. 36.

Vel qui his lapidibus adhærent] *l. quæ religiosa* 43. *ff. de rei vindic.*

Non usucapi] Res sanctæ & religiosæ usucapi non possunt, *l. usucapionem* 9. *ff. de usurpat. & usucap. l.* 4. *ff. de mort. infer. §.* 1. *Instit. de usucap. & lo. temp. præscrip.* Nam singulorum dominium effugiunt.

Non permutari] Permutatio enim vicina & proxima est emptioni, *l. ult. ff. de rer. permut.*

Non pignerari] *l.* 2. *hoc tit.*

Non vendi specialiter] *l. in modicis* 24. *ff. de contrah.* Oblitat *l. si per imprudentiam* 51. *§. si quis locum, ff. de evict.* si Claudii Salm. interpretationem sequamur: nam locum ibi accipit pro monumento ad inscriptionem Herodis Attici. Omnino male: monumenta enim vendi non possunt. Species *d. §.* hæc est: Titius locum purum vendidit. Heres autem venditoris voluntate emptoris in eo sepultus est, actio de evictione intercidit, C hoc enim casu emptor proprietatem amisit: quia religiosæ res in nullius dominio sunt. Nec est, cur queratur emptor, cum voluntate ejus venditor ibi sepultus sit.

Nec enim Mausolea acced.] Isidorus Originum decimo quarto cap. XI. *Mausolea sunt sepulchra, seu monumenta Regum à Mausoleo Rege Ægypti.* Georgius Syncellus: Κλεοπάτρα ἐν τῷ μαυσωλείῳ . . . ἑαυτὴν διεχρήσατο, &c. Frontinos mœsilea appellat. Et modica igitur loca religiosa accedunt venditioni prædii, non Mausolæa magnifica & sumptuosa, nec enim Mausolæum meo quidem judicio sequeretur emptorem, Cujac. ad *l. si mercedem.* 53. *§.* 1. *ff. de action. emp.*

De sumptibus funerum] De sumptibus factis εἰς ταφήν, ut in Basilicis, & in Demosthenis oratione adver- D sus Aristogitonem.

Si ei alia actio non sit] *l. & si quis* 14. *§. Labeo ait, ff. eodem.*

Similis actioni negot. gestor] Nam qui sumptus facit, negotium gerit vel defuncti, vel heredis ejus *d. l.* 14. *§. sed interdum, §. fortassis negotium, §. si quis, §. item Labeo, & §. pen.*

Adversus hered. aut bon. poss.] *d. l.* 14. *§. ultim.*

Aut patrem] *l. in patrem* 21. *l. si filiusfam.* 31. *ff. hoc tit. Paulus Sentent. libro* 1. *tit. ult. §. ult.* vel maritum, si dotem lucretur, *d. l.* 14. *§. ult. l. in eum* 16. *l. Neratius* 20. *§. pen. & l. Celsus* 22. *ff. eodem titulo.* Apud Hebræos hæc E inter appendices recensentur, ut medicorum cura uxori à marito præstetur, si ægrotaverit: ut ab eo redimatur, si capta sit ab hostibus: ut sepeliatur ab eo, si fuerit mortua, ut ex Maimonide refert Seldenus in libro de successionibus ad LL. Hebræorum.

L. pen. D. eod. Paulus *d. tit. ultim. §. pen.*

Quæ quis pio functus officio] Sumptus in cadaver communi humanitatis jure & pietatis gratia facti, non repetuntur: quia tamen sine pietatis intentione nemo alienum cadaver funerat, Onosander Strategici capite trigesimo sexto, ὁσία μὲν γὰρ ἡ καὶ πρὸς τοὺς ἀποιχομένους εὐσέβεια judex dispiciet, an quis in hoc fuerit prius, ut mortuum sepeliret, ne insepultus jaceret, non etiam ut suo sumptu id faceret. Certe si testatus sit, quo animo faceret, nullam quæstionem patietur, *l. etsi quis* 12. *§. sed interdum, ff. eod. tit.*

CODICIS

CODICIS JUSTINIANI LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE REBUS CREDITIS, ET DE JUREJURANDO.

Vide tit. 2. *lib.* 12. *ff.*

PRIOR pars hujus tituli est de A actione, Si certum petetur de rebus creditis: posterior de actione, Si certum petetur de jurejurando: Posterior, inquam, si ordinem scripturæ spectas: nam religionis honore, & sanctitate, & proximitate tit. de religiosis, in quo definit libro 3. certe est prior: est enim jusjurandum adfirmatio religiosa, qua scilicet pleraque firmantur inter homines, Deo immortali interposito tum judice, tum teste, & sic dicitur quasi jus sacratum, quod sit jurandum Deo teste, & judice ut apud Nævium. B

Jus sacratum Jovis jurandum sagmine.

Et Virgil.

Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura.

Et vero de jurejurando quasi jure sacrato tractatur etiam prius, rejecta parte de rebus creditis, tametsi prior sit ipsa in tituli inscriptione, in titulum sequentem. Non est autem actio ex jurejurando, sicut nec ex pacto jure civili, nisi lege Julia, & Papia libertus patrono præsenti se donum, munus, operas daturum jurejuraverit, *l.* 7. *ff. de op. lib. l. servum, ff. de man. test. l.* 13. *in pr. ff. de accept. l.* 6. *§. si quis absente, ff. de confes. l. ult. ff. de lib. causa*; sed sicut pacto convento formatur, & proceditur actio ex ipso contractu, ita jurejurando, ut si quis juraverit C se pecuniam credidisse, erit actio si certum petetur de jurejurando, si emisse, ex empto, si societatem fecisse, pro socio, *l. si duo, §. si quis juraverit, & §. Marcellus, ff. eod.* vel si jusjurandum subsequatur sententia judicis, erit utilis actio judicati, quasi novatione facta, *l.* 8. *hoc tit.* Frequens est comparatio pacti cum jurejurando, *l.* 2. *l. tutor, §.* 1. *l. sed & si servus, ff. eod.* utroque modo tollitur actio injuriarum, *l. non solum, §.* 1. *ff. de injuriis*; & naturalis obligatio, *l. Stichum, §. nat. ff. de sol.* Ergo & nascitur eadem ex utroque, & fidejussor datos tenetur: nam in casu *l. si quis pro eo, ff. de fidejuss.* non obligatur naturaliter servus, qui per errorem, quasi libertus jurat de operis. Item qua de re non servatur pactum, nec servatur jusjurandum, *l. jurisgentium, §. generaliter, ff. de pact. l. non dubium, supr. de leg.* Et observandum est relatis, & traditis lib. superiore actionibus in rem, & mistis, quæ tamen magis sunt in rem, quam in personam, atque etiam exhibitoria, quæ in rem actionis præparatio est, ad hoc lib. 4. initium dari actionibus in personam.

I. Enarratio.

B DE jurejurando hic agitur, quod in societate civili frequens est, & in ipsis rerum documentis ac usu quotidiano fori versatur, *ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἀναστροφαῖς*, ut ait Hierocles ad aurea Pythagoræ, quodque idem paulo post, *ἀνθρώπινον*, sive humanum appellat, & est triplex, voluntarium, necessarium, & judiciale. In eis exponendis variavit Cujacius: ea verior sententia videtur, quam adsert ad *l. jusjurandum* 17. *ff. de jurejur.* in lib. 18. Pauli ad edict. ut jusjurandum voluntarium sit, quod ex conventione partium extra judicium citra jussum Prætoris, aut judicis datur, sive defertur. Dare est jusjurandum deferre, ut in *l.* 3. *hoc tit.* rectius enim ibi legitur, *dederit*, quam *detulerit*, ut in Basilicis: *ὅρκον τῷ ἐπιτρόπῳ δέδωκεν*: & in membraneis Codd. Ægidii Menagii, & Juliani Brodæi: vetus versio Gallica: *se aucun orphelin done serement à son tuteor sor l'action qu'il avoit contre luy.* Sic etiam loquuntur Græci. Demosthen. adversus Bœotum: *ἐπὶ τούτοις δίδωσι τὸν ὅρκον.* Alias jusjurandum dare, est præstare, *l.* 5. *§.* 2. *ff. eod.* Plautus Mostell. act. 5. sc. 1. *Quin jusjurandum pollicitus est dare, si vellem, mihi: Neque se basce ædes vendidisse, neque sibi esse argentum datum.* Adde Cornel. Nepot. in Annib. Sulpitius Severus sacræ histor. lib. 1. *Contacto domini fœminæ sacramentum dedit*: in eaque sententia

tentia est Theodorus Balsamon ad Nomocanon. Photii. A Necessarium autem, quod à parte parti in judicio defertur, vel refertur: sunt enim perquam timidi quidam, qui metu divini numinis usque ad superstitionem jurare nolunt: οἱ εὐσεβεῖς, καὶ δεισιδαιμονες, καὶ μὴ τοῖς ὅρκοις ἐνεθίζοντες ὡς ῥᾴδιως, ut ait Stephanus in commentario ad Rhetoricam Aristotelis. Judiciale, quod inopia probationum à judice defertur. Nolo hunc Græcorum interpretationes transferre, quoniam alibi eas legere in facili est; adferam tantum ejusdem Stephani locum è supradicti commentarii lib. 1. quia nondum typis editus est. Ἀξιὸν ἐστι πρὸ τοῦ ἐπεξιέναι τοῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ῥητοῖς περὶ τῶν ἐνταῦθα χρησιμευόντων ὅρκων τεχνολογίαν διαλαβεῖν ἤγουν τοῦ ἐπακτικοῦ, καὶ τοῦ ἀντεπακτικοῦ, καὶ τοῦ συκοφαντικοῦ νομιζομένου, καὶ λεγομένου, καὶ αὐτοῦ ὅρκου: ἐνήγαγεν ὁ Πέτρος καὶ τὸν Παῦλον διὰ χρέος νομισμάτων ρ. ἠρνεῖτο ὁ Παῦλος ἀπελύετο ὁ Πέτρος εἰς ἀποδείξεις: ὁ λέγων γὰρ, οὐ μὴν ἀρνούμενος ἀποδείκνυσιν· ἠπόρησε περὶ τὰς ἀποδείξεις ὁ ἐνάγων, τάδε λέγει πρὸς τὸν ἐναγόμενον ἐπάγω σοι ὅρκον τὸν νεκεσσάριον παρὰ ῥωμαίοις λεγόμενον, ἤτοι τὸν τέλειον ὃν πληροφορητικὸν καὶ ἀτμητικὸν, ἐπεὶ ἀπορῶ περὶ τὰς ἀποδείξεις, καὶ ὄμοσόν μοι ὅτι μὰ τοὺς Θεοὺς οὐκ ὀφείλω τὰ ρ. νομίσματα τῷ Πέτρῳ: καὶ ἐγὼ εἰ βούλει: ὀμόσω σοι πρῶτος τὸν συκοφαντικόν: οὗτος δὲ οὐ κυρίως ὅρκος, ἀλλὰ περιεκτικὸς μόνον τῆς ὑπολήψεως τοῦ ἐνάγοντος, οὐ μὴν τελεῖ ὑπόθεσιν: οὐ γὰρ τῆς ὑποθέσεως ἐστιν ὁ ὅρκος, ἀλλὰ τοῦ προσώπου, καὶ εἰπῶ: μὰ τὴν θείαν χάριν οὐ συκοφαντικῇ γνώμῃ ἐνάγω σοι τὸν ὅρκον. Et mox: Πολλάκις οὐ βούλεται ὁ ἐναγόμενος στρέφεται πρὸς τὸν ἐνάγοντα, καὶ λέγει: οὔτε ἐγὼ ὀμόσω τὸν παρὰ σοῦ μοι τέλειον ἐπαγόμενον: οὔτε σὺ ἐπ᾽ αὐτῷ τὸν συκοφαντικὸν, ἀλλὰ ἀντεπάγω σοι ὅρκον τὸν καὶ ἀντεπακτικὸν λεγόμενον, ἐπεὶ τὸν συκοφαντικὸν ἠρνήσω ὀμόσαι, ὁμοῦ δὲ μέλλεις οὕτως εἰπεῖν, μὰ τὴν θείαν χάριν, οὐ συκοφαντικῇ σοι γνώμῃ ἐπάγω τὸν ὅρκον πεπληροφορῆσθαι πάντως ἐν τῇ ψυχῇ σου, ὅτι ἀληθῶς ἐδανείσαμές μοι τὰ ρ. νομίσματα, καὶ λοιπὸν μὴ τὸν συκοφαντικὸν, ἀλλὰ τὸν ἀντεπακτικὸν ὄμοσον, ὃς καὶ αὐτὸς νεκεσσάριος, ἤτοι τμητικὸς τῆς ὑποθέσεως ὅρκος ἐστὶ καὶ εἰπὲ ὦ Πέτρε, μὰ τὴν θείαν χάριν ταύτην ἔδανεισα σοι ὦ Παῦλε ἃ λέγω: ρ. νομίσματα, καὶ τότε ἀποδώσω σοι ταῦτα ἐὰν μὲν οὖν ὁ ἀντεπακτικὸς γένηται, προηγεῖται ὁ συκοφαντικὸς, διὰ τοῦτο γράφεται ἐν τῷ παρεκβολαίῳ παρὰ τοῦ δικαστοῦ, τὴν χάριν ἔχοντας καὶ οὐ ἀντεπακτικοῦ. Et in fine libri, Νεκεσσάριος ὅρκος λέγεται τέλειος, ἤγουν ὁ ἐπακτικὸς καὶ ἀντεπακτικὸς: δεύτερος ὅρκος ὁ ἰουδικιάλιος ὃς ἀπὸ τοῦ δικαστοῦ δίδοται: τρίτος ὁ βολουντάριος ὁ θελήματι ἰδίῳ τῶν μερῶν ἀμφοῖν συνιστάμενος καὶ θελήματι. D Ait, jusjurandum necessarium esse, cum actor deficientibus probationibus, reo jusjurandum defert, quo lis deciditur, ac finitur: actorem autem de calumnia reo jurare: Et hoc postremum non esse proprie jusjurandum sed tantum complecti existimationem actoris: nec etiam litem finire. Plerumque autem reum neque jurare, nec actorem de calumnia, sed jusjurandum à reo referri: quod & ipsum necessarium est, & causam finit: judiciale, quod à judice in dubiis causis defertur, cum nulla alia veritatis eruendæ ratio superest: ὅτε οὐδὲ μία ἄλλη ἀπόδειξις παραφαίνεται, εἰ μὴ διὰ μόνης ἐκ τοῦ ὅρκου ἀληθείας, quo uno casu jurandum censet Hierocles ad Aurea P. Denique jusjurandum voluntarium esse, quod ex utriusque partis consensu præstatur; Verbis autem conceptis jurandum innuit idem Stephanus .i. ex pactione verborum, sive ut delatum est jusjurandum, *l. 3. §. ult. ff. de jurejur.* Euripides in Medea: ἐξηγοῦ θεούς. Medea ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ᾽ ἥλιον πατρὸς τοὐμοῦ, &c. & paulo post: ὄμνυμι γαῖαν, λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς, Livius 7. *Nisi quæ ipse concepisset verba juraret*. Et mox: *Pavidus diis tribunus adjurat in quæ adactus est verba*, vide Plinii Paneg. cap. 64. Quod jus vetustissimum est: sic enim jurisjurandi formula præscribitur in Smyrnæorum, & Magnetum fœdere: Magnetes enim jurant in certa verba: ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν καὶ τὴν Ταυροπόλον, καὶ τὴν μητέρα τὴν Σιπυληνὴν, καὶ Ἀπόλλω τὸν ἐν Πάνδοις, καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς πάντας καὶ πάσας, καὶ τὴν τοῦ Βασιλέως Σελεύκου τύχην, ἐμμενῶ ἐν ταῖς συνθήκαις αἷς συντεθείμεθα πρὸς Σμυρναίους εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον. Smyrnæi quoque ibidem ex formula jurant, dictataque jurant sacramenta Deis: vide Plautum Rud. A. 1. Sc. 11. v. 48. *Præi verbis*, &c. sic Curtius 7. c. 1. *Tui omnes te præeunte juravimus*. Adde Plin. epist. x. 60.

Adfirmatio religiosa] M. Tullius 3. de offic. *Est enim jusjurandum adfirmatio religiosa*.

Firmantur] Plautus in Milite glor. act. 11. Sc. v. *Nisi das firmatam fidem*. Jurejurando scilicet. Philo in lib. 2. leg. allegor. ὁ ὅρκος πίστεως ἕνεκα παραλαμβάνεται: *Jusjurandum ad confirmandam fidem assumitur*. Paulus, vel Lucas, ut aliis placet (Amphilochius Paulo tribuit in Epistola ad Seleucum) ad Hebr. cap. 6. v. 16. πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος: *omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem est juramentum*. Theophylactus ibid. τουτέστιν, ἐκ τοῦ ὅρκου λύεται πᾶσα ἀντιλογία ἀμφισβήτησις, καὶ γὰρ λέγονται μὲν πολλὰ, καὶ ἀντιλέγονται ἐξ ἑκατέρου μέρους: ὁ δὲ ὅρκος τελευταῖος ἐπεισιὼν καὶ βεβαιῶν τὰ ἀμφίβολα λύει πάντα, ex D. Chrysostomo. Oecumenius ibid. cap. 8. καὶ πέρας πάσης ἀντιλογίας, καὶ ἀμφισβητήσεως εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰ λεγόμενα παρ᾽ αὐτοῖς ἐστὶν ὁ ὅρκος. Eusebius Pamphili in Cantica cantic. ὅρκος δέ ἐστι λόγος πιστευόμενος δι᾽ ἑαυτοῦ τὴν ἀλήθειαν: quæ verbis eisdem exstant in Gregorii Nysseni Homilia 4. in Cantic. cantic. Sanct. Athanasius de passione, & Cruce Domini: ὁ ὅρκος ἀληθείας ἐστὶ μάρτυς. Heracleotes in Comment. in Psal. 118. ὅρκῳ γὰρ βεβαιοῦνται τὰ πράγματα. adde Origenem ad eundem Psalm. in Catena Patrum: vide ad tit. 21. in prin.

Judice tum teste.] Qui jurat, Deos testatur. θεοὺς ἵστορας ποιῶ, in jurejurando Hippocratis. Philo de Vita Mos. μαρτυρία γὰρ ἐστὶ Θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου, ὅρκος. Idem d. lib. 2. φασὶ γοῦν μὴν ὅρκον εἶναι μαρτυρίαν Θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου: *ajunt sane jusjurandum testimonium esse Dei de re de qua ambigitur*. Adde eund. de special. LL. Gregorium Nazianz. in Definit. Cicer. loco cit. Ovid. epist. ad Acontium, Simplicius in Epictetum cap. 44. ὁ γὰρ ὅρκος μάρτυρα τὸν Θεὸν καλεῖ καὶ μεσίτην αὐτὸν, καὶ ἐγγυητὴν, ἐφ᾽ οἷς λέγει προΐσχεται. Proclus nondum edito in Parmenidem Platonis commentario: ὅρκοι τὴν μαρτυρίαν ἐπαγόμενοι τῶν θεῶν. Ovid. Met. 6. fab. 7.

--------- Jurare volenti,
Testarique Deos.

Et alibi:

Quid tibi nunc prodest juranti formula juris,
Linguaque præsentem testificata Deam?

Cassiodorus in Psalm. 14. *Jurare est sub testatione divina aliquid polliceri*, quæ profert Hincmarus Remensis de divort. Lotarii, & Tetb. responsione 5. B. Augustinus in Psalm. 109. *Quando juras, quid facis? Deum testem adhibes*. Itaque perjurium dicitur abnegatio Dei: ἄρνησις Θεοῦ, ut ait Joannes Cantacuzenus histor. lib. 3. cap. 74. Non solum autem Deus testis advocatur, sed & diræ adduntur. D. Paulus in 2. Epistol. ad Corinth. cap. 1. 23. ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν. *Ego autem testem Deum invoco in animam meam*. Plutarchus Q. Roman. 44. *Omne jusjurandum, inquit, in execrationem perjurii desinit*: πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας. Exempla passim exstant apud Homerum, Euripidem, Demosthenem, Appollonii Scholiast. lib. 2. vide Marmora Arundeliana p. 28.

Apud Nævium] Festus in v. Sagmina. Jurandum, pro josjurandum, ut apud Terentium legi ex veteribus membranis quidam testantur.

Virgil.] lib. 2. Æn.

Non est autem act. ex jur.] ut docet Cujac. Observat. xxii. 7. Solo enim æquitatis vinculo sustinetur, *l. non solum 11. §. 1. ff. de injur. l. Stichum 95. §. naturalis, ff. de verb. oblig.*

Nec ex pacto.] Ex nudo pacto, id est, solo: id enim nudum

nudum significat:ut, cum pignus dicitur nuda conventione contrahi in *l.1. ff. de pign. act.* id est sola, *l. justo 44.§. non mutat, ff. de usurp. & usuc.* idem interdum apud Græcos γυμνὸν significat. Ex nudo inquam pacto jure civili actio non est, Paul. *Sent.2. tit.14. §.1. l.7.§. quin imo, ff. de pact.*

Jure civili] Hypothecæ enim & constitutum, quæ pacto contrahuntur, juris prætorii obligationes sunt: & ex constitutionibus ex nuda pollicitatione dotis nascitur obligatio.v. lib.5. tit.11.

Nisi lege Julia] Hoc jusjurandum est legitimum, & libertus qui juravit, jurisjurandi sola religione tenetur: ad hoc jusjur. respicit Cic.7. ad Att.2.

Patrono præsenti] Nam libertus qui absente patrono jurat de operis, non obligatur, *l. certum 6.§. si quis absente, ff. de confess.*

Donum, munus] Quid inter hæc intersit v.ad l.194. *ff. de verb. sign.* Cornel. Fronto: *Munus, quod amicus vel cliens, vel libertus officii causa mittunt, &c.*

L.ult.ff.de liber. cau.] adde. Gajus *l.2.l.9.§.4.*

Formatur] Pactum actionem τυποῖ, Græci.

Procuditur] hoc verbo utitur Varro, & Lucret.

Ex ipso contractu] Pactum quod ex continenti adjicitur, id est, in ingressu contractus, ut dicitur in d.*§.quin imo, ab initio, §.1. Instit. quib. alien. lic. l.24. ff. depos. l.23. ff. de reg. jur. l.5. C. de pact. int. empt. & v. comp.* συνεχῶς τῷ συνόδῳ τοῦ συναλλάγματος, *eodem tempore, quo contractus celebratur*, ut interpretatur Scholiast. Harmenop. lib.6. de divers. reg. jur.§.55. pactum, inquam, quod adjicitur statim atque negotium contrahitur, contractum, & contractuum actiones format, actionem, quæ ex contractu datur, format.

Ita jurejurando] Si deferente reo extra judicium, sive apud prætorem, cum postulatur actio, juratum sit, datur actio ex eo contractu ex quo juratum est. Si vero in judicio juratum sit deferente parte, vel judice, erit utilis actio in factum ad similitudinem judicati, *l. actori 8. hoc tit.*

Tollitur actio injuriar.] Actio injuriarum pacto tollitur ex *l.12. tab. Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.* Festus in v. talionis, tollitur & jurejurando, id est, cum reus jurat, se lædendi mentem non habuisse. Sen. de Benef.3. cap.27. vel injuriam se non fecisse *& purgat pectora culpa, l.5. §. hac lege, l.11. §. 1. ff. de injur. Martial. lib. 12. epig. 78. al.80.*

Nil in te scripsi, Bithinice: credere non vis,
Et jurare jubes: malo satisfacere.

Satisfacere est tantum facere, quantum sit irato ad vindictam. Ascon. Ped.in 3. Verr. Tacitus Ann.13. *Jurgia, preces, exprobratio, satisfactio.* Cum scilicet actio injuriarum pecuniariter movetur, non si extra ordinem agatur, Græci ad *d. l.5. lib.60.* Basilic. tit.22. lis enim criminalis jurejurando non deciditur.

Naturalis obligatio. Ipso jure, id est, æquitatis potestate citra exceptionem, naturalis obligatio justo pacto tollitur, quod etiam probatur *l.40. §.ultim. coni. l.26. §.libertus, ff. de cond. ind. & l. ultim. ff. de jurej.*

Eadem ex utroque] Ex pacto nascitur obligatio naturalis, *l.5. §.2. ff. de solut.* Joannes Saresberiens. Policrat. libro 3. cap. 11. *Licet enim nuda promissio apud juris, ut dicitur, peritos, non pariat actionem, promissor omnis apud veritatem, ut dici solet, pollicem fixit, & jure civili cessante, fidei naturaliter obligatur.* Et ideo usuræ ex nudo pacto solutæ non condicuntur, *l.3. Cod. de usur.* nam quod vel natura debetur non repetitur.

Fidejussor datus tenetur] Fidejussor etiam naturali obligationi accedere potest, *l.18. ff. ad S.C. Maced. l.6.§.ultim. & l.seq. ff. de fidejussor. & Instit.de fid. in pr.* qualis qualis obligatio sufficit, ut ei fidejussor accedat.

Nam in casu] Quasi diceret: ei quod supra dictum est, ex jurejur. nasci obligationem naturalem, non adversatur *l.56. ff. de fideic.* ibi enim qui jurat, se operas præstaturum, & eo nomine satisdat, naturaliter non obligatur, ac per hoc fidejussor non tenetur, quia servus per errorem quasi libertus jurat de operis: solus autem libertus ex jurejurando obligatur, ut docet Cuj.hoc tit.

Et generaliter] v. Cujac.1. Obs.24.

Et mistis] Egit supr. libro de vindicatione rerum corporalium, & incorporalium, deque actionib. mistis, id est, familiæ ercisc. communi divid. & finium regund. quæ tamen magis sunt in rem, quam in personam, ut docet Cuj. sup. fin. regund.

Exhibitoria] Actio enim ad exhibendum propter vindicationes inducta est, viam parat vindicationi, *l.1.& l.3.§.est autem, ff. ad exibend.*

TIT. II. *Si certum petetur.*

Vide tit.1. lib.12. ff.

Actio si certum petetur de rebus creditis proprie datur ex mutuo, vel ex stipulatione quæ mutuationem præcedit aut sequitur: & h. titulus igitur de mutuo. Mutuum est alienatio pecuniæ quæ fit sub lege reddendæ quantitatis ejusdem: consistit enim in his rebus quæ quantitate valent, non corpore. Fateor creditum dici κοινῶς obligationem omnem, & ἰδίως obligationem ex contractu, sed ἰδιαίτατα, obligationem ex mutuo: & creditorem eum qui mutuam pecuniam dedit, cæteros haberi creditorum loco, *l.10. & 11. de verb. sign.* ac similiter, debitorem qui mutuam pecuniam accepit, *l.11. hoc tit. l.4. §. is quoque, ff. de obl. & act.* & ita actio in personam quæ ei qui mutuam pecuniam dedit, in debitorem competit, proprie dicitur certi condictio, vel actio si certum petetur de rebus creditis: & tamen sicut creditoris & crediti nomen accommodatur ad omnes causas ex quibus certum petitur, & ei adversa condictio incerti, etiam generalis actio est. Sic autem illa verba edicti sive tituli hujus accipienda sunt: Si certum petetur dari. Contra in titulis: Si ususfructus petetur, Si ager vectigalis petetur, hoc modo, Si petetur restitui quasi suus, vel Si suus esse petetur, quia quæ in hoc tit. proponitur actio, condictio est, quæ in illis, vindicationes. Neque vero nostri, sed etiam alieni auctores plerumque rem creditam referunt ad solam mutui causam, ut cum Fabius rem certam creditam separat à locato & conducto lib.4. & Seneca 3. de benef. *Pars optima beneficii perit, si actio sicut certæ pecuniæ, aut ex conducto & locato datur*, & alio loco: *Dies beneficia reddendo non dicitur, sicut creditæ pecuniæ:* & apud Festum lex de pecunia credita fenebris.

II. Enarratio.

Si certum petetur] Pecunia enim certa petitur: Certa dicitur, cujus quantitas certa est. Pomponius apud Nonium in v. dicere: *Nummos certos dicas, dico quinquaginta millia.* V. Quintiliani locum ex libro 12. cap.10. in fine hujus Tit. Per contrarium, *Incertum nec tempus, nec numerum recipit*, ut ait Cornelius Fronto.

Vel ex stipulatione] Verbis etiam credimus, *l.2. §.ult. ff. de reb. cred.* creditor enim stipulatur hoc modo: quantam pecuniam intra illum diem tibi credidero, tantam dari spondes? Quintilian. *l.4. cap.2. Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione.* Cornel. Nepos in vita Attici cap.13. *Pecuniamque sine fœnore, sine stipulatione credidit.* Itaque condictio ex stipulatione datur, sive numerationem præcedat, sive sequatur, *l.3. §.ultim. & l. contra 6. ff. de S.C. Maced.*

ead. l. si ita 6. §. 1. & l. seq. ff. de novat.

Mutuationem præcedit] M. Tullius in orat. pro Flac. *Cum multis minutis mutuationibus fraudavisset.*

Quod ad mutui etymologiam, quam adfert Paulus in *l.* 2. non est cur sollicitius quæramus an vera sit, Nam Jurisconsulti nostri imbuti sunt ab Stoicis, qui licentiores fuere in ducendis nominum originib. ut dudum observavit eximius interpres: quemadmodum Dialecticos & Dialecticorum præcipuum haud satis felices fuisse circa nominum compositionem scribit auctor incertus in fragmento quodam inedito, quod mihi utendum dedit P. Nublæus togatus Parisiensis vir pereruditus. Verba ejus hæc sunt: οἱ φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὰς διαλεκτικὰς ἐκφέροντες τέχνας, οὕτως οἴονται ἄθλιοι περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, ὥστε μηδὲ αἰσθάνεσθαι καὶ λέγειν: ἀπέχρη δὲ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τῷ λόγῳ Χρυσίππου τοῦ στωϊκοῦ: περαιτέρω γὰρ οὐκ ἂν προβαίνω: τούτου γὰρ οὐδ' ἄμεινον οὐδεὶς τὰς διαλεκτικὰς τέχνας ἠκρίβωσεν ὄντως, μανίᾳ χείρους συνταχθέντας ἐξήνεγκε λόγους. Dialecticorum appellatione Stoicos intelligit: Certe non male Cujacius à mutando mutuum dictum putat, quoniam ultro citroque datio intervenit. Hinc mutuum dicitur quodcumque ἀμοιβαῖον & reciprocum est, Catullus Carm. 46.

Mutuis animis amant & amantur.

Tibullus lib. 3. eleg. 1.

——Si nostri mutua cura est.

mutua gaudia, Lucretio, & alia hujusmodi apud eundem, mutua ignorantia Tacito hist. 1. mutua convivia Virgilio Georg. 1. mutua dominia, A. Gellio lib. 2. 24. Sic enim in sex scriptis codd. legitur, & alio mutua libro 20. 1. ut omittam mutuas actiones vel petitiones tam apud juris auctores, quam apud Fabium, & alia bene multa, quæ occurrunt in libris juris,

Verum Paulus hoc agit tantum ut probet, ex mutuo alienationem sequi & de meo tuum fieri probat autem ex eo, quia mutui datio inde appellata est, quod de meo tuum fiat: Et ideo, inquit, si non fiat tuum, non nascitur obligatio.

Hac de re dudum scripseram satis, ut videtur, diligenter, & ei finem quæstioni rebar impositum. At ecce Salmasianæ sententiæ novus adsertor exoritur, qui eos, qui contra sentiunt non sapere scribit, nulla interim ratione vel lege subnixus, sed tantum ut impensius Salmasio suo placeat. Cui si vita non excessisset: nam iis parcendum est, qui inter homines vivere desierunt, reponerem, non eum quidem desipere, sed valde stultum esse, id est, juris imperitissimum. Denique non sanum sapiunt, qui veterem prudentiam jusque receptum ausu improbo & inefficaci conturbare tentant. Vide replicationem nostram de mutuo adversus Claudium Salmasium.

Alienatio] Mutuum est alienatio, *l.* 3. *ff. ad SC. Maced. §. 2. Instit. quib. alien. lic.* Dominus enim pecuniam facit accipientis, *l.* 2. *§.* 2. *ff. de reb. cred.* Basilica: τὸ μὲν χρέος γενικόν ἐστι: τὸ δὲ δάνειον μετατίθησι δεσποτείαν: Cyrillus: τὸ δάνειον οὐ συνίσταται, εἰ μὴ ἐκποιηθῇ νομίσματα: *l. nam etsi* 13. *eod. l. qui negotia* 34. *ff. mand. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Boetius, qui fuit Jurisconf. summus in Top. Cicer. lib. 2. *Quod mutuum datur, ex meo fit accipientis: atque ideo non cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori, sed aliam tantam.* Quod & ipsum condictionis nomen ostendit: nemo enim rem suam condicit, *§. sic itaque, Inst. de act.* sed vindicat.

Pecuniæ] Pecuniæ appellatione hic intelliguntur ea, quæ pondere, numero, & mensura constant, ut in *l.* 2. *§.* 3. *ff. eod. l. talis scriptura* 30. *ff. de leg.* 1. *& l. creditorum* 11. *ff. de verb. sign. & tit.* de constituta pecunia, in quibus mutuum consistit.

Sub lege reddendæ] Mutuum damus recepturi tantumdem ex eodem genere, *l.* 2. *ff. eod.* qua die, & A ea quæ adjecta contractui. Quid si sine die creditum sit? Accursius ait, pecuniam statim repeti posse: quod refutavi in Replic. de Mutuo. S. Ambrosius in lib. de Tobia cap. 12. *Quid enim tetrius eo, qui hodie fænerat, & cras exigit? est odibilis, inquam, homo hujusmodi. Oblatio quidem blanda, sed immanis exactio:* Mutuum igitur fit sub lege redd. quantitatis ejusdem: alioquin mera donatio esset.

Quantitatis ei] Non speciei: mutuum n. consistit in rebus quibus abutimur; ἐν τοῖς ἐν χρείᾳ καθεσταμένοις. Alioquin inutile mutuum esset accipienti: sive, ut ajunt Græci: δανειζομένοις ἀχρήσιμον τὸ ἀναγκάζεσθαι πάντως αὐτὰ τὰ δανεισθέντα καταβαλεῖν τῷ δεδωκότι: adde Theop. ad tit. Quib. mod. re contr. oblig. in princ.

Non corpore] Mutui datio consistit in his reb. quæ B pondere, numero & mensura constant. Hesiod. 1. ἔργ. καὶ ἡμερ.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι.

Quem plerique omnes Græci de mutuo capiunt, quod consistit in iis, quæ mensura continentur, quodque inter se, ὡς εἰκὸς, agricolæ contrahunt. M. Cato de re R. cap. 5. *Satui semen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederis nemini.* Poterit tamen & de his accipi, quæ pondere constant, puta auro, argento non signato, & aliis ejusmodi. Vetus Homeri Scholiastes ἰλ. ι. μηδέπω νομίσματα ὑπαρχόντων σταθμῷ ἐδάνειζον οἱ ἀρχαῖοι χρυσίον, καὶ ἀργύριον καὶ τὰ παραπλήσια. Ea inquam, quæ pondere, numero & mensura constant, quantitate valent potius, quam corpore, C *l.* 1. *§. non solum, ff. ad legem Falcid. l. si is, cui nummos* 94. *§.* 1. *de solut.* Sunt quidem illæ corpore præditæ, sed nos eis ita fungimur, ut non tam corpus earum spectemus, quam quantitatem. (Cujac. Observ. libro 11. cap. 37.) In his mutuum consistit, quæ in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie, *d. l.* 2. subintellige τὸ magis, quod additur in retro editionibus, solemni tam Græcis quam Latinis auctoribus loquendi adsuetudine. Genes. 49. 12. λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα: *& dentes ejus lacte candidiores.* Matthæi cap. 17. 8. καλόν σοί ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ κυλλὸν, ἢ: *bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum* (potius) *quam*, &c. S. Ignatius in epistola ad Romanos, καλόν μοι ἀποθανεῖν ἢ βασιλεύειν. Vetus versio: *bonum mihi mori quam* D *regnare*. Plutarchus in Alexandro: ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Tit. Livius III. *C. Claudii qui patruus Appii Decemviri erat, oratio fuit precibus quam jurgio similis.* Apulejus in apologia: *Susceptum officii gratia, quam lucri causa.* Tertullianus de oratione cap. 7. *Quia vult eam, quam mortem peccatoris.* Paulus 4. Sentent. titulo 5. *Meritis enim liberos, quam pactionibus astringi placuit.* Sic etiam in *l.* 35. *§. illud, C. de inoff. testament.* Ibi veteres non agnoscunt verbum magis. In *l.* 8. *Cod. Theod. Artis pretia, quam divinitate metienda.* In summa, res quæ pondere, numero, & mensura constant, magis in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie, id est, cum res ejusdem E generis solvitur, solutum rei creditæ vice facile fungitur, & aliud pro alio solvi non videtur. Auctor Queroli: *Quid tam simile quam solidus solido est?* Neque enim paritas specierum, sed identitas videtus, ut ita dixerim, à quibus longe differunt corpora, ut puta animalia, quæ permutationem promiscuam non recipiunt: constant enim quæque proprietatibus suis, quas omnes facile in aliis ejusdem generis reperire non possis, non magis fere quam in alterius generis animalibus, quorum natura varia est & qualitatibus dispar: ἕκαστον μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὑπάρχον δύναται: τὰ δὲ πάντα οὐδαμῶς, ut ait Ammonius ad Porphirii Institutionem c. 2. in fine, adeo ut

ut vix duo aut animalia, aut plantæ, aliudve compositum quodvis ejusdem esse naturæ, aut qualitatis conspiciatur : τὰ ἐκ τῶν πρώτων τῶν τοῦ ἀτόμου εἰληχότα σύστασιν, παντελῶς χαλεπὸν ἐστι, οὔτε τῆς ἐξ αὐτῶν συνίστη ... οὔτε τῶν ἐξ αὐτῶν ποιότητος ... ζώων, ἢ φυτῶν ἢ ὅτι ἕτερον σύνθετον τῶν αὐτῆς θεωρουμένης, ἀεὶ δὲ ἢ τῶν διαφορᾶς ἢ κράσεως καὶ συνθέσεως ἐξαλλαττούσης τὸ εἶδος, ἢ τῆς τῶν εἰδῶν διαφορᾶς ἑκάστοτε ἀντιφαλλομένης τὴν ἀναλογοῦσαν κρᾶσιν τε ἢ σύνθεσιν: ut ait Actuarius Methudi med. lib. 1. cap. 2. Hunc autem locum è Regio codice exscripsi. In cæteris igitur rebus ideo mutuum non consistit, quia functionem non recipiunt, mutua vice non funguntur, sed utique necesse erat aliud pro alio solvi : ταυτότης οὐκ ἔστι τῶν τοσοῦτον διαφερόντων πραγμάτων, ut Proclus alicubi loquitur, *quæ inter se adeo differunt, non possunt videri eadem* : πᾶσα διαφορὰ προσγενομένη τινὶ ἑτεροῖον ποιεῖ, ait Porphyr. *Omnis differentia, quæ rei alicui accedit, diversam ab alia constituit* : certum autem est, aliud pro alio invito creditori solvi non posse, *d. l. 2. §. 1.*

Obligationem omnem] Etiam naturalem, ut puta, quæ ex nudo pacto quæritur obligatio, *l. 5. §. 2. ff. de solut.* Sed hæc per abusionem dicitur obligatio, cum ejus vinculum necessitate non adstringat, & cui natura tantum debetur, minus proprie creditor dicatur, & creditum igitur κοινῶς dicitur obligatio omnis. Proprie autem dicitur obligatio, quæ ex contractu est, *l. 1. ff. de reb. cred. l. 10. 11. & 12. ff. de verb. sign.* sed maxime obligatio ex mutuo, *l. 2. §. 2. ff. de reb. cre.* quod & auctores Basilic. perceperunt : sic enim verterunt illa Pauli : in cæteris ideo in creditum ire non possumus, &c. ἐπὶ γὰρ τῶν λοιπῶν πραγμάτων δάνειον οὐ συνίσταται, *l. 3. §. 2. & 3. ff. de SC. Macedon. l. si veniri 24. §. 1. ff. de bon. auctor. judic. poss. l. tutor 19. §. ultim. ff. ad SC. Vell. d. l. 11. l. omnem 20. ff. de judic. Nov. 4. cap. ultim. in fin.* Seneca 1. de Benef. cap. 2. *Alioquin in formam crediti transeunt.* Cornel. Fronto : *Committimus consilia, credimus pecuniam.*

Et creditorem eum] ut tit. *C. si advers. credit.* & apud Græcos δάνειον, & δανειστής. Glossæ Græco-La. δάνειον, *mutuum*, δανείζω, *mutuo*, δανείζομαι, *mutuor.* Constantin. Harmenop. Epitom. lib. III. titulo 5. §. 63.

Actio in personam] Condictio dicitur omnis actio in personam, qua intendimus adversarium nobis dare, aut facere oportere, *§. appellamus, Inst. de act.* sed tamen actio mutui proprie dicitur certi condictio; *Inst. quibus mod. re contr. obl. in pr. & §. item is, de oblig. quæ ex contr.* & in juris glossario definitur, ἀπαιτητικὸς λόγος τοῦ οἰκείου δανείου, *Ratio, qua speciale creditum sive mutuum repetitur.* Verum accommodatur ad omnes causas ex quibus certum petitur, *l. certi 9. ff. de reb. cred.* sicut creditor dicitur, cui debetur ex omni causa, *d. l. 11.* Idem juris glossarium : κονδικτίκιος κέρτου, ἤγουν ἡ ἀπαίτησις φανεροῦ, ἢ δήλου ὡρισμένου πράγματος. *Certi condictio, id est, certæ & manifeste definitæ rei petitio.*

Mutuam pecuniam ded.] Falluntur Latini, qui putant in hanc actionem pecuniam tantum numeratam venire : per eam enim res quælibet certa petitur : decepti sunt *l. 1. ff. de cond. tritic.* sicut & Græci, qui ad *tit. ff.* hæc adnotant : ἐγὼ δὲ οἶμαι, τὸ μὲν δῆλον εἶναι τοῦτο ... παρηγγελμένον φησὶ, διὰ τὰ νομίσματα: κἂν ... γὰρ ... ἢ ἐπ' αὐτοῖς ὁ κέρτος κονδικτίκιος κινεῖται. *Certum dicitur propter numeratam pecuniam: ea enim demum certa est, ac per certi condictionem petitur.*

Vel actio si cert. pet.] Non statuit hic, & Notat. 22 c. 4. differentiam inter certi condictionem, & actionem si certum petetur, quæ datur ex mutuo, tametsi primo alia ei sententia sederit.

Condictio incerti] Condictio incerti generalis est, & competit ex omni causa, ex qua incertum petitur. Ejusmodi sunt *servitutes*; *l. si tibi 8. ff. de action. emp. l. si binarum 35. ff. de serv. urb. obligationes l. 3. sup. de postul. l. 3. infra de cond. ind. l. si quasi 7. infra de non num. pec. liberationes, l. 3. ff. de condict. si. ca. l. si heres, ff. de act. emp. possessiones, l. & ideo 12. §. ultim. ff. de cond. furt. l. indebiti 15. §. 1. l. qui exceptionem 40. §. pen. ff. de cond. ind. l. heres 21. ff. ad SC. Trebell. l. 2. ff. de cond. trit.* denique *facta*, quia non sunt, nisi cum fiunt, vel postea quam facta sunt. v. Cuj. ad *l. 74. ff. de verb. obl.*

Etiam generalis actio est] Hoc ait : Actio quæ creditori competit adversus eum, qui mutuam pecuniam accepit, proprie quidem dicitur certi condictio : & hæc est specialis certi condictio : & tamen sicut creditoris appellatio generalis est, & certi condictionis adversa, condictio incerti etiam generalis est. Denique condictio quæ ex causa mutui competit, specialis est : certi autem condictio, quæ ex omni causa competit, ex qua certum petitur, generalis. Condictio igitur tam certi quam incerti accommodatur ad omnes causas ex quibus certum petitur. v. Not. Mercat. lib. 2. cap. 1.

Verba edicti, sive tit.] Edicta Prætorum titulis distinguebantur, *l. 1. ff. de in integr. rest.* quo alludere videtur Tertullianus, de Pudicitia. *In primis titulis cœlestis edicti.*

Si certum pet. dari] Est enim actio in personam, qua intendimus debitorem nobis dare oportere: quod est dominium transferre.

Si usufr. pet.] lib. 7. D. tit. 6.

Si ager vectig.] lib. 6. D. tit. 3.

Quasi suus] Emphyteusis enim quasi dominium tribuit, *l. 1. §. 1. ff. si ag. vectig.*

Condictio est] actio in personam.

Vindicationes] Petitiones : in his enim petere; est vindicare, ut in *l. non solum 33. §. si mihi, ff. de usurpat. & usuc. & petitio, actio in rem, l. actio 28. ff. de obligat. & act. l. 1. ff. ad SC. Maced. l. 1. ff. ad SC. Vell. l. pecuniæ 178. §. 2. ff. de verb. sig.* ut petitio hereditatis, est vindicatio, *l. 3. ff. de petit. hered.* Petitur igitur usufructus, id est, vindicatur, ut *titulo, ff. si servit. vind.* actione confessoria : & fundus actione vectigali vindicatur à quovis possessore.

Lib. 4.] cap. 2. Ejus verba hæc sunt: *Nam quid in plerisque judiciis privatis de re certa credita, locato & conducto* : adde : Idem lib. 7. c. 2. *Nam depositi, furti, creditæ pecuniæ.* Et lib. 12. c. 10. *De interdictis, ac sponsionibus, & de certa re credita dicet.* Quintilianus declam. CCLXXIII. *Decem millia à me petis: quo jure, qua causa? credidisti an deposuisti?*

Sen. 3. de Ben.] c. 7.

Alio loco] c. 10. adde eundem lib. de Benef. c. 4. Marcus Cato de re R. c. 5. *Injussu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat.*

Festum] In v. fœnus : adde : Julius Cæsar B. C. 3. *His reb. confectis, quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.* Martialis lib. 8. epigr. 37. conf. epig. pen. lib. 9.

TIT. III. *De suffragio.*

Est & alia si certum petetur de chirographis in *C. Th. de qua l. ultim. tit. superioris, & l. 89. ff. de sol.* & alia si certum petetur de suffragiis in eodem Cod. & quæ hoc tit. proponitur. Et tenetur quidem ea, qui honorem, vel quid aliud quod desiderabat impetravit à principe, suffragante & intercedente aliquo, ut rem pecuniamve certam quam ei pro isto officio, pro suffragio, faventia, intercessione, fidepromisit, præstet : nec enim est illicita stipulatio : imo suffragium in aula unicuique eblanditi & pecunia elicere, & suffragium, modo non sit fumosum, vendere licet: quod tamen post Tiberius vetuit *Nov. 161.* & videtur non obtinuisse ante Constitutionem hujus tit. nam & solu-

soluti suffragii olim repetitio fuit, sicut aleæ solutæ: A constitutione Juliani, nec fuit soluti repetitio, nec petitio non soluti.

III. Enarratio.

SI cert. pet. de chirogr.] Actio si certum petetur de chirographis, nascitur ex chirographo, sive syngrapha, in qua debitor profitetur, se mutuam pecuniam accepisse.

Si cert. pet. de suffrag.] Actione si certum petetur de suffragio tenetur, qui honorem, qui à principe defertur, vel quid aliud suffragante aliquo, qui apud principem gratia valet, impetravit (puta, officialium atque apparitorum gratiam favoremque mercatus, ut apud Salvian. III. cont. avarit.) ut quod suffragii nomine promisit, præstet. B Suffragium accipitur pro intercessione apud Principem.

Dicitur etiam, quod suffragii nomine datur, aut promittitur, *l. ult. inf. de silent.* Glossæ juris: *σουφράγιον, βοηθεῖν, ὅθεν καὶ τὰ παρεχόμενα ἐπὶ τῷ βοηθῆσαι τινὰ σουφράγια καλεῖται* lege, *σουφραγάτωρ*. *Suffragator, adjutor, unde quæ præstantur alicui ut favorem, & opem præbeat, suffragia dicuntur*. Gloss. lat. gr. *suffragium*. *δόσις*, Agratiua: *suffragia, quæ donantur*.

Impetravit] Nec enim suffragatori datur actio antequam id quod desideramus, obtinuerimus.

Suffragante] Cujus gratia Princeps aliquid indulget, cuique magis dare creditur, quam ei pro quo quis intercedit. Joannes Hierosolymitanus in Matthæum capite 4. Homilia 4. C *Si ab Imperatore quærat homo aliquod beneficium dignitatis, & ipse non habet tantam fiduciam petendi, neque amicitiam impetrandi, vadit ad fratrem Imperatoris, aut ad amicum charissimum, ut intercedat ad illum: sic dicit illi Imper. Ecce ego hoc beneficium non illi do, sed tibi: id est, propter te illi do: nam non illi donatur, cui datur, sed illi propter quem datur.*

Ut rem] mobilem, vel immobilem.

Pecuniamve certam] quantitatem certam: certum enim petitur.

Faventia] Accius Oenomao: *Augustam adhibeant faventiam*.

Illicita stipulatio] Videtur inhoneste, prodige, & nefarie promitti, quod honoris adipiscendi causa promittitur, *l. 1. C. Theod. eod.* honores enim judicio principis consequi gloriosum: pecunia redimere fœdissima nundinatio est. D. Sed aliud est intercessori aliquid rependere, aliud honores, & magistratus coemere, ac malis artibus parare.

Hoc tantum prohibitum, ne quis alio suffragante præter merita dignitatem consequatur. Am. Marcellinus lib. 20. *Statuo ut neque civilis quisquam judex, nec militiæ Rector, alio quodam præter merita suffragante ad potiorem veniat gradum, non sine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentaverit, discessuro.*

Fumosum] Suffragium fumosum dicitur, cum quis suffragium promittit, & intercessionem apud principem pollicetur; cum revera non suffragetur, & fumi venditor dicitur, qualis ille Vetronius Turinus, de quo Lamprid. in Alexand. Sev. D. Augustinus serm. 22. de verbis Apostoli, cum essemus in carne: *Non vobis fumos vendant, qui dicunt, sancti sumus.*

Non obtinuisse] Videtur obtinuisse tempore Vespasiani. E Sueton. Vespas. cap. 23. *Exactaque pecunia, quantam is, cum suffragatore suo pepigerat*: sed postea vetitæ pactiones ejusmodi, ut arguit, *ff. l. 1.* his verbis: *Quia leget Romanæ ejusmodi contractus penitus ignorant.*

Repetitio fuit] Id colligitur ex *d. l. 1.*

Sicut alias sol.] Ut dictum est sup. de aleæ lusu.

Constit. Juliani] *d. l. 1.* cujus meminit Ammianus Marcellinus lib. 22. *Lex est promulgata, qua cavetur nullum interpellari suffragatorem super his, quæ cum recte contulerit accepisse.*

Nec petitio non soluti] Hodie non modo soluti repetitio non est, sed promissi etiam petitio est, *l. 2. C. Theod. eod.* quod etiam probavit Justinianus ea constitutione in codicem suum relata. Idem tamen quidquam suffragii nomine dari postea prohibuit *Nov. 8.* id est, nullo dato vel promisso judices honores adipiscuntur, ut in *l. 22. C. de advocat. diverf. judic.* sine quadam suffragii solutione, Basilica uno verbo, *προῖκα*, *gratis & sine ullo sumptu.* vide Cujac. ibid.

TIT. IV. *De prohibita sequestratione pecuniæ.*

ACtione si certum petetur de rebus creditis, pecunia, id est quantitas, petitur certa, & quamvis aliarum rerum, quæ in judicium deducuntur sequestratio fieri possit ex causa, etiam liberarum personarum; pecuniæ tamen quæ petitur, sequestratio hac lege prohibita est; quia res quæ certum corpus habent, facile interverti possunt, quantitatis nullum subest corpus, & videtur abrogari, *l. 1. Cod. Theod. si cert. pet. de chir.* quæ uno casu admittit sequestrationem si de falso chirographo exoriatur quæstio inter debitorem & creditorem, quia generalis est prohibitio hujus legis. Sequestratio est translatio possessionis rei litigiosæ in tertiam personam facta consensu partium, vel auctoritate judicis, ea conditione, ut qui vicerit, ei ea res reddatur, restituatur. Et alio significatur, in certamine aliquo, in quo liceat sponsionem facere, ut *l. 3. ff. de aleator.* sequestratio est apud judicem sponsionis facta depositio pignoris utraque ex parte, qui judex sponsionis etiam Sequester dicitur, & veteribus Sculna, ut illo Macrobii loco 3. cap. 17. *Sponsione contendit, digno Sculna Numatio Planco, qui tam honesti certaminis arbiter electus est*: & in hunc quidem sequestrem est actio præscriptis verbis, quasi ex novo negotio, *l. 18. §. ult. ff. de præscr. verb.* in illum actio depositi, *l. ei apud §. 1. l. si in Asia §. cum sequestre, ff. dep.* & aliquo casu præscriptis verbis, *l. si quis adfirmavit, §. Labea, de dolo*: nam etsi auctore judice sequestratio facta sit, sicut publica persona alteri stipulatur recte, utilemque actionem parat, ita judex in deponenda ea re de qua agitur paciscendo vel legem dicendo ei secundum quem litem dederit, cavere potest & parare actionem depositi sequestrariam.

IV. Enarratio.

ALiarum rerum] mobilium, si fides ejus suspecta sit penes quem res est, *l. si fidejussor, 7. §. ult. ff. qui sat. cog.*

Liberæ person.] *l. 3. §. ult. ff. de lib. exhib.*

Pecuniæ] Summæ, quantitatis.

Interverti possunt] Res igitur immobiles non sequestrantur: nec enim interverti possunt; fructus tamen agri, pendente lite, recte sequestrantur, *l. ab executione 5. C. quor. appellat. non recip. l. Imperatores 21. §. ult. ff. de appell.*

Auctoritate judicis] *l. postquam 5. §. 1. ff. ut legat. nom. cau. d. l. 7.*

Macrobii] & A. Gell. lib. 20. cap. ult. Glossæ Latino-Græcæ, *sculna, ἐνθηκοφύλαξ*.

Novo negotio] Quod proprium nomen non habet: nec enim proprie est depositum.

Parat] *§. Cum autem, Instit. de act. l. 2. C. eod.*

Sequestrariam] sic appellatur in *l. si in Asia, §. cum sequestre, ff. depos. & l. si quis adfirmavit, §. Labeo, ff. de dol.*

Litem dederit] Vide sup. de satisd.

TIT.

TIT. V. *De condictione indebiti.*

Vide tit. 6. lib. 12. ff.

EAdem actio datur ex mutuo & ex promutuo; nempe condictio, *l. 5. §. is quoque, ff. de oblig. & act.* Indebiti solutio promutuum est, maxime si ea solvantur, quæ pondere, numero, vel mensura constant, quia id in solvendo actum videtur, ut si forte appareret indebita pecunia, quæ soluta est, eam habeat is qui accepit quasi mutuam, quæ tacita obligatio dicitur, *l. 13. in fin. ff. Commod.* Sed & aliarum rerum non debitarum solutionem indebiti condictio revocat quasi ex tacita obligatione, vel quasi ex contractu, puta rei datæ solutæve sub lege recipiendi. Condictio certi, vel incerti, nec enim corporis tantum aut quantitatis indebitæ condictio est, sed etiam cujuslibet rei incertæ, veluti possessionis, aut cautionis, aut juris cujuscunque, quæ oumeraotur inter *λόγῳ θεωρητά*, & quæ aliter dicuntur *κενά καὶ νοήσει μόνον λεκτά*. Etenim ei tantum hæc actio datur, qui indebitum .i. quod nec natura debuit, solvit per errorem facti, non per errorem juris, vel qui dubitans factique incertus solvit. Nam qui sciens solvit; etiamsi dixerit, Solvo non Dono, donat verius quam solvit. Et ei qui rem solvit non pœnam: nam pœnæ solutæ condictio non est, etiamsi ad causam indebiti reciderit. Ergo nec ei condictio datur, qui ex ea causa solvit, quæ infiteiatione crescit, *l. 4. hoc tit.* Proinde si ex causa judicati solverit ignorans se non rite & ordine judicatum, vel falso credens se condemnatum esse, condictio cessat, *l. 1. hoc tit.* non quia civiliter obligatus fuerit, sed quia ex ea causa solvit, quæ inficiatione crescit: constat enim actionem judicati ex inficiatione crevisse in duplum ex Paulo in Sentent. & eum qui ex his caussis solvit, scientem videri indebitum solvisse propter metum periculi quod inficiatori imminet, non implenti intentionem suam, *arg. l. si non fortem. §. si non falso, ff. eodem,* qua de causa recte io *l. eleganter, §. ult. eodem.* Ab initio, quia secus est si ex ioficiatione.

V. Enarratio.

DE oblig. & act.] *§. is quoque, Instit. quib. mod. re con. obligat.* & *§. item is cui, Instit. de oblig. qu. ex contr.*

Promutuum] Quasi mutuum, mutuum tacitum, Promutuum in *l. ex conducto 15. §. item cum quidam, ff. loc. & l. Sticho 4. §. servus, ff. de statulib.* accipitur pro eo, quod prorogatur, & in antecessum datur: *προχρᾶσθαι* Græci vertunt, ut Harmenop. Epitom. lib. 2. tit. 11. §. 21. Basilica lib. 48. tit. 5. *καὶ πρὸς τούτοις, καὶ προχρήσας αὐτοῖς δέδωκεν*. Scævola dixerat, *Et insuper etiam promutuum ei dederit, d. §. servus.* Eadem autem forma dictum videtur promutuum, qua procommodatum. Glossæ Græcolat. *προχρῆσαι, procommodare.* V. Observ. 8. pen.

Quæ pondere] Si ea solvantur, quorum datione in creditum itur: tantumdem igitur condicitur quasi ex causa mutui.

Sed & aliarum rerum] Quibus in creditum non itur, quæ in mutui causam non veniunt: puta si corpora solvantur, ut supellex, non quantitates, sive ea, quæ pondere, numero & mensura constant; indebiti condictio est: Nam qui accipit, non obligatur ex promutuo.

Quasi ex contr.] Quasi id actum sit inter dantem & accipientem, ut si postea appareret indebite solutum, condiceretur.

Certi vel inc.] Condictio duplex est, certi, & incerti: vel enim corpora condicimus, aut quaotitates, & condictio certi est: vel rem incertam, veluti possessionem, cautionem, servitutem, & incerti condictio est.

A *λόγῳ θεωρητά*] Cælius Aurelianus acut. morb. l. 2. c. 16. *Accepta per vias mente sensus, quæ Logotheoretos appellat.*

Quod nec natura] Nam si natura debuit, condictio non datur, *l. sed si 9. §. ultim. & l. seq. ff. de SC. Maced.* Atqui in specie legis *Naturaliter*, 13. *ff. hoc tit.* pupillus locupletior factus, naturaliter & quasi civiliter obligatur ex constitutione D. Pii, & tamen si sine tutoris auctoritate, *τὸ χρέος νόμῳ καὶ φύσει γινωσκόμενον; Quod jure ac natura debetur,* nondum pubes factus solverit, nummos repetit, si extent: quod rationem habet: pupillus enim id quod solvit, non facit accipientis, quia sine tutoris auctoritate nullam rem alienare potest, ut docet Theop. *tit. 8. Institutionis a.* Naturalis autem obligatio condictionem impedit, si pubes factus solverit, quia eo tempore solvit, quo lex ei alienandi facultatem concedit: *καταβολῆς δὲ καιρῷ καθ' ὃν, alienatione διδῶσιν αὐτῷ ὁ νόμος*, ut ajunt Græci.

Per errorem facti] Veniam fere habet igoorantia facti: *οὐδεὶς γὰρ ἀγνοίας ἐπέχει δίκην: Nulli ignorantiæ dica scribitur.* Syrianus in Hermog. Qui igitur falso se debere credens solvit, repetit, *l. si per ignorantiam 6. & l. seq. hoc tit.* errans igitur io causa traditionis rei suæ dominium amitt. Theoph. ad *§. 1. Instit. quib. mod. re contr. oblig.* alioquin non condiceret, sed vindicaret. Actio in rem competit cum domioium non transfertor: certi condictio cum res facta est accipientis, *l. interdum 29. & l. si in area 3. ff. eod.*

Per errorem facti] *Διὰ εὔλογον ἄγνοιαν, ἢ πλάνην*, qui justus & probabilis error est: *οὐ μὴν δι' ἐκμελῆ καὶ ματαίαν ἄγνοιαν*, quæ supina & dissoluta ignorantia est, Theodor. Hermopol. ad *l. 53. D. de reg. jur.*

Non per error. jur.] *l. error 9. inf. ad leg. Falc. l. cum quis 10. sup. de jur. & fact. ignor.* oulli enim eorum, qui in orbe Romano sunt, jus ignorare conceditur. Minori tamen, mulieri, militi, & rustico juris ignoraotia non nocet. *V. sup. de jur. & facti ignor.*

Qui dubitans] Anxius animi, atque incertus: Dubitatio media est inter ignorantiam & scieotiam. Aristoteles ait, eos qui dubitant, & vacillant vinctis similes esse: *ᾗ γὰρ ἀπορεῖ, ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις: ἀδύνατον γὰρ ἀμφοτέρως προελθεῖν εἰς τὸ ἔμπροσθεν. Quatenus dubitat, eatenus simile quiddam vinctis patitur: utroque namque modo impossibile est ad ulteriora procedere.* Metaphys. lib. 2. c. 1. Placet tamen Justiniano, iocertos animi, sive eos, qui mente titubante solvunt, ut ipse loquitur, magis ad ignorantes accedere, *l. ultim. hoc tit.* nam qui dubitat, nescire videtur, *l. ult. §. sin autem, C. de furt. l. 2. ff. quis ordo in bonor. poss. serv. l. 1. ff. de leg. 3. in l. 1. ff. de interrogat. in jur. fac. Qui dubitat,* Basilica vertunt, *ἀγνοῶν, ignorans,* qui dubitat, errat. Glossæ Latinogr. *Titubat. σφάλλεται, σκάζει:* ideoque solutum repetit, qui dubitans solvit.

Nam qui sciens] Qui sciens solvit, non repetit, *l. 1. §. 1. & l. si non sortem 26. §. 2. ff. eod. l. indebitum 9. hoc tit. l. eum qui 22. §. 1. ff. de inoff. test.* etiamsi dixerit solvo non dono, *l. quod quis sciens 50, ff. eodem*; magis enim donat, quam solvit, *l. cujus 53. ff. de reg. jur.* Græci ad *l. 1. D. hoc tit.* *τοῦτο νόμον, εἰ μὴ ὑπὲρ τῶν φ. νο. ἐστὶν τὸ καταβληθέν: ὁ γὰρ ἐν εἰδήσει μὴ χρεωστούμενον καταβαλὼν, δοκεῖ δωρεῖσθαι: ὑπὲρ δὲ τῶν φ. νο. δεῖ τὴν δίχα πράξεως ἐμφανισμάτων οὐκ ἔρρωται.* Voluot: solutionem, quæ instar donationis est, intra aureos quingentos cohibendam: majores eoim actis intervenientibus insinuari debere. Ei tamen, qui victus alea sciens ultro solvit, condictio quasi indebiti competit odio aleæ, *l. 2. sup. de aleator.*

Pœnæ solutæ] Quod pœnæ nomine solutum est, non recipitur, *l. pœnæ 42. ff. eodem l. quod à quoquo 46. ff. de reg. jur.*

Ergo nec ei] Cujacii collectio est: Qui sciens solvit, non repetit. Ergo nec condicitur, quod ex ea causa solutum est, quæ inficiatione duplatur: videtur

tur enim solvi à sciente ; propter metum pœnæ dupli , A ut ipse ait *inf. hoc tit.*

l. 4. h. t.] & *§. ult. Instit. de obligat. qu. ex contr.* veluti ex causa judicati , depositi , ex causa tumultus , ruinæ & naufragii , & aliis de quib. *Paul. lib. 1. Sent. tit. 19.*

Ab initio] Ulp. ibi ait : si qua lex ab initio dupli statuat actionem , solutum ex falsa ejus causa repeti posse : nam si ex ea causa , quæ inficiatione crescit, solutum sit , non repetitur .

TIT. VI. *De condictione ob causam datorum.*

Vide tit. 4. ff. eod. lib.

Recte Stephanus , condictionem indebiti esse gene- B ralem , eaque posse condici data ob causam honestam , causa non secuta , vel data ob causam in honestam , sed & speciales eorum nomine proponi actiones hoc tit. & seq. Hujus igitur condictionis qua repetimus data ob causam honestam , veluti ob matrimonium matrimonio non secuto , generale nomen est condictio indebiti , speciale condictio ob causam dati causa non secuta , & speciali potius utimur quam generali , quia specialiter edicimus , qua ex causa dederimus : generali autem ubi dati nulla causa est , quæ sequi debeat , ut si indebitum solverimus , quod esse debitum arbitrabamur : qua de causa idem putat in Digestis, *tit. de cond. indeb. recte anteponi speciales de cond. cau. da. cau. non sec. & de cond. ob turp. vel injus. cau.* quemadmodum dicitur non esse novum , ut lex specialiter quibusdam C enumeratis generale subjiciat verbum , qu i specialia complectatur , *l. si servus , §. cum eo , ff. ad l. Aq.* Causam autem non pro principio agente accipimus , sed pro fine , quæ res dicitur proprie , non pro causa præterita , sed pro futura ; hæc si fefellerit , id est si finita vel non secuta fuerit , condictio competit . Ob causam præteritam dati condictio non competit , *l. damus , l. in summa , §. id quodque , ff. de cond. ind.* quod tamen ita accipiendum est , ut si dedi ob falsam debiti causam , quo me pridem jure civili obstrictum esse credebam , condictio indebiti mihi competat , non si dedi liberaliter remunerandi animo , vel alias naturalis obligationis solvendæ gratia : hoc enim casu condictio mihi non datur , quamvis erraverim : quia donare volui . Donat enim quis , quod nullo jure cogente , D id est nulla coactus solvendi necessitate solvit : idemque & solutio est simul & donatio , *l. 10. §. si domini , ff. de in rem ver.* Ergo sive vera sive falsa sit causa naturalis propter quam debitum solvitur , indebiti condictio cessat , *d. l. damus , & l. in summa* : ac proinde soluti condictio mihi non competit si retero gratiam , & solvo ei à quo beneficium accepi , quia natura debui referre gratiam , & quia donavi , si ei à quo falso credebam me beneficium accepisse , quid donavi.

VI. Enarratio.

Recte Stephanus] Cujus hæc sunt verba libro vigesimo quarto Basilic. tit. primo in princ. *Ἀνέλεγον μὲν ἐν αὐτῷ τὸν κέντρον γενικὸν κονδικτίκιον καὶ τὴν* E *ὡς ἐν παραθήκῃ τῶν ὅρκων ἀφήγησιν , νῦν περὶ τοῦ ἰνδεβίτου διαλαμβάνειν : ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἰνδέβιτος κονδικτίκιος ὑπὸ τὴν ἰδικωτέραν αἰτίαν πεσόντων κονδικτικίων ἐστὶ σημαντικὸς , οἷον τοῦ* causa data , causa non secuta , *καὶ τοῦ* ob turpem causam : *τούτων γὰρ ἕκαστον τῶν κονδικτικίων εἰ μὲν τῷ γενικῷ τις ὀνόματι καλεῖν ἐθελήσοι , καλῶς ἂν ἰνδέβιτον εἴποι κονδικτίκιον : εἰ δὲ ἰδικῷ : τότε* causa data , causa non secuta : *καὶ* ob turpem causam *λέγειν ὀφείλει : γενικὸς γὰρ εἴπον ὢν ὁ ἰνδέβιτος κονδικτίκιος , ἔνθα μὲν ἰδικωτέραν εὕρῃ τῶν δεδομένων αἰτίαν , τότε μεθίστησιν εἰς εἶδος ἑαυτὸν καὶ ἰδικωτέραν ἑαυτῷ περιτίθησι προσηγορίαν , οἷον δεδωκότι ἐπὶ αἰτίᾳ σεμνῇ τῆς αἰτίας μὴ γινομένης , ἰνδεβίτου μὲν ἔχει τὸ . . . ὁ λαβὼν,* *ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπὶ αἰτίᾳ ἐδόθη τοῦτο ὁ γενικὸς ἰνδέβιτος κονδικτίκιος τὴν αἰτίαν ἐνέγκων εἰς εἶδος μεθίστησιν ἑαυτὸν , καὶ γίνεται* causa data , causa non secuta *κονδικτίκιος τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ* ob turpem causam , *κονδικτίκιον φαμέν : ἔνθα δὲ τις μὴ χρεωστῶν : πλανηθεὶς δὲ καὶ νομίσας χρεωστεῖν κατέβαλεν , ἐπειδὴ μὴ δυνατόν ἐστιν ἰδικωτέραν αἰτίαν τῶν δεδομένων εἰπεῖν , εἰκότως ἐπὶ τοῦ γενικοῦ μένει ἰνδεβίτου κονδικτικίου προσηγορίαν μὴ ἐνέγκων ἰδικωτέραν : ἐπειδὴ τοίνυν ὁ γενικὸς ἰνδέβιτος κονδικτίκιος πολλῶν ἐστι κονδικτικίων ὑποσημαντικὸς , εἰκότως ὁ νομοθέτης πρῶτον περὶ τοῦ κατ' εἶδος ἰνδεβίτου κονδικτικίου διαλαμβάνει , ὅπως καὶ ἐπὶ αὐτὸν ἀναστρέχῃ τὸν ἰνδέβιτον κονδικτίκιον .*

Posse condici data ob caus. hon.] Si verus debitor ei solvat , qui simulat se esse procuratorem creditoris, & creditor ratum non habeat , debitor adversus falsum procuratorem habet specialem condictionem ob rem dati , *l. si procuratori 14. ff. eod.* habet & generalem condictionem indebiti , *l. creditoris 8. sup. de condict. indeb.*

Qua repet. data ob caus. hon.] *l. 1. ff. eod.*

Matrimon. non sec.] *l. 1. hoc tit.*

L. si servus] Vide Cui. lib. 17. Observ. c. 25.

Res dicitur proprie] *l. 1. ff. de cond. ob turp. caus. l. damus 52. ff. de cond. ind.*

Si finita] Si sine suo non potiatur , qui dedit .

Ob causam præteritam] Quod datur ob rem , sive causam futuram , condicitur , si res & causa secuta non sit. Quod autem datur ob causam præteritam non condicitur , etiamsi falsa causa sit . Sed hoc perpetuum non est : nam quod dedi animo remunerandi , vel alias naturalis obligationis solvendæ gratia , non repeto , quia donare volui : id vero quod dedi ob falsam debiti causam , quo me jure civili obstrictum putabam , repetere possum.

Referre gratiam] *l. sed etsi 25. §. consuluit , ff. de petit. hered.* Xenophon. 4. *ἀπομ. τί δὲ τὸ τοὺς εὖ ποιοῦντας ἀντευεργετεῖν οὐ πανταχοῦ νόμιμον ἐστιν ; νόμιμον ἔφη.* Heliodorus Prusæus ad quintum Ethicorum Nicomachiorum c. 14. *φυσικὸς νόμος ἐστὶ τὸ τοὺς εὐεργέτας ἀντευποιεῖν. Lex naturæ hæc est , ut beneficium rependamus .*

TIT. VII. *De condictione ob turpem causam.*

Vide tit. 5. eod. lib.

Ex superiore tit. didicimus , data ob causam honestam condici causa non secuta : ex hoc intelligimus , data ob causam turpem , id est bonis moribus adversam , non condici , si vel dantis solius turpis causa fuerit , ut si scorto mercedulam dederit, vel dantis & accipientis , ut si mercedula judicem corruperit , *l. 2.* aut condici etiam causa secuta , si turpis causa solius accipientis fuerit , si dederit ut rem depositam reciperet , vel rem furtivam *l. 4. & pen. hoc tit.*

VII. Enarratio.

Bonis moribus] *l. mercalem 5. hoc tit.*

Mercedulam dedi] Videtur quidem utriusque turpitudo versari ex veterum prudentium sententia. *Hic pecuniam dedit ut corruptionem emeret : illa pudorem perdidit , ut pecuniam compararet.* Valerian. hom. 20. Sed Labeoni & Marcello magis placuit , solius dantis esse turpitudinem , *l. 4. §. 3. ff. eodem .* Cyrillus ibidem, *ὁ δεδωκὼς πόρνῃ οὐ ῥεπετεύεται : τοῦ γὰρ δεδωκότος μόνου ἐστὶν αἰσχρὰ ἡ αἰτία ;* Meretrix enim *καπηλεύσασα τὸ κάλλος καὶ προτιθεῖσα τοῦτο τοῖς βουλομένοις ὤνιον ,* ut loquitur Basilius Seleuciæ l. de vita S. Theclæ & Amphilochius in Oratione 6. *τὴν φύσιν καπηλεύσασα* , turpiter quidem facit , Sopater in Divisione Quæstionum : *ὑβρίζοντες αἰσχροῦ . . . καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἡ μὲν ὡς ἑταίρα , ὁ δὲ ὡς μοιχός :* sed non turpiter accipit cum sit meretrix, *d. l. 3.*

vulga-

vulgaeis enim mulier prostat quæstus causa, quæstui vivit. Theophylactus in epistol. 1. ad Timoth. cap. v. *ἡ γὰρ πόρνη ἀργυρίῳ ἕνεκεν ἑαυτὴν πωλοῦσα*. Tertullianus de Patientia: *Pretio in fœminis cogitur venditio illa pudicitiæ*. Hinc quæstuaria, vel quæstuosa pro meretrice, *l.43. §.7. ff.de rit. n.* Glossæ vet. *quæstuaria*, *πορνικὴ*, *πορνευτική*. Interpretes Irenæi adversus hær. 1. c. 20. Tertull. de cult. fœm. Plaut. Mil. Glor. act. 3. sc. 1. Non condicitur ergo, quod datum est, *αἰσχροῖς καὶ μισθαρνοῦσι γυναιξὶ, καὶ τὴν τοῦ σώματος ὥραν ὤνιον προτιθεῖσι ταῖς ἑταιραις*: *iis, quæ corpore quæstum exercent*: ut verbis utar Cyrilli è sexto contra Julianum, quæ se omnibus pervulgant. Quid si perductori lucellum quoque datum sit, an condici poterit? non videtur: nam lenonum quoque natio *πορνευτική*, omniaque lucri causa faciunt. Syrianus in Hermogenem: *οἱ πορνοβοσκοὶ πρὸς ἀργύριον πάντα πράττουσι*: & turpiter igitur facit leno, *μαστρωπὸς καὶ προαγωγὸς*, institor libidinis, sed non turpiter accipit cum sit leno:

Mercedulam, *μισθαμάριον*, Alciphron in epistolis, assem, Petronius, pretium stupri: *μίσθωματα*, LXX. Interpretes: merces meretricis. Suidas: *μίσθωμα ὁ μισθὸς ὁ ἑταιρικὸς*, captura. Vide Philon. *περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης*.

Quid si stipulatio, cautiove interposita sit, an quod mulieri quæstuariæ promissum, vel cautum est, peti possit? quidam ex veteribus mercedulæ promissæ meretrici actionem esse putabat. Sed verior est glossæ sententia ad *d. §.3.* existimantis id, quod tantum promissum est, peti non posse, & confirmari potest constitutione Juliani in *l.1. C.Theod. si cert. pet. de suffrag.* quæ soluti quidem suffragii repetitionem non concedebat, sed non soluti petitionem denegabat: sed & audiri non debet, quæ improbe ac inverecunde pretium stupri petit, quia desiderium ejus *καὶ τῷ καὶ τὸν Χριστὸν πολιτείᾳ*, & bonis moribus adversum est.

Judicem corruperit] Auctores nostri sic distinguere videntur: vel enim dedi judici, ut secundum me in bona causa pronuntiaret, & condictioni locus est: solius enim accipientis turpitudo versatur. Ille est *ἠμπόλακος*, *feminalus*, sive ut loquitur Philo, *ἐφ' ἡμισείας πονηρευόμενος*. Si autem pecunia detur, ut male judicetur, repetitio cessat: utriusque enim turpitudo versatur: *καὶ τοῦ χρήματα διδόντος, καὶ λαβόντος ἐπὶ διαφθορᾷ τοῦ δικαίου*, *l. 2. §. 2. & l.seq. ff. eod.* quod est *παμπονήρων ἀνθρώπων ἔργον*, idem Philoni, *nequissimorum hominum factum*. In hanc sententiam auctores Basilicῶn dd. ll. ita in græcum convertunt: *εἰ δὲ καλὴν δίκην ἔχων προσέσχον τῷ δικαστῇ ἐπὶ τῷ ὑπὲρ ἐμοῦ ψηφίσασθαι, εἰ καὶ ἀναλαμβάνω, ὅμως ἔγκλημα πλημμελῶ, τὸν δικαστὴν ὑποφθείρων, καὶ ἔχων ἤττω τὴν δίκην: εἰ δὲ αἰσχρότης ἐστὶ τοῦ διδόντος, καὶ τοῦ λαμβάνοντος, ἀργεῖ ἡ ἀνάληψις, ὡς ἔνθα δικαστὴς λάβῃ ἐπὶ τῷ κακῶς ψηφίσασθαι*, Scholiastes, *σημείωσαι ὅτι κἂν καλὴν τις ἔχῃ ὑπόθεσιν, χρήματα δὲ παράσχῃ τῷ δικαστῇ, ἵνα φυλάξῃ αὐτῷ τὸ δίκαιον, τὰ μὲν δοθέντα γινωσκέτω διὰ τὸ ob turpem causam κονδικτικίῳ*. Ajunt primo casu condictionem dari, quia judex turpiter accepit. Secundo casu non dari, quia turpiter accepit, & is turpiter dedit. Hanc quoque interpretationem sequitur Martinus Cossias, ut refert glossa ad *d. l.2.*

Causa secuta] *l. 1. §.ult. ff. eod.*

Deposit. recipit] *l.2. §.1. eod.* vel si quis dederit tyrocinii evitandi causa, *l. 3.* quam Græci sic interpretantur: *ὁ μέλλων στρατεύεσθαι, καὶ χρήματα δεδωκὼς ἐπὶ τῷ μὴ στρατεύεσθαι, ὅπερ δέδωκεν ἀναλαμβάνει*: *Qui militare debet, si pecuniam dederit, ne militet: eam repetit.* An recte, dubito, sed hoc alias excutiemus: hic enim Cujacium tantum *κατὰ πόδας* interpretamur.

TIT. VIII. *De condictione furtiva.*

Vide tit. 1. lib. 13. ff.

LEx ultima superioris tituli, quæ est tam de condictione furtiva, quam de condictione ob turpem causam, forte præbuit ansam subjiciendi statim specialis tituli de condictione furtiva, quæ tamen longissime distat à superioribus condictionibus. Nam illis rem alienam condicimus, condictione furtiva rem nostram contra regulas juris, & illæ ad rei recuperationem pertinent, hæc videtur etiam pertinere ad pœnam, quia odio furum comparata est, *§. sic itaque, Instit. de act.* Si odio furum, & pœnæ causa igitur, *l. qui exceptionem, ff. de cond. ind. conjuncta, l. sed & si pater, §. ult. ff. ad Maced.* & ut dicitur de actione in factum ex edicto de *alien. jud. mu. cau. fac. l. quia pertinet*, ita condictio furtiva licet ad rei persecutionem pertineat, videtur ex delicto dari, *l. 10. §. quotiens, ff. de comp. l. si cum mulier, §. hæc actio, ff. rer. amot.* atque ideo videtur ei etiam inesse vindicta, imo & infamia quædam, ut condictioni rerum amotarum, *l. 2. inf. rer. amot.* quamobrem nec in heredem datur, *l.3. r. eod. l.9. §. ult. & l.10. ff.de tut. & rat. dist.* nec in patrem, vel dominum de peculio, si nihil ad eum ex furto pervenerit, vel si ex eo locupletius peculium factum non fuerit, *l. 4. ff. eodem, l. 3. §. ult. de rer. am. l.servus, ff. de act. emp. l. 3. de pecul.* Et pignore subrepto à debitore si egerit creditor furti, vel condictione furtiva, ut depensam pœnam debito non imputat, neque restituit debitori, ita nec quod ex causa condictionis furtivæ ab eo consecutus fuerit, & integra debiti petitio est, *l. si pignore, ff. de pig. act.* Et præterea superioribus condictionibus utitur is, qui dedit, tradidit, vel promisit: condictione autem ex causa furtiva, is quo neque dante, neque volente res ablata est: nec continetur, ut superiores sub condictione indebiti. Domino autem, ut dixi, cui furtum factum est, datur ex hac causa condictio certi: & eæ fere sunt actiones in personam, quæ solis dominis dantur, Condictio furtiva, Damni injuria, Aquæ pluviæ arcendæ, Arborum furtim cæsarum. Ex causa furtiva incerti condictio etiam non domino datur, *d. l.si pignore, & l. ideo, §. ult. ff. eod. tit. l. 25. ff. de furt. l. 2. ff. de cond. trit.*

VIII. Enarratio.

REm alienam] Dominium enim pecuniæ perperam solutæ, vel datæ ob causam honestam, vel inhonestam, transit ad accipientem: alioquin vindicatio ejus esset, non condictio, *l.29. ff. de cond. ind.*

Contra reg. jur.] Theoph. ad *§. sic itaque, de action.* Nec enim recte intendo, rem meam mihi dari oportere, præterquam adversus furem, *l. 1. ff. eod. d. §. sic itaque, l. ultim. ff. usufruct. quemadm. cau. l. 1. §. 1. & l. 2. de condict. tritic.* dominium enim rei à me non abscessit, sed hujus actionis instituendæ gratia furem rei nostræ dominium adeptum fuisse comminiscimur.

Pertinere ad pœnam] vide 7. Observ. 37.

L. qui exceptionem] In *l. qui exceptionem* 40. exceptio Macedoniani dicitur dari in odium fœneratorum in *l. sed si paterfam. 9. §. ult.* ob pœnam.

L. quia pertinet] Actio in factum de qua sup. tit. 54. lib.2. licet rei persecutionem contineat, videtur tamen ex delicto dari: ita condictio furtiva.

Infamia quædam] Stephanus ad *l. 5. ff. eod.* negat esse famosam actionem.

Rerum amotar.] Et actionem rerum amot. Interpres innominatus ad *l. 25. & 26. ff. de act. rer. amot.* v. ad tit. 20. libri 5.

Nec in heredem datur] id est, heres condictione

furti-

furtiva non tenetur; nisi in id quod ad eum pervenit, ut Cujacius interpretatur d. lib. 7. cap. 37. nec obloquitur *l. 9. ff. eod.* ex qua secundum plurium sententiam condictio furtiva in heredem in solidum datur. Cujac. ait, se ad tempus subsistere, d. c. 37. Sed lib. 13. c. 37. & inf. tit. 17. ait, condictionem rerum furtivarum in solidum dari, si lis contestata fuerit cum defuncto, ut *d. l. 9. adhibita l. 2. in fi. ff. de prætor. stipulat. & l. si hominem 7. §. 1. ff. depos.* quo casu pœnales actiones contra heredes transeunt, *§. ult. Inst. de perpet. & tempor. act.* Accursius tamen ad *l. 10. ff. de tut. & rat. dist.* scribit, condictionem morte non interire, quia rei persecutoria est, sed tantum actionem furti, & damni injuriæ. Secundo, heres in solidum tenetur, si rem ipse contrectet, *l. si pro fure 7. §. ult. ff. eod.*

L. si pignore] Ulp. ibi ait, creditorem debito imputare quod consecutus fuerit actione furti, vel condictione furtiva. Si vero non extraneus, sed ipse debitor pignus subripuerit, pœnam furi non imputari: *ποινὴ γὰρ καταβληθεῖσα οὐκ ἀναλαμβάνεται. Pœna depensa non repetitur*, ut notant Græci. Quid si creditor egerit condictione furtiva adversus ipsum debitorem? nec imputari debito scribit Cujac. post Azonem: id est, creditor pœnam lucrifaciet, & rem, sive ejus æstimationem. Irnerius vero contra putat, ut refert Glossa ad *d. l. si pign.*

Vel promisit] *L. is qui 30. ff. de cond. ind. l. 1. sup. de cond. ob turp. caus.*

Nec continetur] *Nam quod ignoranti solvitur, repetitur quidem, sed non condictione furtiva: ἀναιτεῖται μὲν, οὐ μὴν διὰ τῆς φουρτίβου κονδικτικίου*, Græci ad *l. 18. ff. eod.*

Cui furtum factum est] *L. si pro fure 7. §. 1. l. sed nec 11. ff. eod.*

Certi] *L. certi 9. §. 1. ff. de reb. cred.* condicuntur autem ipsa corpora, *l. in re 9. ff. eod.*

Damni] *Litem Mela 11. §. legis, ff. ad leg. Aquil.*

Aquæ pluviæ arc.] *l. si tertius 6. §. si quis, ff. de aq. & aq. pluv. arc.*

Arborum] *L. 5. §. 2. & ult. ff. arbor. furt. cæsar.*

Incerti condictio] Creditor pignus quod ei debitor tradidit, naturaliter possidet, cum debitor possessionem in eum transtulerit, *l. cum & sortis 35. §. ult. ff. de pignerat. act. l. per servum 37. ff. de adquir. rer. domin.* Itaque si pignus creditori subreptum sit, erit incerti condictio, quia possessio inter res incertas numeratur: est enim res incorporalis. Cujac. Observ. lib. 9. cap. 31. & cap. 33.

Incerti cond.] Hoc etiam observant Græci ad *l. 1. ff. de cond. furt.* ad illa, *Soli domino competit. ἤγουν, ὁ φούρτιβος κονδικτίκιος ὁ φανερός: ὁ γὰρ ἀφανὴς καὶ τῷ δανειστῇ, καὶ μὴ ὄντι δεσπότῃ ἁρμόζει*. Et ad l. 12. eod. lib. 60. Basilic. *Certi condictio domino competit: incerti enim, creditori & non domino competit.*

TIT. IX. *De condictione ex lege; & sine causa, vel injusta causa.*

V. tit. 7. lib. 12. & tit. 2. lib. 13. ff.

ACtiones in personam aut civiles sunt; aut prætoriæ, aut ex legibus vel Constitutionibus, *l. 2. inf. de quad. præs.* Civiles ex XII. tab. certæ & solemnes. Prætoriæ vel honorariæ ex edictis magistratuum. Ex legibus novis veluti damni injuria ex lege Aquilia, quæ nomen usurpavit civilis actionis proditæ eadem de re XII. tab. Aliæ sunt ex legibus novis, quæ nomen ex antiquo jure translatitium nullum habent, quæ condictiones ex lege, veluti condictio ex lege Julia, & condictio ex lege Cincia, & ex legibus talariis condictio ejus quod in aleam lusum esset. Ex Constitutionibus sunt innumeræ, ut ex Constitutione prima hujus tit. condicimus debitori nostro ante diem, si non suppetat aliud unde fisco satisfacimus, cui sumus obnoxii ex causa militaris annonæ, nec locus est exceptioni, Cujus pecuniæ dies fuisset. Aliæ condictiones de quibus actum est supra, & quæ sequuntur sine causa, & Ex injusta causa, inductæ sunt jure gentium ex bono & æquo, exemplo tamen civilis condictionis quæ ex mutui datione nascitur. Condictio autem furtiva in odium furum jure recepto singulari contra regulas juris. Sine causa est chirographum meum apud te, si nihil mihi credideris, vel si quod credidisti, omne persolvero tibi, *l. 2. & 4.* Sine causa ad malæ fidei possessorem perveniunt fructus rei alienæ, *l. 5.* & his casibus proprie locus est condictioni sine causa, & in casu *l. 2. ff. eod. & l. servus §. secundum, ff. de act. emp.* Sed concurrit etiam cum superioribus condictionibus: nam sine causa id etiam apud te est quod indebitum, vel quod ob turpem causam accepisti, vel quod ob honestam causam, causa non secuta, vel quod tu mihi furto abstulisti. Condictio ex injusta causa est, si quis dederit ex pacto non justo, puta facto vi aut dolo malo, aut contra jura publica, vel stipulatione vi extorta, *l. 7. ff. de cond. ob tur. cau.* Et de hac condictione nulla est sub hoc tit. constitutio, sed titulo ipso hoc tamen indicatur, promiscuum esse usum condictionis sine causa, & condictionis ex injusta causa: nam & quod sine causa habes ex non justa cau. habes, & contra quod ex non justa causa, sine causa.

IX. ENARRATIO.

EX XII. tab.] Legibus XII. tabularum latis, eodem fere tempore actiones ex his compositæ sunt à prudentibus, quas ne populus, prout vellet institueret, certas, solemnesque esse placuit, *l. 2. §. his legibus latis, ff. de orig. jur.* certas ad numerum earum refert Cujac. solemnes autem ad formulam, & verba typica seu formalia: quæ tandem formularum conceptio sublata est, ut dictum est *sup. tit. pen. lib. 2.*

Prætoriæ] Prætoriæ actiones sunt, quas prætor ex sua jurisdictione comparavit supplendi vel corrigendi juris civilis causa, *§. sed istæ, Instit. de action. & §. furti, de perpet. & tempor. action.* quæ & honorariæ dicuntur, *l. actionum 25. §. ult. ff. de oblig. & act.* ut obligationes quas Prætor ex sua jurisdictione constituit, *§. 1. Instit. de obligat.* in prætoriis autem actionibus continentur ædilitiæ, *de quib. tit. ff. de ædilit. ed.*

Ex legib. novis.] Novæ leges dicuntur, quæ post leges XII. tabular. latæ sunt, *l. tutela 7. vers. ex novis, ff. de cap. min.*

Damni injuria] De damno injuria dato fuit actio domino ex XII. tabulis, *l. quæcumque 96. ff. de oblig. & act.* hodie est ex lege Aquilia, *l. 1. ff. ad leg. Aquil.* quæ & ipsa civilis est, *l. si heres 70. §. 1. ff. ad Senat. Trebell.*

Translatitium] Sicut lex Aquilia, quæ nomen usurpavit civilis actionis, de eadem re proditæ lege antiqua: translatitia veteres dixerunt, non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata, ut scribit Ascon. in 3. contra Verr.

Condictiones ex lege] Condictio ex lege competit, si lex nova, quæ obligationem introduxit, non caverit, quo genere actionis experiundum sit, *l. un. ff. eod.* & dicitur condictio ex lege, *ἤγουν ἀγωγὴ ἐκ νόμου ἁρμοζομένη, sive actio à lege constituta*, vel quæ datur ex auctoritate legis. Huic condictioni similem esse bonorum possessionem, ut ex legibus scribit auctor, *ἀνωνύμου*. Basilicῶn lib. 45. tit. 1. *παραγράφεταί τοι τούτῳ τὸ ἁρμόδιον περὶ τῆς* ex lege *β. ογ. τίτ. ὅτι ὁ καινὸς νόμος νόμιμον εἰσάγων μὴ εἴπῃ τὴν ἀγωγὴν, ὁ* ex lege *ἁρμόζει*.

Condictio ex lege Julia] Si maritus negotium gerens uxoris, vel etiam ea invita, servum dotalem manumiserit, ea maritus uxori præstat, quæ à liberto

ad

ad eum quasi ad patronum pervenerint, & eo nomine datur condictio ex lege Julia, ut vel res ei, vel cautio præstetur, *l. hæc actio 65. ff. de solut.* Vide Cujac. 2. Observ. cap. 34.

Ex lege Cincia] Lege Cincia cavebatur ne quis ob advocationem pecuniam, donumve acciperet, ut Scribit Tacit. An. 11. Ejus meminit Arnobius 2. advers. Gent. & Festus in Muneralis. Si quis igitur pretio causas orasset, dati condictio erat ex lege Cincia, *l. ut mihi 25. §. 1. ff. de donat.* Cujac. Parat. ff. de cond. ex leg.

Legib. talariis] Leges talarias vocat cum Plaut. Milit. glor. act. 2. sc. 2.

Quod in aleam esset] De condictione hac dictum sup. *tit. 43. lib. 3.*

Sunt innumeræ] Vide *§. tripli, Instit. de action.*

Debitori nostro, Hæc condictio non datur fisco, ut Azoni, & Accursio placebat, & Scholiast. Synops. Basil. lib. 7. Sed debitori fisco obnoxio ex causa primipili, ex Fulgosii, & Cujacii sententia.

Ex causa milit. annonæ] Sic Basilica primipilum interpretantur hic, & Synops. lib. 7. & 9. V. Cujac. ad *l. 3. C. de cohortal.*

Cujus pecuniæ dies fuisset] Debitum ex tempore differtur, *l. sin autem 29. ff. de leg. 3.* & qui ante diem petit, plus petit. Sed id extorsit annonæ militaris necessitas, *ἡ ἀνάγκη τῆς διατροφῆς τῶν στρατιωτῶν ἐποίησε, καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας τὴν ἀπαίτησιν*, ut ait Scholiast. Synops. Basil. d. lib. 7. Nec debitor se tueri poterit exceptione, quod pecunia petatur, cui solvendæ dies adjecta esset. Cicero 1. de Orat. *Homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur: cujus pecuniæ dies fuisset.*

Jure gentium] *L. verum 25. ff. de act. rer. amot.*

Ex æquo & bono] *L. pen. ff. de cond. indeb.*

Ex bono & æquo] Jurisconsulti æquitatis naturalis ratione introduxerunt condictiones indebiti, ob rem dati, sine causa, & ex injusta causa, *οὐ γὰρ ἡ φύσις τοῦ συναλλάγματος, ἀλλὰ τὸ καλῇ δαπάνημα εἰσάγει τὸν κονδικτίκιον*, ut ajunt Græci: *Non enim natura contractus, sed bona fide facta consumptio condictionem parit.* Ad imitationem civilis condictionis ex mutuo: nam qui eis tenentur, perinde obligantur, atque ii, qui mutuum acceperunt. Sunt igitur velut ex promutuo, ergo civiles, non prætoriæ.

In odium furum] V. sup. tit. 8.

Sine causa est chir.] Chirographum incerti condictione condicitur *διὰ τοῦ sine causa κονδικτικίου, καὶ ἐνοχῆς*. Glossa interlin. ad *l. 2.* in Basilic. v. gloss. ad *l. 3. ff. de cond. indeb.* creditor enim dominus fit chirographi.

Fructus rei al.] Fructus consumpti malæ fidei possessori condicuntur, quasi sine causa percepti, *l. 3. hoc tit.*

Proprie locus est] His casibus non concurrit condictio sine causa cum condictione indebiti.

In casu leg. 2.] vi. Cujac. ad *l. 2. t. ff. commod.*

Quod indebitum] *L. pen. ff. de cond ind. l. 1. ff. de cond. si. cau.*

Vel quod ob turp. cau.] Quod ob turpem causam accepisti, etiam sine causa apud te est, *l. ult. ff. de cond. sine caus.* & ex injusta causa. Græci ad *l. 6. ff. de cond. ob turp. caus. τὸ δὲ ex injusta causa, καὶ τὴν αἰσχρὰν περιέχει: Condictio ex injusta causa condictionem etiam ob turpem causam in se continet.*

Causa non secuta] Condictio sine causa concurrit cum condictione causa data, causa non secuta, *l. 1. §. 1. & l. pen. tit. eod.*

Fusto abstulisti] Sine causa enim apud te est, quod ex non justa causa ad te pervenit, *d. l. 1. §. ult.*

Promiscuum esse usum] Græci ad *d. l. 3. οἷς δὲ ἐβιάσθησαν μεθοδεύεται διὰ τοῦ κονδικτικίου, τοῦ ex injusta causa δηλονότι*, & ibidem: *κατέχεται καὶ φουρτίβῳ κονδικτικίῳ: κατέχεται καὶ τῷ* sine causa, *εἰ ἂν ἐπιλέγηται ὁ ἐνάγων.*

A *De his quæ consumpsit tenetur condictione ex injusta causa: tenetur & condictione furtiva, & sine causa, prout actor elegerit:* Præterea *tenetur*, inquiunt, *ad exhibendum actione: de quibus enim si extent, actio in rem est, de eisdem consumptis ad exhibendum actio est.*

TIT. X. *De obligationibus, & actionibus.*

Vide tit. 14. lib. 3. tit. 6. lib. 4. apud Justinian. tit. 7. lib. 44. ff.

POst condictiones transitum facit ad alias actiones in personam, quæ nascuntur ex contractibus & obligationibus civilibus: Ex earum numero primam posuit jam initio condictionum ex mutuo: actioni enim ex mutuo proprie cohæret condictionis nomen, & ab illa perductus est ad alias condictiones, quæ descendunt ex bono, & æquo, & quasi ex tacitis obligationibus, vel quæ descendunt ex obligationibus nova lege introductis non expresso nomine actionis, quæve dominis in fures dantur quasi pœnæ causa constituto jure, Nunc alias omnes executurus actiones in personam, quæ ex negotiis, & obligationibus civilibus dantur, & suum habent legitimum nomen; longe alio ordine, quam in D. ut supra præposuit generalem condictionem, indebiti speciebus condictionum, Ob rem dati re non secuta, Ob turpem causam, Ob injustam, sine causa: ita priusquam veniat ad species earum actionum, quæ ex contractu, & obligatione civili nascuntur, dat titulum generalem de obligationibus, & actionibus: Ex contractu est obligatio, ex obligatione actio in personam. Obligatio est juris necessitas. Actio executio obligationis, vel, intentio ejus, qui alium ad judicium quo actor consistit adversus reum. Contractus est conventio, quæ proprium, & legitimum nomen habet, vel quæ nomine vacat, datione tamen aut facto aliquo sumpsit effectum.

X. ENARRATIO.

POst condictiones] Anacephalæosis, & summa eorum, de quibus superiore tit. actum est: nec potest quisquam hic hærere, si quæ Cujac. scribit, & Notas ad eum nostras perlegerit.

D Juris necessitas] Ex civili obligatione necessario obligamur, *l. obligamur 52. §. 2. ff. de obligat.* & nulla obligatio est, quæ non adstringit necessitate, *l. in vendentis 53. infra de contr. empt.* Hæc est civilis obligationis definitio: naturalis enim obligatio non est juris, sed æquitatis vinculum, *l. 95. §. naturalis, ff. de solut. Æquitas est, quod naturalis ratio persuasit*, Boet. in Top. ex naturali obligatione nec debiti petitio est, nec soluti repetitio. Græci: *ἐνοχὴ φυσική ἐστιν ἐξ ἧς ἀγωγὴ μὲν οὐχ ἁρμόζει, τὸ δὲ καταβαλλόμενον οὐ ῥεπετεύεται: Naturalis obligatio est, ex qua actio non competit, solutum autem non repetitur*, v. *l. 10. ff. de oblig.*

TIT. XI. *Ut actiones ab heredibus, & contra heredes incipiant.*

E SEquentes tituli usque ad XXI. partes sunt superioris, & omnibus id agitur ut generales definitiones ponantur de obligationibus, & actionibus, & has quidem jam habuimus titulo superiore. Ex alterius contractu neminem obligari. Non nasci efficacem obligationem ex negotio contracto dolo malo, voluntatis esse contrahere, necessitatis implere contractum, Procuratori in rem suam ad agendum constituto, mandatis actionibus nomine domini directam actionem dari, etiam mortuo domino relictis heredibus, & suo nomine semper utilem, Non mandatis actionibus, neque debitore delegato, mortuo domino procuratori in rem suam constituto ad accipien-

dam pecuniam à debitore domini, adversus eum debitorem nullam superesse actionem, Cui mandata est actio principalis, & Servianam mandatam videri. In arbitrio esse creditoris utra prius experiri malit, principali ao Serviana, nec alia aliam consumi: Legibus & judiciis compellendos esse debitores, non armis, non servitio corporis. His additur alia hoc proprio & singulari titulo, quod sit nova regula, ut obligatio, quæ non cœpit à defuncto vel contra defunctum, à persona heredis vel contra heredem incipere possit: quæ contraria est veteri regulæ, de qua *l. dubium, C. Th. de div. res.* & Theophilus in *§. post mortem, de leg.* tollitque veterem differentiam verborum, Cum moriar, Cum mortuus fuero, Post mortem meam dari, vel pridie quam moriar, ut *l. 11. inf. de cont. stip.* quam triennio post hæc constitutio sustulit, & regulam, quæ non erat sublata nominatim per illam, sed per consequentias tantum, quæ nihil valent in novo jure constituendo.

XI. Enarratio.

Ex alterius contr.] *l. 3. & l. eum, qui 13. sup. tit. pr. l. pen. inf. ne ux. pro mar. Theoph. in §. 3. de adquisit. per adrog.*

Dolo malo] *l. 4. sup. tit. prox.* cujus ea sententia est: malam fidem & dolum malum ab omnibus contractibus abesse debere. Videamus autem quatenus dolus obsit. Hoc igitur ita distinguendum est: si dolus causam dederit contractui bonæ fidei, vitiatur contractus ipso jure, *l. 7. ff. de dol. mal.* Non idem juris est in contractu stricti juris: doli enim exceptio necessaria est, *l. pen. C. de inutil. stipulat.* Thalelæus quoque ad *d. l. 4.* scribit, generalem regulam ibi proponi: hoc est, pertinere eam tam ad contractus bonæ fidei quam strictos: & in his si forte dolus intervenerit, remedio exceptionis ei subveniri, qui dolum passus est: *σημείωσαι τὸν καθόλα τῆς διατάξεως γενικὸν ὄντα: τοῦτο γὰρ εἴρηται τῇ διατάξει, οὐχ ἵνα bona fide γένωνται πᾶσαι αἱ ἀγωγαί, ἀλλ' ὅτι τυχὸν εἰ γένηται δόλος, καὶ ἐπὶ στρίκτας ἀγωγῆς ἀντίκειται ὡς ἐν παραγραφῇ.*

Voluntatis esse contr.] *l. sicut, sup. tit. prox.* Contractus voluntarii dicuntur, *ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων ἑκούσιος,* Aristotel. Ethicor. Nicomach. lib. 5. c. 5. *Quoniam inceptio eorum voluntaria est.*

Implere contractum] Complere, consummare, *l. 5.* nisi utriusque consensu discedatur à contractu: quo casu uterque ipso jure liberatur, si bonæ fidei contractus sit, vel si stricti juris sit, agenti pacti exceptio obstat, quod Græci his verbis exponunt ad *d. l. 5. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν στρίκτων ἀγωγῶν οὐδὲ ἐὰν ἑκάτεροι συναινέσωσι, δύναται αὐτομάτως λύεσθαι ἡ ἀγωγή, ἀλλ' ἔτι μένει σώζεται: ἀντίκειται δὲ λοιπὸν πάκτι παραγραφὴ ἐπὶ τῶν bona fide, τῇ ἑκατέρου συναινέσει λύεται τὸ συνάλλαγμα.*

Procuratori in rem suam] Procuratorem in rem suam constituere, cedere, vel mandare actiones alicui idem significant. Valeria igitur cui rescribit Imp. in *l. 1. cod.* creditori pro debitore pecuniam numeraverat quasi pretii loco: & creditor actionem ei suam mandaverat. Plane creditor re integra .i. lite non contestata decesserat. Quæritur ergo an mandatum morte domini finitum sit: & placet finitum non esse, si heredes reliquerit, quia fidem venditionis ab herede impleri oportet, debetque heres in eo mandato perseverare. Si vero heredem non reliquerit, finitur mandatum: & ideo Valeriæ utilis actio proprio nomine competit, quæ vivo etiam domino, & non mandatis actionibus competeret: nam ubi mandatis actionibus actio directa competit, utilis actio datur sine cessione, *l. 1. §. & si forte, ff. de tut. & rat. distr.* & hoc est, quod hic ait Cui. procuratori suo nomine semper utilem dari, & in exponenda *d. l. 1.* Græcos fere sequitur, quorum verba hæc sunt: *ὁ ἐξ ἀγορασίας ἐγχειρισθεὶς τὴν κατά τινος ἀγωγὴν καὶ ὁ μὴ προκατάρξ: ἔχεται*

A *τὸν τελευτήσαντα τοῦ αὐτὸν ἐγχειρίσαντος, ὁ κωλύεται μετὰ ταῦτα κινεῖν ὑτιλίαν αὐτὴν. Cui ex causa emptionis adversus aliquem mandata est actio, licet ante mortem mandatoris litem contestatus non sit, tamen utilem actionem intendere non probibetur.*

Non mandaris] *l. 8. cod.* in cujus specie dominus non cessit actiones suas cuiquam, sed mandavit tantum debitori suo, ut solveret Titio, quem negat habere actionem adversus debitorem, quia cessa ei fuisse non ponitur Cuj. in recitat. ad *tit. de donat. inf.*

Neque deb. del.] *d. l. 8. vers. quod si.*

Et Servianam] *l. 6. & 7. sup. tit. prox.*

Utra prius] *l. 10. cod.* quod tamen abrogavit Nov. Justiniani 4.

Non armis] *l. 9.* Cassiodor. Var. lib. 4. 10. *Hinc*
B est, *quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu: quid enim à bellica confusione pax tranquilla distabit, si per litigia terminentur?*

Non servit corp.] *l. 12.* cujus sententia hæc est, liberæ conditionis homines debitis obnoxios creditoribus servire non cogi: atque ita Græci verterunt: *οὐκ ἀναγκάζονται οἱ ἄποροι χρεώσται δουλεύειν τοῖς ἑαυτῶν δανεισταῖς, Debitores qui solvendo non sunt, creditoribus suis servire non compelluntur,* libro 24. Basilic. tit. 3. Gregorius M. Epist. 43. lib. 3. *Lex habet, ut homo liber pro debito nullatenus teneatur, si res defuerint, quæ possint debito addici.* Sed neque liberi debitorum ob æs alienum patris à creditoribus retineri possunt, aut servire coguntur, Nov. 134. c. 7. Cum enim anteriores prin-
C cipes legem illam abolescere forte passi essent, Justinianus coercendæ creditorum duritiæ reduxit, aut certe confirmavit: ut sæpe accidit leges priores posterioribus stabiliri. Idem Gregorius d. epist. *Quia filium ejus, quem tenere dicuntur, secundum leges tenere non possunt.* Adde epist. 56. *l.* 2. Jure etiam vetustissimo liberi, quoque eorum, qui nexi dicebantur, in servitutem abducebantur. Dionys. Halicarn. 6. *ἔθος διαλῦσαι μὴ τὸ χρέος οὐκ ἔχων ἀπήχθην δοῦλος ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ σὺν υἱοῖς δυσίν. Unde cum æs alienum exsolvere non possem, ductus sum à creditore in servitium, una cum duobus filiis.* Denique lege Longobardica, qui pœnam pecuniariam Ecclesiæ solvere non poterat, tradebat se in servitio Ecclesiæ usque dum totum debitum persolveret, legis Longobard. lib. 2. tit. 40. §. pen. apud Sinenses, etiam
D ut ferunt debitor, qui creditorem suum implere non potest, servire ei compellitur, vel eadem conditione liberos suos ei tradere.

Cum moriar] Post mortem suam dari sibi nemo recte stipulabatur, neque post mortem promissoris. Sed & inutilis erat stipulatio hoc modo concepta: pridie quam moriar, vel cum morieris. Utiliter autem concipiebatur stipulatio, cum moriar, vel cum morieris, *§. post mortem, & seq. Inst. de inut. stip.* Legatum quoque inutiliter relinquebatur post mortem heredis, aut legatarii. Item pridie, quam heres, aut legatarius morietur, *§. post mortem, Inst. de legat.* Recte autem legatur, cum morietur heres. Ulp. *tit. de leg. §. post mortem.* Sed vetus hæc verborum differentia sublata est: & consequenter videbatur quoque sublata vetus defi-
E nitio. Sed quia nova jura strictius interpretamur, placuit eam nominatim constitutione postea edita abrogare.

TIT. XII. *Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur.*

Tantum abest ut alius pro alio conveniri possit, ut nec pro colono dominus, vel contra, *l. 3. & 11. sup. tit. 10.* nec pro debitore is, ad quem pecunia pervenit, *l. pen. cod.* nec conjux pro conjuge, nec pater pro filio, nec quisquam pro necessariis sibi personis, ut hoc tit. & seq. ut vix sit ullus excipiendus ab illa certissima regula, ex alterius contractu nemi-

nem

nem obligari, *l. pen. boc tit.* id est ex suo quemque contractu obligari, non ex alieno. Nam & pater pro filiof. & dominus pro servo civiliter non obligatur, nec jure prætorio in solidum, sed in peculium duntaxat: & quia in peculium tamen, ideo matri in hoc tit. non junxit etiam patrem, nec tit. seq. filio emancipato filium familiæ.

XII. Enarratio.

NEc conjux] Tam in causa pecuniaria, quam criminali, *l. 1. 2. & 3. hoc tit.* Cassiodorus Variar. 4. 10. *Uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula, non tenetur.* Dotem teneri ob civile munus vel honorem mariti, non etiam parapherna putat Cuj. ex *l. 3. hoc tit.* Græco interpreti aliud judicium est: *μὴ νόμιζε δὲ ἐξ ἀντιδιαστολῆς ταύτης τῆς διατάξεως, ὅτι ἡ προὶξ τῆς γυναικὸς ὑπόκειται ταύταις ταῖς λειτουργίαις· ἐπειδὴ γὰρ σήμερον in rem δίδωσι τῇ γυναικὶ περὶ τῶν προικῴων πραγμάτων καὶ δύναται ἡ γυνὴ καὶ ἀλλότρια ὄντα πράγματα καὶ μηδὲ τῆς οὐσίας ὑπάρχοντα τοῦ ἀνδρὸς διὰ τῆς in rem συναλλαγίας αὐτὴ ἐκδικῆσαι:* B ait, ex eo quod parapherna non teneantur, continuo dicendum non esse argumento à contrario ducto dotem teneri: quæ sententia benignior est. Certe si debitor ex causa primipili solvendo non sit, dos uxoris fisco vindicatur, *l. 4. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.*

Nec mater pro filio] Tametsi mater partem pro filio sponte solverit: nam si pro filio intercesserit, vel errans solverit, condicere potest, *d. l. 3. & l. ult.* Solvit igitur donandi animo, *ὡς δωρουμένη*, Græci.

Civiliter non oblig.] *L. 8. §. Filiusfam. ff. de acceptilat. Theoph. ad §. actiones autem, de action.* C

Nec jure præt.] Actione de peculio, quæ prætoria est, pater & dominus tenentur peculii fini, *d. §. filiusf. & d. §. actiones, l. 1. inf. tit. prox. & l. pen. inf. quod cum eo.*

TIT. XIII. *Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conveniantur.*

AD superiorem regulam additur, nec filium pro patre, vel patrem pro filio emancipato obligari aut conveniri posse, nec libertum pro patrono, nec servum pro domino, quod in servo notissimum est, cum nec ex suo contractu ullo jure conveniri possit, *l. tutelas, §. 1. ff. de cap. min. l. ultim. supra de nox. act.* & quamvis D hoc obiter legatur scriptum *l. ultim. hujus tit.* tamen in tit. ipso prænotatum non legitur in Basil. nec in vet. libris.

XIII. Enarratio.

NEc filium pro patre] *l. 2. & 4. hoc tit.* Senec. 5. de Benefic. c. 19. *Dico me tibi obligatum pro filio, non quia sum, sed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium.* Cassiodor. Var. lib. 4. 10. *Filius obligationib. paternis, sin non sit heres, exuitur.* Sextus Empiricus Pyrrhon. hypot. lib. 1. c. 14. *παρ᾽ ἡμῖν τοῖς Ῥωμαίοις ὁ τῆς πατρῴας ἀποστὰς οὐσίας οὐκ ἀποδίδωσι τὰ τοῦ πατρὸς χρέα. Apud Romanos filius, qui nihil ex bonis paternis possidet, debita ejus non exolvit.* Excepta causa primipili, etiamsi E patri heres non extiterit, *l. si tutores 11. infra de compensat. l. ultim. de primip. lib. 12.* quod etiam Græci hic notant: *ἐνέχεται υἱὸς ὑπὲρ τοῦ πριμιπιλάτου τοῦ ἰδίου πατρός, κἂν μὴ κληρονομήσῃ αὐτόν. Filius ex causa primipili patris nomine tenetur, licet patri heres non extiterit.*

Vel patrem pro fil.] *l. 1. & 3.*

Nec libertum] *l. 5.*

Ullo jure] Civili, aut prætorio.

Nec in vet. lib.] Cuj. auctorib. libris Basilic. lib. 24. tit. 4. & manuscriptis codd. delet illa verba tit. *vel servus pro domino*, quæ leguntur in libris editis. Certe desunt in v. c. Juliani Brodæi, & Ægidii Menagii,

Tom. II. Prior.

A Quamvis lectio vulgata defendi possit *l. ultim. hoc tit.*

TIT. XIV. *An servus ex suo facto post manumissionem teneatur.*

AC nec idem ipse quidem tenetur pro seipso, si renascatur & novus homo fiat, quod manumissione contingit. Nam de eo quod quis contraxit, vel gessit in servitute, post libertatem nulla ei vel in eum actio est, nisi connexum id sit cum eo quod post libertatem gessit. Hoc enim casu prius tempus trahitur ad posterius, *l. tutorem, ff. de adm. tut. l. 17. ff. de neg. gest.* alioquin nulla ex antegesto in manumissum actio est, quia nec ulla fuit ab initio. Nam obligatio naturalis quam servus suscipere videtur, nullam actionem parit. Quamobrem in tractatu de solutionibus, quo docemur id quod debitor ex pluribus causis indistincte solvit, in antiquiorem contractum cedere, recte dicitur, in manumisso non esse antiquiorem contractum eo quem statim post libertatem solet habere cum patrono de operis, *l. in liberto, ff. de solut.* quia scilicet contractus habiti in servitute pro nullis habentur: & factum interpretor contractum, vel quasi contractum: quia actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant, *l. tutelas, §. injuriarum, ff. de cap. min. l. 4. hoc tit.*

XIV. Enarratio.

NOvus homo] *L. 27. §. 1. ff. de adim. leg. l. 98. §. aream ff. de solut.* Tertullianus de Pœnitentia c. 6. *Quis servus posteaquam libertate mutatus est, &c.*

Nulla ex antegesto] *l. 2. hoc tit. Paul. 2. Sent. tit. 13. §. ult.* Quid si peculium servo legatum sit? Græcus interpres nihilomagis teneri scribit: *σημείωσαι*, inquit, *ἐκ τῆς ἐπιτάσεως τοῦ μάλιστα, ὅτε καὶ ἐληγατεύθη αὐτῷ τὸ πεκούλιον, ἢ κατέχεται τοῖς πεκουλιαρίοις δανεισταῖς* lege, *πεκουλιαρίοις*. Si tamen res apud servum deposita sit, & manumissus rem teneat, cum eo depositi agi poterit: ex cæteris causis in manumissum actio non datur, *l. si apud 21. ff. depos.* id est *ἐκ τῶν λοιπῶν συναλλαγμάτων*. Græci ibidem: *ex cæteris contractibus*: v. Cujac. ad *l. frater à fratre, ff. de cond. ind.*

Ab initio] Cum servo enim nulla actio est, *l. 107. ff. de regul. jur.* id est, nec civilis, nec prætoria, *l. tutelas, §. pen. ff. de cap. min.*

Suscipere videtur] Papin. in *l. eo tempore 50. §. 2. de pecul. Naturalis obligatio, quam servus suscipere videtur.* Thalelæus ad *l. 1. C. de noxal. act. οὐκ ἐνέχεται νόμῳ, φύσει δὲ ἔνοχος μένει. Servus manumissus jure non tenetur: natura autem obligatus manet.* Sed naturalis obligatio nullam actionem parit, *l. si pupillus 127. ff. de verb. obligat.* actiones enim jure aut legib. proditæ sunt.

In antiq. contr. ced.] *l. in his 5. ff. de solut.*

Factum interpret.] *ἀποτέλεσμα* Græci interpretantur.

Cum cap. amb. Noxa caput sequitur: idest, noxalis actio. Thalelæus ad *l. 4. hoc tit. τὸ νόμιμον τῆς διατάξεως φανερὸν καὶ χρήσιμον, καὶ μάλιστα εἰς τὰς νοξαλίας.*

TIT. XV. *Quando fiscus vel privatus debitoris sui debitores exigere potest.*

ET hoc titulo ostenditur: creditorem quoque debitorem debitoris sui convenire non posse sine mandato debitoris sui actione in personam. Convenire tamen eum & exigere posse actione Serviana, jure taciti, vel manifestarii pignoris: qua in re distat hoc tantum fiscus à privato, quod fiscus qui omnium bonorum, etiam nominum semper habet tacitam hypothecam, prius excutere debet principalem debitorem quam nomen debitoris sui, *l. pen. hoc titulo*: privatus liberum habet arbitrium conveniendi quem volue-

voluerit, principalem debitorem aut principalis debitoris debitorem, si expressim nomina debitoris pignori obligata sint. Distat etiam pignus conventionale ab eo quod capitur judicati exequeodi gratia, quoniam jure conventionis nomeo pignori obligatum persequitur privatus, etiamsi debitor solvendo sit, nec tamen capit nomen pignori ex causa judicati, si alia sint bona quæ pignori capi possint.

XV. Enarratio.

ACtione in personam] *l. ult. h. t. l. 3. inf. tit. prox. l. pen. inf. de novat.*

Jure tsc. vel man.] *l. 4. inf. quæ res pign. obl. l. si convenerit 18. ff. de pign. act. l. postquam 7. C. de hered. vel act. vend.*

Serviana] Quasi Serviana sive hypothecaria, quæ hic *ἁπλῶς* Serviana dicitur, ut in *l. 3. ff. de pignor.* & alibi.

Vel manifestarii] Manifestarium pignus dicit cum Paulo in *l. pen. ff. in quibus caus. pig. vel hypoth.* Sic Plautus. *Furem manifestarium*, Aulul. act. 3. sc. 4.

Semper habet tacitam] Ex privilegio fisci *l. 2. C. de serv. pign. dat. l. 2. C. de quib. caus. pign. vel hypoth. l. 2. & 3. C. de privil. fisc. l. aufertur 46. §. 3. ff. de jur. fisc.*

Prius excutere deb.] Fiscus qui semper tacitam habet hypothecam, debitorem debitoris suis convenire potest, *l. 3. hoc tit.* Similiter uxor, quæ dotis nomine tacitam habet hypothecam, *l. assiduis 5. C. qui potior. in pign. hab.* aget tam adversus heredes mariti, quam debitores ejus jure tacitæ hypothecæ, *l. 3. cont. Glossa inf. tit. prox.* Et fiscus quidem non utitur jure singulari in eo quod agit adversus debitorem debitoris sui: nam privatus quoque agere potest jure hypothecæ: In hoc igitur tantum fiscus à privato distat, quod fiscus necessario prius debitorem principalem excutit, quam nomen debitoris sui: fiscus non agit statim cum debitore debitoris sui, sed in subsidium, & si in rem suam aliter servare non possit, *l. pen. h. tit.* privatus debitorem suum non excutit, sed quem voluerit coovenit, si specialiter ei nomina debitoris pignori obligata sint, *l. ult. sup. de obligat.* nam post multas varietates eo perventum est, ut nomina debitorum pignori dentur, *d. l. post quam*.

Persequitur privatus] Privatus jure conventionis pignus persequitur: fiscus jure tacitæ hypothecæ in to quoque fiscus à privato differt.

Etiam si debitor solvendo sit] Actione enim quasi Serviana creditor pignora vel hyputhecas tutius persequitur, qoam personam, *§. item Serviana, Inst. de action. l. plus cautionis 25. ff. de reg. jur.* nam & creditor, qui rem alienam pignori accepit, potest contraria pigneratitia agere, licet debitor solvendo sit, *l. cum debitor 32. ff. de pigneras. act.* pignoris retentione securior sit creditor.

Capi possint] *l. 15. §. in venditione, & §. sic quoque, ff. de re jud. l. 2. hoc tit.* Basilica: *ἐὰν ὁ καταδικασθεὶς μηδὲν ἔχῃ σωματικὸν ἐν πράγματι ὀφείλει ἀμφιβόλως δεσμεῖσθαι*, &c. *Si condemnatus nihil in corporibus habeat, quod citra controversiam pignoris loco capi possit*, &c. à reb. enim corporalibus ad jura sive actiones pervenitur. Sed ab hoc jure hodie recessum est: nam ex causa judicati nomina jure pignoris statim capi possunt.

TIT. XVI. *De actionibus hereditariis.*

QUod hactenus varie demonstratum est, non teneri alium pro alio, sane in herede locum non habet, qui cum sit successor juris universi, necesse est ut pro defuncto teneatur actionibus hereditariis, & ea sustineat onera atque incommoda quæ defunctus sustinuisset, commodis quoque fruatur iisdem. Actiones hereditariæ sunt quæ cœperunt ex

A persona vel in personam defuncti; & trasierunt in heredem: Nam quæ cœperunt ab herede vel in heredem ut actiones legatorum, heredis sunt, non hereditariæ, vel hereditariarum loco, non hereditariæ, *l. hereditariarum, ff. de obl. & act.* & præterea solas actiones in personam hereditarias dicimus, non actiones in rem. Et solos heredes debitores, & creditores hereditarios ex XII. tab. si plures sint divisis actionibus pro hereditariis portionibus, non legatarios, non fideicommissarios, non debitores hereditarios, id est, quorum nomina in hereditate fuerunt. Debitor vel creditor hereditarius, modo heres est debitoris vel creditoris, modo debitor vel creditor defuncti, & post aditam hereditatem heredis.

B

XVI. Enarratio.

SUccessor juris un.] *L. 9. §. heres, ff. de hered. Inst. l. 11. ff. de divers. temp. præsc.* & ideo ea quæ in nominibus sunt, ad heredem transeunt, *l. 37. ff. de adquir. hered.* & sustinet quoque onus æris alieni, *l. 8. eod. l. 3. §. ult. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Denique commodum & incommodum heredem sequitur.

Quæ cœperunt ex persona] Græci ad *l. un. sup. tit. 11. αἱ γὰρ κληρονομικαὶ ἀγωγαὶ ἀπὸ τοῦ τελευτήσαντος κινοῦνται. Actiones hereditariæ ex persona testatoris accipiuntur.*

Non actiones in rem] Actiones in rem & hypothecariæ non sont hereditariæ: & ideo rei possessor, non heres convenitur *l. 2. hoc tit. l. 55. ff. de rei vind.* possessio enim parit in rem actionem, *l. un. C. de alienat. jud.* C *mut. cau. fac.*

Et solos heredes] Soli heredes conveniuntur actionibus hereditariis, non legatarii, fideicommissarii, non debitores hereditarii: soli etiam heredes agunt: Nullos enim ad defuncti personam propius accedit, quam heres.

Ex XII. tab.] Actiones hereditariæ jore civili inter coheredes pro portionibus hereditariis dividuntur, *l. 10. C. de jur. delib.* id est, lege XII. tab. *l. ult. hoc t. l. 26. C. de pact. l. 6. C. famil. ercisc. l. 25. §. idem juris est ff. eod.* quæ dicitur lex antiqua in *l. 1. C. de exc.* M. Tullius pro Roscio com. *Heres pro sua parte petit, qua hereditatem adiit, & pro sua parte dissolvit.* Quintilian. declamat. 336. *Cum essemus heredes patris nostri, debuimus ambo. Id sic colligo. Finge esse aliquem ex cre-* D *ditoribus petitorem: nunquid petere à te totam summam potest? minime, ut opinor. Duos enim pater noster filios reliquit: & necesse est sicut bona, ita onera quoque esse communia. Partem ergo tu debuisti, partem ego: quo efficiebatur ut partem solveres.* Quamvis unus ex pluribus heredibus totius debiti solutionem aliquo accepto in se receperit, *l. 25. sup. de pact.* Quintilianus in dicta declam. *Agrum fratri dedi, cum fratre meo convenit mihi, ut ille solveret. Num dubium est, quin dicturus fuit creditor. Partem tu debes mihi, patri tuo credidi, cujus ex parte dimidia heres es.* Nisi obligatio sit individua: ut puta si testator opus Reip. fieri jusserit, *l. in executione 85. ff. de verb. oblig.* idemque juris est in servitutibus, excepto usufructu, *l. stipulationes 72. eod. πᾶν γὰρ ἐν μερίζεται τὸ ἀμερές, ἓν γὰρ ἐστιν*, ut ait Proclus Institutionis E Theologicæ cap. 175. *Nam quod individuum unumque est, quomodo divides?*

Non legatarios] *d. l. ult.* sont. n. rei successores, non juris.

Non fideicommissarios] Quibus singulæ res per fideicommissum relictæ sunt, qui legatariis absimiles non sunt.

Non debit. hereditarios] *l. 3.* Non enim personali actione coovenitur, nisi qui defuncti personam exhibet. Nec donatarios rei certæ, *l. 15. C. de donat.*

Modo heres est] Debitor hereditarius heres est, qui defuncto obstrictus erat, ut in specie legis 4. *hoc tit.* quod & agnoscunt Basilica his verbis: *ἐὰν ἀνήβου κληρονομήσῃ, Si impubes heres fit.* Heres autem creditor

tor hereditarius dicitur; vel quod ei à defuncto ante- A testamentum aliquid deberetur, vel quod ei ab extraneo debeatur.

Modo debitor, vel creditor] Debitor hereditarius dicitur, cujus nomen in hereditate fuit. Creditor autem hereditarius, cui defunctus erat obnoxius, aditam hereditatem debitor, vel creditor defuncti dicitur: Post aditam hareditatem, heredis; nec enim ante aditionem heres defuncti personam subit: ab aditione heres succedit in jus defuncti, & actiones, quas habuit defunctus, exercet. Ex diverso heres subit, & suscipit æs alienum defuncti. Heres enim præterquam pro defuncto tenetur actionibus hereditariis: namque hereditas obligat eum æri alieno, *l. morr 8. ff. de adq. her.* tenetur quasi ex contractu suo; adeundo enim contraxisse videtur, *l. 3. in fi. & l. seq. ff. quib. ex caus. in* B *poss. eat. l. pen. hoc tit.*

Nunc de confusione strictim dicamus. Si debitor hereditarius creditori suo heres extiterit, confusione liberatur, pro ea parte scilicet, qua heres extitit: nam pro parte coheredis remanet obligatio: si vero ex asse heres sit, confusio hereditatis actionem perimit, *l. 1. §. si debitor, ff. ad leg. Falcid. l. sicut 75. ff. de solut.* Quod si creditor debitori heres extiterit, consunditur obligatio pro ea parte, qua heres extitit, si coheres ei adjectus sit: residui autem integra ei petitio est: hoc est, heres à coheredibus suis pecuniam debitam pro parte competente petere potest. Finge heredem scriptum ex semisse: adversus coheredem semissarium pro semisse agere potest: recte Basilica: *δύναται τὸν συγκληρονόμον ἀπαιτεῖν πρὸς τὸ κληρονομιαῖα μέρη τὸ χρέος.* C Glossa interlinearis: *ὡς παθὼν κομφουσίωνα εἰς τὸ μέρος εἰς ὃ ἐγράφη: Pecuniam debitam pro portionibus hereditariis à coherede petere potest, quia pro qua parte heres est, confusionem patitur.* Sic Græci interpretantur *leg. 1. hoc tit.* vel si ex asse heres sit, confusione perimitur obligatio, *l. 5. & 6. hoc tit. l. si ab eo 7. C. de negot. gest.*

TIT. XVII. *Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur.*

Et rursus hereditariæ actiones sunt; quæ ex contractibus, vel quasi ex contractibus defucti nascuntur. Nam ex delictis in heredes actiones non transmittuntur, nisi lis fuerit contestata, vel res judicata D adversus defunctum, quo casu heres ex asse tenetur in solidum, heres pro parte, pro ea tantum parte pro qua heres est, *l. 9. ff. de cond. furt. l. 2. in fi. ff. de præt. stip.* Quod si neque condemnatus fuerit defunctus, neque lis contestata cum eo, non tenetur ex maleficiis defuncti heres, nisi quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas pervenit, dolove malo ejus factum est quo minus perveniret, & in id tenetur calculi potius, quam delicti ratione, ne ex alieno damno, alienoque scelere locupletior fiat, *l. in heredem, l. Sabinus, ff. de dolo*, Delictorum appellatione non publica crimina intelligimus, quæ, exceptis quibusdam, in heredem non transeunt; etiamsi eis cum defuncto lis contestata sit, modo secuta etiam condemnatio non fuerit, *l. ex judiciorum, ff. de accus.* sed pri- E vata delicta ex quibus forenses seu civiles actiones dantur, veluti furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, damni injuria, de dolo malo, quod metus causa, ad quam proprie pertinet constitutio hujus tituli, condictio furtiva, in factum ex edicto de calumniatorib. vel ex edicto de alienatione judicii mutandi causa facta, vel de edendo, servi corrupti, arborum furtim cæsarum, & de incendio, ruina, naufragio, & de eo qui sciens pro libero veniit, & alia quædam. Item quæ quasi ex delictis dantur, *l. Julianus, ff. de jud. l. ult. §. hæc judicia, ff. nau. caup. l. 5. §. hæc autem, ff. de his, qui dejec. vel eff.* & aliquando, quæ ex contractibus cum in eis delictum quoque versatur, *§. aliquando; Inst. de perp. & temp. act.*

XVII. Enarratio.

Ex delictis def. in q. h. c.] Hoc eo non pertinet; ut pœna in heredes transmittatur: nam defuncto reo, & pœna extinguitur, *l. 6. ff. de public. jud.* quod autem dicitur, publice interesse admissa vindicari, ut deterreantur alii ab iisdem facinoribus, *l. capitalium 28. §. pen. ff. de pœn.* Sallustius de Diis, & mundo, cap. 12. *νόμοι τε καὶ πολιτεῖαι· δίκαιαί τε καὶ κολάσεις διὰ τὸ κωλύειν ψυχὰς ἁμαρτάνειν ἐγένοντο: Leges & Reipublicæ institutæ sunt, judicia & supplicia constituta ad cohibendos animos ne delinquant:* Id ad reos criminum pertinent priusquam fato functi sint. Cæterum per quam dure *καὶ ἀπανθρώπως* constitueretur, ut alium, quam nocentem pœna sequatur. Euripides Iphigenia in Aulide: *ἐγὼ δ' ἄλλων δώσω κακῶν, ὁ μὴ σφάλλεις: Ego insons crimen alienum luam?* Olympiodorus apud auctorem Catenæ in Job. cap. 6. *ἕτερος ὑπὲρ ἑτέρου οὐκ ἂν κολάζοιτο: Alius pro alio plectendus non est.* Heredes igitur civilibus actionibus tenentur, si lis contestata sit, ut infra dicetur.

Nam ex delictis] Contractus & *συναλλάγματος* verbum generale est, & delicta quoque continet. Hinc illa Apud Aristotelem 5. Ethic. Nicomachor. c. 2. contractuum divisio in voluntarios, & involuntarios. Voluntarii consensu perficiuntur, quales sunt contractus juris gentium, involuntarios vocat, quorum causa, & origo est delictum. Et involuntarios, quia citra consensum nostrum damnum quis nobis infert. Hic autem delicta separantur à contractibus, ut in fœdere Smyrnæorum, & Magnetum. *χρήσθωσαν δὲ οἱ πολιτογραφηθέντες καὶ ἐν Μαγνησίᾳ, τῶν συναλλαγμάτων καὶ ἐγκλημάτων τῶν πρὸς Σμυρναίους. Utuntur autem postquam civium numero adscripti fuerint: etiam in Magnesia, in contractibus, & delictis, quæ ad Smyrnæos spectant, legibus Smyrnæorum.*

Non transmittuntur] Pœnales actiones, quæ pœnæ nomine concipiuntur, *l. 9. §. ult. ff. de reb. auctor. judic. possid. ἀκραιφνεῖς ποιναλίας, καθαρῶς ποιναλίας. τουτέστι ποινὴν μόνην ἀπαιτοῦσαι, mere pœnales*, ut ajunt Græci. in heredem rei non competunt, nisi lis contestata fuerit cum defuncto, *l. 1. ff. de privat. del. & l. sciendum 58. ff. de oblig. & act. l. nemo 87. & l. pœnalia 164. ff. de regul. jur. §. non omnes, & §. pœnales, Inst. de perpet. & tempor. act. ἀεὶ γὰρ ἡ προκατάρξις ἀμείβει τὴν φύσιν τῶν ἀγωγῶν: Semper enim litis contestatio actionum naturam mutat.*

Heres ex asse tenetur] Quasi ex contractu defuncti: in judicio enim quasi contrahitur, *l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul.* & actiones ex contractu transeunt in heredes, *l. ex constitutionibus 46. ff. de oblig. & act.*

In solidum] *ὁλοκλήρως δίδωσι.*

L. 9. ff. de cond. fur.] Fingit igitur in *d. l. 9.* litem contestatam fuisse, v. sup. *ad tit. de condict. furt.*

Locupletior ad eum hered. perv.] Si sint actiones mixtæ, vel rei persecutoriæ: *τουτέστιν ὀφείλει τὸ ἀποδοῦναι τὸ πρᾶγμα ἢ ὅλον, ἢ μέρος αὐτοῦ ὅσον περιῆλθεν; Hoc est, rem restituere debet, vel totam, vel partem ejus, prout ad eum pervenit, l. sicuti 38. l. toties 44. ff. de reg. jur. l. 4. ff. de vi, & vi arm. l. inde Neratius 23. §. hanc actionem, ff. ad leg. Aquil.*

Dolove malo] *L. 1. ff. de privat. del. l. dolove 27. ff. de dol. l. 2. ff. de vi, & vi ar.*

Calculi potius] *L. Sabinus*, quam Cujacius adsert, ut scilicet subducatur ratio ejus, quod turpiter, vel scelere quæsivit.

Ne ex alieno] *l. un. h. t. l. un. C. Hermog. eod.*

Exceptis quibusdam] Excepto peculatus, de residuis, repetundarum, & majestatis judicio, quæ etiam mortuis reis, lite quoque non contestata exerceri possunt, ut bona eorum fisco vindicentur, *l. ex judiciorum 20. ff. de accus. l. ult. ff. ad leg. majest.* Idem juris

juris esse in Manichæis & Donatistis notant Græ.lib.60. A Basilic. tit.34. in fin. ex *l.4. C.de hær. & l.4. C.de Apost.*

Forenses] Sic appellantur civiles actiones in *l.1. §. 1. ff. de incend. rui. & nauf.*

Veluti furti] Actio furti non datur in heredem, *l.1. ff. de privat. del.* nec injuriarum, *l. injuriarum 13. ff. de injur.* nec vi bonorum raptorum, *l.2.§.ultim.ff.vi bonor. rapt.* nec damni injuria, *l.inde Neratius 23.§. hanc actionem, ff. ad leg. Aq.* nec de dolo malo, nec denique actio quod metus causa, *l. quod diximus 16.§. hæc cautio, ff. quod met. caus.*

Constitutio hujus tit.] Vis in *l.un. h.tit.* ex Cujacii sententia hic, & ad *d. l.16.* est coactio, ut tit. *de his quæ vi met. caus.* Sic etiam Glossa interlin. ad *d. l.un. h. tit.* in Basilic. vim interpretator, *βίαν*, & concussionem, *διασεισμόν* non ereptio, seu rapina, ut glossa accipit, B concussio vero est metus, terror, qui definitur à Cic. lib.4. Tusculan. Q. *metus concutiens*: vel calumniosa vexatio, *l.1.§.2. ff. de calumn.* sic accipitur in *l. illicitas, §.illicita, ff. de offic. præs. & tit.13. lib.47. D. S.* Athanas. in Epist. ad Luciferum Caralitanum: *Domos perturbant, concutiunt fratres, singulis negotiis concinnant.* Videamus an legendum sit, *negotia concinnant*, id est, hoc aguot ut aliis negotium faciant. Tertullian. de Fuga cap.12. *Miles me vel delator, vel inimicus concutit, & concussura*, ibid. cap.13. pro concussione. Arnob.4. advers. G. *Cujus vos nomen effari non sine metu docuit, & totius corporis concussione.*

Condictio furt.] Condictio, ut Cuj. placet, non datur in heredem. *Vide supr. de condict. furt.*

In factum ex edicto] *l. in heredem 5. ff. de calumn.* C actione in factum de calumniatoribus intra annum in quadruplum tenetur, qui ut per calumniam alteri negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepit.

Ex edicto de alien.] *l.4.§ hæc actio, ff. de alienat. judic. mut. caus. f.* actione in factum tenetur in id quod interest, qui judicii futuri mutandi causa rem alienavit, ut duriorem adversarium nobis objiceret.

De edendo] *l. ultim. ff. eod.* adversus argentarium; qui rationes mensæ argentariæ non ediderit, datur actio in factum in id, quod interest agentis rationes sibi editas esse.

Servi corrupti] *l.hæc actio 13. ff. de ser. corr.*

Arbor. furt. cæs.] *l.7. §.hæc actio, ff. arb. fur. cæs.* D

De incend. ruin.] *l. Pædius 4. §.ultim. ff. de incend. ruin.*

De eo qui sciens] *l.utique 21.ff. de liber. caus.*

Et aliquando] Non solum actiones ex delictis, vel quasi delictis, contra heredes non competunt, sed etiam interdum ex contractibus, *§.aliquando, Institut. de perpet. & tempor. act.* v. Cujac. ibid. & ad *l.121.ff.de v.ob.* lib.13. Obs. cap.pen. & lib.21. c.2. & tit. C. de in lit. jur.

TIT. XVIII. *De constituta pecunia.*

Vide tit. 5. lib. 13. ff.

A Titulo x. animus conditori Codicis hujus fuit generalia præcepta tradere de obligationibus, & actionibus, & posteaquam egit specialiter de hereditariis actionibus, quibus includitur omne genus actionum in personam, voluit de constituta pecunia specialem titulum ponere, tum quod eo continetur etiam omne genus debitarum pecuniarum, tum etiam quod dubitabatur an actio constitutæ pecuniæ quasi pœnalis secundum superiorem titulum non esset danda in heredem, nisi post litem contestatam, quod definitur *l. 1. & 2. hujus tit.* & *l.18. §. è re, ff. eod.* Est E autem constituta pecunia; pecunia debita à se vel ab alio, quam certo die ut solvatur, curaturum se quis recipit citra stipulationem, idque genus conventionis olim receptum dicebatur apud mensarios, & actio quæ ex ea re competebat actio receptitia, quoties ad mensam argentarii, contrahentibus, ut adfieri plerumque solebat, argentarius recipiebat soluturum se quod hic vel ille cavisset, & erat negotium civile & actio civilis. Hodie constitutum appellatur, & est juris prætorii obligatio, quæ contrahitur etiam per epistolam, ut in *l. quidam, ff. eod.* hoc modo: Quæ L. Titius mutua accepit à te, ea penes me habeo: vel, ut in epistola D. Pauli ad Philemonem: Qua re læsit te, Philemo, aut quod is tibi debet, mihi imputato, ego Paulus manu mea scripsi, ego reddam. Denique sic nodo conseoso, & secundum jus vetus earum tantum rerum nomine quæ in mutui causam veniunt, & actio erat annalis, qua de causa dari ægre videbatur à Prætore, & magis coercendæ improbitatis ejus, qui ad diem condictum fefellisset quasi ex delicto ejus (omni enim constituto dies adjicitur, vel inesse intelligitur) quam quod nudus consensus videretur sufficere obligationi: ac proinde quasi pœnalis ex parte rei actio videbatur non esse danda in heredem rei, quod non obtinuit: & merito igitur proximis superioribus titulis XVI. & XVII. de hereditariis actionibus adjunctus hic est, ut & hanc actionem sciremus hereditariam esse.

XVIII. Enarratio.

Omne genus actionum in personam] Actiones enim in rem non sunt hereditariæ. *Vide supr. tit.16.*

Omne genus debitarum pecun.] Constitutum fit de pecunia debita ex quacumque causa, vel contractu, vel maleficio, licet natura tantum debeatur, vel jure prætorio, non civili, *l.1.§. debitum, & duob. seqq. l.29. ff. eod.* Denique qualecumque debitum in constitutum deducitur.

Quasi pœnalis] Prætor enim videbatur edicto suo pœnam comminari, *Si appareat eum, qui constituit, neque solvisse, neque fecisse, l. si duo 16. §. ait Prætor, eod.* his inquam, verbis videbatur pœnam proponere adversus eum, qui fidem rei constitutæ fregisset, & pacta ac constituta die non solvisset, quod quidem grave est, *l.1. & l. illud 25. eod.* ac per hoc non videbatur in heredem constituentis danda: pœnales enim actiones in heredem rei non competunt, *§.1. Institut. de perpet. & temp. act.* sed magis placuit, rei persecutionem esse, *l.18.§.è re, ff. eod.* Basilica: *αὕτη ἡ ἀγωγὴ οὐκ ἔστι ποινάλια, Hæc actio pœnalis non est.* Et merito igitur in heredem datur: actiones enim quæ rei persecutionem habent, adversus heredes dantur, *l.3. §.1.ff. de vi & vi arm.*

Post litem contest.] Ex delictis enim actiones post litem contestatam in heredes transmittuntur, ut docet tit. superior.

Pecunia debita] Id enim tantum constituitur quod debitum est, *l.5. §.2. d. l.18. §.1. l.2. h.tit.* & ideo constitui non potest id cujus petitio exceptione excludi potest, *l.3. §.1. ff. eod.* *ἐγγυᾶται δὲ τὸ ἐνδεέστερον: Ejus autem nomine quod indebitum est, fidejussor dari potest*: ut est in glossis Nomicis: hoc igitur constitutum à fidejussione distat.

A se vel ab alio] *§.de constituta, institut. de action. d. l.5. §.2. d. l.2. Novel.115. c.ultim.* & hæc est prima inter eum qui constituit & fidejussorem differentia, quam Græci adferunt: nemo enim pro se fidejubet, *l. heres 21.§. servo, ff. de fidejuss.* at quod quisque debet soluturum se recte constituit.

Quam certo die] Non modo rem ipsam quæ debetur quis soluturum se constituit, sed & aliud pro debito constitui potest, *d.l.1. §.5.* *ἑτέρας δ' ἀνθ' ἑτέρου οὐκ ἐγγυᾶται: In aliam rem quam quæ in obligatione est, fidejussor non interponitur*, ut ajunt Græci, secundam inter constitutum & fidejussionem differentiam adferentes: sive ut ait Ic. *In aliam rem, quam quæ credita*

dita est, fidejussor obligari non potest, l. si ita 42. ff. de fidejuss.

Certo die] Constituto dies certus adjicitur, *l. 19. ff. eodem*. Nam hæc hujus negotii natura est, ut conferatur in diem: hæc est vis, & potestas verbi, *constituere*. Quid si constitutum fiat nulla præstituta die, id est, *ἀπροθέσμως*, non præfinito solutionis die, ut vertunt Basilica, valetne constitutum? Audiamus Paulum Jurisconsult. in *l. 21. eodem*. *Si sine die constituas*, inquit, *potest quidem dici, te non teneri*: quasi diceret: videtur quidem non valere constitutum quasi imperfectum sit: *alioquin & confestim agi secum poterit, si statim, ut constituisti non solvas*, quod à natura hujusce negotii alienum est, quoniam in diem certum constitui solet. *Sed modicum tempus*, inquit, *statuendum est, non minus decem dierum, ut exactio celebretur*. Et valet igitur constitutum, etiamsi dies nominatim adpositus non sit. Sed quamvis sine die constitutum sit, non tamen confestim agi poterit, sicut ex pura stipulatione statim agitur, sed ei constituto ex prudentium interpretatione decemnium inerit. Hæc est Pauli sententia: nec alia mente scripsi, videri non valere constitutum: si sine die constituas, quam ut dubitandi rationem, qua Paulus movetur tangerem. Idem tamen cum Paulo sentio: absit enim, ut vel Paulus cogitarit, vel etiam Paulum ego sic accipiendum putarim, quasi diem saltem integrum adjici constitutu necesse sit, ut valeat: quamquam vix est, ut auctores nostri, qui in diem constitui scribunt, in tempus angustius constitui posse crediderint, quam ut laxamentum unius diei habeat, qui daturum, facturumve constituit: alioquin nec utilitatem haberet constitutum, nec à præsentaria solutione prope differret. Itaque & cum pure mutua pecunia datur, non adjecto die solutionis, contestim agi non potest; sed post triduum, ex Græcorum sententia ad *l. 19. ff. de reb. credit.* quorum verba hæc sunt: *εἰ γὰρ ἁπλῶς δανείσω τινί, εὐθὺς ἤτοι μετὰ τρεῖς ἡμέρας δύναμαι ἀπαιτεῖν τὸ δάνειον. Si cui simpliciter credidero, statim, id est, post tres dies creditum petere possum*. Vide locum Plauti è Mostellaria quem observavit summus juris interpres in recitatione ad *l. 4. ff. eod.* Et falsus est Accursius, qui ad *l. si pœnam 68. ff. de verb. obligat.* significat, pecuniam statim peti posse. Sed & idem ad d. *l. 21.* eisdem fere verbis scripsit, quod ego ad Theophilum: ut deinde animadverti. In summa, quum quæritur, an constitutum sine die factum, *ἀντιφώνησιν ἀπρόθεσμον* vocat Eustathius *περὶ χρον. διασ.* Cap. de decem diebus, jure valeat, hoc quæritur, an constitutum sine certo die factum, *καὶ ἀπρόθεσμον* valeat: sive an propter omissionem diei constitutum infirmetur: non autem quæritur, an longius, vel recisius, & angustius tempus adjici constituto possit, ut vel in horam, aut semihorium utiliter constituatur. Hæc mea, hæc Pauli sententia est. Neque Salmasius hoc debuit notare in lib. de modo usurar. cap. 16. Hodie vero constitutum, & pure fieri potest, *l. pen. hoc tit.*

Quod autem ad Petronium attinet, videamus an *venire ad constitutum*, sit, ad diem condictum venire, vel potius locum, ut de loco Salmasius Petronium capiendum putat. (Sic etiam loquitur Suetonius Oth. 6. *Proripuitque de postica parte palatii ad constitutum*.) Quid si de die constituto intelligamus? Sic Petronius suadere videtur his verbis, quæ præcedunt. *Flagitabant uti apud se utraque deponeretur, ac postero die judex querelam inspiceret*. Et paulo post: *invaserat pallium, exhibiturumque crastina die adfirmabat*. Certe non minus de die, quam de loco constitutum intelligi potest, Cicero pro Cecinna: *Homines inermes, qui ad constitutum experiundi juris gratia venissent*. Idem epist. 4. lib. 7. ad famil. *Quare si quid constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas*. Terent. in Hec. act. 1. sc. 2. *Constitui cum quodam hospite*. Vellejus Paterculus lib. 2. *Ex constituto arma corripuit*, id est, *de compacto*, ut Plautus loquitur, vel *ex compacto*, ut Suetonius. Colloquium Scholasticum: *Judices enim diem nobis dederunt hodiernum. Sententia dicta quare volo te præsente de causa tum advocatis tractare. Adhibuisti? adhibui: quosnam tuos amicos, bene fecisti, constituisti? circa quam horam? in quo loco? in foro, in porticu, juxta porticum Victoriæ. Paulo post illuc venio*: & mox: *Accipe ab eo nummos, & sequere, sicut constituimus*. Cornel. Tacitus de moribus Germanorum: *Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt*. Interdum plenius dies constitui dicitur. Cicero pro Cecinna: *Placuit Cecinnæ, de amicorum sententia diem constituere*. Paul. Oros. lib. 6. c. 2. *Nam tunc veluti ad constitutum diem festinarent*, *ἐς ἡμέραν ῥητήν*. Appian. in Lyb. Salmasius profert locum Varronis è 2. de R. R. *Quod tam sero venisset ad constitutum*, ac contendit Varronem de loco intellexisse. Idem tamen in Erratis, *an de tempore?* inquit. Quo uno verbo tota fere hujus controversiæ moles corruit. Denique sive solum, sive diem intelligas, utique constituendi verbum tractum, & intercapedinem temporis continet: *καὶ ταῦτα ὑπὲρ ὑμῶν ἀπολελόγημαι*.

Certo die. Ex die obligatus utiliter constituit, se eadem die soluturum, vel citeriore, & proximiore, vel alio loco, *l. 3. §. ult. & l. seq. & l. 5. eod.* Sed & quod in diem, *ὑπὸ ἡμέραν ὡρισμένην*, in diem certum, vel sub conditione debetur, pure constitui potest, *l. id quod 19. ff. eodem, l. 2. hoc tit.* Reus igitur constitutæ pecuniæ in duriorem causam constitui potest: fidejussor autem in duriorem causam adhiberi non potest, *l. Græce, §. illud, ff. de fidejuss.* & hanc tertiam differentiam inter constitutum, & fidejussoriam obligationem, notant Græci his verbis: *τρίτη αὕτη ἀντιφωνητοῦ ἐπὶ βαρυτέρα αἰτίᾳ ὅτι ὁ ἀντιφωνητὴς οὗτος τῷ χρόνῳ ἀντιφωνεῖ, μηδὲ αἱρέσεως ἐν ἐγγυητῇ δὲ ἐπὶ βαρυτέρᾳ αἰτίᾳ*. Sic suppleri debent Glossæ nomicæ in v. *pecuniæ constitutæ*, ex manuscripto codice, quem olim mihi commodavit magni nominis & doctrinæ vir Jacobus Sirmondus. Salmasius lacunato usus est codice in his differentiis explicandis: & ideo Glossarii Nomici mentem allequi non potuit.

Curaturum se. Sed & plures constituere possunt, *l. 16. eodem*, sed habent beneficium divisionis, si omnes litis contestatæ tempore solvendo sint, *l. ult. hoc tit.*

Se. Si vero quis constituerit alium soluturum, non se pro alio; non tenebitur, *d. l. 5. §. 4.*

Recipit] Receptitia in constitutoriam transfusa, constitutor etiam recipere dicitur, *ἀναδέχεσθαι*.

Citra stipulationem] Constitutum fit nudo consensu sine stipulatione, *l. 1. in pr. & §. eum qui, eodem. d. §. de constituta*. Theophilus ad *§. 8. de action.* & ideo & præsentes, & absentes constituimus, & quibuscumque verbis, *l. 14. §. ult. eod.* stipulatio enim fiebat verbis solemnibus ante Leoninam constitutionem, *§. 1. vers. sed hæc, Institut. de inutil. stipulat.* & hæc est quarta inter constitutum, & fidejussionem differentia: fidejussor enim stipulanti adpromittit, ut observant Græci loco sup. cit.

Ut adfieri plerumque solebat] Romani enim; & Græci per mensarios, *διὰ τοὺς χειμένοις τῇ τῶν τραπεζιτῶν ἐγχασίᾳ*, ut est in epistola 15. earum, quæ Themistoclis nomine circumferuntur, omnia negotia exercebant. Per eos plerique pecunias credebant, & fœnori occupabant. Colloq. Schol. *Eamus nos ad nummularium, rapiamus ab eo denarios centum*.

Argentar. recip.] Ex recepto soli argentarii obligabantur: ex constituto vero omnes: quamquam & receptum argentariorum etiam constitutum dicitur, & utraque actio ex constituto nasci, *l. 6. §. 3. ff. de eden.* Theophil. ad *d. §. 8.*

Soluturum se] Novatione non facta: nec enim recepto, aut constituto novatur obligatio, *l. 28. ff. eodem*, non magis, quam fidejussione: creavit enim auctor

ctor glossarii; qui scripsit constitutorem esse, qui se A pro alio soluturum promittit, & alterius in se transfert obligationem. Et qui hac actione egit, sortis obligationem non consumit, id est, non litis contestatione, sed solutione utraque obligatio solvitur, *d. l. 18. §. ultim.*

Actio civilis] Verbis enim civilibus componebatur, *d. l. 2.*

Constitutum appellatur] Glossæ juris: *ἀντιφωνησις ἐστὶ ἢ ἐγγύησις ἢ συνθήκη, ἵνα ἀντιφώνησις διὰ γὰρ τῆς ἀντιφωνήσεως συνίσταται, ἢ βεβαιοῦται ἡ ἀπαίτησις τῶν παρά τινος ὀφειλομένων ἐπὶ πράγματα*. Constitutum Græci *ἀντιφώνησιν* vertunt, Basilic. lib. 26. tit. 7. Glossæ Græco-Lat. *ἀντιφωνῶ* *constituo*: item: *ἀντιφώνησις, pecunia constituta*: & constitutor, *ἀντιφωνητὴς*, *Nov. 4. c. 2. Responsor. qui. respondant.* Cujac. in recitat. ad hunc tit. scribit, B *ἀντιφωνεῖσθαι* verbo nunquam significari fidejussionem, quod facile concedam, si de vetustioribus Græcis intellexit: Hesychius enim *ἐγγυάζειν*, *ἀντιφωνεῖν*, interpretatur.

Juris prætorii] Constitutum est nomen honoratium, *d. §. 8. & l. 1. & ult. eod.*

Penes me habes] Formula constituti, *l. quidam 26, eodem.*

Mihi imputato] *περὶ ἐμοῦ ἔχε τὴν ὀφειλήν, ἐγὼ ἀποτίσω*. B. Chrysostom. in eandem Pauli epistol. hom. 3. *ἀ μοὶ εἰς Χεῖρας τοῦτο λέγεται, ἐμοὶ ἔχε ὀφειλέτην*, Theophylactus ibid.

Scripsi] *πρὸς ἀσφάλειαν πλὴν ὅτι ἀποδώσω τὸ χρέος: λάβε ἰδίᾳ χειρί μου τὰ γράμματα*, Theophylactus ibid. & Oecumenius totidem fere verbis, cap. ult. Theodoret: C *ἀντὶ γραμματείου τήνδε κάτεχε τὴν ἐπιστολήν: ταύτην αὐτὴν ἐγὼ γέγραφα*. D. Hieronymus ibid. *Quod Onesimus furto rapuit, ego me spondeo redditurum, cujus sponsionis epistola hæc & manus testis est propria, quam non solito more dictavi, sed mea manu ipse conscripsi.*

Ego reddam] Idem Theod. *ἐγὼ καὶ ὀφείλω καὶ ἀποδώσειν ὑπισχνοῦμαι τὸ χρέος*: *Ego & debere, & debitum redditurum promitto.*

Nudo consensu] *d. l. 1.*

Quæ in mutui caus. veni.] Quæ pondere, numero, & mensura constant: hodie vero rerum quoque immobilium nomine, ut olim receptum, Theophil. ad *d. §. 8. d. l. 2.*

Actio erat annalis] Certis casibus, hodie perpetua est, ut cæteræ in personam actiones *d. l. 2.* D

Quæ de causa] Non tam ex nudo consensu nascitur obligatio, quam ex perfidia, *d. l. 1. & d. l. illud.*

Prætor enim hanc actionem proposuit ut improbitatem ejus coerceret, qui pactum atque constitutum perfide rupisset, quique fidem fefellisset supremum rerum humanarum vinculum, Quintilian. declamat. 344. *πίστιν ἐπὶ συναλλαγμάτων τὸ κράτιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν καὶ πάσας φυλάττειν ἐν ὁμονοίᾳ τὰς πόλεις*, ut scribit Dionys. Halicarnass. lib. 6. *ἱερὸν χρῆμα*, ut idem ait lib. eod. Cicero pro Rosc. Com. *Æque perfidiosum, & nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam*, qua *nixatur vita*, ut Lucretii verbo utar. Simplicius in Epictetum: *ὁμολογίας παραβαίνειν ἄτοπον, καὶ ἀσεβὲς δοκεῖ, ὡς τῆς ἀληθείας καὶ τῆς πίστεως, δι' ὧν τὰ πάντα συνίσταται, καὶ μόνον ὅσον ἐφ' ὑμῖν ἀναιρουμένων*. Et quasi ex delicto igitur hæc actio datur, & coercendæ perfidiæ. Est autem E gravius fidem fallere in pecunia debita, quam in pecunia non debita: constitutum enim non fit nisi in pecunia debita, ut jam supra dictum est. Cujacius alibi scribit, constitutum non esse pactum nudum, sed contractum, quia receptum imitatus, quod erat contractus, Parat. D. eod. & ad Nov. 4.

Hereditariam esse] Actio constitutæ pecuniæ datur heredibus, & in heredes, *l. 2. hoc tit.*

TIT. XIX. *De probationibus.*

Vide tit. 3. lib. 22. ff.

ET hic quoque titulus pertinet ad generalia præcepta & communia omnium actionum. Nam inanes sunt actiones, nisi, ut dicitur, indubitata probationis fide apud judicem competentem liqueat vera esse, quæ in judicium adducuntur. Hoc vero quis præstare debeat, actor, an reus in singulis actionibus quæri & disceptari solet, & per singulas quoque actiones hoc titulo itur: hujus rei explorandæ gratia, non per omnes quidem, esset enim res operosa & molesta nimis, sed certas quasdam in personam & in rem. Probatio autem est intentionis suæ legitima fides quam facit judici B actor, vel reus, vel uterque. Et duæ præcipuæ sunt maximæque probationum species, Instrumenta & Personæ, ut Heliodori X. Æthiop. & *l. 11. infra de fid. inst. l. 1. supra de dilat.* Addi possunt argumenta, signa, indicia, *l. 21. hoc tit. l. 10. infra arb. tut.* & Indicia certa, quæ jure non respuantur, *l. indicia, supra de rei vind. l. 15. infra de jur. dot.* indicia indubitata & omni luce clariora, *l. ultim. hoc tit.* & plerunque probationes, quæ dicuntur, hoc adjunctu liquidis, vel manifestissimis, vel apertissimis, hæc indicia rationesque dicuntur, ut *l. pen. infra de contr. stip. l. 2. infra de in lit. jur. l. 3. §. præterea, ff. de susp. tut. l. libertas, §. ultim. ff. de man. test. l. plane, §. 1. de lega. 1.* & hæc genera legitimarum probationum. Illegitimæ sunt testationes, adnotationes, expensilationes privatæ. Nam & formas agrorum privatas non C obligare Siculus Flaccus ait, & alio jure sunt antiqua monumenta finium ære, vel saxis insculpta, nempe quasi instrumenta publica, sicut census publicæ tabellæ alio jure de quarum fide non ambigitur, & alia professiones censuales, vel etiam natales ementitæ, vel affirmationes, aut nominationes nudæ. Etiam jusjurandum per se solum nego esse legitimæ probationis genus; alioquin jurejurando actoris fieret reus inficiator non minus quam instrumentis, vel testibus, *l. eum qui, ff. de jurejur.* non nego esse adminiculum infirmæ & illegitimæ probationis, ut edicto Justiniani VII. nec ei alios effectus suos detractos volo. Id in cœco testimonio Rhetores ponunt, sicut tabellas, & personas absentes, & multitudinem, aut civitatem.

D

XIX. ENARRATIO.

INanes sunt actiones] Inefficaces, inutiles, sine re.

Indubitata prob. fi.] In dubiis probationibus, *l. 11. infra de fi. instr.*

In personam] Ut certi condictionem *l. 1.* cujus formula hæc est, si paret dare oportere.

In rem. Rei vindicationem, *l. 2. 4. & 21.* cujus formula hæc est: Si paret rem, qua de agitur, Mævii esse, Theoph. ad *§. 2. de action.* nec enim aliter condemnat judex, quam si ei appareat verum esse, quod in judicium deducitur: *ἀνθρωποι γὰρ τῶν φανερῶν μόνων καθῆνται κριταί*: *Rerum certarum judices sedent.* Theo- E phylactus in epistolam Pauli ad Romanos cap. 2. Præjudiciales actiones in rem esse videntur, *§. præjudiciales, Inst. de Action. de quibus in l. 10. 13. 14. 15. 17. 20. & 22.* Petitio hereditatis de qua in l. *si scriptum 11.* est mista, *l. sed etsi 25. §. petitio, ff. de petit. hered.* restitutio in integrum, de qua in *l. cum te 9.* vel in rem datus, vel in personam, Paul. *recept. Sent. lib. 1. tit. 6. §. integri.* Vide Cujac. ibid. & ad *l. 3. in fin. ff. de minor.*

Legitima fides] Quæ fit per legitimas probationes, ut vocantur in *l. 25. ff. eod.*

Fides] ut Græce *πίστις*. Quintilian. v. cap. x. *Hæc omnia generaliter πίστεις appellant: quod etsi propria interpre-*

terpretatione dicere fidem possumus ; aptius tamen probationem interpretabimur. Syrianus, & Sopater in Hermogen. *αἱ γὰρ τῶν νομικῶν πίστεις, ἤτοι ἀποδείξεις* *Jurisperitorum fides, sive probationes*.

Quam facit] *L. quingenta* 12. *in fin. ff. eod.*

Actor] Actor implere debet intentionem suam : est generalis regula, *γενικὸς κανών*, Græcis Auctor probat se pecuniam numerasse, *l. 6. hoc tit.* quæ sic legenda est ex fide vett. codd. Ægidii Menagii & Jul. Brodæi: ut creditor qui pecuniam petit, numeratam implere cogitur, &c. quam scripturam confirmant Basil. his verb. *ὤφειλε ὁ δανειστὴς τὰ χρήματα ἀπαιτῶν ἀποδεικνύειν, ὅτι ἠρίθμησεν*. Interpres: *ὁ δανειστὴς ἀπαιτεῖται ἀποδεῖξαι τῶν ἠρίθμησεν*. Claudius Salmasius corruptos codices sequitur, & sententiam legis non assequitur, de modo usurarum, cap. 11. *l. 4. supra de eden.* §. 2. *Inst. de legat.* si reus inficietur, *d. l.* 1. vel qui agit rei vindicatione, dominium probat, *d. l.* 1. & 4. in actionibus præjudicialibus actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intendit, *l. generaliter* 12. *ff. de exception.* cujus explicationem vide apud Cuj. Obs. lib. 5. 37. Qui agit petitione hereditatis, probare debet vitia testamenti, *d. l.* 11. Qui petit restitutionem in integrum, ætatem probare debet, *d. l.* 9.

Reus] Reus etiam probare debet velut intentionem suam, *l. 19. ff. de probat.* Sic in *l. 1. infra de non num. pec. & l. 1. infra si pignor. convent. numer. sec.* intentio accipitur pro exceptione, ut observat Cujac. & Glossa. Verbi causa, qui adfirmat se solvisse, solutionem probare debet, *l. 1. hoc tit. d. l. quinta, l. adseveratio* 10. *infra de non numer. pec. l. ultim. infra de solut.* Item si tutor conveniatur ex persona contutorum, utetur exceptione, si non omnes solvendo sint tempore finitæ tutelæ : probabit igitur omnes eo tempore solvendo fuisse, *l. 3. hoc tit.* reus enim in exceptione actor est, *l. 1. ff. de exception.* actoris partibus fungitur, *d. l. in exceptionibus*, ex generali regula, *l. cum de indebito* 25. §. 2. *eodem*. Denique sive dilatoria sit exceptio, sive peremptoria, probanda est postquam actor probavit intentionem suam, *l. si quidem 9. infra de exception. l. emptor 9. infra de præscript. long. temp. l. exceptionem* 19. *hoc tit.* Certe si actor profiteatur se probare non posse quod intendit, reus contrarium probandi necessitate non astringitur, cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit, ut est in *l. 23. hoc tit.*

Vel uterque] Titius fundum vindicat, & profert instrumenta auctoritatis, puta, emptionis tabulas: qui vero fundum possidet, allegat eum sibi à Titio donatum. Si possessor probet prolatis donationis tabellis, vincet: nisi contra Titius eas falsas docere sit paratus, *l. cum precibus* 18. *hoc titulo*. Item probatio exigitur ab eo, qui profert instrumentum, ut doceat verum esse, & ab eo, qui id arguit esse falsum. Probatio igitur ab utraque parte exigitur, *l. pen. hoc tit.* in qua monet Cujacius ex libris antiquis legendum esse, *promerint*, pro, *prompserint*, & confirmator veteri Juliani Brodæi, *l. ultim. infra ad leg. Cornel. de fals. l. 2. C. Theod. de testam. l. quoties 4. C. Theod. de fid. test. & instrum. l. ultim. in fin. infra de abolition.* Fabius v. 7. *Aliquando utrinque sunt testes*. Denique si sit quæstio de genere seu gente, probatio ex utraque parte admittitur, *Nov.* 36. Simplicius Demosthenes probationem definit his verbis: *ἔλεγχος δ' ὃ ταν ὡς ἂν εἴπῃ τις, καὶ τἀληθὲς ὁμοῦ δείξῃ* : adversus Androtionem.

Duæ præcipuæ] *μέγισται ἀποδείξεις* ; Heliodor. 10. probationes solemnes. Gell. lib. 14. 2.

Instrumenta & personæ] *L. emancipationem* 11. & *l. in exercendis* 15. *infra tit. prox.* vide Cujac. ad Paul. v. *Sentent. tit.* 5. tabulæ & testes, *d. cap.* 2. Isidorus Hispalensis Origin. 18. 15. *Probatio testibus & fide tabularum constat*.

Argumenta] Isocrates adversus Euthynum : *ὅστις μήτ' ἐκ βασάνων, μήτ' ἐκ μαρτύρων οἷόν τ' εἶναι γνῶναι περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τεκμηρίων καὶ ὑμᾶς διδάσκειν, καὶ*

A *ὑμᾶς δικάζειν, ὁπότεροι ἀληθῆ λέγουσιν*. *Quare nec quæstionibus, neque testibus res probari potest : sed necesse est, & nos argumentis docere, & vos eadem hac ratione judicare utri vera dicant*. Aristoteles libro 1. Rhetor. c. ul. *μάρτυρας μὲν ἔχοντι, ὅτι ἐκ τῶν εἰκότων δεῖ κρίνειν· καὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ· καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐξαπατῆσαι τὰ εἰκότα ἐπὶ ἀργυρίῳ* Demosthen. loco jam citato : *ἔστι τοίνυν ἀνάγκη τοὺς ἐλέγχοντας ἢ τεκμήρια δεικνύναι, δι' ὧν ἐμφανιεῖ τὸ πιστὸν, ἢ τὰ εἰκότα φράζειν, ἢ μάρτυρας παρέχεσθαι* : Euripides Phœnice : *σαφῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται*. Æschylus Dirit: *ὑμᾶς δὲ μαρτύρειά τε καὶ τεκμήρια καλεῖσθ' ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα*. Et interdum certior est fides indiciorum & argumentorum, quam testium. Quintilianus v. cap. 7. *Hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio,*
B *amicitia, ambitu fieri : argumenta ex natura duci. In his judicem sibi, in illis alii credere*. Maxime in testamentis. Isæus *περὶ Νίκου κλήρου : δοκεῖ μοι προσήκειν τεκμηρίοις μᾶλλον ἢ μάρτυσι πιστεύειν*. Regulariter enim testium fides atque auctoritas potior est. Sopater in Hermogenem : *κρείττων ἡ μαρτυρία καὶ τεκμηρίων, καὶ τῶν εἰκότων*.

Argumenta] Auctor ad Herenn. *Argumentum est ; per quod res coarguitur certioribus argumentis, & magis firma suspicione*. Quintil. lib. 5. 10. *Argumentum est ratio probationem præbens, qua colligitur aliquid per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat*. Cœlius Lactantius libro 4. cap. 22. *Et quanquam apud bonos judices satis habeant firmitatis vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testibus*,
C Isidorus d. cap. 15. *Argumentum numquam testibus, numquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem*.

Signa] Plautus in Amphitr. Act. v. S. 1. *De ea re signa atque argumenta paucis verbis eloquar*. *σημεῖά τε καὶ εἰκότα* ; Themist. in orat. 14. *τὰ δὲ σημεῖα ἐπὶ τῶν πραγμάτων λέγομεν, τὰ δὲ εἰκότα ἐπὶ τῶν προσώπων*. Quintilianus dicto libro 4. cap. 9. *Signum vocant σημεῖον : quamquam id quidam indicium, quidam vestigium nominaverint, per quod res intelligitur*. S. Cyprianus in epistola 41. ad Cornelium ; *Ad instruendos nos manifesta indicia ac testimonia protulerunt*.

Indicia] *l. 21. hoc tit.* *ἔλεγχοι* in Basilicis. Glossæ : *ἔλεγχος, indicium, probatio* : quæ non minorem probationis fidem continent, quam instrumenta, *l. 19. sup.*
D *de rei vind.*

Luce clariora] Cicero pro Cœlio : *Argumentis agemus : signis omni luce clarioribus crimina refellemus*. Luce liquidiora.

Hæc indicia] Quæ dicuntur probationes liquidæ, *σαφεῖς ἀποδείξεις*. Æschyn. in Timarchum, manifestissimæ, apertissimæ, evidentissimæ, alias argumenta liquida, apertissima, vel manifestissimæ rationes dicuntur, *l. 5. inf. de pignerat. act.* *μεγάλα τεκμήρια, καὶ πίστεις ἱκαναί*, Demosthen. in Onetor. priore, *περιφανῆ τεκμήρια* : idem in Timoth. Sopater in Hermogenem : *οἱ νόμοι ἵνα κελεύουσι τὰς ἀποδείξεις ἐκ τῶν φανερῶν καὶ ἀναμφισβητήτων*. Tunc intentio dicitur probari manifestis rebus. Ælius Lampridius in Alexandro Severo : *Ut si quis quid haberet criminis, probaret ma-*
E *nifestis rebus*.

Illegitimæ sunt, testationes] Sola testatio privata fidem non facit, *l. 5. hoc tit. l. 4. inf. de testib.* & privata est, quæ fit sine judice Cujac. consultat. 49.

Postrema quoque defuncti testatio fidem non facit, puta si scripserit sibi deberi, *l. 6.*

Adnotationes] *ὑπομνηματισμοί*, Bas. Quibus quis debitorem sibi constituit, *d. l. 5. & 6.* quod turpe est. Cicer. pro Rosc. Comœdio : *Quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur : sic improbum est, non referre quod debeas* : & exemplo perniciosum, *l. 7. hoc tit.*

Expensilationes] Expensilatio olim fuit probatio legitima, Cic. de Orat. Aul. Gell. lib. 14. cap. 2. hodie expensi codex fidem non facit, *d. l. 5. & 7.* ac-

cepti autem fidem facit, *l. non est novum 5. sup. de eden.*

Siculus Flaccus] Verba ejus hæc sunt de conditionibus agrorom: *Quidam vero possessionum suarum privatim formas fecerunt, quæ nec ipsos vicinis, nec sibi vicinos obligant, quoniam res est voluntaria.*

Ære] Idem Siculus: *Quidam formas, quarum mentio habita est, in ære scalpserunt*, id est, *in æreis tabulis scripserant.*

Census publicæ tab.] Publicæ tabulæ territorii cujusque civitatis, & agrorum cujusque, *l. 4. §. 1. ff. de cens.* hæ probant, *l. census 10. ff. eod.*

Profess. cens. ement.] Professio censualis ἀπογραφὴ τῆς οὐσίας, ementita, id est, si quis in censum rem alienam velut suam retulerit, domino nocere non solet, *l. censualis 7. C. de donation. l. quæ quisque 64. ff. de adquir. rer. dom.* vide Cujac. ad *l. 11. C. de agricol.*

Natales] Natalis quoque professio, ἀπογραφὴ γενεθλιακοῦ, Bas. ἔγγραφοι γενεσίδιον, Theodoro Hermopolitæ, natalis inquam professio ementita, id est, si quis in professionibus natalium se filium alicujus professus sit: *Profiteri enim poterat semetipsum quivis*, ut ait Tertullianus lib. v. adversf. Marcion. hæc inquam adfirmatio filium non faciet, nec si qui fratrem suum Mævium appellaverit, nominatione frater fiet, *Fratrem fecit, qui non erat*, ut loquitur idem Tertullianus adversus Marcion. 4. 19. id est, fratrem appellavit, qui non erat, *l. non epistolis 13. & l. seq. hoc tit. l. neque professio, C. de testament.*

Etiam jusjurandum] Jusjurandum non esse omnino vice probationis scribit Azo in Summa Cod. tit. de jurejur.

Fieret reus inficiator] Idem scribit Azo loco citato ex *l. eum, qui ff. de jurejur.* & actor jurando dupli persecutionem sibi adquireret, ut in actionibus quæ infitiando crescunt. Denique jusjurandum non esse liquidam probationem putant interpretes, arg. *legis si quando, C. unde vi*, & ibi tradit Salicetus. Huc pertinet hic Rufini locus ex Invectiva priore in D. Hieronymum: *Nunquid non hoc tibi tale videtur, quale si quis furti alium incusans, id ipsum unde alium urguit, in suo sinu contegat furtum: & posteaquam late peroraverit, & magnifice fuerit invectus in furem, posteaquam testes produxerit, juris quoque jurandi dederit sacramenta, post hæc omnia, furtum ipsum, pro quo alium jam se convicisse putaverat, de sinu ejus extrahatur.*

In cæco testimonio] Donatus in illud Terentii Andr. act. 5. sc. 4. *Multi alii in Andro tum audivere: Hoc* inquit, *testimonium cæcum dicitur: testimonium enim modus duplex est, manifestus, qui certos testes, & præsentes habet: cæcus in quo multitudinem, aut civitatem dicimus scire, ut Cicero: testis est tota Sicilia: quod tamen audientem concernit. Est etiam in cæco jusjurandum, tabulæ, absentesque personæ.*

TIT. XX. *De testibus.*

A Generali titulo de probationibus transitum facit ad probationum species summas, ac primum agit de fide testium, deinde tit. seq. de fide instrumentorum: illa fides ex pluribus testibus constat, ut lex caverit, vel si nihil caverit, ut lex *12.* de vindiciis sumendis, & de furto concepto, saltem ex duobus: hæc vero etiam ex instrumento uno.

XX. Enarratio.

Species summas] *Personæ & instrumenta* præcipuæ sunt, maximæque species probationum. Cuj. sup. tit. 19.

De fide testium] Ut in Cod. Theodos. de fide testium, & instrumentorum, βεβαιώσεις μαρτύρων vocat Heliodorus 50. Ex inopia probationum aliarum ad testes decurritur. Philo III. de vita Mos. ὅταν ἐνδεῶς ἀποδείξεων ἢ ἐνδοιάζωσι χρημάτων, ἐπὶ μάρτυρας καταφεύγουσιν οἱ τὰς ἀμφισβητήσεις ἔχοντες, ὧν τὰ ῥήματα κανόνες εἰσὶ δικασταῖς περὶ ὧν μέλλουσιν ἀποφαίνεσθαι. S. Basilius de Spiritu sancto cap. 29. εἰ ὡς ἐν δικαστηρίῳ τῆς διὰ τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεως ἀποροῦντες, μαρτύρων ὑμῖν πλῆθος παραστησαίμεθα, οὐκ ἂν τῆς ἀφειμένης παρ' ὑμῶν τύχοιμεν; ἐγὼ μὲν οὕτως οἶμαι.

Pluribus testibus] Qui sint idonei, εὐυπόληπτοι, integræ opinionis, ἀπαράγραπτοι, ut eos vocat Psellus in Canticum canticor: testes omni exceptione majores: Demosthenes κρείττους τῆς ἀντιγραφῆς μαρτυρίας. Joannes Cananus in Narratione de bello Constantinopolitano: τὰ μαρτύρια ἔχομεν παρὰ μαρτύρων ἀπαραγράπτων κατὰ τοὺς φιλευσεβεῖς νόμους: *testimonia habemus testium omni exceptione majorum secundum leges.* Quam vocem usurpavit Oecumenius in Apocal. cap. 58. Inter ἀπαραδέκτους non censentur inimici, *l. 3. ff. eod. l. si quis 17. hoc tit.* Auctor vitæ S. Athanasii: μάρτυρες δὲ οἱ περὶ Εὐσέβιον, οὓς πρῶτα μὲν Ἀθανάσιος ὡς ἐχθροὺς παρεγράψατο, καὶ νόμοι αὐτοῖς, καὶ ταῦτα ἐκ τῶν οἰκείων ἀνάγκαις ἔργῳ τῆς κατ' αὐτοῦ μαρτυρίας: Joannes Hierosol. in Matth. c. 22. Homil. 42. *Inimicorum testimonium in judicio, etsi verum fuerit, quasi suspectum reprobatur.* D. tamen Chrysostomus in Psalm. 44. scribit testimonium, quod ab inimicis fertur, suspicione carere, si non inimicitiæ causa fiat. Nicetas Episcopus Serrarum in Catena in Matth. cap. 2. v. 2. αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν: *Inimicorum testimonia fide digniora sunt.*

Pluribus testibus] In idem consentientibus. Eusebius Demonstrat. Evangelicæ lib. 3. εἰ γὰρ ἐπὶ πάντων ἀμφισβητουμένων πραγμάτων, ἔν τε τοῖς καὶ νόμοις δικαστηρίοις, καὶ ἐν τῷ κοινῷ ἀμφισβητήσει τῶν μαρτύρων συμφωνία κυροῖ τὸ ἀμφισβητούμενον, &c. vide tamen *legem 3. §. 1. ibi, & qui simpliciter, ff. eod.* Æmarus Ranconetus legebat, *& qui simpliciter*, id est, dispiciet judex utrum, qui similiter visi sunt dicere, unum eundemque meditatum sermonem attulerint: tunc enim ejusmodi testimonia reum non lædent, κἂν δὲ συνωμόται πολλοὶ μαρτυρῶσι, ut ait Synesius epist. L. *Licet plures conspirantes concordantesque testimonium dicant:* & si fraus igitur abierit, non improbatur eorum testimonium, qui unum idemque dixerunt. Basilica tamen nihil mutant, in quibus simpliciter exponitur, ἀπονοίας καὶ μὴ ἀπὸ συμβουλῆς: *non callide, nec è compacto.* Addamus, primæ notæ testes esse eos, qui se vidisse dicunt, oculatos: secundæ qui audisse, auritos. Seneca 4. Natur. Q. *l. si arbiter 18. ff. eod.* Joannes Cantacuzenus hist. lib. 5. cap. 34. καὶ ἀπόδειξιν ἐναργῆ παρείχοντο τὴν ὄψιν: *oculos adhibebat, qua nulla verior probatio est. Quæ videmus sine dubio vera sunt*, ut ait Servius in 6. Æneidos. Ulpianus Demosthenis interpres in ea contra Leptin. ἐπειδὴ ἔφη ἀκοῦσαι, ἡ δ' ἀκοὴ οὐκ ἔστι πιστή, προσέθηκε τοὺς θεασαμένους, καὶ ἀπαγγείλαντας: *quoniam dixit se audiisse, auditionis autem incertior fides est, adjecit eos, qui vidissent, & retulissent.* Philo περὶ δεκαλόγου: ἃ μὲν εἶδέ τις πιστὰ κρίνειν: ἃ δὲ ἤκουσε, μὴ πάντως βέβαια: *Quæ quis vidit, certa judicanda sint: quæ vero audiunt, non perinde firmæ fidei.*

Ut lex caverit] Ut puta lex Julia in divortiis septem testes exigit, *l. nullum 9. ff. de divor.*

De vindiciis sumendis] Fest. Pom. *Superstites testes, præsentes significat: cujus rei testimonium est, quod superstitibus præsentibus ii inter quos controversia est, vindicias sumere jubentur:* v. Cuj. Observ. 5. 21.

De furto concepto] *§. conceptum, Instit. de obligat. quæ ex del. nasc.*

Ex duob.] Ulpian. in *l. 52. de testibus: Ubi numerus non adjicitur, etiam duo sufficient: pluralis enim elocutio duorum numero contenta est:* Sive ut ajunt Græci ad *l. libertas 17. ff. de manum. test.* τὰ γὰρ πληθυντικὰ παρὰ Ῥωμαίοις, ἀπὸ τῶν δύο ἄρχεται. *Quod non unum est, numerus est*, ut ait Tertull. de exhort. castit. cap. 7.

Ex

Ex duobus] Pessimi enim exempli esset, unico A testimonio fidem haberi: *uni testi nec Catoni creditum est*. D. Hieronym. lib. 2. Apol. adversus Rufin. c. 7. ex Plutarcho in Cat. Arnulf. Lexoviensis in epistola ad Adrianum Pontificem: *Probationis privilegium solitaria testimonia non merentur*. Vide Hincmari Remensis Opusculum 48. num. 5. & can. *admonere* 33. q. 2. *etiamsi testis praeclarae curiae honore praefulgeat*, l. 9. *hoc tit.* id est, *licet Senator sit*, καὶ συγκλητικὸς ᾖ, ut vertunt Basilica. Cedrenus: μηδὲ ὑπὸ πενταχοῦ δέχεσθαι μαρτυρίαν κατὰ τινος, κἂν λίαν ᾖ ἀξιόπιστος: *neque unius etiam idonei testimonium adversus aliquem recipiatur*. Ad reverentiam Episcoporum pertinet, quod cautum est Constantini constitutione, de confirmando etiam inter minores aetates judicio Episcoporum, in Appendice Cod. Theod. *Testimonium*, inquit, B *ab uno licet Episcopo perhibitum, omnes judices indubitanter accipiant: nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à Sacrosancto homine conscientia mentis illibatae protulerit*. Et hoc Julii Pollucis in praefat. libri 151. εἰ ἐαἰς δέχεσθαι εἰς ἀξιόχρεως πολλῶν ἀξιοῖ: *In judiciis unus idoneus pro multis testibus sufficit*: sic accipiendum est, ut testis unus honestior, spectatae, & optimae opinionis, & existimationis vir apud judicem bonum potior sit, quam plures humiliore loco positi, aut dubiae fidei homines: πιστότεροι γὰρ οἱ γνησιώτεροι, ut ait sanctus Basilius in Esajam λόγῳ 6. Idemque jus Hebraeorum. Jure tamen singulari Rex uno teste reum damnare poterat, ut scribit Maimonides. C vide SchicKardum de jure Regio Hebraeorum cap. 4. Theoremate 14. Denique eodem jure utuntur Galli, ut constat ex forensi eorum verbo: *à face hardie une preuve ne nuit*.

TIT. XXI. *De fide instrumentorum, & amissione eorum, & de antapochis faciendis, & de his, quae sine scriptura fieri possunt.*

Vide tit. 4. lib. 22. ff.

IN exercendis litibus eandem vim habent tam fides instrumentorum, quam intercessiones testium, l. 1. *hoc tit.* & fidem instrumentorum dico, quae eis data sit, D vel imposita per testes, vel per comparationem literarum, l. *judices*, l. *cum quidam*, *hoc tit.* & instrumentorum, vel publicorum, vel privatorum. Et privata, quae fidem faciunt instrumenta dico chirographa, syngraphas, acceptilationes, apochas, antapochas, & testimonia suffulta testium voce. Publica autem forensia, quae conficiuntur aliis tabellionés, vel mensarii, & census monumenta, & acta judiciaria, quorum tamen amissionem, vel corruptionem multis locis in hoc tit. ostenditur nihil nocere dominis, vel possessoribus, vel creditoribus habentibus alias probationes. Nam & sine his omnia negotia recte contrahuntur, & perficiuntur, nisi aliud convenerit, l. *contractus*, *hoc tit.* Est in hoc tit. una Constitutio de antapochis faciendis, quo nomine significatur professio debitoris facta creditori, vel E domino, qua singulis annis fatetur de usuris, quas solvit creditori, vel de pensionibus, aut reditibus quos domino solvit. Et apochae vero, & antapochae sunt professiones solutae pecuniae; sed apocha debitori datur à creditore, antapocha creditori à debitore, ut scilicet quandoque ea fretus creditor, cum erit commodum, ostendere possit solutione usurarum, vel reditum interruptam fuisse praescriptionem XXX. annorum; si forte eam debitor opponat creditori eludendae actionis causa. Nam solutio usurarum, vel pensionum, quam utique creditor probaturus est per antapocham interrumpit praescriptionem XXX. annorum, l. *pen.* §. *ult.* *inf. de praes.* 30. *an.* & recte Graeci ad l. *plures*, *hoc titu.*

lo, διαλύοντα τὴν τριακονταετίαν δὲ ἐκ τοῦ τόκου καταβολῆς. Est etiam pro antapocha exemplum apochae subscriptum à debitore, & creditori datum. Antapochae formula haec est: L. Titius fateor me C. Sejo anno illo, die illa tot solvisse annui reditus nomine, quem ei debeo ob fundum, vel possessionem illam, vel tot usurarum nomine, ob creditam mihi pecuniam.

XXI. Enarratio.

FIdem instrumentorum] ἐγγράφους πίστεις, vocat Heliodorus 10. Cyrillus Alexandrinus Apologet: ad Theodosi. Imp. ἐγγράφους τὰς πίστεις ὑπομνημάτων. ut fides jurisjurandi, Phaedrus Aesop. fab. 3. 10. S. Athanasius in Psal. 118. ver. 106. ὅρκου πίστιν ἐστί. Firmicus Mathes. lib. 3. cap. ult. *Jurisjurandi fidem nec promittas, nec exigas*, vide supra ad tit. 1. B. Gregorius Nyssenus homil. 4. in Cantic. Cantic. ὅρκου πίστιν τοιαύτην πιστούμενοι δι' ἑαυτῆς τὴν ἀλήθειαν: τὴν ἐνταῦθα πίστιν, Dionysius Halicarnass. libro 6. Est igitur fides instrumentorum, auctoritas scripturae testibus, aut comparatione literarum obfirmata. Ut instrumenti fides certissima fit, adhibenda sunt ea, quae recenset Ambrosius in Lucam cap. 2. *Praeside*, inquit, *Cyrino facta est haec prima professio. Ut quasi Consulem quendam signi gratia huic libro Evangelista adscripsisse videatur: Nam si Consules adscribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus adscribi? Habes ergo omnia, quae in contractibus esse consueverunt. Vocabulum, summam illic potestatem gerentis, diem, locum, causam. Testes enim adhiberi solent &c.*

Intercessiones] Depositiones. Certior est fides testium, quam testimoniorum, sive depositionum: testes enim praesentes interrogantur: testimonia vero absentium recitantur, l. 3. §. 2. & 3. ff. *de testib.* Demosthenes de falsa legat. & ibi Scholiastes. Eadem differentia est inter μαρτυρίαν & ἐκμαρτυρίαν: ὅτι ἡ μὲν μαρτυρία τῶν παρόντων ἐστί: ἡ δὲ ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων. Harpocrat. Suid.

Per testes] Fides instrumentorum probatur testibus, aut comparatione litterarum, l. 16. & *pen. hoc tit.* fides dari dicitur instrumentis, l. *iudices* 18. fides imponi, d. l. *pen.* quibus eandem interpretationem adhibet Placentinus in Summa: *Instrumentis*, inquit, *fidei imponitur, & per testes, & per litterarum comparationem.*

Per testes] Testes autem, si fides instrumentorum in dubium non vocetur, adversus ea non admittuntur, ut scribit Paulus v. *Sentent. tit. de testib.* l. 1. *hoc tit.* & ita accipiendum, quod scribit Chrysostomus, Homilia 36. contra Judaeos: adversus instrumentum quod quis profert, adversarium testes producere solere, non eum, qui instrumentum profert.

Comparationem] Collationem, l. *ubi falsi* 22. *infra ad legem Cornel. de fals.* σύγκρισις, d. l. 16. παράθεσις, *Nov.* 73. c. 3.

Et instrumentorum] Instrumenta alia publica sunt, alia privata publica dicuntur, quae publice confecta sunt, γράμματα δημόσια, l. *comparationes* 20. *hoc tit.* privata, quae non publice confecta sunt. Haec dicuntur ἰδιόχειρα, l. *pen. infra qui potior. in pign. de quib.* Harmenop. 1. 8. 10. illa, Forensia, seu ἀγοραῖα, *Nov.* 116. c. 2. & alibi.

Instrumenta dico chirogr.] Glossae Graeco Lat. γραμματεῖον, *Chirographum*, *cautio*, *instrumentum*. Excerpta ex glossis: *instrumentum*: γραμματεῖον. Colloquium veteris scolastic. *Hic habemus instrumenta*: ἐνθάδε ἔχομεν τὰ ἀσφαλίσματα. Glossae Latino-Graecae: *Instrumenta*, γραμμάτια, ἀσφαλίσματα, id est, cautiones, securitates, chirographarium instrumentum in l. *ult. supra si cert. pet.* Instrumenta igitur proprie dicuntur conventiones scriptae: vel aliae scripturae, *instrumenta literaturae*, Tertulliano in Apologetico. Sed eo quoque nomine significantur personae, & testes. De-

nique omnia, quibus causa instrui potest, *l. 1. ff. eodem.* Etiam argumenta, & signa, Quintilianus lib. 5. cap. 9. *Cruenta vestis, & clamor, & livor, & talia sunt instrumenta, qualia, tabulæ, tumores, testes.*

Chirographa] Chirographum est privata scriptura seu cautio manu ejus, qui conscripsit, vel alterius pro eo subnotata, & subscripta. Hesychius: *χειρόγραφον, συμβόλαιον, γραμματεῖον.* Facundus Hermianensis libro 4. *Quod chirographum suum reciperet:* & mox: *si propriam manum Romano Episcopo non probante recipiat.*

Syngraphas] Asconius Pedianus in tertiam contra Verrem: *Inter syngraphas, & cætera chirographa hoc interest, quod in cæteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent: In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria hominum voluntate scribi solent, more institutoque Græcorum, & cæteræ tabulæ ab una parte servari solent: syngraphæ signatæ utriusque manu utrique parti servandæ traduntur.* Verum abutimur his nominibus, & promiscue syngrapham pro chirographo dicimus. Hesychius: *συγγραφή, ἀντιφώνησις, γραμματεῖον.* Plautus autem modo syngraphum dicit, ut Asinar. act. 4. sc. 1. *Istum ostendo, quem conscripsisti syngraphum:* alias, syngrapham: Marcus Tullius syngrapham semper, ut quinto ad Atticum epist. ultim. & libro 6. epist. 2. & alibi Seneca de Clement. lib. 7. cap. 10. Sueton. Julii cap. 23. imo in quibusdam codicibus syngraphum ibi legitur teste Lævino Torrentio. Glossæ Græc. Lat. *συγγραφὴ, syngraphum.*

Acceptilationes] Græci non solum professionem solutæ pecuniæ, sed etiam acceptilationem apocham vocant. Glossæ juris: *acceptilatio, ἀποχή.* Jurisconsulti tamen inter apocham, & acceptilationem differentiam statuunt in *l. 19. §. 1. ff. de acceptilat.*

Apochas] Glossæ Græco Lat. *ἀποχὴ, apocha,* est autem apocha professio solutæ pecuniæ, *l. pecuniæ 14. C. de solut.*

Antapochas] Constitutiones Neapolitanæ lib. 1. titulo 78. *Ex instrumentis in chartis papyri, vel alio modo, quam ut dictum est, scriptis, nisi sint apochæ, vel antapochæ, in judiciis, vel extra judicia nulla omnino probatio assumatur.*

Testium voce] Testibus enim; id est vivæ voci magis, quam testimoniis credimus, *d. l. 3. §. idem Divus, ff. de testib.*

Forensia] *d. l. 20. h. tit.* v. sup. hic.

Tabelliones] Tabelliones sunt publici contractuum scriptores, *l. contractus 17. hoc tit.* Procopius in arcana: *ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθήμενοι, οἳ ἐπιτελεῖν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστοι εἰώθεσαν ἐπισφραγίζειν αὐτοὶ γράμμασιν, οὓς περ ταβελλίωνας καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Procopium exscripsit Suidas, & auctor Gloss. Nomici: vide Cujac. ad *l. universos 15. C. de decurionib. & ad Novel.* 44.

Mensarii] Per mensarios plerique omnia negotia exercebant, ut dictum est supra de constitut. pecun. denique his omnibus rationes conficiebant, *l. prætor ait 4. ff. de edend.*

Census monumenta] *L. 4. §. 1. ff. de censib.*

Acta judic.] *L. 4. §. 2. ff. de fidejuss. tut.*

Amissionem] *L. 1. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13.*

Corruptionem] Puta, si vi ignis absumpta sint, *l. 5. hoc tit.*

Nam & sine his] *L. 9. 10. 12.*

Una constitutio] *L. plures 18.*

Vel domino] Si coloni vindicent se in libertatem & dicant se esse bonorum propriorum possessores, præscriptione longi temporis repellentur, si dominus probaverit reditus, & pensiones eos diu quasi colonos exsolvisse, quod probabit antapochis. Vide Cujac. ad *l. litibus 20. C. de agricol. & censit.*

Et apochæ vero] Apochæ formula hæc est: L. Titius profiteor P. Mævium mihi solvisse decem, quæ debuit ex testamento G. Seii. Lutetiæ Parisiorum anno, & die illo. Cujac. Obser. lib. 18. cap. 2.

Professiones solutæ pec.] v. sup. hic.

Et recte Græci] Basil. lib. 22. tit. 1.

Exemplum apochæ] *d. l.* plures.

TIT. XXII. *Plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur.*

PArs est tituli superioris, ut plus valeat veritas rei gestæ, quam instrumenta conficta, & simulata, qua magis, atque magis comprobatur id, quod superior titulus jam satis comprobaverat, non minus valere rem gestam quamcunque, quod instrumenta ea de re confecta nulla sint, & instrumenta non fieri, ut res valeat, sed ut facilius probari possint, sitque eis fides, & memoria diuturnior: denique propter res esse literas, non propter literas res, & instrumenta nihil aliud esse quam testimonia factorum, *l. 12. inf. de pignor.*

XXII. Enarratio.

PLus valeat veritas] Quod effectu, & re ipsa gestum est: non quod simulate scriptum est, inspicitur; veritas simulationi prævalet, *l. 1. hoc tit.* verbi gratia, si meo nomine rem comparavero tabulis emptionis alterius nomine inscripto, res mihi empta erit; vel si emptio simulata pignoris facta sit, pignus contractum intelligitur, non emptio, *l. 2. & 3.* vel donatio sub specie venditionis, *l. 4. C. de apost.* conjuncta Basil. int. lib. 60. tit. 54. cap. 25. Interdum tamen nihil agitur: verbi gratia, si mandavero tibi, ut rem meam Titio locares, tu autem ei vendideris, egoque non lecto instrumento emptionis subscripserim, quasi revera locatio contracta esset: nec enim emptioni consensi, nec Titius conductioni, *l. ult.* in prioribus veritas prævalet, quia licet instrumentum confictum sit; tamen consensus efficit, ut id, quod gestum est valeat, non quod scriptum est.

Non minus valere] Nam ejus, quod simulate concipitur, instrumentum quidem est, sed rei gestæ nullum instrumentum esse intelligitur, & tamen non minus valet: nec enim negotiis celebrandis adhibentur instrumenta, sed probandis.

Sitque eis fides, &c.] *l. 4. & 5. de fide instrum.*

TIT. XXIII. *De Commodato.*

Vide tit. 6. lib. 13. ff.

EXpositis generalibus præceptis de obligationibus; & actionibus, incipit modo de his tractare per species singulas: ac primum de actione commodati quasi proxima actioni creditæ pecuniæ, quam proposuit initio hujus libri. Nam & sub titulo de reb. cred. legimus prætorem edixisse de commodato, & de pignore *l. 1. ff. de reb. cred.* & mox de pignore etiam agitur tit. seq. Commodatum est mutuum ad usum. Mutuum est commodatum ad abusum. Vel commodatum est contractus, quo quis rem suam dat gratuito utendam alteri ad tempus, vel usus temporalis rei gratuito concessus. Dico, gratuito: Nam originem commodatum trahit ab amicitia, & omnis charitas atque amicitia gratuita est. Expleto autem usu in quem res commodata est alteri, ex ea conventione domino competit actio commodati directa, ut si tradidero tibi servum meum pignori obligandum creditori tuo, soluta pecunia creditori, quia pignoris obligatio extincta est, finisusque usus rei in quem eum hominem tibi commodaveram, statim mihi competit de eo homine recipiendo actio commodati directa, & vicissim tibi contraria de recipiendis impensis majoribus in eum factis, forte ob morbum, vel fugam ejus.

XXIII. Enarr.

XXIII. Enarratio.

COmmodatum est mutuum] Nam promiscua, & communia hæc nomina sunt, commodatum & mutuum : & ut Græcis χρῆσαι utrumque contractum demonstreat : ita & latinis commodare, *l.* 1. *C. Theod. qu. juss.* quod tamen Tribonianus maluit mutare in proprium, mutuum dare, vel, quo vulgus utitur præstare. Cujac. parat. D. eodem, quæ ideo retulimus, ut exemplis confirmaremus. Ait, ut Græcis χρῆσαι, Macarius referente Niceta in Matthæum cap. 5. vec. 19. *ἐὰν δέ τις ᾖ πένης· καὶ βούληται τινὰ ἑστιᾶσαι, πάντα κιχρᾶται καὶ σκεύη καὶ ἱμάτια, καὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι τοὺς κληθέντας ὕστερον ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποδίδωσιν ὅθεν ἐχρήσατο σκεῦος ἀργυροῦν, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἕτερον εἶδος* : *Si quis vero pauper sit, aliosque voluerit convivio excipere, omnia commodato accipit, tam vasa, quam vestes : & cum rogati cœnarunt, unicuique postmodum reddit, unde vasa argentea, aut vestimenta commodato acceperat, aut aliam quamlibet rem*. Plaut. Pers. act. 2. sc. 5. *Creditur : commodabo. Sequere hac sis ! argentum hic est, quod me dudum rogasti* : & in Asinaria act. 3. sc. 3. *Viginti argenti commodat minas*. Rud. Ac. 11. sc. 4. *Cursu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat*. Tertullianus de Pœnitentia : *Quis enim tibi aspenginem unam cujuslibet aquæ commodabit ?* M. Tullius epistol. *l.* 2. ad familiares : *De drachmis millies centenis, nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare*. Ascon. in Ver. de prat. ueb. *Quibus pecuniæ commodatæ sunt*. Vetus colloquium Scholastic. *χρῆσόν μοι πέντε δηνάρια* : *commoda mihi quinque denarios*. Glossæ verborum juris : *Commodatum*, *δανεικόν*, *Commodator*, *δανειστής*. Cornel. Fronto : *Commodat mutuam pecuniam*. Valerianus homil. 4. *Quicumque autem commodatam pecuniam ultro reddiderit, sibi reponit*. Zeno Veronensis in sermon. 1. de Avar. *ut summam quærat, non quam commodato dedit*, &c. Apollinaris Sidon. epistola 24. lib. 4. *Commodata summa*. Inteepres Paul. 2. Sent. 10. *Pecuniam commodaverit*. Sic legend. libro 7. Capitular. Car. M. cap. 225. Paul. dixerat : *Pecuniam mutuam crediderit*. Denique patres etiam Africani, *commodare pecuniam* dicunt in can. 16. Eccles. Afric. Sic Græcorum *δανείζειν* veteres exponunt, *commodare* : ut Psal. 36. *ὅλην ἡμέραν ἐλεεῖ, καὶ δανείζει ὁ δίκαιος* vetus translatio : *tota die miseretur & commodat*. Hieronymus *tota die donat & commodat* : ut Aquila *δωρεῖται καὶ δανείζει* : quibus verbis duplex beneficii genus notari videtur, donatio, & mutuum gratuitum, quod & quasi quodammodo donatio est propter usum gratuitum. Symmachus Psalm. 111. *χαριζόμενος καὶ κιχρῶν*, quo sensu apud Hesychium legitur, *δανείζει, μεταδίδωσι*, *τὴν ὅλην ἡμέραν κιχρᾷ* ait, *tota die*, id est, semper. Apollinar. *ἀεὶ* exponunt, & *mutuare*, Matth. v. 42. *volenti mutuare* : *δανείσασθαι*. Gl. Gr. Lat. *δανείζω*, *fœnero, mutuo*. Fœnerare hic non est, pecunias fœnore occupare, sed absque usuris credere : eodemque sensu S. Ambrosius in d. Psalm. 36. *δανείζει*, vertit, *fœnerat*. D. Augustinus in Psal. 38. *Tota die miseretur & fœnerat*. *Planius autem dicitur, si dicamus fænerat*. Deuter. 15. 6. *Fœnerabis gentibus multis*, id est, mutuo dabis. Augustinus : *Fœnerationem scriptura dicit, mutuo datam pecuniam, etiamsi usuræ non accipiantur*. Et eædem Glossæ *fœnus*, seu fœnebrem pecunia *δάνειον ἔντοκον* vertunt, à simplici fœnore, seu mutuo separantes. Quanquam fœnus *κυρίως* est c..ditum usurarium, *l. si vero* 12. *§. si mihi* 5. *ff. mand.* Glossæ Gr. Lat. *τοκίζω*, *fœnero* ; & fœneratores, *τοκισταί* : ut apud Florum lib. 1. cap. 23. *Prima discordia* (Lucius Ampelius, *prima secessio*) *propter impotentiam fœneratorum*. Utuntur & Græci verbo *κιχρᾶν*. Glossæ Græco-Lat. *κιχρῶ*, *commodo*. Psal. 111. *οἰκτείρων*, Quod vulgatus inteepres vertit, *miseretur & commodat*. vertas licet : *& mutuat*. Glossæ : *mutuatur* : *κιχρᾶται, δανείζεται*, *mutuat*, *κιχρῶ*, *δανείζω*. Idem est *χρᾶν*. Gloss. Gr. Lat. *χρῆσον*, *commoda*. Apollinarius Ps. 111. *μελλοχὸς ὃς ἐλεχρῶν ἀνὴρ ἐπίζει ἐλεήμων*.

Cæterum, non solum commodare accipitur pro mutuum dare, ut Cujacius observat, sed & mutuare, pro commodare. B. Hieron. in epist. ad Desiderium : *Si exemplaria libueris mutuari* : & adversus Jovinian. libro 1. cap. 29. *Ollam mutuum postules*.

Postremo præstare verum commune est, ut Gallus, *prester*. B. Hilarius epist. ad Abram filiam : *Si eam dignaretur præstare*. Optatus III. de schismate Donatistarum : *Et qui pro præstitis suis rogari meruerant* Glossæ Dosithæi magistri : *Commodat, præstat*. Hincmarus Opusculo 33. cap. 10. *Revolvo libros veterum, & illum nihilominus codicem quondam meum, à sobrino tuo receptum, & tibi à me præstitum* : vide ad Instit. libro III.

Commodatum est mutuum ad usum] *l. item legato* 49. *§. proinde, ff. de legat.* 3. Non ad abusum. Itaque non potest commodari id quod usu consumitur : nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat, puta nummos, *l.* 3. *§. ultim. & l. seq. ff. comm.* Græci ibidem : *ἔσθ᾽ ὅτε γὰρ καὶ νομίσματα τινὰ πομπῆς γινομένης προσφέρουσι πρὸς ἐπίδειξιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τοῦ ἁγίου Θωμᾶ ποιοῦσιν οἱ ζυγοστάται*. *Quod facere solebant encæniis D. Thomæ libri pendes, seu ponderibus præfecti*.

Rem suam] Mobilem, vel immobilem, *l.* 1. *ff. eod.* Sic Juvenel. *commodare ædes*, sat. 7. auctor libelli de Orat. *domum mutuatur*.

Suam] Sed & alienam rem quaqua fide quis possideat, commodare potest, & actio commodati ei competit. *l.* 15. *& seq. ff. eodem*, *l. non ab judice* 64. *ff. de judic.* quia ejus inteeest, eo quod tenetur, *l.* 1. *§. si prædo, ff. de pos.* Atqui ejus non inteeest ex honesta causa. Certe si prædo sua interesse dicat, quod actione furti teneatur, vel condictione furtiva, tum actio commodari ei non dabitue : sed si dicat sua interesse, quod teneatur actione in rem, vel ad exhibendum, honesta causa est, quoniam his actionibus tenetur ut quilibet possessor, non ut prædo, *l.* 12. *C. de furt.* Cujac. ad *l.* 15. lib. 29. Pauli ad edict.

Gratuito] *§. item is cui, Instit. quib. mod. re contr. oblig. §. praeterea, Instit. de loc.* commodatum enim beneficium est, *l. incommodato* 17. *§.* 3. *ff. eodem.* Plautus in Asin. act. 2. sc. 4. *Scyphos quos utendos dedi Philodamo*.

Utendam] *d. §. item is*, *l. qui rem suam* 15. *ff. de pos.* M. Cato de re R. cap. 5. *Duas aut tres familias habeat unde utenda roget, & quibus det*. Ovidius 3. artis amatoriæ : *Multa rogans utenda dari* : & pecunia, vel quæ alia res mutuatitia, utenda datur, *l.* 2. *ff. de calumniator.* Plaut. Pers. act. 1. sc. 3. *Ut nummos sexcentos, mihi dares utendos mutuos*. Seneca ad Polybium cap. 29. *Si quis pecuniam creditam solvisse se moleste ferat, eam præsertim cujus usum gratuitum accepit*. Cic. de Offic. 1. *Si ea quæ utenda acceperit, majore mensura, modo possis, jubet reddere Hesiodus*. Et quæ locatue, *l. si merces* 25. *§.* 1. *ff. loc.* & quod precario conceditue, *l.* 1. *ff. de precar.* Sed multum inter hæc interest. Creditor gratuito pecuniam utendam dat rem ejusdem natuæ, & qualitatis recepturus : locator mercede rem utendam certo tempore dat. Qui precibus gratis rem utendam concedit, sic dat, ut eam recipiat, cum sibi libueeit, *d. l.* 1. Commodator gratis quoque rem utendam dat, ut temporalis & intempestiva repititio non concedatur.

Ad tempus] *L.* 2. *hoc tit.* Agrætius : *Commodamus amico pro tempore equum, servum, vestem, hanc ipsam rem quam dedimus, recepturi*. Isidorus Origin. v. c. 25. *Commodatum est, cum id quod nostri juris est, ad alios tempor. translatum est*. Id est ad tempus, ut in his Tertulliani *Lex temporaliter absservata*, adversus Jud. cap. 2. Donaeus in Andr. act. 5. sc. 5. *Perpetuæ, sempiternæ, quæ non sunt accommodatæ ad tempus, ac mutuæ* : *ἔρως* : *commodata* : quanquam & apud Plautum,

ædes

ædes accommodare legere est, *ἀντὶ τοῦ* commodare. A

Trahit ab amicitia] Verba Pauli J. C. in *l.* 1. *§. ult. mand.*

Omnis charitas] Cic. 1. de Nat. Deor. *Hominum charitas, & amicitia gratuita est.* Idem 2. de Invent. *Impudens est, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedem postulat.* Seneca 4. de Benef. c. 25. *Pudeat ullum venale esse beneficium: gratuitos habemus Deos.*

Soluta pec. cred.] *L.* 3. *h. t.*

Pignoris obligat. ext. est.] Soluta pecunia creditori pignoris jus evanescit, perit, extinguitur, *l.* 4. *C. de remiss. pign. l. lex* 31. *ff. de pign. l. sicut* 8. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. cum ex causa* 9. *Cod. de remiss. pign.*

Finitusque usus] Usus enim commodatæ rei intemporaliter (Cælii Aureliani verbum est) sive intempe- B stive, præmaturius, importune auferri non potest, *l. in commodato* 17. *§.* 3. *ff. eod.*

Directa] Rectum judicium, *l. in rebus* 18. *§. ult. ff. eodem*, id est, actio directa, quæ principalis dicitur, *d. l.* 17. *§.* 5. datur & certi condictio, si dolum malum admiserit, & commodatum inficietur: tenetur enim condictione quasi fur, *l. si quis* 13. *ff. depos.* Idemque dicendum est de pignore, id est, si creditor pignus inficiatur, erit condictio, ex causa furtiva scilicet, *d. l.* 13. *§. ult. l.* 4. *§.* 1. *ff. de reb. cred.* Vide si lubet Replicationem adversus Claudium Salmasium p. 156. & seq.

Et vicissim tibi cont.] Contraria, *ἀντεναγωγή*, id est, quæ principalis non est, sed ex contrario in eum datur, cui principalis actio *ἐναγωγή* competit: geritur C enim negotium invicem, & ideo invicem proposita sunt actiones. Denique ultro citroque nasci dicitur obligatio propter mutuas præstationes, *d. l.* 17. *§.* 3. Sic Paul. 2. *Sent. tit.* 1. actorem ait reo jusjurandum deferre; contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competere, id est, ex contrario.

Impensis majoribus] Commodatarius majores impensas recipit: veluti quas propter invaletudinem, vel fugam servi commodati fecerit: modicæ autem pertinent ad commodatarium, sicut & cibariorum impensæ, *d. l. in rebus* *§.* 2. *& l. si servus* 22. *eod.* Modestin. apud Licin. Ruf. *tit.* 10.

Actiones commodati civiles sunt; *d. l.* 17. *§.* 3.

TIT. XXIV. *De pigneraticia actione.* D

Vide tit. 7. lib. 13. ff.

SEquitur alius contractus, quod pignus, vel pignori acceptum dicitur. *l. contractus, ff. de reg. jur. l.* 1. *§. ult. ff. de pact.* id scilicet, quod traditione constituitur. Nam hypotheca, quæ nudo pacto consistit, non est contractus, & tamen jure prætorio non minus de ea est, quam de pignore, non tantum actio hypothecaria, quæ in rem actio est, verum etiam in personam actio, sicut ex pignore, quæ pigneraticia dicitur, soluta omni pecunia, si forte hypotheca ad creditorem pervenerit. Competit enim debitori, qui pecuniam omnem solvit actio pigneraticia directa de pignore, vel hypotheca recipienda, vel ejus pretio, aut quanti in- E terest, *l. fidejussor, ff. de neg. gest. l. pen. ff. eod.* pigneraticia judicium, *l. Lucius, §. rogatus, ff. ad Trebell.* Creditori autem datur contraria, si quid in rem pigneratam impenderit, vel si res aliena ei pignerata sit. Nam etsi rei alienæ pignus non valeat, tamen ex ea causa pigneraticiæ actiones non sunt inutiles. Pignus autem est alterius contractus fides, & accessio, & solvendæ rei vinculum, *l. legata, §. ult. ff. de supel. leg.* Vel conventio, quæ rem debitoris creditori obligat increditi vicem. Vel, est contractus, quo debitor rem suam deponit nectitque creditori, quo magis ei in tuto sit creditum suum:

XXIV. Enarratio.

PIgnori acceptum] *ἐνέχυρον*, Scholiast. Harmen. ad *d. l.* 23. *lib.* 6. *tit.* 2. *§.* 55. & Hermopolites: pignus enim ad creditorem transit: *ἐν τῇ χειρὶ δίδοται τοῦ δανειστοῦ*: & ideo Græci magistri *ἐνέχυρον* dictum putant *παρὰ τὸ ἔχειν, τὸ κρατεῖν*, quod est tenere, possidere.

Traditione constit.] pignus enim, vel traditione constituitur, vel nuda conventione, *ψιλῇ συμφωνίᾳ*, nudo pacto, *l.* 1. *ff. eod. l. non solum* 32. *§. qui pignori, ff. de usurpat. & usucap.*

Non est contractus] Hypotheca est pactum pignoris, & alterius obligationis accessio, *l.* 4. *ff. de pignor. l. in omnibus* 43. *ff. de solut.*

Jure prætorio] Ex nudo pacto jure civili non nascitur actio, *Paul.* 2. *Sent. tit.* 14. *§.* 1. *l. si tibi* 27. *C. de loc. l. legem* 10. *C. de pact.* sed jure prætorio de pignore nascitur pacti actio, *ὑποθηκαρία κινεῖται*, *l. si tibi* 17. *§. de pignore, ff. de pact.* hoc pactum jurisdictio tuetur & confirmat, *l. major* 23. *C. de pignor.* id est, ex auctoritate prætoris pactum hoc efficax est ad agendum. Actio igitur hypothecaria prætoria est, *§. item Serviana, Inst. de action.*

In rem actio est] Licet proprie actio in rem, quæ rei vindicatio dicitur, ad dominium vindicandum comparata sit, prætor tamen in hunc casum eam induxit, ut creditori, qui jus habet in re, non dominii vindicatio, sed pignoris vindicatio competat, *l. si fundus* 16. *§. in vindicatione, de pign.* Est igitur actio in rem, *l. pignoris* 17. *eod.* quam recte Græci sic efferunt: *ἡ περὶ τοῦ ἐνεχύρου ἁρμόζουσα τῷ δανειστῇ ἀγωγὴ, αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐκδίκησίς ἐστι.* Bas. lib. 25. t. 2. *Quæ de pignore creditori actio competit, ipsius rei vindicatio est, l. pignoris* 18. *inf. de pignorib. & hypot.* sed qualiscumque actio in rem, *l.* 3. *§.* 1. *ff. ad exhibend.* & quasi vindicatio, quæ avocat possessionem pignoris, *l. si cum venditor* 66. *ff. de evict.* Vindicationem proprietaris Græci directam appellant: cæteræ sunt utiles, & quasi vindicationes. Vide Cujac. consult. 23.

Sicut ex pignore] Ex pignore, quod re contrahitur in personam actio est; est enim contractus.

Pigneraticia dicitur] Pigneraticia duplex est, civilis, & prætoria: prætor enim jus civile sequitur, & actionem debitori accommodat: atque ita ex nudo pacto jure prætorio nascuntur actiones, hypothecaria, vel pigneraticia in rem, & pigneraticia in personam, eo casu de quo mox agetur: pignus autem, quod re contrahitur, civile negotium est, *l.* 1. *§. ult. ff. de pact.* & civilis igitur actio pigneraticia, quæ ex eo descendit, & in personam actio, quia ex contractu est.

Si forte hypoth. ad credit. perv.] Qua ratione hypotheca ad creditorem pervenit? Actione quasi Serviana; qua creditor rei obligatæ possessionem avocavit. Hoc ergo casu pigneraticia in personam prætoria datur debitori soluta omni pecunia, ut pignus, vel hypothecam reciperet, quam nullo jure creditor retinet.

Pecuniam omnem] Nec enim antea nascitur actio pigneraticia, quam omnis pecunia exsoluta sit, *l. si rem* 9. *§. omnis, ff. de pigner. act.* & hoc est, quod Papinian. ait, in *l. rem hereditar.* 64. *de evict.* indivisam esse pignoris causam: solutio quidem per partes fieri potest: sed pignus antea non liberatur, quam implcatur creditor.

Pigneraticia judicium] Nisi ibi legendum sit, pigneraticio judicio, ut in *l.* 24. *§.* 2. *& l.* 36. *ff. de pigner. act.*

Datur contraria] Sunt qui putant, actiones contrarias dici utiles: qui error vetustissimus est. Petrus Cellensis epist. 4. lib. 2. *Principalis profecto debitor, & suus creditor ad invicem habent actiones, alius directam, alius utilem.* Vide Cujac. recitationem ad hunc tit.

Si

Si quid in rem pigner. imp.] Si necessarias impensas fecerit, *l. 8. eod. l. 7. hoc tit.*

Vel si res alienas] *L. si rem 9. ff. eod.*

Rei alienæ pignus non val.] *L. 30. in fi. ff. de act. empt. l. 25. §. si tamen, ff. de pet. hered. l. 6. inf. si alien. res pign. da. sit, l. 6. C. quæ res pign. oblig.*

Pigneraticiæ actiones non sunt inut.] Rei alienæ qualis est obligatio, *l. rescriptum 12. §. 1. ff. de dist. pignor.* quæ hactenus prodest, ut dentur pigneraticiæ actiones. Nam creditori ignoranti rem alienam esse, datur hypothecaria adversus debitorem, vel posteriorem creditorem, vel quemlibet possessorem, non dominum. *l. si adea 18. ff. de pignor. l. si non dominus 14. ff. qui potior. in pign. hab.* Sed & creditori ignoranti datur contraria pigneraticia, sive sciens, sive igorans debitor rem alienam pignori dederit, *l. tutor 16. §. 1. ff. de pignor. act.* debitori autem soluta omni pecunia datur pigneraticia directa, *d. l. si rem, §. pen. l. si pignore 25. §. si prædo, eod.*

Et accessio] *d. l. in omnibus.*

Nectitque creditori] Nectere est pignori obligare, *l. 3. & l. 10. hoc tit.* hinc pignoris nexus in *l. si paterf. 33. ff. fam. ercisc.* Glossæ Lat. Gr. *nexum, ὑποκείμενον.*

In tuto sit creditum] Ex *§. 4. Instit. quib. mod. re contr.* Sen. 7. de benef. *Rebus meis in securitatem creditoris oppositis*, Etymologicum M. ἐνέχυρον τὸ εἰς ἀσφάλειαν ἀντάλλαγμα.

T I T. XXV. *De institoria & exercitoria actione.*

Vide tit. 1. & 3. lib. 14. ff.

POst actionem commodati & pigneraticiam, quæ ex nostris contractibus nobis vel in nos dantur, proponuntur actiones quæ ex iisdem vel aliis contractibus aliorum hominum, veluti institorum quos mercaturæ faciendæ, vel magistrorum quos navi occupandæ præposuimus, etiamsi juris sui sint, similiter nobis, & in nos dantur, duæ scilicet, exercitoria ex contractibus magistrorum, & institoria ex contractibus institorum. Nec enim unius negotii sunt actiones, sed negotiorum & contractuum omnium, ut quæ tit. seqq. De peculio, De in rem verso, Quod jussu, etiam pertinent ad contractus omnes. Institor est qui alieno nomine instat mercaturam, qui & officinator in glossis, & ἐργαστηριάρχης, vel actor rerum ejus qui eum præposuit, & recte *l. 1. ff. eod.* ex actu institoris eum qui præposuit teneri in solidum actione institoria, tum quod ejus præcipue fidem sequatur qui cum institore contrahit, tum etiam, quod ad eum negotiationis quæstus omnis redeat, & si aliter rem suam servare non possit, vel si institor, qui est sui juris, non sit solvendo, quod in subsidium ei detur actio utilis in eos qui cum institore contraxerunt, *l. 1. & 2. ff. eod. l. 5. de præt. stip.* contra regulam juris, quæ vult per liberam personam nobis non adquiri actiones: quod & in exercitore locum habet, *l. 1. §. sed è contrario, ff. de exerc. act.* Exercitor autem est dominus vel possessor navis, qui eam per magistrum navi præpositum exercet, & percipit omnes reditus & obventiones ejus: Magister institor est navi præpositus; & similiter actio exercitoria, & institoria, cum & ad similitudinem institoriæ comparata dicatur, *l. 4. hoc tit.* & retro institoria exercitoria: nam & is qui institorem præposuit, tabernam, officinam, mensam, negotiationem exercere dicitur, *l. habebat, §. si duo, l. ult. ff. eod. l. 8. C. Th. de lust. col.* nec tamen in jure usquam confunduntur commutanturve hæc actionum nomina, vel magistri & institoris, etiam ab Horatio, quæ separata legimus illo loco:

---- *Seu vocat institor,*
Seu navis Hispanæ magister.

Et separationis ratio in jure consistit, quod non iisdem regulis utraque actio consistat: nec enim est actio institoria ex contractu subinstitoris, & est tamen exercitoria ex contractu submagistri, etiamsi exercitor, qui magistrum navi præposuit, prohibuerit alium navi præponi: hoc extorsit utilitas & necessitas navigantium: eademque ratio facit, ut pater teneatur in solidum, cujus voluntate filiusf. exercuit navem peculiarem, ex contractu filii vel magistri à filio navi impositi, qui, si merces peculiares filius exercuit, volente, aut sciente se, non tenetur in solidum, sed in tributum venit una cum cæteris creditoribus peculiaribus. Institoria actio nomen habet ab eo qui præpositus est negotiationi, Exercitoria ab eo qui præposuit, quia à præposito non potuit formari nomen elegans: magisterianæ enim actionis nomen inelegans est.

XXV. ENARRATIO.

NObis vel in nos] Directæ nobis: contrariæ in nos dantur.

Institorum] Gl. gr. lat. ἐργαστηριάρχης, *tabernarius, institor.* vet. Onomast. *institor* ἔμπορος, *institorius*, ἐμπορικός.

Mercaturæ faciendæ] Ovidius Artis amatoriæ libro 3. *Institor ad dominam veniet discinctus emacem, Expediet merces teque sedente suas.* Mercaturam facere ex *l. 5. §. Labeo, ff. de Instit. act.* Alii dicunt, merces vel mercaturam exercere.

Magistrorum] Magister alias dicitur, qui navem regit: Silius Italicus:

Confisus pelago celsa de puppe magister:
---- *fertur vaga gurgite puppis*
Ipsius in scopulos dextras impellente magistri.

Etiamsi sui juris] Si quis liberum hominem præposuerit, *§. eadem, vers. istas, Instit. quod cum eo, & l. 7. §. 1. eod. Paul. Sent. 2. tit. 8. §. 2.*

Nec enim unius negotii sunt act.] Hæ actiones referuntur ad omnes contractus: nam est institoria ex empto, vendito, mutuo, negotiis gestis. Denique omnibus contractibus accommodatur, *d. l. 5. §. proinde, & seq. l. 1. §. quid si mutuam, ff. de exercitor:* unde in *l. novissime 13. ff. de instit.* ubi de institoria, & in *l. 4. §. ult. ff. de exercit.* ubi de exercitoria Ulpianus ait, has actiones perpetuo dari. Institoriam inquam vocat actiones, ut & exercitoriam, quia pertinent ad contractus omnes, & actiones omnes complectuntur. Cujac. in recitat. ad hunc tit. in qua sententia est Azo ad *l. pen. hoc tit.* Et Joannes, ut refert Glossa in *§. ult. Instit. quod cum eo.*

De peculio] Nulla est etiam actio de peculio simpliciter, sed cum adjuncto, verbi gratia, actio mandati de peculio, *l. 3. §. cui congruit, ff. de pecul.* actio depositi de peculio, *l. deposui 38. eod.* actio negotiorum gestorum de peculio, *l. 14. ff. de negot. gest.* actio de peculio ædilitiæ, *l. 23. §. si servus, ff. de ædil. ed.* Itaque Justin. in *§. actiones autem, de action.* actiones de peculio vocat.

De in rem verso] *L. & in eo 7. §. idem ait, ff. de in rem vers.*

Instat mercaturam] Novius apud Non. *Instant mercaturam.*

Officinator.] Excerpta ex vet. Glos. *Officinatores.* ἐργαστηριάρχαι.

Ex actu] D. August. in Psalm. 70, *Negotio & in Græca lingua ab actu dicitur, & in Latina negotiatio sive actus, sive negotium discutiatur quid sit.*

Fidem sequatur] Qui institorem præposuit tenetur in solidum, tum quod fidem ejus sequatur, qui cum institore contrahit, tum quod æquum sit, eum qui commodum sentit ex actu institoris, ἐκ τῆς πραγματείας ἐργαστηριάρχου incommodum quoque sentire, *§. 2. Instit. quod cum eo.* Paul. Sent. 2. tit. 8. id est, ex contractibus ejus conveniri. Denique, quod si is, qui

qui præposuit ; rem amissurus sit, vel si institor qui A liber est, solvendo non sit, ei detur utilis actio in eos, qui cum institore contraxerunt. Regulariter aliud jus est in exercitore, *l.1. §.8. ff. de exercit. act. exercenti navem*, ait Ulp. *adversus eos qui cum magistro contraxerunt, actio non pollicetur*, id est, non promittitur, ut apud Metellum Numidicum, *statuæ polliceantur*, id est, ἐπαγγέλλονται. Priscianus VIII.

Per lib. pers.] *§.ex his, Instit. per qu. pers. nob. adq. l.& licet 15. ff. de pec. const.*

In exercitore] Exercitori enim datur utilis actio in eos qui cum magistro contraxerunt, si rem amissurus sit, si rem aliter servare non possit, forte propter inopiam magistri.

Exercitor autem est] *L.1. §.exercitorem, ff.de exercit. act.* ratium exercitor in *l.1. §.3. ff. nau. cau.* & in vete- B ri inscriptione.

Magister institor est] Magister enim instat navi locandæ ad merces, vel vectoribus conducendis, vel mercib. emendis, aut vendendis, *l.1. §.magistri, eodem*. Græce dicitur ναυκληρὸς. Scholiastes Synops. ms. ναυκληρός ἐστιν ὁ πᾶσαν ἐπιμέλειαν τοῦ πλοίου ἐπιτεταγμένος. *Cui totius navis cura mandata est.* πρωτοναύκληροι, Græci ad *l.14. ff. de pact.*

Ad similitudinem institut.] Et retro mulier institoria tenetur exemplo exercitoriæ, *l. sed etsi 7. §.2. ff. de instit.*

Institoria exercitoria] Schol. Horat. *Institores proprie sunt, qui exercent ipsam mercaturam.*

Tabernam] Sueton. Aug. cap.4. *Unguentariam tabernam exercuisse*. Gl. Gr. Lat. ἐργαστήριον, *Taberna*, C officina, & ἐργαστηριάρχης, *tabernarius*, institor.

Officinam] *l.1. hoc tit.* in qua officium pro officina ponitur. Suet. de illustr. gram. cap.23. *Officinas promercalium mercium exerceret*.

Negotiationum] *d.l.1. l.11. §.præscribere, ff. de instit.* ut apud Aurelium Victorem cap.72. *Carbonarium negotium exercuit*.

Ab Horatio] Ode 6. lib.III. Carm. & epistola ad Canidiam: *Amata nautis multum & institoribus*.

Ex contr. submagistri] Idque ex utilitate publica receptum est, *l.1.§.magistrum autem, ff. de exerc.*

Cujus voluntate] *l.1.§.si is qui navem, ff. hoc tit.*

Navem peculiarem] Si filiusfamil. voluntate patris navem exerceat, sive cum filio, sive cum eo, quem filius præposuit, contractum erit, pater in so- D lidum tenetur. Aliud juris est, si filius voluntate patris merces peculiares exerceat: pater enim ex contractu filii, vel ejus quem filius præposuit, non tenetur in solidum, sed in tributum vocatur, una cum cæteris creditoribus peculiaribus, d. *l.1. §. si is qui navem*, quod propter utilitatem navigantium receptum est.

Volente aut sci.] Velle non debet dominus, sed non nolle, *l.1.§.3.ff. de tributor.*

In tributum venis] Cum pater, vel dominus hac actione convenitur, deductionis privilegium non habet, sed velut extraneus creditor in distributionem mercium peculiarium pro rata debiti sui vocatur, *d.l.1. & l.5.§.in tributum, eod.*

E

TIT. XXVI. *Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur, vel de peculio, sive quod jussu, aut de in rem verso.*

Vide tit.7. lib.4. apud Justin. tit.3. lib.14. tit.1. & seqq. lib.15. ff.

PRopositis actionibus exercitoria & institoria, quæ ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate, vel etiam sui juris, in nos dantur in solidum, transit ad alias actiones quæ ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate, non etiam sui juris, in nos mitiores sunt, nec dantur in solidum: una quæ in peculium datur filiisfamil. aut servi nostri, id est, pecuniam vel rem cujus administrationem ei concessimus, retenta proprietate, vel etiam ei quodammodo concessa. Altera quæ in id quod versum est in rem & patrimonium nostrum, & altera in id duntaxat quod jussimus, neutra in solidum, nisi solidum quod debetur in peculio sit, vel totum versum sit in rem, vel id omne quod creditum est filio, vel servo numerari jusserit pater dominusve. Versum, pars est peculii, quia quod in rem versum est patris, id pater filio debet: actioni igitur de peculio, id est actio de in rem verso. Recte dixit, has actiones dari ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate: nam & his duntaxat peculium habere concedimus quasi proprium patrimonium, & quod extraneo gerente negotia nostra versum est in rem nostram, constat nos creditoribus non obligare, *l.cum qui, supr. si cer. pet. l.penult. supr. de obl. & act.* quod item credidit quis extraneo jussu nostro, de eo in nos esse civilem actionem, Si certum petetur, non Quod jussu prætoriam, *l.ultim. ff. pro soc. l.2. §.ultim. ff. quod jussu*, ac ne ex contractu quidem nostro esse actionem quod jussu, Si jussu nostro filio aut servo pecunia quam mutuam rogavimus, pernumerata sit, *l.ultim. ff. eodem l.si filiofamil. ff. de don. cau. mor.* Est & alia actio sub *hoc tit.* quæ in ipsum filium datur ex ante gesto postquam sui juris effectus est, non in solidum, ne inops fieri periclitetur novus paterfamil. qui nondum adquisivit idoneas facultates, sed in id duntaxat quod facere potest, excepta mutui causa, *l.1. & 9. hoc tit.* quæ talis nulla est ex antegesto in servum manumissum, quia nec ulla fuit ab initio: in filiumfam. statim atque contraxit, actio cœpit esse.

XXVI. Enarratio.

ETiam sui juris] Etiamsi magister liber homo sit; vel institor.

Ex cont. eor.] Vel quasi: puta si filiusfam. tutelam gesserit, *l.1. hoc tit.*

Sunt in nost. pot.] Ut sunt filiifam. aut servi. sed & quod jussu tenemur, si pecunia jussu nostro credita sit condicionario, *l.ult. hoc tit.*

In pecul. datur] Hæc actio licet in patrem dirigatur, tamen in peculium actio dicitur, *§.sunt præterea, Instit. de action. l.in personam 30. §.1. ff. de pact. l. pen. ff. de condict. furt.*

Filiisfamilias] Filiæve famil. *l.1. §.3. l.ancillarum 27. ff. de pecul.*

Aut servi] Vel ancillæ, *d.l.27.*

Id est pecuniam] Pusillam pecuniam, *l.5. ff. de pecul.*

Administrationem] *L. qui peculii 46. & l.libera 48. §.1. eod.*

Retenta proprietate] Et ideo servus non dicitur peculium civiliter possidere, sed tenere, seu naturaliter possidere, *l. quod.servus 24. l. possessio 49. ff. de adquir. poss.* civilis enim possessio jure & animo domini constat. Vide infr. *de adquir.& retin. poss.*

Proprietate] Dominio: peculium enim servi nostri, peculium nostrum, *l.si ita 16. §.ultim. ff. de usu, & habitat.* & peculium servi in bonis domini numeratur apud Justinian. quibus non est *permiss. fac. test. versic. ex hoc intell.*

Quodammodo concessa] Peculium enim quasi patrimonium servi est, *§.actiones autem, Institut. de action. l. hinc quæritur 19. §.1. & l. si ex duob. 32. ff. de pecul.* Gloss. Lat. Gr. *peculium*, κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος: τοῦτ᾽ ἔστιν υἱοῦ, ἢ δούλου. Isidorus Orig. v.c.25. *Peculium est, quod pater, vel dominus filium suum, vel servum pro suo tractatore patitur*. Tertullianus de fuga: *De peculio ejus exigetur detrimenti dominici restitutio:*

Et patrimonium nostrum] *L.2. ff. quod cum eo, qui in al. pot.* οὐσίαν. Theophil. *§.4. Institut. eod.* Quod & la-

& latiore appellatione peculium dicitur, ut Ecclesiastæ cap.2. ver.8. in Symmachi versione: nam quæ 70. seniores *περιουσιασμοῖς*, Aquila *οὐσίας*, Symmachus *κειμήλια* vocat.

In id duntaxat quod jussimus] Finge dominum jussisse servo pecuniam usuris semissibus credi: hactenus tenetur, quatenus jussit, id est, ultra modum usurarum semissium non tenetur, *l.1. ff. quod juss.*

Neutra in solidum] Actio de peculio non datur in solidum, *l.1. ff. de pecul.* sed pater in peculium obligatur, *l.1. §.licet, ff. de exercit.* id est, intra modum peculii, ad finem peculii, *l. pater 17. in princ. & §.1. ff. de castr. pec.* Item actio de in rem verso eatenus datur, quatenus in rem versum est, *l.1. ff. quod cum eo.* Denique actio quod jussu datur, quatenus pater, dominusve jussit.

Nisi solidum quod debetur] Si non minus in peculio sit, in solidum dominus paterve condemnatur. si vero minus, quatenus in peculio est, *d.§.sunt præterea.*

Vel in omne] Actio quod jussu datur in solidum, *l.1. ff. quod juss.* si id omne creditum sit filio quod pater ei numerari jussit.

Versum pars est pec.] In peculium conversum est; quod in rem patris, dominive versum est, *l.1. §.2. ff. de in rem vers.* Nam quod in rem patris versum est, id pater filio debet, *l.si pro patre 10. §.1. l.si in rem 13. eod. l.quam Tuberonis 7.§. sed & id, ff. de pecul.* Actioni igitur de peculio inest actio de in rem verso, *l.filiusfam. 19. ff. de in rem vers.*

His duntaxat pecul. habere] *L. paterfamil. 182. ff. de verb. signif.* & ideo si filius sui juris efficiatur, peculium perimitur, *l.ultim. §.ultim. ff. de inoff. testam.*

Quasi propt. patrimon.] Vide supr. ad illa, quodammodo concessa.

Quod extraneo gerente] Docet nos teneri ex contractibus eorum qui sunt in potestate nostra, non etiam ex contractibus extraneorum: Nam si extraneus mutuam pecuniam acceperit, licet in rem meam versa sit, non obligor; sed is qui accepit, condictione tenetur, cujus contemplatione pecunia numerata est: si vero negotii mei contemplatione numeravit, actione negotiorum gestorum creditori teneor, procurator vero nulla, *l. si pupilli 6. §.1. l. liberto 31. ff. de negot. gest.*

Quod item credidit] Pergit docere quod supra instituerat. Nam sicut actio de in rem verso non datur in superiore casu, licet versum sit: ita actio quod jussu non datur, etsi quis jussu nostro pecuniam extraneo crediderit; sed ipsemet, qui jussit, tenetur actione directa, quasi ipse contraxisse videatur, quoniam actio quod jussu, datur tantum ex contractu eorum qui sunt in potestate nostra.

Prætoriam] Certi condictio est civilis: actio vero quod jussu, est prætoria, *l. ultim. hoc tit. l.25. ff. ad SC. Vellej.* Pater tamen aut dominus tenetur etiam civili condictione, *§.ult. Institut. quod cum eo.*

Ac ne ex contractu] Proponit vitium regulæ superioris, quæ vult nos teneri actione quod jussu, si cum eis qui sunt in potestate nostra, contrahi jusserimus: Cessat enim actio quod jussu, si dominus paterve pecuniam mutuam accepturus jusserit eam servo, aut filio numerari, quia filius non contraxit; & patri igitur condici potest. Filius autem suo nomine non obligatur, *l.4. hoc tit.*

Ex antegesto] Cum esset in potestate patris.

Novus paterfamilias] Filiusfamilias obligatur ex omnibus contractibus tam naturaliter, quam civiliter, tanquam paterfamilias, & ob id agi cum eo velut cum patrefamil. in solidum potest, *l.tam ex contractibus 57. ff. de judic. l.filiusfamilias 39. ff. de obligat. l. ult. §.pupillus, ff. de verb. oblig. l.si quis 44. ff. de pecul.* si tamen è potestate patris exierit, aut à patre exheredatus sit, aut certe ex minima parte sit institutus, vel denique bonis paternis abstinuerit, & ex continenti conveniatur in solidum causa cognita, non condemnabitur in solidum, sed in id tantum quod facere potest, ne novus paterfamilias rebus omnibus suis exuatur, & statim atque liberam administrationem recepit, opprimatur, si vero novus paterfamilias non sit, & post multos annos conveniatur, in solidum condemnabitur: nec enim in necem creditorum debitori succurri debet, qui tanto tempore rem suam non auxit, ac nihil quæsivit, unde creditores suos posset absolvere, *l.2. 4. 5. & 7. ff. quod cum eo, l.2. & 9. hoc tit. l. tutorem 37. ff. de administr. tutor.*

Excepta mutui causa] Nam ex mutui causa paterfamilias effectus, morte, vel alio modo ne quidem convenitur quatenus facere potest, *Paul.lib.2. Senten.tit.10. §.ult. Instit. quod cum eo. l.1. ff. de Senat. Macedon. Suet. Vesp.c.11.*

Quia nec ulla fuit] Nulla ex antegesto in manumissum ex contractu actio est, quia nec ulla fuit ab initio. Vide supr. ad tit.14.

Cœpit esse] Tanquam cum patrefamilias, ut supr. dictum est.

TIT. XXVII. *Per quas personas nobis adquiratur.*

Vide tit.9. lib.2. tit.18. & 29. lib.3. apud Justin.

QUemadmodum ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate tit.25. & 26. intelleximus prætorem in nos varias actiones dare, ita pareat nos intelligere quod hic titulus præstat, & ex contractibus eorundem nobis obligationes adquiri & actiones. Vis hæc est potestatis, ut quidquid acquirit filius vel servus, id sive dominium sit, sive possessio, sive obligatio, confestim adquirat patri, vel domino, & obligationem non tantum civilem, sed etiam naturalem, *l. frater, ff. de cond. indeb.* Cæterum qui in nostra potestate non sunt, per eos veluti per procuratorem, aut gestorem, aut tutorem nulla nobis adquiritur actio, præterquam ex causa creditæ pecuniæ, in qua & pleraque alia singularia præcepta sunt, si quidem ea credita sit nostro nomine, & aliquando ex aliis causis utilis in subsidium, ut dixi tit. 25. & per tutorem cæteris ex causis, *l.2.4.5. infr. quan. ex fac. tut.* At possessionem receptum est per procuratorem suadente utilitatis ratione, quæ est etiam causa per eum adquirendæ actionis creditæ pecuniæ & pigneratitiæ, adquiri nobis posse viventibus aut ratum habentibus, ac deinde per possessionem dominium, si res procuratori à domino nostro nomine tradita sit. Citra possessionem autem per eum dominium non adquiri, id est proprietatem.

XXVII. Enarratio.

SIve dominium sit] Dominium, possessio justa, & obligatio per eos, quos habemus in potestate nobis adquiritur, *§.non solum, Instit. per quas person. nob. adquir. l.adquiritur 10.§.non solum, ff.de adquir. rer.dom. l.quod servus 24.ff. de adquir. poss. l.1. hoc tit. Justin. Instit. per quas person. nob. oblig. adquir.*

Confestim] Et in atomo, *l.placet 79. ff. de adquir. hered.* Cujac. ad *l. frater, ff. de cond. ind. tract.9. ad Afric.* ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, Epist.1. ad Corint. Oecumen. ἐν ἀτόμῳ, ἤγουν ἐν στιγμῇ: Tertullianus de resurect. carn. *In atomo, in momentaneo oculi ictu, D. Hieronymus in epistola ad Minerium & Alexandr. Atomus punctum temporis est, quod secari & dividi non potest. Unde & Epicurus ex suis atomis mundum struit, & universa conformat, ictusque oculi sive motus, qui Græce dicitur* ῥοπὴ, *tanta velocitate transcurrit, ut pene sensum videntis effugiat.* In ictu puncti. B.Gregor. homil.10. de divers. lection. Evangel.

Q Sed

Sed etiam naturalem] Qualiſcumque obligatio adquiritur, v. Cujac. ad *d. l. frater*. A

Nulla nobis adquiritur actio] Per liberam perſonam nec dominium, nec obligatio nobis adquiritur, d. *l.* 1. *l. ſolutum* 11. *§. per liberam*, *ff. de pignerat. act. l. & licet* 15. *ff. de conſtit. pecun. l. ult. inf. quando ex fac. tut.*

Ex cauſa creditæ pecuniæ] Per liberam perſonam actionem creditæ pecuniæ adquirimus, *l. certi* 9. *§. ſi nummos*, *ff. de reb. credit.* in qua pleraque, alia ſingularia, *παρὰ τὴν ἀκρίβειαν*, *παρὰ τοὺς κανόνας* præcepta ſunt, *l. ſingularia* 15. *eod.* Stephanus ad *d. §. ſi nummos*: *σημείωσαι ὅτε δι' ἐλευθέρου προσώπου προσπορίζεται ἀγωγή· τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ ἀπὸ τοῦ δανείου, καὶ μᾶλλον φυσικὸν ἐνοχῆς, ἐφ' ἧς φυσικωτέρως τὰς ἀπαριθμήσεις ποιοῦμεν.* Nota, inquit, *quando per liberam perſonam adquiratur* B *actio. Illud autem accipe tantum de obligatione quæ ex contrahitur ex cauſa mutui, in qua magis ex naturali ratione numeratio fit*. Quod ſi is cujus nomine aliena pecunia credita eſt, nomen improbet, ei, qui numeravit vel cedet condictionem, vel citra ceſſionem ei dabitur utilis condictio ex numeratione: & ita contingit, ut qui per ſe actionem non habet, cuique ab eo qui habet, ceſſa non eſt, utiliter agat: quod Græci notant his verbis: *πῶς ὁ μὴ ἔχων ἀγωγὴν· μήτε ἔχων ἐκδοθεῖσαν αὐτὴν, κινεῖ ὠφελίμως*.

Singularia præcepta ſunt] Nota obiter Cujacium hic videri magis probare vulgatam lectionem, *ſingularia præcepta*, quam Florentinam, contra quam fecerit ad *l.* 34. *ff. Mand.* à Florentina tamen ſtant Baſilica lib. 23. tit. 1. C

Creditæ pecuniæ] Vel quaſi: Nam benigne etiam receptum eſt, ut per alium nobis adquiratur ex promutuo, veluti ſi quis per imprudentiam non debitum ſolverit noſtro nomine, *l. ſi per ignorantiam* 6. *ſup. de cond. indeb.* idque utilitatis cauſa receptum eſt propter crebrum & neceſſarium mutuæ, vel promutuæ pecuniæ uſum.

Noſtro nomine] *d. §. ſi nummos*.

Utilis in ſubſidium] Nam ſi is qui præpoſuit, rem ſervare non poſſit, vel inſtitor ſolvendo non ſit, in ſubſidium utilis actio ei dabitur adverſus eos, qui cum inſtitore contraxerunt: quod & in exercitore locum habet, vide ad tit. 25.

Et per tutorem] Utilis etiam ex his cauſis pupillo per tutorem adquiritur. Vide Cujac. inf. *quando ex fac. tut.* D

At poſſeſſionem] Excepta poſſeſſionis cauſa per liberam perſonam nihil nobis adquiritur, *l.* 1. *hoc tit.* id eſt, excepta poſſeſſione, ut quidam è veteribus interpretatur, auctore Azone ad *d. l.* 1. & Cujacius.

Poſſeſſionem igitur per procuratorem nobis adquiri tam ratione utilitatis, quam juriſprudentia, id eſt, auctoritate jura conſtituentium receptum eſt, & per hanc poſſeſſionem etiam dominium, ſi dominus ſit, qui noſtro nomine ei tradidit: vel uſucapionis conditionem, ſi dominus non ſit, *l.* 1. *hoc tit. l.* 1. *& per procuratorem* 8. *inf. de adq. poſſ. Paul. v. Sent.* tit. 2. *§.* 2.

Receptum eſt] Et conſtitutum ab Alexandro Severo, *§. ex his itaque*, *Inſtit. eod. d. l. ſolutum*, *§. per* E *liberam*, de quo tamen per initia non conveniebat inter prudentes, ut ſignificat Neratius in *l. ſi rem ſubreptam* 41. *ff. de uſurp. & uſucap.* & hoc eſt quod ait Ulpianus in *l. traditio* 20. *§. ult. de adquir. rer. dom.* placere per liberam perſonam omnium rerum poſſeſſionem quæri poſſe: id eſt, jam convenire, jam conſtare inter prudentes, placere inter omnes, & indubitati juris eſſe, *l.* 1. *hoc titulo*, niſi referre malis ad conſtitutionem D. Severi: Nam eodem verbo prudentes uti ſolent, cum principali conſtitutione jus inductum eſt: utuntur quoque eodem verbo, placet, Dioclet. & Maxim. in *d. l.* 8.

Per procuratorem] Tutorem, curatoremve, *l.* 1. *§. per procuratorem*, *ff. de aquir. vel amitt. poſſ.*

Suadente utilitatis ratione] Utilitatis cauſa, *d. l. per procuratorem*, *& Paul. d. §.* 2. ratione utilitatis, *l.* 1. *hoc tit.*

Et pigneratitiæ] Per procuratorem adquiritur crediti condictio, & ex eadem cauſa pignoris obligatio citra ceſſionem procuratoris, quam veteres auctores exigebant, *l.* 2. *hoc tit.*

Viventibus] Puto legendum, ſcientibus, aut volentibus: poſſeſſio enim ſcientibus, & volentibus adquiritur, *l. ea quæ* 53. *ff. de aquir. poſſeſſ.* id eſt, ſi mandatum intervenerit, licet ignorantibus nobis res tradita ſit, *l. ſi procurator* 13. *ff. de adquir. rer. dom.* citra mandatum poſſeſſio, aut dominium prius non adquiritur, quam dominus ratum habuerit, *l. communis* 42. *ff. de adquir. poſſeſſ.*

Per poſſeſſionem dominium] Si proprietas ab hac ſeparari non poſſit, *d. l. per procuratorem*.

Noſtro nomine tradita ſit] *d. l. ſi procurator*.

Citra poſſeſſionem] Dominium nonniſi per conſequentias poſſeſſionis adquiritur: citra poſſeſſionem nec dominium, nec obligatio nobis adquiritur, *d. l.* 1. *hoc tit.*

Id eſt, proprietatem] Proprietas dominium ſignificat, *d. l. ſi procurator*: *δεσποτείαν* vertit Theophilus in *d. §. non ſolum*. Gloſſæ Græco Latinæ: *δεσποτεία*, *Dominatus, dominatio, erilis, proprietas*.

TIT. XXVIII. *Ad SC. Macedonianum.*

Vide tit. 6. lib. 14. ff.

INtelleximus ex *l. ult. tit.* 26. creditori nullam eſſe actionem creditæ pecuniæ, ſi eam crediderit ſervo alieno, vel condicionario ſine ſpeciali juſſu domini, quæ Conſtitutio eſt valde nova: nam hoc olim obtinuit tantum in filiofam. ex SC. Macedoniano, de quo eſt hic titulus, cuique nomen non à Conſule, ut cæteris SC. ſed ut legi Scatiniæ, & SC. Papyriano ab eo in cujus odium lex facta eſt, vel qui legi cauſam dedit. Factum id fuiſſe auctore Veſpaſiano Suetonius ſcribit, Tacitus auctore D. Claudio.

XXVIII. ENARRATIO.

CReditori nullam eſſe actionem] Domini nullatenus obligantur, niſi ſi juſſiſſe probentur, *l. ult. ſup. quod cum eo*.

Obtinuit tantum] Ut Senatuſconſultum Macedonianum porrigeretur ad ſervos periculi etiam ratio fecit, ne ſervi aliquid ſequius in dominos molirentur. Ut parentibus igitur, ita & dominis conſultum eſt.

Ex SC. Macedon.] Si filiofamilias pecunia credita (quod de pecunia numerata accipiendum eſt, *l. item ſi* 7. *§. mutuum*, *& l. ſed ſi* 9. *§. hoc Senatuſconſultum*, *ff. eod.*) creditori actio (in perſonam ſcilicet) petitioque (actio in rem) non datur, etiam poſt mortem parentis, ut eſt in ipſo SC. *l.* 1. *eod. Paul. Sentent. libro* 2. *tit.* 10. id eſt, neque vivo patre, neque mortuo, actio datur: adeo ut exſtantis quoque pecuniæ actio denegetur, *d. §. hoc Senatuſconſultum*.

Verum ſi actio non detur, ſi actio denegetur creditori, quid opus fuit exceptione, qua data, actio ſummoveri ſolet? Conſtat igitur, ex hoc contractu naturalem & civilem obligationem naſci, *l. creditorem* 18. *eod.* adeo ut filiusfamilias condemnari poſſit, *l. tamen* 11. *eod.* quod utique non fieret, ſi jam actio denegata eſſet, ſi data non eſſet: creditor enim nonniſi impetrata actione agere potuit.

Dicendum igitur eſt, ipſo quidem jure actionem competere, ſed exceptione poſita elidi: nec enim ipſo jure tollitur, impediturque actio, ſed tantum per exceptionem, ut ait Bartolus: vide Cujac. inf. tit. 30.

Datur

Datur igitur, sed sine re & effectu: quod perinde est ac si non daretur, aut denegaretur actio. Eadem ratione mulier non teneri dicitur ex intercessione, quia Senatusconsulto inefficax obligatio redditur, *l. 6. & 9. infra ad SC. Vellej.* id est, opposita exceptione Senatusconf. Vellej.

In filiofamilias] Verbis quidem Senatusconsulti filiifamilias continentur: sed jus semel constitutum paulatim ad alios serpit: & Senatusconsultum igitur productum est ad filias, nepotes, & pronepotes, *l. 9. §. 2. l. 14. ff. eodem, l. si filius 6. hoc tit.* summa enim ratione consultum est iis, quibus idem periculum imminere potest.

Ut cæteria SC.] Ut SC. Trebellianum, quod Trebellio consule factum est, & Pegasianum, quod Pegaso consule.

Legi Scatiniæ] De C. Scatinio Valer. lib. 6. cap. 1. Tertullianus de Monogamia.

SC. Papiriano] Quo Senatus censuit, uti posthac pueri cum patribus in curiam non introirent, præter unum Papirium. Rem narrat Macrobius Saturnalium lib. 1. cap. 6.

In cujus odium] SC. Macedonianum in odium fœneratorum, *l. factum est, 40. ff. de cond. ind.* Theophilus scribit, ei Senatusconsulto nomen dedisse Macedonem filiumfamilias bene prodigum, & profusum, *§. ultim. Instit. quod cum eo.* Sed verius est, ansam ei consulto dedisse Macedonem fœneratorem, cui mos erat filiisfamilias, qui vitam luxu trahebant, credere, *tacito fœnore*, ceu loquitur Horatius epistola 1. libri 1. cum nescirent filiifamilias quibus usuria pecunia eis crederetur: quanquam idem juris est, licet mutua pecunia sine usuria data sit, *l. item si, §. item si duos, ff. eodem:* nam licet mutuum sit ἄτοκον, tamen æris alieni ratio subest, cui solvendo filiusfamilias impar est: quia nihil suum habet.

Vel qui legi causam dedit] Lex Scatinia in odium Scatinii facta est, cui & ipse nomen dedit: sicut SC. Macedonianum in odium Macedonis cui & ipse nomen dedit. Senatusconsulto Papiriano Papirius causam & nomen dedit.

Sueton. scribit] Vespasiani cap. 11.

Tacitus] Annali. 11. cap. 13.

TIT. XXIX. *Ad SC. Vellejanum.*

Vide tit. 1. lib. 16. ff.

PRoximum est Macedoniano Vellejanum: nam utroque SC. tollitur exactio creditæ pecuniæ, SC. Macedoniano si credita sit filiof. quod Impp. produxere etiam ad servum & conditionalem hominem. SC. Vellejano si credita sit mulieri, non in rem suam consumpturæ pecuniam, sed mox daturæ alii pro quo ipsa etiam pecuniam mutuam rogavit: & generaliter intercessiones mulierum omnes infirmantur SC. Vellejano. Intercessiones, quæ obligant, non consilia, non auctoritates, licet intercessiones dicantur. Et rursus intercessiones sua sponte susceptæ, non decreto prætoris, *l. 2. infra si mat. ind. prom.*

XXIX. Enarratio.

EXactio cred. pec.] Ipso quidem jure actio est in filiumfamilias, sed posita exceptione eliditur, *l. tamen 11. C. de SC. Macedon.* inania obligatio est, *l. 8. §. Marcellus, ff. eodem*, & actio inefficax, *l. pen. supra ad Maced.* Pecunia igitur filiofamilias credita debetur quidem, sed creditori ejus exigendi jus non est.

Quod Impp.] Honorius & Theodos. in *l. ultim. supra qu. cum eo.*

Mox daturæ] Hujus loci interpretem non alium quæremus, quam ipsum Cujac. ad *l. 19. ff. eod.* tract. 4. ad Afric. Novam obligationem mulier recipit, ut si cum alius mutuam pecuniam accepturus esset, interposita sit mulier, quæ acciperet, & se ab initio ream constitueret, quo genere non recipit quidem obligationem, quæ constiterit in alio; sed recipit alienam obligationem, id est, quam alius erat subiturus, nisi ipsa intervenisset, *l. 8. §. si cum essem, ff. eodem*, quod genus intercessionis notatur his verbis Senatusc. *& mutui dationes*. Vid. ibidem Cujac. ad *l. vir uxori, in fine*. Nota obiter non esse admittendam eorum emendationem, qui malunt mutuationes, quam mutui dationes. Hoc igitur casu mulieri subvenitur, quia fuit interposita, vel submissa ab alio, ut vice locove ejus mutuam pecuniam acciperet, cum creditor non ignoraret quid ageretur, quidve moliretur mulier, ut scribit idem Cujac. ad *l. bona fide 27. ff. ad SC. Vellej.* lib. 3. Responf. Papin. Certe si mulier pecuniam sibi sumpserit, non juvatur Vellejano, licet alii donatura, *l. 4. ff. eodem* in qua verba illa, *accepit à me mutuam pecuniam*, videntur respicere ad verba Senatusconsulti, *mutui dationes*, ut scilicet hoc casu non juvetur mulier, sicut juvatur cum recipit alienam obligationem. Sed neque mulier juvatur Senatusconsulto, si pecunia in usum mariti cesserit, *l. 13. hoc tit.* Salmasius de modo usur. cap. 16. putabat delenda esse verba illa Senatusconsulti, *pro aliis*: aut certe transponenda, ut legatur, *in quibus pro aliis intercedunt feminæ*. Sed nihil mutandum: nam Senatusconsulto non aliter juvatur mulier quam si mutuam pecuniam acceperit: quam alius accepturus esset, si ipsa non intervenisset.

Intercessiones omnea] Intercedere est se, vel sua pro alio obligare, puta si mulier pro alio fidejubeat, *l. 3.* expromittat, *l. 4.* mandet, *l. 15. hoc tit.* constituat, *l. 1. §. 1. ff. de pecun. constit.* quæ quidem sic accipienda est, ut mulier pro se constituat utiliter; non etiam pro alio: hoc enim est intercedere, illud non item. Basilica: *γυναῖκες ἀντιφωνοῦσαι ἐνέχονται εἰ δὲ μὴ ἐντερκεδεύσωσιν. Mulieres constituentes tenentur, si non intercesserint.* Glossa interlinearia: *Si enim pro se constituant, non intercedunt, quoniam alienum debitum non est: ἐὰν γὰρ ἀντιφωνῶσι περὶ ἰδίου χρέους οὐκ ἐντερκεδεύουσιν, ἐπεὶ μὴ ἀλλότριον τὸ χρέος ἐστίν.* Intercedit quoque mulier, si res suas obliget, vel alii obliganti consentiat, sciente creditore, *l. 5. & 7. hoc tit. l. quamvis 8. ff. eodem.* Intercessionis igitur verbum generale est, & qualemcumque intercessionem continet; & ob id Senatusconsultum de intercessionibus dicitur in *l. qui exceptionem 40. ff. de cond. ind. l. 2. & 9. hoc tit.* ut apud Græcos *ἀντιφωνήσεως* verbum, quo utuntur auctores Basilicῶν *d. l. 40.*

Infirmantur] Mulieribus succurritur propter sexus infirmitatem, *l. 2. §. 2. & 3. ff. eodem; l. si sine 5. hoc tit.* *ἔνθα καὶ ἡ φύσις πάντως καὶ ἡ ἡλικία πολλάκις ἔχει τὸ ἀσθενὲς*, Theophylactus in priorem ad Timotheum. Oecumenius in eandem epistolam cap. 6. *εὐαπάτητον γὰρ τὸ τῶν γυναικῶν γένος: Facile decipitur mulierum genus*. S. Chrysostomus in 1. ad Timoth. homil. 9. *τὸ γὰρ γυναικῶν γένος ἀσθενὲς καὶ κοῦφον: Mulierum genus infirmum & leve.* Quintilianus declamat. 338. *Per se imbecilla res est fœmina:* & facile decipiuntur. Sed ita demum eis subvenitur, si non callide sint versatæ: Nam deceptis, non decipientibus Senatusconsultum opitulatur, *d. §. 3.* Imo decipientes jus coercet, non deceptos: sive, ut ajunt interpretes Hermogenis: *οἱ νόμοι οὐ τοὺς φενακισθέντας, ἀλλὰ τοὺς φενακίσαντας κολάζει.* Intercessio igitur mulieris infirmatur, irrita fit, *l. 7. ff. eodem*, posita exceptione Senatusconsulti: & ut ait *lex 8. hoc tit.* mulier virili obligationi eximitur. In veterem autem debitorem actio directa efficax est, non in mulierem: vel si novata fuerit, quod mulier expromiserit, rescissa intercessione, restituitur utilis actio in veterem debitorem, quæ & restitutoria dicitur & recissoria, *l. 8. & 16. hoc tit.* utilis actio dicitur *l. quamvis 8. §. si convenerit, ff. eodem*, vel nova utilis actio instituitur in eum cui bono fuit mulieris intercessio. Utilis di-

citur, quia directa adversus mulierem competit, *d. §. si cum essem*.

Non consilia] *L. 5. §. Papinianus, ff. de administrat. tut.*

Intercessiones sua sponte] Senatusconsulto mulieribus succurritur, quæ se, suave pro aliis ultro obligant, non si decreto prætoris: Senatusconsultis enim non infirmantur decreta Prætorum.

TIT. XXX. *De non numerata pecunia.*

Vide tit. 22. lib. 3. Inst.

Diximus jus crediti infirmari SC. Vellejano, & SC. Macedoniano: hoc vero fit non ipso jure, sed opposita exceptione SC. hujus, vel alius, quæ si forte omittatur, crediti exactio erit; *l. tamen, ff. ad Maced. l. Pap. ff. de Publ. in rem act. l. 18. ff. de evict.* In hoc titul. proponitur tertium genus exceptionis, qua etiam jus crediti perimitur, id est, si sperans mihi pecuniam mutuam datum iri, chirographo cavero me eam pecuniam accepisse, vel si mox eam, quæ debetur, mihi solutum iri sperans, apocha cavero mihi eam pecuniam solutam fuisse, re vero ipsa pecuniam non accepero falsus animi, chirographum utrumque infirmabo, posita, vel contestata exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ non est perpetua, ut superiores; sed temporaria, nempe biennia lis contra chirographum solutionis. Sic enim apocha appellatur in *l. creditor, ff. de act. emp.* Et producitur exemplum hujus exceptionis etiam ad alia negotia, ut ex eis si agatur, possit opponi exceptio non numeratæ, non solutæ, non debitæ rei pecuniæve.

XXX. Enarratio.

Opposita exceptione] Desiderantibus Senatus opitulatur: id est, in filiosfamilias actio est, sed opposita exceptione SC. Macedon. intercidit, ut dictum est supr. titul. 28. Item in mulierem actio est, quæ posita exceptione SC. Vellejani excluditur. Sed si omittatur exceptio, filiusfamilias debitor, aut mulier intercedens condemnabitur. Mulier tamen adversus actionem judicati utitur exceptione Vellejani, & filiusfamilias exceptione Macedoniani: quod eis favorabiliter præstatur: exceptiones enim peremptoriæ post sententiam opponi non soleot, *l. 8. inf. de except. l. 2. inf. sent. resc. non posse*.

Vel illius] Exceptio intercessionis dicitur in *l. exceptiones 7. ff. de except.*

Si sperans] *θαῤῥήσας τῇ πίστει τοῦ δανειστοῦ*, Fidem creditoris secutus accepisse cavi, qui tamen spem meam delusit, nec postea numeravit, inanis cautio est.

Contestata] Agenti si certum petetur de chirographis opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Sed etsi pecunia quasi credita non petetur, qui cautionem emisit, intra bienn. ex scripto, vel apud judicem, aut episcopum conqueri potest de non numerata pecunia, *l. in contractibus 14. §. pen. hoc tit. l. ult. C. de condict. ex lege*: exceptio vero contestata perpetuatur, *l. si intra 8.* tricenaria est.

Condictio quoque chirographi ultro, id est, etiam non agente creditore, ei qui cavit, competit, *l. si quasi 7. hoc tit.* condictio inquam sine causa, *l. ult. supr. de condict. ex l.* vel indebiti, *l. 3. sup. de cond. ind.* quibus id agitur, ut reddatur chirographum, quod apud te sine causa est, si nihil credideris, vel certe condicitur liberatio, *l. si indebitam 15. inf. de fidejuss.* quæ est incerti Græci ad *d. l. 7.* δύναται καὶ μὴ ἐναχθεὶς κινῆσαι τὸν ἰνδέβιτον κονδικτίκιον καὶ τοῦ δανείου εἰ ἐπὶ τῷ λῦσαι κατ' αὐτοῦ ἐνοχήν. *Tametsi debitor non convenietur, condictione consequitur, ut obligatione liberetur.* Glossa interlinearis ibidem: ἴνκερτον κονδικτίκιον ἔχει: *Condictionem incerti habet.*

Hanc quoque condictionem biennalem esse tradunt è veteribus Placentinus in Summa Castrensis, & Raphael Fulgosius ad *d. l. 7.* ita ut exceptio, & querela non numeratæ pecuniæ, & condictio biennio continuo concludantur. Cujacius contra sensit in recitatione ad hunc titulum. Ego in Cujacio interpretando ab eo discedere non soleo: prior tamen sententia rationem habere videtur: cui enim ultro intra quinquennium tantum licet conqueri de non numerata pecunia, eidem quoque ultra quinquennii metas condictio jure denegabitur. Ipsa condictio querelæ instar est. Sed & quia fidem cautionis non agnoscit, sed idem, qui scripsit, eam convellit, tam dissoluta negligentia in eo ferenda non est, qui tandiu siluit, ac jugi silentio obligationem comprobasse videtur: imo querelæ non numeratæ pecuniæ quinquennium præfinitum displicuit, & intra biennii spatium, quasi invidiæ plenam proponendam sanxit Justinianus.

Cum exceptione autem non numeratæ pecuniæ concurrit exceptio in factum, *l. 9.* & exceptio doli, *l. 3.* ad quam Thalelæus notat satis novum esse, ut quamvis doli exceptio à reo opponatur, probatio tamen actori incumbat: in exceptionibus enim reum partibus actoris fungi, *l. 19. ff. de probation.* recte autem in constitutione addi, doli exceptionem opponi posse, quoniam is, qui aliam quamlibet exceptionem habet, doli quoque exceptionem habet: dolo enim facere eum, qui id, quod quaqua exceptione elidi potest, petit, *l. 2. §. 5. ff. de dol. except.* quod & Accursius adnotavit ad *d. l. 3.*

Hæc igitur in hac exceptione singularia sunt, quod reus non expectata actione queri possit, & quod posita exceptione non numeratæ pecuniæ, in actorem onus probandi transferatur, *l. 3. hoc tit. l. 5. supra de probat.* in qua si distinctionem ante verbum, *numeratam*, seponas, citra aliam mutationem sententia ejus constabit: Basilica: *ὥστε ὁ δανειστὴς ὁ τὰ χρήματα αἰτῶν, ἀποδεικνύτω ὅτι ἐξεθήκεν*, &c. id est: *Ut creditor qui pecuniam petit, probat se numerasse.*

Ut superiores] Exceptio SC. Macedoniani perpetua est, *l. 9. §. pen. ff. de SC. Maced.* & exceptio SC. Vellejani, *l. 3. ff. de except.*

Biennalis] Exceptio non numeratæ pecuniæ biennio extinguitur, *d. l. 14.* Olim quinquennio, *l. un. C. Hermogen. de cau. & non numer. pec.* Contra apocham vero intra dies trigiota exceptio pecuniæ non solutæ proponi debet, *d. l. 14. §. super.* liberationi favetur.

Ad alia negotia] Quidam ex Latinis, ex Græcis autem Theodorus: putabant exceptionem non numeratæ pecuniæ in mutuo tantum locum habere ex *l. 5. hoc tit.* qui notatur à Thalelæo, qui *& in dote, & debiti solutione, & aliis plerisque locum ei esse*, scribit: οὐ μόνον, inquit, ἐπὶ δανείου ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προικὶ καὶ ἐπὶ χρέους καταβολῇ, καὶ ἄλλων πολλῶν δύναται ἀντιτίθεσθαι ἡ παραγραφή. Quod verum est. Theodorum errore liberabimus, si dicemus, hanc exceptionem cœpisse à credita pecunia, & deinde ad alia negotia productam: quæ videtur esse Cujacij sententia. Denique exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet in omnibus contractibus, qui re contrahuntur, exceptis apochis, quibus depositarius profitetur se quid accepisse in causam depositi, *d. l. 14.* Et ita sentiunt Azo in Summa, Joannes Faber & Fulgosius ad *d. l. 14.*

TIT. XXXI. *De compensationibus.*

Vide tit. 2. lib. 16. ff.

Est & quartum genus exceptionis, quo jus crediti perimitur, nempe si pensata pecunia dicatur, *l. in exceptionibus, ff. de prob.* Compensatio enim olim in strictis judiciis non fiebat ipso jure, sed per exceptio-

ptionem doli mali, §. in bonæ fidei, *Inst. de action.* Compensatio est computatio vice mutua debitæ quantitatis, Vel, absumptio aut delibatio ejus quæ petitur: quam tamen placuit, si modo liqueat de debito, fieri ipso jure; & generaliter Justiniano deductionem, reputationem, retentionemque quamlibet tam in actionibus in rem. quam in actionibus in personam, *l. ult. hoc tit.* quam ea in re sola agnosco facere novum jus. (*)

XXXI. Enarratio.

Jus crediti perimitur.] In bonæ fidei judiciis compensatio ipso jure fit, id est, obligatio ipso jure consumitur, *l. 4. & l. 10. ff. eod.* citra exceptionem doli mali, *leg. 24. §. qui servum, ff. de leg. 1. l. 21. ff. sol. matr.* Hoc enim efficit ut minus petatur, & qui totum petit, male petat. In strictis vero judiciis, nec ipso jure fiebat compensatio, nec opposita doli mali exceptione ante constitutionem D. Marci, *§. in bonæ fidei, de action.* Institutione quarta, *l. qui non militabat 78. ff. de hered. instit. l. Nezennius 22. ff. ad leg. Falcid. l. si opera 9. ff. de dol. excepi.*

Pensata pecunia] Id est, compensata, ut in *l. 7. §. 1. & l. 15. ff. eod.* Glossæ Latino Græcæ: *pensat*, *ἀντελλογεῖ*: & pensatio in *l. 18. §. ult. ff. commod.* est *ἀντέλλογος*, compensatio.

Vice mutua] Compensatio inducitur eorum, quæ vice mutua debentur, *l. in rem suam 18. cod. d. l. 78.*

Vice mutua debitæ quant.] Mutuo debitæ quantitatis, *l. 8. hoc tit.*

Absumptio] Si tantumdem debeatur, absumitur quod petitur: si minus, delibatur, *μειοῦται*, *d. §. in bonæ fidei, & §. pen. eod.*

Tandem placuit] Compensationem fieri ipso jure etiam in strictis judiciis placuit prudentibus, *l. posteaquam 21. ff. eod.* & Alexandro Severo, *l. 4. & l. cum alter 11. eod.* & Justiniano, *l. ult. hoc tit.* Ipso quidem jure minuitur actio, sed exceptionem opponi necesse est, ne condemnatio in solidum sequatur, *l. tamen 11. ff. de Senat. Macedon.* quæ fuit sententia Glossæ, Joannis & Doctorum, ut refert Joan. Faber ad *l. si constat 4. hoc tit.*

Ea de re sola] Nec enim Justinianus induxit, ut non fieret compensatio nisi debiti liquidi, confessi, & præsentis: & ut non admitteretur in actione depositi, & commodati, *l. ult. supra commod.* Græci enim quibus accedo, in eam quoque sententiam iverunt, ut commodato compensatio opponi possit: *οὐ μόνον γὰρ ἡ περὶ παραθήκης ἀγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ περὶ τῶν ἐν χρήσει δεδομένων ἀπελλάκνται τοῦ λόγου τῶν ἀντελλόγων. Non modo enim actio depositi, sed & actio commodati compensationem non recipit.* Et alibi: *ἡ περὶ παραθήκης ἀγωγὴ καὶ ἡ περὶ τῶν ἐν χρήσει δεδομένων ἀντελλόγω, οὐχ ὑπόκειται. Actio depositi, & commodati compensationi non subjicitur.* Qua de re primo quidem Cujacius addubitavit, sed tandem in Not. post. *§. in bonæ fidei 29. Inst. de act.* tam in commendato, quam in commodato compensationem non esse admittendam censuit, & à priore sua sententia discessit, quia putabat Tribonianum in mendosos codices incidisse, & *commodati pro commendati*, in *d. l. ult.* irrepsisse. Adde, & actioni, ad exhibendum compensationem non opponi, Græci lib. 60. Basilic. tit. 29. ad *l. 5. C. de crim. expilat. hereditat.* *ἡ ad exhibendum οὐκ ἐπιδέχεται κομπενσατίονα: Actio ad exhibendum compensationem non recipit.* Item non induxit Justinianus, ut non detur compensatio, vel deductio malæ fidei possessori: hæc enim omnia jam antea recepta fuerant, *l. si debeas 22. ff. eod. Paul. 2. recept. Sent. tit. 52. §. ult.* Vide Cujac. Observat. lib. 8. cap. 16. & lib. 15. cap. 12.

Hoc igitur tantum Justinianus constituit, ut Actioni in rem obstet compensatio, sicut actioni in personam, quod olim non obtinebat, *l. Stichum 95. §. si creditor, ff. de solut.* Item ex ejusdem Justiniani constitutione, inter deductionem, & compensationem nihil interest. Compensatio fiebat ipso jure, deductio ope exceptionis Cujac. d. cap. 12.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 4.*

TIT. XXXII. *De usuris.*

Vide tit. 1. lib. 22. D.

Hic liber quartus, qui est de contractibus, & de actionibus in personam, cœpit à contractu mutui, quasi omnium maxime necessario in hac societate civili, prælata religione jurisjurandi, honoris gratia, ex qua sæpe quasi de credita certa pecunia datur actio, si quis delato jurejurando, jurejuraverit se credidisse, & quia actio creditæ pecuniæ commune omnium actionum in personam, quod est condictionis nomen, fecit suum, hic idem librive conditor mutuo, quasi capiti civilium negotiorum adjunxit alia negotia ex quibus æqui datur actio, non alius nominis quam communis, id est, condictio quasi ex mutuo, vel ex promutuo, ut condictio indebiti, condictio ob rem dati, & similes, & propositis generalibus præceptis pertinentib. ad actionem creditæ pecuniæ, & ad exemplum ejus productis ad alias actiones, etiam huic negotio creditæ, sive mutuatitiæ pecuniæ immista actione commodati, & pigneraticia, sicut sub *tit. de reb. cred.* etiam prætor edixerat de commodato & pignore, quod commodato mutuum adeo proximum sit, ut & nomina sæpe permutent, & commodatum dicatur mutuum, retroque mutuum commodatum, & quod pignus accessio sit crediti, aut obligatio in vicem crediti, expositisque actionibus quibus patres, vel domini jure honorario quasi accessiones tenentur ex creditis, vel aliis contractibus filiorum, aut servorum, *l. si servum, §. an filiusfam. ff. de verb. obl.* & causis etiam redditis, quibus jus crediti perimitur, tamen extrema clausula est de usuris, quæ nihil etiam sunt aliud, quam accessiones creditæ pecuniæ: post hac, id est, post hunc tractatum de usuris suo ordine progredientur cæteri contractus omnes, nec ulla jam amplius ordinis interruptio erit, qualis posset videri fuisse superioribus titulis, re quam præmonstravi non animadversa. Usura est reditus pecuniæ creditæ, qui debetur à tempore contractus, vel a tempore moræ in diem, quo ea pecunia solvatur, vel quo is reditus pecuniam æquaverit. Reditus, ut in *l. Titius, ff. de præsc. ver. l. alumnæ, ff. de adim. leg.* Et à tempore contractus, quod fœnus proprie dicitur. Vel à tempore moræ in bonæ fidei judiciis omnibus, & strictis quibusdam, etiamsi revera nihil intersit actoris. Et in diem quo ea pecunia solvatur, ut *l. lecta, ff. de reb. cred.* vel is reditus sortem æquaverit: nam usura ubi æquavit sortem, quod postea usuræ pernumeratur, deducitur de sorte, *l. si non sortem §. 1. ff. de cond. ind.*

XXXII. Enarratio.

Jurejuraverit se credidisse] Tit. Livius: *Prætores ambo in eadem verba jurejuraverunt.*

Commune omnium actionum in personam] *§. appellamus. Instit. de action.* Glossæ grecolat. *παραγγελία, Denunciatio, condictio. Condicere est denuntiare prisce. Nunc vero condictionem omnem in personam actionem dicimus.*

Condictionis nomen fecit suum] *Instit. quib. mod. re cont. oblig. in pr. & §. Item is, de oblig. qu. ex contr.*

Condictio quasi ex mutuo] Vide sup. tit. 1x. ad finem.

Mutuaticiæ pecuniæ] Vetus Onomasticum: *mutuaticius, δανειστικός*: A. Gellius 20. cap. 1. *Maximeque in pecuniæ mutuaticia usu atque commercio.* Sic

edi-

editiones quædam: libri autem manu exarati quinque, *mutuaticiæ*.

Prætor edixerat] *L.* 1. *ff. de reb. cred.*

Commodatum dicatur mutuum] Vide sup. tit. 23.

Accesiones creditæ pecuniæ] Accessionum nomine continentur etiam usuræ, *tit. Digestorum de usur. fr. & cau. & omni access.* Usura igitur est accessio, *l.* 12. nam sic etiam legitur in vet. Menagii, & Brodæi: Nec igitur audiendus Ludovicus Russardus, qui legendum putabat, *auctio*, quod in suis invenisset, *actio*, quæ quidem lectio orta est ex compendio scripturæ, *accio*, temone superposito. Nec erat cur eam lectionem probaret Salmasius de modo usurarum cap. VIII. accessio enim ibi exponitur τόκος, *Usura*, Basilic. lib. 23. tit. 3. c. 58. Harmenop. Epitomar. lib. 3. tit. 7. §. 24. vide Varr. IV. de LL. in fine.

Accessiones] Incrementum sortis, *l.* 24. *ff. depos. l. ult. hoc tit.* incrementum fœnoris. Isidorus Originum V. c. 25. τοῦ δανείου ἐπαύξησιν. pecuniæ augmentum, Julius Firmicus II. Mathes. cap. ult. Homer. Odyss. ζ. χρεῖος μοι ὀφέλλεται. Eustathius: ἔστι δὲ σημαίνει καὶ ἀντὶ τοῦ αὔξεται, ὅπερ ἐστὶ τοῦ τόκου ἀφορμή: πάντως γὰρ τὸ χρέος ὀφελλόμενον ἐγκυμονεῖ ὥσπερ τὸν ἐπίστροφον τόκον.

Usura est reditus] *L. Titius* 24. *ff. de præscript. verb.* Basilica, ἵνα ἐκ τῶν τόκων, &c. *l. alumnæ* 30. *ff. de adim. leg. l. qui quadringenta* 88. *§. ult. ff. ad leg. Falc.* Basilica ibidem: ἐκ τῶν προσόδων, ἤτοι τόκων. *Ex redditibus, sive usuris.* Vetus lapis: *ex reditu ejus summæ*. Poliænus I. in Them. τὴν ἐκ τῶν ἀργυρείων πρόσοδον.

Reditus] Pecunia locari, & collocari dicitur, sive fœnore collocari. Plautus Mostellaria. SC. *scelestiorem. Locare argenti nemini nummum queo.* Horat. Sat. 2. lib. 1.

Omnia conductis coemens obsonia nummis.

Marcianus in *l. Divi* 89. *ad leg. Falcid. Ut idoneis nominibus collocatur pecunia.* Basilica: εὐπόροις ἐπὶ τόκῳ δανείζονται; *Idoneis & locupletibus sub usuris credunt.* Ulpian. in *l.* 33. *de usur. Si bene creditæ sunt p. p.* & in *l. qui mandatum* 43. *Mand.* pecunias in diem collocaret. Basil. ἢ συναλλάξῃ, δανείσαι. At in *l. si Urbana* 55. *ff. de condict. ind.* rectius legitur, *non locatus*, ut in Basil. δῆλον μὴ μισθωθείς, *Servus non locatus*, quam *collocatus*, ut legendum putabat Salmasius de usur. cap. 7. & in Disquisitione de Mutuo. Nec quod in Glossis vet. *colloco* exponitur ἐκμισθῶ, & ἐκδίδωμι ἐπὶ μισθῷ, *conloco*, *loco*, ideo mutanda est sincera lectio in *d. l.* 55. Papinianus enim ibi loquitur de servo cujus operas malæ fidei possessor non locavit, sed servus ipse operas suas locasse dicitur: nec conductor igitur pecuniam faciet accipientis: non enim culpa caret, qui mercedes alii, quam domino solvit. Fœnus, inquam, videtur esse locatio: nummi enim utendi dantur certa mercede: & ideo merces pro usura ponitur. Horat. d. sat. 2.

Quinas hic capiti mercedes exigit.

Et sat. 3.

Mercedem aut nummos unde unde extricat!

Sed & ut prædii reditus proprie dicitur, qui ex locatione: ita reditus pecuniæ, qui ex fœnore, quasi ex locatione redigitur, Cujac. Observ. lib. 9. c. 15. Cornel. Nepos in vita Attici cap. 21. *Omnisque ejus pecuniæ reditus constabat in Epiroticis, & urbanis possessionibus.* Vel, usura est ususfructus nominum, *l.* 3. *ff. de usufr. ear. rer. quæ us. consum.* id est, quasi ususfructus, Cujac. ad *d. l.* 24. sic fructus pro usuris in *d. l.* 88. ut *Fructus fœnoris*. Tertulliano quarto advers. Marcionem.

A tempore contractus] Ex stipulatione maxime in pecunia credita, Græci: τόκοι ἀσυμφώνητοι οὐκ ἀπαιτοῦνται, *Usuræ citra stipulationem non petuntur.* Colloquium Scholasticum. *Si habes, commoda mihi quinque denarios. Etsi non habuissem, undecumque explevissem. Pignus vis? absit. Cave mihi te accepisse: quibus usuris? quibus vis. cavi.* Usuræ namque ex nudo pacto non debentur, *Paul. lib.* 11. *Sent. tit.* 14. *§.* 1. *l.* 1. *hoc tit.* pactum enim in continenti factum in stricti judicii contractibus inest quidem ex parte rei, sed non ex parte actoris, hoc enim tantum receptum est in bonæ fidei contractibus. Cujacius ad *d. l. Titius*: in qua sententia etiam est Stephanus ad *l. rogasti*, *§.* 1. *ff. de reb. cred.* σημείωσαι, ὅτι ἐπὶ τῶν στρίκτων τὰ ex continenti *pacta*, τῷ μὲν ῥεῷ συμβάλλεται: τὸν δὲ ἄκτορα οὐκ ὠφελεῖ, οὐδὲ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ τίκτεται ἀγωγή. *Pacta strictis contractibus adjecta reo quidem prosunt, non etiam actori, neque ex parte actoris actionem pariunt.* Usuræ tamen ex nudo pacto solutæ non repetuntur, *l.* 3. *hoc tit.* propter naturalem æquitatem, qua pacta subnixa sunt: scitum est enim ea, quæ natura debentur ab eo qui solvit, repeti non posse.

Interdum tamen usuræ ex pacto peti possunt, ut puta si adjectum sit ex continenti bonæ fidei contractui, *l. initio* 5. *inf. de pact. int. emptor. & venditor. composit.* Item usuræ specierum, seu fructuum, εἰδῶν ἢ καρπῶν δανειζομένων, Græcis, debentur ex pacto, & quidem graviores propter incertum fructuum eventum, *l. frumenti, & l. oleo, h. t.* διὰ τὸ ἄδηλον τῶν καρπῶν Recte Græci in *d. l.* 23. Additamenta usurarum, προσθήκας τῶν τόκων: interpretantur, πλείονα τόκον, majores usuras, usuras supra legitimum modum, *d. l.* 23. *Harmen. d. l.* 7. *§.* 24.

Specierum seu frugum usuram Laodiceni, & Niceni Patres, ἡμιολίας appellant. Quæ sint autem usuræ hemioliæ non satis constat. Græci canonum interpretes Zonaras, & Balsamo semisses interpretantur.

Matthæus Blastares nondum typis editus: ἡμιόλιαι δέ εἰσιν αἱ ἡμίσειαι τοῦ ὅλου τόκου τῶν ιβ'. νομισμάτων, ἤτοι τὰ ἕξ.

Cujusmodi interpretatio merito displicuit Jacobo Gothofredo ad Cod. Theod. *tit. de usur.* & τόκον ἡμιόλιον, usuram sescuplicem interpretatur. Glossæ Græco-Latinæ, ἡμιόλιον, *sescuplum*, & profert hunc B. Hieronymi locum in cap. 18. Ezechielis: *Solent in agris frumenti, & milii, vini & olei cæterarumque specierum usuræ exigi, sive, ut appellat sermo divinus, abundantiæ. Verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam:* quæ quidem erat usura maxima: sorti enim dimidium ejus accedebat. Eandemque interpretationem adfert Salmasius de Modo usurar. cap. 8. & eundem Hieronymi locum citat. Sed & ἡμιολίας, sesqualteras, vel sesquialteras reddi posse scribunt. Glossæ Lat. Gr. *Sesqualtera*, ἡμιολία. Vetus Onomast. *Sesquialtera*, ἡμιόλιος.

Sed quæri non immerito potest, cur patres Concilii sexti in Trullo, quæ ἡμιολίαι dicuntur in canone Laodiceno, & Nicæno, quibus clericis interdicitur, *Quodlibet superabundantiæ genus*, ut Ezechielis cap. 22. *Usuram & superabundantiam non accipietis.* Tertullianus in lib. 4. advers. Marcion. cap. 17. *Fœnoris redundantiam, quod est usura.* πλεονασμόν, LXX. ibid. vers. 12. & Levit. cap. 25. 37. sive omnis omnino usura, etiam frugum: cur, inquam, patres in Trullo coacti, ἑκατοστὰς dicere maluerint. Et hic viris etiam doctissimis aqua hæret: an quia τόκοι ἡμιόλιοι, *usuræ sescuplices*, quæ olim in frugibus receptæ erant, nova Justiniani constitutione, *l. eos*, *qui versic. in trajectitiis, hoc tit.* in centesimas mutatæ sunt? sic videtur. Prohibebantur usuræ hemioliæ veterum Patrum definitionibus: prohibentur & centesimæ, quæ in earum locum subrogatæ sunt. Vide hac de re Salmasium de modo usurarum d. cap. 8. p. 331. an satis intellixeris canonem Trullanum, tuum esto, lector, judicium.

Porro illud observandum est quod dicitur in *d. l.* 23. additamenta usurarum ejusdem materiæ admitti, puta olei ampliationem, ἢ τὸ ἡμιολογεῖν Nam si oleo, vel quocumque fructu mutuo dato pecuniam reddi convenerit, servabitur legitimus usurarum modus. οὐ δύναμαι τὸ νόμιμον μέτρον ὑπερβαίνειν τῆς ἡμιεκατοστῆς, ajunt Græci: *Non possum legitimum modum usuræ semissis supergredi.*

Deni-

Denique civitatibus usuræ ex solo pacto debentur, *l. etiam* 30. *ff. eod.* τῦτο τὸ πάκτον ἀπὸ νόμου κυρῦται καὶ ψιλὸν ἐστι, ut ajunt Græci interpretes: *Hoc pactum confirmatur à lege, legitimum est, tametsi nudum sit*: & usuræ petuntur condictione ex lege, διὰ τῦ ex lege κονδικτικίο, ut iidem scribunt ad *d. l.* 30. & ad *l.* 5. *de pact.* libro XI. Basil. tit. 1. Debentur & argentariis, *Nov.* 136. *cap.* 4. & 5. & pecuniæ naut. *l.* 5. & 7. *ff. de naut. fœn.*

Fœnus dicitur] Usuræ quæ debentur ex die contractus proprie fœnus vocantur, *l. pecuniæ* 9. §. 1. *ff. eod.* & fœnus accipit pro usura simplici. Fœnus enim interdum accipitur pro pecunia usuraria. Nonius Marcellus: *Mutuum sine usuris, fœnus cum usuris sumitur.* Ex quibus constat, quid inter fœnus, & mutuum intersit: mutuum enim proprie gratuitum est, fœnus autem creditum usurarium, ut in *l.* 5. *inf. de privil. fisc. non fœnus contractum.* Basil. οὔτε γὰρ δάνειον συνήλλαξε: *non enim fœnus contraxit*, id est, sub usuris pecuniam dedit, vel usura simplex. Sic mutua pecunia à fœnore distinguitur in *l. principalibus* 33. *ff. si cert. pet.* ubi tria interdicuntur Præsidibus provinciarum, negotiati, mutuam pecuniam dare, & fœnus exercere. Basilica: πραγματεύεσθαι, δανείζειν, τοκίζειν, reddunt, lib. 23. tit. 1. Cyrillus quidem ita videtur accepisse, ut rectores provinciarum negotiari & fœnus exercere prohibeantur, non etiam mutuam pecuniam gratis dare: ἄρχων μὴ ἐμπορευέσθω, ἢ ἐπὶ τόκοις δανειζέτω, μήτε οἱ περὶ αὐτούς: οἱ δὲ ταξεῶται οὐ κωλύονται τοῦτο ποιεῖν: *Præsidi provinciæ negotiari non liceat, neve fœnus exercere, neque iii, qui circa eos sunt: officiales autem non prohibentur ea facere.* Eique interpretationi favere videtur *l.* 3. *si cert. pet.* ubi fœnus tantum agitare prohibetur, δανείζειν, quod heic est, sub usuris mutuam dare pecuniam, ut *l.* 7. §. *item si*, *ff. de Senat. Macedon.* pro quo Ulpian. dixit, pecuniam agitare in *l.* 4. §. 2. *de fidejuss.* Sed Thalelæi interpretatio ad *d. l.* 3. verior est: scribit enim præsidem prohiberi quoque gratuitam pecuniam dare. Intelligite inquit, *Pecuniam omnem, mutuam, & fœnebrem*, καὶ ἐνταῦθα πᾶν σανδάνειον ἐννόει καὶ ἔντοκον, καὶ ἄτοκον. Eademque Glossæ sententia est ad *d. l.* 3. Præsides autem mutuam pecuniam dare prohibebantur, ne tacitum fœnus magis, quam mutuum contraheretur, neve hoc obtentu à provincialibus tacite quid emungerent, ac extorquerent. Græci ad *l.* quisquis 16. *sup. de reb. cred.* διὰ τοῦτο τὸν ἄρχοντα δανείζειν ἐκώλυσεν, ἵνα μὴ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἄρχει ἐγκῇ τῇ ἀφορμῇ τοῦ δανείσματος: *ideo lex vetat ne præses mutuam pecuniam det, fœnusve exerceat, ne occasione creditæ pecuniæ eos, qui ei subsunt, vexet.* Officiales vero pecuniam sub usuris credere non prohibentur, remissa stricta ratione: quod mutuum omnium maxime necessarium sit in hac societate civili: nam alterius generis obligationes contrahere eis non licet. Quod Græci tradunt his verbis: ἐπὶ τοῦ δανείου ὡς ἀναγκαίου ὄντος παρὰ τὴν ἀκρίβειαν συνεχωρήθησαν παρεχόμενοι τοῖς ταξεώταις δανείζειν: ἐπὶ γὰρ τῶν ἄλλων συναλλαγμάτων οὐδὲ τοῖς ταξεώταις δίδοται ἄδεια. Hoc autem in Præsidibus admissum non est, cum ratio potentatus utrumque mutuum prohibuerit. Hæc aliter interpretatur Salmasius, sed contra mentem Jurisconsultorum, de usur. cap. 5. At quæritur, an præses mutuam pecuniam possit sumere, & posse ait *lex præsidis* 34. §. 1. *ff. de reb. credit.* At ei objicitur *d. lex* 16. Cujacius ad *d. l.* 3. respondet, duos tantum casus proponi in *d. l.* 16. unus est, si pecunia credita præsidi, in provincia versetur is, qui credidit quasi mercator legum & provinciæ, id est, πρόξενος, & quasi à præside quidvis obtineri possit, quem obæratum habet. Si ita versetur in provincia quasi quidvis possit in præsidem, ipse relegatur, non judex, qui pecuniam sumpsit ut suæ inopiæ consuleret. At coercetur etiam judex, si collectarius (qui & nummularius) honorem ambienti pecuniam crediderit, qua honorem emeret: quo casu uterque relegatur, & qui sumsit & qui dedit. Igitur ea *l. quisquis* coercetur emptor honorum & potestatum, & qui pretium honorum mutuum dat. Huc pertinet quod scribit Synesius in epistola 72. in fine, & ep. seq. contra leges mutuas pecunias accipi ad coemendos honores & potestates, ἐπ' ἀρχῇ δανείζεσθαι χρήματα παρὰ τοὺς νόμους.

In bonæ fidei judiciis] Fœnus citra moram, quæ per interpellationem fit, debetur, *l. pecuniæ* 9. §. 1. *ff. eod.* dies enim satis debitorem interpellat, *l. trajectitiæ* 23. *ff. de verb. obl.* In bonæ fidei contractibus usuræ ex mora debentur, *l. mora* 32. §. 2. *eod. l. in bonæ fidei* 13. *hoc tit. l.* 2. *inf. depos.* officio judicis, *l. quæro* 54. *ff. loc.* nec enim sunt in obligatione, *l. qui per collusionem* 49. *ff. de action. emp.* Sed propter moram debitoris non solventis infliguntur, *l. cum quidam* 17. §. *si pupillo*, *ff. de usur.* ne frustratio sit impunita, *l.* 3. §. *ult. eod.*

Mora autem duob. modis fit, ex persona, aut ex re. Ex persona, cum debitor interpellatus opportuno loco non solvit, *d. l. mora*, quæ mora vulgo regularis dicitur. Quæ autem est in re, sive quæ re ipsa fit, irregularis: id est, quando alteruter contractum implevit: puta si venditor emptori rem tradiderit: usuræ enim æquitatis ratione venditori debentur, quia emptor fructus rei venditæ percepit. Item in minorum persona mora ex ipsa fit, *l. curabit* 5. *inf. de action. empt.* & *l.* 3. *sup. in quibus caus. in integr. restit. nec. non est.*

In strictis autem judiciis usuræ debentur post litem contestatam ex æquitate, secundum Sabinianorum sententiam, quæ obtinuit. Cuj. ad *l. quæsitum* 37. *ff. de usufr. tract.* 7. ad Afric. Græci: ὥσπερ ἐπὶ τῶν καλῇ πίστει ἀγωγῶν ὀφφικίῳ τοῦ δικαστοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν στρίκτων μετὰ προκάταρξιν. *Sicut in bonæ fidei judiciis officio Judicis, ita in strictis post litem contestatam usuræ debentur.* In bonæ fidei judiciis laxior est potestas judicis, & tantumdem potest officium judicis, quantum stipulatio, ut notat Thalel. ad *d. l.* 13. & verum est, *l. Lucius* 24. *ff. depos. l.* 7. *ff. de negot. gest.* In strictis judex formula eorum circumscribitur.

Strictis quibusdam] Ut in actione ex testamento, *l.* 3. §. *nonnunquam*, *ff. eod. l. ult.* §. 2. *inf. de jur. dot.* quæ est actio stricti judicii, *l. alias* 6. *ff. de in lit. jur.* quo nomine comparatur actioni bonæ fidei, *l. usuræ* 34. *ff. eod.* Item pollicitatio facta Reipubl. licet stricta sit, recipit usuras ex mora, *l.* 1. *ff. de pollicit.* & actio judicati, ut dicetur tit. 54. lib. 7.

Etiamsi tev. nihil intersit actoris] Vide *inf. de Sentent. quæ pro eo qu. inter. prof.*

In diem] Usuræ enim posteri & sequentis temporis ob sortem sua die non solutam ex conventione peti possunt, *l. lecta* 40. *ff. de reb. credit.* Hujusmodi usura pœna est, *d. l.* 40. ut cum placuit uti nisi stata die usuræ leviores exsolvantur, in majores usuras debitor, qui solutioni moram facit, teneatur, *l. Gajus* 11. & *l. seq. ff. eod.*

Atqui Papin. in *l.* 9. §. 1. *eod.* ait, esse fœnus uberius, non pœnam. Cujac. ait, in *d.* §. 1. pœnam accipiendam esse pro usuris usurarum: conventionem autem illicitam esse, si placuerit, ut usuræ usurarum præstentur: cui similis est conventio apud Theophrastum c. περὶ μικρολογίας: sive de sordida parsimonia. In specie autem *d.* §. debitorem non videri promisisse usuras usurarum, sed sortis duntaxat majorem & legitimam usuram, sub conditione, si leviores usuræ præstituta die non pendantur: & in eam rem Græcos interpretes citat, quorum verba hæc sunt in Basilicis: οὐ γὰρ τόκων τόκους δοκεῖ ἐπερωτᾶσθαι, ἀλλ' ὑπὲρ κεφαλαίου πλείονα καὶ νόμιμον τόκον. *Non enim videtur promisisse usurarum usuras; sed sub condit. sortis majorem & legitimam usuram.*

Quod postea usuræ pernumeratur] *Nam si quid amplius creditori datum fuerit, de capite subtrahitur*, ut loqui-

loquitur vetus interpres Pauli ad *d. tit.* 14. Sic Livii 6. A *De capite deducite, quod usuris pernumeratum est*. De capite, id est, de sorte, *l. un. Cod. Theod. de usur. rei jud.* Glossæ, *sortes*, κεφάλαια δανεισμάτων. Item φάλαιον *sors*, *summa* D. Chrysostomus in Psalm. cxi. τὸ μὲν γὰρ κεφάλαιον, χρήματα: ὁ δὲ τόκος, ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. *Nam caput, pecuniæ: usura vero, Regnum Cælorum.* Horat. sat. 2. lib. 1. *Quinas hic capiti mercedes exsecat.* D. Ambros. in libro de Tobia cap. 4. *Capitis solutione estis contenti*. Sic ex Novella Basilii Imp. qua tolluntur usuræ, si quis vel tantillum ceperit, id ex sorte decedit, seu sorti imputatur: quæ quidem Nov. extat apud Harmenop. lib. 3. tit. 7. §. 28. & Matth. Blastar. apud quem in scripto cod. sic legitur: ἵνα μὴ νόμον φυλάττειν οἰόμενοι, νόμον Θεοῦ παραβαίνομεν. *Ne cum legem servare credimus, legem Dei violemus*. Usuræ igi- B tur supra duplum exigi non possunt, non Romanorum modo, sed Ægyptiorum quoque lege, ut observat Cujac. Observ. 5. 38. ex Diodori Siculi lib. 1. & Sirmondus ad Sidonium 4. epist. 24. quem vide. Usuræ tamen per partes solutæ non coacervantur ac computantur in duplum, & sortem excedere possunt, nisi tempore solutionis usuræ nondum solutæ sortem excedant, *l. usuræ* 10. quæ tamen abrogata est *Nov.* 121. *& Nov.* 138. ex quibus, usuræ etiam per partes solutæ in duplum computantur. Basilicus d. lib. 23. οἱ κατὰ μικρὸν, καὶ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι τῷ διπλῷ συμψηφίζονται: *Usuræ per partes & diversis temporibus solutæ duplo computantur*. Quæ aliis verbis extulit Michael Psellus Synops. LL. versu 1236.

Οἱ κατὰ μέρος τόκοι διδόμενοι τοῦ χρέους C
Καλῶς οὐχ ὑπερβαίνουσι τοῦ διπλοῦ παραιτέρω.

Usuræ sortis per partes solutæ duplum supergredi non possunt. Falluntur qui putant deesse *hoc tit.* duas constitutiones, 29. & 30. ut & observat Cujac. lib. 10. 37. Sed deinde consultius retulerunt ad Justiniani Novellas Notator. lib. 11. Vellem Irnerius jus novum adscripsisset post *d. l.* 10.

Excipiuntur tamen, quæ annui reditus magis, quam usuræ speciem habent, Cujac. ad *d. Nov.* 121.

Illud omittendum non est, novissima constitutione *hac tit.* cautum ut usuræ usurarum non exigantur: usuræ enim in sortem redigebantur novatione facta, & ejus sortis usuras in stipulationem deducebant, & ita usura usuram pariebat. Græci anatocismum vocant, de quo D. Hieronymus in Amos cap. 8. *Qui exspecta-* D *tis Calendas ut negotiemini, & usuras augeatis de usuris*. Hoc est Dositheo in Sententiis Adriani, τὰ αὐτὰ χρήματα πάλιν δανείζειν, *eandem pecuniam rursus fœnerare*. Solebant enim stipulari in Calendas singulas: de quo vide Cujac. ad *l. pen. de reb. cred. lib.* 8. ad Africanum.

TIT. XXXIII. *De nautico fœnore*;

Vide tit. 2. *lib.* 22. *ff.*

NAuticum sive maritimum fœnus separatur à terreno, quia nautico modus finisve præscriptus nullus fuit olim, & hodie gravius est quam terrenum, nempe ad finem centesimæ, quæ in pecunia terrena raro locum E habet: nec tamen, ut opinor, supra finem dupli: nam usuræ, quæ taxationem habent, & duplo finiuntur; quæ non habent, ut olim nauticæ, nec duplo finiuntur: ac præterea in nautico fœnore pactum sine stipulatione sufficit, non in terreno. Ratio autem differentiæ consistit in causa periculi: quod nauticæ pecuniæ creditor suscipit; cum tamen alii generis pecuniæ periculum respiciat debitorem: vel si forte convenerit ut non respiceret creditorem, tum sane idem jus erit maritimi & terreni fœnoris, *l. periculi, ff. eodem*.

XXXIII. Enarratio.

FOenus interdum accipitur pro mutuo gratuito; Deuteron. 15. 6. *Fœnerabis gentibus multis*, id est, mutuum dabis, Plin. 11. 6. *Hic (sol) suum lumen cæteris quoque sideribus fœnerat.* & cap. 9. *Si quidem in toto mutuata ab eo luce fulgere*, &c. fœnus tamen accipi pro pecuniæ reditu sine usura & in libris τῶν ἔξωθεν, & nostris plusquam manifestum est. Plaut. in Mostellaria, Act. 1. sc. 1.

Qui mihi neque fœnus, neque sortem argenti dabunt:

Et Act. 4. sc. 11.

Is tibi & fœnus, & sortem dabit.

L. 4. *ff. de naut. fœn. l. pecuniæ* 9. *§.* 1. *ff. de usur. l.* B *uxori* 24. *ff. de usu & usufr. leg. l. deducta* 58. *§.* 2. *ff. ad SC. Trebell.* & fœnerare est, mutuam pecuniam sub usuris dare in *l. quamvis §.* 1. *ff. de pignerat. act.* Pomponius ait: *Si creditor pluris fundum pigneratum vendiderit, si id fœneret*. Basilica: τοκίσῃ. Interpres: εἴτε τοκίσει τὸ πλεῖστον τοῦ τιμήματος. Unde lectio eorum codicum sequenda videtur, in quibus habetur: *Si id, quod plus est, fœneret.* & in *l. Granius* 71. *§. ultim. ff. de fidejuss.* ut Francisco Hotomanno, & Jacob. Cujac. placebat: quod tamen aliis displicet, censentque *dicti §.* hanc esse sententiam, ut mandati quoque teneatur, qui Titiu mandat, ut ei credat, qui etiam citra mandatum crediturus erat: quod & antea Dion. Gothofredo in mentem venerat in Glossis ad *d. l.* Auctores quoque Basil. in eam sententiam sic Græce vertunt: C εἰ καὶ μέλλοντί μοι δανείζειν ἐντείληταί τις δανεῖσαι ἐνέχεται. *Mandati tenetur, qui mihi alias credituro mandat, ut credat*. Quæ quidem interpretatio mihi satis placet.

Fœnus quoque accipitur pro pecunia fœnebri, ut dictum est *supra tit. prox.* Horat. epod. 11. *Solutus omni fœnore*. Excerpta ex veterib. Glossis: *fœnus*, δάνειον, χρέος: aliæ: *fœnus*, δάνος. Glossæ Græco-Lat. δάνειον ἔντοκον, *fœnus*, vet. Onomastic. *fœnus*, δάνειον.

Quanquam autem exempla non desint huic interpretationi firmandæ, & ita quoque fœnus nauticum accipiendum constet in *l.* 2. *hoc tit.* ut apud Græcos ναυτικὸν δάνειον. Jul. Pollux lib. 8. cap. 12. Non tamen videntur auctores juris eo significatu fœnus nauticum dixisse: & longe probabilius est, fœnus accepisse pro usu- D ra pecuniæ trajectitiæ, quod & Cujacius sequitur, ut sit, περὶ τόκου ναυτικοῦ περὶ τοῦ διαποντίου δανείου Theophrasti charact.

Nauticum igitur fœnus est usura pecuniæ nauticæ, sive trajectitiæ, id est, quæ trans mare vehitur, *l.* 1. *ff. eodem*, διαπόντια χρήματα, vertunt Basilica: transmarinas pecunias.

Sive maritimum] Ut Paulo jurisconsulto, usuræ maritimæ, *l. fœnerator* 6. *eod.* fœnus trajectitium.

Præscriptus nullus fuit olim] *Paul.* 11. *Sent. tit.* 14. trajectitia pecun. infinitas usuras recipere potest. Sic etiam terreno fœnori nullus præscriptus modus lege Solonia, cujus meminit Lysias in Orat. 1. adversus Theomnest. Jure autem Romano terrestris pecuniæ usura centesima, *l.* 2. *C. Theod. de usur. l. si pro mutua* 8. *supra si* E *cert. pet. l. nihil.* 4. *§.* 1. *ff. eodem*. Est autem usura centesima, quam Græci ἑκατοστὴν vocant. D. Chrysost. homilia 62. in novum Testam. Galenus ἑκατοστοὺς τόκους, ut ad Theop. primus observavi, cum centeni nummi duodenos quotannis pariunt. Plin. epist. lib. 10. 62. *Duodenis assibus, quanti à privatis mutuantur.* Matthæus Blastares: ἑκατοστιαῖος δὲ λέγεται τόκος, τὰ διδόμενα δώδεκα νομίσματα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ὑπὲρ ἑκάστου χρόνου: εἰ δὲ παρὰ μὲν νομιζομένη λίτρα κατὰ ἀναλογίαν, νομίσματα ἔχει ὀκτὼ διμοιρίας. *Usura centesima est, cum centum quotannis duodecim reddunt.*

Et hodie gravius est] Pecuniæ maritimæ semper usura gravior, quam terrenæ. Petronius: *Qui pelago credit, magno se fœnore tollit.* Maximus Tyrius dissert. 11.

ὥσπερ

ὥσπερ γὰρ τῶν ἐπὶ χρηματισμῷ παραβαλλομένων ἐν θαλάττῃ, οἱ τόκοι μεγάλοι τῶν δανεισμάτων. Nam ut illis qui lucri causa maris periculo se committunt, magno fœnore se obstringunt : est enim periculi pretium, *l. 5. ff. eod.* Vetus Scholiastes Persii in Satiram quintam : *Cur navigas ? An, ut pecuniam, quæ tibi quincunces verecundæ præstitit cum periculo deunces præstet ?* Nam multi casus opprimunt navigantes, ut ait Hieronymus 13. in Esaiam : καὶ φθάνει τὰς εὐπραγίας τὰ κύματα : *& fluctus prosperitates antevertunt*, ut ait Libanius in declam. 37. Est etiam in mari periculum ab his, qui piraticam exercent : nam plures sere piratarum vi facultatibus exuuntur, quam mare insanum haurit & absumit, & periculum ejusmodi creditorem respicit. Sed & præter incertum maris, *Nam mari fides infamis*, Tertullianus de pallio cap. 2. Nihil tam capax fortuitorum, quam mare : v. Tacit. Annal. 14. lucrum ingens eorum, qui mare trajiciunt, quos ἐμπεράμους, vocat Callimachus hymno in Jovem, id est, ἐμπόρους, *mercatores*, ut ibidem interpretatur Scholiastes : quæstus inquam longe longeque major (Nam ut se maris periculis objiciant ingens pecuniarum cupiditas efficit, sive ut loquitur S. Proclus in oratione sexta, θαλασσίως πόθον τῶν χρημάτων, quam terrestris) suasit ut de gravioribus usuris præstandis convenire liceret. Periculi quidem ratio præcipua est : Tertullian. de patientia cap. 7. *Cum lucri cupiditatibus quæstuosa pericula mercimoniorum in mari exercent.* Sed & quæstus si periculo creditoris pecunia accepta sit, uberiori fœnori causam dedit. Et non injuria igitur trajectitiæ pecuniæ usuræ majores nunc & olim : est enim pecuniæ maritimæ centesima, terrenæ vero leviores, id est, semis, *l. eos, qui 26. vers. in trajectitiis, sup. tit. prox.*

Ad finem] Sic loquitur Papinian. in *d. l. 4. §. 1.* Basil. μέχρι τῆς ἑκατοστῆς, *Usque ad centesimam.* Quæ est usura maxima, *l. qui sine 38. ff. de negot. gest.*

Raro locum habet] Fructuum usura olim quadruplex centesima, *l. 1. Cod. Theod. de usur.* hodie vero centesima est, *d. l. 26.* Fructuum quoque nomine ab agricolis centesima exigi potest. Nov. 38.

Supra finem dupli] In trajectitia pecunia sicut usuræ duplum excedere possunt : ita id quod interest, *l. 2. §. ult. ff. de eo qu. cer. lo.* usuræ modus est duplex centesima & duplum : neuter servatur in trajectitia pecunia, Cujac. ad *l. servus 30. §. si sciens, ff. de action. empt. tract. 8. ad Afric.* Hodie vero usura maritima supra duplum exigi non potest. Cuj. utitur hac ratione : Nam usuræ, quæ taxationem habent, etiam duplo finiuntur : Atqui usura nautica hodie taxationem habet : est enim centesima : & duplo igitur finitur.

Ut olim nauticæ] Usuræ nauticæ taxationem antea non habebant : licebat enim infinitas usuras accipere : & duplum igitur excedere poterant.

Pactum sine stipulatione] *L. 5. §. 1. & l. 7. ff. eod.*

Non in terreno] *L. 1. & 3. sup. de usur. l. 24. ff. de præscript. verb.*

In causa periculi] Pecuniæ nauticæ periculum respicit creditorem. Hoc est ναυτικῶς δανείζειν, sive ἐκπεριττῶς, ἤτοι ἐπικινδύνως. Vide Cujac. ad *l. trajectitiæ, ff. de obligat. tract. 7. ad Afric.* nisi pecunia culpa debitoris perierit, vel quia locum navigii non servavit, vel quia merces illicitas comparavit, easque fiscus occupavit, Paul. *d. tit. 14. l. 1. & pen. hoc tit. l. 4. ff. eod.* Hoc ita si convenerit : alioquin periculum pertinet ad debitorem, *l. ult. vers. fine* : & communes igitur usuras præstat. Nauticæ autem pecuniæ periculum creditor suscipit, vel in omne navigationis tempus, ut in *l. qui Romæ 122. §. Callimachus, ff. de verb. oblig.* *vel incertum portum.* Inde Græcis duo pecuniarum nauticar. genera, ἑτερόπλοια, & ἀμφοτερόπλοια. Cujac. ad *d. §. Callim.* ἑτερόπλοια dicuntur, cum creditor commeatus tantum periculum suscepit : ἀμφοτερόπλοια, cum commeatus, & remeatus. Vide Harpocrat. & Suid. in v. ἀμφοτερόπλουν, Pollux. d. c. 12.

Alii gen.] Varro de re R. 1. cap. 2. *Ad alii Dei aram.* Cic. de N. D. *ut alii generis bestiis vescerentur.* Sic veteres editiones, & ita legi testantur in Palatino cod. quod malo, quam, *alius*, ut reposuerunt in edit. Gruteriana. Sic in *l. 156. ff. de regul. jur. Cum quis in alii locum successerit*, rectius in Pandect. Florent. legitur, quam alius, ut vulgo. Sic etiam loquitur Vitruvius lib. 11. cap. 9. & lib. 8. cap. 3.

Periculum respicit debitorem] *L. incendium 11. sup. si cert. pet. §. 2. Instit. quibus mod. re contr. oblig. Debitorem enim quantitatis, sive generis omne periculum respicit*, sive ut ait Thalelæus ad *d. l. 11.* πᾶσι τοῖς τυχηροῖς τοῖς ἐπὶ τῇ δανεισθείσῃ ποσότητι ὁ δανεισάμενος ὑπόκειται. Quia genus perire non potest. Ideoque in lege Rhodia pecuniæ terrenæ dicuntur ἀκίνδυνα χρήματα. *Extra omnem periculi aleam positæ.*

Vel si forte conv.] Si convenerit ut periculum non pertineret ad creditorem, communes usuræ præstantur.

TIT. XXXIV. *Depositi, vel contra.*

Vide tit. 3. lib. 16. ff.

POstquam egit de contractu creditæ pecuniæ ; & de accessionibus ejus, & de his quæ is contractus cum aliis communia habet, singulis aliis contractibus incipit dare titulum vel tractatum specialem, & deposito in primis. Depositum est conventio, qua id agitur ut rem meam vel alienam custodias, & mihi possideas, non tibi, eandemque mihi quandoque reposcenti restituas. Vel conventio qua res nostri vel alieni juris penitus fidei ejus servanda committitur, qui eam officii causa custodiendam recipit. Dico, officii causa, qui ut mutuum, commodatum, mandatum, precarium, & depositum ex officio & amicitia originem ducit. Hi igitur contractus mercedem non recipiunt, honorem recipiunt & remunerationem : & mutuum quoque modicum fœnus, quod non superet beneficium à creditore profectum, sed exsuperetur, quia beneficio adjuvari nos oportet, non opprimi, *l. in commodato, §. sicut, ff. Comm.* dederim enim & in fœnore libenter de xeniis proverbio locum, ὥστε πάντοτε, ὥστε παρὰ πάντας. Quod autem dixi penitus rem depositam committi fidei depositarii, eo fit ut magis obligetur fides ejus. *Fides habita*, inquit Livius *ipsam magis obligat fidem* : nam & plerunque deposita sunt remotis arbitris, ut non male in definitionibus Plato dixerit, depositum esse, δόμα μετὰ πίστεως, & alii auctores depositum sacrum : quo fit, ut depositum reposcenti non possit obiici compensatio, vel exceptio non numeratæ vel non datæ rei, pecuniæve, si depositi ex scripto agatur, *l. ult. sup. tit. 31. l. pen. sup.* tit. 30. vel denuntiatio ab altero facta depositario, ut *Nov.* 88. Ut depositi condemnatus infamis fiat, ut ex 12. tab. actio depositi sit in duplum, quod didicimus ex reliquiis Sent. Pauli. Hodie jure prætorio est in simplum, & uno tantum casu in duplum. Et ut quod deposui videatur esse domi meæ, non etiam id quod commodavi, *l. pen. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* Et velim etiam excipi à Constitutione CAROLI IX. quæ supra C. lib. contractus qui habentur sine scriptura, consistere non vult, quæ efficit ut hodie nulli contractus nudo consensu perficiantur contra jus gentium ; velim, inquam, saltem excipi sacri, arcanique depositi causam. Duplex autem est actio depositi, una quæ directo competit depositori de deposito recipiendo, & vicissim altera quæ depositario datur de recipiendis impensis.

XXXIV. Enarratio.

Rem meam, vel alienam] Adeo ut etsi fur, vel prædo deposuerit, depositum ei restituendum sit, *l. 1. §. si prædo, ff. eod. l. non ab judice 64. ff. de judic.* Triphoninus tamen in *l. 31. ff. hoc tit.* scribit, in hac quæstione, si rem dominus petet, utique ei restitui debere: si vero non petet, ei qui deposuit. Basilica paucis rem totam ita complectuntur: *εἰ μὲν ἀπαιτεῖ ὁ δεσπότης, αὐτῷ ὀφείλεις ἀποκαταστῆσαι: εἰ δὲ μὴ ἀπαιτεῖ, δεῖ σε τῷ παραθεμένῳ ἀποδοῦναι. Si quidem rem dominus petat, ipsi eam debes restituere: si vero non petat, eam depositori debes restituere.*

Custodias] Aliud est custodire, aliud possidere, *l. 1. §. quæsitum, ff. quod. legator.* depositarius rei depositæ custos est, *l. 1. & l. proprie 6. ff. eod. l. desiderium 7.* B *hoc tit.* & in possessione est, non possidet, sed depositor per depositarium, *§. possidere, Instiut. de interdict. l. lites 17. §. 1. ff. eodem.* Neque mutat *lex communi 7. §. neque, ff. commun. divid.* ubi depositarius naturaliter possidere dicitur: impropria enim, & confusa locutio est, cum sit in possessione naturali potius, quam possideat. Cujac. Observat. lib. 9. 33. Si autem depositarius sibi possidere, neque reddere constituerit, confestim amitto possessionem, *l. si rem 47. ff. de adqu. vel am. poss.*

Eandemque] Depositarius restituit eandem rem, id est, idem corpus, *l. 1. §. is quoque ff. de obligat. §. præterea, Instit. de obligat. quæ re contrab. l. 2. ff. de reb. cred.* nisi nominatim convenerit, ut tantumdem redderetur, *l. Lucius 24. eodem.* Sed hæc res egreditur C notissimos depositi terminos: naturam & modum depositi excedit. Id enim inter depositorem, & depositarium agi solet, ut eadem res quandoque restituatur, non quantitas eadem: esse tamen depositi actionem Papinianus subobscure significat, ut & Cujacio videtur ad *l. 24. ff. de præscr. verb.* quam quidem Auctores Basilicōn percepisse non videntur, qui negant, depositi actionem esse: *εἰ δὲ μὴ τὰ αὐτά, ἀλλὰ τοσαῦτα συνεφώνησα δοῦναι, οὐκ ἐνάγομαι τῇ περὶ παραθήκης ἀγωγῇ. Si convenerit ut non eandem rem, sed tantumdem redderem, depositi actione non teneor.* Idem juris est, si tacite actum sit, ut tantumdam redderetur: puta si pecunia non obsignata deposita sit, *l. 26. §. 1. eod. l. 31. ff. loc.*

Mihi] Nisi dominus rem vindicet; est enim potior D causa domini, quam depositoris, qui rem alienam custodiendam tradidit, vt supra dictum est.

Mihi] Vel heredi meo, *l. 1. §. hæc actio, l. si plures 14. ff. eod. l. ult. §. 1. ff. ut legat. nom. cau. l. pen. C. ad exhib.* nam mihi reddi videtur: D. Augustinus libro III. de libero arbitrio cap. 15. *Quod creditorum justis successoribus redditur, istis utique redditur, quibus isti jure succedunt.*

Mihi] Vel ei, cui ex lege depositionis restitui debet, *l. Publia 26. D. eod. d. l. pen.*

Quandoque] Depositum quandocumque repeti potest, *καὶ ὅταν θέλῃ, λαμβάνει αὐτὸ ἀπ' ἐμοῦ*, quando volet, à me repetet. Macarius hom. 15. etiam ex continenti, *d. §. præterea, & d. §. is quoque d. l. Lucius, l. 1. §. est autem, eod.* Quint. decl. 245. *Deponitur aliquid, quod quandocumque repetitur, reddendum est.* Et sine cunctatione, si E modo depositarius rei restituendæ facultatem habeat, vel conditio depositi extet, *d. §. est autem.*

Reposcenti] Depositor rem depositam reposcere dicitur in *d. §. est autem*, ut commodator commodatum in *l. si quis rem. 20. ff. de adquir. poss.*

Nostri vel alieni juris] Paulus Licinii Rufini tit. 10. *Deponere possumus apud alium, id quod nostri juris est, vel alieni.*

Penitus] Depositum dicitur ex eo, quod ponitur: præpositio enim de auget depositum, sive ut loquitur Aulus Gellius Noct. Attic. 6. 15. *de præpositio ad augendum, & cumulandum valet*, ut ostendat totum ejus

A fideicommissum, quod ad custodiam rei pertinet, *d. l. 1.* Donatus Adelp. act. 6. sc. 6. *de valde significat.* Idem in Hecyram. act. v. sc. 11. *Dejerat, si productie, valde curat.* Vide Festum in decultarunt, dedita, defrui, deperire, & despretus. Glossæ Latin. Græc. *de magir, σφοδρῶς.* Hincmarus Remensis apud Flodoar. histor. Rem. lib. 3. c. 21. *Detractem, quod valde tractem non abs re accipi potest*: sic apud Guntherum *dequesti crudelia facta tyranni*: alias τὸ de minuendi vim habet, ut in depretiare, & delibare.

Penitus fidei] Pleraque hominum negotia fide constant, sive ut ait Cyrillus Hierosolymitanus catech. v. *καὶ πίστει συνέστηκε τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρώπων πράγματα.* Sed in primis depositum, quod penitus fidei depositarii committitur. Itaque depositor fidem eligere dicitur, *l. 1. §. 4. ff. eodem.* Auctor problematum, quæ B vulgo Aristoteli tribuuntur, sect. 20. *οὐδεὶς παρακατατίθεται μὴ πιστεύων. Nemo apud alium deponit, nisi qui fidem ejus sequitur.* Depositarius autem fidem suscipere dicitur, *l. si is 18. hoc tit.* & nisi depositum reposcenti continuo reddat: fidem frangere, *d. §. 4.* Vetus Scholiastes ad illud Juvenalis sat. 13.

Depositum retinere
Non reddere, inquit, *fideicommissum*.

Recipit] Dominus, vel possessor rem custodiendam tradit, depositarius recipit, *d. l. 1. §. si te rogavero, & seq.*

Mutuum] Mutui enim usuræ non debentur, *l. Titius 24. ff. de præscript. verb.*

Commodatum] Commodatum gratuitum est, *§.* C *item is, de obligat. quæ re contr.* ideoque in commodato solius accipientis commodum versari dicitur, *l. si servus 61. §. circa, ff. de furt.* & commodator beneficium tribuere dicitur, *l. in commodato 17. §. 3. ff. commod.*

Mandatum] *L. 1. §. ult. l. ita ut 36. §. 1. ff. mand. & §. ult. Inst. eod.*

Precarium] Precarium est genus liberalitatis, *l. 1. ff. de prec. & simile donato, l. eum qui emit 14. §. is, qui precario, ff. de furt.*

Depositum] Depositarius beneficium dare dicitur, *d. l. Lucius.* D. Chrysostomus homil. 11. ad Populum Antiochenum: *ἐπεὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οἱ δεξάμενοι τὰς παρακαταθήκας χάριν ὑμῖν δεδωκέναι νομίζουσι φυλάττοντες ἅπερ ἔλαβον.*

D Honorem recipiunt] Commodatum mercenarium non est, sed gratuitum. Honorem tamen, & salarium recipere potest, *l. 6. 7. & 10. §. idem Labeo, ff. mand.* honor dicitur, ut Græcis *τιμή*. Glossæ Græco-Lat. *τιμή, τὸ ἐπὶ συνηγορίᾳ διδόμενον, Honorarium.* B. Hieronymus ad Geront. *Honor vel pro eleemosyna, vel pro munere accipitur*: v. Comment. nostrum in *Instit. §. ult. cap. de mand.*

Depositum quoque pretium, depositionis recipere potest, *l. 2. §. generaliter, ff. vi bonor. raptor.* quod salarium per abusionem merces dicitur in *l. si ut certo 5. §. 2. ff. commod.*

De xeniis] Quod extat in *l. solent 6. ff. de offic. procur.*

Livius] Lib. 22. Plutarchus in conjug. præcept. *ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιστεύειν δοκεῖν, πιστεύεσθαι, καὶ τὸ φιλεῖν, φιλεῖσθαι*: E *Fidem enim nobis paramus apud eos, quibus nos confidere ostendimus, & amorem apud eos, quos diligere credimur.* Seneca in epist. 3. *Fidelem si putaveris, facies.*

Remotis arbitris] Quintilian. in d. declam. 245. *Depositum hoc eo magis vindicandum, quod fere secreta sunt citra probationem*, & decl. 312. *Deposui apud te, scis ipse: quid aliud videtur advocare, quam Deos testes?* Dio Chrysostomus Orat. 73. *οἱ δὲ παρακαταθήκας διδόασιν ἄνευ μαρτύρων, οὐ δεδιότες μὴ ἀποστερηθῶσιν: Quidam vero nullis testibus accitis res suas custodiendas tradunt non veriti, ne depositum abnegent ii, quorum fidei commiserunt.* Vide Isocratem contra Euthinum.

Deni-

A
Denique fides syngraphum non requirit. Utamur verbis Ambrosii etiam in hac re, *Major*, inquit, *est contractus fidei, quam pecuniæ*, in Lucam cap. 20. ad fin. Itaque depositum συνάλλαγμα dicitur: depositor enim ἔλαβε τρόπον τινὰ ἀντὶ τῆς παρακαταθήκης τὴν τοῦ ἀνδρὸς χρηστότητα, ut ait Michael Ephesius ad quintum Ethicor. Nicomach. cap. 2. *Qui deposuit, vice rei, quam custodiendam dedit, viri probitatem recepit.*

Depositum sacrum] Juvenal. sat. 13.
------ *sacrum tibi quod non reddat amicus.*

Depositum, Philo, Quis rer. divin. heres sit: πολλοὶ γὰρ ἐκ παρακαταθηκῶν ἱερῶν πονηροὶ γέγονοτε, τοῖς ἀλλοτρίοις ὡς ἰδίοις ὑπ' ἀμέτρου τῆς πλεονεξίας καταχρησάμενοι. *Multi enim in sacris depositis improbe versati sunt, reb. alienis tanquam suis per summam avaritiam male usi.*

B
Huc pertinet Platonis illud xi. de Legib. pupillum tutorum fidei permitti quasi depositum sacrum, παρακαταθήκην μεγίστην καὶ ἱερωτάτην.

Declam.] d. declam. 245.

De Beneficiis] Cap. 10.

Compensatio] Res deposita illico, quam celerrime quam ocyssime restituenda est, nec ei compensatio opponitur, *Paul. Sent. lib.* 11. *tit.* 13. *§. in bonæ fidei. Inst. de action. l. ult. sup. de compensat. l. pen. hoc tit.*

Exceptio non numeratæ] Non potest objici exceptio non accepti depositi adversus scriptam confessionem depositarii, *l. in contractibus* 14. *§.* 1. *sup. de non numer. pec.*

Vel denunciatio] Testatione, denunciatione alterius restitutioni depositi mora adferri non potest: ut

C
si creditor meus nunciet depositario, ne rem quam apud eum deposui, mihi restituat, antequam sibi satisfactum sit, quæ denuntiatio efficax est, *l. ult. ff. de leg. commissor.* & sane si ita denunciatum sit depositario, rem quidem nihilominus statim reposcenti depositori restituere cogitur: sed non sine cautione: cavere enim dominus satisdatio debebit depositarium defensum iri adversus denuntiationem creditoris: ex Cujac. ad Novel. 88.

Denuntiatio] *l. pen. §.* 1 *hoc tit.*

Infamis fiat] Qui abjurat depositum, ceu loquitur Ambrosius in de obitu frat. sui Sat. qui abnegat depositum, ut Seneca in libro 4. de Benef. c. 26. infamis efficitur. D. Ambrosius in lib. de Tobia, cap. 20. *Detrimento honestatis afficitur, qui depositum violarit alie-*

D
num. Si commendatum hominis nulla debemus fraude violare, quanto magis divinum & spiritale depositum bona fide servare nos congruit, ne existimationis gravia damna subeamus? L. 1. *& l.* 6. *§.* 6. *ff. de his qui not. infam. l.* 10. *hoc tit. Modestin. Licin. dicto titulo* 10. quia non damnatur nisi ex doli causa: & perinde est, ac si damnaretur actione de dolo, quæ famosa est, *l.* 1. *ff. de his qui not. infam.* actio enim de dolo inest bonæ fidei judiciis. Cujac. ad tit. de dolo, in princ.

Ut ex 12. tabulis] *Paulus apud Licinium dicto tit.* 10. Ex causa depositi lege 12. tabularum in duplum actio datur, edicto Prætoris in simplum. Inter singularia recepta numeratur, quod actio daretur in duplum, tametsi non inficiaretur depositum, ut Cujacius sentire videtur: nisi forte quod hic deest, supplendum

E
sit ex nota posteriore ad *§. sed furti, quidem, Inst. de action.* Sicut, inquit, nec ex *l.* 12. in duplum depositi agebatur, quacunque ex causa depositum esset, nisi in inficiatorem.

Uno tantum casu] Si depositi agatur, eo nomine quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit, in illa trepidatione, ut est in *l.* 4. *ff. de incend. rui. naufr.* Quintilianus declamat. 259. *In illa omnium trepidatione, in qua pro sua quisque salute sollicitus, nihil de proximo cogitabat. Modestin. Licinii Rufini dicto tit.* 10. crescit enim perfidiæ crimen: & publica utilitas coercenda est vindicandæ Reipubl. causa: est enim inutile in causis ejusmodi fidem frangere, ut ait Ulp. in *l.* 1. *§.* 3. *ff. eod.* quem plures emendare conati sunt.

A
Cujac. ad *l.* 2 *inf. de fide & ju. hastæ fisc.* & Notatorum libro 11. cap. 26. & alii.

Proponam Græcorum notam ex qua de auctoris sententia constare videtur: καὶ διὰ τὸ δημόσιον χρήσιμον χρὴ τιμωρεῖσθαι τὸν ἄπιστον, καὶ ἐπὶ συμφέροντι τῆς πολιτείας ἐκδικεῖσθαι ταῦτα: ἔστι γὰρ ἄτοπον ἐν ταῖς τοιαύταις αἰτίαις τὴν πίστιν παραβαίνεσθαι: *& propter publicam utilitatem coercendus est perfidus, & quia Reip. interest, hæc vindicanda sunt.* Inutile apud Ulpianum videtur accipiendum pro damnoso, ut in *l. cum plures* 12. *§.* 1. *ff. de admin. tut.* Cornelius Celsus libro 1. cap. 11. *Nunquam utilis est nimia satietas: sæpe quoque inutilis nimia abstinentia.* Ampelius in libro Memor. *Regulus qui tormenta Carthaginensium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret.* Vel pro iniquo, ut

B
Proverbiorum 22. 8. ὁ σπείρων φαῦλα: pro quo Theodotio, ὁ σπείρων ἀδικίαν, Symmachus, ἀνομίαν, Aquila, ἀνωφελές. *Qui seminat injustitiam, iniquitatem, inutilitatem:* & Oseæ 4. 15. Symmachus: οἶκον ἀδικίας, Aquila & Theodotio, οἶκον ἀνωφελῆ: domum iniquitatis, domum inutilem, referente Theodoreto & Hieronymo ad d. versic. 15.

Nulli contractus] Si excedant centum libras.

Nudo consensu] In contractibus enim scriptura non desideratur, nisi aliter convenerit, *l. contractus* 17. *sup. de fi. instrument.*

Excipi sacri] Ergo secundum Cujacii sententiam depositum scripturam non desiderat, tametsi libras centum exsuperet.

Quæ directo competit.] Actio directa competit de-

C
positori, quia depositarius de ea re quam recepit, restituenda tenetur: & dolum, & latam tantum culpam præstat, *l.* 1. *§. si vestimenta, ff. eod.* Nam quia nulla utilitas depositarii versatur, imo quia non sine onere res custodienda suscipitur: Κερδαίνει γὰρ οὐδὲν ὠφελεῖται, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον βαρύνεται φροντίδος ἀναδεξάμενος βάρος, τὴν φυλακὴν δηλαδὴ τοῦ ἀλλοτρίου πράγματος, ut ait Theodorus Hermopolites ad *l.* 23. *ff. de reg. jur. Nulla enim utilitas ejus vertitur, quin imo rei alienæ custodia, quam recipit, ei oneri est.* Quoniam, inquit, depositarii nulla utilitas est, merito dolus solus præstatur, *l. si ut certo* 5. *§. nunc videndum, ff. commod.* & lata culpa, quæ dolo comparatur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. si mens. fals. mod. dix.* dolo proxima est, *l. ubi* 8. *ff. de eden.* Sic loquitur Arnobius lib. 7. advers. G. *Atqui ego contumeliæ*

D
proximum, quin imo esse plenam contumeliam judico. Imo dolus est, *l. magna* 226. *ff. verb. sign.* puta si minorem diligentiam rebus alienis custodiendis, quam suis adhibuerit: ille dolo facit, δόλον ποιεῖ, Basilica ad *l. quod Nerva* 32. *ff. eod.* si non aliud nominatim convenerit, *l.* 1. *hoc tit. Pactum enim ejusmodi auget naturam contractus* αὔξει τὴν φύσιν τοῦ συναλλάγματος, ut ait Hermopolites ad d. *l.* 23.

Et vicissim.] Actio directa dicitur, quia directe & principaliter competit, *l. ult. ff. de l.* 3. Contraria vero dicitur, quia ex diverso, & ex contrario datur, *l. ult. ff. de negot. gest.* ἐκ τοῦ ἐναντίου, ut ajunt Græci. Puta si quid impenderit in re custodienda, *l. actione* 23. *ff. eod.* & famosa non est, sicut directa: in contrariis enim non de perfidia agitur, sed de calculo, *d.*

E
l. furti, §. ult. id est, ut depositarius indemnis præstetur.

TIT. XXXV. *Mandati, vel contra.*

Vide tit. 1. *lib.* 17. *ff.*

DEpositum re contrahitur, sicut mutuum, commodatum, pignus. Mandatum autem contrahitur nudo consensu, uno rogante & altero recipiente, se id, quod rogatur daturum facturumve. Mandatum igitur, est conventio, qua is, qui quid rogatur procuratoris animo, id se recipit, gratuito daturum facturumve. Hæc duo verba Rogo & Recipio, citra stipulationem perficiunt mandatum, *l.* 1. *ff. eod. l.*

quidam, *ff. de her. inst. l. 1. §. except. ff. quar. rer. act. non det. l. si negotium, l. si servi mei, ff. de neg. gest.* & recte Virgilius: A

Idem orans mandata dabat.

nam & mando verbum est precarium. Mandamus libero homini, Imperamus villico, aut servo. Cicer. 1. de Orat. *Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, vel imperandum villico sit.* Addidi, procuratoris animo propter *l. idemque, §. si quis, ff. eodem, l. 2. ff. de proxen.* Titulus autem satis indicat, & ex hoc negotio esse actionem ultro citroque: quam invenio duobus casibus etiam finito mandato morte, vel capitis minutione mandatoris re nondum secuta competere, si procurator ignorans mortem domini mandatum expleverit, *l. inter, §. 1. ff. eodem,* si heredi ex parte mandaverim, ut fundum hereditarium emeret, & emerit sciens post mortem meam, *l. qui negotia, §. cum heres, ff. eodem,* ut non abs re dubitaretur olim an actio mandati daretur in heredem, quæ non cœpisset in defunctum: legimus enim Ciceronis 11. ad Herennium, M. Drusum prætorem reddidisse judicium, Quod cum herede mandati ageretur, Sex. Julium non reddidisse. B

XXXV. Enarratio.

QUadriga obligationum, quæ re contrahuntur, depositum, mutuum, commodatum, pignus.

Obligatio autem re contrahi dicitur, cum res ipsa intercedit, *l. obligamur 52. ff. de obligat. & act.* sive rei traditio, Theoph. ad *tit. quibus mod. re contrahi. obligat.* C

Depositum re contrahitur] *L. 1. §. is quoque, eod.*

Sicut mutuum] Mutuum nuda pactione non contrahitur, *l. qui negotia 34. ff. hoc tit.* sed re, *l. 3. infr. de contrah. & committ. stipulat.* id est, ex numeratione, *l. 9. §. 3. ff. de reb. credit. l. 7. ff. de novat. l. 6. ff. de SC. Maced.* & ideo mutuum esse non creditur nisi proficiscatur pecunia, *l. 2. §. 3. ff. de reb. cred.* sive ut loquuntur auctores Basic. τὸ δάνειον ἔχει δόσιν. *Mutuum dationem continet.*

Nudo consensu] Unde inter absentes quoque hoc negotium contrahitur, veluti per epistolam, vel per nuntium, *l. 1. in princ. & §. 1. ff. eod. l. 7. hoc tit.*

Uno rogante] Mandatore rogante, & mandatario suscipiente, *l. rogatus 33. eod. d. l. 1. §. 1.* D

Gratuito] Mandatum gratuitum est: vide supr. ad tit. prox.

Rogo] Qui mandat, utitur his verbis, rogo. Græci ad *l. 16. C. de negot. gest. Nota ex his verbis: rogo te ut id facias, nasci mandati actionem adversus eum qui rogavit: nam libro 7. tit. 4. Dig. 1. pro mando tibi, posuit,* rogo te: vel volo, mando, vel alio quocumque: οὐ χρήζει ἢ κυριωτέρων γραμμάτων, ἢ ῥημάτων, ut ajunt Græci. *Mandatum non desiderat scripturæ, aut verborum proprietatem.* Si modo verbum precarium sit, *d. l. 1. §. 2.* quale est, peto, *l. pen. ff. de fidejuss. tut.*

Virgil.] Æneid. 6.

Mando] Et ideo eo utimur in substitutione precaria, seu fideicommisso, *§. ult. Instit. de sing. reb. per fideicomm. rel.* E

Ultro citroque] ἑκατέρωθεν, ex utroque latere, id est, directa & contraria: illa mandatori competit, hæc mandatario: de directa præter alias est *lex 13. hoc tit.* in qua dicitur, à procuratore dolum, & omnem culpam præstari. Basilica videntur innuere, actionem hanc culpam levissimam non vindicare: ὁ πρὸ τοῦ δεσπότου δόλον καὶ ῥᾳθυμίαν ἀπαιτεῖται: *Procurator dolum, & negligentiam præstat.* Sed & glossatores antiqui Joannes, Bulgarus, & Azo, mandatarium levissimam quoque culpam præstare tradunt: è Græcis Theodorus Hermopolites ad *l. 23. ff. de reg. jur.* & illa dictæ leg. *in his quidam:* ποῖα δὲ εἰσὶ συναλλάγματα ἐφ' οἷς ὁ συναλλάξας ἀπαιτεῖται, μήτε δόλον ποιῆσαι μήτε ῥᾳθυμῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπιμέλειαν ἐνδείξασθαι οἵαν ὁ ἐπιμελέστατος ἀνήρ. *Quinam vero hi contractus sunt in quibus præstatur dolus, & culpa, quæ ad exactissimam diligentiam dirigenda est?* Et subjicit, à mandatario, commodatario, & tutore diligentiam præstari, id est, omnem culpam. Et hoc verius est: nam suam quidem prout quisque vult, rem tractat. Andocides in orat. 2. τὰ γὰρ ὑμέτερα αὐτῶν ἐφ' ὑμῖν δίκαιόν ἐστι καὶ εὖ καὶ κακῶς, ἐὰν βούλησθε, διαθέσθαι; *Æquum est enim, ut vos, quæ vestra sunt, si volueritis, & bene, & male administretis:* aliena autem negotia exacto officio geruntur, *l. 21. hoc tit.* ad quam recte Thalelæus notat, in actionem mandati venire dolum, culpam, & diligentiam generalis procuratoris: δόλον, κούλπαν, καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ γενικοῦ προκουράτορος. Raphael Fulgosius contra putat ad *d. l. 13.* cum tamen, inquit, communis sententia est, ut procurator etiam de levissima teneatur in judiciis sequenda est.

De contraria est *l. 1. & 2.* in qua auctoribus Græcis legendum est: in eam obligationem deducta: ἀλλὰ καὶ ἐνέχυρα εἰς ταύτην τὴν ἐνοχὴν κατενεχθέντα. Et ponendum est, fidejussorem à reo principali pignora accepisse, quod & Basilica fingunt: ἐγγυησάμενός τις τινα ἔλαβεν ἐνέχυρα παρ' αὐτοῦ. Fidejussor igitur, qui pro alio solvit, duplicem habet actionem, contrariam mandati, vel hypothecariam, & hæc quoque est quarta Accursii interpretatio, quam Fulgosius sequitur.

Morte.] Mandatum solvitur morte mandatoris, *l. mandatum 15. h. t. l. inter causas 26. ff. eod.* vel mandatarii: & ob id heres ejus licet expleverit mandatum, mandati actionem non habet, *l. si quis alicui 27. §. 3. eod.* sed negotiorum gestorum, Glossa ibidem, & Glossa interlinearis Græcorum, ibid. Hoc in mandato venditarum, aut in solutum datarum actionum non obtinet: nisi si dominus sine herede decesserit. V. sup. ad tit. ut act. ab hered.

Vel capitis minutione.] Mandatum resolvitur morte naturali, vel civili, *l. cum quis 18. ff. de solut. l. post litem 17. ff. de procurat.* maxima enim, & media capitis deminutio morti comparantur, *l. verum 63. §. ult. ff. pro soc.*

Re nondum secuta] Regulariter mandatum finitur morte dum res integra est, integro adhuc mandato, *§. recte, & §. seq. Institut. eodem,* integra adhuc causa, Paul. *Sent. 11. tit. 15.* πράγματος ἔτι μενόντων, ut est in Glossis Nomicis, & in Scholiis ad Theophil. id est, antequam mandatarius cœpisset mandatum exequi, *l. & quia 6. ff. de jurisdict.* verbi caussa, si mandavero pecuniam exigendam, & nondum exacta voluntatem mutavero: vel si mandavero, ut quis fundum emeret, & postea scripserim ne emat, *l. si vero 12. §. si mandavero, & l. si mandatum 15. eod.* vel si nondum lis contestata sit, ut in specie leg. 3. *h. t.* sic enim ibi Gr. interpretantur.

Ignorans mortem] Idque utilitatis causa receptum est, *d. l. 26.* id est, benigne, διὰ τὸ φιλάγαθον, ut ait Theoph. ad *§. item si, Inst. eod.* nam jure subtili heres, qui mandatum explevit, non habet mandati actionem, *d. §. morte.*

Et emerit sciens] Licet enim mandatarius post mortem mandatoris sciens mandatum expleverit, tamen durat actio mandati, qui habetur pro actione empti, id est, hæc actio mandati induit naturam actionis ex empto, ut tractat Cuj. ad *d. §. cum heres* 8. ad Afric. *Vide leg. nullo sup. de procurat.* observat. lib. 2. cap. 31. ubi locus Symmachi est ex libro x. 32. non ex libro 1.

Quæ non cœpiss. in def.] Quia mandatum morte alterutrius resolvitur.

TIT. XXXVI. *Si servus extero se emi mandaverit:*

IN titul. superiore mandati genus exponitur, quo malo more, ut ait *l. 1. §. si emi cautum, ff. de extraord. cog.* actionem, qui suscipit alienam sub lege partici-

pandi

pandi emolumenti quodcunque eventus litis attulerit. In hoc tit. additur aliud, quo etiam malo more malaque ratione, ut ait *l. cum servus*, *ff. Mand.* servi se dominis suis ignorantibus auferunt, dum extraneo se emi mandant & manumitti: & sane si nondum extraneus eum servum emerit, ut faciat quod recepit, neque ex persona servi, neque ex persona domini ulla actio est. Si eum emerit, erit ei in dominum empti actio ut servum tradat quem vendidit, & domino in emptorem venditi empti, ut pretium numeret de suis nummis, non de peculiaribus nummis servi qui venditoris sunt, non emptoris: erit etiam eidem domino actio mandati, quæ non fuit ante redemptionem servi, quasi quæsita sibi per servum, ut manumittatur ab emptore si ejus intersit servum manumitti, vel ratione affectus cognationisque naturalis, aut ut eum servum sibi reddat emptor: & erit utraque actio pretii ex vendito, & mandati de servo manumittendo; sed non erit etiam ex vendito si mandati malit agere de servo restituendo, quia contrariæ actiones sunt, servum inemptum fieri, & servi pretium solvi: & hoc casu eveniet ut claudeat actio mandati: nec enim contraria dabitur emptori de peculio ex eo contractu quo servus se malo more domino subduxit; nec de pretio recipiendo, quod forte prænumeraverit, *ut l. eo tempore*, *§. ultimo*, *ff. de pecul.* Et est Constitutio hujus tituli veluti interpretatio *d. l. cum servus*.

XXXVI. Enarratio.

IN tit. sup.] *L. si contra 20.*

Malo more.] Contra bonos mores lis redimitur, *l. salarium 7. ff. Mand. l. litem 15. sup. de procurat.*

Sub lege participandi.] Id est, ut si vicerit, certam partem emolumenti ferat, *l. 5. sup. de postul.* est interdicta conventio, *d. l. 20.* conscelerata depectio, *l. 5. C. Theod. de postul.* deprædatio, *d. l. 5.* egreditur enim salarii, aut honorarii terminos.

Quodcumque eventus] Qui alienam actionem ea lege suscipit, eventum litis redimere dicitur, *d. l. 7.* litis incertum, *d. l. 20.* ἐργολαβεῖν τὰς ἀλλοτρίας δίκας, Basilica. De redemptorib. lit. vide Cujac. Observ. lib. 8. cap. 31.

Ulla actio est] Ex persona servi actio non est: nam nec liber homo hoc mandare potest: liber homo non potest se vendere, sed pati potest se venire ad precium partiendum, ἐπὶ τῷ μερίσασθαι τὸ τίμημα. Sed neque ex persona domini actio est, quia qui mandat, ut à se res comparetur, frustra mandat, *l. un. hoc tit.*

Venditi empti] Quæ κατ' ἐξοχὴν dicitur actio empti, in *d. l. un.* id est, venditi empti, Cujac. inf. de action. empt.

Vel ratione affectus] *L. cum servus 54. ff. mand.*

Claudeat] Symmach. ep. 27. lib. 5. *Ne forte in nos parentis claudeat affectio.* Sic v. c. videtur legendum, *claudeat*, pro claudicet ut vulgo legitur. Glossæ. Gr. Lat. χωλεύω, *claudico, claudio*: [*l* *claudeo*]: vet. Onomastic. *claudeo*, χωλεύω, utitur eodem verbo Cujac. ad tit. *de fiduc. tut. in Not. poster. num.* 2. Claudicat autem, quia contraria mandati de peculio non datur emptori ex eo contractu, quo servus se mala ratione domino abstulit, *d. l. cum servus.*

TIT. XXXVII. *Pro socio.*

Vide tit. 7. lib. 2. ff.

POst contractum mandati datur societatis, qui & solo consensu perficitur, & quæ eo competit actio pro socio, quæ ex utraque parte directa est, non ex una directa, ex altera contraria, ut commodati, pigneraticia, depositi, mandati, tutelæ, negotiorum gestorum, quia sociorum omnium par condicio est, nec alius alii antistat. In illis autem judiciis pensior est condicio domini. Societas est conventio, qua inter duos pluresve, re aut verbis aut nudo consensu constituitur legitima communio omnium rerum, vel unius rei ad tempus, quoad vixerint contrahentes aut voluerint in ea communione permanere. Societatem non dico esse communionem, sed per societatem induci communicationem justam lucri & damni, *l. 1. §. plane, ff. de tut. & rat. dist.* & jus quoddam fraternitatis, *l. verum, ff. pro soc.* quo nomine etiam communitas significatur, ut in Panegyrico Flaviensium: *Fratrum nomine & communitas apparet, & æqualitas dignitatis.* Quintil. decl. 330. *Sacra res est unitas & quædam fraternitas animorum.* Etiam dixi societatem contrahi nudo consensu, nec enim res necessaria est, neque traditio, nec mancipatio; sed quasi ea intervenerit, dominia rerum statim communicantur nudo consensu, *l. 2. ff. eod.* & longe alia ratio est mancipationis expressæ, quæ non fit sub condicione. Societas fit sub condicione, *l. pen. hoc tit.* qua de re tamen dubitabatur, propterea quod societati mancipatio inest, & in emptione similiter: quia emptio imaginaria, id est, mancipatio, non recipit condicionem; sed etiam in emptione hodie imaginaria venditio sublata est, *l. contractus, ff. de obl. & act.* & consequenter placet etiam sub condicione contrahi venditionem posse, *l. sicut, ff. loc. §. emptio, Inst. de emp. & vend.* Non desiderat etiam societas scripturæ aut verborum proprietatem, id est, propriam solemnemque formulam, *l. 2. ff. de oblig. & act.* quanquam & rem verbaque intervenire nihil vetat, *l. 4. ff. eod. tit.*

XXXVII. Enarratio.

SOlo consensu] Societas consensu contrahitur, nuda consentientium voluntate, *l. 2. ff. de oblig. & act. l. qui admittitur 19. ff. eod.*

Actio pro socio] Hæc actio dicitur pro socio, quia est de eo, quod pro socio, communiterve gestum est, *l. actione 65. §. si post, ff. eod. directa, §. 2. Inst. de pœn. tem. lit.*

Omnium par conditio est] Ipsum societatis nomen æqualitatem præ se fert.

Alii antistat.] A. Gellius 7. 1. *Virtute cæteris antistabat.* Sic legitur in scriptis codicibus.

Pensior est conditio] Plaut. Stich. act. 5. sc. 2. *Utra sit conditio pensior, virginemne, an viduam habere.*

Aut verbis] Verbis; id est, verbis expresso consensu sine stipulatione, & verbis nudis, & quibuscunque, οἱοισδήποτε ῥήμασι, non propriis, & solemnibus, ut in concipienda stipulatione verbis certis utimur.

Aut nudo consensu] Nudo à verbis consensu, id est, tacito consensu, etiamsi verbis expressum non sit, quod exprimi potuit, *l. obligamur 52. §. ult. ff. de obligat.*

Legitima communio] Societas enim flagitiosæ rei, vel Leonina nulla est, *l. si non fuerint 29. §. 2. & l. nec prætermittendum 57. ff. eod.*

Omnium rerum] Omnium bonorum, quæ continuo communicantur citra traditionem, traditio enim tacita creditur intervenire, *l. 2. ff. hoc tit.* ea vero quæ in nominibus sunt, nomina, τὰ χρέα, citra cessionem non communicantur, *l. 3. eod.*

Uel unius rei] *L. verum 63. ff. eod.* his verbis intelligit societatem negotiatiotionis alicujus, κοινωνίαν τῆς ἐμπορίας, vocat Harpocratio: veluti mancipiorum emendorum, vendendorumque, quæ venalitiaria negotiatio dicitur, *l. suos autem 73. §. pen. ff. de leg. 3.*

Quoad vixerint contrahentes] Societas iniri potest in perpetuum, id est, quandiu vivunt socii, *l. 1. ff. eod.*

ff. eod. nulla enim societatis in æternum coitio est, *l. nulla* 70. *eod.* Sic etiam accipitur perpetuum in *l.* 4. *ff. de procur.* Glossæ juris : *perpetuum* καλεῖ καὶ τὸν τεσσαρακονταετίας χρόνον, καὶ τὸν ἄχρι οὗ ζῇ τις ἀνθρώπου χρόνον. *Perpetuum vocat tricennii tempus, quamdiu vixerit quis*. Idem notat Eustath. περὶ χρον. διαστημάτ. c. ult. §. 55.

Aut voluerint] Societas coiri potest ad tempus, vel ex tempore, *d.l.s.*

Lucri & damni] socius lucri, & damni comparticeps est. Utitur eo verbo novi Testamenti vetus interpres in epistola ad Ephes. cap. 5. D. Hieronym. ibid. *Non memini*, inquit, *alibi me legisse, excepto præsenti loco : comparticipem*. Communicatur ergo compendium, & dispendium. Nam si placuerit, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentires, nihil agitur : & societatem Leoninam appellabat Cassius in *l. si non fuerint* 29. *ff. eod.* τουτέστιν ἀρπακτικὴν, διὰ τὴν τοῦ λέοντος φύσιν : πλεονέκτης γὰρ ὁ λέων τῶν προσγεγονότος αὐτῷ θρέμματος ἕτερον μηδαμῶς ἀνεχόμενος θηρίον μετασχεῖν, ut ajunt Græci : *Est enim capacissimus leo, nec in partem prædæ alia admittit animalia, sed vel ampliorem portionem, vel etiam totam sibi prædam vindicat*. Vide Phædri fabulam 7. lib. 1. fabul. Æsopiarum.

Jus quoddam fraternitatis] οἱ γὰρ κοινωνοὶ τρόπον τινὰ ἀδελφοί εἰσι. Græci : *Socii quodam genere fratres sunt*. Τάξιν ἐπέχουσιν ἀδελφῶν, Theodorus Hermopolites ad *leg.* 173. *ff. de reg. jur.* quæ ratio efficit ut socius damnetur tantum in id quod facere potest, *l. sunt qui* 56. *§.* 1. *ff. de re judic.* & consequenter dicam, fratrem fratri in id tantum damnari, quod facere potest.

Fratres sunt] Homero non satis est sororem dicere, sed & sociam addit, *Il.* 4. Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη, ἑταίρη τε. Eustathius : ἐπίτασιν γοῦν ἀδελφικῆς φιλίας, καὶ ὁμονοίας τὸ ἑταῖρος.

Communitas] Utitur ipse eodem verbo in Parat. *ff. eod.* M. Tullius epist. lib. 9. 24. *Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus*. Lactant. lib. 6. 10. *Retentio societatis est communitas*.

Æqualitas dignitatis] Lactantius lib. 5. 15. *Nec alia causa est cur nobis invicem fratrum nomen impertiamus, nisi quia pares esse nos credimus*.

Quæ non fit sub conditione] Mancipatio proprie est species alienationis rerum mancipi, quæ fit per æs, & libram solemniter, & pure, cum sit actus legitimus, qui non recipit conditionem, *Ulpian. Regul. tit.* 19. *l. actus* 77. *ff. de reg. jur.* Itaque cum societati mancipatio insit, dubitari poterat, an societas sub conditione fieri posset. Sed alia causa est mancipationis expressæ, alia ejus, quæ tacite inest : illa pure fit : hæc conditionem tacite recipit ; expressa enim nocent, non expressa non nocent, *l. expressa* 195. *eod.*

Et in emptione similiter] Dubitatur etiam an emptio sub conditione fieri posset, quia emptio imaginaria, id est, emancipatio non recipit conditionem, qua sublata, nihil est, cur venditio sub conditione fieri non possit.

Emptio imaginaria] Gajus apud Boetium in Topicis : *Est autem mancipatio imaginaria quædam venditio*.

TIT. XXXVIII. *De contrahenda emptione & venditione*.

Vide tit. 1. *lib.* 18. *ff.*

EMptio quoque, & venditio nudo consensu perficitur, sicut societas, & ex utroque latere parit directam actionem; quia nec potior est causa emptoris, quam venditoris, vel contra. (*) Est autem emptio contractus, quo id agitur ut dato certo pretio sumat, quis ab alio corpus, vel jus, quod vindicet sibi. Vel conventio habendæ rei jurisve certo pretio. Vel, mutatio pretii cum merce. Usus sum sumendi verbo : nam & veteres emere dicebant pro sumere, ut Festus adnotavit, & contra sumere pro emere. M. Tullius : *Quanti ego non æstimo, tanti sumpsisti*, & Horatius.

Quæ parvo sumi nequeunt opsonia captas.

Usus vindicandi verbo, quia venditio non est; si hoc agatur ne emptor rem venditam, & traditam vindicet sibi quasi suam. Magnus est hic locus atque adeo dispertitus in titulos plures, sicut ille initio, qui fuit de mutuo : nam & hæc duo negotia mutuum, & emptio frequentiora in hac societate civili : & hoc quidem titulo proponuntur regulæ quibus præcipuæ consistit emptio venditio, puta emptionem venditionem perfici nudo consensu, id est : statim ut convenit de re certa, & pretio certo. Pretium certum ut sit requiri. Est incertum in specie, *l.* 1. *infra de rer. permutat.* sed & actio ex eo negotio utilis ex empto vendito, non directa. Imaginariam vendionem, aut simulatam non valere, ut venditionem scilicet, valere ut donationem si fraus legibus quæsita non sit; vel ut transactionem, si hoc agebatur, *l.* 3. *hoc tit. l. cum ea, sup. de transf.* Rei suæ emptionem non valere. At possessionis rei suæ valere, *l.* 34. *§. rei, ff. eod.* Sicut rei suæ dicimus condictionem non esse, possessionis rei suæ condictionem esse. Invitum neque emere neque vendere, ereptionem esse non emptionem, cum venditor vendit invitus, nisi forte vendat pignoris causa, ut *l.* 2. *&* 5. *ff. de distr. pig.* & in casu, *l. Ita ut §. ult. ff. mand. l.* 15. *ff. de fid. libert.* Et eæ quidem regulæ communes etiam sunt aliis contractibus : & fere, quæ ponuntur de uno contractu, quia summa sunt principia, & naturalia; pertinent etiam ad alios.

XXXVIII. Enarratio.

NUdo consensu perficitur] Emptio nudo; id est; solo consensu fit, perficitur, peragitur, constituitur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. eod. l.* 2. *ff. de obligat. l.* 1. *§.* 2. *ff. de rer. permut.* Sic Aristoteles in recensendis iis, quæ consensu fiunt, ὠνὴν καὶ πρᾶσιν, *emptionem, & venditionem* refert, Ethicor. Nicomach. lib. 6. cap. 5. Itaque furiosus nec emere, nec vendere potest : nec enim furiosi ullus est consensus, *l.* 2. nam consentire non videtur, quia nec sentit, *l.* 8. *§.* 3. *ff. de opt. leg.* utique autem furiosus sensu caret : ἐστέρηται τοῦ διανοητικοῦ καὶ τοῦ λογικοῦ Mente caret, *§.* 1. *Inst. quib. mod. non est perm. fac. testam.* Nam male affecto corpore deintegratur quodammodo mens, aut certe præstandis operationibus sui minus apta est, tametsi ipsa nihil in se damni ac detrimenti acceperit, sive ut ait Zonaras in epistola 13. Ὑγιῶς μὲν ἔχοντος τοῦ ὀργάνου κατὰ φύσιν, καὶ ὁ νοῦς ἐνεργεῖ παραφθαρέντος δὲ αὐτοῦ ὅπως δήποτε συναπόλλυται καὶ ὁ νοῦς ταῖς αὐτοῦ ἐνεργείαις ἐνδέουσαν, εἰ καὶ καθ' ἑαυτὸν αὐτὸς μηδὲν παραβλάπτεται. Eadem ratione velle non creditur, aut nolle : velle enim, aut nolle dicitur, qui ratione utitur. Theophylactus in epistolam pauli ad Galat. cap. 5. τὸ γὰρ θέλειν, καὶ μὴ θέλειν, τῆς ψυχῆς ἐστι τῆς λογιζομένης.

Emptio, inquam, nuda consentientium voluntate perficitur : impletur autem pretii numeratione, & rei traditione, *l. si quis alienam* 46. *ff. de action. emp. l.* 4. *C. eod.* perfici in *l.* 8. *ff. de resc. vend.* est impleri, consummari.

Parit directam actionem] Civilem : est enim quædam ex empto actio prætoria; actio ex empto de peculio ex contractu servi, *l.* 8. *ff. de rescind. vendit.*

Vel jus] Vide tit. seq.

Conventio habendæ rei] Venditor enim hactenus tenetur, ut rem emptori habere liceat, non etiam ut ejus faciat, *l.* 30. *§.* 1. *ff. de act. empt.* Itaque venditor emptori cavet interposita stipulatione habere licere, *l.* 11. *§. venditorem, eod.*

Vel

(*) *Vide Merill. Variant. Cujac. ab aliis observ. cap.* 4.

Vel mutatio pretii] Plures definitiones adferre solet A ejusdem rei verborum conceptione non substantia distantes, ut & plures fieri posse ipse probat epistola ad Lomellinum, & Observ. lib. XVIII. 38. Anastasius Sinaita ὁδηγοῦ cap. 2. πολλοὶ μὲν οὖν εἰσὶ, καὶ ἀναπόδεικτοι ὅροι περὶ παντὸς πράγματος. Quod quidam improbe negant.

Mutatio pretii] Plinius 9. 55. *Nam permutare quidem pretio noluit, aliave merce*: & libro XIX. 1. *Quaternis denariis scriptura ejus permutata*. Columella de re R. 7. cap. 9. *Porcus ære mutandus est*. Sic etiam loquitur lib. 8. 5. & lib. 12. 26. Apuleius in Apologia: *Panem pretio mutavi*. Ammianus Marcellinus libro 25. *Ut si usquam modius unus farinæ fuisset repertus: aureis decem mutaretur*. Græci promiscue dicunt, ἀλλάττειν, ἀντὶ τοῦ ἀμείβειν, ἢ πωλεῖσθαι, Timon apud Gellium 3. 17. B

Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἤλλαξας βίβλον.

B. Chrysostomus illa Psal. 43. ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν, sic interpretatur: ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῶν διὸ καὶ ἑτέρως φησιν, ἐν τῇ τιμήσει ἡμῶν, τουτέστιν, ἐν τῇ πράσει ἡμῶν· ἡ γὰρ τιμὴ, ἄλλαγμά ἐστι· δίδομεν γὰρ οἰκέτην πολλάκις, καὶ λαμβάνομεν ἀργύριον καὶ χρυσίον. D. Hieronymus in Amos cap. 5. *ἄλλαγμα juxta idioma scripturarum pretium dicitur: quod in Evangelio quoque legimus: aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? ἀντάλλαγμα*. Sic etiam Symmachus, ἀντάλλαγμα τιμὴν, seu pretium interpretatur apud Theodoretum ad Psalm. 63. 13. ἀπέδου τὸν λαόν σου ἐκ ὑπάρξεως, καὶ οὐ πολλὴν ἐποίησας τὴν τιμὴν αὐτῶν. Vel etiam distinctionis gratia, ἀλλάξασθαι πρὸς ἀργύριον, Julius Pollux lib. 3. cap. 25. ut Plaut. Pers. act. 4. sc. 5. *Cum argento permutes domum*. C

Cum merce] *Leg. 1. ff. eodem l. 1. ff. de rer. permut.* Hinc mercis mutator pro mercatore apud Lucanum 8. ad finem.

M. Tullius] Epist. lib. 7. 23.

Horatius] Sat. lib. II. 7.

Si hoc agatur] Regulariter ex causa venditionis transfertur dominium, *l. nunquam 31. ff. de adquir. rer. dom.* Martialis: *Quod quis emit, possit dicere jure suum*, idque habere non possumus cujus pretium nobis persolutum est, & si id agatur ne dominium transeat in accipientem, emptio venditio non intelligitur, *l. pen. §. ult. ff. eodem*.

Statim ut.] M. Tullius epist. lib. 1. 9. *Statim ut ille Prætor est factus*.

Statim ut convenit] *Instit. eod. in prin.* D

De re certa] Nec emptio nec venditio sine re, quæ veneat, potest intelligi, *l. nec emptio 8. ff. eod. l. cum hereditatem 7. ff. de hered. vel act. vend.* & emptio perfecta est si appareat, quid, quale, quantumve sit, quod veniit, *l. necessario 8. ff. de peric. & comm. rei vend.* id enim demum certum esse dicitur, *l. certum 6. ff. de reb. cred.*

Pretium certum] Emptio venditio sine quantitate nulla est, id est, sine pretio, *l. 2. §. 1. ff. eod. l. 6. hoc tit.* emptionis enim substantia consistit ex pretio, *l. pacta 72. ff. de contrah. emp.* pretium indicium emptionis venditionis, συμβολὴν ὠνῆς καὶ πράσεως, Galenus 11. de different. puls. & certum pretium esse debet, *§. 1. Inst. eodem*. Certum autem est, cujus taxata quantitas est, *l. 1. infra de rer. permut. & l. 1. de sentent. quæ pro eo quod inter. profer.* ut puta si res empta sit decem. Sed & certum pretium intelligitur, si emptio ita contracta sit: quanti tu emisti: quantum pretii in arca habeo: vel quanti à testatore res empta est, *l. 7. §. 1. & l. 37. ff. eod.* Scholiastes Græcus Theophili ad *dict. §. 1.* nec probanda est Glos. sententia existimantis non esse certum pretium, si ita conventum sit, pro pretio quod in arca habeo: quamquam vix etiam supinus homo rem suam ita vendiderit, ut pro pretio rei suæ habeat quod ignorat; sive ita venditio composita sit, quantum prætii in arca habeo, sive ita, pro pretio, &c.

Est incertum] Emptor enim pretii nomine non taxata quantitate seu pretio, alium fundum dederat.

A Utilis ex empto] Datur enim ad exemplum ex empto actionis, ut est in *l. 1. infra de rer. permut.* quibus verbis utilis actio demonstratur.

Non directa] Quæ competit ex contractu emptionis, & venditionis.

Imaginariam venditionem] De qua *l. 3. 6. & 7. hoc tit.* Imaginaria venditio est, cum quid pretii nomine numeratur, cum revera aliud agatur, quam quod simulate concipitur. Glossarium Nomicum: εἰκονικὴ πρᾶσίς ἐστιν ἡ ἐσχηματισμένη, καὶ οὐκ ἀληθῶς γενομένη. *Venditio figurata, nec re ipsa contracta*. Verum opponitur ei, quod imaginarium est. Tertullianus de Corona: *Omnia sunt imaginaria in hoc sæculo, nihil veri*. Sed & imaginaria venditio dicitur, cum pretium non intervenit, *l. imaginaria 16. ff. de reg. jur.*

B Si fraus legibus] Ut puta si sub specie venditionis donationem jure civili prohibitam maritus in uxorem contulerit, *l. 15. & l. 20. inf. de donat. int. vir. & uxor.*

Rei suæ] *l. 4. & 10. hoc tit.* Petronius: *Mihi plane placet emere, quamvis nostrum sit quod agnoscimus*. Guntherus Ligurini l. 3.

----- commercia certe
Non satis æqua mihi faciunt dum vendere nobis
Nostra volunt.

sive sciens, sive ignorans quis emerit, *l. suæ rei 16. ff. eod.* quoniam hoc agitur ut dominium in emptorem transeat, *l. pen. §. ultim. eodem*. Quod autem proprium est alicujus, amplius ejus fieri non potest, *§. sed si rem, Inst. de leg.*

C At possessionis] Quam habuit, & forte venditor in judicio possessionis potior esset: nam hoc casu utilis emptio est, *l. si aliquam 28. ff. de adquir. possess.*

Condictionem non esse] Dominus rem suam non condicit nisi furi, *l. 1. ff. de condict. furt. l. ultim. ff. usufructuar. quemad. cau.* propter condictionis formulam: si paret eum dare oportere, *§. sic itaque, Instit. de action.* Nec enim domino dari potest: possessionem tamen rei suæ condicet, *l. indebiti 15. §. 1. ff. de condict. indeb.*

Invitum] *L. invitum 11.* Terent. Adelp. act. 2. sc. 1. *quid si ego tibi illam nolo vendere, coges me?* B. Chrysostomus homilia 87. in Matthæum: οὐ γὰρ βιαζομένους δεῖ ὠνεῖσθαι, ἀλλὰ πείθοντα. *Nec enim vim passum emere oportet, sed volentem*. V. Novellam 122. c. 9. §. 1. lib. D 5. Basilic. tit. 11. cap. 19. M. Tull. 2. contra Rullum: *Ab invito emere injuriosum est*.

Ereptionem esse] Idem 6. in Verrem: *Putabant ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitrio vendere non licebat*.

TIT. XXXIX. *De hereditate, vel actione vendita.*

Vide D. lib. 18. tit. 4.

QUod dixi ante, non tantum corporis emptionem esse, sed juris, id patefacit hic titulus. Hereditatis enim & actionis nomina juris sunt, hereditatis jus successionis universæ defuncti. Actio jus E petendi in judicio quod suum est, & emptori quidem juris etiam ante cessionem datur utilis actio in rem si hereditas, vel in rem actio vendita sit, *l. ult. hoc tit.* emptori vero corporis ante traditionem nulla in rem actio est. Item venditor corporis se obligat ob evictionem, non venditor hereditatis, vel actionis. Satis enim est si præstet hereditatem esse, vel actionem esse qualem qualem.

XXXIX. ENARRATIO.

NOmina juris sunt] Hereditas juris nomen est; *l. hereditatis 119. l. pecuniæ 178. §. 1. ff. de verb. sign.*

sign. id est, quo significatur jus non pecunia, cujus nomine corpora hareditaria intelligimus, Cujac.4. ad Afric. in fin.& 11. Obser.30. A

Hereditas jus succ. un.] *L. bonorum* 208. *ff. de V. S. & l.hereditas* 62. *ff. de regul. jur.*

Actio jus petendi] Petere est vindicare, *l. non solum* 33.*§. si mihi, ff. de usurpat. & usuc.* sed & deberi, & peti paria sunt, *l.ita stipulatus* 155. *ff. de verb. oblig.* hoc igitur verbo omnis actio comprehenditur, id est, tam actio in rem, quam in personam.

In judicio] Id est, apud judices datos, in jure actione non utimur: persecutiones enim in jure, id est, apud Prætorem, vel Præsidem instituuntur, *Ulp. Regul.tit.*25. *§.fideicommissa.*

Quod suum est] Hæc duo suum esse, & in actione habere distinguit Pomponius in *l. scribit* 34. *de aur. arg. leg.* sed & suum recepisse dicitur, qui quod sibi debetur, recepit, *l. quod autem* 6.*§. apud Labeo. ff. quæ in fraud. creditor.* hoc igitur verbo tam quod nostrum est continetur, quam quod nobis debetur. B

Et emptori quidem] Qui vendidit hereditatem heres permanet, *l. ait Prætor* 7.*§. sed quod Papinianus, ff. de minor. §.restituta, Institut. de fideicomm. hered.* Itaque venditor debitores hereditarius convenire poterit, & creditoribus hereditariis, aut quasi creditoribus hereditariis, sive legatariis & fideicommissariis etiam invitus respondebit, nisi fiscus hereditatem vendiderit: fiscus enim non convenitur, sed emptor hereditatis. Si quid tamen venditor solverit, id ab emptore recipiet, *l.1. & 2. hoc tit. l.a. infr. de legat.* actione scilicet ex vendito, vel ex stipulatu, *l. si ex pluribus* 18. *ff. eod.* Nam heres stipulabatur quantam pecuniam hereditario nomine dedisset, solvisset, præstitisset, tantam sibi restitutum iri, *d.l. si ex plurib.* Emptor vero, quanta pecunia ad venditorem ex hereditate, pervenisset, tantam præstari, *l.in illis* 50. *§.1. ff. de verb. obligat.* hoc enim agitur, ut emolumentum, & damnum emptorem respiciat, *l.2. §.sicuti, ff. eod.* Vide Cujac. d.c.30. C

Emptor autem vicem heredis obtinet, *d. l.a. §.cum quis, & l.si ei* 9. *ff. comm. præd.* nec tamen creditoribus hereditariis respondebit nisi volens, *l.a. hoc tit.* & citra cessionem etiam adversus debitores hereditarios utiles actiones habet, tam in personam, quam in rem, *l.5. & penult. hoc tit.* ex constitutione D. Pii, *l.si cum emptore* 16. *ff. de pact.* quibus emptor si experiri velit, venditori, cui directæ competunt præfertur, *l. procuratore* 55. *ff. de procur.* Cujac. ad d. *l.16.* & directæ igitur penes heredem sunt veluti sine re. Jus illud ex constitutione principis descendere nominatim dicitur, *l.8. h.tit.* & innuitur verbo, *placet* in *d. l.5.* ex mandato autem directæ emptori dantur, *d.l.5.* Sed vicevesa creditores utiles actiones in emptorem non habent, quia deficit constitutio, Cujac. ad *d. l.16. in 5. utiles.* D

Vel in rem actio] Constitutio D. Pii producitur ad similes casus, ut si cui nomen venditum, donatum, legatum, in solutum datum sit, *l.1. §.nunc tractemus, ff. de tut. & ration. distrab. l. ex legato* 17. *infr. de legat.* Cujac. loco cit. porrectum, inquam, est ad actionem venditam ex interpretatione prudentum, ut colligitur ex verbo, *responsum est* in *d. l.7.* Sicut igitur emptor hereditatis utiles actiones habet etiam ante cessionem, & directas ex mandato: ita emptor actiones utiles habet sine cessione, & directas ex cessione, d. *l.7. & 8. hoc tit.* E

Emptori vero corporis] Hoc interest inter emptorem juris & emptorem corporis, primo, quod emptor juris utilem in rem actionem habet, etiam ante cessionem; de quo tamen dubitari poterat: quoniam actio in rem ex dominio nascitur, quod penes venditorem ante mancipationem, traditionem, vel cessionem, quæ vice traditionis est, remanet: in tantum ut res hereditarias vendere possit, & earum dominium transferre, vel aliter alienare, *l.si ancillam* 11. *infr. de act. empt. l.6. hoc tit.* sed dubitationem sustulit lex ult. hoc tit. Emptori vero corporis ante traditionem nulla in rem actio est, id est ne quidem utilis: rem enim nondum tradita in bonis venditoris remanet, *l. sicut* 8. *§. si debitor. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. §.utique, Institut. de empt. vend.* Secundo, venditor corporis se obligat ob evictionem, *l. ex empto* 11. *§. 2. ff. de action. empt.* venditor autem hereditatis, vel actionis, evictionis nomine non tenetur, si quid ex corporibus hereditariis evincatur, quia jus vendidit, nisi aliter convenerit, *l.2. ff. eod. l.1. infr. de evict.* Satis igitur est si præstet hereditatem esse: nam qui hereditatem vendiderit ejus qui vivit, aut nullus est, nihil agit, *l.1. ff. eod.* quanta autem hereditas sit, nihil interest, *l. qui filiusfamil.* 14. *§.1. eod.* Similiter venditor hominis debitorem esse præstat, non etiam locupletem debitorem, nisi aliud convenerit, *l.4. eodem* bonum nomen, idoneum nomen non præstat, utique autem meminisse oportebit, si actio in judicium deducta venierit, emptorem repelli posse exceptione litigiosi, *l.1. §.1. ff. de litigios.* & nominis venditionem ignorante ac invito debitore contrahi posse, *l.3.* delegationem autem voluntariam esse, quia fit per stipulationem, ut docet titulus 41. lib.8.

TIT. XL. *Quæ res venire non possunt, & quæ vendere vel emere vetantur.*

DUæ sunt partes hujus tituli: prima, quæ res venire non possunt, id est, quæ emi possunt, non vendi, cujus generis purpura est, quam privati vendere non possunt, *l.1.* emere possunt de publico. Secunda, quæ vendere vel emere vetantur, in quibus verbis articulus, vel, pro subdisjunctione accipiendus est, ut sit, quæ res vendi & emi prohibitæ sint, in quibus utique sunt annona militaris & frumentum publici canonis, *l.3. & 4.* his etiam sericum adnumero. Nam ut lex communis ponitur Romanis & Barbaris, id est, Persis, ne ultra fines lege definitos inter se negotientur sine Comite commerciorum, *l.4. & l.ultim. infr. de com. & mer.* ita commune hoc esse opinor, ut sicut Romani sericum à Barbaris emere non possunt sine Comite commerciorum, nec intra eos fines, ut constituit *l.2.* cum nondum ratio conficiendi serici ad Romanos pervenisset, & sericum auro contra venderetur, ut Vopiscus in Aureliano, ait libram auri libram serici fuisse, & lex Rhodia, *ἀλετηρικὰ ἅμαξα τῷ χρυσίῳ*, *& l.emptori §.1. ff. de evict.* vestem sericam pretiosam esse rem, quod de his tantum dicitur pro quibus aurum dependitur ad sacoma: ita vero nec Barbari possunt vendere alii quam Comiti commerciorum. Perperam antea legebatur: Qui vendere: de rebus enim titulus est, non de personis certis. Perperam, mercari pro emere. Mercari enim emere & vendere est,

XL. ENARRATIO.

HOc titulo quodammodo disceditur à jure gentium, ex quo jus vendendi emendique cuilibet concessum est. Privati igitur fucandæ & distrahendæ purpuræ facultatem non habent venditoribus pœna publicationis bonorum & capitis imminente, *l.1. h.tit.*

Fucandæ, ait *lex* 1. id est, tingendæ, ut recte Accursius, cujus Glossa in quibusdam editionibus in textum irrepsit, *l.3. infr. de vestib. holov.* Josephus *ἀρχαιολογ.* libro 3. capite 4. *ἔρια τε ταῖς πεφαρμαγμένοις ἄνθεσι μεμολυσμένα*: Rufini Aquilejensis versio: *Lanasque prædictis fucatas coloribus.* Ovidius Trist.11.

Composita est aliis fucandi cura coloris

Glossæ: *fucatur βάπτεται* & *βάπτω, fuco.* Hinc fucus. Horatius Carmin.3. od.5. *neque amissos colores Lana refert medicata fuco.* Plinius 22. cap.1. *Infici vestes*

scimus

scimus admirabili fuco : & fucatio. Eusebios Pamphili de A incorporali & invisibili Deo ; *Non tamen fucatio erat vestimentorum naturalis*.

Ait d. lex. *vel in serico*. Basilica : ἐν μετάξῃ. Anastasius bibliothecarius in historia ecclesiastica, *Sericum copiosum* Theophanes dixerat, μετάξαν πολλὴν. Metaxa rude est sericum, & αὐτοφυὲς, nondum neque tinctum, neque in fila diductum : & ideo separatur à nemate serico in *l. ult. ff. de publican.* Cujac. ad *l.* 10. *C. de murileg.* Alii metaxam esse nema, seu filum sericum existimant. Zonaras in Justiniano : τὰ τῶν σηρῶν νήματα ἡ μετάξα. Michael Glycas annal. parte 4. τὰ τῶν σηρῶν νήματα, τοῦτ' ἔστιν ἡ μετάξα. Hinc μεταξωτὸν, sericum. Auctor Græcobarbarus : πολλοὶ φοροῦν μεταξωτὰ βελοῦδα τζαμελώτα.

Vel in serico, *l.* 4. *inf. de vestib. holov.* Ennodius in B panegyrico Theodosio dicto : *Exhibete Seres indumenta pretioso murice fucata & non uno aheno bibentia nobilitatem tegminis prorogate*. Boetius de consolat. philosop. Met. 5. *Nec lucida vellera Serum Tyrio miscere veneno* : adde Cassiodorum 1. variar. 2.

Blatta : d. l. 1. Alcimus Avitus poemat. lib. 3.

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis. Lamprid. in Heliogab. *Paraverat funes blatta & serico & cocco intortas*. Anastasius bibliothecarius in Anastasio : *Vela serica alba ornata blatta*. Hinc blatteæ tunicæ. Vopiscus in Aureliano. Flodoardus historiæ Remensis 1. capite 15. *Et codicillos ab Anastasio Imperatore pro consulatu sibi missos cum corona aurea, tunicaque blattea sumpsit*.

Oxyblatta in *d. l.* est purpura exquisitioris & splendi- C dioris luminis.

Est denique purpura, quæ dicitur *hyacinthina* : sic legitur in *d. l.* 1. S. Chrysostomus in Esaiam cap. 3. καὶ τὰ βύσσινα, καὶ τὰ ὑακίνθινα, καὶ τὰ κόκκινα, καὶ τὴν βύσσον σὺν χρυσῷ καὶ ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένην. Hinc pelles hyacinthinæ, ansula hyacinthina, vitta & tunica hyacinthina, Exodi capite 25. & 28. Quanquam in Sixtinis bibliis emendatum hyanthina. Et hanc lectionum varietatem invexere sacrorum codicum interpretes varii : ut ecce Ezechielis cap. 16. ver. 10. Sic habent Septuaginta, ὑπέδησά σε ὑάκινθον : id est, ὑακινθίνην ἐνέδυσα, ut ibi Theodoretus : ut Hieremiæ cap. 10. ὑάκινθον καὶ πορφύραν ἐνδύσουσιν αὐτά. Aquila autem & Symmachus ἰάνθινα, referente Hieronymo ibidem. Et ὑακινθινοβαφῆ Xenophonti 4. παιδ'. Arriano de expedit. D Alexandri 6. Itaque nihil mutandum in *d. l.* 1. auctoribus libris veteribus, nec apud Persium sat. 1. ubi legitur, *hyacinthina lana est*. Alia igitur est purpura hyacinthina, quæ colorem hyacinthi refert. Jesus Sirach filius Sapientiæ capite 60. vers. 5. ἀπὸ φοροῦντος ὑάκινθον. Philo περὶ φυτουργίας : τά τε γὰρ νήματα πάντα τῆς ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου, καὶ βύσσου, καὶ τῶν τριχῶν αἰγείων ἐπιτολῆς. Athenæus 12. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πορφυραῖ τούτων, αἱ δὲ ἰοβαφεῖς, αἱ δὲ ὑακινθιναι. Alia janthina, *l. si cui lana*, *§. ult. ff. de legat.* 3. Martialis 11. 39.

Coccina famosæ donas, & janthina mœcha. Plinius libro 21. cap. 6. *Violæ purpuræ Græco nomine ἴα & ex his janthina vestis*: id est, purpura violacei coloris, ἐκ τοῦ ἴα καὶ ἄνθος : est enim ἄνθος color. Hesychius : ἄνθη, χρώματα. E Vide eundem Plinium dicti libri cap. 8. Liber Notarum : *Janthinum*, *Jantineum*. Item : *jacintinum*. & *jacintum*. Hæc paulo fusius exposui, quia plerique in *d. l.* 1. malunt *janthina*, quam hyacintina. Certe in libro Ægidii Menagii legitur janthina : in Juliani Brodæi, hyacinthina.

His etiam sericum adnumero] Scholiastes Basilic. libro 23. tit. 3. cap. 73. ἐὰν γὰρ ἀθέμιτον ἐμπορείαν μετέλθωσιν, τυχὸν πορφύρας, ἢ μετάξης, ἢ νεοῦ τοιούτου, &c. Corrige igitur Synopsim Basilic. cap. eod. & pro μεντέτας, lege μετάξης.

Articulus vel] Vide ad tit. 38. libri sexti.

Sericum auro] Sericum ἰσόχρυσον erat ante Justinianum. Libra enim serici libra auri emebatur.

Sericum à Barbaris] Romani à Barbaris sericum didicere. Dio lib. 43. ἵνα γὰρ μηδένα τῶν θεωμένων ὁ ἥλιος λυπήσῃ : παραπετάσματα ὑπὲρ αὐτῶν σηρικὰ ὥς γε τινές φασιν, ὑπερπέτασε : τοῦτο δὲ τὸ ὕφασμα χλιδῆς βαρβάρου ἐστὶν ἔργον, καὶ παρ' ἐκείνων καὶ πρὸς ἡμᾶς εἰς τρυφὴν τῶν πάνυ γυναικῶν περιττὴν ἐσπεφοίτηκεν.

Ad Rom. pervenisset] Ætate Justiniani serici conficiendi artificium in Europam invectum est, Procopius γοτθ. δ'. Theophanes Byzantius apud Photium, Cod. 64. & Theophylact. Simocatta hist. Maurit. lib. 7. in Photii Synopsi, Nicephor. Callist. lib. 17. 32.

Auro contra] Plau. Curcul. act. 1. sc. 3. *Auro contra cedo molestum amatorem : à me aurum accipe* Pa. *Cedo mibi contra aurichalcho*. & Epid. act. 3. sc. 3. *Non carum est auro contra* : ἰσοστάσιον ἂν πρὸς χρυσὸν : dicebant & contra aurum. Varro 1. de re R. Plin. 13. 15. *Quas fœminæ viris contra margaritas regerunt*.

Lex Rhodia] Cap. 60.

Ὁλοσηρικὰ Holoserica vestis opponitur subsericæ. Holoserica est tota serica. Macarius homil. 17. γυνὴ ἔχουσα ὁλοσηρικά. Doroth. doctr. 2. ὥσπερ γὰρ ἐνδεδυμένος ὁλοσηρικόν, &c. Subserici stamen lineum, trama autem serica. Holoserica differt ab holovera : est enim holovera sacro murice tincta, & principali colore, quem holoverum vocabant. Procop. ἀνεκδ. βάμματος δὲ τοῦ βασιλικοῦ ὅπερ καλεῖν ὁλόβηρον νενομίκασι : estque præstantissima S. Basilius homilia 7. in Hexaem. πόθεναί κόχλοι τοῦ βασιλεῦσι τὰς ἁλουργίδας χαρίζονται αἳ καὶ τὰ ἄνθη τῶν λειμώνων τῇ εὐχροίᾳ παρέδραμον : *unde cochleæ vestes regibus purpureas offerunt ? quæ quidem & pratorum flores vivacitate coloris longo intervallo superant*.

Ad sacoma] Vitruvius lib. 9. 3. *Aurum ad sacoma appendit redemptori*. Glossæ, *sacoma*, σήκωμα. Sacoma est æquipondium : *pretium auro rependere* dixit Vellejus 11. cap. 6.

Quæ vendere] Agitur tamen de vendentibus & emptorib. Ut *si jus emendi auferretur damnato*, ut in Dec. Quintil. 250. cæterum ταυτολογία est.

TIT. XLI. *Quæ exportari non debeant.*

Est etiam hoc commune inter Romanos & Barbaros hostes Pop. Rom. veluti Persas, Indos, Æthiopos, Gothos, Vandalos, ne legationis forte aut induciarum tempore illi vendant, hi emant ferrum factum vel infectum & exporteot, quod uti est in *l.* 2. *huj. tit.* capitale esse etiam Procopius refert 1. de bel. Pers. his verbis : ὅτε σίδηρον, οὔτε ἀλλ' ὅ τι τῶν ἐνταῦθα ἐπιτηδείων, Ἰνδοὶ ἢ Αἰθίοπες ἔχουσιν, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς Ῥωμαίων ὠνεῖσθαι τούτων τι οἷοί τε εἰσιν, νόμῳ ἅπασι διαρρήδην ἀπειρημένον : θάνατος γὰρ τῷ ἁλόντι ἡ ζημία ἐστί. Item ne vinum, ne oleum, ne garum quod exportent, ac ne degustationis quidem causa hos liquores ad Barbaros posse transferri, ne proinde illecti eorum dulcedine promptius invadant fines Romanorum ; hoc enim modo Longobardos legimus à Narsete in Italiam fuisse pellectos. Exportare est transferre extra fines Romani Imperii, ut in orat. pro Flacco : *Exportari aurum non oportere Senatus judicavit*, quod confirmat *l.* 2. *inf. de com. & mer.* Quæ autem exportari prohibentur, & emi vendique satis prohibentur, aut mercis pretiive loco cedere.

XLI. Enarratio.

Vinum, oleum, liquamen ad Barbaricum transferre non licet, *l.* 1. *hoc tit.* Barbaricum pro solo Barbarorum, ut in c. 52. *Cod. Can.* Ecclesiæ Afric. βαρβαρικὸν vertit interpres Græcus Basilicῶn. Eutropius lib. 9. *Uterque in Barbarico interfecti sunt*. Pæanius in paraphrasi, ἐν μέσοις τοῖς βαρβάροις ἀναιρεθέντες.

Ferrum factum] Arma transferre prohibitum. Libanius in declam. 17. νόμον μὲν ὑμεῖς τεθείκατε αὐτοῖς ὡς σίδηρον ἢ ὅπλα ἄγειν ἀλλῳ ἢ σκευὴν πολεμικὴν, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν :

ζημίαν : *Si quis ad Philippum arma transferre convincatur, aut vasa, quæ ad triremes pertinent, morte plectatur* : puta loricas, scuta, arcus, sagittas, spathas, gladios, *l.* 2. quos παραμήρια vocat. *Novell.* 85. *cap.* 4. Theophanes : τῷ παραμηρίῳ, ᾧ ἦν διεζωσμένος, ἀποτεμὼν τὴν αὐτοῦ κάραν : *apprehensa ejus cervice, sica qua erat accinctus, caput ejus amputavit* : de quibus vide Glossarium Cedreni. Addit Justinian. in d. cap. 4. ζάβας, ὑποκαμάσια κοντοὺς, μονοκόντια, & ζιβύνας ἤτοι μενάβλια, zabas sive loricas, contos, monocontia, sibinnos, sive missilia De zabis Glossarium ineditum : ζάβα τιλωρίκιον : ζαβαρεῖον, ἐν ᾧ αἱ ζάβαι : exstat in Chronico Alexandrino. Hesychius : κοντὸς δόρυ : de Sibinnis vide Glossarium Cedreni : idemque cautum lege Francica. Capitular. Car. M. addit. 4. cap. 92. *De bruniis, (.i. loricis) ut nullus foras nostro regno vendere præsumat.* Græci ad *l.* 1. *ff. de his, quæ ut indign.* ibi : *Illicitæ mercis* : τυχὸν ὡς ὅπλα πωλήσας τοῖς πολεμίοις, ἢ πίσσαν. Ait, picem exportare non licere, quod juri Attico convenit. Aristophanis Scholiastes in Equit. ἐνδείκνυσθαι ἔλεγον τὸ καταγγέλλειν τινὰ καταχέοντα τινὰ περὶ τὰ κοινὰ ζωμεύματα τὰ τῶν νεῶν χρημάδη : λέγεται δὲ καὶ ξύλα, καὶ κηρὸς καὶ πίσσα.

Garum] Liquamen, *d. l.* 1. Victor Uticensis persec. Afric. lib. 1. *Plerisque aquam marinam, aliis acetum, amurcam, liquamenque, &c. porrigebant*. Regula S. Pachomii cap. 23. *Si aliquis eorum, qui peregre mittuntur, habuerit desiderium comedendi liquamen de piscibus.* Græci in Basilicis liquamen interpretantur γάρον : recte Charisius 1. Garum, muria, liquamen. Vetus colloq. Scholast. *liquamen primum & secundum.* Lege igitur in Græcis : γάρον πρῶτον καὶ δεύτερον : & in alio : θέρμινον μετὰ γάρου : *Cima cum liquamine*. Est autem garum condimentum ex sanie & intestinis piscium. Artemidor. Dald. ὄνειρ. primo : ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο ὁ γάρος ἢ σηπεδών : quæ verba Suidas exscripsit in v. γάρον. Cælius Aurelianus tard. pass. 11. c. 1. *Garum quod appellamus liquamen ex pisce Siluro confectum.* Vide Plinium 31. 7. & Isidor. Origin. 10. cap. 3.

Longobardos legimus] Paulus Vvarnefridus de gest. Longobard. lib. 11. cap. 5. *Legatos ad Longobardorum gentem dirigit (Narses) mandans ut pauperrima Pannoniæ rura desererent, & ad Italiam cunctis refertam divitiis possidendam venirent : simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos posset illicere*. Eademque ratione Galli in Italiam transcenderunt. Livius 5. *Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate captam Alpes transisse : agrosque ab Hetruscis ante cultos possedisse, & invenisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa Arruntem Clusinum.* Plutarch. in Camillo. Paul. Vvarnefrid. d. lib. 11. cap. 22. *Caussa autem cur Galli in Italiam venirent, hæc fuisse describitur : dum enim vinum degustassent ab Italia delatum, aviditate vini illecti, ad Italiam transierunt.*

Ut in orat. pro Flacco] Et ibid. *Cæsus est virgis Cymæus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus.*

Aut mercis pretiive] Res enim pro pretio dari & accipi potest. Vide Cujac. infra de rer. perm.

Quemadmodum autem quædam res evehi, & exportari non debent : ita nec importari : verbi caussa vinum exoticum Massilienses non recipiunt. Vide Strabonem lib. 16. de Arabibus Nabatæis.

TIT. XLII. *De Eunuchis.*

ETiam hoc tit. ostenditur, Romanos eunuchos factos neque emi neque vendi posse, eadem pœna irrogata emptori & venditori, *l.* 2. ut est plerumque commune crimen emptoris & venditoris, si quid veneat contra leges, *l.* 1. *ff. ad l. Fab. l.* 1. *inf. de cupres. l.* 10. *inf. de cur. pub.* eadem tabellioni, eadem octavario sive publicano. Barbarorum eunuchorum esse commercium, & eunuchorum, qui facti sunt in Barbarico orbe, in Romano eunuchum facere capitale esse.

XLII. ENARRATIO.

OCtavario] Qui vectigal octavæ exigebat : vide Cujac. inf. tit. 61.

Capitale esse] Servus autem ex domini conniventia castratus fisco addicitur, *l.* 1. *hoc tit.* ex *Nov.* 142. liber fit. Zonar. ad can. Apostol. 24. Phot. Nomoc. tit. 1. cap. 14. vetus hæc est constitutio : Ne eunuchi fiant. Adde his, quæ Cujac. ad *d. Nov.* 142. & viri docti ad Ammian. Marcellin. lib. 18. observant, Constantinum Manassem in Nerva, Cedrenum, Euseb. Chronicor. libro posteriore. Phocylides jam antea monuerat :

Μηδ' αὖ παιδογόνον ποτὲ τέμνειν ἄρσενα κοῦρον.
Ne castres unquam puerum marem prolificum.

Eunuchum facere] *Virilitatem excindere*. Quintilian. 5. 12. Martialis : *Virilitatis damno mæret ereptæ*. Eunuchi igitur hoc loco sunt præcisi, castrati.

TIT. XLIII. *De patribus, qui filios suos distrahunt.*

ADditur in hoc titulo, à patribus liberos non posse vendi in servitutem, vel donari, vel pignori obligari, nec sub prætextu ignorantiæ accipientis, cujus tamen prætextu emptori evictionis nomine pater obligatur, *l. minor, §. pater, ff. de evict.* & vendi tamen, alienarique posse sanguinolentum, altellum, ἐξ ὠδίνων τῶν μητρῴων, ut Ælianus ait historiæ 11. cap. 7. victus pueri causa, si nec eum tueri pater possit, nec velit alius quisquam : imo nec ex ea causa venditionem præjudicare libertati, cum unicuique quasi in libertatis publica causa liceat eum puerum vel adultum jam factum adserere in libertatem, vel patri ipsi, ut *l.* 1. *inf. de lib. cau.* vel etiam idem ipse possit se adserere, oblato mancipio vicario, aut pretio non quanti emptus est, sed quanti adsertionis tempore æstimabitur, sine adjectione quiotæ, de qua Nov. Valentiniani eod. tit.

LXIII. ENARRATIO.

NOn posse vendi] Firmicus Matheseos libro 7. cap. 111. *Servos efficiet, & qui à parentibus suis alienentur.*

Sanguinolentum] Ut in tit. 52. lib. 8. *à matre sanguinolentum*. Donatus in Andria Terent. Act. 3. sc. 2. *à matre rubentem*, Juvenal. sat. 7. Guillelmus Brito Armoric. Philipid. 7.

Contigit ut pareret ibi quædam fœmina, cujus
Fœtus adhuc à matre rubens, calidoque cruore.

Id est, recens utero matris editum : διὰ τὸ ἀφ' αἵματος τὸ βρέφος ἀποβεβλῆσθαι, ut loquitur Artemidorus, quoniam adhuc sanguine perfunditur. Eleganter Plutarchus de partu recens edito, in libello de amore prolis : οὐ μόνον ἐχθρὸν οὐδὲ καθαρὸν ἰδόμενον εἰς φῶς οὐδὲ ἡ φύσις, ἀλλ' αἵματι πεφυρμένον, καὶ λύθρου περίπλεων, καὶ φονευομένῳ μᾶλλον ἢ γεννωμένῳ ἐοικώς *Cui soli fere ne exitum quidem in lucem mundum natura concessit, sed sanguine inquinatus, tabeque oppletus, & occiso magis quam nato similis.*

Et ideo cruenta infantium corpora, statim ut emittuntur ex utero lavari solita colligit Hieronymus ex Ezechelis capite 16. & Dardanenses Illyricos lavari consuevisse ἐξ ὠδίνων, post partum, scribit Ælianus ποικ. 4. 1.

Altellum] Vide Festum & ibi Josephum Scaligerum.

Si nec eum tueri] Alere & exhibere, ut in *l. pen. & ult. ff. de in rem ver.* &c. Quasi pater illæsa pietate filium distrahat, quem alere non potest, & tutius sit

vendi

vendi filium quam fam. absumi. Videndus Jornandes in historia Gotthica cap. 56.

Nec velit alius quisquam] Nam si sit qui pietatis respectu eum velit alere, puer vendi non potest, Basilicῶn lib. 19. tit. 1. cap. 26.

TIT. XLIV. *De rescindenda venditione*.

Vide tit. 5. lib. 18. ff.

ET hactenus quidem de rebus, quæ vendere vel emere vetantur. Nunc ostendunt distrahendæ, resolvendæ, revocandæ venditionis quæ causæ sint probabiles vel improbabiles: & sunt improbabiles quidem multæ quæ in *hoc tit.* enumerantur, probabiles paucæ: difficilis enim rescissio est contractus habiti bona fide, ut ait *l. 6. inf. de act. emp.* non facile venditi actio datur ad rescindendam venditionem. Nec male titulo superiore proposita causa una rescindendæ venditionis, adserendæ libertatis quam prodiderit egestas, subiicitur hic titulus quo aliæ exponuntur probabiles causæ, si curialis furtim vitans munera civilia, bona sua vendiderit, & patriam reliquerit, *l. pen. hoc tit.* si Palatini æque furtim aliquid emerint ex rebus privatis principis quarum sunt sub Comite administratores, *l. ult. hoc tit.* Item si in pretio venditor rei immobilis, vel etiam mobilis forte si admodum pretiosa sit, fraudatus sit supra dimidiam justi pretii, *l. 2. & 8.* nec tamen omnino rescindi videtur venditio ex hac causa, cum optio detur emptori vel redhibendæ rei, vel supplendi justi pretii, ut *l. 1. §. si quis in fraud. ff. si quid in fr. pat.* & esse eo nomine actionem ex vendito finitam quadriennio, ut & omnes restitutorias actiones, declarat *Nov. Romani de resc. vend.* sed observandum est rescissionem ex hac causa dari venditori non emptori. Rescindendi verbum est duplex. Nam vel ipso jure rescindi dicitur, ut *l. hoc modo, ff. de cond. & dem. l. 5. ff. qui & à quib. man. & in tit. Quæ sent. sine app. resc.* ut resc. ut rumpi, *l. inter cætera, ff. de lib. & postum. & revocari, l. si libertus, ff. de jur. patr. l. 1. inf. qui man. non poss.* vel beneficio actionis ex empto vendito, judicisque sententia.

XLIV. ENARRATIO.

DIstrahendæ] Emptio distrahi dicitur, *l. 11. §. is qui vina, ff. de action. empt. resolvi, l. 5. hoc tit. l. 1. inf. tit. prox. l. 1. inf. tit. 46.* & rescindi passim, & revocari: vide Cujac. in fi. tit.

Improbabiles] Verbi gratia, venditio non rescinditur, licet venditor duplum pretii offerat emptori, *l. 6. hoc titulo*.

Probabiles] Probabilis causa in *l. 5. hoc tit.*

Difficilis] Non facile permittitur venditionem rescindere: id enim bona fides, quæ emptionis venditionis contractum tuetur, non patitur, *l. 3. 7. &* 8. Symmach. 11. ep. 87. *Vox juris ac legum est, bonæ fidei contractum rescindi non posse*.

Si curialis] Glossæ, *curialis*, *βουλευτὴς*, *βουλευτικός*. Item: *βουλευτὴς*, *decurio*, *curialis*. Curiales, sive decuriones obligabantur munerib. civilib. ut puta susceptores publicorum tributorum ex decurionibus creabantur, *l. 5. inf. de exact. tribut. l. 8. inf. de susceptor. præpos. & arcar.* Itaque si curialis alicujus municipii ut se muneribus civilibus subtraheret, furtim, id est, sine decreto, sine auctione publica *l. 1. inf. de præd. cur.* bona sua vendiderit, & patriam reliquerit, venditio revocatur: pretium autem non redditur emptori fugæ non ignaro, sed cedit fisco. Idem tradit Azo in Summa num. 7. Sed si intra annum evocatus redierit, bona ei redduntur: post annum, addicuntur curiæ, *l. quamvis 51. inf. de decur.*

Si palatini] Comes privatarum judex erat, & gubernator privatæ substantiæ principis, de quo *sup. tit.* 33. *lib. 1.* ejus apparitores Palatini dicebantur. Glossæ juris. *Palatini κοινῷ ὀνόματι πάντες ἐκαλοῦντο οἱ ἐν ταῖς καὶ τὸ παλάτιον θησαυροῖς ὑπηρετοῦντες τυγχάνουσι.* Si quid igitur palatini furtim emerint ex rebus privatis principis, quarum sunt sub Comite rerum privatarum administratores, venditio resolvitur, *l. ult. hoc tit.* ex auctione fiscali licet emere, *l. ult. inf. de fid. & jur. hast. fisc.*

Vel etiam mobilis] Rei immobilis meminit *lex 2. & 8.* ideoque pertinere eam ad res soli, non ad res mobiles putabat Cujac. Observ. lib. 16. 18. in fine, hic autem sententiam mutat, si res admodum pretiosa sit: si margarita forte, *munera rubri Ponti*, (Silius Ital. 14.) Plinius lib. 9. cap. 35. *Principium ergo culmenque omnium rerum pretii, margaritæ tenent*, aut lapides Indici, qui pretiosiores sunt. Cyrillus epist. ad Evoptium pro 12. capitibus adversus Theodoretum: *αἱ πολυτελέσταται τῶν λίθων, αἳ καὶ Ἰνδικαὶ εἶναί φασιν*; vide Plinium lib. 32. 1. Aut ornamenta pretiosa, vestis pretiosa, ut in Philippica 2. *pretiosa vestis multa, & laudata supellex*, vel vestis serica venierit, *arg. leg. 37. §. 1. ff. de evict. & l. 22. inf. de administ. tut. l. sancimus 21. supra de sacros. Eccles.* Cujac. Notat. ad lib. Anim. Joann. Rob. lib. 11. cap. 12.

Supra dimidiam] Puta si rem dignam solidis decem, 4. aut trib. vendidero. Sic in *l. 1. ff. depos.* si heres rem apud defunctum depositam, ignorans depositam, minoris quam debuit, vendiderit, depositori actiones suas mandare debet, minoris dimidio scilicet, ut Græci interpretantur, & Cujac. ad *d. l. 1.* atque ita temperandum est, quod scribit alicubi S. Chrysostomus, furto proximum esse, cum id agimus ut minus justo pretio vendamus, *ἔλαττον τῆς ἀξίας*: ut nimirum hodie fraus absit si venditor ultra dimidium justi pretii læsus non sit. Item quod dicitur, naturaliter licere contrahentibus se circumvenire, *l. in causæ 16. §. pen. ff. de minorib.* sive ut est in *l. item si 22. §. ult. ff. loc.* in emendo, & vendendo naturaliter concessum esse, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se circumscribere. Plautus in Persa act. 4. *vin' bene emere? Do. vin' tu pulchre vendere? Ego scio utrumque velle*. Hunc modum habet, ut fraudatus supra dimidiam justi pretii venditionem rescindi jure desideret. Intra fines veri & justi pretii læsus de se queri debeat, quod malæ venditioni ipse stultitia sua causam dederit. Si tamen emptionis tempore convenerit ut etiam supra dimidiam liceret se circumscribere, rata erit conventio, argumento legis *pacisci 31. ff. de pact.* ut ibidem tradunt Græci.

Justi pretii] Justum pretium dicitur in *d. l. 2. & 8.* verum *d. l. 2.* quod idem est. Sic Basilica verum pretium in *l. 20. §. quod si post, ff. de pet. hered. δίκαιον τίμημα* vertunt, justum pretium lib. 42. Basil. tit. 1.

Actionem ex vendito] Quæ glossæ sententia est, vulgo à DD. comprobata: non condictio ex lege, ut sentit Pinellus cap. 3. n. 9. vide Cujac. recitat. ad hunc tit. & Observ. XXIII. 24.

Vel redhibendæ rei] Rei venditori reddendæ. Quam rem Græci quod ad fructus & usuras attinet, sic definiunt. Si emptor à prædio discedere velit, partis prædii quasi non distractæ propter iniquum pretium, fructus venditori restitui debere. Quod si emptor id quod deest justo pretio supplere malit, ejus quoque usuras venditori præstandas. Hæc ita Magistro & aliis judicibus placuisse scribit Harmenopulus Epitomarum libro 3. tit. 3. §. 81.

Quid si fundus perierit ante quadriennium, an venditori supplendum erit, quod deest justo pretio: sic quibusdam videtur: verum hoc rationem non habet, ne rei periculum præstet quæ sine culpa ejus periit.

Finitam quadriennio] Recte sentiunt Græci, venditionem rescindi officio Præsidis secundum, *l. 2. hoc* tit.

tit. si supra dimidiam veri pretii fraus intervenerit, intra quadriennium duntaxat: atque ita in foro servati referunt. Imo & decreto Romani Lacapeni, *περὶ ἐκθεματισμοῦ*, ita definitum est. Cujac. de diversf. temp. præsc. c. 23.

Quadriennio] Harmenop. Epitom. l. 3. tit. 3. §. 80. & 83. Eustathius de diversf. temp. præsc. c. de quadrien. §. 6. Idem tradit Azo in Summa num. 2. adde Glossam ad *d. l.* 2.

Venditori] Majori annis 25. *l.* 15. *hoc tit.* Harmenop. d. t. 5. §. 82. Nam si minor rem suam *non suo pretio* vendiderit, ceu loquitur Plautus in d. sc. 4. sed viliore pretio vendiderit, succurritur ei, licet ea fraus non superet dimidiam justi pretii, *l.* 11. *inf. de præd. minor. sin decr. non alien.* Cujac. ad *l. in causa* 16. *§. idem Pomponius, ff. de min. & d. c.* 18.

Non emptori] An beneficium legis 2. ad emptorem porrigendum sit, valde quæritur. Finge emptorem rem dignam decem, viginti uno emisse, Cujac. negat hic & *d. c.* 18. & Notatos. ad lib. animadverſ. Joann. Rob. lib. 2. cap. 13. & 14. quoniam enim venditor ultro non procedit ad venditionem, sed forte cum in summa difficultate esset nummaria, & necessitate rei familiaris coactus, vel alia causa, ut *l. ita ut* 38. *D. Mand.* Philo de Septenario: *ἐπειδὴ καιροὶ συμπίπτουσι πολλάκις ἀβουλήτοι, δι' οὓς ἀναγκάζονταί τινες πιπράσκειν τὰ ἴδια. Quia sæpe tempora præter animi expectationem coincidunt, per quæ nonnulli res suas vendere compelluntur*; legis meretur auxilium, ne re sua careat cum nimio damno: *emptor* vero *hians*, ut loquitur Horatius, captat fere venditoris momentarias necessitates, *l.* 2. *infra sine censf.* ultro & nulla necessitate coactus emit: emptio voluntaria est, *l. si pig.* 29. *ff. fam. ercisc.* quam enim necessitatem prætendet, qui rem suam augere vult accessione rei emptæ: Denique: *naturale est in possessionum emptione Lætari, in venditione lugere*, ut ait D. Hieronymus in Ezechielem cap. 7. sicut ex forma præfecti prætorio lex locum habet in locatore, non in conductore, Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 8. §. 44. Cujac. d. c. 18. in Regiis codd. notatus esse *ἀπαρχικόν.* v. Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 210.

Ipso jure] Vide Parat. Cujac. *ff. eod. & tit. seq. versf. & ita si in re int.*

Judicisque sententia] *L.* 1. 2. & 5. *hoc tit.*

TIT. XLV. *Quando liceat ab emptione discedere*:

EST & alia probabilis & legitima causa rescindendæ venditionis, quæ in hoc tit. proponitur, pactum & mutuus consensus contrahentium, secundum regulam, ut prout quisque contractus est, ita resolvatur, & hoc si res sit integra, id est, si nondum res tradita aut pretium numeratum sit, licet venditori arra data sit, vel emptori datus fidejussor, ut solebat, de re tradenda, ut *l.* 3. *ff. de resc. vend. l. Stichum, §. ultim. ff. de solut. l.* 12. *supra de contr. empt.* hodie sufficit nuda cautio, *l. emptor, infra de act. empt.* Datio arræ, vel datio fidejussoris non deintegrat rem, sed traditio rei, vel numeratio pretii totius, vel partis, *l.* 2. *hoc tit.* Et ita si re integra priusquam aliquid ex alterutra parte solveretur, convenerit ut discedatur ab emptione, statim ipso jure uterque liberatur, & arra repetitur ex empto judicio, *l. ex empto §. is qui vina, ff. de act. empt. l.* 3. *infra eodem, d. l.* 2. atque ita evenit, ut pactum ipso jure perimat obligationem, etiamsi fiat ex intervallo, & formet actionem ex empto ad distrahendam penitus emptionem, & dissolvenda argumenta emptionis, qualia præbet datio arrarum, *l. quod sæpe, ff. de cont. empt.* Sed si res non sit integra, pacto nec rescinditur venditio, nec mutatur dominium, nec formatur actio ulla ex eo, nisi rescindantur cætera venditionis, quæ secuta sunt: & sic quod dicitur ipso jure nullam esse venditionem, cui dolus dedit initium, originem & causam, re integra verissimum est, si intra verba primumque placitum steterit. Nam si res secuta sit, non aliter

A rescinditur venditio, quam si & cætera venditionis rescindantur, quæ secuta sunt, *l.* 1. 5. 10. sup. tit. prox. *l.* 9. *inf. de præd. min.* Cætera venditionis dicimus traditionem, numerationem, cautiones, quibus venditio quam nudus consensus perfecit, adimpletur: ut *l. magis* 9. *§. si pupillus, ff. de reb. cor. qui sub tut. l. si duo §. si quis juraverit, ff. de jur.* reliqua, quæ per consequentias emptionis propria sunt in *l.* 5. *ff. de act. empt.*

XLV. ENARRATIO.

PActum & mutuus conf.] *Inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi*, ut ait Innocen-

B tius in Decretis cap. 20. nisi novo pacto à contractu discedatur. Itaque emptio venditio pacto & consensu resolvi potest, *l.* 58. *ff. de pact. l.* 3. *ff. de resc. vend. l.* 2. *hoc tit.*

Mutuus consensus] Alterutro enim invito à venditione non disceditur, *l.* 3. *sup. de resc. vend. l.* 1. *hoc tit.*

Prout quidque cont. est] *L.* 8. *ff. de solut. l.* 35. *de reg. jur.*

Si res sit int.] Re nondum secuta, *l.* 5. *§.* 1. *ff. de resc. vend. l.* 7. *§. adeo autem, ff. de pact. §. ultim. inst. quib. mod. ob. toll.* dum res integra est, *l.* 2. *ff. de resc. vend. l.* 1. & 2. *hoc tit.* integris omnibus, *d. l.* 58. si nondum impleta sunt, quæ utrinque præstari debuerunt, *l.* 6. *§. ultim. ff. de contr. empt.* id est, si nondum

C pretium numeratum sit, neque res tradita, *d. §. ultim.*

Si nondum res tradita sit] Nam si res tradita sit, alterutro invito ab emptione non disceditur. Isidorus Pelusiotes epistola 26. lib. 4. *εἰ δὲ παραδοθὲν καὶ ὑπὸ νομὴν τοῦ ἀγοράσαντος ἦν, οὐ δίκαιον τὸ ἀφαιρεθῆναι: Si emptori res tradita sit, jure ei auferri non potest.*

Aut pretium numeratum sit] Hebræorum tamen jure in foro recepto licet pretium numeratum sit, ante traditionem etiam alterutro invito, ab emptione discedi potest, ut vir doctus observat in Prolegomenis tractat. de successionum jure apud Hebræos.

Deintegrat rem] Arræ datio non efficit, quin res integra sit, *l.* 2. *hoc tit.* Cæcilius apud Non. Marcellum: *Nomen virginis*, aut ut viro docto placebat: *novem vir-*

D *gines deintegravit.*

Solveretur] Pretium ejusve pars solveretur, aut res traderetur.

Ipso jure uterque] Pacto postea interposito disceditur in totum ab emptione, *d. l.* 8. ut ipso jure tollatur actio empti & venditi, *l.* 3. *ff. de rescind. vend.*

Ex empto judicio] Vel condictione sine causa, non vindicatur, *l.* 3. *inf. de action. emp.*

Ut pactum ipso jure] Pactum & consensus emptionem, & obligationem, etiamsi fiat ex intervallo: pacta enim, quæ ex intervallo fiunt nonnunquam insunt, & actionem formant: ut si post emptionem de eo conveniat aliquid, quod attingat substantiam contractus. Sive igitur in parte abeatur emptione, sive tota emptione, ex parte agentis pactio locum habet,

E ut & ad actionem proficiat, *d. §. adeo autem*, & ibi Cujac.

Ad distrahendam penitus emptionem] Licet ipso jure pacto perempta sit obligatio, tamen actio ex empto, quæ pacto formatur, proderit ad revocandam penitus emptionem, *l. ex empto* 11. *§. is qui vina, ff. de action. emp.*

Argumenta emptionis] Arra est argumentum emptionis & venditionis contractæ, apud Justinian. de empt. & vend. *ἔλεγχός ἐστι καὶ ἀπόδειξις πράσεως καὶ ἀγορασίας συνελθούσης: Argumentum est, & probatio emptionis venditionis contractæ*, Theoph. *l. quod sæpe* 35. *ff. de contrah. emp.* B. Hieronymus in epistolam Pauli ad Ephesios cap. 1. *Arrabo futuræ emptionis quasi quod-*

dam

dam testimonium, & obligamentum datur: Totum enim negotium confirmat: ὁ ἀῤῥαβὼν πιστοῦται τὸ ὅλον. Oecumenius in epistolam ad Ephes. cap. 1. quæ & pignus Plauto in Mostellar. Act. 3. sc. 2. *Is ædes emit hic proximas: quadraginta etiam dedit huic quæ essent pignori*. Hesychius: ἀῤῥαβὼν, πρόχρεα, *arra, pignus*. Et vice versa arrabo pro pignore, Terentio in Heautontimor. Act. 3. sc. 3. *Ea relicta huic arraboni est pro illo argento*. Conjungit Oecumenius arram cum pignore, ἀῤῥαβὼν, inquit, ἡ πρόχρεα, in primam epistolam Petri cap. 7. Tertullianus de resurrect. carn. cap. 51. *Arrabo summæ totius, & pignus totius summæ*. Quid tamen inter utrumque intersit docet D. Augustinus in serm. 120. de divers. cap. 9. *Si charitatem modo Deus tanquam pignus dedit per spiritum sanctum suum, cum eam rem ipsam reddiderit, quia pro ipsa pignus dedit, auferendum erit nobis pignus? absit. Sed quod dedit, hoc implebit. Ideo melius arra: quam pignus. Aliquando enim pretium: verbi gratia, præparas dare pro ea re, quam tenes bona fidei contractu: de ipso pretio das aliquid, & erit arra, non pignus, quod sit compellendum non, quod auferendum*: & sermone 12. eorum, qui nuper editi sunt in supplemento operum D. Augustini parte altera: *Melius enim dicitur arra, quam pignus. Hæc enim duo similia videntur inter se, sed tamen habent aliquam differentiam non negligendam. Et pignus quando datur, & arra quando datur, ideo fit ut quod promittitur, impleatur. Sed quando datur pignus, reddit homo, quod accepit re completa propter, quam pignus accepit. Arra autem quando datur, non recipitur, sed superadditur ut impleatur*. D. Hieronymus in d. epistolam ad Ephes. c. 1. ad illa: *Quid est pignus, &c. pignus latinus interpres pro arrabone posuit. non ipsum autem arrabo, quod pignus sonat. Arrabo enim futuræ emptioni quasi quoddam testimonium, & obligamentum datur. Pignus vero, hoc est ἐνέχυρον, pro mutua pecunia opponitur: ut cum illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus à creditore reddatur*.

Sed si res non sit integra] Venditionem implet traditio; & numeratio: resque his secutis definit esse integra.

Pacto nec rescinditur venditio] Quod nudo consensu contrahitur, nudo etiam consensu facile distrahitur: sed emptionis implementum efficit, ne nudus consensus fit.

Nec mutatur dominium] Nudis pactis, vel nudo consensu, nudave conventione dominium non mutatur: nam etsi consensu perfecta fit emptio, dominium tamen non mutatur nisi traditione, & pretii solutione, Cujac. ad *l. 1. ff. de usurpat. & usucap.* Sic etiam pacto non mutatur dominium, quod in emptorem traditione translatum est: dominium enim nudo pacto non transfertur, *l. traditionibus 20. sup. de pact.*

Nec formatur actio] Nudum pactum non prodest ad rei repetitionem.

Nisi rescindantur] Nisi res venditori contra reddatur, contra præstetur, & omnia restituantur in pristinum statum.

Cætera venditionis] Ut in *l. ex empto* xi. *§. ult. ff. de action. empt.* Petr. Faber.

Nullam esse venditionem] Quia nihil est tam contrarium bonæ fidei, quam dolos, *l. & eleganter 7. ff. de dol. l. si dolo 5. sup. de resc. vend. l. 3. §. ult. ff. pro soc.*

Si intra verba] Si conventio placiti fine stetit, ut *l. 27. de loc.* v. locum Quintil. sup. de pact.

Cautiones] Cavetur de evictione, & de dolo.

TIT. XLVI. *Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata.*

ET alia in hoc tit. si propter tributa publice sub hasta venierint bona debitoris per ambitionem, & gratiam minus justo pretio in debitoris, fraudem, venditio nequidquam coit, & rescinditur fisco oblata pensione debita: qui casus fuit etiam expressus sup. titulo generali *l. 16. & inf. de jur. fisc. l. 3.*

XLVI. Enarratio.

PRopter trib. pub.] Ob cessationem tributorum, collationum, vel ob reliqua tributorum, ob solemnes præstationes, *l. 1. & 2. hoc tit.*

Sub hasta] Solemniter, *d. l. 2.* sub hasta, *l. ult.* Festus: *Hastæ subjiciebantur ea, quæ publice venundabant, quia signum præcipuum est hasta*. Cuj. inf. de fi. & ju. fisc.

Per ambitionem, & gratiam] Emptoris, *l. 3. inf. de jur. fisc.* hinc gratiosa auctio, *l. 16. sup. de rescind. vend.*

Minus justo pr.] Nam si res justo pretio, & sincera fide, ut est in *d. l. 2.* distracta sit, venditio non rescinditur, *l. 1. d. l. 2. vers. sin autem, & l. 3. sincera fide*, id est, bona fide. Vellejus 11. c. 23. *Quidquid sincera fide gereretur.*

Fisco ob. pension. deb.] Debitor fisco infert debitam quantitatem, *d. l. 3.* non pretium emptori: fiscus venditionem resolvit, & emptori pretium restituit, Cuj. ibid.

Tit. gener.] Tit. 44.

TIT. XLVII. *Sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse.*

HOc titulo notatur etiam alia causa rescindendæ venditionis, si quis fundum debentem censum, vel reliqua census quedam fisco, aut Reip. emat, aut vendat ea lege ne onus census, vel reliquorum sequatur emptorem. Nam venditione rescissa emptor pretium, & venditor fundum amittit, utroque redacto in ærarium, ut *l. 2. C. Theod. de cont. emp.* Censum vocat tributa, vectigalia, publicas pensitationes: quod onus est agrorum, non personarum, *l. Imp. ff. de publicana. l. 3. inf. de ann. & trib. & Nov. Theodosii, Neque do. div. neque eccl.* Cassiodorus 4. Var. Inde & varia tributa, quia non est agrorum una fœcunditas: ibi potest census addi, ubi cultura profecerit, ut *l. 2. inf. de alluv.* Et onus omnium agrorum: qui sunt censui censendo, id est, qui jure civili emi, & vendi possunt: & notatur hæc eadem causa rescindendæ venditionis in *l. ult. inf. de fun. rei pri.* quæ ut magis appareat ad hanc rem pertinere, sumpta est ex *Nov. Theodosii de resc. vend. rei dom.* Et de rescindenda venditione hactenus.

XLVII. Enarratio.

REliqua census] Reliqua, ut in *l. Moschis 47. ff. de jur. fisc.* λοιπὰ Glossæ Græco Lat. λοιπὰ *reliqua*, *reliquarium*: item: λοιπάδαριον, *reliquarium*.

Onus census] Collationis sarcinam, *l. ult. hoc tit.* capitationis onus ac sarcinam, *l. 11. C. de Episcop. & cler.* Hinc agri tributo onusti Tertulliano Apologetici cap. 13. & ad Nationes libro 1.

Sequatur emptorem] possessor rei censum agnoscit, & reliqua, illicita pactione rescissa, *l. 1. 2. & 3. hoc tit.* Non enim justum pactum, & conventum est, ut alius possideat rem censui obnoxiam, & alius tributa solvat. Græci ad *l. 11. sup. de pact.* quia scilicet rei inhæret. Cassiodorus 4. 14. *Is solvat tributum, qui possessionis noscitur habere compendium.*

Censum vocat] Matth. Evang. cap. 17. 25. οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον. D. Chrysostomus apud auctorem Catenæ in Matth. κῆνσον δὲ καὶ τέλος οἱ καὶ ταῖς λέξεσι διαφέρουσι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ σημαίνουσι κατὰ μὲν τοῖς ἕλλησι τέλος, κατὰ δὲ τὰς ῥωμαίων κῆνσον: *Census, & tributum differunt, notione consonant. Quæ enim vox Græcis tributum sonat, apud Romanos census est*, Hesych. Suid.

Non

Nou personatum] Interdum census pro capitatione accipitur, sive censu capitis. Hesychius : κηνσος, ἐπικεφάλαιον.

Cassiodorus 4. var.] Epist. 38.

Censui censendo] M. Tullius pro Flac. *Illud quæro, ista sintne prædia censui censendo, habeant jus civile : sint, necne sint mancipi: subsignari apud ærarium, apud censorem, possint.* Festus Pomp. *Censui censendo agri proprie appellantur, qui & emi, & vendi jure civili possunt.*

TIT. XLVIII. *De periculo, & commodo rei venditæ.*

Vide tit. 6. lib. 18. ff.

SEquitur nova inspectio, Cujus sit periculum, & commodum rei venditæ, emptoris an venditoris. Periculi nomine significatur omne incommodum, quod rei venditæ contingit, homini mors, fuga, vulnus, depravatio, agro chasma, alluvio, vino acor, aut mucor. Id vero si non ex præterito tempore originem ducat ignorante emptore, sed ex præsenti, post perfectam venditionem, & traditionem, proculdubio pertinet ad emptorem, adeo ut pretium, quod solvit, amittat, & quod non solvit, exigi possit. Idem videtur si ante traditionem. Sed aliam sententiam esse sequendam memini me docere in *l. si fundus, ff. loc.* idemque dici potest de periculo evictionis, quod re illæsa contingit, licet *l. 1. hujus tit.* alia pericula adscribat emptori, periculum evictionis ductæ ex præterito tempore, nec contingens injuria judicis, aut emptoris culpa, laudato denunciatoque venditori.

XLVIII. ENARRATIO.

OMne incommodum] Justin. in *§. cum autem, de empt. & vend.* commodum, inquit, ejus esse debet, cujus periculum est, id est, incommodum.

Mors, fuga, vulnus] *d. §. cum autem, l. ult. hoc titulo.*

Agro chasma] *L. 10. §. 1. ff. eodem, l. cum res 47. §. ult. ff. de leg.* 1. id est, hiatus. Glossæ Lat.Græc. *Terræ hiatus, χάσμα*, & Græco-Lat. *χάσμα, hiatus. vorago terræ fragor.* Sen. Natur. quæst. lib. 6. cap. 9. *Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur.* Labes, *l. ult. ff. loc.* ut *labes agri Privernatis* : Cic. 1. de Divinat.

Alluvio] *L. 7. ff. eod.* προσθήκη ποταμοῦ.

Vino acor, aut mucor] *L. 1. 4. & 6.* eod. hæc sunt proprie vini vitia. Plin. lib. 4. cap. 20. *Proprium autem inter reliquos humores vini, mucescere, aut in acetum verti.* Cato de re R. c.148. *Vini in culleos singulos, quadragenæ, & singulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.* Arnob. 1. *In acoris perfidiam vinum repente mutari.* Mucor est lanugo, quæ ex diuturno situ contrahitur. Columella de re R. lib. 12. cap. 4. *Ne situ penora mucorem contrahant.*

Si non ex præterito tempore] *L. 1. & ult. hoc titul.* Ut puta si servus apud emptorem ex veteri vitio fugerit, venditor quasi evictionis nomine tenetur, *l. Julianus 13. §. 1. ff. de action. emp.* & non tantum pretium servi, sed etiam rerum ablatarum æstimationem restituet, *Paul. Sent. lib. 11. tit. 17. §. servus, l. quæro 58. ff. de ædilit. ed.* idque emptor probare debet, *l. 4. ff. de probat.* Si vero ex recenti vitio, periculum fugæ ad emptorem pertinet, *l. actioni 54. ff. de ædil. ed. l. 3. inf. eod.*

Ignor. emptor.] Sic ædilitium edictum ad eum, qui sciebat, non pertinet. v. *inf. tit. 58.*

Post perfectam venditionem] Post perfectam venditionem, & traditionem periculum ad emptorem respicit, *l. lectos 12. ff. eod.* res enim perit domino suo, *l. 9. sup. de pignerat. act.*

Idem videtur si ante traditionem] *d. §. cum autem* : Sed Cujac. in alia sententia est tract. 8. ad Afric. ad *l. si fundus, loc.* & ad *d. §. cum autem.* Ait enim id, quod ibi dicitur, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinere, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit, ex jure summo esse, non ex æquitate : quia sane, qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est, *§. 4. Instit. de empt.* & convenienter ei perire debet.

Hanc viri magni sententiam notabat olim quidam è trivio Jurisconsultus, καὶ ἰταμοῦ, ἐκ πάσης προφάσεως ἐλέγχων ἐπιχειροῦντος καὶ διαπληκτιζομένου, quod de Sallustio Philosopho scribit auctor incertus apud Suidam. Ejus linguam futilem, καὶ σαθροῖς λόγοις alii jam castigarunt. Notant, & alii melioris notæ Jurisconsulti, quos equidem æquo animo ferrem si stilo atrociore abstinerent hic, & si usquam vir sine exemplo maximus humanitus erraverit : (πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες) καὶ τοῦτο τὸ εὐόλισθον τῆς ἀνθρώπου φύσεως, Cirillus Alexandrinus in Apologetico ad Theodosium Imp. inclusa sumpta sunt ex epistola Jacobi Apost. cap. 3. Sane Cujacii sententia dubio non caret : sed nos Cujacium hic interpretamur, non maligne, ut plerique hodie solent, detrahendi libidine non ferenda, inclementer incessimus, aut vellicamus.

Idemque dici potest] Supra dictum est, periculum quod rei venditæ contingit post perfectam venditionem, & traditionem, spectare ad emptorem : idemque dicendum videri, si ante traditionem : aliam tamen sententiam esse sequendam : id est periculum quoque ante rei traditionem ad emptorem pertinere, quibus subjicit idem dici posse de periculo evictionis, quod re illæsa contingit : puta si fundus publicatus sit : periculum enim de quo supra dictum est, non contingit sine rei læsione : publicatur autem fundus citra rei damnum, & læsionem. Ait igitur, idem & hic dici posse : id est, sive res publicata sit post traditionem, sine ante traditionem, periculum ad emptorem respicere.

Licet lex 1.] Quasi diceret, se non moveri *d. l. 1.* in qua dicitur, alia quidem pericula emptorem respicere, periculum autem evictionis venditorem : rem enim aliter procedere, cum periculum evictionis re illæsa contingit.

Nec contingens injuria judicis] Emptor adversus venditorem regressum non habet, si per injuriam judicis victus, & condemnatus sit, *l. emptor 8. infr. de eviction.* emptor enim de se queri debet, quod non appellaverit : appellationis enim remedio subvenitur eis, qui de sententiæ iniquitate queruntur. Sicut neque venditor evictionis nomine tenetur, si culpa emptoris res evicta sit, ut puta si emptor absens per contumaciam ex eremodicio condemnatus sit : magis enim propter absentiam victus videtur, quam quod malam causam habuerit, *l. 1. hoc titul. l. si ideo. ff. de eviction.* Vide Cujac. ad *l. 34. ff. de ædilit. ed. tract. 6. ad Afric.*

Laudato, denuntiatoque] Emptor venditori denuntiare debet, ut liti subsistat, *d. l. 1.* cæterum periculum evictionis non sustinet, *l. 7. & 8. inf. de eviction.* non enim culpa caret, qui passus est jure judicioque rem sibi evinci, non laudato venditore, penes quem sunt instrumenta auctoritatis, quique juris sui optimus adsertor est.

TIT. XLIX. *De actionibus, & empti, & venditi.*

Vide tit. 1. lib. 19. ff.

EX contractu emptionis, & venditionis contrahentes invicem obligantur de eo, quod alterum alteri ex æquo, & bono præstare oportet : emptor tenetur actione venditi, quæ actio pretii dicitur, *l. 8. & 9. sup. de cont. empt. l. 7. hoc tit.* venditor actione empti de re tradenda. Utraque nomen habet ab eo cui competit, & præcise dicitur actio empti, vel actio venditi, vel ex empto vendito, ut *l. etsi uno, ff. eod.* & ven-

& venditi empiti ; vel ex vendito empto, & illa quidem præcisio non tantum fit à posteriori, sed etiam à priori, ut *l.1. supr. si ser. ext. se emi mand.* actio empti, id est venditi empti, & *l. sed hoc nomine*, *l. si cum venditor, §. si secundus*, *ff. de evict.* actio ex vendito, id est, ex empto vendito.

XLIX. Enarratio.

De eo quod alterum] *L.2. §. ult. ff. de obligat. & act.*

De re tradenda] *L.2. §.2. ff. eod.* venditor autem cogi potest, ut tradat, *Paul. Sent.1. tit.13. §. perficiuntur*, *Institut. de donat.* si modo rei tradendæ facultatem habeat : hoc ita, si emptor rem ipsam præcise malit. Cæterum agetur in quod interest emptionem compleri, *l.1. ff. eod. l.4. hoc tit.*

De re tradenda] Traditione autem rei venditæ dominium in emptorem transfertur, si venditor dominus fuit, *§. per traditionem*, *Institut. de rer. divis.* Si non fuit dominus, evictionis tantum nomine tenetur, *l. ex empto 11. ff. eod.*

Dicitur actio empti] Vel actio ex empto, & quæ venditori competit, actio ex vendito, *§. pretium. Institut. de empt. l.11. & l.12. §. ex vendito, ff. eod.* Cicero 3. de Nat. Deor. *Reliqua, quæ ex empto, aut vendito, conducto, aut locato contra fidem fiunt.*

Empti venditi] *L. Imperator 16. ff. de in diem addict.*

Vel ex empto vend. *L. mutuum 19. ff. de her. vel act. vend.* Varro 11. de re R. cap.11. *Nec non emptor potest ex empto vendito illum damnare.* Ut ex conducto locato, *l. ult. §.1. ff. ad leg. Rhod.*

Id est, venditi empti] Et in *l. Julianus 13. §. si procurator, ff. eod.* Græci autem ajunt, auctores juris promiscue uti emptionis & venditionis vocabulis, in Glossis Nomicis, v. ex empto.

Actio ex vendito] Sic in *l.11. C. de pact.* actio ex vendito, id est, empto. Basil. c.11. *ἡ ὑπὲρ τοῦ ἀγορασθέντος ἀγωγή*, ex empto actio.

TIT. L. *Si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.*

Pertinet etiam hic titulus ad actiones empti & venditi, ut indicat aperte *l.6. & l. penult.* & sunt ejus partes tres : Si quis alteri emerit, si sibi emerit sub alterius nomine, si sibi emerit pecunia aliena. Primo casu qui alteri emit nihil agit, cum nec sibi adquirat actionem empti, quia noluit, nec alteri, quia non potuit, alteri enim emimus inutiliter, quamde causa procurator cum mandatu nostro emit, non nobis, sed sibi emit, sibique adquirit empti actionem, l.7. hoc titulo, & alia est ratio procuratoris, alia nuntii ; Quod procurator mandatu meo emit, sibi emit non mihi ; Quod nuntius, ego emo non nuntius. Fongitur enim nuntios epistolæ vice, ut recte Acc. ait in *l. & licet ff. de cons. pec. & l. cum mancipium, ff. de ædil. edict.* & non male idem in *l.1. ff. de proc.* nuntium interpretatur nunciationem, quia scilicet eo nomine res magis quam persona significatur, & ita fit ut per nuntium emamus recte, per procuratorem non item ementem nobis. Sed si ea sit mens procuratoris ementis sibi & venditoris, ut res ei tradita mandatori adquiratur, adquiretur : imo & sola voluntas sufficiet venditoris, *l. ultim. hoc tit. l. qui mihi, ff. de donat.* cui constat voluntatem congruere mandatoris, cum mandatu ejus empta res sit. Secundo casu si emerit quis sibi sua pecunia sub nomine alterius tabulis inscripto, tam actionem empti adquirit sibi, quam dominium proprietatis, vel possessionis, non ei in cujus nomen emit, *l.4.5.6. hoc tit. l.1. & 2. Cod. Greg. si sub alt. nom. res emp. erit.* Tertio casu si emerit quis sibi pecunia aliena .i. pecuniam pro eo adnumerante altero, idem erit.

L. Enarratio.

Nihil agit] *ἀνατρεπτός ἐστιν ἡ πρᾶξις*. Inanis & inefficax est venditio, *l. quæcunque 11. ff. de oblig.*

Quia noluit] L.6. *in fine h. tit.*

Quia non potuit] Quia per liberam personam nobis nihil adquiritur, *§. ex his, Institut. per qu. pers. l. si unus 27. §.1. ff. de pact.* Nisi quis ei emat, quem habet in potestate : quo casu si pater filio sui juris constituto tradiderit, ei adquiretur, *l. 2. h. tit.* alioquin morte patris donatio confirmabitur, si in eadem voluntate perseveraverit, *l. donationes 45. infra de donat. int. vir. & ux.* vel ex diverso si quis emerit ei in cujus potestate est, *l. 7. h. tit.*

Alteri enim emimus inut.] *L.64. ff. de contrah. emp.*

Ego emo, non nuntius] Emptio venditio nudo consensu perficitur : & ideo & inter absentes contrahi potest, veluti per nuncium, aut per epistolam, *l.1. §. ultim. eod. l. ultim. h. tit.* nuncius enim non contrahit, sed nuncius est negotii contrahendi : nuncius est vox mittentis, ut ait Placentinus in Summa, & ex eo Glossa ad *d.l.6.*

Similiter alteri paciscimur inutiliter, *l. quo tutela 73. §. ultim. ff. de reg. jur. In d. §.1.* legis 27. reus principalis, qui paciscitur, ne à fidejussore petatur, de se ipso non paciscitur *περὶ ἑαυτοῦ μὴ συμφωνῶν*, ut est in Basilic. Sed tamen fidejussori pacti exceptio prodest, quoniam ejusmodi pacto magis ei qui pactus est consulitur, quam fidejussori per liberam personam adquiritur. Et pactum igitur sustinetur, quia debitoris interest fidejussorem liberari. Utilitas debitoris efficit, ut pactum valeat, nuncius tamen pacti conventi esse pro alio qui non prohibetur, *l.2. ff. de pact.* nuncius minister est, ministerium exhibet absenti, operam suam accommodat.

Vel possessionis] De dominio possessionis vide Notata Mercatoris ad libros Animadver. Joann. Roberti lib.111. cap.1x. & Parat. ff. de bonor. poss.

Idem erit] Ei qui sibi aliena pecunia emit, id est, altero pecuniam numerante, actio ex empto, & dominium traditione adquiritur, *l.1.3.6. & ult. h.t. Paul. Sent.11. tit.xv11. l. fundus.*

TIT. LI. *De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.*

Aliud est vendere, aliud alienare. Vendere est consentire uti merx cum pecunia commutetur. Alienare est dominium transferre, quod fit traditione rei suæ, non traditione rei alienæ ; & vendi tamen res aliena potest, & vendita si sit, utrinque obligatio contrahitur, sed satis illicita venditio est, ut ait *l.1. tit. seq.* nec fit jure, *l.3. supr. de rei vind.* jure firmo. Nam & emptori res à dominio per vindicationem, antequam usuceperit etiam pretio non oblato, & postquam usuceperit venditori pretium auferri potest, *l.1. hoc tit. l.2. infr. de in lit. dan. tut. l.6. infr. de fur.* nec abnuerim, quin ita hic titulus accipi possit de rebus alienis non vendendis, vel alienandis secundum constitutiones sub eo positas, vel in solutum dandis *l.4. h. tit.* Nam & datio in solutum pro venditione est, *l.4. infr. de evict.* ut in *l.1. infr. de jur. emphyt.* alienationis verbo significatur venditio ; denique prohiberi hoc tit. venditionem rei alienæ, quod secunda parte hujus tit. producitur etiam ad manumissionem, emphyteusim, servitutum impositionem, ususfructus dationem, pignus, hypothecam, *l. ult.*

LI. Enarratio.

Merx cum pec. comm.] Est enim emptio mutatio pretii cum merce. Plin. libro 9. cap. 60.

Nam

Nam permutare quidem pretio nolunt, alienave merce. A *v. supra de cont. emp.*

Alienare est domin. transf.] *L. 1. infra de fund. dot.* Boetius ad Top. Cicer. *Omnes vero res, quæ abalienari possunt, id est, quæ à nostro ad alterius transire dominium possunt.*

Traditione rei suæ] *§. per traditionem, Inst. de rer. divis.*

Non tradit. rei al.] *L. traditio 20. ff. de adq. rer. dom.*

Vendi tamen res al. pot.] Rei alienæ emptio venditio valet, quia contenta est traditione vacuæ possessionis, *l. rem alienam 28. ff. de contrah. emp. l. 1. ff. de rer. permut. l. 2. §. 1. ff. de action. emp.* evictionis tantum nomine venditorem obligat, *l. exemplo 55. §. 2. eodem.* Non omnis igitur venditio alienatio est, sed rei nostræ duntaxat, & minus quam perfecta est definitio allata à B Seneca v. de Benefic. c. 10. *Venditio alienatio est, & rei suæ, jurisque sui in alium translatio.* Nisi dixeris Senecam respexisse id quod plerumque accidit. Quod & auctoribus nostris solenne est.

A domino] Cui nocet non potuit, qui distraxit, *l. 6. hoc tit.*

Pretio non oblato] *L. 3. supra de rei vindicat.*

Servitutum] Sequitur scripturam Pandect. Florent. in *l. 32. §. ultim. ff. de servit. urban. præd. & l. 1. ff. de serv. præd. rust.*

TIT. LII. *De communium rerum alienatione.*

HAoc autem tertiam partem facio tituli superioris, ut quæ de tota re aliena non vendenda, vel alie- C nanda dicta sunt, eadem & de parte intelligantur si unius rei pars sit mea, pars aliena, quæ in fisco locum non habent. Namque securus statim est is qui rem alienam emit à fisco, perinde atque si usucepisset, & domino est regressus adversus fiscum intra quadriennium duntaxat: & idem igitur erit, si fiscus vendat rem quam habet cum privato communem, *l. 2. hoc tit. l. 1. infra de vend. rer. fisc. cum pr. com.*

LII. ENARRATIO.

EAdem & de parte] Id est si quis rei, quam cum alio communem habes, soliditatem vendiderit, ut est in *l. 2. hoc tit.* emptori res à domino per vindicationem priusquam usuceperit: post usucapionem autem D venditori pretium auferri potest, *l. 5. hoc tit.* quæ eleganter usucapionem vocat receptum jus. Receptum autem, licet ex iniquo aliquid habere videatur, quod rem suam invito domino per eam auferri contingat. Sed utilitas publica legum conditoribus ante omnia propolita est, quæ in eo versatur, ut legitimo tempore securi fiant rerum possessores, id est, certa cuique rerum suarum possessio sit.

Securus statim est] *Justin. de usucap. in fine: Ut ipsi quidem securi statim fiant.* Qui rem alienam emit à fisco, οὐθὲν ἔχει τὸ ἀφρόντιστον, Græci apud Harmenopulum manuexaratum: τὸ ἀμέριμνον, Theoph. sive agat, sive pulsetur emptor, quod plures alliciantur emptores rerum à fisco distrahendarum. Nec ob id tamen rem suam domino fiscus eripere creditur, cum intra quadriennium E ei adversus fiscum regressus sit, & rei suæ recepto pretio nihil abesse videatur. Putavit nimirum Princeps, domino sufficere ad inquirendas res suas præfatum quadriennium.

Securus statim est] Nec igitur opus est ea securitate, quam parit usucapio, vel longi temporis possessio, *l. 7. de longi temporis præscrip.*

Es satis igitur novum est, ut qui dominus non est, dominium in alium citra juris beneficium transferat.

Sed fisci jus præcipuum est.

Intra quadriennium] *L. 2. infra de quadr. præscrip.*

TIT. LIII. *Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.*

COnstitutio hujus tituli docet rei suæ venditionem esse etiam administranti rem alienam, veluti tutori & curatori, in cujus bonis pupillus, vel adolescens habet tacitam hypothecam, sive ex causa administrationis condemnatus sit, sive non: videlicet cum sua causa, id est, jure hypothecæ. Et quæ res venditionem recipit, eam etiam recipere pignerationem, ut *l. 9. l. 55. §. ususfr. ff. de pign.* nec interest cui pignori detur, fisco an privato. Nam fiscus cui specialiter res una obligatur, non habet tacitam hypothecam in cæteris bonis debitoris, *l. ultim. inf. de pac. conv.* Et similiter donatione tutori non interdicitur, aut testamenti factione, *l. 57. inf. de adm. tut.*

LIII. ENARRATIO.

HAbet tacitam hypoth.] *L. un. §. 1. infra de rei ux. act. l. pro officio 20. inf. de admin. tut.*

Cum sua causa] Com suo onere, *l. un. hoc tit.*

Jure hypothecæ] *L. si debitor 12. inf. de distract. pign.*

Et quæ res venditionem] Argumentum ducitur à venditione ad pignerationem, *d. l. un.* ibi: *Potuit ergo, &c.*

Fisco an privato] Itaque fiscus, qui tacitam semper habet hypothecam, *l. aufertur 49. §. 3. ff. de jur. fisc. l. 2. infra in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contr.* non præfertur prioribus tacitam hypothecam habentibus, & longe minus expressam, *l. si pignus 8. ff. qui potior. l. res, quæ 22. §. 5. ff. de jur. fisc. l. 2. infra de privil. fisc.* nam fiscus cui specialiter res una obligatur, non habet tacitam hypothecam in cæteris bonis debitoris.

L. ultim. inf. de pact. conv.] Nam ubi cauta est hypotheca, tacita non concurrit. Unde vulgo jactatur, provisionem hominis tollere provisionem legis. Cojacius igitur argumentum ducit ex *d. l. ult.* & quod ibi dicitur de muliere, trahit ad fiscum.

TIT. LIV. *De pactis inter emptorem & venditorem compositis.*

HIc tit. de pactis, quæ adjiciuntur emptioni venditioni ex continenti .i. tempore contractus, *l. pen. hoc tit.* initio contractus, *l. 5.* vel tempore traditionis, *l. in traditionibus, ff. de pact.* Omnis traditio, quæ fit ex causa, contractus est, emptio venditio contractus principalis, cui tamen alii contractus accedunt, veluti arræ datio, & traditio rei venditæ, ex quibus non alia actio datur quam quæ nascitur ex principali contractu, empti scilicet & venditi, nec alia ex pactis, quæ eis adjiciuntur, veluti ex pacto arrali, vel ex traditionis lege. Hæc vero pacta ut sunt varia, ita varias efficiunt ejusdem contractus formas. Nec si quæras, quæ sit venditionis, vel locationis, vel alterius forma, possim dare certam atque perpetuam, quod ea pendeat omnis ex varietate, & qualitate pactionum: contractum enim formant & actionem ipsam ex contractu. Denique contractus legem dant, atque ideo etiam leges dicuntur & conditiones passim in jure, leges emptionis & venditionis, imo emptiones & venditiones, ut *l. 4. hoc tit.* Commissoria venditio, id est, venditio facta lege commissoria, ut si intra diem pretium, vel pretii pars reliqua non solvatur, si ita venditor velit, res fiet inempta & venditori committatur arris non redditis, quæ tamen Imp. Antonino displicebat, & Cicero 12. ad Att. ait sibi iniquam videri. Præter hanc & hæc in hoc tit. proponitur, ut emptor præstet usuras pretii ex tempore contractus, idem si ut venditor præstet: puta qui vendiderit vinum, oleum, frumentum,

l. 55.

l. 15. supr. de act. emp. & ut in partem pretii cedat si quid fiat, vel non fiat ab emptore. Et ut venditori quandoqu intra certum tempus redimere liceat rem venditam, quibus ex causis omoibus est actio empti, aut venditi in id, quod interest, vel ut veoditio rescindatur, nec necessaria est præscriptis verbis. A

LIV. Enarratio.

Ex continenti] Ut in *l. 7. §. quin imo, ff. de pact. l. 6. ff. de Novat.* incontinenti, *l. 3. inf. de ædil. ed.* Excerpta ex vett. lexic. in *continenti*, παραχρῆμα, id est, continuo, confestim.

Arræ datio] Arræ datio contractus est, *l. 17. supr. de fid. instr.* ἀῤῥαβωνικὸν συμβόλαιον, *arrabonicus contractus*. Græcis. B

Ex pacto arrali] *L. 3. sup. de action. empt.*

Nec si quæras] Contractuum certa forma non est, ut emptionis non est certa forma: variatur namque & mutatur pactionibus, quarum hæc est vis, ut contractum forment, reforment, transforment, & quasi deforment, *l. nec ex prætorio 27. ff. de reg. jur.* Cujac. ad *l. 52. ff. de verb. oblig.* quem vide ad *l. 7. §. quin imo, ff. de pact.*

Contractum enim formant] Pacta quæ adjiciuntur ex continenti non pariunt actionem, sed formant contractum, *l. cum dotem 10. inf. de jur. dot.* id est, formam, & legem dant contractui, formant ipsam actionem, *d. §. quin imo*, id est, actionem ex ipso contractu. Cujac. Observ. 11. c. 15.

Actionem ipsam ex contr.] Id est, datur actio qualis pacto informata est, non qualis citra pactum daretur ex oatura contractus. C

Contractus leg. dant] *L. contractus 23. ff. de regul. jur.*

Leges dicuntur] Vitruvius lib. 1. cap. 1. *Ut legibus scribendis prudentia caveri possit, & conductori. Namque si lex perite fuerit scripta, erit ut sine captione uterque ab utroque liberetur, l. veteribus 39. ff. de pact. l. 1. §. ult. ff. de aq. & aq. pluv. & in l. 2. inf. tit. 56.* pactum dicitur, & postea lex, & lex commissoria, quæ conventio est, *l. ult. in fi. ff. de leg. commiss.* pactum legis commissoriæ dicitur *lib. 4. de feud. tit. 66.* Aristot. Rhetoric. 1. cap. ult. ἡ γὰρ συνθήκη, νόμος ἐστὶν ἴδιος, καὶ κατὰ μέρος. Interpres Anonym. Aphthonii: τῶν νόμων οἱ μὲν κοινοί· ὡς οἱ καθόλου περὶ τῶν τῆς πόλεως: οἱ δὲ ἴδιοι οἱ περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους συμβολαίων. D

Et condiciones] *L. sed Celsus 6. §. ult. ff. de contr. empt. l. 2. hoc titulo, l. ult. inf. si mancip. ita fuer. alien.* Pompon. Mela cap. 7. *Ad dirimendum condicione bellum:* & mox: *Tucti de integro.* Donat in illud Andr. act. 1. sc. 1. *Accepit condicionem. Condicio est pactio certam legem in se continens.*

Leges empt. & vendit.] *L. hanc legem 22. & leg. pacta 72. §. 1. ff. de contrah. empt.*

Ut si intra diem] Ad diem, *l. 2. ff. de leg. commiss. l. ult. ff. de rescind. vend.* iotra certum diem, *l. 4. ff. de leg. comm.* iotra certum tempus, *l. 1. & 3. hoc tit.* in diem statutum, *d. l. 6. §. 1.* præstitutum legi commissoriæ, *l. 7. ff. de leg. comm. ex die, d. l. ult. §. 1.*

Si ita venditor velit] Nec enim venditor invitus legem commissoriam exercet, *l. 2. & 3. ff. de l. commiss. Nam de commodo proprio licet unicuique detrahere*, ut ait Ascon. Pedian. 3. in Verr. & eis renuntiare, quæ pro se introducta sunt, *l. pen. sup. de pact.* E

Res fiat inempta] Inempta, *l. 1. 4. 5. & ult.* invendita, *l. ult. §. 1.* ἀναγόραστος. Bas.

Venditori committatur] Ut in *l. 2. seq. tit.* homo fisco commissus, qui fisco vindicatur. Lex sive pactio commissoria, quæ etiam fiducia dicitur, in venditione ita fit, ut si ad diem emptor pretinm non solverit, venditio resolvatur, & ipso jure rei venditæ dominium ad venditorem recurrat: ex Cuj. ad tit. 29. lib. 1. de Feud.

Arris non redditis] *L. 6. & ult. ff. de leg. commiss.* imo nec pretii parte, quam numeravit, *l. 4. §. 1. eod.*

Imperatori Antonino disp.] Non improbabat quidem, ut apparet ex *d. l. 4.* sed displicebat, ideoque adversus eam facile integri restitutiooem dabat, *l. Æmilius 38. ff. de minor.* & ibi Cujac.

Cicero 12. ad Attic.] Verba ejus hæc sunt: *Si Castricius pro mancipiis pecuniam accipere volet, eamque ei solvi, ut nunc solvitur, certe nihil est commodius: sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non mihi videtur esse æquum*, Epist. 28. in edit. Grut. al. 27.

Ex tempore contractus] *L. 5.*

Idem si ut venditor] Id est, si conveniat, ut tardius traditi vioi, olei, frumenti venditor usuras præstet ex tempore contractus, *l. ultra modum 15. sup. de act. empt.*

Et ut ut in partem pretii] Si rem vendiderit minorato pretio, ut loquitur Scævola in *l. ult. ff. de serv. export.* certæ rei contemplatione, id est, si quid fiat, puta ut emptor quid solvat venditoris nomine, id videtur cedere in partem pretii; vel si ea lex venditioni dicta sit, ne quid fiat, id est, ne fundus invito venditore, alienetur ab emptore, *l. 6. & ult. h. t.*

Et ut venditori quandoque] Ut rem venditori revendat, *l. 2.*

Quandoque] Pro quandocumque, ut supra ὁ δήποτε χρόνῳ.

Vel intra certum tempus] *d. l. 2. & l. 7. hoc tit.* Et hoc est alterum genus legis commissoriæ: utrumque extat in *l. statuliber 38. §. 2. ff. ad leg. Falc.* Græci ibidem: ὁ ὑπὸ ἀφωρισμένην ἡμέραν, καὶ ὑπὸ διαμαρτυρίαν πραθείς, ἢ ὑπὸ ὅρον τοῦ ἀναλυθῆναι τὴν πρᾶσιν, εἰ δόξειεν ὁ πράτης. *Servus in diem certum addictus sive ex lege venditus, nisi quis supra adjecerit. Item sub lege commissoria distractus, sive ea lege, ut resolvatur venditio si venditori placuerit*, &c.

Redimere liceat] D. Hieronymus io epistolam ad Galatas cap. 3. *Qui emit, alienum emit: qui autem redimit, id emit proprie, quod suum fuit, & suum esse desierit.*

Quibus ex omnibus causis] Si ad diem pecunia soluta non sit, emptor commisit in legem venditionis: itaque venditor rem vindicabit, si precariam possessionem concesserit, *l. ult. ff. de leg. comm. l. 3. & 4. hoc titul.* vel aget ex vendito, ut rescindatur venditio: est quidem finita emptio: oam legis commissoriæ potestate resolvitur: sed omnem dubitandi materiam sustulere rescripta Antonini, & Severi, ex quibus actio ex vendito competit, *l. 4. ff. de leg. commiss.* Sed etsi convenerit, ut venditori rem venditam redimere liceret, actio ex vendito dabitur, nec erit necessaria actio præscriptis verbis, *d. l. 2.* Eliget igitur actor quam volet. Item usuræ à tempore contractus petentur actione ex veodito, *d. l. 5.* vel actione ex empto, *d. l. 15.*

In id, quod interest] Si non fiat id de quo convenit, agetur ex vendito, ut venditio rescindatur, *d. l. 6.* vel ut venditor consequatur id, quod sua interest, *l. ea conditione 14. sup. de rescind. vendit.* Item si venditor eam legem dixerit, ne vicinus cui fundum vendidit, eum sese invito alienet, & emptor rupta fide alienet, erit actio ex vendito, *l. ult. hoc tit. l. pen. ff. de pact.* Cujac. ad *l. 122. §. coheredes, ff. de verb. oblig.*

Nec necessaria est præscriptis verbis] Agi potest ex vendito, *d. l. 4. l. si sterilis 21. §. si fundum, ff. de action. emp.* Sed & præscriptis verbis agi poterit, *l. Labeo 50. ff. contrab. empt. l. si convenerit 6. ff. de rescind. vendit.*

TIT. LV. *Si servus exportandus veneat.*

Vide tit. 7. lib. 18. ff.

Sequuntur pactiones, quæ propie in mancipiorum venditionibus addi solent, una in hoc titulo, alte-

altera in sequenti, & duæ in 57. In hoc tit. ut servus qui venit, exportetur, quod est, ut aliquo ex ea urbe vel provincia amoveatur ubi venit; qua de re venditores cavere solent, vel quod ipsi eadem lege servos emerint, & stipulanti promiserint pœnam ni exportaretur, *l. 7. ff. de ser. exp.* vel odio servorum quorum conspectum ferre non possunt, ut citra venditionem etiam legimus à dominis pœnæ causa ex urbe in villam servos ablegari, *l. ex facto, ff. de her. inst.* Ea autem lege vendere Græcis est ἐπ' ἐξαγωγῇ. Demosth. in Timocratem: ἐπ' ἐξαγωγῇ φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, πέπρακε δὲ τῷ ἔργῳ, ubi Ulpianus: τὸ ἐπ' ἐξαγωγῇ τὸ πραθῆναι ἔξω τῆς πόλεως. Ælianus in Epistolis: τὴν σύριον ἀπηνδόσομαι ἐπ' ἐξαγωγῇ. Dio 54. κὶ τῆς χιλιάδας τὸ πλεῖον ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο. Et lex ea dicitur non tam emptori quam ipsi servo, sicut illa ne manumittatur tit. 57. dicitur apta & colligata esse personæ servi, *l. pen.* vel ut manumittatur, vel ut non prostituatur. Igitur neque ibi morari servus ille potest, neque manumitti: unde exportari jubetur, *l. 4. §. in illis, ff. de manumiss.* aut si ibi manumittatur, servus fiet fisci; alibi potest manumitti: nec enim hac lege manumitti vetatur; sed rursus post manumissionem si redeat, unde exportatus est, quia nec in emptorem jam ulla est actio, nec in manumissum manus injectio, constitutum est ut veniat in perpetuam servitutem fisci sub eadem lege, ne ibi moretur ubi venit, aut ut priori domino manus injectio sit, si ibi lege venditionis manus injectionem exceperit: aliquando pœnam tantum stipulatur, & hoc casu si non pareatur legi venditionis, pœna committitur venditori, & servus fisco.

LV. Enarratio.

L. Ex facto] *§. 3.*

In epist.] Ep. pen.

Dio] Adde: Josephus ἀρχαιολ. lib. 15. cap. 1. τοὺς τοιχωρύχους ἀποδιδόμενον ἐπ' ἐξαγωγῇ τῆς βασιλείας. Quem locum non percepit Rufinus interpres Josephi: ἐπ' ἐξαγωγῇ τῆς βασιλείας vendi, est peregre venum ire, & sub ea lege, ne in patria moretur, exportandum venire. Dio Chrysostomus in Rhodiaca: κ, ὡς ἐπ' ἐξαγωγῇ: καθάπερ οἶμαι τὰ σφόδρα πονηρὰ ἀνδράποδα. Liban. declamat. 17. ἐπ' ἐξαγωγῇ πωλούμενος. Zosimus lib. 3. διὰ τῦ στρατοπέδου παρήγαμεν ἐπ' ἐξαγωγῇ. & lib. 4. οἷα δεσπότας εἰδότας ἐπ' ἐξαγωγῇ δημοσίᾳ πωλεῖσθαι. Basilica libro 42. tit. 3. ἐὰν ὁ διαθέμενος οἰκεῖ δοῦλον ἐπ' ἐξαγωγῇ πραθῆναι. Ulp. dixerat, Ut exportandus veneat, in *l. 8. §. 1. famil. ercisc.* Quod aliis verbis extulerunt in *l. 5. C. eod.* ὁ δὲ ἄλλος ἔξω τῆς πόλεως πραθῇ. Imp. Alexand. ibid. *Alter exportandus venundaretur.*

Servus fiet fisci] *L. 3. hoc tit.*

Constitutum est] *L. 1.*

Aliquando pœnam] *L. 2.*

TIT. LVI. *Si mancipium ita venierit ne prostituatur.*

IN hoc tit. ne ancilla, quæ venit, habeatur in turpi quæstu, ut bene & pudice educetur, & prostituta ut confestim libera fiat, vel ut venditori in eam sit manus injectio, quam tamen si forte remittat, ipso jure libera fit sine patrono, quæ venditorem patronum haberet, si non excepta manus injectione hoc tantum cavisset, ut libera fieret, quæ pactio valet, etiamsi fiat ex intervallo, ut indicat *l. 2. hujus tit.* & perducit ancillam in libertatem, quod pudicitiæ & libertatis favor extorsit: huic contraria pactio ut prostituatur, est contra bonos mores, & ideo nec sequenda est.

LVI. Enarratio.

TUrpi quæstu] Quæstus meretricius turpis dicitur in *l. 1. hoc tit.* & meretrix turpiter facere, quod sit meretrix, *l. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. caus.*

Ut bene & pudice educ.] Plaut. Curc. act. 4. sc. 2. *Eduxit hanc bene & pudice.*

Et prostituta] Prostituta meretricio more ut in *l. si ea 22. inf. ad leg. Jul. de adulteriis.* Glossæ Gr. L. προΐσταμαι ἐπὶ πόρνῃ: prosto.

Manus injectio] Manus injectio dicitur, quotiens nulla judicis auctoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus, ut scribit Servius in 10. Æneid. Manum autem injicere hic est, ancillam abducere, & manum ei porrigere, ne prostituatur, vel ne prostituta in turpi lucro maneat, auxilii ferendi causa, ut in *l. causam 20. §. 1. ff. de manumiss.* διὰ τὸ βοηθῆσαι τῷ πραθέντι ἀνδραπόδῳ συμφωνηθέντι, ut ibi Græci lib. 48. Basilic. tit. 1. & hoc est quod dicitur in *l. Titius 9. ff. de serv. export.* Manus injectionem ancillam eximere ab injuria.

Si remittat] Id est, si venditor patiatur ut ancilla corpore quæstum faciat, ut loquitur *l. ult. hoc tit.* & Valer. M. lib. 6. cap. 1. §. 6. & possit ancilla prostitui.

Remittat] Sic legem remittere dicitur, qui ea lege vendiderat, ne aliquo loci moraretur, si patiatur ibi morari in *l. 1. ff. de serv. export.*

Ipso jure.] αὐτομάτως.

Libera fit.] *L. 1. hoc tit.* Licet antea venditor omnia bona obligaverit, quæ habet, habiturusve esset, *l. si quis 6. ff. si quis manumiss.* εἰ γὰρ κ, ὑποκειμένη δανειστῇ, ὅμως ἐλευθεροῦται κ, αὐτή, ut ibi Græci 48. Basil. tit. 6.

Sine patrono.] Nec enim æquum est venditori honorem haberi, & patronum ejus esse, quam prostitui passus est, *l. sed si hac lege 10. §. 1. ff.* de in jus voc.

Quæ venditor. patron. haberet] *d. §. 1.*

Sic non excepta.] Ut *l. 2. hoc tit.* id est, si dominus sibi non excepisset manus injectionem, & contra legem venditionis ancilla prostituta esset, libera fieret, & venditorem patronum haberet. Sed excepta manus injectione, χειρὸς ἐπιβολὴν Græci vocant, dominus manum injicit in ancillam suam, & eam vindicat.

Ut indicat l. 2.] In illis verbis: *Et nisi tabulis venditionis inserta sit*, &c.

Perducit ancillam ad libertatem.] Perducere ad libertatem est liberam efficere, ut in *l. Titius 43. ff. de actionib. emp. & l. ea quidem 5. inf. tit. prox.*

Favor extorsit] Ut scilicet pactum ex intervallo prosit ad libertatem: pacta quæ fiunt ex intervallo nec pariunt, nec formant actionem, *l. 7. §. quin imo, ff. de pact.* sed favor libertatis prævaluit. Favor libertatis & alias benigniores sententias exprimit, *l. 32. in fi. ff. ad leg. Falcid.*

TIT. LVII. *Si mancipium fuerit alienatum ut manumittatur, vel contra.*

IN hoc titulo duæ: ut non manumittatur, quæ servum perpetuæ addicit servituti, adde vel ut manumittatur intra certum tempus, ut apud Suetonium in Aug. Dionem 53. vel ut manumittatur, cujus potestate cessante emptore ipso jure liber fit; & utrique pactioni supervacuum est addere stipulationem pœnalem: quia neque ille unquam pervenire, neque hic non pervenire ad libertatem potest, & recte in tit. alienatum: nam pactionis utriusque potestas hodie tenet, non tantum venditum, sed etiam donatum vel alienatum alio quocunque genere.

LVII. Enarratio.

IN hoc titulo duæ] Hoc tit. duæ proponuntur pactiones, 1. servus non manumittatur, 2. ut manumittatur, *l. 2. & 5. hoc tit.*

Intra certum tempus] *L. 1. 3. & 4.*

In Augusto] Cap. 21. *Neque* inquit, *aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam multatus est pœna,*

pœna, quam ut captivos sub lege venundaret: ne in vicina regione servirent, neve, intra trigesimum annum liberarentur.

Et Dionem 53. Verba Dionis hæc sunt: *συνέλαβέ τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδένα σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθῆναι.*

Cujus potestate] Ut legis commissoriæ potestas in *l. si fundus 4. §. ult. ff. de leg. commiss.*

Ipso jure liber fit] *d. l. 2. l. 3. & 4. hoc tit. l. 3. §. 2. ff. de legit. tut.* Salvo tamen jure patronatus emptori, licet eum non manumiserit, *l. 10. ff. de in jus voc.*

Addere stipulationem pœn.] *d. l. 5. & l. 6.*

Unquam pervenire] Nec enim conditio quæ personæ mancipii cohæsit, immutari facto emptoris potest, *d. l. 5.*

Neque hic non pervenire] Conditionis enim potestate factum manumittentis repræsentatur *l. ult. hoc tit.* nisi venditor ante diem libertati statutum voluntatem mutaverit, *l. 1. & d. l. ult.* Nec mutat *l. 1. ff. qui sine manum. ad libert. perv.* id enim intelligendum est secundum *d. l.* initium, si post pœnitentiam emptor & venditor decesserint sine herede: libertas ipso jure competit. quia nullius interest, ut ait Cujac. in recit. ad hunc tit. quæ Græcorum interpretum sententia lib. 48. Basilic. tit. 6. *τοῦτο δὲ ἐπὶ μόνου τοῦ τελευτήσαντος ἀκληρονομήτου νόμου.*

Non tantum vend.] Constitutio D. Marci & Commodi pertinebat ad servos venditos, non ad donatos, sed postea porrecta fuit ad donatos, *l. pen. ff. qui si. manum. l. 1. hoc tit.* vide Cujac. ad *l. 122. §. Flavius, ff. de verb. ob.* & ad *l. 7. ff. de pact.*

TIT. LVIII. *De ædilitiis actionibus.*

Vide tit. 1. lib. 21. ff.

ACtiones empti, & venditi, aut civiles sunt, de quibus ante dictum est, aut ædilitiæ, de quibus hic tit. nam & eæ ex contractu emptionis, *l. 23. §. si servus ff. eod.* & proximæ sunt empti actioni: & sunt duæ, redhibitoria, & æstimatoria. Redhibitoria agit emptor ad resolvendam venditionem in integrum restitutis omnibus ob morbum vitiumve latens rei venditæ quod nesciebat, vel ob dictum promissumve venditoris: quod si agat, offerre quidem, exhibere, & restituere rem debet, *l. ult. hoc tit.* sed officio judicis continetur, exempli gratia, si sine culpa emptoris servus quem emit sit in fuga, ut caveat de eo persequendo, requirendo, reducendo, restituendo vel ut actionibus suis venditori cedat, *l. redhibere, §. ult. ff. eod.* Alia est actio redhibitoria civilis, de qua initio *l. pen.* hæc est perpetua, ædilitia temporalis, hæc rem persequitur, ædilitia videtur esse pœnalis, *l. 23. §. si servus, l. 45. ff. eod.* quo respiciens Horatius pœnæ securum ait esse eum, qui in vendendo servo excipit fugam:

Des nummos, excepta nihil te si fuga lædat
Ille feret pretium pœnæ securus opinor
Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.

Æstimatoria autem emptor agit in hoc ut quanto pluris emisset ignorans rei qualitatem, aut quantitatem, id venditor, qui etiam ignoravit, damnetur sibi reddere, quæ actio etiam temporalis est, *l. 2. hoc tit.* & pertinet ad eam *l. 9. de act. emp.*

LVIII. Enarratio.

AUt civiles sunt] Actiones empti, & vend. civiles sunt, *l. 8. ff. de resc. vend. l. proinde 53. ff. ædil. ed.*

Aut ædilit.] Quæ descendunt ex edicto ædilitio, & honorariæ sunt actiones: jus enim ædilitium juris honorarii portio est, *§. prætorum, Instit. de jur. nat:* quæ civilib. & legitimis opponontur in *l. 28. de leg. 1.* *& l. 32. ff. ad leg. Fal.* ut edictum juri civili, *l. 44. ff. eod.*

Ex cont. emp.] Actiones quoque ædilitiæ ex contractu emptionis veniunt, & similes sunt empti actioni: quædam tamen inter has differentiæ sunt, quas exequitur Cujac. in Par. *ff. eod. tit.*

Ad resolv. vend.] Venditio resolvitur, *l. 23. §. 1. eod.* & res inempta fit, *l. 38. eod.* Hoc enim agitur ut venditor rursus habeat, quod habuerit: unde redhibitio quasi redditio, *l. 21. eod. ἀνταπόδοσις* Glossæ La. Gr. *redhibitio, ἀνταπόδοσις*. Glossæ Græco Lat. *ἀποκατάστασις, restitutio, redhibitio.* Irenæus advers. hær. 5. cap. 14. *Quoniam carne Domini nostri redemptus es, & sanguine ejus redhibitus.* Valerianus homilia 4. *Redhibitionis increpare moram*, & ibidem: *Non tentanda redhibitio.* Festus in redhibitum, & redhibere est reddere. Plaut. Mostell. act. 3. sc. 2. 5. 113. *Nobis istas redhibere haud liceret.* S. Hilarius comment. in Matt. can. 23. *Quibus ait: Cæsari redhibenda esse quæ Cæsaris sunt, Deo autem reddenda esse quæ Dei sunt.* Et mox: *Cum Cæsari quæ ejus essent redhibenda decernit.* P. Ravennas Sermone 1. *Qui vicem nescit redhibere generanti.* Ennodius epist. 10. lib. 3. Glossæ Græco Lat. *ἀποδίδωμι, reddo, redhibeo.*

In integr. rest.] Venditor rem venditam recipit, *l. 31. eod.* cum accessionib. *d. l. 31. §. 2. & pen.* emptor vero pretium & accessionem, *l. 45. ff. eod.* uterque enim quodammodo restituitur, *d. l. 23. §. Julianus.*

Omnibus] Omnia in integrum restituuntur perinde ac si neque emptio, neque venditio intercessisset, *l. 1. §. 1. & l. 90. eod.*

Ob morb. vit. lat.] Edictum ædilium curulium præcipue quidem pertinet ad mancipia, & animalia, *d. §. 1. & l. 38. in pr. & §. jumentorum, & seq. eod.* Hesychius: *ἀναγωγὴ προσθέντων ἀνδραπόδων ἀναδοῦναι ἐχόντων αἰτίαν τινά.* Sed pertinet quoque ad venditiones rerum mobilium, & immobilium, *l. 49. eod. l. 4. vers. idem hoc tit.*

Morbum, vitiumve] An morbus & vitium distent in edicto ædilitio, vide *d. l. 1. §. sed sciendum est*, Aul. Gell. lib. 4. c. 11.

Latens] Non facile quisquam vendit nisi eum, qui sibi displiceat, & quem usui suo inhabilem putet, ut ait S. Ambrosius in Psal. 43. venditor tamen emptorem certiorem facere debet, quid morbi vitiive cuique sit, idque edicto propositum est, *d. l. 1. §. 1.* Gell. d. cap. 2. Vetus Scholiastes Horatii ad sat. 3. lib. 2. *Sumptum est hoc argumentum à dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia sibi cognita tam animi, quam corporis debebant aperire emptori, nisi postea litigare vellent propter celatum vitium.* Marcus Tullius 3. de offic. In mancipiorum venditione fraus omnis excluditur: qui enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis præstat edicto ædilium. Generaliter scribit Valerius Maximus lib. 8. cap. 1. §. 1. Bona fide venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportere. Adde Ambrosium de Offic. 11. cap. 10. & Lactantium Instit. divinarum libro 5. cap. 16. Ergo qui mancipia vendunt, certiores facere debent emptores quid morbi, vitiive cuique sit, quis fugitivus, errove sit, *d. l. 1.* Erro paulo minus est quam fugitivus; qui ad modicum tempus fugit, minus quam erro. Sic D. Paulus in epist. ad Philemonem Onesimi fugam lenitate verbi mitigat: *Forsitan enim*, inquit, *ideo discessit ad horam à te.* Theophylactus adde epistolam: *εὐφήμως δὲ καὶ τὴν φυγὴν χωρισμὸν καλεῖ.* Sic in *l. igitur 12. §. 1. ff. de liber. caus. recessit*, id est, fugit, in Basilicis. Per contrarium notant Servius & Donatus in 4. Æn. fugam dictam pro discessu & profectione. Nisi forte intelligatur vitium, morbusve mancipii, ut plerumque signis quibusdam solent demonstrare vitia: hoc enim tantum intuendum est, ne emptor decipiatur, *d. l. 1. §. si intelligantur.*

Quod nesciebat] Si emptor morbum vitiumve A ignorabat : edictum enim ad eum, qui sciebat non pertinet, *l.* 48. *§. in ædilitiis*, *eod. l.* 1. *&* 4. *hoc tit.* Ei igitur, qui scit, exceptio opponi potest: si non scivisti. Horat. ep. 2. lib. 2. *Prudens emisti vitiosum : dicta tibi est lex*. Venditor tamen tenetur, licet ignoraverit ea quæ ædiles curules præstari jubent, quod rationem habet : venditor enim ea nota habere potuit : nec interest emptoris quemadmodum fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate, *d. l.* 1. *§.* 2. Sed hoc interest inter scientem, & ignorantem, quod qui dolo malo servum fugitivum vendidit, non modo pretium emptori restituere jubetur, sed & ea, quæ servus per fugam abstulit, *Paul. Sent.* l. 2. *tit.* 17. *§. servus*, *l.* 1. *hoc tit.* nisi si pro his servum noxæ nomine velit relinquere, *l.* 58. *ff. eod.* ignorans vero tenetur quidem actione B redhibitoria, *d. §.* 2. Sed pretium duntaxat restituet : quæ distinctio servatur in actione empti, *l. Julianus* 13. *ff. de action. emp.*

Vel ob dictum, promissumve] Actio redhibitoria datur etiam ex dicto, promissove : ut si dixerit abesse aliquid, quod non abest, vel adesse, quod non adest, ut puta si dixerit furem non esse, & fur sit, vel artificem esse, & non sit : qua ex causa dicitur esse actio adversus dictum, promissumve, *l. quod venditor* 37. *ff. de dol. l.* 47. *&* *l. pen. §.* 1. *ff. eod.* hic enim quia quod asseveravit non præstat, adversus dictum, promissumve facere videtur, *l.* 17. *§. ult. eod.* quemadmodum autem dictum discernatur à promisso, docet JC. in *l.* 19. *§.* 2. *eod.*

Exhibere, & restit.] Cujacius Græcos interpretes C sequitur, qui τὸ exhibere in *l. ult. hoc tit.* vertunt *παρασχεῖν* lib. 19. Basil. tit. 10. c. 56. quod est, *exhibere, & restituere*, non probare, ut vult Glossa, qui igitur agit redhibitoria, rem debet venditori restituere : aut si non possit, officio judicis continetur, ut venditor caveat de servo persequendo, ut in *l.* 21. *§. ult. ff. de leg.* 1. requirendo, ut in *l.* 39. *eod.* reducendo, ut in *l.* 8. *de leg.* 2. restituendo, *d. §. ult.* vel ut actionibus suis venditori cedat, *l.* 21. *ff. de rei vindic.*

L. penult.] Si convenerit, ut si fundus displicuerit, inemptus sit, & displicuerit, agetur redhibitoria, *d. l. pen.* frequens est ejusmodi conventio, *l.* 6. *ff. de rescind. vendit. l.* 31. *§. si quid ita*, *ff. eod.* Plautus in Merc. act. 2. sc. 3.

Ch. *Quid si igitur reddatur illi unde empta est ?* D

Do. *Minime gentium.*

Ch. *Dixit redhibere si non placeat.*

Hæc est perpetua] Ut & actiones civiles ex empto vendito perpetuæ sunt, *l. si dictum* 56. *ff. de evict. l. empti* 21. *inf. eod.*

Ædilitia temporalis] Semestris, *l.* 19. *§. ult. l.* 38. *l.* 48. *§.* 2. *ff. de æd. ed. l.* 2. *hoc tit.* Excipiuntur casus expositi à Cujac. de *divers. temp. præsc. cap.* 33. quibus est bimestris.

Ædilitia videtur esse pœn.] Quippe cum in duplum condemnatio fiat, nisi arbitrio judicis pareatur, *l.* 45. *ff. eod.* Cujac. Parat. ff. eod. sed neque venditoris reticentia delicto caret, *d. leg.* 1. *§. sed sciendum*.

Horat.] Epist. 11. lib. 11. E

Æstimatoria] Sicut redhibitoria duplex est; ædilitia, & civilis : ita etiam duplex est æstimatoria, civilis, & ædilitia : illa de æstimato proponitur in *l.* 1. *ff. de æstimat.* & *§. actionum autem*, *Instit. de action.* id est de re, quæ æstimata vendenda data est : ædilitia vero hoc agitur, ut æstimetur quanto minoris empturus esset, si scisset, puta mancipii morbum, vitiumve : & ideo dicitur quanti minoris, *l.* 47. *ff. de ædilit. ed.* vel quanto minoris, *l.* 18. *&* *l.* 43. *§. aliquando*, *eod. l. Julianus* 13. *ff. de act. emp.* & convenienter emptor petit sibi reddi quanto pluris emit, ignorans rei qualitatem, vel quantitatem, *d. l.* 13. *§. si venditor*: puta mancipium morbosum esse, vel minus peculia- A tum. In eo igitur redhibitoria differt ab æstimatoria, quia actio redhibitoria venditionem rescindit in totum reddita re vendita, & pretio recepto, cæterisque omnibus restitutis in integrum, B. Chrysostomus serm. 28. tomo 5. εἰκὸς τὸν σκεῦος φανέντα ἀποδοῦναι τὸ πωληθὲν καὶ τι πάλιν ἀφιέναι. Æstimatoria vero rescindit in partem, ex pretio scilicet emptori reddito eo quo minoris res est. Cujac. Parat. *ff. eod.* ait, quo minoris res est, ex *l.* 28. *eod.*

Qui etiam ignoravit] Nam qui sciens reticuit, quanti interfuit idonee venisse præstat, *d. l.* 13.

Temporalis est] Actio æstimatoria quanto minoris, in *l.* 18. *&* *l.* 43. *§. annalis est*, *l.* 2. *hoc tit.* Excepto uno casu, quo ex hac causa sex mensib. utilibus concluditur, quod ædilitiæ cautiones non præstentur, *l.* 28. B Veluti fugitivum non esse, recte sanum esse, hodie esse, bibere recte posse, habere licere duplæ stipulatione, *l.* 28. *eod.* Cujac. Par. *ff. eod. l. ex empto* 11. *§.* 3. *ff. de act. emp.* Varro de re R. 2. c. 2. 3. 4. & 10.

TIT. LIX. *De monopoliis & conventu negotiatorum illicito, vel artificum ergolaborumque, necnon balneatorum prohibitis illicitisque pactionibus.*

Sic emendandus est titulus, & sunt ejus tres partes: Prima de monopoliis. Utitur verbo Græco, deficiente Latino; ut Suetonius scribit Tiberium in Senatu abstinuisse sermone Græco, adeo ut monopolium C nominaturus prius veniam postularet, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Et est monopolium vendendæ certæ mercis jus quod unus certive homines sibi vindicant permissu principis sub onere vectigalis, ut Strabo 17. de Ægypti mercibus scribit, τῶν βαρυτίμων βαφῆς καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλίαν ἔχει. Id vero omnimodo improbat Constitutio hujus tituli, ut nec si permissus principis interveniat, cuiquam cujusque mercis monopolium exercere permittat, proposita in eum, qui exercuerit pœna deportationis : & inter merces numerantur, quarum plerumque monopolium exerceri solebat, vestes & pisces, & pectines, quibus scilicet comuntur, diducunturque capilli, & herinacei, quorum cute expoliuntur vestes, & in quibus fraus & monopolium, ut nominatim Plinius scribit lib. 8. magnum D lucrum invenit. Secunda pars est de conventu negotiatorum illicito, id est de conventione illicita, qua inter se quasi conspiratione facta negotiatores paciscuntur in populi perniciem, ne minoris ulli vendant merces suas eo, quod statuerint convenerintque invicem. Tertia est de aliis artificum, fabrorum, officinatorum, & ergolaborum, id est, redemptorum, qui opus conducunt faciendum & balneatorum illicitis pactionibus, puta ut ne quis opus, quod alter inchoaverat, absolvat, de quibus etiam est *l.* 12. *§. ult. inf. de ædif. pr.* cujus fortasse ea pars, quæ ad hunc tit. pertinet huic titulo supposita fuit : nam in veteribus libris adnotatum lego hoc tit. deesse Constitutionem Græcam.

LIX. Enarratio.

E

Sueton.] Tiberii cap. 71.

Quod unus certive homines] Diodorus Sic. lib. 5. οὐδαμοῦ γὰρ τῆς ἀνκουμένης τῆς συνηθείας γινομένης, καὶ πολλὴν χρείαν παρεχομένης εἰκότως μονοπώλιον ἔχοντες, καὶ τὰς τιμὰς ἀναβιβάζοντες, πλῆθος χρημάτων λαμβάνουσιν ἄπιστον. Procop. in ἀνεκδότοις : πάντα γὰρ εὐθὺς τὰ τῆς Ἀλεξανδρείας πωλητήρια τὸ καλούμενον μονοπώλιον καταστησάμενος ἄλλοις μὲν ἐμπόρων οὐδένα ταύτην δὴ τὴν ἐργασίαν ἐργάζεσθαι εἴασε. Alemannus legit, εἴασε. Joannes Scylitzes in historiæ compendio : φούνδακα ἐν τῷ Ῥαιδεστῷ, καὶ μονοπώλιον συνεστήσατο, κωλύσας, καὶ ἀπείρξας τοὺς πωλοῦντας ἅπαντας, τὸ βασιλικὸν δὲ μόνον πρατήριον ἐμηχανήσατο. *Officinam in Rhædesto & monopolium*

tium instituis, probibens & coercens omnes vendentes, salumque Imperatoris surum venale machinatus est. Quæ verba optime quid sit monopolium explicant. v. Aristot. Polit. 1. cap. 11.

Sub onere vectigalis] Quod monopolium, ut videtur appellatum. Cassiod. *l.* 11. var. 4. *Siliquatici, vel monopolii titulos exercentem.* Et Epist. 30. *Nec monopolii, nec siliquatici, nec Aurariæ aliquid pensionis impendat,* Cujac. ad *tit. C. de lustral. auri collat.* & lib. 16. Observ. cap. 23.

Improbat constitutio] Et veteribus quoque Senatusconsultis monopolia vetita, Plinius lib. 8. cap. 37. Sueton. Tiber. cap. 30. Merces enim, quarum monopolium exercent, vastant, & in populi perniciem non justo pretio venduot. Procop. ἀνεκδ. τὰ λεγόμενα καταστησάμενος μονοπώλια, πλέον ἢ τετραπλάσια τιμήματα πάντας ἀνθρώπους ἐπράττετο. Justinianus non sine scelere monopolia mercium exercere permittebat, αὐτὸς μὲν τίμημα τοῦ ἔργου τούτου ἀντιφερισάμενος, ut ait Procopius libro eodem.

Vestes] Puta sericæ, Procopius ibid.

Pectines] Cujacius Græcos sequitur, qui vertunt, ἢ κτενός, vel pectinis. Liceat hic tantillum à Cujacio discedere: videtur enim legendum in *l. un. vel piscis, pectinum forte, aut echini,* ut duo piscium genera exempli loco ponat, de quibus Horatius sat. 4. lib. 11.

----- *Miseno oriuntur echini,*
Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.

Emendationem confirmat dictio, *forte* ...

Herinacei] Echini, *l. un. hoc tit.* Glossæ: ἐχῖνος, *Erinaceus, echinus.* Cassiodorus 3.

Lib. 8.] C. 37. Vide Cujacium, *d. tit. de lustr. au. collat.*

De conventu negotiatorum] Ut apud Ciceronem epistola 3. lib. 6. ad Attic. *Ex pacto, & conventu.*

Negotiatorum] Basilica: πραγματευτῶν. atque ita Græce verbum negotiatores extulit Glossa interlinearis ad *l. pen. sup. de obligat.* Glossæ Græco Latinæ: πραγματεία, *negotiatio, nundinatio.* Et: πραγματευτὴς, *negotiator.* Sunt autem hic negotiatores, secundi, ut ita dicam, ordinis mercatores, quique mercantur à mercatoribus, quod statim vendant carius. Quanquam & omnes, qui mercimonium exercent, hoc est, tam magnarii negotiatores, quam tenuiores, si conventiones illicitas inierint, hac constitutione comprehendi non immerito possunt.

Quasi conspiratione facta] Compacto facto. Glossæ Latino-Græcæ, *compactum facit,* συνδυάζει.

Artificum] Artifices differunt à negotiatoribus. Joannes Hierosolymytanus in Matth. cap. 21. hom. 36. *Ego ostendam, qui non est negotiator, ut qui secundum regulam istam non fuerint, intelligas omnes negotiatores esse: id est, quicumque rem comparat, non ut ipsam rem integram, & immutatam vendat, sed ut opus faciat ex ea, ille non est negotiator: quia qui materiam operandi sibi comparat unde faciat opus, ille non rem ipsam, sed magis artificium suum: id est, qui rem vendit, cujus æstimatio non est in ea ipsa re, sed in artificio operis, illa non est mercatio, ut puta faber comparat ferrum, & facit ferramentum, sed ferramentum illud non tantum ferri quantum valet, sed secundum opus ferramenti appretiatur. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram & immutatam dando lucretur, ille est mercator.*

Fabrorum] *§. certe, Instit. de rer. divis.* ædificiorum artificum, *l. un. hoc tit.* Plaut. Mostell. act. 1. sc. 2. *Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio. Nam ego ad illud frugi usque & probus fui, in fabrorum potestate dum fui.*

Officinatorum] ἀμφώνυμος λέξις. Vitruvius lib. 6. c. 11. *Officinatoris probabitur exactio.*

Ergolaborum] ἐργολάβων, Basil. Ergolabi sunt cujuscumque operis faciendi conductores. Glossæ Græc. Latin. ἐργολάβος, *redemptor.* Latino-Græcæ: *redemptor,* ἐργολάβος, ἐκλήπτωρ. Vitruvius lib. 6. cap. 13. *Immani pretio* (auream coronam) *locavit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptori:* & ibidem: *Manifestum furtum redemptoris.* Julius Frontin. de Aquæd. *Tutelam autem singularum aquarum locari solitam invenio, positamque redemptoribus necessitatem certum numerum circa ductus extra urbem, & certum in urbe servorum opificum habendi.*

Cujus fortasse ea pars] Circa fin. ibi: προσοδεύω.

TIT. LX. *De nundinis & mercatibus.*

Vide tit. 11. lib. 50. ff.

SIc Constitutio tituli ut legam facit, non mercationibus. Nundinæ sunt πανηγύρεις, & celebriores mercatus, qui habentur certis statisque temporibus maximo conventu mercatorum in his locis quibus jus eos habendi datum est longa consuetudine, aut beneficio Principis, vel Senatus vel Consulum, vel ut est in Nov. Valent. & Mart. de siliquarum exactionibus, decreto ordinum, honoratorum & civium, præsente moderatore provinciæ. Quod autem scribit Festus, nundinarum diem olim fuisse feriatum, nec eo licuisse agere cum populo, ne interpellarentur nundinatores, id intermissum cum esset, & abrogatum lege Hortensia, ut Macrobius refert, Constitutio hujus tituli revocat, desinens ne qui ibi conveniunt, interpellentur privati debiti causa, ut *l.* 3. *§. ultim. ff. de fer.* & ne quid etiam ex mercibus, aut venalibus servis negotiatorum, & ex quæstu temporali locorum in quibus exponunt merces exigatur, intra nundinarum dies, quos fuisse plures indicat, *l. cum qui, ff. de verb. obl.* quam immunitatem solis veteranis dederat Constantinus, *l. 1. infra de veter.* & ex supradicta *Nov. Valentin. & Mart.* nundinis etiam præbentur fisco siliquatica quædam. Mercatus non ita sunt celebres ut nundinæ. Mercatus sunt parvæ nundinæ, in idiotismo, *assemblees.* Mercatus unius civitatis aut vici. Nundinæ unius provinciæ, vel imperii.

LX. Enarratio.

NUndinæ sunt πανηγύρεις] Glossæ Lat. Gr. *nundinæ,* ἀγοραί, ἀτέλειαι, πανηγύρεις. Item: *nundinarum,* πανηγύρεων. Cic. 1. epist. ad Atticum 14. *Erat in ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις.*

Et celebriores mercatus] Glossæ gr. *nundinæ,* ἀγοραί Latino Gr. *commercium,* πανήγυρις.

Certis statisque diebus] Olim nono quoque die, Dionys. Harlicarn. lib. 2. & 7. Dio in Claudio, Plutarchus in Coriolano. Nunc vero quo die jus illud à Principe conceditur.

Maximo conventu mercatorum Hinc conventus pro nundinis. Gloss. Lat. Gr. *conventus,* ἀγορὰ, ἡ τῶν ὠνίων, *nundinæ.* Eusebius in Cantica Canticor. ἡ τῶν ἐμπορευομένων πανήγυρις, ἣν ἀγορὰν ὀνομάζει. Psellus ibid. ὥσπερ ἀγορὰν τὰς ἄνω πανηγύρεις. D. Chrysostomus in homilia 31. de B. Philogonio: πανήγυρις οὐδὲν ἕτερον ποιεῖ εἶναι, ἀλλ' ἡ πλῆθος τῶν συνειλεγμένων, καὶ ἡ δαψίλεια τῶν ὠνίων.

Beneficio Principis] *L. 1. eod. & l. un. hoc tit.*

Vel Senatus] Plinius epist. 4. lib. 5.

Vel Consulum] Sueton. Claudii c. 19. *Jus nundinarum in privata prædia à Consulibus petiit.*

Festus] In v. Nundinas. *Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa: eumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Servius in primum Georgic. *Varro dicit, antiquos nundinas feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rustici commearent.* Glossæ Lat. Gr. *nundinarum,* ἑορτῶν, πανηγύρεων. In sacris etiam litteris ἑορτή, καὶ πανήγυρις pariter occurrunt, ut Amos cap. 5. vers. 19. & Ezechielis cap. 46. vers. 11.

Ut Macrobius refert] Lib. 1. Saturn. 16. his verbis: *Lege Hortensia effectum ut fastæ essent: uti rustici,*

ri, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent: nefasto enim die Prætori fari non licebat.

Constitutio hujus tit. revocat] Et nundinarum ergo dies feriati, quatenus privati debiti causa nundinatores interpellare non licet. Nundinas Græci vertunt, ἀτελείας, immunitates. Glossæ Lat.Gr. *nundinæ, ἀτέλειαι.* Excerpta ex vett. Glos. tit. de dieb. festis, *nundinæ, ἔννα, ἤτοι ἀτέλειαι.*

Aut venalibus fer.] Observa in *l. un. hoc tit.* separari *merces à venalibus*. Sic enim ibi habent libri vet. Plaut. Trinummo Act. 11. sc. 11. *Mercaturam, an venales habuit?* Quidam libri habent, *venalitiis*, ut in *l. 5. §. 1. ff. de jure deliber.* hinc venalitii, qui venalia emunt, ut carius vendant, *l. mandatam 57. ff. mand.* vide ad tit. *seq.*

Siliquatica quædam] Siliquaticum in nundinis exigitur ob venditionem proponendam, quod Græci κερατισμὸν appellant Cujac. ad *tit. 1. lib. 11. C.* & Observ. 15. 23. à Siliqua. Glossæ: *Siliqua, κεράτιον.* Isidorus Originum 16. 24. *Siliqua, vicesima quarta pars solidi est.*

Parvæ nundinæ] Glossæ: *πανήγυρις, mercatum, mercatus.* Promiscue tamen mercatum pro nundinis auctores dicunt. Glossæ: *ἐμπορεία, mercatus, nundinæ.* Vellejus lib. 1. *Is eos lados, mercatumque instituit:* Id est, πανήγυριν, Strabo 8. Glossæ: *Mercatus, ἀτέλεια, πανήγυρις*, Isidorus Originum 5. cap. 25. *Mercatus dicitur cœtus multorum hominum, qui res vendere & emere solent.* Sic Cic. mercatum vocat cœtum & conventum mercatorum, Tuscul. 5. Non pertinet ad conventus juridicos provinciarum quod scribit Sueton. Neron. cap. 28. *Hunc Sporum Augustarum ornamentis excultum, lecticaque vectum, & circa conventus mercatusque Græciæ comitatus est:* intelligit enim mercatorum conventus.

TIT. LXI. *De vectigalibus & commissis.*

Etiam hic titulus pertinet ad negotium emptionis, & venditionis, de quo orsi sumus dicere à tit. 38. nam vectigalia sunt portoria, quæ debentur fisco, vel Reip. ex mercibus aut venalitiis, quæ huic oneri subjiciuntur. Onus est mercium, non mercatorum: nam & qui mercatores non sunt, quæ sunt in merce si vehant, vectigal pro his, quæ vehunt, debent, etiam in transitu pontis, *l. cum in plures, §. pen. ff. loc.* Seneca 2. de tranq. vitæ *Cogitans & in pontibus quibusdam pro transitu dari.* In itinere, *l. si quis pro uxore, ff. de don. int. vir. & uxor.* Et rursus, onus est peregrinarum mercium, quæ importantur, ut *l. ultim. §. species, ff. de public.* quod Suetonius Julium instituisse scribit: vel etiam, quæ exportantur ad peregrinos. Et octava, *l. 2. supra de eunuch. l. 7. infra de loc. l. 7. & 8. hoc tit.* quæ, ut *l. 5.* indicat, exigitur per stationarios & urbanos milites, qui scilicet portitoribus, vel octavariis adsident, feruntque suppetias, ut Dio declarat 54. de quibus est accipienda secunda pars *l. miles, ff. ex quib. cau. maj.* Commissum autem est mercium casus in fiscum quæ ad publicanum professæ non sunt. Vel, pœna omissæ professionis, publicatio scilicet mercium aut venalium improfessorum: & nomen ex eo habet quod in legem censoriam, quæ locatione vectigalium portitoribus indicitur, committat is qui professionem omittit. Varro de re rust. Ad publicanum profitentur ne in legem censoriam committant.

LXI. Enarratio.

Portoria quæ] *L. 3. hoc tit.*

Fisco] *L. 6. hoc tit. l. 17. ff. de verb. sign.*

Vel reip.] *L. fundus 9. ff. de rescind. vend. l. 13. §. 1. ff. de publican. l. ultim. hoc tit.* In Glossis Philoxeni vectigalia, exponuntur, πρόσοδοι δημόσιαι.

Ex mercibus] Hæc vectigalia Græci ἐνώνια vocant. Julius Pollux libro 7. cap. 2.

Venalitiis] Pro servis venalib. ut in *l. 5. §. 1. ff. de jur. deliber. & l. un. supra tit. prox.* hinc venalitii, qui venalitia emunt ut carius vendant, *l. mercis 207. ff. de verbor. sign.* Suetonius de illustr. gramm. *Venalitii quum Brundusii gregem venalium è navi educerent,* &c. vide *supra tit. prox.* nisi magis placet ut ibi legatur, *in venalibus*, quæ veterum codicum lectio est: utrumque rectum est. Horat. sat. 1. lib. 1. *venales inter.*

Quæ sunt in merce] Pro rebus promercalibus vectigal debetur, non etiam pro his, quæ quis usus sui causa vehit, *d. l. 5.* Cogimur tamen ea quoque, quæ vectigal non pendunt, profiteri. Vide Cujac. lib. 16. c. 4. Quintilianum declamat. 359.

In transitu pontis] Capitularia Caroli M. lib. 11. c. 12. *Placet nobis, ut antiqua & justa telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quamque de navigiis.* Pontaticum dicitur. Aimoinus lib. 5. c. 1.

Seneca 2. de tranquillit. vitæ] Cap. 14. Hodie inscribitur, de constantia sapientis, sive, quod in sapientem non cadit injuria.

In itinere] Scribit Herodianus lib. 2. Pertinacem remisisse vectigalia, quæ exigebantur in portubus, ripis fluminum, & in itinere. *Τέλη τε πάντα πρότερον ἐπὶ τῆς τυραννίδος εἰς συμφορὰν χρημάτων ἐπινοηθέντα, ἐπί τε ὄχθαις ποταμῶν, καὶ λιμέσι πόλεων ὄντα ὁδῶν πορείαις καταλύσας εἰς τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἐλεύθερον ἀφῆκε.*

Suetonius] Julii cap. 43. Josephus Antiquit. lib. 14. cap. 18. *ἐξαγωγὴν κατ' ἐνιαυτὸν Σιδῶνι.*

Vel etiam quæ exportantur] Aristoteli Oeconom. 2. *ἐξαγώγιμα*: vide Marmor Arundellianum apud Joannem Pricæum Notis in Apologiam Apuleij.

Per stationarios] Vet. Onomast. *Stationarii milites; φυλακοί*: v. lib. 60. Basilic. tit. 7.

Qui scilicet portitoribus] Portorium est vectigal portus, *τέλος ἐν λιμένι*, Glossis Græco-Lat. Lucilius: *Qui inscriptum ex portu portant clanculum, ne portorium dent:* inscriptum heic est *ἄγραφον*, improfessum Cæsar de bello Gallico lib. 1. *Portoria, reliquaque omnia Æduorum,* & ejus conductores, portitores: de his vide Cic. in Pisoniana, & Epist. 1. lib. 1. ad Q. fratrem. Sueton. de ill. gramm. cap. 1. Donatum ad Terent. Phorm. act. 1. sc. 2. in fin. Asconium in Divinat. Non. Marcell. in portitores, & portorium. Imo latius hæc appellatio serpit, & ad omnium vectigalium redemptores seu conductores producitur. Et portitorum igitur nomen interdum generale est, ut publicanorum. Glossæ Latino-Gr. *portorium, τελωνεῖον: portitor, τελώνης.* Vellejus 11. cap. 6. *Nova constituebat portoria.* Symmachus epist. 63. lib. 4. *Quadragesimæ portorium, sive vectigal: & portorium ferarum,* epist. 60. ibid.

Publicani à publico nomen habent *l. 1. ff. de publican.* Horatius epist. 1. libri 1. *Pars hominum gestit conducere publica.* Seneca in epistola 101. Julianus Antecessor Nov. 14. *Publicum debens, veluti tributa: δημοσίοις φόροις*, Julianus Nov. 46. Censorinus de die nat. cap. 20. *Aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucra damnove esset.* Fragmentum legis Thoriæ: *ei quicunque id publicum, fruendum, redemptum, conductumve habebit.* Gregorius Turonensis Miraculorum libro 144. *Recognoscit se amisisse publicum quod ferebat.* Publicum Græci exponunt τέλος. Basil. lib. 56. tit. 1. Alias publicum vectigal appellatur, *d. l. 1. §. 5. l. 9. §. ultim. l. 12. §. ultim. eod. l. 9. §. 2. ff. de pœn.* Glossæ: *τέλος δημόσιον, vectigal, tributum.* Tit. Livius 43. *Ne quis eorum, qui Q. Fulvio & A. Postumio Censoribus publica vectigalia, aut ultro tributa conduxissent.* Vitruv. 4. *Ad vectigalia publica recte erunt disposita: ἀπὸ τοῦ δημοσίου, δημοσιώνας, ἀπὸ τοῦ τέλους, τελώνας,* Græci nuncupant. Glossæ Latino-Gr. *publicanus, δημοσιώνης, τελώνης.* Zonaras ad can. 20. Apost. *τελῶναι δ' εἰσὶν, οἱ τὰς ἀπαιτήσεις ἀνούμενοι τῶν δημοσίων συντελειῶν.* Theophylactus ad cap. 5. Lucæ: οἱ

τελῶ-

τελῶναι, οἱ τὰ δημόσια τέλη ὠνούμενοι. Id est, Qui vectigalia conducunt, Ulpianus in Timocrateam. Et Latini, telonatum fecerunt. Glossæ Græco-Lat. τελώνιον, *telonatum*, & teloneum. Glossæ Dosithei magistri: *Teloneum, quasi omnium littorum fiscalis conductio*. Sic legitur in scripto codice. Glossæ Isidori pro, *litorum, tittorum*, habent, an legendum, *omnium titulorum fiscalium cond.* Et telonarius: Gualterus in vita S. Caroli Comitis Flandriæ cap.31. *In domo Reingerii telonearii aliquandiu mansit*. Hincmarus Rem. op.35. Helmingarium telonearium. Quanquam non displicet emendatio Francisci Pithœi qui in *d. l.1. publicarii nomine*, legit: nam minus abest à vulgata, *publicani nomine*, Glossæ Græco-Lat. δημόσιον τελώνιον, *publicarium*. Invenio & publicatorem pro publicano. Vetus Onomasticum: *publicator*, τελώνης.

Octavariis] Qui octavam partem mercium exigebant. Joannes Cantacuzenus hist. libro 4.12. meminit legis veteris, qua cautum erat ut mercatores singuli ærario decumas solverent, vide Demosthenem adversus Leptin. Qui eas colligebant. δεκατευταὶ & δεκατολόγοι dicti, decumani.

Commissum] Cicero in Verrem: *Qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent*: Pœna omissæ professionis apud alias gentes mors. Strabo libro 15. θάνατος δὲ τοῦ κλέψαντος τὸ τέλος.

Mercium casus] In commissum cadere, *l.ult. ff. de publican.* in commissum venire, Quintilian. declamat.349. Hinc commissi pœna, *l.7. §.5. eod.* κλεψιτελώνημα Græci vocant, Basilic. lib.56.

Omissæ professionis] *d. l.3.* pœna inscriptarum mercium: τῶν κλεψιτελωνουμένων, Tzetzes Chiliad.13. tit.cccxcII.

Publicatio] *l.2. & 3. hoc tit. l.14. ff. de publican.* Quintilianus declamation. 34. *Quamvis pœna sit, quamvis in commissum veniant ea, quæ quis professus non est*. Glossæ Lat. Gr. *commissum*, στερέσιμον: eripiuntur enim merces ei, qui professionem omisit, & fisci juribus vindicantur. Cujacius tamen legebat, ὑποστερισμόν, id est interversio & defraudatio vectigalis, ad *leg.1. ff. de jur. fisc.* Quid si legas στέρησις τοῦ τέλους. Hic commissi pœna, in *l.7. §.1. ff. de publican.* κλεψιτελώνημα Græci vocant, Basilic.56.

Venalium improfessorum] Id est, servorum venalium, *l. si negotia 15. ff. de negot. gest.* Seneca 4. de Benefic. *Mercator urbibus prodest, medicus ægrotis, mango venalibus*. Apul. in apol. *Morbum venalium experiatur*.

Improfessorum] Servus improfessus. Quintilian. d. declamat.341. & *d. l.ult. §.1.* venales improfessi, id est, quos venalitius, sive mango & σωματέμπορος, ad publicanum professus non est.

Quod in legem censoriam] Censores leges seu conditiones dicebant in locandis vectigalibus, quæ leges Censoriæ dicebantur, Cic. *d.* epistol.1. & tertio de Nat. D. Plinius libro 33. cap.4. *l.203. ff. de verb. sign.*

Varro de re R.] Lib.2. cap.1.

TIT. LXII. *Vectigalia nova institui non posse.*

PArs est tituli superioris & relata quoque in Digestis sub eodem titulo, *l. vectigalia, De pub.* ut vectigalia nova sine præcepto principis non instituantur. Nova sunt quæ abhorrent à prisca consuetudine, *l. ultim. hoc tit. l.4. §. ult. l. locatio §. earum, ff. eod.* Et ex SC. qui aliter nova vectigalia instituit, tenetur lege Julia de ambitu, qui exigit, lege Julia de vi publica.

LXII. Enarratio.

SIne præcepto Principis] Ut est in *l. vectigalia, ff. de public.* inconsulto Principe, *l.2. hoc tit.* sine auctoritate & consensu Regum, & Principum *cap.10. ext. de censib.*

Instituantur] Sic etiam loquitur Modestinus in *l. un. §.3. ff. ad leg. Jul. de amb.* & Curius Fortunatianus Jurisconsultus lib.1. artis Rhet. Vectigalia institui & constitui promiscue dicuntur. Vellejus II. *Non constituebat portoria*. Ut heredes quoque, & tutores institui, & constitui dicuntur.

Et ex. sc.] *d. §.3.*

Lege Julia] *l. ult. ff. ad leg. Jul. de vi pub.*

TIT. LXIII. *De commerciis & mercatoribus.*

COmmercium est emendi vendendique invicem jus, quod & promercium dicitur. Sed & commercium apud Cedrinum duobus locis est onus quod mercatores sustinent pro facultate exercendi commercii, auraria scilicet functio sive lustrale aurum argentum, de quo *l.1.* Onus mercatorum non mercium. Portorium onus mercium non mercatorum. Et mercatores sunt nobiliores & potentiores quos mercaturam facere non indecorum, cum sit contractus juris gentium; sed illicitum est, quod plebi sit cum eis difficile commercium, *l.3.* Sed alii perquam utiles Reipub. qui tabernam aut negotiationem exercent, plerunque per institores amplam & copiosam, non ementes aut vendentes per cotulas, vel lagenas, vel amphoras, sed quasi aversione mercium magnam copiam, quod puto esse avertere illo Horatii versu: *Nec satis est cara pisces avertere mensa*: nam & veteres Glossæ ibi interpretantur avertere, & emere, & ita *l.3. §. item si quis solitus, ff. de pen. leg.* Mercatores separantur ab his qui cellam vini, aut olei vendunt, scilicet minutatim.

LXIII. Enarratio.

COmmercium est] Ex *Ulp. Regul. titulo 19. §. commercium, & l.3. hoc tit.* hinc *commercium*, exponitur, συνωνή, & *commerciarius*, συνωνήτης, in Cyrilli glossario, qui κομμερκιάριος Græcis sequioris ævi. Quo verbo utitur auctor Chronici Alexandrini, & Joannes Moschus Limonarii cap.186.

Promercium dicitur] *Paul. receptar. Sent. v. tit.23. §.33. qui hominem invitum*. Extat ea in libris auctorum nostrorum, ἢ τῶν ἔξωθεν. vetus Onomasticum: *promercalis*, ὤνια. Hinc promercale Suetonius Julii cap.54. & de illustrib. gramm. cap. penult. cum & officinas promercalium vestium exerceret. vide lib.8. tit.10. hæc in promercio haberi dicuntur in *l.4. §. item si quis. ff. de penu. leg.*

Apud Cedrinum] τὰ κομμέρκια ἐκούφισε, & τελῶναι ἢ τὰ συνήθη κομμέρκια. Theophanes in Constantino: τὸ κουμμέρκιον (sic ms) τῆς πανηγύρεως ... χρυσίου ... Anna Com. Alex. lib.6. ... ἢ τὸ αὐτοῖς βέλτιστον, μήτε μὴν ὑπὲρ κουμμερκίου, ἢ ἑτέρου τινὸς εἰς πρᾶξιν τῶν δημοσίων εἰσκομιζομένων παρέχειν ἄχρι ἢ ὀβολοῦ ἑνός, utitur Ducas historiæ Byzantinæ capite 27. & 34.

Auraria pensio] Cassiodor. lib.11. epist.30. *Nec aurariæ pensionis aliquid impendas.*

Lustrale aurum] Lustrale aurum χρυσάργυρον dicebatur: cujus oneris Zosimus lib.11. Magnum Constantinum auctorem facit: id Evagrius lib.11. cap.39. & Zonaras in Anastasio (adde: Nicepho. Callist. libro 16. 40. Constantin. Manass. in Annal.) describunt eleganter, & quarto quoque anno pendi solitum narrant, id est, singulo lustro. Cujac. ad *l.12. infr. de lustral. aur. collat.*

Aurum argentum] χρυσάργυρον, hoc abolevit Anastasius, Theophanes pag.123. edit. Regiæ.

Onus mercatorum] Et ob id aurum negotiatorium dicitur à Lampridio in Alexandro. Cujac. loco cit. S. Basilius in epistola 243. τὴν ἀτέλειαν τοῦ συγκομιδῆς

κομιδῆς τῦ πραγματευτικοῦ χρυσίου, πάντων μάλιστα ἡ σὴ τιμιότης κατέμαθε. *Quam difficulter atque ægre aurum negotiatorium transmitti soleat & comportari, tuam dignitatem minime omnium latet.* Theodoretus in epist. ad Rom. φόρον interpretatur τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς εἰς φορὰν, τέλος δὲ τὸν ὑπὲρ ἐμπορείας συντέλειαν: *tributum, quod pro agris penditur. vectigal, quod pro negotiatione:* ut τέλος ad hoc onus pertinere videatur. A

Portorium] *L. 5. sup. tit. prox.* vide ib.

Nobiliores, & potentiores] Negotiatores magnarii, Apul. Metamorp. 1.

Non indecorum] M. Tullius de Officiis primo: *Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant:* & mox: *Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda.* B

Contra jur. gent.] *L. 1. §. 1. ff. de contrab. empt.*

Vendentes per cotulas] Hos Græci ἀγοραίους appellant. Glossæ Gr. Lat. ἀγοραῖος, *nundinator forensis.* Clemens Alexandr. Pedagogi lib. 3. cap. 11. ἀγοραῖοι, καὶ οἱ κάπηλοι: à foro ita dicti, & nundina. Glossæ: ἀγορὰ, ἡ τῶν ὠνίων, *nundina.* Teuviores mercatores, qui in foro sedent emptores operientes.

Per cotulas] Cotula est cyathus. Glossæ Græco-Lat. κοτύλη, μέτρον: *cotula cyathus,* ὃ νῦν καλεῖται ἡμιξέστιον. Scholiast. Aristophanis in Pluto: κάπηλοι οἱ πωλοῦντες οἶνον, ἢ ἔλαιον, κοτυλισταὶ λέγονται, ut est in excerptis ex Epiphanio de Ponderibus Julian. Misopog.

Sed & per abusionem vendere per cotulas est res quaslibet per partes, & minutatim vendere, quod est κοτυλίζειν Aristophani. Vide Pollucem lib. 7. 33. C

Vel lagenas] Lagena vas vinarium. Scævola in *l. 17. §. 2. de leg. 3. Dari volo lagynos vini:* λαγύνους. Glossæ Græco-Lat. λάγυνος, *lagena.*

Horatii versu] Satyra 4. lib. 11. Idem vertere: Asconius Pedianus in Verrem de præt. urb. *Vertumnus Deus vertendarum rerum est, id est, mercaturæ.*

TIT. XLVI. *De rerum permutatione & præscriptis verbis actione.*

Vide tit. 4. & 5. lib. 19. ff.

ABsoluto tractatu de emptione venditione; dantur contractus, qui emptioni venditioni proximi & similes sunt, Permutatio, Locatio, Emphytheusis, & Permutatio in primis quæ ipsa originem dedit emptioni venditioni, atque ideo dicitur vicem emptionis obtinere *l. 2.* & vicina emptioni, *l. 1. ff. eod.* & instar emptionis in *Nov. Valentin. de confis. quæ adm.* Et sane multa habet communia cum emptione, sed & differentia quædam, quæ persequitur Paulus in *l. 1. ff. eod.* Permutatio fit rebus, Emptio non fit rebus, *l. pen. hoc tit.* sed re ex una parte, & pretio interveniente ex altera. (*) Permutatio est mutatio dominii. *l. scribit, ff. de auro & arg. leg.* emptio non semper rei dominium mutat. (**) Emptio est mutatio rei cum pretio. Permutatio est negotium, do ut des, datio rei pro re, vel etiam pecuniæ pro re, ut *l. ult. ff. de cond. cau. da.* nec enim omnis pecunia pro pretio accipitur, ut cum domino pecunia datur ut servum manumittat, alias datur pro pretio, & locus est Constitutioni D. Marci, *l. Paulus, §. 1. ff. de lib. cau.* Alias quasi res quælibet, & cessat Constitutio *l. 5. at cum do. l. 7. ff. de præs. ver.* Et contra emptio quoque potest esse mutatio rei cum re: nec enim omnis res pro re accipitur, quia possit pro pretio res dari & accipi, *l. pretii, sup. de resc. vend. l. 1. hoc tit.* Additur in hoc titulo. Et præscriptis verbis (D and E printed in the margin beside this paragraph)

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 28.*
(**) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 19.*

actione. Hæc actio non tantum datur ex permutatione similis & finitima actioni empti venditi, sed etiam ex omnibus aliis negotiis quæ proxima sunt contractibus civilibus, habentibusque suum proprium nomen, veluti locationi, deposito, mandato, commodato. Sed in hoc titulo agitur tantum de ea: quæ datur ex permutatione, quæ incerta dicitur in *l. 6.* quia datur in id quod interest permutationem impleri ex altera parte quam jam actor implevit pro sua, cujus æstimatio incerta & arbitraria est. Et civilis quia datur ex negotio, quod civile refert, .i. quod emptionem imitatur. Et (*) præscriptis verbis, quia datur ex conventione uti præscripta est, nec habet aliud nomen proprium: nam si negotii non est proprium nomen, nec possit esse actionis, quæ ex eo nascitur, nec aliter ea demonstrari quam dicendo, agi secundum verba conventione præscripta. Et permutationis nomen constat non esse proprium, sed commune, ut commercii, quod in hunc tit. Accursius eleganter exposuit: idem enim est permutatio quod commercium & συνάλλαγμα, quæ communia & generalia sunt nomina: nam & locatio & emptio, & societas, & dos permutatio est.

LXIV. Enarratio.

QUæ ipsa originem dedit] *L. 1. ff. de contrab. empt.* Permutatio est contractus vetustior. Virgilius ecl. IV. *Nec nautica pinus Mutabit merces.* Servius: *Quia antiqui res rebus mutabant.* Horat. sat. 4. lib. 1. *Hic mutat merces.* Persius sat. 5. *Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti Rugosum piper, & pallentis grana cumini,* & sat. ead. *Tolle recens primus piper è sitiente camelo, verte aliquid.* Tacitus de moribus Germanorum: Interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur. Justinus lib. III. 2. *Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium jussit:* de Lycurgo. Exemplum permutationis antiquissimæ quidam petunt ex Geneseos cap. 33. vers. 19. *Emitque partem agri centum agnis.* LXX. ἑκατὸν ἀμνῶν τὴν μερίδα ἀγροῦ. Et agnos accipiunt pro pecoribus. Alii vero rectius agnos accipiunt pro nummis agno signatis; eaque interpretatio Hebraico textui convenit, & paraphrasi Chaldaicæ Oncheli. Sed & emptionem contractam docet Lucas Act. Apostol. cap. 7. vers. 16. Nam de re eadem sic ait: *Quod emit pretio argenti,* nec ab eo sensu abit Syriaca versio. Cum igitur nummus non esset, permutationibus tantum utebantur. Sed procedente tempore, usu exigente ac humanis necessitatibus, id est, quo rerum mutua permutatio expeditius procederet, nummus percussus ac signatus est. Emptio enim quæ proprie dicitur, antea non cœpit, quam nummus inventus est & ubi nummus non est, nulla venditio est. Nilus Narratione tertia: οὐ γὰρ πολιτεύεται παρ' αὐτοῖς Καίσαρος νόμισμα: ἐπεὶ μηδὲ πρᾶσιν ἴσασιν, ἢ ἀγοραςίαν.

Hanc pecuniæ numeratæ inducendæ rationem adfert etiam vetus Philosophus in Monitione ad Theodosium Augustum: *Ut vero,* inquit, *emendi & vendendi utilitas, & ut facultas Regiæ largitati suppeteret; in æris usum excultam politius terram, & igne solidatam, certis quoque expressionibus figuratam, auro argentoque reposito usui habuerunt. Sed posteriores fastidientes priscæ utilitatis inventum, formatos è coriis orbes auro modico signaverunt, quibus Regum munificentia, & commutationum necessitas intactis collatoribus utebatur.* Et Oresmius recentior auctor: *Cœperunt ergo homines mercari sine moneta; & dabat unus alteri ovem pro frumento, & alius de labore suo panem vel lanam, & sic de aliis rebus: quod adhuc longo tempore postea fuit institutum, ut narrat Justinus. Sed tamen in ejusmodi permutatione & transportatione rerum multæ difficul-*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 29.*

ficultates acciderunt. Subtilizati homines usum monetæ invenere, quæ esset instrumentum permutandi ad invicem naturales divitias, quibus de per se subvenitur naturaliter humanæ necessitati.

Vicina emptioni] Id est, similis, *l. ult. ff. quibus ex caus. in possess. eat.* Cælius Aurelianus acut. morb. lib. 1. cap. 3. *Similes sunt, atque vicinæ phrenesicæ passioni ex ipsa alienatione furor, quam vulgo insaniam vocant, melancholia.* Origenes homilia 2. in Cantica cantic. ex interpretatione D. Hieronymi: *In præsenti quoque libro pariter nominantur cervus, & caprea: quodammodo enim cognata sibi sunt, & vicina ista animalia.*

Multa habet communia] Permutatio est jurisgentium, sicut emptio, cui permutatiu causam dedit, *l. 5. ff. de just. & jur. d. l. 1. §. ultim.* & sicut in emptione periculum rei. id est, casus fortuitus ad eum pertinet, qui pecuniam dedit, ut rem acciperet: ita in permutatione periculum est ejus, qui rem tradidit ultro, ut rem acciperet, Cujac. ad *l. 7. ff. de pact.* adde *l. naturalis 5. §. 1. ff. de præsc. verb.* Beneficio legis 2. *supr. de resc. vend.* & in permutatione locus est, quatenus uterque venditori similis est, non quatenus uterque venditorem imitatur. Cujac. observation. libro xvi. cap. 18. & Notatorum lib. 11. cap. 14. Cætera vide apud Cujac. in recit. ad hunc tit. in fi. & Glossam ad l. 2.

Permutatio fit rebus] *L. 1. ff. de contrahen. emption.* & tamen cum res pro re datur, alii quam auctores nostri, emptionem appellant. Justinus lib. 3. *Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium jussit.* Et ideo defendi potest, etiam ante nummum emptionem venditionem non fuisse incognitam: Sed tamen nummo invento, discretam emptionem à permutatione.

Illam proprie dici, quæ re, & pretio interveniente fit: hanc quæ rebus. Quanquam fortasse verius dicetur, Justinum abusive dixisse, *emi*, ἀντὶ τοῦ parari, vel quo alio verbo mutuam permutationem designante.

Sed re ex una parte] Merce & pretio, *d. §. 1.*

Emptio non semper] Nam vendi quoque res aliena potest: vide sup. tit. 51.

Emptio est mutatio rei] V. sup. tit. 38.

Permutatio est negotium, do ut des] *d. §. 1.* Græci ibidem. *συναλλακτικῶς: ὅταν δὲ δίδωμι πρᾶγμα διὰ τὸ λαβεῖν πρᾶγμα, ἀνταλλαγή ἐστι. Cum rem, do ut rem accipiam, permutatio est.* Nam stulti sunt, qui faciunt differentiam inter permutationem, & do ut des. Cujac. in recitatione ad *d. l. 5.* lib. 5. Quæst. Pauli.

Datio rei pro re] Datio, quia permutatio est mutatio dominii, ut antea dixit: dare enim est dominium transferre, *l. ubi autem 75. §. ult. ff. de verbor. obligat.* Theoph. ad *§. sic itaque, de actionib.* & glossæ Nomicæ.

Ut *l. ult. ff. de condict.* causa data] Auctores Basilicῶn sequitur, qui negotium ita gestum: do tibi pecuniam, ut mihi Stichum des, putant esse permutationem, non emptionem venditionem: *ἐὰν παράσχω σοι νομίσματα ἐπὶ τῷ δοῦναί μοι Πέτρον, οὐκ ἔστι πρᾶσις, ἀλλὰ ἐναλλαγή. Si tibi dem pecuniam, ut mihi des Petrum, non est venditio sed permutatio.* Græcus tamen interpres ibidem, nullam aliam obligationem esse putat, quam ob rem dati, re non secuta: & inter contractum hunc, & emptionem venditionem hoc interesse, quod ad eum, qui dedit, non perinde, ut ad emptorem rei periculum pertineat. In fine autem legis, id est, cum Stichus ejus est, qui pecuniam accepit, permutationem contrahi, ut & in *l. 5. §. 1. ff. de præscr. verb.* hac de re tamen Cujacius addubitaverat ad *l. 7. ff. de pact.*

Constitutioni D. Marci] Id est, nisi manumittas; Stichus statim ipso jure liber fiet.

Cessat.] Et nisi servus manumittetur, agetur præscriptis verbis: pecuniam enim dedi, quasi permutationis vice.

Datur ex permutatione] L. 4. 6. & *ult. hoc tit.*

Veluti locationi] Actio præscriptis verbis datur ex contractu, do ut des: id est, ex permutatione, quæ comparatur emptioni: & ex contractu do ut facias, qui similis est locationi, & ex contractu facio, ut facias, qui similis est mandato, *d. l. 5. §. 1. 2. & 4.*

Deposito] Finge: Rem tibi dedi pretii explorandi causa. Basilica *ἐὰν παράσχω σοι πρᾶγμα διατιμήσασθαι.* Si quidem mea causa tantum, dolum solum præstat, quia prope depositum hoc accedit: *σχεδὸν γὰρ παραθήκη ἐστίν.*

Commodato] Precarium ad aliquid commodato simile est: ex precario igitur datur actio præscriptis verbis similis commodati, *l. duo 19. §. ultim. ff. de precar.* Denique subventum est inopiæ verborum, data actione præscriptis verbis: natura enim rerum comparatum est, ut plura sint negotia, quam vocabula *l. 4. ff. de præscr. verb.* Eleganter Basilica: *ὑπὲρ τὰ ὀνόματα ἐστὶ τὰ συναλλάγματα*, lib. 20. tit. 5. Nomina enim finita sunt: res autem infinitæ. Aristoteles *περὶ σοφιστ. ἐλέγχων* c. 1. *τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα πεπέρανται καὶ τὸ τῶν λόγων πλῆθος, τὰ δὲ πράγματα τὸν ἀριθμὸν ἄπειρά ἐστιν.* Ea re ad metaphoras decurritur, ut idem ait quarto Meteor.

Quæ incerta dicitur] Et incerti actio, *l. 7. §. 2. ff. de pact.*

Quod interest permutationem impleri] *d. l. 5. §. 1. l. 1. §. ult. ff. de rer. permut.*

Impleverit pro sua] Si autem non impleverit, ex placito permutationis, *ἐκ τοῦ συμφώνου γυμνοῦ περμουτατίονος, ex nudo pacto permutationis*, actio non nascitur, *l. 3. hoc tit.*

Incerta & arbitraria est] Arbitrio judicis relinquitur, ut æstimet quantum intersit: nec enim incertæ, & infinitæ rei alia potuit, quam infinita regula constitui, ut ait Cuj. inf. lib. 7. tit. 27.

Et civilis] Hæc actio dicitur civilis in *d. l. 5. §. 1. & l. 6. hoc tit.* non quod lege nominatim prodita sit, sed quia ad exemplum civilium actionum comparata est. Cujac. ad *d. l. 7.*

Uti præscripta est] Sive, quod legibus proscriptum habuerint, sive quid verbis convenerit, *l. 1. §. in conducto, ff. depos.* vide Cujac. Not. priores ad tit. de loc. Instit.

Accursius] In connexione hujus tituli cum super.

Quod commercium] Permutatio est commercium, *l. 5. ff. de just. & jur.* Cujac. ad Ulp. tit. 19.

Et *συνάλλαγμα*] *d. l. 7. §. 2.* Glossæ græcolat. *συνάλλαγμα, commercium.*

Locatio] Locatio est permutatio pensionis cum habitatione, vel mercedis cum operis: emptio, mutatio rei cum pretio. Dos permutatio quædam cum oneribus matrimonii. Societas mutatio pecuniæ cum opera.

TIT. LXV. *De locato, & conducto.*

Vide tit. 2. lib. 19. ff.

Locationis, & conductionis contractus est etiam similis emptioni, & venditioni, ut permutatio, quod variis exemplis demonstrari potest, quæ quia nota sunt relinquo. Locatio est mutatio usus, vel fructus, vel operæ cum pretio. Usus in domo, fructus in fundo, operæ in homine. Et rursus inter hæc duo genera locationis differentia est: nam qui dat aliquid utendum, vel fruendum, pretium accipit: qui dat aliquid faciendum, pretium dat; & uterque tamen dicitur locator, qui dat utendum, fruendum, vel faciendum; conductor vero, qui accipit. Et qui faciendum, plerumque etiam arram accipit, qui utendum, vel fruendum, arram neque accipit, neque dat, sed pretium aliquando pro mutuo.

LXV. ENARRATIO.

SImilis emptioni venditioni] *L. 2. ff. eod.* utraque jurisgentium est, *l. 1. ead.* utraque consensu fit, Aristotel. Moral. Nicom. VI. cap. V. id est emptio perficitur statim ut convenerit de pretio: locatio simulatque convenerit de mercede, quæ etiam pretium dicitur. M. Tullius II. de Invent. *Zeuxim magno pretio conductum adhibuerint.* Vitruvius lib. II. cap. VIII. *Cum ex tabulis inveniunt eorum locationis pretia.* Proprie tamen pretium dicitur ex causa venditionis. Varro IV. de L. L. *Pretium, quod æstimationis, emptionisve causa constituitur.* Glossæ lat. gr. *pretium, τίμημα, ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον.* Nonius Marcellus in v. pretium. Pretium dicitur quod pro re empta datur. Item pretium debet esse certum, *l. 1. sup. de rer. permutat.* merces quoque certa esse debet. Isidorus Origin. V. cap. XXV. Quod de pretio in alterius arbitrium collato constitutum est, & in locatione locum habere placuit, ut tradit Justin. Inst. eod. Vicinam quoque emptioni locationem esse Græci putant, quod merces in pecunia numerata consistere debeat, *Theoph. Inst. eod.* Interpres Basilic. ad *l. 1. ff. eod. δεῖ δὲ ἐν ἀργυρίοις ὁ εὐσθῆναι τὸν μισθόν*, Sed falsi sunt tam Græci, quam Latini, qui in ea sententia sunt, *l. 21. hoc tit.* in qua certum pondus olei pro pensione infertur.

Nam qui dat aliquid utendum] Locator est, qui dat aliquid utendum, faciendumve: Conductor vero, qui suscipit: ut ecce, qui dat suam domum utendam, aut domum faciendam, locator est; usum enim vel operas locat: qui vero utendum, vel faciendum recipit, conductor est, qui dat aliquid utendum pretium accipit; qui faciendum, dat. Et viceversa conductor mercedem dat, cum rem utendam suscipit: vel ei merces datur, cum faciendum suscipit. Itaque in locatione & conductione, modo conductor pretium dat, modo locator. In summa locare nihil aliud est, quam utendum, vel faciendum aliquid dare: conducere autem accipere. Vitruvius lib. VII. cap. IX. *Itaque primo locavit inducendos alias colores:* & lib. X. cap. VI. *Locaverunt ex eisdem lapidicinis basim excidendam. Conduxit Pacuvius.* Vellejus Paterculus lib. I. *Statuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus.* Locatio incipit à verbo do. Non idem homo semper init locationem & conductionem, sed semper idem verbum, do scilicet. Cujac. ad *l. 7. ff. de pact.* In summa, qui ultro se utendum dat, locator est: qui suscipit, conductor. Marcellus Empiricus: *Soranus medicus quondam ducenis hominibus hoc morbo laborantibus curandis in Aquitania se locavit.* Observo tamen nunc & olim locatorem dictum eum, qui quid utendum faciendumve dat. Locatarium autem eum, qui suscipit. Vetus Onomasticum: *locatarius μισθούμενος.*

Item qui faciendum accipit, plerumque arram accipit: qui vero utendum, fruendum, nec accipit, neque dat: arra enim non intervenit in locatione, sed pretium aliquando dat pro mutuo, & in antecessum, *l. ex conducto 15. §. item cum quidam ff. eod. ἐν προχρείᾳ.* Constantin. Harmenopul. lib. 2. cap. II. §. ult. lege, προχρείᾳ, ex Regiis codicibus. Sic Basilica: ἐν προχρείᾳ δέδωκα, prorogavi, *l. 19. §. si quis, ff. hoc tit.*

Sed pretium aliquando] Pretium dicitur in l. *si quis ante 10. §. ult. ff. de adquir. possess. l. ult. §. ult. ff. de lege Rhod. l. 28. §. 2. ff. eod.* quæ quidem lex hactenus inemendata permansit: sic autem legendam suadent Basilic. *Quod si domus habitatione conductor æque usus fuisset, præstaturum etiam ejus domus mercedem, quæ vitium fecisset: putat, §. 1. Idem juris esse, si potestatem conducendi habebat, ut pretium conductionis præstaret.* Basilicôn verba sunt: *ἐὰν τις μόνην κατοικῶν, δέδωκε καὶ τοῦ καθαιρεθέντος τὸ μίσθωμα μέρος: τὸ αὐτό ἐστιν εἰ ἄδειαν εἶχεν μισθώσασθαι.* Utroque casu conductor mercedem, sive pretium conductionis præstat, si vitiosis ædibus æque sit: & si locator conductori potestatem fecerit conducendæ domus, & eadem tamen usus sit, omissa conducendæ alterius domus facultate. Pretium igitur dicitur, quod alias merces, pensio, reditus an redactus. Vide Cujac. Not. prior. ad Inst. eod. tit. & lib. II. Observat. 28. lib. III. cap. 1. lib. IV. cap. 26. & Notar. ad lib. Animadvers. Joann. Roberti lib. 1. cap. X. lib. IX. Observat. cap. 15. in qua Cujac. notat, veteres emendi & vendendi verbo promiscue usos in locatione & conductione. Suetonius, Vespasiani cap. XVIII. *Præstantes Poetas, nec non & artifices coemit*, id est, mercede conduxit.

TIT. LXVI. *De jure emphyteutico.*

Vide tit. 25. lib. 3. apud Justin.

EMphyteusis quoque licet proprium hunc contractum Zeno fecerit, id est separatum ab emptione & à conductione, tamen similis est vel emptioni, vel conductioni, *§. adeo, Instit. de loc.* nudoque consensu perficitur: & hac ratione adscribi emphyteusis juri gentium potest, non minus quam emptio & locatio. Græcum est nomen tritum pro latino nobis, ut hypotheca, arra, proxeneta, parapherna & alia quædam, quo significatur insitio surculi in arbore, non plantatio; hoc enim est Aristoteli vel ἀποφύτευσις, vel ἀποφυτεία: illud, ἐμφύτευσις, & insitionis tamen nomine latino hic contractus significatur *Nov. Valentin. de præd. pist.* Et est contractus, quo dominus fundi sui deserti forte & squallidi usum & fructum plenissimum & quasi dominium alteri concedit, ea lege ut inserendo, plantando, arando, poliendo, colendo, meliorem eum & fructuosiorem faciat, proque eo pendat pretium seu vectigal annuum.

LXVI. ENARRATIO.

SEparatum ab emptione] Zeno quidem non effecit, ut contractus esset, nec ejus auctor est, sed separavit ab emptione, & conductione, *l. 1. hoc tit. inf. ἰδιάζουσαν αὐτῇ φύσιν ἐπενόησαν*, ut ait Theoph. & ut id contractus genus pro portione emptionis & venditionis, vel locationis & conductionis non esset: *μήτε μισθώσεως, μήτε ἐκποιήσεως εἶδος, ἀλλ' ἰδιάζουσαν ἔχειν*, Basilica.

Tamen similis est] Emphyteusis emptioni similis est, sive, ut loquitur Justinianus in *Nov. 7. cap. 1. ὡς δὲ πορρῶ καθέστηκεν ἐκποιήσεως*, propter plenissimum usumfructum emphyteuticarii: vel conductioni vicina est propter annuum canonem, ut quodammodo duplex negotium sit, quod in alia specie Cassius admittebat, *§. item quæritur, Instit.* de loc. aut ut ait Harmenop. Epitomar. lib. III. tit. IV. §. 1. *ἔστιν ὥσπερ μίσθωσις ὁμοῦ καὶ ἐκποίησις.*

Nudo consensu perficitur] Nec igitur scripturam desiderat, neque amissio instrumenti emphyteutici nocet, *l. ult. hoc tit.* ergo nec omissio: ubi enim amissio instrumentorum, vel actorum nihil nocet, nec omissio eorum nocet, ut docet Cujac. sup. de fide instrum. in postremis: & in eo emphyteusis differt à libellario contractu, qui fit scriptura interveniente, ut tradit idem Cujac. lib. 1. de Feud. tit. II.

Nec mutat, quod passim hoc tit. scripturæ mentio fiat: contractus enim scripto vel sine scripto conficiuntur, *argum. leg. 1. ff. de contr. emp.* & scripturam vix desiderem, nisi forte aliquid inter dominum & emphyteutam convenerit, quod naturam hujus contractus reformet: quamquam & has quoque pactiones citra scripturam fieri posse, nec ullo modo scriptu-

scripturam necessariam esse satis probant Græci, qui verba hæc legis primæ, *Scriptura interveniente*: in Basilicis omiserunt: *οἱ μὴ ἰδικὰ ἐγένοντο περὶ τῆς ἐπὶ τῷ πράγματι βλάβης*: & in l. 2. hæc omiserunt: *in emphytheuticis instrumentis*: & in l.3. verba illa: *si quidem emphytheuticum instrumentum*, &c. simpliciter vertunt: *οἱ μὲν συμπεφώνηταί τινα περὶ τῆς τούτων ἐκποιήσεως, κρατείτω τὰ σύμφωνα*.

Et hac ratione] Imo non hac ratione, sed ipsa etiam origine non minus, quam emptio, & venditio, quamquam emptio prior esse videtur ex cap. XLVII. Genes. Petrus Faber.

Juri gentium potest] Quatenus emphyteusis nudo consensu perficitur, juris gentium est: nam ea, quæ sunt juris gentium nudo contrahentium consensu perficiuntur, ut emptio, & locatio, *l.1. §.1. ff. de contr. empt. & l.1. ff. loc.* Sed & quod proximum est juri gentium, & ipsum jus gentium est, ut ait alicubi Cujacius.

Insitio surculi] *ἐμφυτεύειν*, vel *ἐγκεντρίζειν* est inserere. Glossæ latino-græcæ: *insititium*, *ἐγκεντρισθὲν ἐμφυτευθέν*. Glossæ græco-lat. *ἐγκεντρίζω δένδρον*, *insero*. Cicero de Senectute: *Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius.* Horat. epode II. *Inutilesque falce ramos amputans, Feliciores inserit*: &, *Ut gaudet insitiva decerpens pyra.* Adde Virgilium Georg. II. ver. XXX. & seqq.

Insitio] *Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.* P. Faber. ex Virgilii ecl. I.

Ἀποφυτεία] *περὶ μακροβιότητος, ἢ Βοηχύς.* cap. ult.

Squallidi usum] Ammianus lib. II. *Residuæ omnes palantes per solitudines vastas, nec stivam aliquando, nec sementem expertas; sed squallentes, & pruinosas*: ut *squallentes campi*, Silio Italico libro II. Auctor de limitibus: *Squallidus ager, quasi excolidus, quod jam à cultura exierit, sicut exconsul, quod à consulatu discesserit.* Quæ Isidorus exscripsit Origin. XV. 13.

Usum & fructum] Nam qui agrum utendum fruendum dat, dominium retinet, *l.1. §.1. ff. si ager vectigal. & §. adeo autem, Instit. de loc. l.3. hoc tit.*

Plenissimum] Qui proprietatis imaginem refert. itaq; meliorationes suas emphyteuta, & jus suum in alium pretio transferre potest, si principali domino id testato denuntiaverit. Dominus autem jus habet *προτιμήσεως*, seu prælationis, refuso eodem pretio. Quod si dominus emere nolit, id per se invito quoque domino, tametsi domini intersit, novum emphyteutam suscipere; jure distrahet: his tamen personis, quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad ejusmodi venire emptionem, ut est in *l.3. hoc tit.* quæ quidem auctores Basilicõn sic interpretantur, *ἐκείνοις μέντοι τοῖς προσώποις τοῖς ἐμφυτεύεσθαι δυναμένοις, οἷς τινὲς μὴ ἰδικῶς ἐν τῷ ἐμφυτευτικῷ χάρτῃ ἐκωλύθησαν ἀγοράσαι τὰ ἐμπονήματα*: ut nimirum emphyteuta distrahere non possit, quibus in instrumento emphyteuseos nominatim receptum est, ne liceret distrahere: pactum hoc justum est. Utique tamen emphyteuta fundum, sine consensu domini, salvo canone emphyteutico, donare potest, *l.1. infra de fun. patrimon.* & ibi Cujac. Nec est cur donatio denuntietur domino, cum plusquam ridiculum sit, si dicat dominus sibi donatum malle, quam alteri. Sed nec erit audiendus, si rei donatæ pretium velit rependere: hoc enim non est velut in emptoris locum succedere, quod in venditione contingit; sed donatario novo quodam emptionis genere rem suam eripere. Denique liberalitas cujusque impeditur, si res ipsa ad donatarium non perveniet cujus solius causa res donatur. Poterit, & permutare, inconsulto domino, si modo fraus absit: quia non potest dominus eandem rem offerre, pro qua emphyteuta jus suum transfert. Potest autem dominus cum res distrahitur, idem pretium offerre si velit: & ideo jus suum emphyteuta, inconsulto domino vendere non potest, ne jure suo dominus defraudetur.

In summa, jus *προτιμήσεως* ad venditiones pertinet, non ad cæteras alienationis species.

Potest etiam emphyteuticarius rem obligare. *l. tutor 16. §. ult. ff. de pignerat. act.* & servitutem, ac usumfructum imponere, *l.1. §.1. ff. quib. mod. usufr. amitt.*

Et quasi dominium] qui fundum utendum conduxit, quasi dominus est: qui dat, principalis dominus est, qui *προσόντος* à Græcis dicitur. Constantin. Harmenop. lib. III. tit. III. §. 17. Michael Attaliotta tit. 13. Itaque emphyteuticario, qui proprietarium imitatur Prætor accommodat in rem actionem; nam prætoria actio est ex Cujacii sententia in Paratitl. D. quæ actio vectigalis dicitur, *l. si finita 15. §. si de vectigalibus, ff. de dam. inf.* quia de prædio vectigali, id est, emphyteuticario proposita est, *l. si cum venditor 66. ff. de eviction.* quæ actio utilis est, *l. ei, qui 16. ff. de servit. d. l. tutor, §. ult.* unde conficta est dominii divisio in directum, & utile, juris auctoribus incognita.

Poliendo] Ulp. in *l. cum duob. 52. §. 2. ff. pro soc. Agrum politori damus.* M. Cato de re rustica cap. V. *Politorem diutius eundem ne habeat.* Non Marcell. *Politiones, agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta.*

Meliorem] Emphyteusi enim additur lex meliorationum: *ἐμπονήματα* Græci vocant, quæ vox restituenda est *d. leg. 3. in fi.* ibi: *ad alios suum jus, vel ἐμπονήματα*: sic enim in Basilicis: *τότε καὶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ γίνεσθαι μεταφορὰ τῆς ἐμφυτεύσεως, καὶ ἡ τῶν ἐμπονημάτων πρᾶσιν*: nec aliter in MS. cod. Jul. Brodæi, & castigatioribus editionibus.

Pretium] Quatenus emphyteusis proxima est emptioni, pretium dicitur. Merces Juliano Antecessori, *Nov. 111. c. 4.* *μισθωτικὸς κανών*, Justiniano Nov. 120. cap. 8. quatenus locationi.

Vectigal.] Vectigal in *l. cum servus 39. §. heres, ff. de leg. 1.* est emphyteuma in Basilicis, & *l. 32. C. de Episcop. aud.* *ὁ τῆς ἐμφυτεύσεως κανών*, in metaphrasi ejusdem legis in Basilico: canon emphyteuticus, l. 3. *κανὼν ἐμφυτευτικὸς τέτακται*, Harmenopol. d. tit. 4. §. 3. Merces, Julianus Antecessor d. cap. 4. pactio emphyteutica, *d. Nov. cap. 9. τὸ πάκτον*, *d. Nov. Justin. 120. cap. 11.* pactum enim, vel pactio id quoque significat, quod ex pacto debetur. Eademque ratione tributa, quæ ex pacto penduntur à devictis hostibus pacta quoque dicuntur, ut apud Glycam *τὰ πάκτα τῆς Αἰγύπτου*. Theophanes: *ὑποσχόμενος καὶ ἐτήσια τῷ βασιλεῖ παρέχειν πάκτα.* Menologium Augusti die 17. *τὰ δὲ βασιλέως Λέοντος προσθέμενος δοῦναι αὐτοῖς πάκτα, αὐτοὺς φυλάξαι τῇ πόλει ἐγκαταστῆσαι ἀνῆκεν.* Constantinus de administrando Imp. *παρέχων καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ τοῦ Ἀπολεσφὲτ πάκτα*: & mox: *καὶ ἐδηλώθησαν καὶ ἐπακτώθησαν.*

Pretium seu vectigal annuum] Imo & pensionem, ut puta fructuum certam partem, puta quintam, ut Geneseos XLVII. cap. vide & Aristotelem de Bizantiis lib. II. Oeconomic. ut scripsi ad rubricam Cod. hoc nostro tit. Petrus Faber.

Quod si emphyteuticarius paganicus triennio, Ecclesiasticus autem biennio cessaverit in solvendo vectigali, cadit jure emphyteuseos, eumque dominus à prædiis emphyteuticariis repellere, *ἐκβάλλεσθαι* poterit. An autem dominus sua auctoritate possit eum expellere, non convenit inter omnes. Cujacius ad *l. 2.* notat, judicis auctoritatem expectandam esse, quod utique consultius est. Cur enim dominum, reluctante emphyteuticario, jus sibi dicere patiemur, spreto judice, qui intercessione sua poterit eos componere, videntur quidem verba legis id concedere: sed usus forensis, qui plerumque legum optimus interpres est, prævaluit, & vim omnem tanquam juri contrariam prohibuit: vide Cujac. ad leg. 5. tit. 40. lib. XII. Cod.



CODICIS JUSTINIANI LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE SPONSALIBUS, ET ARRIS SPONSALITIIS, ET PROXENETICIS.

Vide tit. 1. *lib.* 23. & 14. *lib.* 50. *ff.*



SCOPUS hic est hoc libro conditori Codicis, ut quos omisit contractus libro superiore, persequatur, & actiones proditas ex eis, ac præcipue matrimonii contractum, qui etiam nudo consensu perficitur, ut superiores aliquot, à quo tamen ipsius negotii natura facit ne exordiatur: nec enim ad matrimonium pervenitur statim, ut placuit primus sermo de matrimonio. Sunt multi contractus, qui vel eum præcedunt, vel ubi completus est, eum sequuntur, vel modo præcedunt, modo sequuntur, vel qui penitus dirimunt eam conventionem, veluti divortium. Sed qui ad eum constituendum, & confirmandum spectant, ii sunt, Dotis datio, vel promissio, quæ præcedere, & sequi matrimonium potest; & si sola præcedat, nondum nuptiæ, aut sponsalia, imo nec dos proprie. Donatio ante nuptias, quæ olim præcedebat, hodie etiam sequi potest, & ob id mutato nomine dicitur donatio propter nuptias; Sponsalia, quæ præcedunt, Arrarum quoque datio, quæ præcedit. Sponsalia, de quibus est prima pars hujus tituli, hodie contrahuntur nudo consensu, sicut nuptiæ, per se, vel per epistolam, vel per interpositam personam, internuntium, procuratorem, pararium, quæ non fierent per alium, si per stipulationem, ut olim, fierent, & secundum jus novum accipio, quod est in *l.* 1. *ff. eod.* Sponsalia esse mentionem, & repromissinem futurarum nuptiarum. Non satis erat mentiouem dixisse, quia mentio primus sermo est & tractatus de nuptiis contrahendis, oon contractus ullus: ideo additur, & repromissionem, quo nomine significatur plerumque nuda cautio, sive promissio stipulanti facta, noo datis fidejussoribus, sed illo loco meo judicio, nudus consensus: patet enim latissime promittendi, aut repromittendi verbum, minusque est promittere, quam spondere. Promittunt qui quamlibet conventionem ineunt; etiamsi ex ea non nascatur obligatio. Spondent qui promittunt stipulanti, quod est firmissimum juris vinculum, & remedium, quod promissionibus infirmis adhibetur. Secunda pars est de arris sponsalitiis: & arrarum datio contractus, *l. contractus, supr. de fid. inst.* qui adhibetur emptioni, vel locationi, vel sponsalibus, præit emptionem, vel locationem impletam, & matrimonium: dantur autem ab emptore venditori, & à conductore locatori, vel à locatore conductori, vel ab sponso sponsæ, unde & quasi arrilatores cociones dicti sunt. & io omnibus idem jus est, ut impleta emptione, vel locatione reddantur, maxime si corpus certum datum sit arræ nomine: vel imputentur in pretium, si in nummis consistant: & eodem exemplo secutis nuptiis, ut arræ sponsalitiæ reddantur, vel imputentur in donationem propter nuptias. Et ut sit culpa emptoris, vel locatoris, aut conductoris, vel sponsi non impleatur emptio, vel locatio, vel matrimonium, arras amittat, quod & pactis inseri solebat, *l. ult. ff. de l. com.* Si culpa venditoris, vel locatoris, aut conductoris, qui arras accepit, vel sponsæ culpa, in duplum teneatur: excipiuntur casus certi in *l. penul. hujus tit. & alius tit. seq.* Tertia pars tituli est de proxeneticis, quo nomine significantur præmia, quæ debentur intercessoribus sive conciliatoribus sponsalium, aut nuptiarum. His modum imposuit *l. ultim.* quam exposui Observ. xx. pro quantitate dotis, & donationis propter nuptias, & hoc amplius cavit, ne citra stipulationem ex hac causa proxeneticum peti posset, quod & philantropum dicitur *l. 2. ff. de proxen.* in qua philantropi non dixit per synæresim, cum & Diodori 4. legamus ἔπαθλον φιλάνθρωπον, & 2. Macab. c. 4. φιλάνθρωπα βασιλικά.

I. Enar.

I. Enarratio.

QUæ præcedere & sequi] *Paulus Sentent. libro 2. tit. 21. de dotibus, l. si pater 44. §. 1. in fin. ff. de jn. dot. l. ult. infra tit. 3.*

Nudo consensu] *l. 4. & 11. ff. eod.*

Internuntium] *l. ultim. ff. eodem* Plautus in Milite glor. act. IV. 1.

> *Vah ego ne ut ad te ab Libertina esse auderem internuntius?*

Asconius Pedianus de jurisdict. & præt. Sicil. *Conciliatores atque internuntii*. Apulejus Metam. 9. *Anus quædam stupri sequestra, & adulterorum internuntia*.

Bararium] Seneca de benefic. libro II. cap. 23. *Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios*: & libro 3. cap. 15. *Ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit*.

Si per stipulationem ut olim] *L. 2. & 3. ff. eodem*. Hinc speratæ, pactæ, & sponsæ in loco Arnobii ex IV. adversus Gent. quem citat io Par. D. Juvencus in historia Evangelica:

> *Accipe conjugium nullo cum crimine pactæ:*
> *Spiritus implevit sanctus cui viscera fœtu.*

Primus sermo est] Festus Pompejus: *Conventa conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione babebatur*.

Nuda cautio sive prom.] Ut *§. 2. Institut. de satisdat.*

Spondent qui prom. stip.] *L. sponsio, ff. de verb. sign.* Glossæ: *Sponsores*, ἐπαγγελλόμενοι, *sponsalia*, ἐπαγγελίαι.

Reddantur] Repetantur actione ex empto, vel condictione sine causa. Cujac. Observ. XI. 17.

In duplum teneatur] Condictione ex lege, Cujac. d. cap. 17.

Quod est firmissimum] *Paulus Sentent. lib. 5. tit. 7.*

Vel sponsalibus] Apulejus Metam. 5. *Arra atque nuptiis conjugabo*. Petrus Ravennas serm. 140. *Ad virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam dat arram: dotem suscipit, qui fert gratiam: fidem refert, & tradit numera virtutis, qui mox virginei consensus resolvit sponsionem*. Licet autem stipulatio interposita sit, si tamen arræ datæ non sint, à sponsalibus impune disceditur, Græci ad *l. 1. ff. eod.*

Arrilatores] Glossæ: *μεταβολεὺς, dardanarius, cociator, arrilator*. Isidorus in Glossis: *Arrilator, cocio*, ὁ *μεταβολεύς*.

Cociones] A. Gellius lib. 16. cap. 7. *Concionem pervulgate dicit* (Laberius) *quem veteres arrilatorem dixerunt*: sic ibi legisse videtur Cuj. ex veteri codice quem citat in Notis prioribus ad *tit. de testam. Institut.*

Intercessoribus] Glossæ Philoxeni: *intercedit μεσάζω*.

Conciliatoribus sponsalium] Quorum interventu sponsalia aut nuptiæ contractæ sunt. Festus: *Conciliatrix dicitur, quæ viris conciliat uxores, & uxoribus viros*. Cornelius Nepos in Attico: *Harum nuptiarum conciliator fuit*. Servius ad illud 4. Æneid. *Tuque harum interpres curarum & conscia Juno*: *Curarum*, inquit, *conjugalium interpres, hoc est, media & conciliatrix*. Interpres, ut in *l. 1. C. Theod. de nupt.* Gl. gr. lat. προξενητὴς, *conciliator, proxeneta*: vetus Onomast. *conciliatrix*, προξενήτρια, qui & πρόξενοι, ut in epistola 320. S. Basilii: τῆς μὲν σωματικῆς φιλίας ὀφθαλμοὶ πρόξενοι γίνονται: *Oculi sunt proxenetæ amicitiæ corporalis*: & μεσίτης. D. Chrysostomus in epistolam D. Pauli ad Hebræos cap. 9. homilia 16. μεσίτης γάμου γίνεται, οὐχ ὁ γαμῶν ἀλλ' ὁ τῷ μέλλοντι ἄγεσθαι συμπράττων.

Observatione XI.] Capite 18.

Philantropi non dixit per synæt.] Pro philantropii: vide d. cap. 18.

Non dixit per synær.] Dixit igitur per ἔλλειψιν, si substantivum subintelligitur. Sed malo equidem per syn. Petr. Faber.

TIT. II. *Si Rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalia dederint.*

SPonsalia in hoc titulo sunt arræ sponsalitiæ, ut Græce μνῆστρα, & pignora, ut *l. 6. C. Th. de spons. l. ultim. inf. de ing. man. l. 1. inf. si nupt. ex rescr. pet.* Hieronymus in virginitatis laude: *Humanorum sponsaliorum pignoribus subarratur*. Et sciendum est, rector provinciæ, vel alius qui officium in provincia administrat, si in ea puellam desponderit, & subarraverit, ut potuit, quia nuptiæ ei interdictæ sunt, non sponsalia, & post depositum officium ipsa ei nubere nolit, liberari eam reddendo arras in simplum, quia præsumitur non sponte sponsalia fecisse cum eo, sed coacta & territa officii potestate, *l. si quis officium, ff. de rit. nupt.* quæ secundum Constitutionem hujus tit. ita accipienda videtur (nisi mavis Cyrillum sequi, cujus sententiam adserere aliquando conatus sum) ut non aliter eas reddat quam sua sponte, ultro si eas reddere velit, ut plerumque ex rebus ejus, quem repudiant puellæ nihil retinere volunt: & vero honestius esset eas restituere, sed necessitatem restituendi hæc Constitutio remittit. Pertinentes in hoc tit. & tit. 7. ut Græce προσήκοντες, sunt liberi, cognati, adfines, domestici, adsessores, ad quos etiam pertinet hæc constitutio, si eis ea in re operam dederit is qui officium publicum in provincia gerit.

II. Enarratio.

ARræ sponsalitiæ] Musalon in Sancitis: ὡς ἂν ἐπὶ μόνῳ τῷ γαμικοῦ συναλλάγματος ἀῤῥαβῶνας ὑποσχέσθαι δίδοσθαι.

Ut Græce μνῆστρα] Hesychius: μνηστεύεσθαι, ἀῤῥαβωνίζεσθαι μνηστῆρας, ὁ δοὺς τὰ γάμου ἀῤῥαβῶνα: μνῆστρα, ὁ τοῦ γάμου ἀῤῥαβών. Sosipater Charisius I. Gramm. & Glossæ: *Sponsalia*, μνῆστρα vide locum Chrysostomi tit. III. inf.

Et pignora] Ut in *l. un. hoc tit.* conjuncta Basilicorum interpretatione libro 28. tit. 1. in fine. Tertullianus Apologetici capite 6. *Cum aurum nulla norat præter unico digito quem sponsus oppignerasset pronubo annulo.*

Hieronym. in virgin. l.] In epistola ad Mauritii filiam.

Subarraverit] Subarrari est ἀῤῥαβωνίζεσθαι. S. Ambrosius in epistola 34. *Discede à me, quia jam ab alio amatore præventa sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarravit me*: utuntur sæpe hoc verbo summi Pontifices. Oppigneratur autem & subarratur puella annulo pronubo, Tertul. loco cit. & in Lege Longobardorum libro 2. tit. 37. *Annulo eam subarrat.* Heliodorus Æthiop. libro 4. δακτύλιον τινα ἐπιζητεῖν, καὶ σεαυτῇ περιποιεῖν, ὃν πατὴρ ὁ σὸς ἐμοὶ παρὰ τὴν μνηστείαν ἐδωρήσατο: *Annulum quendam inquiras, & tibi vindices, quem pater tuus mihi, cum illi desponsarer, donavit.* Hic annulus dicitur ἀρμοστὴς παιδουργοῦ συμβόλαιον, in Excerptis Photii ex Isidori Philosophi vita.

Quia nuptiæ ei interdictæ sunt] Rector provinciæ nuptiis provincialibus abstinere debet, *l. si quis officium 38. ff. de rit. nupt.*

Non sponsalia] Imo hodie sponsalia quoque ex Novellis Leonis. P. Faber.

Territa officii potestate] Itaque si præses quidem sit, sed qui ratione potentatus parentes puellæ terrere non valeat, sponsalia non prohibentur, ut notat Thalelæus ad constitutionem hujus tituli.

Nisi mavis Cyrillum sequi] Scribit Cyrillus constitutionem loqui de præside provinciæ, Paulum autem accipiendum esse de his qui officium in provincia

cia administrant, id est, de officialibus, qui ut Præsidibus longe inferiores sunt; ita eorum quoque facta leviora judicantur: eamque sententiam adserere conatur Observat.4. cap.22. Heic autem aliam interpretationem adfert, ut sponsa arras non aliter reddat quam sua sponte. Raphael Fulgosius heic: *Quod dicit ibi in d. l.si quis, redditis arris, intellige, si pars mulieris velit.*

Adsessores] Participes, id est, consiliarios in *l.un.hoc tit.* Sic habent veteres Menagii & Brodæi. Ego suspicabar esse vetus glossema, quod absit à Codice Theodos. nisi participes consiliarios dixerit cum Plauto in Milite Act.4. scen.2. Certe particeps est consiliarius. Cornelius Tacitus Annal.6. cap.10. *Marino participe.* Basilica *συγκαθέδρους* interpretantur.

TIT. III. *De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis.*

PRiores constitutiones hujus tituli sunt de sponsalitiis .i. muneribus sponsalitiis, quæ dat sponsus, aut socer, vel socrus sponsæ, vel socero, vel contra sponso sponsa, quæ & sponsalia dicuntur, *l.3.* & multum distant ab arris: Nam eæ sponsæ soli dantur, & secutis nuptiis redduntur; ut dixi, munera sponsalitia remanent apud eum, qui accepit, nisi aliud convenerit; & rursus non secutis nuptiis culpa sponsæ, regulariter arræ redduntur in duplum, & ex conventione in quadruplum, munera redduntur in simplum, si per eum qui accepit, factum sit quo minus nuptiæ contraherentur, si per eum qui dedit, non redduntur, *l.15. hoc tit.* Item mortua sponsa, vel sponso ante nuptias contractas, arræ redduntur, *l.3. tit.1.* mortuo autem sponso munera non redduntur, si ea liberalitatis causa contulerit in sponsam .i. ut nullo casu ad se heredesve suos reverterentur, *l.si tibi, hoc tit. l.1. ff. de donat.* vel si contemplatione futuri matrimonii & titulo sponsalium prætermissa heredum differentia, quam statuit *l.2. Cod. Theod. eod.* hodie dicimus non interveniente osculo, ea donatori reddi; imo & interveniente osculo, si sponsa donaverit, non etiam si sponsus: nec enim integra ea heredibus sponsi reddi oportet, sed semissem tantum ex *l.16.* quasi jus osculi auxerit jus sponsalium, & qui osculum accepit quasi maritus sit, aut certe plus quam sponsus, nec tamen satis est, ut Fabius ait decl.279. maritum tantum osculo putari. Posteriores autem quatuor constitutiones hujus tit. sunt de donatione ante nuptias quæ dicebatur olim, hodie quæ dicitur donatio propter nuptias: quia hoc singulare habet, ut & constante matrimonio fieri & augeri possit, sicut dos, *l.penult. & ult.* Martianus Capella 9. *Arcanus prisci juris adsertor consulitur, respondetque, regulariter etiam matrimonio copulato, dotem dicere fœminam viro nullis legibus prohiberi.* Nec enim ut ait *l.ult.* simplex ea & mera donatio est, sed contractus, qui fit propter dotem & propter nuptias, ut *Novel.38. & 119.* & quasi *ἀντιφερνὴ* sive *ἀντιπροίκιον* dotis: denique donatio propter nuptias est contractus, quo quid dotem contra vir uxori offert, vel amussis, examen, levamentum, sacoma dotis, quæ & sponsalitia largitas dicitur, *l.4. infra de sec. nupt.* & sponsalia, *l.2. eod. l.prædia infr. de præd. min. & Novel. Valentin. de episc. jud.* & in constitutionibus Græcis *ἕδνα*. Igitur sponsalium nomen commune est repromissioni futuri matrimonii, quam Alexius vocat *προάρλω τῶν συναλλάττων συναρμογὴν*, & donationi propter nuptias seu sponsalitiæ largitati, id est, muneribus sponsalitiis, & arris.

III. Enarratio.

MUneribus sponsalitiis] Quæ nuptialia munera Livio 30. Origenes in homilia 1. in Cantica Canticorum, interprete D. Hieronymo: *Introducitur per historiæ speciem sponsa quædam quæ suscepit quosdam sponsaliorum & dotis titulo dignissima munera à sponso nobilissimo,* & paulo post: *Omnia habeo, repleta sum muneribus, quæ sponsaliorum, vel dotis titulo ante nuptias sumpsi.* Tertullianus l. ad uxorem cap.4. *Orationes suas velut dotes domino adsignant, ab eodem dignationem velut munera dotalia quotiescunque desiderant, consequuntur.*

Nam eæ sponsæ soli dantur] Sponsus arras dat non sponsa. Gregorius Turonensis de vitis Patrum cap.20. *Cum ad legitimam pervenisset ætatem, cogentibus juxta consuetudinem humanam parentibus, ut arram puellæ quasi uxorem accepturus daret, impellitur.* Vide Cujac. Observ.4.26.

Arræ redduntur in dupl.] Vide supra ad titul. primum.

Interveniente osculo] S. Ambrosius in Psalm.118. *Ut osculum quasi sponsa acceperit.*

Quasi jus osculi auxerit jus spons.] S. Ambrosius in epistola 18. *Sola Ecclesia habet oscula quasi sponsa: osculum enim quasi pignus est nuptiarum, & prærogativa conjugii.* Gregorius Turonensis in dicto cap.20. *Dato sponsæ anulo, porrigit osculum, præbet calciamentum, celebrat sponsalium diem festum.*

Aut certe plus quam sponsus] Achilles Tatius de Clitoph. & Leucipp. amoribus 4. *μέχρι μέντοι τῶν φιλημάτων ἐστί μου γυνή* *Osculo tantum uxor mea est.*

Ut & constante matrimonio.] Itaque rectius appellatur propter nuptias: nomina enim rebus consequentia esse debent.

Quo quid dotem contra] Heroicis temporibus in Græcia maritus quasi dotem uxori dabat, & munera sponsalitia: & tam dos, quam munera *ἕδνων* nomine continebantur, ut ex Homero & aliis observavi libro 2. Institutionum tit.7. §.3. Quem morem Poetæ Latini tangunt. Vetus epigramma lib. 4. collectionis Pithœanæ.

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo. Auctor historiæ Apollonii. *Non apto, ait, tempore me interpellastis: filia mea studiis vacat, & ob amorem studiorum imbecillis jacet. Sed ne videar vos sæpius differre, scribite in codicillis nomina vestra, & dotis quantitatem, quam transmittam filiæ.*

Amussis] Vetus Onomasticon: *amussis στάθμη.* Varro apud Nonium: *Amussis, est æquamentum, levamentum.*

Examen] Festus Pompejus: *examen, æquamentum* Glossæ Philoxeni, *examen, σήκωμα.*

Levamentum] Vide locum Varronis supra.

Sacoma dotis] Onomast. *æquipondium, σήκωμα.* utitur Vitruvius 9.3. & ult.

Sponsalitia largitas] Ennodius Ticinensis in vita Epiphanii: *Sit filii sui sponsalitia largitas, absolutio captivorum. Offerat pactæ suæ munus, quod & Christus accipiat.* Nec debuit Accursius distinguere. Vide Cujac. ad *Novel.22. cap. de secund. nupt.*

Et sponsalia] Saxo grammaticus historiæ Daniæ libro 14. *Igitur à Canuto totius patrimonii sui parte tertia sponsalium loco promissa puellam despondit.*

In constitutionibus Gr. *ἕδνα*] Et aliis auctoribus. Glossæ: sponsalia, *ἕδνα*. S. Epiphanius in oratione de fide Catholica: *καὶ φερνὴν καὶ ἕδνα.* Andreas Cretensis in Apostolum Titum: *σὺ νυμφαγωγὲ τῆς ἐκκλησίας ἕδνα νυμφικὰ καὶ φερνὴν αὐτῇ προσκομίσας, τὰ Κρήτης γεννήματα.* *Tu Ecclesiæ pronubus, munera sponsalitia dotemque, Cretæ attulisti proles.* S. Gregorius Nyss. de Virginitate: *ἴδε δὲ καὶ τὰ ἕδνα τοῦ γάμου.* Non absimile est quod posteriores dixere *ὑπόβολον*, id est, incrementum dotis, vel quod mortuo viro uxori superstiti redditur supra dotem. De quo D. Chrysostomus, in Psalm.44. *λάβε ἀῤῥαβῶνα ἵνα μοι πιστεύσῃς περὶ τοῦ μέλλοντος, λάβε ὑπόβολον λάβε καὶ μνῆστρα.* *Accipe arras, ut mihi fidem habeas, accipe hypobolum, accipe & sponsalia.* Meminit Eustathius ad Odyss. α. vide Cujacium Observat.5.4.

Quam

Quam Alexius vocat] Alexius Comnenus in Nov. de A sponsalibus, *primam contrahentium conventionem*.

T I T. IV. *De Nuptiis*.

Vide tit. 10. lib. 1. Inst. & tit. 2. l. 23. ff.

EXpositis contractibus his qui ante nuptias fieri solent, consequens est ut tractet de nuptiis sive matrimonio ipso. Matrimonium nudo consensu perficitur: Nam neque verba, neque scripturæ proprietatem desiderat, neque dotem, neque concubitum, neque pompam aut deductionem in domum mariti, *l. pen. ff. de don. inter vir. & uxor. l. 13. hoc tit.* quæ sunt quidem per consequentias matrimonii propria, non principalia, quæ rem negotiumque conficiant. B Nuptiæ igitur sive matrimonium est conventio, quæ fit inter cives, marem & fœminam, ad sobolem quandoque justam procreandam spectans, eo animo votoque, ut in una domo totam vitam vivant socialiter. Hæc est nuptiarum definitio vera. In idiotismo eo nomine significatur commistio corporum, ut apud Petronium. Illa nocte qua nuptias fecerunt: & in Æsopo Latino de vita Alexandri: Ille sceptro deposito, conscensoque lecto nuptias agit. Vel festivitas & celebritas nuptiarum, & ita nuptias in conditionibus accipi vult *l. 2. 4. hoc autem tit.* permittuntur nuptiæ quædam, quæ olim fuere prohibitæ, veluti cum quinquagenaria, cum alumna, cum consobrina: sed & prohibentur variis ex causis. Si filius aut filiaf. nuptias faciat sine auctoritate patris qui modo auctor esse possit. C Si puella sui juris sine tutoris auctoritate, quia ad nuptias contrahendas, sicut ad hereditatem adeundam puellæ curatoris auctoritas non sufficit. Si libertus patronam, aut patroni uxorem, filiam, neptem ducat. Si quis ex ea provincia in qua officium administrat. Si susceptam ex baptismo, quam filiolam vocamus.

IV. Enarratio.

DE nuptiis sive matr.] Nuptiæ pro matrimonio: Tertullianus de exhortatione castitatis cap. 2. *Si nuptias sublatas restauremus*.

Nupt. sive matr.] Ut in *Institut. de patr. pot. §. 1.*

Nudo consensu perf.] Solo & nudo consensu, *l. pen. de donat. inter vir. & uxor.* sicut & sponsalia, *l. 4. & l. 11.* D *ff. de sponsal.*

Nam neque verba, neq. scr. propr.] Ut de obligationibus, quæ consensu fiunt scribit Cajus in *l. 2. §. 1. ff. de obligat. & action.* sicut neque scriptura desideratur in sponsalibus, *l. in sponsalibus 7. ff. de sponsal.* & ideo vir absens uxorem ducere potest, *Paul. Sent. lib. 2. tit. 19. §. vir.* sicut absenti absens desponderi, *d. l. 4. §. 1.*

Neque dotem] *L. ult. sup. tit. prox. l. pen. inf. tit. 17.* quamquam mulieri indotatæ nudum nomen uxoris adferre videatur. Dicam ad *l. 30. ff. de regul. jur.* vide Cujac. ad *cap. 1. ext. de sponsalibus*.

Neque concubitum] *d. l. 30. l. cum fuerit 15. ff. de cond. & demonstrat.* D. Augustinus de consensu Evangelistarum libro 2. capite 1. *Virgo peperit Christum:* E *Hoc exemplo magnifice insinuatur fidelibus conjugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere vocarique conjugium, non permisto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.*

In domum mar.] Imo in domum, non in cubiculum, *l. cum fuerit 15. ff. de condit. & demonstrat.* Sed jus illud antiquum hodie sublatum jure illo. P. Faber,

In domum mariti] Uxor domum vel in domum mariti duci vel deduci dicitur. Plautus in milite act. 3. sc. 1. *Egone eam ducam domum?* Terentius in Hecyra act. 1. sc. 2. *Seque ante, quam eam uxorem duxissem domum, sperasse.* Lapis antiquus: Publ. Claud. Quaes. ae. Antoninam. Volumniam. Virginem. volant. auspi. e parent. suis. cormit. et iv. fac. (quatuor facibus) indo. duxit. deducta autem in sponsale cubiculum, ut loquitur interpres Irenæi quasi nupta intelligitur. D. Ambrosius in dict. Psal. 118. *Ut osculum quasi sponsa acceperis: in cubiculum autem Christi sit introducta Ecclesia, non jam quasi tantummodo desponsata, sed etiam quasi nupta: nec solum quasi thalamum sit ingressa, sed etiam legitimæ claves copulæ consecuta sit.* Hebræorum jure nuptiæ perfectæ non erant ante deductionem in cubiculum mariti: qua de re vide Seldenum uxoris Ebraicæ libro 2. cap. 13.

Ad sobolem quandoque justam procr.] Servius in 4. Æneidos. *Quis enim ignorat matrimonia liberorum suscipiendorum gratia iniri?* Eustathius in illud Homeri B Iliad. ν. οὔ παῖδες, οὐδὲ γυναῖκες: ἐπειδὴ ὅτι ἐν τῷ, οὔ παῖδες, οὐδὲ γυναῖκες, δόξει ἂν τοὺς παῖδας ἐν ἔξω λόγου τεθεῖναι, ἀλλ' ὅτι τελικὸν αἴτιον αὐτοὶ τοῦ γάμου. & Iliad. ξ. τῶν ἐρῶντα οἱ ἀγαθοὶ διὰ γονὴν γίνονται παίδων, *Amorum illi optimi sunt qui liberorum procreandorum propositum habent.* D. Augustinus in sermone 34. de diversis: *Convincunt te tabulæ quæ scribuntur in matrimonio. Pactus es quemadmodum duceres: sonat tibi scriptura* pactionis *liberorum procreandorum causam.* Quintilianus in declamat. 338. *Fuit aliquando cupidus liberorum, & propter hoc duxit uxorem:* vide Ocellum Lucanum de universa natura, Josephum 2. contra Apionem, S. Basilium de vera virginitate.

Justam] Hinc justi liberi; qui ex justis nuptiis quæsiti sunt. Sic etiam Pomponius scribit, dotatas esse C fœminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis civitatem maxime esse necessarium, *l. 1. ff. sol. matr.*

Totam vitam] Apulejus Metam. 6. *Nec unquam digredietur à tuo nexu Cupido, sed istæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ.* Hinc matrimonium, consortium omnis vitæ dicitur in *l. 1. ff. de rit. nupt.* Quintilianus in declamat. 376. *Uxor socia tori, vitæ consors, in omne sæculum mihi eligenda est.* Uxor socia. Ovid. Metam. lib. 1. fab. 10. *Sed leve si minus sociæ, generisque, torique Vacca negaretur. Prima societas in ipso conjugio est.* Cic. 1. de offic. *Prima est humani generis in ista mortalitate societas.* D. Augustinus de bono conjug. cap. 6.

Socialiter] Hinc κοινωνία γάμου, societas matri- D monii. S. Basilius in homil. 7. in Hexam. conjugale consortium. Arnobius 2. adversus Gentes: *Conjungulis copulatis consortiis.* Itaque sponsalia mutuo consensu dirimi exemplo societatis scribit summus Pont. in cap. 2. *ext. de sponsalibus*.

Ut apud Petron.] Item: *Plaudentibus ergo universis, & postulantibus nuptias fecerunt.* ut apud Græcos γάμος commistionem etiam corporum significat. Eustathius in Odyss. α. ὁ δὲ γάμος, δῆλον ὅτι ὁ μίξις ἐστὶ συνέλευσις.

Commistio corporum] Apulejus Metam. 7. *Invitat ad nuptias,* id est, concubitum. D. Hieronymus adversus Luciferianos: *Die noctuque nuptias faciens, obscœnas, & auditu quoque erubescendos coitus somniavit.*

E Celebritas nuptiarum] Quintilianus declam. 306: *Vis scire quid sint nuptiæ? Aspice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitante populo.* Solemne, vel solemnia nuptiarum, Sueton. Neron. cap. 28. Cornel. Tacit. Annal. 11. & 12. sponsalium & nuptialium solemnitas, Tertullianus de idololat. cap. 16. vide Sidon. Appollin. epist. lib. 1. 5. in fine. Libanii declamat. 35. pag. 770.

Cum quinquagenaria] Cum quinquagenaria olim nuptiæ prohibitæ. *An quia fœcunditas omnium* (mulierum) *conquiescit?* Solinus capite 4. Adde Plinium 7. 14. Dionys. Halicarn. 4. Ut *esse videretur quædam etiam nubendi impudicitia,* ut ait Fabius d. declamat. 306. Hodie permissæ sunt, *l. sancimus 27. hoc tit.*

Cum

Cum alumna] Quam libertate donavit, *l. si quis* 27. A *hoc tit.* Manumissor enim libertam suam uxorem ducere non prohibetur, *l. uxorem* 15. *eodem*. Vetus epigramma:

Liberta & conjux Petronia cara patrono.

Cum consobrina] *L. celebrandis* 19. *hoc tit.*

Nuptias faciat] Plinius in epistola 117. libro 10. *Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, &c.*

Sine auctoritate patris] *Paul. Sentent. libro* 2. *tit.* 19. *§.* 1. *l.* 2. *ff. de ri. nupt. l. si ut proponis* 7. *& l. nec filium* 12. *hoc tit.* Filius emancipatus non expectat consensum parentis, cujuscunque ætatis sit. Græci tamen interpretes in ea sententia sunt, ut filius emancipatus, si perfectæ sit ætatis, sine consensu patris uxorem possit ducere. Harmenopulus Epitom. libro 4. tit. 4. §. 13. Filia emancipata si minor erit annis 25. con- B sensum parentis habere debet. Post plenam ætatem, sive post 25. annum, etiam citra consensum patris potest nubere, *Nov.* 115. *cap.* 3. *§.* 2. Sic videtur accipiendum quod scribit Photius Patriarcha CP. epistola 5. in Auctario his admodum verbis: εἰ δὲ ἀμφιμακρῷ χρόνῳ, τῆς γάμου νομικῆς τῶν παίδων ἐπιτηδείας οὔσης, ἐπεστήσαντο οἱ γονεῖς, καὶ τὴν ἀνάγκην αὐτοὶ παρέσχον, καὶ μὴ βουλομένων αὐτῶν, ἐλθεῖν τοὺς παῖδας εἰς συνάφειαν, κωλύονται καὶ τὸν τοιοῦτον γάμον ὁ νόμος ἄκυρον τίθησι καὶ ὁ ἱερεὺς παρὼν καὶ ἁγιάζων τὸν γάμον οὐδεμιᾶς αἰτίας ἐστὶν ἔνοχος: *Si parentes postquam liberi ad ætatem legibus definitam pervenerint, longo tempore morati sunt in quærenda eis conditione, & necessitatem ipsi liberis præbuerint, etiam invitis parentibus uxoris ducendæ, vel nubendi, tunc leges ejusmodi nuptias non faciunt irritas, & sacerdos, qui in-* C *terfuit, & eis benedixit, nullius criminis reus est.*

Qui auctor esse possit] *L. si furiosi* 25. *hoc tit.*

Si puella sui juris, &c. Patre orbata, *l.* 1. *& l.* 8. *hoc tit. l.* 20. *ff. de ri. nupt. l. cum in una* 17. *§.* 1. *ff. de appellat. Ulp. titulo* 11. *§. item ex Senatusconsulto.*

Si quis ex ea provincia] *L. un. supra tit.* 2. *l.* 38. *ff. de ri. nupt.* concubinam tamen ex ea provincia habere potest, *l.* 5. *ff. de concub.*

Si susceptam] *L.* 26. *§.* 1. *hoc tit.*

Quam filiolam vocamus] Nithardus historiæ libro 2. *Sicut erga filiolum ex baptismate oportebat benivolum esse.* Imo nec cum matre ejus aut filia justæ nuptiæ sunt, Constantin. Harmenop. libro 4. tit. 6. §. 18. Vide Ce- D drenum in Nicephoro Phoca p. 649. edit. R. quod tamen non admittit S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus epistola 11. *Affirmant,* inquit, *sacerdotes per totam Franciam & Gallias; necnon & Romani, maximi criminis reum esse hominem, qui in matrimonium acciperet illam viduam, cujus ante filium in baptismo adoptivum suscipiebat. Quod peccati genus, si verum est, hactenus ignorabam; & nec in antiquis canonibus, nec in decretis Pontificum Patres, nec in calculo peccatorum Apostolos usquam enumerasse cognovi.* Vide ibidem Notas, & epistolam 15.

TIT. V. *De incestis & inutilibus Nuptiis.*

ADduntur in hoc titulo & aliæ causæ prohibendarum nuptiarum, & prænotatæ etiam quædam, E quæ fuere tit. superiore, in hoc tit. proprie explicantur, maxime de incestis nuptiis *l.* 17. *l.* 23. *§. penult.* quæ contrahuntur inter cognatos, vel inter adfines: & vel sunt nefariæ, ut quæ sunt incestæ jure gentium inter parentes & liberos in infinitum, & ex adfinibus inter vitricum & privignam, aut privignæ filiam, inter privignum & novercam, inter socerum & nurum, inter generum & socrum. Nam & socrus aut noverca non alio nomine dicenda est quam mater: nec alio privigna aut nurus quam filia. Et adeo quidem nefariæ sunt eæ conjunctiones, ut nec concubinam, vel sponsam patris, aut filii, aut soceri ducere liceat, vel sponsæ, aut concubinæ filiam. Non solent nefariæ dici, quæ incestæ sunt jure civili, veluti cum sorore, sororis filia, vel nepte, cum amita, vel matertera, cum amita magna, vel matertera magna, hodie & cum fratris filia, vel nepte, & ex adfinibus cum uxore fratris & cum sorore uxoris: quanquam & has violare contra fas sit, *l.* 5. *ff. de quæst.* Namque olim justæ fuerunt nuptiæ cum fratris filia vel nepte, & cum adfinibus omnibus præter privignam, novercam, nurum, socrum, *l.* 4. *§. hoc itaque, ff. de gr. & adf.* Præterea quod ex titulo superiore colligi potest etiam sub hoc titulo repetitur, non esse senatori connubium cum libertina, aut scenica, aut famosa muliere, injustas, & impares nuptias esse: sic dico ut legi *l.* 1. *Cod. Theod. de colleg.* justo conjugio opponi. Itemque si liberta invita patrono alii transnubat, si qui uxorem habet, alteram ducat, si inter servos coeant, vel cum servis, ut Plauti Casina. *Quid istuc est serviles nuptiæ, &c.* Item si inter Latinos, quia nec nuptiæ justæ, nec dos est, nisi inter cives Romanos, *§. sed & si quis, infra de lat. lib. tol.*

V. ENARRATIO.

INcestæ jure gentium] *L. ult. ff. de rit. nupt.*

Inter vitricum & priv.] *L. nemini* 17. *supra tit.* 4. *§.* 6. *&* 7. *Instit. de nupt.*

Et novercam] D. Ambrosius in 1. ad Cor. cap. 5. *Omnes enim crimen ejus (Judæ) sciebant, & non arguebant: publice enim novercam suam loco uxoris habebat.*

Nam & socrus &c.] Libanius epistola 315. ἡ πενθερὰ δέ σοι τίμιον, ὥσπερ ἡ μήτηρ ἔστω: *Socrus cara tibi sit sicut mater.*

Aut noverca] Sic apud Lycophronem, δευτέραν τεκοῦσαν, *secundam matrem*, Isaacus Tzetzes μητρυιὰν, *novercam* interpretatur: vide Commentarium nostrum ad Institutiones, *d. §.* 6. *&* 7.

Ut nec concubinam] *L.* 4. *supra tit.* 4.

Incestæ sunt jure civili] Equidem dubito, cum divino jure, imo etiam gentium, exceptis Persis & Atticis prohibitæ sint sororis fratrisque nuptiæ, utrum eas non incestas modo, sed etiam nefarias dici oporteat. Sane has tute incestas esse dicis jure gentium in comment. ad Nov. 12. hac ratione, quoniam nullo jure civili permissæ sint. P. Faber.

Veluti cum sorore, &c.] *d. l.* 17. Ivo Carnot. in epistola 99. in fine. Jonas Aurelian. Episcopus de institutione laicali lib. 2. cap. 8. *Beatus quoque Papa Gregorius in Decretalibus suis inter cætera eos, qui de propria cognatione uxores ducunt, Apostolico anathemate percellit dicens: Si quis fratris uxorem duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes ter, anathema sit.* Cum uxore fratris. Post excessum fratris *l. pen.* Nec dissoluto priore conjugio, *l.* 5. *hoc tit.* διαλυθέντος τοῦ πρὸς τὴν προτέραν γαμετήν μου συνοικεσίου. Joan. Scholasticus ad collectionem canonum Theodoreti: vide canonem 51. Concilii Eliberini: quia constante matrimonio eadem duobus nupta esse non potest. De jure Hebræorum, vide Seldenum in uxore Hebraica lib. 1. cap. 4.

Et cum sorore uxoris] *d. l.* 5. S. Basilius epistola 197. ad Diodorum: ἐάν τις πάθει ἀκαθαρσίας ποτὲ κρατηθεὶς ἑαυτὸν πρὸς δυοῖν ἀδελφῶν ἀθέσμους κοινωνίαν, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτο, μήθ᾽ ὅλως εἰς ἐκκλησιαστικὸν πλήρωμα παραδέχεσθαι, πρότερον ἢ διαλῦσαι αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων: *Si quis affectu obscœnitatis ita teneatur, ut in illicitum duarum sororum consortium inciderit, id neque conjugium esse existimandum est, neque talis ad ecclesiasticum cœtum admittetur, priusquam ab invicem separetur:* vide eund. ad Amphilochium can. 78.

Nuptiæ cum fratris filia] Ita vero; non tamen cum sororis filia, vel nepte, ut scripsi ad *l. sororis, ff. de ritu nupt.* P. Faber.

Non esse Senatori conu.] *L. humilem* 7. *hoc tit.*

Inju-

Iojustas & impares] Apulejus Metam. 6. *Jam faxo nuptias non impares*. Nuptiæ inter inæquales probrosæ, & solutæ apud Danos. Saxo grammaticus in historia Danica.

Si liberta, invito patr.] *L. 1. hoc tit.*

Si qui uxorem habet] *L. 2. hoc tit.* Sextus philosophus Pyrrhon. hyp. 3. 24. *νόμος δὲ παρ' ἡμῖν κελεύει μιᾷ συνεῖναι ἕκαστον: Lege apud nos cautum est, ut quis non amplius, quam unam uxorem habeat*. Sic nec apud Græcos plures uxores ducere licuisse docet Commentarius noster in Institutiones. Quod autem ibi de Socrate refertur, confirmatur hoc Porphyrii loco, qui apud Cyrillum 6. in Julianum: *δύο δὲ σχεῖν γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲν πολῖτιν καὶ κοινοτέραν πως, Μυρτὼ δὲ Ἀριστείδου θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου*: de quo vide Plutarchum in Aristide in fine, & Athenæum ta.

Si inter servos] *L. 3. Paulus Sentent. lib. 11. tit. 19. §. inter servos*.

Plauti Casina] In prologo Casinæ:

Item si inter Latinos] *Vlp. tit. 5. §. 3.*

TIT. VI. *De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, seu curatorem, liberosque eorum.*

IN hoc titulo proponitur alia species inutilium prohibitarumque nuptiarum ex oratione Marci, & Commodi, & SC. quo cavetur ne tutor, vel curator, neve tutoris curatorisve filius ducat impune eam, quæ pupilla sua fuit, vel patris sui, antequam rationes redditæ fuerint, & præterierint tempora restitutionis in integrum, intra quæ etiamsi redditæ essent rationes, retractari possent. Nam causa, quæ Senatum movit, fuit suspicio fraudis. Plerumque enim tutores, vel curatores hujusmodi nuptias appetunt, ut puella ducta in familiam suam fraudem administrationis suæ tegant: ut rationes intervertant, vel cohibeant prorsus illas, à verecundia dum tardat rationes à marito exigere, vel socero, quæ ratio etiam efficit ne tutori permittatur adoptio pupilli, vel pupillæ, aut marito pupillæ. Hæc autem prohibitio consistit in tutoribus, & curatoribus, & liberis eorum: nec enim porrigitur ad eos, qui pro tutore, vel pro curatore negotia gerunt; non ad procuratorem, non ad gestorem, *l. ult. hoc tit.* alioquin paulatim, & omnis, qui rationibus reddendis obnoxius esset, prohiberetur sibi, vel filio suo conjungere eam cui obligatus esset, *l. pen. §. pen. ff. de rit. nupt.* & observandum prohibitioni causam deesse non tantum rationes ne cohiberentur, sed & vim, & potestatem, quam tutor habet, vel curator, qua fretus est facile hujusmodi conciliare nuptias, venerationem, & memoriam pristinæ, aut præsentis potestatis, rationem potentatus, *l. præfectus, ff. eod.* quæ nulla est in protutore procuratore, gestore voluntario.

VI. ENARRATIO.

ET Commod.] *L. 20. & l. 60. ff. de ri. nupt. l. 1. hoc tit.*

Ne tutor, vel curator] *L. 1. & 6. hoc tit.* Cyrus *περὶ διαφορᾶς στάσεων: νόμος τὴν ὀρφανὴν μήτε τὸν ἐπίτροπον γαμεῖν, μήτε τὸν ἐπιτρόπου παῖδα: Lex est ne tutor pupillam quandam suam ducat, neve tutoris filius.* Syrianus in Hermogenem: *νόμος τὴν ἐπιτροπευομένην γυναῖκα, μήτε τὸν ἐπίτροπον μήτε τὸν παῖδα αὐτοῦ.*

Et prætererint tempora] Quadriennium continuum, *l. ult. sup. de tempor. in integr. restit. l. ult. C. de repud. hered.*

Administrationis suæ tegant] *L. 7. hoc tit.*

Ne tutori permittatur adoptio] *l. 17. ff. de adopt. l. pen. §. sed etsi, ff. de ritu nupt.*

Et liberis eorum] Non dixit filiis: nepos enim etiam prohibetur, *l. Senatusconsulto 59. ff. de ritu nuptiar.* & ideo recte libri veteres habent, *liberosque eorum*, non ut vulgo, *filiosque*.

Tom. II. Prior.

Qui pro tutore] *οὐ γὰρ δοκεῖ τῇ ἀληθείᾳ κουράτωρ ἢ ἐπίτροπος γεγονέναι*, ut ajunt Græci: *Non videtur revera curator, aut tutor fuisse*.

Vim & pot.] Et quia ratio potestatis ejusmodi nuptias impedit, curator adulto suo filiam suam nuptum collocare non prohibetur, *l. 5. hoc tit.* quia, ut ait Thalelæus, *οὐκ οὕτως εἴωθεν ὁ ἀνὴρ τὸν πενθερὸν ἐντρέπειν ὡς ἡ νυμφή. Vir non ita solet revereri socerum, sicut nurus.*

Gestore voluntario] Procuratores necessarii sunt, negotiorum gestores, voluntarii procuratores.

TIT. VII. *Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes, ad suppositarum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias.*

IN specie hujus tituli eadem ratio, quæ in superiori prohibet nuptias, ratio potentatus, *d. l. præf.* & punitur etiam conatus, si is qui in provincia officium administrat, nuptias appetierit mulieris, aut virginis, invita ea, vel parentibus ejus, & ipsa, vel parentes, quos nimis, aut promissis tentaverit, statim habita contestatione liberantur jurisdictione ejus, qua abutitur ad nuptias eliciendas: & hoc differt hic tit. à titulo 2. quod ille est de sponsalibus, hic de nuptiis, & à *l. 6. sup. de nupt.* quod illa sit de interdicto matrimonio, hic titulus de pœna tentantis interdictum matrimonium. Tentasse crimen est.

VII. ENARRATIO.

ET ipsa, vel parentes] Cum sus suorumque domo, ut est in *l. un hoc tit.* Thalelæus ait, non solum cognatos, sed etiam omnes ad eam pertinentes ad jurisdictionem magistratus desinere pertinere.

TIT. VIII. *Si nuptiæ ex rescripto petantur.*

ET ultimo loco hic ostenditur, eas etiam nuptias inutiles, & illicitas esse, quæ ex rescripto, quod urique subrepticium præsumitur, petuntur absque consensu puellæ, si nuptiæ fratris, aut sororis filiæ, vel etiam hodie consobrinæ. Olim consobrinæ permisse sunt ex rescripto, *l. 1. Cod. Theod. eod.* & imparis honestate fœminæ, *l. 23. sup. de nupt.* & utriusque rescripti formula extat apud Cassiodorum 7. Var. & pupillæ suæ, vel patris, *l. pen. supra tit. 6.* & proculdubio ex rescripto petitur etiam desponsa recte, vel arratum duplum, *l. 1.*

VIII. ENARRATIO.

NUptias inutiles] Thaleleus ad illa legis 1. *tale sponsalium genus*. Punitur, inquit, cum non solum nuptias, sed etiam sponsalia ex rescripto quis petierit.

Quæ ex rescripto] Concilium Parisiense 1. can. 6. *Neque viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum, aut rapere præsumat, aut Regis beneficio æstimet postulandam.*

Imparis honestate] S. Ambrosius in lib. 1. de Abrah. cap. 2. *Qui suavitatem quærit conjugii, non tam superiorem censu ambiat, quam necessitates non terreant maritales: non monilibus ornatam, sed moribus. Offendit plerumque virum si uxor nobiliorem noverit. Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus ditior, non genere splendidior erat: ideo virum imparem non putabat &c.*

Quæ ex rescripto] Principis scilicet, cujus hoc jus fuit apud Spartanos, ex quorum moribus civile jus pop. Rom. conflatum fuisse constat, ut de virgine constitueret ad quam tota hereditas pervenisset, quis illam in uxorem ducere deberet, si pater eam non despondisset. Testis Herodotus Erato: *δικάζειν δὲ μού-*

μούνοις τοῖς βασιλεῦσι, &c. P. Faber. A

Si nuptiæ fratris aut sororis filiæ] *L. 2. hoc tit.* Hodie non magis fratris quam sororis filiam licet ducere, *§. fratris vero : Instit. de nupt.*

Vel etiam hodie consobrinæ] Inter consobrinos licitæ quidem nuptiæ sunt, *l. 10. sup. tit. 4.* sed si ex rescripto petantur, illicitæ hodie sunt & inutiles, Olim utiliter petebantur.

VII. Variarum] XLVI.

Et pupillæ suæ vel patris] Ejusmodi nuptiæ ex rescripto peti poterant, *l. pen. sup. tit. 6.* hodie si petantur, inutiles sunt.

Pœna peccatoris publicatio bonorum & deportatio, *l. 1. hoc tit.* Hincmarus Remensis Opusculo 16. cap. 18. *Adjiciunt istiusmodi homines malis suis etiam illam nimis audacem & puniendam præsumptionem, ut adulterinis &* B *exercendis non conjugiis, sed pollutionibus suis, postulando ac supplicando auctoritatem vel mediationem religiosorum Principum adquirant : quod absit à fidelibus & ministris regni Christi principibus ut cujusquam improbitas eorum interdictis vel interventionibus adjuvetur : cum leges Romanæ, & Christianissimi illorum temporum imperatores manifestissime & justissime censuerint, eos qui injustis & fraudulentis petitionibus, & maxime in tali causa, principales aures inquietaverint, & induito beneficio carere, & insuper exilio deportari, & filios, qui ex hujusmodi ignominiosis & adulterinis conjunctionibus fuerint procreati nequaquam legitimos deputandos, nec hereditatis successione honestandos.* Vide *leg. un. C. Th. eod.*

Desponsa recte] Quam despondit pater, & rescripto petitur, ut nuptiæ impleantur, vel arrarum du- C plum præstetur.

TIT. IX. *De secundis nuptiis.*

NOn sine causa secundæ nuptiæ illicitarum vicinitatem sequuntur, quippe cum pœnis obnoxiæ sunt, licet ne quartæ quidem aut quintæ illicitæ sint, *l. 4. inf. de bon. quæ lib. ad.* quia quasi quodammodo illicitæ esse videntur. Et ex his quidem aliæ immaturitatis reprehensionem habent, ut quas fœmina facit intra annum luctus, *l. 1. & 2.* & aliæ intemperantiæ, ut quas facit post annum luctus existentibus liberis ex nuptiis superioribus, *l. 3.* & cæteris legibus tit. hujus. Nam etsi quasi legitima sit ea immaturitas, intemperantiave, tamen legibus coercetur: & immaturitas, quidem D in fœmina tantum, intemperantia in fœmina & in mare, ut prioris matrimonii liberis consulatur, à quibus plerunque, ut eleganter Ambrosius ait 6. Hexamc. *mutato concubitu parentes depravantur, prælatis filiis posterioris copulæ, neglectis autem his, qui ex priore progeniti sunt* : & eleganter, *l. 22. §. lex inf. de adm. tut.* novis maritis mulieres non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere : & Homerus Odysseæ 15.

> Οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός.
> Κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν ὅς κεν ὀπυίοι,
> Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο
> Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.

Et inde constitutiones in hoc titulo, de coercenda liberalitate parentum erga secundum secundamve con- E jugem, ne plus ei dent, donent, relinquant, quam cui ex liberis prioris matrimonii minimum dederint, donaverint, reliquerint ex bonis, quæ aliunde quæsierunt quam à priore conjuge. Nam eorum, quæ habuerunt à priore conjuge proprietatem servant liberis prioris matrimonii, eorumque servandorum causa cætera parentum bona liberis tacite obligata sunt. In parte proprium hoc est, ut sit eorum bonorum legitimus administrator. Itemque ut non adstringatur necessitate dandæ fidejussionis. Cætera sunt communia parentibus utriusque sexus.

IX. Enarratio.

LIcet ne quartæ quidem, &c.] Augustinus in *can. aperiant & can. ult. 31. qu. 1.* Pet. Faber.

Multinubentia, ut Tertulliani verbo utar, illicita non est. Secundas quidem nuptias contrahere prohibitum non est, & non est castrata licentia sæpius merendi, ceu loquitur Tertullianus, de exhortat. castitat. non tamen carent probro. D. Chrysostomus in epistolam D. Pauli ad Titum : ἴστε γὰρ ἅπαντες, ἴστε ὅτι εἰ καὶ μὴ κεκώλυται παρὰ τῶν νόμων τὸ δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις, ἀλλ' ὅμως πολλὰς ἔχει τὸ πρᾶγμα κατηγορίας. *Scitis enim omnes, scitis etsi secundæ nuptiæ legibus vetitæ non sint, rem tamen multis criminationibus obnoxiam esse.* Theophylactus in eandem epistolam cap. 1. ὁ δίγαμος οὐκ ἀνέγκλητος εἰ καὶ τοῖς ἔξω νόμοις ἄλλως δοκεῖ : *Digamus culpa non caret, tametsi legibus civilibus aliter videatur.* Idem Chrysostom. in homil. 7. in Posteriorem ejusdem Pauli ad Timotheum : αἱ δευτέροις ὁμιλοῦσαι γάμοις, καὶ τὴν εὐνὴν διαφθείρουσαι τοῦ τετελευτηκότος: *Quæ ad secundas nuptias transeunt, ac viri qui excessit, torum maculant, &c.* Adeo autem quidam veterum secundas nuptias damnarunt, ut Athenagoras in apologia εὐπρεπῆ μοιχείαν, honestum adulterium vocarit. S. Basilius in epistola 1. ad Amphilochium can. 4. scribit, trigamiam à quibusdam conjugium non appellari, sed polygamiam, vel potius fornicationem coercendam, & in epistola 3. can. 80. τὴν δὲ πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπεσιώπησαν ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. *Patres polygamiam silentio prætermisere, ut penitus ab hominum genere alienam.* Ecclesia tamen probavit, aut certe permisit. S. Ambrosius in epistolam I. ad Corinth. cap. 7. in fine : *Cum dixerit superius, nubat, lege locutus est naturali : quamquam à Deo primæ nuptiæ sint, secundæ vero permissæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter : secundæ autem etiam in præsenti carent gloria. Concessæ sunt autem propter incontinentiam.* D. Hieronymus in epistola 54. ad Marcellam : *Nos secundas nuptias non tam appetimus, quam concedimus.* Hæc autem inter se longe differunt. Idem in epistola 11. ad Ageruchiam : *Aliud est quod vult Apostolus, aliud quod cogitur velle, ut concedas secunda matrimonia, meæ est incontinentiæ, non illius voluntatis.* Idem lib. 4. in Hieremiam cap. 16. *unde superflua novi hæretici reprehensio, quia docuimus digamiam & trigam non ex lege descendere, sed ex indulgentia. Aliud est enim facere, quod per se bonum sit, aliud ideo concedi ne priora faciamus.* Joannes Hierosolymit. in Matth. c. 19. *Aliud est permittere, aliud est præcipere : quod enim præcipimus, semper placet : quod autem permittimus, nolentes permittimus, quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus*, D. Augustinus in libro de agone Christiano cap. 3. *Isti sunt qui viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant, & super doctrinam Apostolicam se prædicant esse mundiores* : & ibidem : *Non enim prudentiores habendi sunt, quam Paulus Apostolus, qui ait, malo eas nubere quam uri.* Vide Tertullian. in d. lib. de exhortat. castit. cap. 8. & 9. Secundum igitur matrimonium fornicationis remedium censendum est, non impudicitiæ adminiculum, sive ut ait S. Basilius in epist. CXCVII. παραμυθία ὁ δεύτερος γάμος, οὐχὶ ἐφόδιον εἰς ἀσέλγειαν. In summa permittuntur quidem secundæ nuptiæ ; sed qui eas contrahit, non implet vitæ ejus, quæ secundum Evangelium est, summam perfectionem : οὐ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμου, οὐ πληροῖ δὲ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα, ut ait Clemens Alexandrinus Stromate tertio. Certe apud Paganos etiam laudatæ fœminæ univiræ. Propertius 4. Eleg. ult.

> *Jungor Paule tuo sic discessura cubili,*
> *In lapide hoc uni nupta fuisse legar.*

Et

Et paulo post hoc filiæ mandat :

Filia tu speciem censuræ nacta paternæ
Fac teneas unum nos imitata virum.

Quasi quodammodo] *Inter quodammodo & verum satis interest*, ut ait, Tertullianus in libro de veland. virgin.

Immaturitatis repreheni.] Immaturum matrimonium, ἄωρον in Nov. 22. cap. 22. & 40. Plinius in epist. 2. libri 4. *Audies brevi nuptias lugentis, nuptias senis : quorum alterum, immaturum : alterum serum est.*

Intra annum luctus] D. Chrysostomus in epistolam D. Pauli ad Colossenses ; εἰ γὰρ ταῦτα πενθεῖς, ἐχρῆν διαπαντὸς πενθεῖν τὸν ἀπελθόντα : εἰ δὲ ἐνιαυτοῦ παρελθόντος ἐπιλέλησαι, ὡς οὐδὲ γενομένου τινὸς, οὐ τὸν ἀπελθόντα θρηνεῖς : *Si enim hæc luges, oportet eum, qui excessit è vivis, lugere perpetuo. Si autem cum annus* B *præterierit, oblivisceris perinde, ac si nihil accidisset, non eum, qui excessit, luges, &c.* Apulejus 8. Metam. *Boni ergo & optimi consules, si luctui legitimo miserrimæ fœminæ necessarium concesseris tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni.*

Aliæ intemperantiæ] Quasi fœminæ *nubendi abstinentiam memoriæ maritorum parentare debeant*, ut loquitur Tertullianus libro 1. ad uxor. c. 6. *Est quædam etiam nubendi impudicitia*, ut ait Quintilianus in declamat. 306.

Nam etsi quasi legitima sit ea immat.] Valerius M. libro 11. cap. 1. 3. *Multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitimæ cujusdam intemperantiæ signum esse credentes*. Scripti codices ibi habent, *quasi legitimæ*.

C Et immaturitas quidem in fœm.] Quæ festinato nupsit, infamis efficitur : nisi ei à Principe remissa sit ignominia, *l. 4. inf. ad SC. Tertull.* Principis enim est ignominiosis notas demere, Suetonius Vitellii cap. 8. Jure canonum infamia remittitur.

Uxor enim virum lugere debet, non solum propter turbationem sanguinis, sed & propter honorem mariti debitum : alioqui si uxor peperisset intra annum, impune posset nubere : vel etiam intra tempus, quo certum esse cœpit, uxorem non esse prægnantem: puta post trimestre tempus à mariti morte, ut Hebræorum jure, de quo Seldenus libro 11. cap. x1. uxoris Ebraicæ.

Liberis consulatur] Apulejus x. Metam. *Ad hoc uxoris dilectæ nimium mentitis lamentationibus, ad extre-* D *mum scholis impellebatur odium*. Marcellinus in Hermogenem : φύσει πολέμιοι ἀεὶ ταῖς μητρυιαῖς πρὸς τοὺς προγόνους : & : διὰ τὴν φυσικὴν πρὸς τὸν πρόγονον δυσμένειαν. Vide quæ diximus ad tit. de inoffic. test. Institut. *In his nihil matris præter titulum est*, ut loquitur Quintil. decl. ult. ad finem.

Liber conf.] Stobæus serm. π. πέφυκε γάρ πως πᾶσι πολεμία γυνὴ τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρα πόσει. P. Faber.

Non solum res filiorum] Tertullianus de corona cap. 7. *Novercam insultantem de exuviis privigni.*

De coercenda] *L. hac edictali in princ. & §. omnib.*

Legitimus administr.] *L. ult. §. sin autem æs, in fine de bon. quæ liber.*

Dandæ fidejussionis] Vide inf. de bon. quæ lib. ad E finem.

TIT. X. *Si secundo nupserit mulier cui maritus usumfructum reliquerit.*

HIc titulus est etiam de secundis nuptiis & veluti codicillus ad titulum superiorem, quo suppletur quod illo deest. Nam hoc quidem constat ex illo, mulierem cui primus maritus rerum quarundam suarum plenam proprietatem dedit, vel donavit, vel reliquit, si post mortem ejus alii nuptum ire cœperit, statuit amittere earum rerum proprietatem nudam, & usumfructum solum retinere : sed ex illo etiam non A constat quid sit dicendum, si prior maritus uxori quæ secundo nupsit, dederit vel reliquerit usumfructum rerum suarum, quem constitutio hujus tit. confestim restitui vult liberis prioris matrimonii. Hoc idem probaverunt Arcadius & Honorius, & alii porrexerunt ad maritum, cui uxor legasset usumfructum rerum suarum ; sed abrogatur à Justiniano Nov. 22.

X. Enarratio.

VEluti codicillus] Codicillus enim est supplementum testamenti.

Si post mortem ejus] *L. 3. sup. tit. prox.*

Arcadius & Honorius] *In l. 1. C. Th. eod.*

Novella 21.] *Capite* 32. ex qua ususfructus quem B prius conjux legavit, non aliter aufertur conjugi, etiamsi nuptias repetierit, quam si specialiter id defunctus caverit, *d. cap. 32.*

TIT. XI. *De dotis promissione, vel nuda pollicitatione.*

MAtrimonium dixere Græci γαμικὸν συνάλλαγμα, & nos ante maluimus etiam id contractum, quam pactionem dicere. Hunc sequitur contractus alius qui & antecedere potest, nempe dotis datio, *l. contractus, ff. de reg. jur.* vel stipulatio promissioque dotis, vel pollicitatio, quæ pro contractu habetur : quia & ex pacto, & ex pollicitatione, & obligatione nuda dotis nascitur obligatio, *l. 4. & pen. de col. dot.* C sublata dictione dotis, quæ olim fiebat solemnibus verbis, veluti : Mille doti tibi erunt, aut, Quod mihi debes, doti tibi erit. Dos est conventio, qua res aut pecunia certa propter justam uxorem propterve onera matrimonii pervenit ad virum. Vel, qua pensantur onera matrimonii data marito re aut pecunia certa. Varroni, ut vulgo, pecunia nuptiarum causa data, vel, quod nomine rei uxoriæ in conventionem venit, ut marito traderetur. Alias dotis nomine significetur jus repetendæ dotis, soluto matrimonio, *l. 1. §. Celsus, ff. de do. præl.*

XI. Enarratio.

COntractum] *sup. tit. 1. in princ.*

D Qui & antecedere potest] *Paulus libro 11. Sent. tit. 21. de dotib.*

L. contractus] Et *l. exigere 65. ff. de judic.*

Ex pollicitatione] Scilicet si dos definita sit : nam si indefinite promissa sit, nihil agitur, *l. 1. hoc tit.* & ideo Thalelæus notat, custodite in *l. pen.* dici, pollicitationem rerum dotalium intervenisse, ut significaret, in rebus certis promissionem factam. Sicut enim stipulatio, quæ ad rem vilissimam deduci potest, non valet : ita, nec dos, ut idem scribit. Notat etiam idem Thalelæus, constitutionem non meminisse mulieris. Sive ergo mulier, sive quis alius dotem pro ea polliceatur, utilis, inquit, pollicitatio est.

Aut quod mihi debes] *L. si pater 44. §. 1. ff. de jure dot.*

E Propter justam uxorem] Uxor proprie est quæ justa est ; & si justa non est, nec dos est, *§. 12. de nupt.*

Sublata dictione dotis] *L. ad exactionem 6. hoc tit.* collata cum *l. 3. C. Th. de dotib.*

Propterve onera matrimonii] *L. dotis 7. ff. de jur. dot. l. pro oneribus 10. titulo sequent. l. dotem 16. ff. de cast. pec.*

Varroni] Libro 4. de Lingua Lat. ad finem, Scholiastes Horatii in od. 24. lib. 3. *Dos est donum puellarum nubentium.*

TIT. XII. *De jure dotium.*

Vide tit. 1. lib. 23. ff.

DOcuit quibus modis contraheretur dotis obligatio. Nunc tractare incipit de jure dotiom .i. de causa, condicione, natura dotium, vel de dotibus, Et recte in Digestis statim initio ejusdem tituli scribitur. Dotis causam esse perpetuam, quod voto ejus, qui dat, ita contrahatur, ut semper apud maritum sit: quibus verbis significator, ex dotis causa dominium adquiri marito: Nec enim causæ contractuum temporariæ, veluti locationis, commodati, pignoris, dominium mutant, sed causæ perpetuæ veluti emptionis, donationis, dotis. Et quod sequitur in *l. 2. ff. eod.* Reip. interesse; mulieres dotes suas salvas habese, propter quas nubere possiot, & ut significat, *l. interest, ff. de reb. auct. jud. poss.* quæ ex eodem libro sumpta est, non majores tantum 12. annis; sed etiam minores, ut ætate permittente nubere possint: & videtur in ea pro solidum Paulus scripsisse, suam dotem; errorem vero illum esse creatum ex his uotis SDM. quæ utrumque significant: id vero eo pertinent ut intelligatur dotis causam esse privilegiariam, favorabilem, atque præcipuam; favorem certe addidit ei omnium maximum Imp. Justinianus, favore quod olim habuit inter creditores chirographarios, eodem quoque dato inter hypothecarios, primum in rebus ipsis dotalibus, deinde in cæteris etiam mariti rebus.

XII. Enarratio.

VEl de duobus] Ut in codice Theod. *Ulp. Reg. tit. 6. Pauli 2. Sent. tit. 21.*

Ex dotis causa dominium adq. m.] Maritus non est dominus simpliciter; sed dominus dotis causa, sicut fundo æstimato non emptor simpliciter, sed dotis causa, *l. quotiens, ff. de jure dot.* Cuj. in *not. posterior. Instit. lib.* 11. tit. 8. vide Obs. 10. 32.

Veluti loc. comm. pign.] *L. non solet 39. ff. loc. l. 8. & 9. ff. comm. leg. cum, & sortis 35. §. 1. ff. de pigner. act.*

Veluti empt. don. dot.] *§. per traditionem in fi. & §. seq. Instit. de rer. div.*

Sed etiam minores] Quæ maturius in domum mariti, quasi uxores deductæ sunt, quæque post ætatem nubilem sponsum repudiarunt: nam eis quoque datur privilegium in quasi dote repetenda.

Pro solidum] Auctores Basilic. legerunt, *solidum:* vertunt enim ὁλοκληρον.

Inter hypothecarios] Sicut inter creditores chirographatios mulier præferebatur creditoribus anterioribus: ita & inter creditores hypothecarios etiam antiquiores mulier antefertur primum in ipsis rebus dotalibus: deinde in cæteris etiam mariti rebus, *l. ubi 29. hoc tit. & l. ult. infra qui potior. in pig. hab.* Martinus distinguendum non putabat, sive creditores tacitam haberent hypothecam, sive specialem, & certam. Vide dicta nobis ad *§. fuerat antea, de action.* & ibid. Cujacii Notas. Sententiam Martini vulgo Doctores sequuntur. Bulgarus contra putat, & Odofredus ad *d. l. ult.*

TIT. XIII. *De rei uxoriæ in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita.*

HIc titulus est etiam de jure dotinm, aut verius de repetitione dotis singularis liber, quo auctore Justiniano cum dotis recuperandæ uxori, vel socero soli, aut adjuncta filia competerent duæ actiones olim, actio rei uxoriæ, & ex stipulatu, si stipulatio intervenisset, extraneo ex stipulatu tantum, omnes ii abolita actione rei uxoriæ dotem repetunt actione ex stipulatu: sed socer, & uxor ex stipulatione tacita, extraneus tantum ex stipulatione, vel pactione expressa facta initio dandæ, vel promittendæ dotis: & socer ipse ex stipulatione expressa statim, non pactione si dotem sibi reddi voluerit non adjuncta persona filiæ, & dotem oon esse filiæ pro patrimonio. Eam retinuit actionem Jostinianus, quæ meliore jure erat. Nam & ex ea multo plura retinet, quam ex actione rei uxoriæ. Nec bonæ fidei eam facit, quod utilior sit actori actio bonæ fidei, quam stricta, sed ne haberet ex judicio bonæ fidei quidquam, quæ non sit etiam bonæ fidei. Atque ita eam bonæ fidei fecit, ut ne tamen juris stricti pro dotibus amitteret meliorem, quæ in judicio stricto causa erat. Denique mistam fecit actionem bonæ fidei, & stricti juris, actionem ex stipulatu de dote repetenda, quæ consusio similis ab eodem inducta est SC. Trebelliani, & SC. Pegasiani. Quæ vero servat ex propria natura actionis ex stipulatu hæc fere sunt: ut non sit locus edicto de alterutro: ut post divortium mortua muliere ante moram nec adventitia dos cedat lucro mariti: ut retentionibus dotis ex quinque causis nullus sit locus: ot mortua muliere in matrimonio, si pater sit, dos profectitia non cedat lucro mariti. Ex natura actionis rei uxoriæ hæc, ot dotem à parente datam virilis sexus, & per virilem sexum cognatione juncti liberi retioeant titulo præcipui, sive ex parte scripti, sive emancipati, aut exheredati sint, coheredibus præstita cautione stricta de indemnitate: & ut de dote profectitia, vel adventitia divortio facto, aut mortuo marito agat pater adjuncta filia, vel si patet non sit, aut desierit esse morte naturali, vel civili ante vel post litem contestatam, sola filia morte civili, ut *l. 2. infra sol. mat.* Et ut maritus hactenus damnetur quatenus facultates patiuotur, non in solidum. Et ex his rursus, quæ communia erant otriusque actionis hæc servat, ut prædia dotalia reddantur statim: ut dotis inæstimatæ fructus ne reddantur, nisi pro rata temporis quo novissimo anno mulier nupta non fuit. Et hoc addit novi, ut dotes, quæ consistunt io rebus mobilibus, tam aoimalibus, quam his, quæ anima catent, & in rebus incorporalibus reddat maritus heresve ejus intra annum, explicandæ pecuniæ gratia, quia pletumque harum rerum pretia redduntur si constante matrimonio alienatæ, vel manumissæ fueriot. Et his subjicitur de fundo dotali non alienando, vel obligando, ne consentiente quidem muliere, aut remittente hypothecam, quam habet in rebus dotalibus, sublata differentia Italiæ, & provinciarum: constitutio nova.

XIII. Enarratio.

ACtio rei vx.] Salmasius ait, reuxoriam actionem appellari in *l. un. §. 1. hoc tit.* ibi; reuxoria, aut ut ipse legit, *reuxoria* in posterum cessante, qui si scriptos codices consulvisset, non reuxoria, sed rei uxoriæ exaratum iovenisset. Certe ita legitur in V. Cl. Menagii libro optimo, & Juliani Brodæi libro perantiquo. Non infitior quidem in *d. l. un.* legi, *rei uxoriæ jus*, & postea, in quibusdam codicibus, *reuxoria in posterum cessante:* & ibidem: natura rei uxotiæ. Denique in *§. fuerat Instit. de action. omne jus, quod res uxoria ante habebat.* & apud Theoph. ἡ *res axoria:* & fortasse non male pro, de rei uxoriæ in ex stipul. alias legitur, *de re uxoria in ex stip.* nolim tamen *reuxoriam* admittere. Nec moveri debemus Glossis Nomicis, in quibus legitut. ῥευξώρια: nam Latini sermonis imperitia huic errori causam dedit. Nec majoris auctoritatis apud me est Suidas, qui verbum hoc corrupte, ut & alia pleraque extulit. Actio igitur rei uxoiæ, id est, quæ dotis recuperandæ causa comparata est. Boetius in Topica Ciceronis, libro 6. *Dos licet matrimonio constante in bonis viri sit, est*

tamen

tamen in uxoris jure : & post divortium velut res *uxoria peti potest.*

Sed socer & uxor] Socer præsumitur stipulatus & uxor tacito intellectu. Extraneus recipit sibi dotem stipulando, vel paciscendo initio dotis dandæ, *l. cum dos 7. ff. de pact. dotal.* vel initio promittendæ, *l. ex morte 9. infr. tit. prox.* Pater dotem sibi recipit stipulatione non pactione facta initio dotis dandæ, *l. avia 6. sup. de ju. dot.*

Ut non sit locus edicto de alt.] Hodie igitur mulier utrumque consequitur : nisi maritus nominatim aliud caverit : *αὐτὸ γὰρ τῶν ἐναντίων εἰσάγαγε τὴν προλῆψιν ἢ διάταξιν*, ut ajunt Græci interpretes. Si maritus testamento caverit, se pro dote ea reliquisse, utrumque non consequetur. Ergo ex contrario si nihil caverit, utrumque consequetur.

Ut post divortium mortua m.] Si mulier post divortium mortua esset, actio rei uxoriæ heredi ejus non aliter dabatur, quam si maritus in dote mulieri reddenda moram fecisset, ut scribit *Ulp. tit. de dotib.* Sed si profectitia esset, ad patrem redibat : si adventitia, remanebat penes virum. Actio vero ex stipulatu ad heredem transmittebatur, etiamsi maritus viva uxore moram non fecisset. Hodie manet actio ex stipulatu, & transmittitur ad heredes mulieris, etiamsi maritus nullam moram fecerit.

Ex quinque causis] Propter liberos, propter mores, propter impensas, prupter res donatas, & propter res amotas, de quib. *Ulp. tit. de dotib.*

Si pater sit] Si pater non sit, sed decesserit constante matrimonio, deinde filia, dos profectitia apud maritum remanet, *Ulp. d. tit. de dot.* Si dos sit adventitia, & respicias ad jus ex stipulatu, dos apud virum non remanet post mortem uxoris; sed ad heredes mulieris transmittitur, nisi aliud actum sit, *§. illo procul dubio*.

Liberi retineant] Filia, vel neptis, sive heredes ex parte scripta sit, sive emancipata, sive exhereredata, dotem pro ea datam à parente, qui eam heredem scripsit, vel exheredavit, vel emancipavit, retinet præcipuam, solaque actione ex stipulatu dotis repetitionem habet.

Aut exheredati sint] *§. videamus*.

Coheredibus præstita caut.] Cavendum est de indemnitate & defensione secundum naturam propriam actionis ex stipulatu, *§. cautione*.

Agat pater adjuncta filia] Non heres patris, *§. & hoc ex rei*.

Quatenus facultates] Si non in fraudem uxori bona sua deminuerit dolo malo, *§. cum autem*. Thalelæus notat : Non ergo non imputatur si dolo non adquisierit, sed si dolo possidere desierit, ut in socius, *l. verum 63. ff. pro soc.*

Pro rata temporis] Vide Thalelæum heic *§. cumque ex stipul.*

In rebus incorporalibus] In actionibus seu nominibus debitorum.

TIT. XIV. *De pactis conventis tam super dote, quam super donatione ante nuptias & paraphernis.*

UT contractui emptionis venditionis libro quarto & actionibus quæ ex ea nascuntur, subjicitur titulus de pactis, quod hæc soleant legem dare emptioni venditioni, ita proposito contractu dotis hoc libro & actionibus quæ de repetenda dote competunt, datur titulus de pactis dotalibus, ex quibus est actio præscriptis verbis, *l. 6. supr. de ju. dot.* & tit. prox *§. accedit*, videlicet negotio ita gesto ab extraneo dante dotem pro muliere, Do ut reddas. Nec enim ei suppetit actio rei uxoriæ, cum mulier pro qua dedit dotem, contraxisse intelligatur, non ipse, *l. 9. in fi. hoc tit.* nec actio ex stipulatu, cum tacita ei data stipulatio non sit; sed quasi ex novo negotio utilis præscriptis verbis ad exemplum uxoriæ, vel efficax condictio certi. Et ex his quidem pactis alia utilia sunt, alia inutilia, quæ Constitutiones satis aperte discernunt. De pactis conventis super donatione ante nuptias est *l. 9. & pen.* Retinet titulus veterem appellationem, quia nondum eam mutaverat Justinianus in propter nuptias. Recentior enim est *l. ult. supr. de don. ant. nupt.* Constitutionibus tituli hujus. De conventis super paraphernis est *l. 5. 8. & ult.* Et *l. 5.* inutile esse pactum instrumento dotali interpositum vice testamenti, ut mortua muliere in matrimonio parapherna pertineant ad maritum. Utile est pactum, si idem de dote convenerit, non si de paraphernis, quia pactum neque testamenti, neque codicillorum vim ullam habet, & improbum etiam est pactis constringere libertatem testandi. Nihil etiam juris marito datur in paraphernis, nisi hactenus quatenus patitur mulier, *l. 8.* ut si data es marito non donandi animo maritus consumpserit, mulieri teneatur, etiamsi ex eis locupletior factus non sit, *l. de his infr. de don. int. vir.* & in solidum, etiamsi facultates non habeat, modo si ea amoverit, *l. si rerum, ff. de re jud.* Et ad hæc notandum etiam pro paraphernis mulieri dari tacitam hypothecam, *l. ult.* ut pro dote tit. superiore. Nam quam olim pacisci solebant tam pro dote quam pro paraphernis, ut *l. ubi supr. de jur. dot.* æque consequens est, ut pro dote, hodie pactam haberi etiam pro paraphernis, possis addere, & pro donatione propter nuptias eadem ratione, solo privilegio uni doti reservato. Placet etiam ut in rebus dotalibus, ita in paraphernis maritum cujus potestati ea commisit mulier, præstare dolum & culpam. Et parapherna sunt cætera bona mulieris quæ doti non dedit, Gallico vocabulo usurpato à Latinis, ut rhedæ, petoriti, convinni peculium mulieris, *l. si ego §. dotis, ff. de jur. dot. l. donationes §. species. de dona.*

XIV. ENARRATIO.

VEl efficax condictio certi] *In l. 1. utilis est condictio.* Basilica *χρησιμὸς ἐστιν ὁ κονδικτοείτιος*. Cujacius utilem interpretatur, efficacem. Thalelæus autem : utilis, inquit, condictio, quia potest agere præscriptis verbis, eum ob causam datum sit. Utilis condictio in *l. 1. ff. qui ex fac. tut. & l. 2. infr. eod.* non est *ἐπιδέξιμον, ἰσχυρὸς*, ut Græci interpretantur, sed opponitur directæ.

L. 9. & penult.] Ex *l. 9. & pen.* quod attinet ad partem lucri æqualis est casus dotis : & casus donationis propter nuptias. Ex *Nov. 97.* æqualis esse debet quantitas dotis & donationis propter nuptias.

Si idem de dote convenerit] *si convenit 6. hoc tit.*

Etiam pro paraphern.] *L. ult. §. 1. h. t.*

Solo privilegio uni doti reserv.] *L. ult. §. 2. infr. qui potior in pign. hab.*

Præstare dolum & culpam] *L. ult. l. 2. h. t. τὴν γὰρ ἐπιμέλειαν ἀπαιτεῖται καὶ περὶ τὰ προικιμαῖα πράγματα: hanc enim diligentiam præstat circa res dotales*, ut ajunt Græci : & verum est, *l. etiam 18. §. 1. & l. in his rebus 66. ff. sol. matr.*

Gallico vocabulo] Salmasius de modo usurarum c. 4. Doctissimi Jurisconsulti, inquit, notant, Gallorum eam vocem esse antiquam, ut covinni, petoriti, alauda. Sed falluntur egregie. Pura puta vox Latina, quam Galli eo sensu usurparunt de rebus mulieris peculiaribus, quæ extra dotem esse, atque ad usum suum in domo mariti propria se habere vellent. Ego potius accedo Ægidio Menagio *τῷ πάνυ*, Gallos Cisalpinos, qui Latine loquebantur, ea, quæ extra dotem sunt, peculium appellare.

Ut rhedæ] Fabius libro 1. cap. 5. Fortunatus.

Curriculi genus est, memorat quod Gallia rhedam.

Petoriti] Quod Græti *φορεῖον*, Galli Transalpini peto-

petoritum appellant ; auctore Gellio 15. 30. Quintil. d. c. 5. Fattus in petoritum, vetus Horatii Schol. ad sat. 6. lib. 1.

Covinni] Pomponius Mela lib. 3. 6. *Dimicant non equitatu modo aut pedite, verum & bigis & curribus Gallice armati, covinnos vocant*. D. Hieronymus in Esaiam libro 18. *Reducantur Sarraco Gallico covinisque bellicis*.

TIT. XV. *De dote cauta & non numerata.*

CAutionem nudam sive tenorem inanium dotalium instrumentorum, ut ait *l. 9. inf. de bon. prof.* dotem non facere, ut *l. 1. sup. de don. an. nupt.* non factam donandi animo rem desiderare donationem naturalem. Factam donandi animo, & legitime, & ex SC. confirmatam morte mariti, si fuerit facta forte manente matrimonio, pro dote haberi, *l.* 2. Cautioni falsæ obiici præscriptionem anni numerandi à soluto matrimonio, l. 3. quam Nov. 100. valde immutavit.

XV. Enarratio.

NOn factam donandi animo] Cautio nuda, id est, dotis non acceptæ, quæ non donandi animo facta est, pro dote non habetur.

Rem desid. dation. natu.] Ut dos de re ipsa data sit, l. 2. ἐν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, Basilica, ἐν ἔργῳ, Scholiastes.

Factam donandi animo] Puta, ut quod uxori donavit, in dotem accipiat, ut in *l. si quis uxori 59. ff. de don. int. vir. & uxor.*

Et legitime] *d. l.* 2. Pone donationem D. solidos excedere, & legitime insinuatam, vel intra modum legitimum factam. Thalelæus ad *d. l.* 2. Basil. libro 29. tit. 5. cap. ult. Donatio ejusmodi ex Senatusconsulto morte mariti confirmatur, si in eadem voluntate manserit, *l. cum hic status 32. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Novella 100.] Exceptio non numeratæ dotis post solutum matrimonium anno finitur, si matrimonium biennio tantum duraverit : nam si diutius duraverit, non tamen amplius decennio, post solutum matrimonium tribus mensibus finitur. Si amplius decennio duraverit, mulieri dotem repetenti ex instrumento dotali, nulla opponi non numeratæ dotis exceptio potest. Cujac. ad d. Novellam 100.

TIT. XVI. *De donationibus inter virum & uxorem & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.*

QUæstio de re uxoria multis partibus constat, inter quas una est de donationibus inter virum & uxorem, propter quas erat retentio dotis: & hanc partem hic tit. exequitur, jamque superioris tituli l. 2. prædicere occupavit, cautionem dotis non acceptæ factam uxori donandi animo, confirmari morte mariti : quod est ex SC. sive oratione Severi & Antonini, quæ & Constitutio dicitur generali nomine, *l. 3. hoc tit.* quæ si interveniat Falcidia, ita accipienda est, ut confirmetur donatio pro dodrante tantum, *d. l. 2. & l. 54. hoc tit.* Donatio enim inter maritos comparatur donationi causa mortis post SC. excepto uno casu, si donator in servitutem redigatur, quo donatio inter maritos confirmatur, donatio causa mortis inter alios infirmatur. Ab initio autem donationes inter virum & uxorem ipso jure non valent, ne mutuæ quidem, *l. cum hic status, §. si ambo, ff. eod.* & revocantur pœnitentia tacita vel manifesta per vindicationem, aut condictionem, non in solidum, sed in quantum locupletior ex ea re factus, factave est, qui quæve donatum accepit, *l. pen. C. Theod. de rev. don.* & hac etiam ratione quæ locupletiorem non faciunt donatarium, permissæ sunt. Exemplum autem SC. sive Orationis Severi & Antonini fecit, ut idem Justinianus statueret in donationibus à parentibus collatis in filiosf. ut silentio ut morte confirmarentur : & naturali igitur & civili morte exemplo donationis inter maritos, & donatore mortuo apud hostes, non jam ex SC. vel exemplo SC. sed ex lege Cornelia testamentaria, vel post mortem donatoris, donatario postliminio reverso, à Justiniano nove producta utraque fictione ad donationes inter virum & uxorem, *l. ult. hoc tit.* Id vero de confirmatione donationis inter patrem & filiumf. quod idem Justinianus statuit, ante non tenuerat, vetante regula, quæ ex post facto non vult convalescere ; quod ab initio non valuit : & hoc secus si quando fit, etiam fit ex lege certa vel incerta .i. incognita nobis, vel utiliter, non directo. Inde vero cum dubitatio nasceretur, utrum donator si legaret, quod donasset, id jure confirmationis caperetur, an jure legati, & constaret capi jure confirmationis post SC. *l. 14. hoc tit.* nec verbum igitur Lego semper facere legatum, uti nec verbum Dono donationem, *l. ex conducto, §. Pap. loc.* Idem Justinianus ab hac definitione unum casum excepit : Si donatio insinuata non esset, & differentiam patefecit inter jus confirmationis & legati. Jus legati non retrotrahi. Jus confirmationis retrotrahi : & generaliter idem definit, omnem confirmationem vel ratihabitionem retrotrahi, sublata differentia veterum, inter ea quæ sunt juris & ea quæ sunt facti : nam ea quæ sunt juris retro trahebantur, non ea quæ sunt facti, *arg. l. 7. ff. de jure cod.* Et hoc tantum est quod de ratihabitione hic tit. habet, & de donatione parentum erga liberos suos una lege nova Justiniani comprehensum *l.* 25.

XVI. Enarratio.

QUod est ex SC. sive orat. Sev. & Ant.] *L. cum hic status 32. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Comparatur donationi causa mort.] Habetur pro donatione causa mortis, vel pro fideicommisso, *l. in donationib. inf. ad l. Falc.* fideicommissi partibus fungitur.

Inter alios infirmatur] *L. res uxoris 24. hoc tit. l. si quis 7. ff. de mort. cau. donat.*

Revocantur pœnit. tac.] Veluti si donator res donatas alii vendiderit, pignorive dederit, *d. l. 32. §. si maritus, & l. 52. hoc tit.*

Vel manifesta] *l. 58. hoc tit.*

Condictionem] Sine causa, vel ex injusta causa, quæ dicuntur utiles actiones in *l.* 7. ut Gl. interpretatur.

Quæ locupletiorem non faciunt] Veluti si servos donatus sit manumissionis causa, *l.* 22.

De confirmatione donationis] Ut patris donatio in filiamf. collata confirmatur morte, *l. donationes 5. hoc tit.* ita æquum est, donationem filiæfamilias in patrem collatam confirmari morte filiæ. Cujac. in Consultat. 44.

Vetante regula quæ ex post facto] *L. 29. ff. de div. reg. jur.* & post facto, ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβαινόντων, Theod. Balsamon ad can. 38. Greg. Thaumaturgi, *ex his quæ postea accidunt*.

Convalescere] βεβαιοῦσθαι, confirmari.

Et hoc secus si quando fit] Plautus Capt. act. 3. sc. 4. v. 92. *Hoc si secus reperies*, & v. 106. *nunquam hoc invenies secus*. Secus, est aliter hoc aliter si quando fit, lege confirmatur, vel Senatusconsulto, ut donationes inter virum & uxorem.

TIT. XVII. *De repudiis & judicio de moribus sublato.*

PArs alia quæstionis de re uxoria fuit de moribus conjugum, qui divortio causam dedissent, quoniam propter mores erat retentio ex dote, atque etiam actio de moribus. Sed actio tollitur à Justiniano *l. ult.* quoniam sufficiunt pœnæ injusti repudii comprehensæ *l. consensu*, & retentionem quoque postea sustulit sursum *tit. 13. §. taceat*. Sed quia non nisi facto divortio retentioni locus erat, vel actioni de moribus,

ribus, etiamsi utraque sublata sit, resides tamen adhuc A inspectio de divortiis, de quibus est hic tit. nam repudiorum nomen generale est, quo & divortia significantur, & repudia inter sponsos: & de his est *l. 2.* Cæteræ de divortiis. Divortium est repudium & separatio maritorum. Repudium est divortium, vel renunciatio sponsalium. Placet valde formula repudiandæ uxoris impudicæ, quæ est in satyrico Petronii: Quia fidem scelere violasti, & communem amicitiam: res tuas ocyus tolle, & alium locum quem polluas quære. Licita autem fuere repudia ante *Nov.* 117. ex *l. 9. hoc tit.* facta communi consensu, non invito altero, impune sine justa & legitima causa. Solius Flaminis matrimonium non nisi morte dirimi non poterat, auctoribus Festo & Gellio. Imo nec ullius olim jure veteri, & primum Domitianum repudia permisisse Plutarchus scribit in B *ῥωμαικοῖς*.

XVII. Enarratio.

De moribus] Josephus de vita sua, *μὴ ἀρεσκόμενος αὐτῆς τοῖς ἤθεσιν ἀπεπεμψάμην*, de uxore sua quam repudiavit ob mores.

Erat retentio ex dote] Ulpianus *tit. de dotibus, l. 1. C. Theod. vict. civili. criminal. ag. non pos. & l. 1. eodem, Cod. tit. de dot.* si culpa mulieris factum esset divortium. Seneca Medeæ act. 3.

Hac dote nupsi: redde fugienti sua.

Josephus Scaliger: lege Romana: quod culpa Jasonis divortium intervenerat, non Medeæ.

Pœnæ injusti repudii] Lex injuste repudii maxime C necessaria ad continenda matrimonia, ut est in Fabii declamatione 262.

Quo & divortia signif. & rep.] Pro divortio accipitur in Justini Apologia 1. pro Christianis: *τὸ λεγόμενον*, inquit, *παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη*. Glossæ: *ἀπόλυσις γαμετῆς ἢ μνηστῆς*: *repudium*: Item *διάλυσις γάμου*, *repudium*. Theodoretus in Esajam cap. 50. *βιβλίον δὲ ἀποστασίου ὃ καλεῖν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ ῥεπούδιον ὀνομάζει*: *Libellum divortii vocat quod vulgo repudium dicitur.* Suetonius Tiberii cap. 2. *Repudiumque ei suo nomine remissum.* Tertullianus Apolog. cap. 6. *Nulla repudium domus scripsit*: & mox: *Repudium jam & votum est, quasi matrimonii fructus.* Adde de monog. cap. 9. ad finem.

Placet valde formula] Hæc exstat apud Plautum in D Amphitr. Act. 3. Sc. 2. *Valeas tibi habeas res tuas, reddas meas.* Quintilianus d. declamat. 262. *Tunc repudiatam tu credis uxorem, cum res suas sibi habere jussa est, cum egressi de domo.* Martialis 10. 41.

—— Proculeja maritum

Deseris, atque jubes res sibi habere suas;

Apulejus Metam. 5. *Confestim toro meo divorte, tibique res tuas habeto*: adde *leg. 2. ff. de divort.* V. Cujac. Observ. 1. 39. & ad Nov. 22. ubi locum Ciceronis è Philippica 2. profert, ut Victorius emendavit: *claves ademit, exegit*, & Muretus in variis probavit, 2. Var. cap. 2.

Licita autem fuere repudia] Ut quasi per ludibrium matrimonia contraherentur & dirimerentur. Suetonius in Julio cap. 43. *Diremit nuptias prætorii viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat.* Eleganter D. Hie- E ronymus libro 1. adversus Jovinianum: *Quasdam repudiatas*, inquit, *altero nuptiarum die statim nupsisse legimus; uterque reprehendendus maritus, & cui tam cito displicuit, & cui tam cito placuit.*

Ante Novel. 17.] Quam Justinus revocavit *Nov.* 160. inter Novellas Justiniani.

Communi cons.] *Amica separatione*, ut loquitur Tertull. de Monog. cap. 17. *συναινέσαντος ἑκατέρου μέρους*, *Nov. 22. cap. 4.* vel ex causa, puta, sterilitatis, ob quam primus Spurius Carvilius divortium fecisse dicitur. Fragmentum Varronis: *Quod parere non poterat, mulierem foras betere jussit*: de quo videndus Plutarch. in Sylla, A. Gellius, Dionysius Halicarn. Sed hoc non obtinuit A in Republica Christiana. D. Augustinus in libro de nuptiis & concupisc. cap. 10. *Ut cum filiorum procreandorum causâ, vel nubant fœminæ, vel ducantur uxores, nec sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege hujus sæculi, ubi, interveniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia, sed lege Evangelii reus est adulterii.* Nec igitur ob sterilitatem dirimitur matrimonium, sicut nec bona gratia ob imbecillitatem solvitur, id est, si quis res mariti agere non possit, *Novell. 22. cap. 6.* ob servitutem Jonas Aurelian. Episc. in lib. 2. de institutione Laicali cap. 12. *Sunt namque nonnulli, qui dum liberæ conditionis sortitos se putant esse uxores, si aliqua occasione postea servituti subactæ fuerint, illico eas à jure conjugii scindunt: Et hoc lege mundi faciunt non lege Christi.* De his B causis & monachismo & captivitate, vide Cujac. ad d. Nov. 22.

Festo] In flammeo.

Et Gellio] Libro 10. 15.

Plutarchus] Seldenus de Flaminicæ divortio Plutarchum accipit, uxoris Ebraicæ lib. 3. cap. 27.

TIT. XVIII. *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.*

Hic titulus est de ipsa repetitione & solutione dotis, sive de judicio recipiendæ dotis, quod soluto matrimonio competit aliquando directo, aliquando utiliter, ut *l. 3.* & non in solidum adversus mari- C tum; sed quatenus facere potest, adversus heredem ejus in solidum, *lege 8. & 9.* ac rursus in patrem si marito filiof. dos data sit, non in solidum; sed in peculium, si ipsi patri in solidum, *l. pen.* & aliquando non res ipsas dotales peti, sed pretium, aliquando etiam partus ancillarum venire, si non mariti, sed mulieris periculum fuerit; non etiam fructus, nec solum patrem dotem sine filia, quæ superstes sit, repetere, nec in ejus arbitrio dotem esse filiæ ut peculium, *l. 2. & 7.* & adhuc ferè modum finemque dotem repeti hic tit. docet. At eadem de re fuit tit. 13. An hic igitur superfluus? minime vero: alioquin erit etiam superfluus tit. 23. de fundo dotali, quoniam eodem tit. omne fere jus de fundo dotali expositum est. Verum observandum est in eo tit. 13. ea tantum exponi de repeti- D tione dotis, quæ nova Justinianus fecit, partim probato, partim improbato jure actionis rei uxoriæ, & ipsa etiam actione sublata, & retenta sola ex stipulatu, & mulieri, socceroque data tacita stipulatione, & mulieri etiam tacita hypotheca, & similiter ea tantum exponi de fundo dotali, quæ ipse fecit nova, sublata differentia locorum, quam induxerat lex Julia, & differentia alienationis & hypothecæ. Cæteraque de repetitione dotis, vel fundo dotali Constitutionibus prodita sunt, confirmari nominatim in *d. tit. 13. §. penult.* & cætera de fundo dotali sunt in tit. 13. cætera de repetitione dotis in hoc titulo. Imperfectus esset hic liber sive tractatus de dotibus, si contineret ea tantum, quæ de jure dotium Justinianus fecit nova, non etiam vetera, quæ non mutavit.

E

XVIII. Enarratio.

Aliquando utiliter, ut l. 3.] Dominus ibi utili actione de dote tenetur, quia neque matrimonium fuit, neque dos, & convenitur non in solidum, sed de peculio. Emendanda est Glossa Theodori ibi: ἡ de peculio *γυμναζομένη ἐπὶ τῆς προικὸς τὸ πᾶν ἀπαιτεῖ, ὡς δηλοῖ ἡ ι. διάταξις τοῦ παρόντος τίτλου*. Legendum, inquam, *οὐκ ἀπαιτεῖ*: Actione de peculio dos in solidum non petitur, ut ostendit 10. constitutio hujus tituli.

Non in solidum] *L. maritum 12. ff. eod.*

Sed pretium] *L. 6. in fine.*

Sed

Sed mulieris periculum] Fac convenisse ot ipsæ res A æstimatæ soluto matrimonio redderentur, si existent: partus ancillarum dotalium ad mulierem pertinent: Cum enim mulieris periculum sit, ejusdem commodum esse debet *l. 1. hoc tit.*

Quæ soperstes sit] Nam si superstes non sit, pater dotem repetit, sive filiafamilias esset, ut in specie *legis* 4. sive emancipata, ut ibi ait Theodorus.

Ut peculium, l. 2. & 7. In *d. l.* 7. Cujacius legit, peculium, & Thalelæus ibid. *ἀδεμπτεύειν τὸ πεκούλιον: peculium adimere:* veteres tamen codices nihil mutant.

TIT. XIX. *Si dos constante matrimonio soluta fuerit.*

COmmodissime junxit hunc titulum superiori: nam B *l. ultim. superioris tituli*, & lex istius tituli partes duæ sunt unius ejusdemque Constitutionis, ut constat ex *Cod. Theod. l. si constante, De dot.* Lex ultima superioris tituli est de marito mortuo, hæc vero de uxore mortua, & ut marito mortuo dos redit ad mulierem, nihilque ex ea heredes mariti sibi vindicare possunt ex *d. l. ult.* ita ex hac lege uxore mortua contra generalem definitionem superioris tituli, ut dos soluto tantum matrimonio petatur, vel solvatur, exceptis certis causis: quia repræsentationem dotis perspicuum est instar donationis obtinere, quæ inter maritos prohibita est, si maritus, constante matrimonio dotem mulieri solverit absque legitima causa, quia ea solutio præmatura pro donatione est, nihil ex ea dote heredes mulieris sibi vindicare possunt, sed marito adversus eos est repetitio C dotis cum fructibus omnibus quaqua fide percepti sunt à die solutionis. Iure enim veteri mortua uxore dos adventitia, vel profectitia si non sit pater, lucro mariti cedit, liberis communibus servata proprietate quasi bonorum maternorum; adeo ut nec à liberis ea abalienare possit, maxime si eis novercam superduxerit. Iure novo, quo mortua uxore dos non cedit lucro mariti, & redditur heredibus mulieris, *§. illo proculdubio tit.* 13. non potest esse locus Constitutioni hujus tituli, nisi ponas convenisse instrumento dotali ut dos mortua uxore lucro mariti cederet: & ita hanc Constitutionem accipit Justinianus in *Nov.* 22. ea nimirum inflexa & accommodata ad jus quod ipse novum fecit de dotibus: quo argumento contendere fortiter possis quæcunque his, vel Pandectarum libris cauta sunt, ex- D cipi debere secundum nova jura, quæ Justinianus introduxit. Sed id efficere tamen ubique, vincereque sane haud quaquam possis. Illud non omittam in specie hujus legis, non eosdem fuisse liberos & heredes mulieris, extraneos scilicet heredes fecerat mulier, liberis satisfecerat, relicta portione legitimæ portionis.

XIX. Enarratio.

EXceptis certis causis] De quibus in *l. mutus* 72. *§.* 1. *ff. de ju. dot. & l. quamvis* 20. *ff. sol. matrim.*

Quaqua fide] Accursius utitur distinctione bonæ fidei, & malæ fidei.

Nisi ponas conven. instrum. dot.] Cum Azone heic E in Summa & Odofredo. Basilica: Si maritus dotem, quam mortua muliere lucrari debet, &c. Liberis tamen servatur proprietas, & solus ususfructus patris est, *in Constit. hujus tit. in fin.* in qua pro, *competent*, alii codd. habent, *servetur*: & alii neutrum hoc modo: *ita ut proprietas ejusdem liberis ex eadem susceptis alienari*, &c. Sic vetus Ægidii Menagii v. cl. & τὸ ϗ πολλάς.

Legitimæ portionis] Ut in *§. sed hæc, Institut. de inoffic.* & ibi Cujacius.

TIT. XX. *Ne fidejussores, vel mandatores dotium dentur.*

PErtinet etiam hic titulus ad repetitionem & solutionem dotis, ut maritus, vel socer, vel prosocer, qui dotem accepit, dotis servandæ & solvendæ soluto matrimonio mulieri non cogatur fidejussorem dare, vel mandatorem, cujus scilicet mandatu uxor dotem det viro, quo sit adversus fidejussorem, vel mandatorem mulieri regressus soluto matrimonio dotis recipirandæ gratia: & si ultro maritus dederit fidejussorem, vel mandatorem, ut non obligetur, quia hanc obligationem Constitutiones improbant, *l.* 1. *Cod. Th. de fid. dot.* & ratio Constitutionum hæc est, quia cum mulier credat marito suum animum, & omnem vitam, vel socero cujus filiof. nupsit, & plerunque etiam paraphernа, absurdum esset fidei ejus etiam si non committeret dotem, quæ & in bonis mariti est, vel ei jam commissa & concredita ea, si desideraret fidem alienam, si fidem haberet fidei alienæ magis quam amicitiæ, fideique communi. Ante nuptias fateor posse dari fidejussorem dotis, vel post nuptias, non manente matrimonio. Hac de re memini me scribere ad Africanum lib. 4.

XX. Enarratio.

UT non obligetur] Placentinus & Franciscus Duarenus existimabant, dandi quidem fidejussoris necessitatem remitti, sed datum obligari. Verius tamen est, non obligari, quæ fuit Azonis sententia heic in Summa, Odofredi, & Græcorum. Stephanus ad *l.* 52. *ff. de ju. dot.* οὐδὲ ὁ δοθεὶς ἐνέχεται: *Sed neque si datus fuerit, tenetur.*

Ante nuptias fateor] Ante nuptias datus fidejussor tenetur, Constantinus Harmenop. Epitom. libro 4. tit. 8. *§.* 9. Azo contra putat, loco citato. Post solutum matrimonium fidejussor dotis reddendæ accipi potest, *l. si constante* 24. *§.* 2. *ff. sol. matr. & l. exceptiones* 7. *ff. de exception.*

Ad Africanum libro IV.] Ad leg. *vir uxori* 17. *§.* 1. *ad Senatusc. Vellej.*

TIT. XXI. *Rerum amotarum.*

PArs alia quæstionis rei uxoriæ, est de rebus amotis, propter quas erat olim compensatio sive retentio ex dote, & quæ etiam hodie manet actio rerum amotarum. De utraque est hic tit. De Compensatione sive retensione *l.* 1. ut à Græcis accepta est. De actione *l.* 2. & 3. Et est actio rerum amotarum, condictio, quæ ex edicto prætoris post divortium datur statim, & in solidum in uxorem, vel maritum, qui conjugi res abstulit divortii causa. Oriri dicitur ex divortio *l. ultim. §. pen. ff. de divort.* quia post divortium datur, non manente matrimonio. Et oriri ex furto, *l.* 21. *§. ult. ff. eod. l. si rerum, ff. de re jud.* atque adeo quasi pœnalis esse, & quasi famosa, nec in heredem dati ultra id quod ad eum pervenit, *l.* 3. Et ut contractus appellatione continetur quasi contractus: sic in *l.* 2. famosæ, vel pœnalis actionis, quasi famosa, vel quasi pœnalis; qualis hæc actio est, quod in ea furti fiat mentio tacita. Nam & si res amotas dicas, populus intelligit te res furtivas dicere, apud quem constat ratio nostræ famæ. Verbum amovendi elegit prætor in hoc edicto, ut parceret pudori ejus qui maritus, vel quæ uxor fuit ex furto in matrimonio commisso, longe alia ratione, quam in edicto, ut suus heres beneficium abstinendi non habeat, qui quid ex hereditate amovit, & in edicto, Si quid testamento manumissus ex hereditate subripuit: in quibus quia hereditati furtum non fit, non potuit furti meminisse. In hoc vero furtum, quæ res est natura turpis,

turpis, verbis extenuat in honorem prioris matrimonii; A
nec Latine loquitur .i. furtum non appellat furtum;
sed ut qui pulsavit se attigisse; qui vulneravit, se læsisse dicit.

XXI. Enarratio.

Erat olim compensatio, sive retentio] *L. mulier 75. & l. un. §. taceat, sup. de rei ux. act.*

Ut à Græcis accepta est] Theodorus. Actione de dote conventus, compensationem objicit etiam rerum ab uxore subtractarum.

Condictio] *L. rerum 26. ff. eodem* ex injusta causa, *l. rerum 25. in fin. eodem*, & certi, *l. si concubina 17. §. pen. eodem*, quæ ex omni causa competit, *l. certi 9. ff. de reb. credit.* B

Ex edicto Prætoria] Edicto Prætoris promittitur, *l. 2. hoc tit.* sic enim legit Cujac. Observ. XVII. 6.

Post divortium] Actio rerum amotarum datur adversus eam, quæ uxor fuit, *l. 1. ff. eodem*, μετὰ διαζύγιον, ut ibi Græci. Constante matrimonio condictio competit, *d. l. 25.*

Datur statim] Paulus ait, rerum amotarum actionem damnum repræsentare, id est, ut Græci recte interpretantur, *ἡ rerum amotarum παραγγέλματι τὴν ζημίαν ἀπαιτεῖ ὁ πολλάκις τὸν ἀδικηθέντα, καὶ μετὰ ταῦτα μέλλει ἀναμένειν τῆς τοιαύτης ἀπαιτήσεως : rerum amotarum actio instituitur, ut qui damnum passus est, statim indemnis fiat.*

Et in solidum] Quoniam ex malo contractu, & delicto oritur, ut est in *l. si rerum 52. ff. de re judic.* C
sive ut est in *l. si mulier 21. §. ult. ff. hoc tit.* rerum amotarum actio pendet ex furto.

Vel maritum] Etiam in maritum rerum amotarum actio est, Ulpian. *tit. 7. §. 1. l. contra 6. §. si post divortium, & l. seq. ff. eod. l. 2. hoc tit.*

Divortii causa] Nisi enim spe repudii mulier ea subtraxerit, rerum amotarum actio non est, sed in rem & ad exhibendum, Thalelæus.

Quasi pœnalis esse] Auctor ἐναντιοφ. ad *leg. 16. ff. eodem*, colligit ex d. l. actionem rerum amotarum non esse pœnalem. Norat tamen quosdam interpretes exponentes legem 2. *hoc tit.* scribere, eam non competere constante matrimonio, quod sit pœnalis libro 27. tit. 11.

Quasi famosa] Vide ad *tit. de condict. furt. supra lib. 4.* D
Non est proprie pænalis, aut famosa, sed quasi pænalis, & quasi famosa.

Qui quid ex hered. amovit] *L. si servum 71. §. 3. ff. de adquir. hered.*

Et in edicto, si quis testam.] *L. pen. & ultim. ff. si is qui testam. lib. esse juss. erit.* ibi amovere, est ἀποκλέπτειν subripere.

Hereditati furtum non fit] *L. in eo quod 33. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.* quia rei hereditariæ nondum possessæ furtum non fit, *d. l. 6. §. ultim.*

Quæ res est natura turpis] *L. Probrum 42. ff. de verbor. signif.* vide quæ dixi tit. 1. Institutionis 4.

Verbis extenuat] Lenitate verbi tristitiam rei mitigat, Cujac. in Paratit. D. Divus Augustinus lib. 2. de Ordine cap. 4. *Solœcismos & barbarismos quos vocant, Poetæ adamaverunt, quæ schemata & metaplasmos mutatis appellare nominibus, quam manifesta vitia appellare maluerunt.* E
Ejusmodi ὑποκορισμοῖς utuntur alii auctores, ut dixi in Replicatione de Mutuo adversus Claudium Salmasium p. 114. Mariandynos, quos Heracleotæ in servitutem redegerant, ὀνόμαζον δωροφόρους, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας, ut scribit Athenæus libro 6.

In honorem prioris matrim.] *L. 2. ff. eod.* propter reverentiam personarum, *l. 3. §. 2. eod.*

Nec Latine loquitur.] Martial. 11. 21.

TIT. XXII. *Ne pro dote, mulieri bona mariti addicantur.*

Longe alia est ratio hujus tituli ac fuit superioris: nam vivi mariti pudori parcit mulier ex tit. superiore, si de rebus agat divortii causa à marito subreptis: quin & vivo marito parcit, si agat de dote dum eum non condemnat in solidum, sed quatenus facere potest. Mortuo autem marito, judicio dotis heredem ejus condemnat in solidum, *l. maritum, ff. sol. matr.* & ex hoc tit. non parcit pudori mortui: quinimo si nullus marito heres existat, ex illa parte edicti, Cui heres non extabit, mittitur in possessionem honorum omnium mariti, dotis servandæ causa, quo genere non transfertur possessio, sed jus prætorii pignoris constituitur; deinde transactis aliquot diebus, intra quos si res exigat, curator bonis constitui potuit, bona proscribuntur, & ex consensu creditorum creato magistro bonis vendundis publice veneunt sub hasta lege dicta venditioni solvendæ ab emptore dotis integræ, aut partis, & bona addicuntur emptori, qui licitatione vicerit, isque emptor bonorum similis est bonorum possessori, & satisfacere cogitur mulieri pro rata dotis, & cæteris creditoribus: nam hic ordo omnibus creditoribus proficit, *l. cum unus, ff. de reb. auct. jud. poss.* Hic est ordo edicti perpetui, quo utitur creditor quilibet, *l. 6. infra eodem*, & suggillat nomen mariti, vel alterius debitoris: nec enim hoc ordine neglecto, jure postulat quisquam sibi pro dote, vel alio debito addici bona debitoris. Denique hoc ordine servato, quem noster Theophilitzes rectissime exposuit in tit. *de succ. sub. quæ fieb. per bon. vend.* mulier indemnis damno servatur secundum jus quod obtinuit, antequam dedisset Justinianus tacitam hypothecam. Quatenus, inquit, successionis modus patitur, in *l. 4. infra qui bon. ced. poss.* quatenus substantia patitur: & est πλοκή: nam priore loco successor est heres, aut bonorum possessor, posteriore successio, bonorum emptio, ut in suprascripto *tit. de suc. sob.* & successor, bonorum emptor, qui similis est bonorum possessori: & bona igitur in hoc proposito dicimus non deducto ære alieno, ut in lege Falcidia, sed cum sua causa, ut in edicto de bonorum possessionibus ex testamento, vel ab intestato. Addicere bona est ea collocare penes mulierem, vel alium creditorem, vel aliom quemlibet ex alia causa, eumque eorum bonorum possessorem facere, quem utique prætor tuetur quasi dominum: est enim addicere prætorium.

XXII. Enarratio.

Non condemnat in solidum] *L. si filiofam. 53. ff. sol. matrim.*

Heredem ejus] Quia tale beneficium personæ cohæret, *l. 13. ff. sol. matrim.*

Cui heres non extabit] Vide, quæ diximus ad Theoph. *tit. de success. subl. lib. 3.*

Quatenus, inquit, successi. mod.] πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας: pro modo facultatum, Græci.

Ut in lege Falcidia] Quum ratio legis Falcidiæ ponitur, deducitur æs alienum, *§. ultim. Instit. de lege Falcid. l. 6. C. eod.*

Cum sua causa] Cum suis commodis & incommodis, cum suis oneribus, *l. 1. & 3. ff. de bonor. possess.*

Quasi dominum] Prætor enim dominum facere non potest, *l. 3. in fine, ff. si ususf. pet.*

Addicere prætorium] Tria verba Prætoris, do, dico, addico.

TIT. XXIII. *De fundo dotali.*

Lex Julia scripta est de fundo dotali; sed pertinet etiam ad ædes, ut lex XII. tab. quæ usucapionem

Y fundi

fundi jubet esse biennium : ut contra interdictum Uti possidetis scriptum est de ædibus ; sed pertinet etiam ad fundum, *l. 1. §. pen. ff. Uti poss.* non ad superficiem solam, *l. 3. §. sed si sup. ff. eod.* & idcirco de superficie proprium interdictum proponitur quasi uti possidetis in tit. *de superf.* & ita lex Julia non pertinet ad superficiem, *l. si ex lapidicinis, ff. de jur. dot.* quæ vult maritum rei dotalis, quæ solo continetur, si ea res inæstimata sit, vel etiam æstimata electione mulieri servata repetendæ rei, vel æstimationis, non habere alienationem : quo nomine significatur omnis translatio dominii, *l. 1.* ergo & divisio, & actio communi dividundo per quam ad divisionem pervenitur, *l. 2. hoc tit. l. ex castrensi, §. 1. ff. de castr. pec.* & videndum hac in re quid novi juris Justinianus introduxerit sursum tit. 13.

XXIII. Enarratio.

UT lex 12. tabul.] Cicero in Topicis : *Quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam ædium. At in lege ædes non appellantur.*

Lex Julia non pert. ad superficiem] Superficium res soli non est : τὸ συμπεφυκὸς, δηλονότι τὸ ὑπέργειον ἀκίνητόν ἐστι, ἀλλ' οὐκ ἔδαφος : *Superficies immobilis res est, sed res soli non est* : ut ait auctor Ενανσιοφ. ad d. *leg. si ex lapid.* libro 29. tit. 1.

Si ea res inæstimata sit] Fundus inæstimatus proprie dotalis dicitur, *l. un. §. & cum lex, sup. de rei uxor. act.* & ideo Græci fundum dotalem interpretari solent, ἀγρὸν ἀδιατίμητον, *fundum inæstimatum.*

Vel etiam æstimata] *L. 1. hoc tit.* Rerum æstimatarum maritus quasi emptor est, & velut pretii debitor, *d. l. un. §. cumque ex stipulatu, l. quotiens 5. sup. de jure dot.* Dixi plenius in Replicatione de Mutuo adversus Salmasium pag. 72.

Ergo & divisio] Maritus ad divisionem fundi communis provocare non potest : nam qui provocat, alienare videtur, τὸ communi dividundo δικαστήριον ἐκποίησιν ἔχει ἐν ἑαυτῷ. *Communi dividundo judicium alienationem in se habet.* Græci ad *l. cum in fundo 78. §. pen. ff. de ju. dot.* provocari autem potest, *l. 2. hoc tit.*

Titulo 13.] *L. un. §. Et cum lex Julia.*

TIT. XXIV. *Divortio facto apud quem liberi morari, vel educari debeant.*

PArs alia hujus tractatus fuit de liberis, quoniam propter liberos sextarum vel quintarum retentio erat ex dote, alendorum communium liberorum causa, ut tit. 13. *§. sileat.* & inde quærebatur divortio facto apud quem morari & educari debeant : & Constitutio hujus tituli hoc ponit in arbitrio judicis ; ut *l. 3. tit. seq.* nec probat ut per sexum liberorum divisio fiat inter parentes. Vel, subdisjunctio est.

XXIV. Enarratio.

NEc probat ut per sexum] Ut mares apud maritum, fœminæ apud uxorem morentur & educentur, ut quibusdam placuisse significat, *lex un. hoc tit.* sed judex competens æstimabit apud quem educari debeant. Ex Novella 117. cap. 7. Liberi impuberes morte soluto matrimonio educantur apud matrem, si iterum non nupserit : divortio autem facto, apud eum qui divortio causam non dedit.

Vel subdisjunctio est] Disjunctio pro conjunctione, id est, apud quem liberi morari & educari debeant.

TIT. XXV. *De alendis liberis ac parentibus.*

Vide lib. 25. Dig. tit. 3.

INde etiam quærebatur, à patre, an à matre, an communiter alendi essent, & definitur, depulsos à mamma seu exuberes esse alendos à patre pro modo facultatum, etiam emancipatos, ut *l. 5. ff. de aga. lib.* & vice versa, ut eadem lex ait, quod est ἀντιπελαργεῖν, parentes utriusque sexus esse alendos à liberis, quia patri & matri pietas æqualis debetur, *l. 4. ff. de cur. fur.*

XXV. Enarratio.

DEpulsos à mamma] Varro 2. de re rust. *Cum porci depulsi sunt à mamma.* Depulsos à lacte, Virgilius Ecl. 7. Glossæ : ἀπογαλακτίζω, *lacte depello.*

Exuberes] Ablactatos, Sububeres, ὑπομάζιοι. infantes, qui adhuc sunt sub ubere, νήπια βυζάνοντα in Codice Græco-barbaro Nicetæ, ἔτι ἐν γάλαξιν ὄντα, Alexii Comneni libro 2. Isidorus in Glossis, vide Observ. lib. 19. cap. ult.

Alendos à patre] Aristoteles Politic. 1. capite 7. φύσεως γάρ ἐστιν ἔργον τροφὴν τῷ γεννηθέντι παρέχειν. D. Chrysostomus in homil. de Nativit. 7. Machab. οὐ γὰρ τὸ τεκεῖν μητρὸς : τοῦτο γὰρ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὸ θρέψαι μητρός : τοῦτο γὰρ προαιρέσεως.

Etiam emancipatos] Nam gradum liberorum retinent, *§. minus ergo, Instit. de hered. quæ ab int. def.*

Ut eadem lex ait] *d. l. 5. §. 2.*

Ἀντιπελαργεῖν] Glossæ Isidori : *antipelargosin dicunt, Græci talionem* : ἀντιπελάργησιν Aristophanes in Avibus : ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος Παλαιὸς ἐν ταῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν. Eleganter S. Ambrosius Hexaem. libro 5. cap. 16. quem vide.

Esse alendos] Parentes alere non ultimus pietatis gradus est : idque civilis & naturalis ratio suadet. Ennodius declamatione 14. *Exhibere victum Patribus jus decernit.* Libanius in declamatione 18. δέξασθε δή με τῷ νόμῳ πειθόμενον καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς φύσεως, νομοθετεῖ δὲ αὐτὴ ταῦτα καὶ τοῖς θηρίοις καὶ ὁρῶμεν δή τινα θεοῦ καὶ ἐν ἑτέροις τοῖς γένεσι τὴν ἰσχύν. *Admittite igitur me obtemperantem legi civitatis & naturæ, hæc vero eadem ipsa etiam belluis sancit, ac numinis vim in aliis quoque animantibus videmus.* Demosthenes in oratione 1. in Aristogit. legem esse naturæ, ut parentes alamus, quæ bestiis & hominibus posita sit. Isæus in oratione contra Agoratum : ὅστις ἂν τὸν τὸν γόνῳ πατέρα τὸν αὐτοῦ τύπτοι, καὶ οὐδὲ παρέχοι τὰ ἐπιτήδεια διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἄξιόν ἐστι θανάτῳ ζημιωθῆναι : *Quisquis enim patrem naturalem percussit, aut necessaria ei non præstitit, propter legem malæ tractationis, morte dignus est.* Adde sententiam D. Adriani libro tertio Dosithei magistri num. 3. de lege Solonia, videndus Diogenes Laertius in Solone, & Libanius in dicta declamat. 18.

TIT. XXVI. *De concubinis.*

EXplicito tractatu de dotibus, detur titulus de concubinis : nam etsi nec dotis in concubina quæstio locum habeat, nec divortii, nec rerum amotarum, *l. si concubina, ff. rerum amotarum*, nec rerum donatarum, *l. donationes, ff. de don.* ne ex quibus causis connubium interdicitur, ex his utique omnibus etiam concubinatus interdicatur, *l. 1. & 3. §. alt. ff. eodem*, tamen concubina uxorem imitatur, ut Julianus ait, *Nov. 18.* & est concubinatus concubinaque ἡμίγαμος, ut Zonaras loquitur, & conjugium, sed inæquale, *l. 3. tit. seq.* nec per concubinatum stuprum cœlebs committit, *l. 3. ff. eod. l. stuprum, ff. ad legem Juliam de adult.* & ut lege Julia de adult. tenetur uxor, ita concubina, *l. si uxor, ff. eodem*, & ut secunda

da uxor patris, ita concubina filio quasi noverca est, ut eam uxorem ducere non possit, *l. 4. supr. de nupt.* & ut uxori uxorem superducere non licet, *l. 2. supra de inc. nupt.* ita nec concubinam superduci bonis moribus conveniens est, *l. ex ea §. 1. de verb. obl. l. 3. infra comm. de man.* Denique concubinatus legitima conjunctio est, & semi-matrimonium, *l. si qua, infra ad SC. Orf.* Constitutionibus tamen tituli sequentis permissa magis quam probata, quæ naturales liberos solidi incapaces faciunt: capaces quidem erant olim, concubinatu per omnia habito pro legitima conjunctione: ex Constitutionibus illis veluti legitima intemperantia est, ut secundæ noptiæ, & veloti legitimum vitium, ac tandem damnata Leonis *Novell. 91.* in desuetudinem abiit.

XXVI. Enarratio.

UXorem imitatur] Et ideo quasi conjugem vocat Salvianus 4. de Provid. D.

Ut Zonaras loquitur] In Michaele Paphlagone, & Constaotino Monom. post Philostratum in Scopeliano.

Conjug. sed inæquale] *l. 1. l. Theod. de collegiat.* Sane enim nisi dignitate nihil ioterest, *l. item legato 49. §. 1. ff. de legat. 3.* & affectu conjugii D. Augustinus serm. 51. de divers. cap. 16. *Ubi vincit uxor nisi affectu conjugii, affectu sincerioris castiorisque charitatis.* Uxoris & concubinæ discrimen adfert Epiphanius in oratione de fide Catholica & Apost. Ecclesia.

Et ut uxori uxor. superd.] D. Augustinus de bono conjugii cap. 7. *Non licet & nostris jam temporibus, aut more Romano nec superducere, ut amplius habeat quam unam vivam:* & libro 22. contra Faustum: *Homines aliter se habentibus tam moribus & legibus, non possunt delectari uxorum multitudine.* De Judæis dicu in Institutione prima tit. 10. D. Hieronymus in epistolam ad Titum cap. 6. *Judaicæ, inquiant, consuetudinis fuit, vel binas uxores habere, vel plures.*

Ita nec concubinam] In Canonibus datis sub Edgaro Anglorum R. num. 19. *Si quis uxorem habeat & concubinam, nihil ei Christianorum juriam præbeat sacerdos aliquis, nisi pœniteat redeat ad emendationem.* D. Augustinus in epistola 70. *Ipsam quoque uxorem non tibi suffecisse, sed concubinarum nescio quarum commixtione pollutum loquuntur homines.* Sed oeque duas concubinas habere licet, *Novel. 18. cap. 5.* D. Augustinus Conf. libro 4. cap. 2. *In illis annis unam habebam, non eo quod legitimum vocatur, conjugio cognitam; sed quam indagaverat vagus ardor inops prudentiæ, sed unam tamen, ei quoque servans tori fidem.* Vide epist. 70.

Legitima conjunctio est] Ex hac lege licitam conjunctionem esse defendi potest, non legitimam. Græci ibidem: τουτέστι μὴ ἐξ ἀθεμιτογαμίας: non ex illicita conjunctione.

Permissa magis qu. prob.] Cœlibi concubinam habere licet, *can. 11. qui, can. Christiano, c. audite 34. distinct.* Non probat D. Ambrosius, *c. nemo 32. qu. 4.* D. Augustinus in excerptionibus Egberti Archiepisc. Eboracensis: *Concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit:* ex serm. 243. de Tempore. Permissa autem, sicut & apud Græcos νενόμιστο παλλακὰς ἔχειν: οὐδὲ ἡ παλλακὴ ἐψόγεστον ἦν ὄνομα, ut scribit Eustathius ad Iliad. Θ. *Concubinas habere legibus permissum erat, & concubinæ nomen probrosum non erat.*

Legitima intemperantia est] *V. supra tit. 9.*

Ut secundæ nuptiæ] Vide dicta nobis supra tit. 9.

TIT. XXVII. *De naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus causis justi efficiantur.*

MAtres sequuntur liberi: nam in hoc titulo naturales liberi dicuntur, qui ex concubinis nascuntur: & recte liberis: nam & de nepotibus naturalibus est io hoc tit. *lex ultim.* & rursus recte. Et de matribus eorum; quia liberi naturales & matres eorum in causa capiendi ex bonis patris naturalis simul in unam portionem admittuntur tam inter vivos, quam mortis causa, & tam ab ultima voluntate quam ab intestato, *l. 2. & 8. hoc tit. & Novella 18. & 89.* Alias naturales comparati adoptivis, justi & civiles liberi sunt; alias comparati justis, ex concubinatu progeniti. Qui autem ex stupro nascuntur, vel ex contubernio, vel ex illicito matrimonio, neque legitimi, neque naturales sunt, ut *l. 1. hoc* tit. *l. 44. supra de ep. & cler.* & patrem certum non habent; naturales patrem habent, nec tamen proprie patrem .i. non patrem civilem & inde *l. 5. infra, qui manum. non poss.* Quem patrem tuum appellas, quia talem scilicet leges patrem non appellant: nam pater proprie est quem justæ nuptiæ demonstrant *l. 5. ff. de in jus voc.* & observandum est, *l. 7. hujus tit.* non simpliciter dicere patri naturali denegari nomen patris: sed jus & nomen, id est nomeo justi patris: nam & filio naturali non succedit, *l. 9. §. quod & in his, hoc titulo:* ae præterea spurii nihil capere possunt ex bonis ejus quem patrem dicunt. Naturales certæ portionis capacitatem habent: Et spurii nullo modo justi efficiuntur. Naturales certis modis, veluti decurionatu, & concubina ducta io matrimonium, & rescripto principis.

XXVII. Enarratio.

MAtres seq. liberi] Partus sequitur matrem, *Ulpianus tit. 5.* M. Tullius libro 3. de nat. D. *Ut enim in jure civili, qui est de matre libera, liber est: item jure naturæ, qui de Dea matre est, Deus sit necesse est.*

In unam portionem] Vide Cujacium ad Novel. 18. io secunda parte.

Alias naturales comp. adopt.] Ut in *l. 1. ff. de adopt.* Sueton. Tiberii cap. 52. *Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum cum patris charitate dilexit.*

Neque naturales sunt] Improprie naturales dicuntur. D. Augustinus in sermone 66. de diversis: *Nam & de fœminis, quæ uxores non sunt generant homines filios, & dicuntur filii naturales, & præponuntur eis filii conjugales:* Vide quæ diximus in Commentario ad Institutiones tit. de Nuptiis.

Et patrem certum non hab.] Philo de Decalogo: ὅτι πάντας ὅσους ἐγγονέας ἔσχεν ἡ μήτηρ, ἐπιγράφονται πατέρας, οὐδὲ ἀγνοία τοῦ φύντος.

Decurionatu] Vide ad Institut. de Nupt.

Et concubina ducta in matr.] Tunc qui duo erant εἰς ἀνεγέρσιν μίαν, duo esse incipiunt εἰς σάρκα μίαν, ut loquitur Chrysost. in hom. de politia morali.

Et rescr. Princ.] Vide ad Institut.

TIT. XXVIII. *De testamentaria tutela.*

EXplicato contractu matrimonii & dotis, & cæteris, qui id genus conventionis præcedunt, vel sequuntur, incipit tractare de alio genere contractus, nempe tutela, quæ contractibus adnumeratur, *l. contractus, ff. de reg. jur. l. ex contractib. ff. de ob. & act.* quia etsi pupillus tractatu habito cum tutore non contrahat, *l. ultim. ff. rem pup. sal. fo.* tamen tutor ex administratione sua tenetur quasi ex contractu, & per causam administrationis inter eum & pupillum nascitur actio ultro citroque, directa & contraria, *§. tutores, Instit. de obl. quæ quasi ex contr.* Tutelæ autem nomine cum dico tutelam esse contractum, tutelæ gestionem & administrationem intelligo, ut cum juris auctores dicunt, tutelam restituere .i. administrationis tutelæ rationem reddere: nam tutela simpliciter non est contractus, sed vis & potestas, &c. notissima definitio. Est autem alia tutela legitima, alia dativa.

Et dativa alia testamentaria ; alia Attiliana : nam & dati testamento dativi dicuntur, ut Ulpianus scribit *lib. Reg. tit. de tut.* & dati à prætore, qui Attiliani appellantur in tit. de Attil. tut. *l. dativa*, *ff. rem p. sal. fo. l. ult. inf. de leg. tut.* Ideo autem primus tit. est de testamentaria tutela, quia hæc prævalet, & ut in hereditatibus, sic in tutelis prior est causa testamenti, *l. si quis sub conditione*, *ff. eod.*

XXVIII. Enarratio.

EXpl. contr. matr. & dot.] Vide sup. tit. 11. & ad Novel. 38.

Tutelam restituere] Et curationem in *l. minor 32. ff. de minor.*

Vis & potestas] *L. 1. ff. de tutel.*

Qui Attil. appell.] *Ulp. tit. 11. §. lex Attilia.*

Ut in hereditatibus] *L. quamdiu 89. ff.* de regul. jur.

TIT. XXIX. *De confirmando tutore.*

HIc titulus est etiam de tutore testamento dato ; sed non jure dato, veluti à patre filio emancipato, aut matre, vel extraneo, quia eos tantum tutores confirmat lex 12. tab. quos parens nominatim dedit his quos in suis heredibus habuit : hos, inquam, solos lege obvenire dixeris non improprie, ut heredes testamentarios, quandoquidem confirmare tutelam testamentariam, ut *l. 20. ff. de test. tutor.* est facere tutorem : Et sola lex igitur tutorem aut Senatus, aut princeps, ut heredem, facit, non testator, non prætor. Verum qui non jure dati sunt à patre filio emancipato, confirmantur decreto prætoris sine inquisitione, etiamsi exheredato dati sint ; dati autem à matre vel extraneo non aliter confirmantur quam ex inquisitione, & ita demum si heredi instituto dati sint : nec enim mater, aut extraneus præsumitur dilexisse eum quem heredem non instituit, *l. 4. ff. eod.* ac proinde nec præsumitur ei bene pro sua tutela cavisse. Contrà pater præsumitur semper bene cavisse, cujus affectio certior, certus si sit de sobole sua, non addubius : ut Menander dixit, ἑαυτοῦ δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός : ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν υἱὸν, ὁ δ᾽ οἴεται, etiam filio exheredato, quem possit exheredasse bona mente. Confirmatur etiam tutor à patre datus filiof. imperfecto testamento, vel per epistolam, aut fideicommissi verbis, *l. 2. hoc tit. l. 1. ff. eod.* & curator testamento datus à patre, quod etiam non fit jure : quia lex 12. tabul. de tutela loquitur, non de cura, sed confirmari solet, *l. 2.* Confirmati, Attiliani potius sunt : quam testamentarii. Vel testamento destinati, aut nominati potius, quam dati.

XXIX. Enarratio.

VEluti à patre filii emancip. &c.] *L. Nezennius 32. ff. de excusat. tutor.*

Confirmat lex 12. tab.] *Ulp. tit. 11. §. testamento*, *l. tutor 20. ff. de testam. tut.*

Solos lege obvenire] *L. lege obvenire 130. ff. de verbor. signific.*

Quandoquidem confirmare] V. Cujac. par. ff. de conf. tut.

Et sola lex igitur tutorem] *§. quos autem*, *Institut. de bonor. possess. lege muto 6. §. tutoris*, *Digestis de tutel.*

Qui non jure d.f. à p. f. em.] Tutela jure patriæ potestatis mandatur, *l. impuberi 40. ff. de administ. tut.* Tutor igitur non legitime datur filio emancipato, sed confirmatur à Prætore sine inquisitione, *§. ult. Instit. de tutel. l. naturali 7.* de confirm. tut.

Etiamsi exheredato dati] *L. jure nostro 26. §. ult. & l. si pater 31. ff. de testam. tut.*

Dati autem à matre vel extr. &c.] *L. 4. hoc titulo* in qua liber antiquus Brodæi, & Græci negationem non agnoscunt, *l. si patronus 4. ff. de confirm. tutor.* Horum datio institutionis ratione confirmatur,

Præsumitur semper bene cavisse] *L. 3. §. 1. ff. de administr. tut.*

Quem possit exher. bona mente] Non notæ causa, *l. multi 18. ff. de liber. & posthum. & l. Paulus 47. ff. de bon. libert.*

Quia lex 12. tabul.] Lex 12. de tutore testamento dando loquitur, non de curatore, argum. *l. ventri*, *ff. de tut. & cur. dat.* verba legis refert. Ulp. tit. 11. *§. testamento.*

Attiliani potius] Vide Commentarium nostrum ad titul. de tutel. Instit.

Vel testamento destinati] Ut in *d. l. 3. §. 1.*

Aut nominati pot.] *L. 1. inf. de patr. potest.*

TIT. XXX. *De legitima tutela.*

Vide tit. 15. 17. 18. 19. lib. 1. Instit. & tit. 4. lib. 26. Digestis.

TEstamentariæ tutelæ succedit legitima. Hæc non datur, *l. 5. ff. eod.* sed lege defertur ipso jure, & deficientibus tutoribus testamentariis, pupillo quasi existunt statim, vel fiunt ipso jure tutores non cognati (cognatos enim lex non novit) sed consanguinei fratres vel alii agnati, qui proximi sunt ad hereditatem pupilli ab intestato .i. si pupillo parens non fecerit substitutionem pupillarem. Testamentaria est dativa, legitima non est dativa. Legitima proprie est legitima. Testamentaria non improprie, ut hereditas, *l. lege*, *ff. de verb. signif.* quæ duo sunt longe diversa, proprie scilicet & non improprie, *l. 1. ff. de suis & leg. her.* legitima est absolute legitima. Testamentaria quodammodo, itemque Attiliana. Nam sola lex tutorem facit, vel Senatus, aut Princeps, aut populi mos, non prætor, sed prætor tutorem dat jubente lege, vel Senatu, vel principe, vel more permittente. Nec ullum extat prætoris edictum quo fiat tutor. Non est igitur edictum prætoris legi simile, SC. est legi simile, Constitutio principis est legi similis, *§. quos autem*, *Inst. de bon. poss.* Idem non dicimus de edicto prætoris ; sed hoc tantum, non modicam obtinere juris auctoritatem, partem juris esse, non legis. Nec mirum si curator ventri detur ex edicto, non tutor, *l. ventri*, *ff. de tut. & cur. dat.* Nam & de tutore constituendo edicere non potuit prætor. Verum ut qui heredem facere non potest, bonorum tamen possessorem facit, quem in omnibus tuetur heredis vice ; ita qui tutorem facere non potest, curatorem tamen facit, quem habet tutoris loco. Et in summa, tutorum origo est ex lege vel alio jure, quod vigorem legis obtineat. Curatorum, qui puberibus dantur, & aliquando impuberibus, vel bonis, aut ventri, origo est ex jure prætorio, exceptis curatoribus furiosorum, & prodigorum, qui soli legitimi sunt, non dativi. Et ut de legitima tantum tutela modo dicam ; alia ex lege directo descendit, ut quæ agnatis defertur, alia per consequentias hereditatum, ut quæ patrono defertur, vel parenti manumissori, *l. 3. ff. eod. l. 5. sup. de dol.* & quæ extraneo manumissori .i. patri fiduciario, cui pater naturalis filium mancipavit ut liberaretur, quæ proprie tutela fiduciaria dicitur ; quia hac lege fiduciaque cauta filium pater naturalis mancipat emptori, qui pater fiduciarius dicitur, ut eum manumittat : & sic fiduciaria quoque tutela dicebatur, cum pater naturalis in emancipatione manumissor extiterat, puta contracta fiducia, ut emptor filium mancipatum sibi remanciparet patri naturali manumittendum. Sed hodie fiduciarii tutoris nomen consistit non in patre manumissore, quia receptum est ut potius legitimus appelletur exemplo patroni, sublato jam patre fiduciario, sed in liberis ejus fratribus

bus pupilli manumissi, *l.4. ff. eod.* Et rursus legitima tutela alia est principalis, alia cessicia .i. quam legitimus tutor fœminæ puberis alteri cedit in jure, quæ extinguitur morte, & capitis deminutione cessici tutoris, vel ejus qui cessit, ut mandatum quodlibet, *lege mandatum supr. mand. l. cum quis in pr. ff. de sol. l. post litem, ff. de proc.* itemque cessico tutore alii cedente tutelam, quia cessioni primæ renunciasse videtur, & secunda cessio non valet. Cessicus enim alium cessicum facere, ut procurator alium procuratorem facere non potest. Potuit autem tantum in jure cedi tutela legitima, non testamentaria, & tutela non masculorum, sed fœminarum puberum, quæ erant ulim in perpetua tutela quoad marito in manum convenissent. Nam conventione in manum mulier fit in potestate viri: & generaliter neque masculus neque fœmina, qui quæve in manu, potestate, mancipio alterius est, & in tutoris potest esse potestate: & in definitione Servii, caput liberum est homo sui juris, ut liber homo in *l. recte, ff. ex quib. cau. major.* Sed quia lex Claudia sustulit tutelas legitimas fœminarum puberum, ne scilicet essent in perpetua tutela, & hodie quoque cessat cessitia tutela: & impuberibus tantum fœminis ut maribus legitimi tutores sunt consanguinei, vel alii agnati, *l.3. hoc tit. l.2. Cod. Theod. de tut. & cur. cr.* Dico agnati: Nam cognatis neque hereditas, neque cura vel tutela legitima defertur. Sed excipio fratrem emancipatum, qui ut ad legitiman hereditatem vocatur ex Constitutione Anastatii, ita æquum est ut vocetur ad curam, & tutelam legitimam, *l.4. hoc tit. l.5. infr. de cur. fur. §.1. Inst. de succ. cogn.* Secundum regulam, Quo hereditas, eo & tutela redit, & contra, quæ tamen vitiatur, si fœmina heres intercedat, vel minor 25. ann. Nam & si ad fœminam, vel matrem minorem 25. ann. legitima pupilli hereditas redeat, non tamen redit etiam tutela. Nam hi tantum sunt idonei tutores, vel curatores dativi, vel legitimi, qui majores sunt 25. ann. ex *l. ult. hujus tit.* ante quam erant ipso jure legitimi tutores & per alios administrata tutela omne periculum administrationis sustinebant, nec tamen eorum bona immobilia tacito jure erant obligata pupillo, vel adolescenti, quia obstabat S. C. cum regulariter pupillus, vel adolescens babeat tacitam hypothecam in bonis rectoris sui.

XXX. Enarratio.

Lege defertur] *L.1. & l. intestato 6. ff. de legit. tutor.*

Deficientibus tutor. testam.] Semper enim tutela legitima testamentariæ cedit, *l. si tutor 9. §.1. ff. de tut. & ration. distrah.*

Sed consanguinei fratr.] *L.1. ff. de legit. tutor.*

Qui proximi sunt ad hereditatem] Proximus adgnatus tutelam nanciscitur, *l. si plures 9. eodem.*

Proximi sunt ad heredit.] Gajus 1. Instit. tit.7. *Qui proximus fuerit ad tutelam, proximus est ad hereditatem.*

Testamentaria est dativa] Testamento tutores dati dativi appellantur; Ulp. *tit.* XI. *§. testamento.*

Legitima non est dativa] Legitimos enim tutores nemo dat, sed lex facit, *l.5. eod.*

Testamentaria quodammodo] Quia lex 12. tab. permittit tutores testamento dare, *l.1. ff. de testament. tut.* Attiliana etiam quasi legitima, & Juliotitiana, quia ex lege Attilia & ex lege Julia, & Titia datur.

Jubente lege &c.] *L. muto 6. §. tutoris, ff. de tutel.*

Vel more perm.] Ulp. *d. tit.* XI. *§. moribus.*

Bonorum tamen possess.] *§. quos autem, Instit. de bonor. poss.*

Tuetur heredis vice] Vice heredis habet, *l.2. ff. de bonor. possess.*

Curatorem tamen facit] Ut cum ventri ex edicto curator datur.

Et aliquando impuberibus] *§. interdum, Institut. de cur.*

Vel bonis] De quo tit. de curat. bon. dan.

Aut ventri] De quo in tit. de ventre in poss. mitt.

Exceptis curatorib. furios. & prod.] Furiosi enim & prodigi ex lege XII. tab. in curatione sunt adgnatorum, Ulp. *tit.*12.

Alia ex lege dir. descendit] Tutela legitima adgnatis defertur propalam, id est, specialiter & nominatim, patronis per consequentias hereditatum, quia lex 12. tab. liberti hereditatem patrono defert, Ulp. *tit. ultim. in princ. Multa ergo invenientur frequenter, quæ legum verbis non teneantur, sed ipsa vi & potestate teneantur*, ut ait Fabius declam. 331.

Et quæ extraneo man.] Ulp. *tit.* XI. *§. qui liberum caput.* Gajus *libro 1. tit.6. §. Item per emancipationem.*

Alia Cessitia &c.] Ulp. *d. t.* XI. *§. Is cui tutela, §. quantum ad agnatos, & §. si capite.*

Convenit in manum] De qua vide P. Pithoeum ad Licinii Rufini collationem juris Mos. & Rom. & Cujacium Observ. libro 7. cap. XI.

Mancipio alterius est] *L. penult. §.1. ff. qu. sal. tut. auct.*

In definit. Servii] In *l.1. ff. de tutel.*

Sed quia lex Claudia sustulit] Sic legit Cujac. in *d. §. quantum ad agnatos.*

Nam cognatis neque hereditas] In lege XII. tabul. *adgnatus proximus familiam habeto*, Ulp. *tit.*26.

Neque cura vel tut. leg. def.] Adgnati sunt tutores legitimi, Ulp. *tit.* XI. *§.2. l.1. ff. de legit. tutor.* Item furiosus & prodigus sunt in curatione adgnatorum, ex lege XII. tab. Ulp. *tit.* XII. *§.1.*

Quo hereditas eo & tutela red.] Hereditas redire dicitur in *l. peto 69. ff. de leg.2.* & tutela, *l. si quis 11. ff. de testam. tut.*

Et contra] *L. quo tutela 73. ff. de reg. jur.*

Si fœmina heres intercedat] Nam hereditas quidem ad adgnatam pertinet, tutela autem ad agnatum, *l.1. §.1. ff. de legit. tutor.*

Vel minor 25. annis] Cui enim ferendum est, eundem esse tutorem & sub tutela constitui. l. ult. hoc tit. id est, τὸν δέοντα φυλάξῃς, μᾶλλον, ἢ φυλάττειν ἄλλον δυνατὸν.

Quia obstabat Senatusconsultum] De rebus minorum non alienandis, de quo tit.9. libri 27.

Habeat tacitam hypothec.] *L. pro officio 20. Cod. de administrat. tutor.*

TIT. XXXI. *Qui petant tutores vel curatores.*

Vide tit.6. ff. eod. libro.

POst tutores testamentarios & legitimos, dicturus de tutoribus, vel curatoribus qui dantur à prætore urbis ex lege Attilia, vel ex SC. vel moribus, aut à præsidibus provinciarum ex lege Julia & Titia, qui petuntur & dantur, non quasi existunt ipso jure ut legitimi, nec dantur ut testamentarii, nemine petente, in primis docet qui tutores, vel curatores petere possint aut debeant. Et debent quamprimum tutores petere liberti liberis patroni, & mater, avus, avia liberis suis quibuscunque, non curatores puberibus. Et si cessant tutores aut curatores impuberibus petere, puniuntur liberti ob desertum obsequium, parentes ob desertam pietatem. Possunt petere vel amici, imo & adversarii in litem, *l. ult. §. ne autem infr. de adm. tut. l.1.4.7. hoc tit.* Et petunt omnes editis nominibus plurium, qui προτιμηθέντες & πρόκριτοι appellari possunt, & ex eis unum eligit magistratus, ut fit in Episcopo creando *Nov.*123. & apud cornel. Tacitum, patricios tres nominari, & ex eis unum eligi flaminem Dialem.

XXXI. Enar.

XXXI. Enarratio.

Ex lege Attilia] *Instit. lib.1. tit. 20.*

Vel ex Senat.] *L. muto 6. §. tutori.*, *ff. de tut.*

Vel moribus] *Ulp. tit.11. §. moribus.*

Ex lege Julia & Tit.] *Justin. d.tit.20.*

Exilunt ipso jure] Vide sup. *tit.30.*

Et debent quamprimum] Confestim ; id est, ubi primum potuerunt, *l. 2. §.si mater*; *&* §. confestim, D. ad SC. Tertull. intra annum, ex *l. sciens* 10. *de legitim. hered.*

Tutores petere liberti] *L.2. hoc tit.*

Et mater] *L.6. 8. & 9. h.t. d. §.si mater.*

Avus avia] *L.1. C. Theod. qui tut. pet.*

Liberis suis quibuscumque] Etiam quæsitis ex concubinatu, *l.ult. hoc tit.* B

Non curatores puberibus] Pupillis tutor idoneus necessarius est, D. Augustinus de civit. Dei 1. cap. 30 Puberes ipsi sibi curatores petunt, *l.6. hoc tit.*

Aut curatores impuberibus] *d. l. 2. §. quid si curatores*, quo casu impuberi curator petendus est, *l. 1. ff. eod.tit.*

Puniuntur liberti ob des.] *L. 2. hoc.t.* κολάζονται, *l.1. §. 1. ff. eod.* Basilica : *σφοδρῶς κολάζονται*, *graviter puniuntur*, in corpus scilicet, sicut libertus si fraudulenter tutelam liberorum patroni gessisse probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus *εἰς σῶμα*, *§. 11. Inst. de suspect. tut.* conjuncto Theophilo.

Parentes ob desertam pietatem] *L. 9. hoc tit.* Quod si petere neglexerint ab eorum impuberum morientium C successione repellentur, *§. pen. Instit. de senat.Cons. Tertull.l.2.§.1.ff. hoc tit.*

Vel amici] *d. l. 2. in princ. & l. is qui 44. ff. de negot. gest.*

Apud Cornelium Taeitum] Annal.4. cap.16.

TIT. XXXII. *Ubi petantur tutores, vel curatores*;

Vide ff. eod. tit. & lib.

Qui vero petunt tutores, aut curatores, eos petunt à magistratibus in patria pupilli, vel juvenis ex qua per patrem (nam à patre patria dicitur) originem ducit, vel ubi patrimonium habet, quod nomen etiam à patre deducitur. Et loquitur Constitutio D hujus tit. de magistratibus municipalibus. Nam & hi tutorum, vel curatorum dationem habuerunt, *l. 3. ff. de tut. & cur.dat.*

XXXII. Enarratio.

Dationem habuet.] Vide Cujac. ad. *§. sed hoc jure*, *Inst. de Attil. tut.*

TIT. XXXIII. *De tutoribus*; *& curatoribus illustrium, vel clarissimarum personarum.*

Nunc incipit tractare, qui dare, & qui dari tutores, aut curatores possint, & specialiter in hoc tit. qui dare, & qui dari illustribus, vel clarissimis, & in E tit. seq. generaliter, qui cæteris. De illustribus est *l.2.* ut ii tantum, qui curiæ civitatis suæ obstricti non sunt, tutores dentur illustribus Senatoribus .i. illustrium Senatorum liberis impuberibus sui juris. De clarissimis est *l. 1.* Nam initio ejus non est legendum, illustribus, sed illustris Præf. urbi, ut nonnulli Codices habent, ut Codex Th. ut *l. 2. inf. qu. mul. tut.off.* Cæterum fateor in ea lege clarissimorum nomen accipi latissime : ut Nov.71. *& sup tit. ubi Sen. vel clar.* ut scilicet comprehendat tres gradus dignitatis Senatoriæ, illustres, spectabiles, & clarissimos, & uxores liberosque eorum, non etiam Senatores, sine dignitate. Est enim clarissimorum nomen generale, & speciale. Et

A est sententia *l. 1.* elegantissima; quæ olim pertinebat etiam ad plebejos, sed additis multis Justinianus eam coangustavit tantum ad clarissimos, hoc est nobiles, *l. ult. §. sed si quidem nobilis*, *inf. de cur. fur.* Ut scilicet clarissimis puberibus, vel impuberibus, si deficiant testamentarii, vel legitimi tutores, aut curatores, vel excusati sint, in urbe tutores, aut curatores, constituantur ex quocunque ordine Senatorio, vel equestri, ab illustri Præf. urbi, qui est Princeps Senatus, adhibitis in consilium x. Senatoribus, & prætore tutelari, hoc ordine ut prius nominentur plures, deinde unus idoneus pronuntietur sententia præfecti urbi, & ille postea solemniter detur, decernatur, prodatur, inauguretur, confirmetur auctore prætore tutelari. Sententia præcedit decretum, ut *l. ult. inf. de mag. con. l.tuto-*

B *res, ff. de cont. tut.* In provinciis autem, ut clarissimis tutores, vel procuratores dentur, aut nominentur, dandi à præsidibus decreto decurionum, periculo eorum, qui præsentes adfuerint, cum tamen in urbe, ut constat ex *tit.de magn.con.* magistratus, vel adsessores earum tutelæ administrationis periculum non agnoscant.

XXXIII. Enarratio.

Ut nonnulli codices habent] Sic vetus Ægidii Menagii.

Senatores sine dignitate] Vide sup. *lib. 3. tit. ubi Senatores vel clar.*

Ab illustri præf. urbi] Præfectus urbi illustrium, & clarissimorum filiis tutores constituit, Prætor cæteris,

C Cujac. ad *§. 4. Instit. de Attil. tut.* vide Scholiast. Theophili.

Qui est princeps Senatus] Vide sup. *de off. præf. urbi*;

TIT. XXXIV. *Qui dare tutores, vel curatores*; *& qui dari non possunt.*

Vide lib.1. Inst. tit.20. & tit.5. lib. 26. ff.

Docuit tit. superiore specialiter, qui dare, & qui dari tutores, vel curatores possint illustribus, vel clarissimis personis. In hoc tit. docet generaliter, qui dare, & qui dari cæteris possint, vel non possint, quæ duæ quæstiones, & illam nectunt, Cui dari possint. Nec enim potis est quisquam dare, nisi sit cui dare pos-

D sit : ac primum quidem tutorem habenti tutor dari non potest, *l.9. & 10.* qua de re proprio t. 36. Nec homini non subjecto jurisdictioni suæ : Nam & si tutoris datio non sit jurisdictionis, tamen quia jus dicentis officium consistit etiam in dando tutore, *l. 1. ff. de jurisdict.* & in tutore dando magistratum municipalem, aut provincialem servare oportet fines territorii, & jurisdictionis suæ, *l. 5. hoc titulo leg. 5. sup. qui pet. tut.* Et ad hanc quæstionem, Cui dari possint, etiam pertinent *l. 1. 11. 12.* Nam & si titulus hic sit, Qui dare, & qui dati, tamen ubi hoc quæritur, consequens est etiam id quæri cui dari possint, *leg. naturalis*, *§. ult. ff. de conf. tut.* Sunt eæ tres quæstiones jugatæ inter se atque connexæ. Et illa, qui dari possint, vel non possint, facillima est.

XXXIV. Enarratio.

Lege 10] Cujacius legit, *tutorem*, in *d.* l. 10. duo tamen antiqui Codices Menagii, & Brodæi habent, *curatorem*.

Non sit jurisdictionis] *L. muto 6. §. tutoris*, *ff. de tutel.*

L. 1. 11. & 12. Tutela est vis, & potestas in capite libero : id est, in patrefamil. aut matrefam. non in eo, qui quæve sit in potestate, vel manu, vel mancipio. Cujac. ad tit. *de tutel. §. 1. Instit.* Si tamen impuberi, aut juveni fiat controversia status, recte tutor, aut curator ei dabitur, quia interim pro libero habetur, *l. 1. h.t.*

h. 1. ut ita demum teneat datio, si liber pronuntiatus sit, *l. ei qui 17. ff. de tut. & curat. dat.* In *l.* 11. *&.* 12. datur specialis curator ad litem, deficiente generali: quia minor indefensus, legitimus litigator oon est. Vide sup. qui legit. pers. in judic. hab.

Qui dari poss. vel non] Maritus uxori curator dari non potest, *l. 2. hoc tit.* ne ratio tutelæ reddendæ cohibeatur, *l. non solum 67. §. sed videamus, ff. de ri. nupt.* Utroque lumine captus curator esse non potest, *l.* 3. in qua Josias Mercerus ad Nonium Marcellum legi mavult, *habere*, eo sensu, ut luminibus capto curator dari non debeat. Scripti codices variant. In libro Ægidii Menagii sic legi videtur, *curatorem habere*. In libro Juliani Brodæi scriptum quidem est, *haberi*, sed *re* è mutatum in i: & hæc vera lectio est. Vide inf. tit. 67. Item miles curator esse non potest, *l.* 4. quia Reipublicæ operatur, cujus causa præcipua est. Ut nec volens admittatur, *§. idem & in milite, Instit. de excus. tut.* Nec servus, *l. in servili 7.* nec enim servo committi debuit liberum caput. Denique Principis colonus, *l. ult.* Creditor autem debitori suo tutor dari potest, *l. creditorem 8. hoc tit.* quæ abrogata est *Nov.* 77. *cap.* 1. & ideo d. lex non est in Basilicis.

Jugatæ] M. Tull. Tuscul. 3. *hoc quidem est commune virtutum; omnes enim inter se jugatæ sunt.* Profert Nonius in v. jugatum.

TIT. XXXV. *Quando mulier tutelæ officio fungi potest.*

ET notissimum quoque fœminam tutorem aut curatorem dari non posse, quæ olim perpetua tutela, aut potestate viri continebatur. Sed lege 2. & 3. matrem dare liberis unde unde quæsitis posse introduxerunt certis condicionibus, quarum & facilis cognitio est, simul ac juris novi & novissimi, quo huic tit. abrogatum vel derogatum est. Et quod in matre, idem in avia. Et hi vero qui tutores aut curatores dari non possunt, hujus condicionis sint, ut necesse non habeant se excusare; & periculum cessationis ad eos non pertineat, & ne volentes quidem admittantur.

XXXV. Enarratio.

FOeminam tutor.] Tutela enim munus virile est; *l. 1. hoc tit.*

Quæ olim perp. tutela] Ante legem Claudiam, quæ tutelas legitimas fœminarum puberum sustulit, Ulp. *tit.* XI. *§. quantum adgnatos*, & ibi Cujac.

Aut potestate viri contin.] Si in manum viri convenisset: vide sup. tit. 30.

Unde unde quæsitis] Sive naturales sint, sive ex justis nuptiis quæsiti.

Juris novi & noviss.] *Vide authent. matri & aviæ h. tit.*

Ut necesse non hab. se excus.] *L. 1. sup. de confirm. tut. l. 1. §. ult. ff. de excusat. tut. §. item major, Instit. de excus. tut.*

TIT. XXXVI. *In quibus causis tutorem habenti tutor vel curator dari potest.*

Vide tit. 5. lib. 26. ff.

INtelleximus jam sup. ex *l. 9. tit. 34. & l. 9. tit. 31.* tutorem habenti tutorem dari oon posse, quæ regula juris dicitur, *l. ventri, ff. de tut. & cur. dat* & ea utuntur sæpe auctores, & Paulus in admodum singulari specie *lib. 4. Sent. tit. de fid. lib. & d. l. ventri*, quæ conjuncta *l. 1. ff. qui pet. tut.* ex lib. 7. differentiarum Modestini, tres exponunt differentias inter tutorem & curatorem, & eam regulam aperte docent non pertinere ad curatorem, sed ad tutorem tantum. An vero quia actus legitimus semel tantum sit, qualis est datio tutoris ex inquisitione atque decreto? An quia pupillus est in tutoris potestate, & nemo potest esse in duorum potestate, ita ut sit cujusque potestas in solidum, nisi pro uno habeantur: ut cum sunt conjunctim dati duo pluresve tutores, *l. simul, ff. de tut. & cur. dat.* Curatoris autem nulla est potestas in personam. Sed hujus regulæ exceptiones pleræque inductæ sunt ex S. C. Nam in locum absentis Reip. causa, licet tutor esse non desinat, alius tutor dari potest, *l. 1. hoc tit. l. 3. §. si quis absuturus, ff. de susp. tutor. l. si tutor Reip. de tut. & rat. dist. l. quæsitum, de tut.* & multo magis curator, *l. in omnem, ff. de tut. & cur. dat.* Et in locum remoti, licet alii pupillo tutores sint, vel præsto sit legitimus, & in locum defuncti, licet alios tutores habeat superstites, *l. tutorem sup. tit. 34. l. 4. hoc tit. l. 2. inf. de tut. vel cur. qui satis non dedit.* Et in locum excusati similiter vel deportati, *l. 2. hoc tit. l. si quis sub conditione, ff. de test. tut.* vel relegati, *l. 4. hoc tit. l. 3. sup. qui pet. tut.* vel furiosi, muti, surdi, *l. pen. ff. de tut.* nec tamen ideo sequitur quin eorum loco curator dari possit, ut proponitur *d. l. 2.* licet ex SC. potuerit & debuerit alius tutor dari, sed curator ille instar est tutoris. Nec enim durat ultra pubertatem, & tutelæ sive protutelæ eum teneri quidam existimabant *l. 3. inf. urb. tut.* Ergo exemplo absentis Reip. causa, & excusati: in cujus tutoris locum dari alius tutor potest, & curator quoque, ut in locum relegati etiam curator. *l. tutor, §. ult. ff. de excus. tut. l. 14. §. quid ergo, ff. de sol.* vel actor, *l. sine herede §. ult. De adm. tut.* & in locum furiosi, *l. 12. ff. de excusat.* & in litem quoque tutor vel curator, ut dicemus tit. 44. Et eæ quidem sunt causæ in quibus tutorem habenti tutor datur, de quibus *l.* 1. 2. 4. In aliis, id est 3. & 5. sunt causæ in quibus curator adjungitur tutorem habenti, quibus fere placet etiam tutorem adjungi posse in alia bona, *l. propter litem, in fi. ff. de excus.* Et in summa, quibus tutor, & curator, & è contrario, & recte emendavi in Rubrica. In quibus causis, ut *l. 4. hoc tit.* & in *l. tutorem tit.* 34. & tutorem habenti, non tutorem vel curatorem, alioquin regulam superiorem rubrica supponeret etiam in curatore.

XXXVI. Enarratio.

QUæ regula juris] Et à Theophilo *§. 5.* Institut. de curationib.

Actus legit. semel tant. f.] *L. actus 77. de reg. jur.*

Nulla est potestas io personam] Tutela est personarum, *l. quia personæ 14. ff. de testam. tut.* cura bonorum, *l. in copulandis 8. sup. de nupt.*

Inductæ sunt ex SC.] Ulpian. *tit. 11. §. 1. & §. ex lege*, & tribus sequentibus.

Et multo magis curator] Et ideo auctores Basilic. io interpretatione d. legis 1. sic scribunt: *δίδοται οὖν εἰς τόπον αὐτοῦ ἕτερος ἐπίτροπος, ἢ κουράτωρ: datur itaque in locum ejus tutor alius, vel curator.*

Et io locum remoti] *L. 4. hoc tit.*

Vel relegati] In perpetuum, *l. 3. sup. qui pet. tutor.* ex qua *d. leg.* 4. interpretationem adhibendam esse censent Græci: vide tamen Cujacium ad *l. 8. ff. de excusat. tut.*

Vel furiosi, muti, surdi] Ulp. *d. tit. 11. §. præterea.*

Licet ex SC.] *d. l. pen.*

Instar est tutoris &c.] Quia non ut minori, sed ut pupillo datus est. Græci: *ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὡς ἀφήλικι ἐδόθη, ἀλλ' ὡς πουπίλλῳ, ὁ δηλαδὴ ἐκείνῳ. παύεται τῆς δεσποτείας*, *l. 2. hoc tit. & l. curatorem 25. ff. de tutor. & cur. dat.*

In quibus causis] Sic legitur in veteri codice Menagii & Brodæi.

Ut l. 4. h. t.] In qua tamen Basilica causas interpretantur *θέματα*, *casus*.

TIT.

TIT. XXXVII. *De administratione tutorum & curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda vel deponenda.*

Vide tit.7. eod. lib.

DIxit veluti præmissionis loco de variis tutorum generibus, de testamentariis, de legitimis, de his qui petuntur, & dantur, cui & qui dari possint, & à quibus dari vel peti, & ubi. Sequitur jam ut dicat de contractu ipso .i. administratione tutelæ, vel curæ, ex qua proculdubio est ultro citroque actionem nasci, directam & contrariam tutelæ inter tutorem & pupillum, utilem negotiorum gestorum inter adolescentem & curatorem, eoque nomine bona tutorum & curatorum esse tacite obligata pupillo & adolescenti, *l.20. hoc tit. §. & ut plenius, supr. de rei ux. act. l.1. supr. rem al. ger. l.ult. supr. de leg. tut. l.ult. §. & inventario. infr. de cur. fur.* non tantum si id fecerint quod facere non debent, sed & si id non fecerint quod facere debent, *l.1. in pr. ff. de tut. & rat. distr.* Nam & qui non facit quod facere debet, videtur adversa facere, & contumacia ejus vel negligentia, dolus vel culpa, pro facto, pro contractu, pro gestione vel administratione est, sicut dicitur dolum ejus qui non possidet pro possessione esse, & qui facit quod facere non debet, non facere videtur .i. mala administratio pro cessatione est, *l.qui non facit, ff. de reg. jur.* Et breviter, officium tutoris, vel curatoris est neque prætermittere utilia, neque admittere inutilia, *l.27. supr. de ep. aud.* Pars autem prima officii & administrationis est inventarii confectio, secunda deposito pecuniæ ad prædiorum rusticorum comparationem, aut si bona conditio non suppetat prædii comparandi, pecuniæ fœneratio. Cæterarum rerum omnium diligens custodia ex edicto Constantini abrogata auctionandi necessitate. Summa vero atque præcipua defensio pupillorum in judiciis, adolescentum, furiosorum & cæterorum, quibus curatores dari solent, *l.ult. hoc tit. l.30. ff. eod.*

XXXVII. ENARRATIO.

DOlum ejus qui non poss.] *L.qui dolo 131. l. parem 150. & l.ad ea 157. §.1. ff.* de *reg. jur.*

Inventarii confectio] *L. tutor. 7. ff. eod. l.24. hoc tit.*

Depositio pecuniæ] *L.4.5. & d.l.24. h.t.* quod explicandum secundum *Novel. 72. cap.6.7. & 8.*

Ex edicto Constantini] *L.22. h.tit.*

Abrogata auctionandi necess.] Auctionari est vendere in foro sub hasta. M. Tullius pro Dejotaro: *Dejotarus auctionatus est, sefeque expoliare maluit, quam tibi pecuniam non subministrare.* Cornel. Tacit. Annal.1. *Ubique hasta, & sector, & inquieta urbs auctionibus.* Glossæ: *auctio, ὑπόπρασις.*

TIT. XXXVIII. *De periculo tutorum & curatorum.*

Vide eund. tit. & lib. ff.

ADministrationi conjunctum est periculum: Nam si quid per causam administrationis neglectæ, vel gestæ perperam amiserit minor, aut non adquisierit, tutor vel curator eo nomine minorem indemnem damno præstat, hoc est, damni periculum agnoscit secundum regulam *l.10. supr. tit. prox.* ut resarciat damnum qui dedit, quod & aliæ leges multæ in eo tit. demonstrant, *l.8.11.18.21.23.* Nec specialiter datur post illum hic titulus de periculo, ut idem repetatur, sed ut intelligatur periculum administrationis non semper ad tutores, vel curatores redundare, non certe administrationis collegæ, qui in alia provincia tutelam pupilli administravit, *l.2.* non si casu fortuito damnum contigerit negotiis pupillaribus sine dolo aut culpa tutoris, vel curatoris, *l.3. & 4.* veluti subito occursu latronum; non periculum temporis, quo nescivit se tutorem datum, *l.5.* non periculum futuri temporis, *l.ult. hoc tit. l.tutores §.1. ff. eod.* sicut nec præteriti temporis, *l.1. supr. tit. prox.* Et ut intelligatur non tantum tutores & curatores eos periculo administrationis obstringi, qui dati sunt administrandi causa, sed etiam eos qui dati sunt notitiæ causa ut tutores alios, vel curatores instruant de fortunis pupilli, quales dantur plerumque liberti qui actores fuere rerum domini, & novere totius familiæ rationes, negotia, bona, supellectilem, *l.1. hoc tit.*

XXXVIII. ENARRATIO.

AUt culpa tutoris] Damnum enim quod tutoris culpa contigit, tutorem respicit, puta si res pupilli in tutoris hospitio (ἐν τῷ ξενίῳ αὐτοῦ, Basil. l.37. tit.7.) vi ignis absumptæ sint, quas in horreo conditas habere debuerat, *d.l.3.*

Futuri temporis] Post finitam tutelam vel curam.

TIT. XXXIX. *Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conveniri possunt.*

Vide tit.9. eod. lib. ff.

HIc titulus etiam est de administratione tutoris, vel curatoris. Nam ex lite quam intendit tutor minoris nomine, si condemnetur, docet minorem conveniri utili actione judicati, *l.1. hoc tit.* & ex mutuo utili actione creditæ pecuniæ, si tutor pupilli nomine mutuam pecuniam acceperit, eamque converterit in rem pupilli, *l.3. hoc tit. l.2. infr. de cur. fur.* Et ex diverso docet minores agere actione ex stipulatu de pecunia sua credita à tutore, vel curatore, *l.2.* & locati ex locatione prædiorum suorum à tutore, vel curatore facta, *l.4.* quæ omnia administrationis nomine continentur. Regulariter pupillo per tutorem non adquiritur actio, *l.ultim. hoc tit. l. solutum §.per liberam, ff. de pign. act.* Sed ex his causis adquiritur utilis, ut *l.2. hoc tit. l.2. ff. eod.* quia pecunia, aut prædia ejus fuerunt, non directa: quia suo nomine tutor credidit, vel locavit, alioquin frustra locasset nomine pupilli. Credidisset autem nomine pupilli & quilibet alius non inutiliter, *l.2. sup. per. quas per nob. adq.* tam pupillarem, quam pecuniam suam jure singulari. At quibus ex causis pupillus convenitur ex facto tutoris, utili judicio convenitur, quia tutor litigavit, vel mutuam pecuniam sumpsit nomine pupilli, *l.2. infr. de cur. fur.* non directo, quia non ipse contraxit.

XXXIX. ENARRATIO.

ET locati] Et utili vindicatione si tutor emerit, aut curator, *l.2. ff. h.tit.* οὐτιλίαν ἀγωγὴν ἐκδικοῦσαν τὸ ὕδιον ἔχουσιν οἱ νέοι. *utilem vindicationem habent juvenes.* Basilica libro 38. tit.9.

TIT. XL. *Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel unus agere pro minore, vel conveniri possunt.*

Vide tit.7. lib.26. ff.

SCire nos convenit, cum inter tutores, vel curatores non est divisa administratio, ratum haberi debere quod per unum gestum est, *l.3. in pr. ff. de admin. tutor.* ergo & rata est causæ pupillaris defensio, quam cessantibus aliis unus executus est, *l.1. hoc tit.* maxime si testamento aut ex inquisitione dati fuerint, *l.ult. infr. de auct. præst.* denunciari tamen iis omnibus de-

debet, *l.* 1. *Cod. Theod. de den. vel edit. rescr.* Sin autem divisa sit administratio per provincias à testatore, vel à judice, vel à tutoribus ipsis, nihil refert, videtur in sua quisque provincia cautum pupillarem agere debere, non in aliena: nec enim utiliter aget tutor reum hujus provinciæ, ex contractu pertinente ad aliam provinciam, *l. vel in partes*, *ff. eod.* & tamen si agat ex contractu hujus provinciæ, poterit ei obiici compensatio ex contractu alterius provinciæ, *l. inter. ff. eod.* & eadem ratione cum tutore rerum hujus provinciæ creditor alterius provinciæ recte aget, recteque eidem solvet tutor hujus provinciæ, *l. Titium, §. ultim. ff. eod.* quia divisio facta inter tutores non potest officere creditoribus suum persequentibus, *d. l. inter* quod pugnare videtur cum *l.* 2. *hujus tit.* Sed loquitur tantum de denunciatione litis solemni, ut docui Obs. 17. cap. 8.

XL. Enarratio.

DEnunciari tamen iis omnibus] Quidam codices *l.* 2. pro omnibus, habent, *hominibus*, ut non omnibus tutoribus denuntiandum sit, sed satis sit iis denunciari, qui in ea provincia tutelæ officium sustinent:

TIT. XLI. *Ne tutor vel curator vectigalia conducat.*

QUo expeditior sit tutelæ administratio, nec oneretur ex alia causa longe graviore, cavetur in hoc tit. ne tutores vel curatores fisci vectigal conducant, antequam paria cum suis minoribus fecerint, quod juris, *l.* 1. *§. ex illa*, *ff. ad l. Cor. de fals. & lege οἱ ἐπίτροποι*, *ff. loc.* docent esse ex Constitutione Severi & Antonini: & non tantum inhibere conductionem vectigalium, sed etiam prædiorum Cæsaris. Hujus prohibitionis duæ rationes sunt: Una respicit pupillum, ne tutelæ administratio & obligatio oneretur ex causa fiscali, ut *l. locatio*, *§. debitores*, *ff. de publ.* Altera respicit fiscum, ne privilegio temporis in hypothecis prælato pupillo, nihil fisco, qui etiam habet tacitam hypothecam in bonis omnibus debitoris, superlit ex bonis publicani, quo suum sibi servare possit. Denique ea Constitutio exclusit fraudem, ne qua fisco fieret hac in re: & dolo malo versatum tutorem in celanda hypotheca priore, quæ ex tutelæ causa descendit, dum accedit ad conductionem vectigalium, vel alium contractum habet cum fisco, producta in hunc casum lege Cornelia: censet teneri falsi, quia obrepsit & imposuit fisco. Sed ut cavetur in alia Constitutione Antonini posita sub hoc tit. qui incidit tutor vel curator in crimen falsi ex hac causa, si tam fisco, quam pupillo satisfaciat, facile veniam impetrabit à principe, Tutius est petere veniam, ut *l. Divus*, *§. plane*, *ff. ad leg. Corn. de fals.* quia satisfactio sola non solvit pœnam semel commissam, *l. penult. ff. de vi bon. rapt. l. qui ea mente*, *ff. de furt.* & hoc si tutela vetustior fuerit conductione vectigalis: nam si vetustior fuerit conductio, potest tutor se excusare periculo falsi, & ut Basilica interpretantur ultima verba hujus legis ἀπήλλακται τοῦ τῆς πλαστογραφίας ἐγκλήματος: & additur ratio in *d. §. ex illa*: quia Constitutio Severi & Antonini voluit excludere & amovere fraudem fisci, quæ nulla est, cum fiscus prior est in hypothecis, nec admisit excusationes tutelæ, nempe qui contraxisset cum fisco ut excusaretur à tutela: loquitur enim generaliter de eo, qui contrahit cum fisco, non ut hæc Antonini specialiter de publicano. Et excusatur quidem à tutela vel cura procurator Cæsaris, & publicanus, & conductor etiam prædiorum fisci, vel Cæsaris, nisi absque ullo damno ejus videatur tutelam obire posse. Sed non etiam quicunque contraxit cum fisco & obligatus est. Et quod in hac quæstione crimini falsi objiciunt crimen stellionatus ac si tutore vel curatore redimente vectigalia fisci stellionatus sit, non falsum, quantum potest longe summoveo: neque

A enim est stellionatus, nisi cum quis dissimulata priori obligatione, rem eandem alii obligavit specialiter; quia deficit Constitutio, quæ ad hunc casum porrexerit legem Corneliam: & in proposito casu cum quis celavit fiscum generalem hypothecam tacito jure pupillo vel adolescenti partam in suis bonis, est Constitutio Severi & Antonini, quæ ad eum porrigit legem Corneliam. Parcitur tamen stellioni ut falsario, si satisfaciat omnibus, *l.* 1. *inf. de crim. stell.*

XLI. Enarratio.

FIsci vectigal] Recte, ut constat ex his Constitutionis verbis: *Cum autem fisco.* Basilica: *μισθώσασθαι*
B *δημόσιον τέλος: conducere vectigal fisci.* Tutor autem non prohibetur conducere vectigalia civitatis: vide Cujac. ad *l.* 15. *ff. de excusat. tut.*

Paria fecerint] Sic loquitur *lex pen. §. conductores, in fi. ff. de jur. immunit.* id est, ante redditas rationes tutelæ, & reliqua præstita.

ἀπήλλακται τοῦ &c.] *Absolvitur crimine falsi.*

Parcitur tamen stellioni] Vide librum 9. tit. 34.

TIT. XLII. *De tutore vel curatore, qui satis non dedit.*

EX hoc tit. intelligimus non habere potestatem administrandi tutorem vel curatorem legitimum, aut petitum & datum simpliciter sine inquisitione, nisi
C satisdederit rem pupilli vel adolescentis salvam fore, & quidquid gessit non præstita satisdatione, vel litigando, vel alienando, vel bon. possessionem agnoscendo nomine pupilli, vel alio quocunque modo, ipso jure nullum esse, *l.* 3. *&* 5. non eadem est conditio tutoris jure testamento dati, vel non jure dati, sed confirmati decreto prætoris vel præsidis: hic enim non satisdat, etiamsi confirmatus sit sine inquisitione, *l.* 4. ut puta cum à patre datus esset filio emancipato: quia approbatio patris pro satisdatione vel inquisitione est: eadem quoque condicio est petiti tutoris & dati, vel confirmati ex inquisitione, quia idoneus pronuntiatus est, *l.* 5. *ff. de conf. tut.* & generaliter quicunque ex inquisitione eligitur, non satisdat, *l. ult. §. item rescripserunt*, *ff. de adm. rer. ad civ. pertin.* Sed si
D plures tutores vel curatores dati sint testamento vel ex inquisitione, ex edicto prætoris, qui ex eis obtulerit satisdationem, causa cognita, solus administrationem suscipit, *l.* 4. vel si plures satis offerant, idoneior præfertur, *l.* 18. *ff. de test. tut.*

XLII. Enarratso.

IPso jure nullum] Quia legitima persona non fuit, ut notant Græci: μὴ ἔχων κύριον πρόσωπον.

Pro satisdatione] Paternum testamentum pro satisdatione sufficit. *l. cum furiosus* 7. *§.* 3. *infra de curat. fur.*

Idoneus pronunciatus est] Idoneus electus, & pronunciatus est, *Instit. de satisdat. tut. in princ. l. ult. §.*
E *item rescripserunt à cur. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.*

TIT. XLIII. *De suspectis tutoribus, vel curatoribus.*

Vide tit. 28. *lib.* 1. *Inst. & tit.* 10. *lib.* 26. *ff.*

REcte superiori hic tit. applicitus est: nam qui cum satisdare debet, non satisdat, vel compellitur ad satisdationem, *§. pen. Inst. de satisd. tut.* vel removetur quasi suspectus, sine infamia, si inopiæ gratia hoc facit, cum infamia si dolo malo, *l.* 1. *&* 2. *sup. tit. prox.* sicut is, qui cessat, vel compellitur ad administrationem, vel si in eadem contumacia perseverat, re-

movetur tanquam suspectus, *l. 2. & 3. h. tit.* videlicet cum administrare simpliciter per se non est vitium, *l.4. §. ult. ff. eodem*, quid enim si honorarius sit tutor? quid si notitiæ causa datus? quid si datio ipso jure nulla? Conjoncta etiam vicinitate tituli superioris, apparet satisdationem non exigi à tutore dato testamento patris, & tamen posse eum suspectum postulari, si res pupilli fraudulenter administrare coarguatur, l. 4. *h. t.* & electionem igitur patris exonerare satisdatione, non etiam crimine suspecti. Hæc vero suspecti vel suspicionis actio, ut *l. 2. inf. de div. tut.* nulla alia in re locum habet, quam in causa minorum, vel aliorum quibus curatores dari solent ex 12. tab. favore earum personarum comparata & prodita omnibus etiam extraneis, & nonnunquam mulieribus: quin & eodem favore nemine agente, ultro prætori suspectum quem habet tutorem removere licet, & statim tutor qui suspecti postulatus est, abstinere debet administratione, curatore interim dato ad administrandum, *l. 7.* non tutore, quia damnatione non postulatione desinit esse tutor: & huic actioni locus est, manente, non finita tutela, aliter quam tutelæ actioni, cui locus est finita, non manente tutela, *l. 1. & l. pen.*

XLIII. Enarratio.

Quid enim si honorarius sit tutor?] Tutores honorarii non administrant, *l. 3. §. 2. ff. de administr. tutor.*

Quid si notitiæ causa?] De quo in l. *quæro 32. §. 1. ff. de testam. tut. l. 1. sup. tit.* 38. Notitiæ causa dari dicitur, qui ad instruendos contutores datur, quod pupilli facultates notas habeat, *l. quod si forte 14. §. ei qui notitiæ, ff. de solut. & liberat.*

Quid si datio ipso jure nulla?] *L. 1. sup. tit.* 38.

Satisdationem non exigi] *L. testamento 17. ff. de testam. tut.*

Non etiam crimine suspecti] Accusatione suspecti.

In causa minorum] Minorum nomen commune est pupillorum & adolescentium, *§. nunc admonendi, Instit. quibus alien. lic. vel non.*

Vel aliorum quib. curat. d. s.] Dantur adolescentibus, & furiosis & prodigis, dantur mente captis, surdis, & mutis, & iis qui propter invaletudinem rebus suis superesse non possunt.

Ex 12. tab.] *L. 1. & 2. ff. eod.*

Omnibus] Suspicionis actio quasi publica est, *d. l. 1. §. consequens.*

Etiam extraneis] *L. pietatis 6. §. 1. h. t.*

Et nonnunquam mulieribus] *d. l. 1. §. quin imo.*

Nemine agente] *L. 3. §. præterea, ff. eod.*

Et statim tutor] Interim enim administratio interdicta ei videtur, *L. quod si forte 14. §. 1. ff. de solution. §. si quis autem, Instit. de susp.*

Locus est manente non fin. tut.] Suspecti agimus, pendente administratione tutelæ: id enim agitur ut tutor removeatur. Tutelæ actioni, finita tantum tutela, locus est, *l. 1. in fi. & l. 4. ff. de tut. & ration. distr.* absurdum enim erat, à tutore rationem administrationis negotiorum pupilli reposci, in qua adhuc perseveraret, ut est in *l. si tutor 9. §. & generaliter eod.* Cum eo tamen, qui pro tutore negotia gessit, etiam ante pubertatem agi posse certi juris est, quia tutor non est, *l. 1. §. cum eo, ff. de eo qui pro tut.*

TIT. XLIV. *De in litem dando tutore, vel curatore.*

In hoc tit. agitur de tutore vel curatore, ad quem non omnium rerum pupillarium administratio pertinet, sed unius rei tantum, id est, unius litis defensio, nempe ejus quem pupillus intendit tutori ex causa tutelæ vetustiore, vel tutor pupillo suo: nec enim ipse in rem, litemve suam pupillo litem inferenti vel excipienti auctor esse potest, *l. 1. ff. de auct. tut.* Ergo moribus receptum est, ut Ulp. scribit lib. Reg. ut tutorem justum habenti in eam litem specialis tutor detur, quo auctore, pupillus experiatur, qui prætorius tutor dicitur, quia hoc solo casu à prætore tutor datur sine lege: hodie in judiciis extraordinariis non tutor, sed curator datur, *§. ult. Inst. de auct. tut. l. 3. 4. 5. ff. de tut.* jure igitur ordinario tutor, jure extraordinario curator: & utrumq; jus notat l. 3. dum ait, tutor sive curator: & sane liberum est vel tutorem dare jure ordinario, vel curatorem extra ordinem, sicut in aliis causis, quibus tutorem habenti tutor datur, & curator dari dicitur, ut docui tit. 36. Et *l. 4.* ad litem tutorem dat abscisse, respiciens ad jus ordinarium: eademque mens est *l. 7. inf. de excus.* Et *l. ult.* concedit quidem ex solemnitate juris ad litem dandum esse tutorem juxta *l. curatorem, ff. de auct. tut.* & *l. cum in una, ff. de appell.* si quidem agatur solemni, legitimo & ordinario jure; hodie vero quia plerumque agitur extra ordinem, omissis solemnibus formulis, sufficere curatorem.

XLIV. Enarratio.

Ulpianus] *Tit. 11. §. moribus.*

Tutorem justum habenti] Tutorem generalem habenti. Si tamen plures tutores sint, curatorem litis causa dari necesse non erit, quoniam altero auctore cum altero agi potest, *l. 1. h. t.*

TIT. XLV. *De eo qui pro tutore negotia gessit.*

V. tit. v. lib. 27. ff.

In hoc tit. ostenditur, non tantum justum tutorem vel curatorem teneri ex administratione, sed etiam eum, qui quasi tutor, vel curator aliquid gessit, cum non esset tutor, aut esse non posset, ut miles, aut mulier, aut datus à muliere: & quasi tutor pro tutelæ actione, quasi gestor negotiorum gestorum, *l. 1. & 4. sup. de test. tut. l. 4. sup. qui dar. tut.* Quasi curator, utili negotiorum gestorum, qua verus curator tenetur, & in falsum curatorem deflexa.

XLV. Enarratio.

Non tantum justum tutorem] Qui jure datus est.

Qui quasi tutor] Cæterum si quasi tutor aget nomine pupilli, poterit ei opponi exceptio, *si non tutor er*, ut legendum videtur in *l. 2. h. t.* formula est exceptionit. Scripti tamen codices nihil mutant: & ideo non facile recedendum à vulgata.

Ut miles] *l. 4. sup. qui dar. tutor.*

Aut mulier] *l. 1. h. t.*

Aut datus à muliere] *l. 4. in fi. sup. de testament. tut.*

Et quasi tutor pro tutelæ] Sive putet se tutorem, sive se esse fingat, *l. 1. §. 5. ff. de eo qui pro tut.* quia munere tutoris functus est, & eo affectu negotia gessit.

Quasi gestor negot. gest.] Is qui pro tutore negotia gessit, etiam negotiorum gestorum actione tenetur. Vide Cujac. ad Paulum *Sent. lib. 1. titulo 4. §. ult.*

Quo vetus curator] *L. curatoris 17. C. de negot. gest. l. quicquid 7. inf. arbit. tut.* vide libri 27. D. tit. 3.

TIT. XLVI. *Si mater indemnitatem promiserit.*

Hic titulus est de periculo administrationis, quod interdum suscipit mater, promittendo securitatem pupillo, vel tutori ejus: & quidem si pupillo pro tutore, vel tutori pro pupillo sua sponte securitatem pro-

promiserit, intercessio est; quæ infirmatur SC. Vellejano, *l.* 1. nisi specialiter decreto comprehensum sit, periculo matris, quæ tutorem petiit, tutorem dari, *l.* 3. Sed si tutori pro tutore ipso indemnitatem promiserit, forte dum cupit, tutorem sibi permittere administrationem rerum filii sui totam, aut in partem, intercessio non est: quia alii se pro alio non obligat, & idcirco ex ea re nihil juvatur SC. Vellejano, *l.* 2. *hoc tit. l. si mater supra ad Vell. l. tutor, l. quamvis, §.* 1. *ff. eodem*, ac si pupillus finita tutela elegerit tutorem, indemnem tutorem damno præstabit mater. Dico, elegerit: nam & cum matre ei est non quidem ex stipulatu tutoris, *l. tutorem infra arb. tut.* sed negotiorum gestorum actio, *l. si mater supra de usur.* & hæc electio in *l.* 2. significatur verbo, malunt. Ex hac *l.* 2. interpretanda est hæc sententia Pauli, Mulier quæ pro tutoribus, *lib.* 2. *tit. ad SC. Vell.*

XLVI. Enarratio.

INtercessio non est] Mater convenitur propter malam administrationem: *καὶ εἰκότως: οὐκ ἔστι γὰρ ἰντερκεσσίων: & merito: non enim intercessio est.* Græci.

Finita tutela] Cum pupilli legitimæ ætatis effecti fuerint, ut est in *l.* 2. ad quam Thalelæus notandum monet, legitimam ætatem dici pro pubertate, frequentius enim dici pro ætate 25. annorum.

Non quidem ex stipulatu] Mater pupillo non tenetur ex stipulatu, quia ei non promisit, sed tutori tenetur, cui securitatem promisit.

TIT. XLVII. *Si contra matris voluntatem tutor datus sit.*

HIc titulus respicit ad 43. à quo propius abest, & vult ut tutela etiam removeatur, qui datus est contra matris ultimam voluntatem, id est quem filio impuberi heredi instituto moriens mater tutorem dari vetuit: & hoc ignorans forte prætor, si quem dederit, ut re cognita repellat: & quemadmodum matris voluntatem servat in tutore confirmando, quem mater dedit filio heredi instituto, habita inquisitione tamen, *l.* 4. *supra de test. tut.* ita & in reprobando eo, quem mater reprobavit, matris sequitur voluntatem; sed, ut sentio, ex inquisitione tamen, & sine infamia reprobati atque remoti. Addidit Tribonianus exceptionem, nisi & is jam fraudem in tutela admisisse convictus fuerit: tunc enim removetur cum infamia, ut *l. ultim. supra tit.* 43. *& l.* 2. *tit.* 42. Voluntas in hoc titulo, est ultima voluntas.

XLVII. Enarratio.

COntra mat. ult. volunt.] Antonius Loisellus V.C. & doctissimus delebat vocem, *ultimam*, quæ nec est in tit. est tamen in veteri Menagii. Theodorus interpres Basil. vel legit ut vulgo, vel certe interpretatur quasi ita legerit.

Est ultima voluntas] Sic accipitur voluntas in *l. cum post* 69. *§. nuptiis, ff. de ju. dot.* quæ voluntas suprema, Tacito hist. 1. cap. 48.

TIT. XLVIII. *Ut causæ post pubertatem adsit tutor.*

TUtela finitur pubertate: periculum autem administrationis non ante finitur quam tutor rationes reddiderit, & tutelam omnem curatori restituerit, *l. ultim. supra de per. tut.* & sententia quoque prætoris, aut præsidis, si qua opus sit, liberatus fuerit, *l.* 15. *supra de adm. tut.* Et non transtulit omnem, qui detinet instrumenta litis suo consilio cœptæ. Ergo periculum ejus litis ad eum pertinet, non ad curatorem.

XLVIII. Enarratio.

SUo consilio cœptæ] Tutor quoad rationes reddiderit, pupillum debet defendere in lite contestata ante pubertatem. Theodorus.

TIT. XLIX. *Ubi pupilli educari debeant.*

PArs administrationis præcipua, si negotia pupillaria spectas, est defensio causæ pupillaris: Si personam, educatio, quo nomine non tantum victus significatur & vestiarium & habitatio, *l. ultim. ff. de alim. leg.* sed etiam institutio morum & liberalium artium, *l.* 2. *tit. seq.* educatio ingenii, ut in Comœdia, *Bene & pudice doctum atque eductum ingenium*. Et educantur vero plerumque apud matrem viduam, vel si ea de re non bene conveniat inter tutores, matrem, & cognatos, apud eum quem educatorem decreverit prætor aut præses, *l.* 1. qui utique non decernet temere educatorem eum, qui pupilli successionem sperat, *l.* 2. licet eadem ratione ad eum redierit tutela legitima. Hoc autem distat hic tit. à 24. quod hic est de liberis orbatis patre, ille de habentibus patrem.

XLIX. Enarratio.

Vide lib. 27. *tit.* 2.

EST defensio causæ] *L. ultim. supra tit.* 37.

Non tantum victus, &c.] Hierocles in aurea Pythagoræ: *ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ἐν τροφαῖς καὶ γυμνασίοις ἐστὶν ἡ τοῦ σώματος θεραπεία, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν προσδεῖται, οἷον ἱματίων, ὑποδημάτων, σκευῶν παντοδαπῶν, καὶ τῆς πάντα ταῦτα ὑποδεχομένης οἰκήσεως: Quoniam autem non in alimentis tantum, atque exercitationibus, versatur corporis cultus, sed multis etiam rebus indiget, cujus generis vestimenta sunt, & calceamenta, & supellex varia, atque domus, qua continentur ista omnia,* &c.

Ut in Comœdia] Terentius in Andria Act. 1. Sc. 5.

Apud matrem viduam] Quod igitur hoc loco dicitur, locum habet, morte soluto matrimonio. Nam si repudio solvatur, liberi manent apud eum parentem, qui divortio causam non dedit, secundum *Nov.* 117. Theodorus.

Eum qui pupilli successiom. sperat] Græci *ὕποπτοί εἰσιν οἱ περὶ τὴν κληρονομίαν ἐγγύτεροι: suspecti sunt qui proximiores successores sunt.*

Licet ead. ratione] *L.* 1. *ff. de legit. tut.*

TIT. L. *De alimentis pupillo præstandis.*

Vide d. lib. 27. *tit.* 3.

COnsequens erat docere alimenta constitui pupillo, vel adulto, & præstari sine mora arbitrio tutoris, vel arbitrio prætoris aut præsidis pro modo facultatum, etiamsi de statu ei bonisque paternis, quæ possidet ex edicto Carboniano, vel suo jure controversia fiat, *l.* 5. & aliquando tutius esse sine decreto magistratus ea constitui tutoris, vel curatoris arbitrio: nec enim posse minores probe recusare sumptus quibus educti sunt liberaliter bona fide factos, *l.* 3. *supra de adm. tut.* nisi eos alium quam tutorem fecisse probent. *l.* 2.

L. Enarratio.

SIne mora] *L.* 2. *ff. de re judic.* conjuncta Basilic. interpretatione, lib. 9. tit. 7.

Pro modo facultatum] Ut in Adriani Sentent. apud Dositheum: *κατὰ δύναμιν τῆς ὑπουσίας τροφὴν αὐτῷ πάρεχε: Pro modo facultatis alimenta ei præsta.*

Probe recusare sumptus] Improbe sumptus recusat, quasi vento vixerit, ut est in *l.* 2. Cujacius in Codice,

dice suo Plauti locum aliter quam vulgo conceptum notaverat Truculenti Act. 5. *Non enim possunt militares viri à vento educier:* aut non plura comederit, quam cicadæ, ut apud Libanium in Declamat. 37. Huc facit illud Demosthenis in oratione de Chersoneso: *πόθεν γὰρ αἴσθε ἀλλόθεν τὸν μήτε λαβόντα παρ' ὑμῶν μηδὲν μήτε αὐτὸν ἔχοντα ὁπόθεν μισθαδοτήσει στρατιώτας τρέφειν; ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; οὐκ ἔστι ταῦτα: Nam unde alas eum, qui nec à vobis quicquam accepit, nec ipse habet unde stipendia solvat, milites alere putatis? num de aere? minime id quidem: vi ure de l'air.* v. Joannem Drusium in Oseam cap. 12.

Quibus educti sunt lib.] Plautus in Menæchm. Act. 5. Sc. 5. *Meo cibo & sumptu educatus est.* Quidam codd. *eductus.*

TIT. LI. *Arbitrium tutelæ.*

V. tit. 3. lib. 27. ff.

SAtis jam de contractu ipso dixit .i. officio & administratione tutelæ. Nunc venit ad actionem, quæ ex eo contractu nascitur, quam vocat arbitrium tutelæ, quod hujus judicii potestas omnis sit in arbitrio judicantis, qui excussis tutelæ rationibus ex bona fide statuat, quid tutorem pupillo præstare aut reputare & pensare oporteat. Et est huic judicio sive arbitrio locus in tutorem. Videtur etiam dari in curatorem pupilli, *l. 3. hoc tit.* & est ratio cur & in eum detur, quia tutoris instar obtinet, saltem protutelæ: nam & sicut tutor, ita curator pupilli eo pubere facto, deponit officium, *l. 1. inf. tit. 60. l. 2. sup. 36. l. curatorem, ff. de tut. & cur. da.* & in ea sententia videntur fuisse Jurisconsulti quidam, ut Thalelæus ait in hanc l. 3. *καὶ ἐν γνώμῃ νομικῶν λέγονται, τὸν τοῦ ἀνήβου κουράτωρα τῇ τουτέλῃ κατέχεσθαι, ὅπερ νῦν οὐδαμῶς ἀρέσκει,* quibus accedat d. *l. 3.* Sed verius esse ait Ulp. *l. 1. §. si curator, ff. de eo qui pro tut.* cessare tutelæ vel protutelæ actionem. Cæterum in hoc tit. etiam agitur de utili negotiorum gestorum, qua curator tenetur, *l. 7. & ult.* Et in utramque venit id quod interest, *l. 4. h. t.* Ut redeant rationes administrationis & quidquid reliquorum nomine debent, qui negotia gesserunt, *l. 9.* (*) quidquid dolo, aut culpa eorum lata vel levi minores amiserunt, vel non adquisierunt, *l. 7.* excepto casu *l. 2.* nimirum in nominibus paternis exigendis, qua in re remissior tantum negligentia & nimia cessatio .i. lata culpa arguitur, & in casu *l. tutor, §. competit, ff. de adm. tut.* Et utraque est bonæ fidei, & privilegiaria, & perpetua, & in utramque usuræ veniunt: utrique data est tacita hypotheca, utraque datur heredi & in heredem, in utraque ordo servatur, *l. 6.* In utraque venit quod post finitum officium gestum est, cum esset administrationi connexum, & in utraque inventarii publicam fidem sequimur.

LI. Enarratio.

QUia tutoris instar obtinet] Vide sup. tit. 36.

Καὶ ἐν γνώμῃ &c.] *Erant quidam Jurisconsulti qui existimabant curatorem pupilli tutelæ teneri, quod nunc non obtinet.*

Cessare tutelæ vel prot. act.] Datur igitur utilis negotiorum gestorum.

Vel non adquisierunt] Novum non est, teneri eos si quid minores non adquisierint: nam & minores in integrum restituuntur, sive quid amiserint, sive non adquisierint. Græci.

Excepto casu l. 2.] Ad quam Thalelæus notat, Imperatorem custodite dicere, latam culpam: & ad *l. 7. eod.* regulariter quidem tutorem levem etiam culpam præstare, sed in paternis rebus latam dumtaxat culpam.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 7.*

A Utraque est bonæ fidei] *§. actionum autem, Instit. de action.*

Et privilegiaria] *L. dabimusque 19. §. 1. ff. de reb. auctor. judic. possid.*

Et perpetua] *L. tutores 8. h. t.* utraque tricenaria est.

Usuræ veniunt] *L. 3. §. usuras, ff. de contr. tut. & l. 6. hoc tit.*

Tacita hypotheca] *L. pro officio 20. sup. de administr. tutor.*

Datur heredi] *l. tutelæ 12. h. t.*

In utraque ordo servatur] Prius convenitur, qui administravit, *l. 6. h. t.*

Administrationi connexum] *l. tutor 11. h. t.* At si brevi tempore intermisso, abstinuerit administratione,
B & rursus se ei miscuerit, tutelæ non tenebitur: nec enim connexa est hujusmodi administratio: tenebitur igitur utili negotiorum gestorum, *l. si post pubertatem 14. ff. de tut. & rat. distrah.*

Publicam fidem sequimur] *L. ult. vers. sin autem, hoc tit.*

TIT. LII. *De dividenda tutela & pro qua parte quisque tutorum conveniatur.*

HIc tit. est de divisione administrationis & actionis tutelæ, & pro qua parte actio dividatur inter tutores. Et dividere trahit etiam secum non dividere, sicut facere non facere .i. ubi de uno tractatur, necesse est etiam tractari de altero. Igitur quæstio omnis
C hæc eo pertinet, ut sciamus cum plures tutores sunt aut curatores (nam & tutores ad se pertrahunt curatores) pro qua parte in singulos agi possit, aut quando in unum ex pluribus in solidum. Dividere est agere pro parte in singulos. Non dividere est agere in solidum in unum è multis. Sic autem distinguendum. Aut divisa est administratio in parte, vel in regiones, sive provincias, aut indivisa. Si divisa à testatore, vel à judice, actio etiam tutelæ dividitur, ut pro ea tantum parte quisque conveniatur, quæ ei attributa est, non pro parte collegarum, nisi dolus ejus aut culpa arguatur, quod collegam suspectum non fecerit, aut tardius eversis jam facultatibus, aut lusorie fecerit, *l. 2. §. 1. hoc tit. l. si duo, ff. de adm. tut.* Julianus Antecessor in collectione quam fecit studiosis & operæ pretio quæstionis
D hujus: Nisi aut cum oportebat contutorem removere ut suspectum omnino non removit, aut tardius removit. Sin autem divisa sit tutorum conventione sine judice, singuli tenentur in solidum cum hac conditione, ut quem pupillus elegerit, ei cedat actionibus suis adversus alios, *l. 2. in fi. hoc. tit.* quia conventio tutorum non potest in fraudem pupilli dividere officium tutelæ, periculumque commune, *l. 3. hoc tit.* Denique perinde omnia servantur divisione facta ex tutorum conventione, atque si pro indiviso omnes tutelam administrassent: quæ nunc diligentius explicabo. Si divisa sit administratio tutorum conventione vel omnino indivisa, aut communiter omnes tutelam gesserunt pro diviso ex conventione, vel pro indiviso, aut nulli, aut quidam gesserunt, quidam cessave-
E runt. Si omnes pariter pro indiviso sine conventione, vel pro diviso ex conventione, vel nulli, eligere pupillus potest cum quo experiatur in solidum cessis actionibus adversus alios, *l. 2. in pr. hoc tit. l. 6. sup. tit. prox.* nisi omnes solvendo fuerint litis contestatæ tempore: hoc enim casu is, quem eligit pupillus, posita exceptione, desiderare potest actionem dividi inter omnes exemplo epistulæ Adriani pro virilibus portionibus, aut pro rata ejus, quod quisque gesserit, *l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. distr.* Vel si nemine electo, pupillus agat cum omnibus, & condemnet omnes, æque periculum sententiæ dividitur inter eos pro portionibus virilibus, *l. 2. inf. Si pl. un. sent.* Sed si tempore litis contestatæ omnes solvendo non fuerint, si unus

fuerit

fuerit solvendo; cæteri non solvendo; ille solus convenitur in solidum, ut *l. 2. ff. de quibus caus. ad eund. jud. eat.* cessis actionibus adversus collegas, *l. ex plurib. ff. de adm. tut.* vel sine cessione datis utilibus, *d. §. nunc tractemus, l. 2. inf. tit.* 58. & hoc ubi unus convenitur ex culpa communi: nam si ex propria culpa, *l. 2. inf. de con. jud.* vel si ex dolo communi, ex contumacia communi, id est cessatione omnium improba, quia doli nulla est societas, ei neque ceduntur directæ, neque dantur utiles, *l. 1. §. plane, ff. de tut. & rat. distr. l. si plures, ff. de adm. tut.* Ad hæc sciendum non statim onerari idoneum propter non idoneum: prius enim excutiendus est, qui dicitur non esse idoneus, & fidejussor, & magistratus municipalis, qui eum dedit, non exacta satisdatione, *l. Lucius, §. pen. ff. eod.* & si ab his rem pupillus servare non possit, tum demum it ad contutorem idoneum, & unus tantum casus est quo idoneus statim in solidum convenitur, inexcusso magistratu, si ob id convenitur, quod contutorem suspectum facere aut satis exigere supersedit, *l. 2. & 5. ff. de mag. con. l. 1. §. usque adeo. ff. de tut. & rat. distr.* in quo (si non sint solvendo contutores) perspicue rectius vulgo Græci Latinique, quam in Flor. & in illa Juliani collectione, detracta negativa, male in eodem exemplari Flor. trajecta in subditis illo loco, ut & ipse Julianus legit, & Græci, Si contutor ob hoc conveniatur &c. Quid autem si quidam tantum gesserint, alii cessaverint? Prius conveniuntur qui gesserunt, si solvendo sunt tempore finitæ tutelæ, *l. 6. inf. tit. prox. l. 3. hoc tit. l. 2. inf. de hered. tut. l. 1. inf. si tut. Reip. cau. ab.* Satis est fuisse solvendo eo tempore: nam si postea fiant non solvendo, hoc minoris aut curatorum, non contutorum, qui cessaverunt periculo cedit, *l. 1. hoc tit.* Si vero solvendo eo tempore non sint, neque fidejussores eorum, neque magistratus, tum conveniuntur utili actione tutelæ, qui non gesserunt, quia suo periculo cessaverunt, *l. 4. §. 1. ff. rem. pup. sal. for. l. tres tutores, ff. de adm. tut.* Verum hic ordo non servatur in eo quod dolo communi periit, *l. 2. inf. si tut. non gess. l. tutores, §. in eum, ff. de administr. tut.*

LII. Enarratio.

AUt culpa arguatur] Si igitur culpa careat, ut si tempus ad removendum non habuerit, illo repente facultatibus lapso, vel si mala ejus administratio eum latuerit, hoc ei non imputatur. Græcus interpres.

Aut lusorie fecerit] prodita causa, & ideo superior non evaserit.

Si tutorum conventione] Et absque jussu testatoris.

Epistolæ Adriani] Ex qua descendit beneficium divisionis.

Græci Latinique] Basilici lib. 38. tit. 12. *οἱ πάντες ἄποροι: omnes solvendo non sunt.*

TIT. LIII. *De in litem jurando.*

V. lib. 12. *tit.* 3.

HIc titulus est de jurejurando in litem in arbitrio tutelæ à judice delato adolescenti, vel curatori ejus, quod nihil aliud est quam æstimatio religiosa ejus rei de qua agit adolescens vel pupilli adolescentisve tutor aut curator adversus tutorem aut curatorem. Vel, pretium quod ponit rei suæ jurans quanti eam rem faciat is, qui tutelæ agit, vel utili negotiorum gestorum ex curationis causa. Rem enim & litem, & id quod interest promiscue dicimus. Hæc vero aut à judice æstimatur justo pretio si dolus absit & lata culpa ejus quo cum agitur *l. 2. in fi. h. t.* vel ab actore jurato, si dolo, aut lata culpa adversarii res, de qua agitur, non restituatur, vel non exhibeatur; & utroque genere fit vera venditio rei sive litis: priore, justo pretio; posteriore, etiam injusto, & immenso coercendi adversarii causa ob dolum ejus, vel latam culpam. Nec enim judex id defert ob levem culpam, *l. videamus in fi. ff. eod. & l. 4. hujus tit.* nondum percepta mens hæc est, in tutorem jurari in litem, si inventarium cæteraque instrumenta pupillaria exhibere nolit, quia non potest hoc non dolo malo facere, ut *l. 7. §. 1. ff. de adm. tut. l. si tutor, ff. eod.* Ergo ex dolo tutoris, vel lata culpa, quæ vulgo præsumitur esse dolus, actori in tutorem jusjurandum in litem deferri, in heredem autem tutoris conventum actione tutelæ ex dolo tutoris non deferri jusjurandum in litem, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, sed ex dolo proprio tantum, vel ex lata culpa, *l. 1. 2. 5. hoc tit. l. 4. §. 1. ff. de fid. tut.* & hæc est sententia *l. 4. hujus tit.* Dico in heredem ex dolo defuncti non jurari in litem. Non dico, heredem tutelæ non teneri ex dolo defuncti, tenetur enim in solidum, etiamsi nihil ad eum pervenerit, *l. ex depositi, ff. de obl. & act.* maxime ex eo dolo quo res minoris deminutæ & dilapidatæ sunt, non temere ex alio quolibet, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, quæ est sententia *l. 1. tit. seq.* à me latius explicata & correcta fideliter ex Basil. Observat. 13. contra negationem, quam in eam simul atque in *l. 2. inf. de magistr. conv.* invexerat communis quæ dicitur imperitorum opinio, ex levi culpa defuncti heredem tutelæ non teneri, qui tenetur ex delicto: quod perinde est ac si diceres, ex contractu defuncti heredem non teneri, nisi ob delictum defuncti, ac proinde delicti successorem eum tantum esse, non obligationis atque contractus, & ex *d. l. 1.* adhibenda est interpretatio ad *§. aliquando, Inst. de perp. & temp. act.* non dato exemplo ex *§. plane, Inst. de act.* quia ea specialis actio depositi cum sit pœnalis, magis ex delicto videtur esse non ex *l. quæsitum in fi. ff. de prec.* Nam quod ibi de interdicto de precario, idem *l. 4. tit. seq.* de actione tutelæ dicitur, qua tamen & in id quod ad eum non pervenit heredem teneri constat, ubi dolus defuncti damnum pupilli rebus attulit, & argumentum à contrario sensu non valet.

LIII. Enarratio.

IN arbitrio tutelæ] Vide sup. tit. 51.

A judice delato] Hoc jusjurandum à solo judice defertur, *l. 4. §. 2. ff. eod.*

Adolescenti] Adolescens si velit jurare potest, *d. l. 5. §. 1. in fi.* pupillus jurare non potest, *d. l. 4. in princ.*

Vel curatori ejus] Volenti, non invito, *l. 2. h. t.*

Vel curat.] Vel tutori, *d. l. 4. §. 1.*

Æstimatio religiosa] Æstimatio jurata, *d. §. 1. & l. tutor 8. ff. eod.*

Adversus tutorem] Post pubertatem. Stephanus tamen notat ex Theophilo & Dorotheo quibusdam casibus jurari in litem, pupillo adhuc impubere: veluti si unus ex pluribus tutoribus remotus sit, vel quis ad tempus tutor datus: nam transacto tempore tutor esse desinit, & adversus eum tutelæ agi potest, & in litem jurari.

Rem enim & litem] Ut res inofficiosi, *l. Papinianus 8. §. 1. ff. de inoff. testam.* Varro 6. de L. L. *Quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis: ideo in actionibus videmus dici, quam rem sive litem.*

Aut à judice æstimatur] Jurejurando in litem non delato, vel si is cui delatum est, jurare nolit.

Æstimatur justo pretio] Judex de veritate cognoscet, ut est in *l. 2. hoc tit.* id est, judex æstimabit quanti re vera intersit, *πόσον ἐστὶ τὸ τῇ ἀληθείᾳ διαφέρον*, ut est in Basilicis.

Justo pretio] Suo pretio, vero & justo pretio.

Non restituatur] *L. 1. & l. in actionibus 8. ff. eod.*

Vel non exhibeatur] Ut puta si non exhibeantur instru-

instrumenta pupillaria : *l. 4. hoc tit.*

Vera venditio] Sic Ulpianus ait, veram venditionem esse si res dotales æstimatæ sint, *l. plerumque* 10. *§.* 4. *ff. de jur. dot.*

Coercendi advers. causa] Propter contumaciam non restituendis, *d. l.* 1. *&* *d. l.* 8.

Ob dolum ejus, vel latam culpam] In *l.* 1. Cujacius legit, *dolo circumveniendi pupilli gratia* : & ita in veteri Menagii, nec aliter τὸ κ̀ πόδας : κ̀ δι᾽ ἄλλου περιεγραπτέως πουργίλλας εἶναι.

Quia non potest hoc non dolo m. fac.] Basilica in interpretatione *d. l.* 4. Nam hoc ipso videtur dolo facere, quod reperta in bonis instrumenta supprimit: ὅτι τὰ ἀνευρεθέντα ἐν τῇ ὕλῃ συμβόλαια κρύπτει.

Vel lata culpa, quæ vulgo pr. ef. dolus] *L. quod Nerva* 32. *ff. depos.*

Nisi lis contestata fuerit cum def.] Licet heres ipse nihil dolo fecerit : nam post litem contestatam heredes principalium personarum jura habere videntur. Græci.

Observation. 13.] Capite penult. vide, quæ scripsimus ad tit. 24. *§.* 2. Instit. 1.

Contra negationem] Negatio est in veteri Menagii, & Brodæi.

Ex *§.* plane] Sententiam mutat. Vide ad *l.* 121. *in fine, ff. de verbor. obligat.*

Argumentum à cont. senso] Non recte colliges: heres tenetur in id, quod ad eum pervenit: ergo non tenetur in id, quod non pervenit. Thalelæus : Non dicit, si lucrum ad heredes pervenerit, vel non pervenerit; sed hoc tantum, si tutor lucrum fecerit : adde ; vel lucrum pervenerit ad alium gratia ejus, & beneficio : alius interpres Græcus ad *l.4. de heredib. tut. lege* 1. *eodem*, indistincte loqui de lucro, sive heredes tutoris lucrum fecerint, sive tutor. Non videtur tamen *d. lex* 1. loqui de lucro heredum tutoris, sed de eo tantum, quod tutor sibi captaverit, vel gratia alteri præstiterit.

TIT. LIV. *De heredibus tutorum, vel curatorum.*

Quod dixi supra titulo generali Arb. tutor. tutelæ actionem dari heredi, & in heredem *l. penult.* id specialiter exequitur in hoc tit. quod actio tutelæ, quæ heredi, vel in heredem datur, alio jure sit, quam quæ datur tutori, vel in tutorem : Nam ut jam occupavit dicere titulo superiore proximo *l. pen.* ex dolo in tutorem juratur in litem, sed non in heredem tutoris ex eodem tutoris dolo. Et actio tutelæ, quæ pupilli heredi competit, non est privilegiaria, *l. ex pluribus, ff. de adm. tut. l. dabimus, ff. de reb. auct. jud. poss. l.* 1. *§. iidem principes, ff. ad l. Corn. de fals.* & in heredem tutoris non est famosa, *l. furt. §. si quis alieno, & §. pen. ff. de his, qui not. inf.* Heredum nomine intelliguntur etiam heredes heredum, *l.* 2. *sup. tit. prox.*

LIV. Enarratio.

Ex dolo in tutorem] Ex dolo proprio, & ex lata culpa juratur in litem.

Non est privilegiaria] Id enim personæ pupilli favorabiliter præstatur, *d. l. ex plurib.*

Non est famosa] Quia heres in tutelam non succedit, *d. §. penult. l.* 1. *ff. de fidejuss. tutor.*

TIT. LV. *Si tutor non gesserit.*

Dat hunc titulum, ut resumat, quod dixit titulo generali *l.* 6. etiam eum, qui nihil gessit arbitrio tutelæ teneri, utili scilicet, non directo, & excusso prius eo, qui gessit, *l.* 2. *hoc tit.* in prima parte *l.* 8. *sup. de adm. tut. l.* 2. *sup. tit. prox.* Si nemo gessit, quia non apparet quis prior, quis posterior sit, quia est omnium contumacia par, vel culpa lata, perinde omnes tenen- A tur ac si communiter tutelam indivisam gessissent, *l.* 2. in secunda parte. Ubi autem alii gesserunt, alii non gesserunt, post eos, qui gesserunt, si solvendo, aut minus solvendo inventi fuerint, conveniuntur, qui non gesserunt, vel culpæ nomine, quod suspectos contutores non fecerint, *l.* 2. *tit.* 5. Vel si forte cæterorum tutorum patronus fuerit, qui solus tutelam gessit, quod non ei postulaverint curatorem adjungi, aliave qua ratione prospexerint rebus pupilli, *l.* 1.

LV. Enarratio.

Quia non apparet] Græci dicerent: οὐ γὰρ τὰ πράγματα τὰ παρὰ μηδενὸς διοικηθέντα οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τὸν μὲν πρῶτον, τὸν δὲ δεύτερον εἶναι : πάντες γὰρ ἅμα ῥαθυμήσαντες ἐν ἴσῃ τάξει εὑρίσκονται : *Nam in iis,* B *quæ à nemine gesta sunt, non possumus dicere hunc priorem esse, illum posteriorem : quandoquidem cum sit omnium par culpa, omnes ex æquo tenentur.*

Aliave qua ratione] Potuerunt enim detracta remotionis petitione, postulare ut res pupilli tuto loco reponerentur. Græci heic.

TIT. LVI. *De usuris pupillaribus.*

Etiam hoc titulo specialiter resumit, quod attigit generali, *l.* 3. in tutelæ arbitrium venire usuras centesimas, vel ex Constitutione Justiniani semisses, si pecuniam pupillarem tutor in suos usus converterit *l.* 1. & ex causis relatis in *l.* 7. *§. quæ autem, ff. de adm. tut.* C Ex cæteris venire secundum morem regionis à die, quo in officio peccaverunt in diem condemnationis, aut redditæ tutelæ, ipso jure ex constitutione Severi. Et eæ sunt usuræ pupillares, quas tutor debet non tantum si ex sua persona conveniatur, sed & si ex persona contutoris, quod suspectum eum non fecerit, *d. l.* 7. *§. penult. l.* 2. *hoc titul.* Verum otiosæ pecuniæ .i. quam tutor non habuit cui fœneraret, vel ex qua non habuit prædia, quæ compararet, in actionem tutelæ usuræ non veniunt, *l.* 3. *hoc titul. l. cum plures, §. ult. ff. de adm. tut.* Illud notandum, usurarum pupillarium cursum impediri duobus modis : Oblatione pecuniæ, & obsignatione, & depositione, *l.* 1. *in fi. ff. de usur. l.* 28. *§.* 1. *ff. de adm. tut.* & oblatione per denunciationem facta sæpius, & ad extremum apud acta jus dicentis à tutore protestatione facta se paratum esse parem D rationem cum pupillo facere, sine denunciatione, & depositione, *l.* 4. *hoc tit.*

LVI. Enarratio.

Usuras centesimas] Et ita usuras legitimas interpretatur Thalelæus in *d. l.* 3. Basilica autem in *l.* 1. *hoc tit.* legitimas usuras interpretantur ἡμιεκατοστιαίας, *semisses*, ex constit. Justiniani in *l. eos, qui* 26. *sup. de usur.*

In suos usus converterit] Pecunias pupillares ex fide versans.

Secundum morem regionis] *d. §. quæ autem.*

In diem condemnat. aut redd. tutelæ] *L.* 1. *§.* 1. *ff. de usur. d. l. ult. §. ult.*

E Otiosæ pecuniæ] Plinius epistolarum libro 10. 62. *Quæ vereor ne otiosæ jaceant.*

Ipso jure] *L. cum vero* 26. *§. apparet, ff. de fideicom. libert.* ipso jure, id est, sine interpellatione.

Cui fœneraret] Si non potuit idoneis hominibus pecuniam credere, ut est in *l.* 3. Sic legitur in veteri Menagii, & Brodæi : & ita etiam auctores Basilic. vertunt enim εὐπόρους προσώπους.

Protestatione facta] Græci observant, novum jus heic proponi, quo non exigitur à tutore, ut obsignet, & deponet ; sed hoc tantum, ut apud acta suam voluntatem declaret.

TIT.

TIT. LVII. *De fidejussoribus tutorum, vel curatorum.*

Hic titulus ostendit de tutela, vel cura non tantum agi cum tutore arbitrio tutelæ, vel utili negotiorum gestorum cum curatore, sed etiam cum fidejussoribus eorum actione ex stipulatu, qui & ipsi usurarum pupillarium nomine tenentur, *l.* 10. *Rem pu. sal. fo.* Et electionem adolescenti esse cum ipso tutore agere velit, an cum fidejussore ejus, vel divisis actionibus partim cum tutore, partim cum fidejussore, non in solidum cum utroque, ne bis idem consequatur, *l.* 1. *hoc tit. l.* 3. *§.* 1. *ff. de duob. reis, l. grege, §. etiam, ff. de pign.* quam electionem omnibus creditoribus ademit Justiniani *Nov.* 4. qua de causa in Basil. non extant Constitutiones hujus tituli, quæ sunt de electione, & notanda distinctio *l.* 2. in quæstione illa, an electo tutore fidejussor liberetur: Multum enim interest, simpliciter acceptus sit, an in omnem causam.

LVII. Enarratio.

Actione ex stipulatu] Fidejussores enim stipulanti promiserunt rem pupilli, vel adolescentis salvam fore.

Qui & ipsi usur. pupillar.] Alii fidejussores usuras non præstant, nisi si in omnem causam intercesserint, *l. quæro* 54. *ff. loc. l. fidejussores* 68. *ff.* de *fidejuss.* Græci: *ἔστιν οὖν τοῦτο τῶν πουπίλλων ἴδιον: καὶ δικαίως: οὐ γὰρ ῥητὸν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ τὸ ἀζήμιον τῷ πουπίλλῳ ὁμολογεῖ: Est igitur hoc in pupillis singulare: & merito: nec enim res certa, sed indemnitas pupillo promittitur*, ad leg. 3. *ff. de fidejuss. tutor.*

TIT. LVIII. *De contrario judicio.*

Vide tit. 4. *lib.* 27. *ff.*

Cum de judicio tutelæ directo dictum sit, quod pupillo competit, ad contrarium veniendum est: quod tutori in pupillum datur, finita tutela. In eo venit quod tutor impendit de suo in rem pupilli, *l.* 3. *hoc tit.* vel etiam quod pupillus ei debuit ex causa tutela vetustiore, *l.* 2. *sup. de in lit. dan. tut.* & quodcunque eo judicio tutor consequi potest, id etiam conventus directo, consequitur jure compensationis, d. *l.* 3. & 2. Illud notandum est ex *l.* 1. & 2. in contrarium judicium non venire ut tutori, qui solvit pro contutore condemnato in solidum, pupillus cedat actiones suas adversus condemnatum, quia post solutionem, cum extincta sit tutelæ obligatio, nulla pupillo superest actio, quam cedat: sed ei qui solvit in condemnatum est actio negotiorum gestorum. Ante solutionem recte ceditur actio tutori, qui omne quod ex causa tutelæ debetur, solvere paratus est pro se, & pro collegis, vel in solutione ipsa, si convenerit ut solventi tutori cederentur actiones adversus collegas, *l.* 1. *hoc tit. l. Modestinus, ff. de solut. l. cum ir qui, ff.* de *fidejuss.* vel sine cessione ei dantur utiles, quasi ex cessione præsumpta, *l.* 1. *sup. de obl. & act.* sicut tutore condemnato ex communi culpa cedendæ ei sunt actiones in collegas, quod condemnatus consequitur in actione judicati per exceptionem doli mali, vel sine cessione dantur utiles, ut dixi tit. 52. quod utique verum est: etiamsi absens, & indefensus tutor post litem contestatam condemnatus sit, quæ sententia valet, *l. ult. inf. quom. & quan. jud.* & is sententiæ adquieverit ex fide bona *i.* non appellaverit, *l.* 2. *hoc tit.* Recte, ex communi culpa. Nam si ex propria, nulla ei potest esse actio in collegas, neque item ex communi dolo, neque si suo nomine solverit.

LVIII. Enarratio.

In condemnatum est actio negotiorum gest.] Tutori, qui solvit pro contutore condemnato utilis actio datur, *l.* 2. *hoc tit. l.* 1. *§. & si forte, ff.* de *tut. & ration. distrab.* Græci ibid. *οὐτιλίαν νεγοτιόρουμ γεστόρουμ: utilem negotiorum gestorum.*

Quasi ex cessione præs.] Græci ad l. 2. *ὡς δοξάντων γεγονέναι τῆς ἐκχωρήσεως, κἂν μὴ γέγονε: quasi videatur facta cessio, licet facta non sit.*

Sicut tutore condemn.] *L.* 1. *§. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. distr.*

Quæ sententia valet] Lata scilicet in absentem, & indefensum, qui litem contestatus fuerat. Duo constitutio exigit, ut absens, & indefensus condemnatus sit.

Et is sententiæ adq.] Si ex justa causa absuerit, appellare potest.

Nam si ex propria] *d. l.* 2. Nam si solus ex suo delicto damnatus est: qualem cessionem desiderare potest, ut ajunt Græci interpretes.

Ex communi dolo] *L.* 1. *§. plane, ff.* de *tut. & rat. distr.*

Si suo nomine solu.] *L. ut fidejussor.* 39. *ff. de fidejuss. l. cum alter* 11. *inf. eod.*

TIT. LIX. *De auctoritate præstanda.*

Vide tit. 21. *lib.* 1. *Inst. & tit.* 8. *lib.* 26. *ff.*

Explicatis actionibus, quæ ex administratione negotiorum nascuntur, dat titulum de auctoritate tutorum, quoniam ab administratione veteres separabant auctoritatem, ut *Ulp. lib. Regularum* dum ait, pupillorum pupillarumque tutores, & negotia gerere, & auctoritatem interponere; mulierum autem tutores, ante scilicet, quam earum tutelam lex Claudia sustulisset, auctoritatem dumtaxat: & tamen de auctoritate non minus, quam de administratione rationem reddit tutor conventus tutelæ judicio, *l. si tutor, ff. eod.* & receptum etiam est, ut sine tutoris auctoritate pupillus tutori obligetur contrario judicio, *l.* 5. *ff. de cont. tut. act.* qui alii non obligatur, sine tutoris auctoritate, nisi in quantum locupletior factus est ex Constitutione D. Pii, cum tamen alium sibi solus obliget recte. Duæ autem sunt in hoc titulo Justiniani Constitutiones novæ. Una, ut & in criminalibus causis necessaria sit auctoritas tutoris, vel curatoris, *l.* 4. Jure enim veteri, ut cum servis est criminale judicium, ita & cum minoribus, sine tutoris, vel curatoris auctoritate, & ipsis accusantibus sufficit consilium, & præsentia tutoris, vel curatoris, *l.* 2. *ff. de accus. l.* 8. *infra ad l. Jul. de adult. & Paulus* 5. *sent. tit.* 32. nec intervenire etiam ejus auctoritas debet. Altera est, ut si plures sint tutores, in omni re unius auctoritas sufficiat indistincte: præterquam si pupillus in adoptionem detur, quod jure fit ex constitutione Antonini, adhibita auctoritate omnium tutorum, ne sit in unius potestate finiri tutelam, *l.* 5. *hoc tit.* Jure enim veteri non eadem omnium tutorum conditio est. Ex testamentariis, vel datis per inquisitionem unius auctoritas sufficit, licet in litibus litem denunciari omnibus opus sit, tam indivisa tutela, quam divisa his omnibus quibus conjunctim pars una attributa est, *l.* 1. *C. Theod. de den. vel ed. ref. l.* 2. *sup. si ex pl. tut. om. &c.* Legitimorum autem omnium, vel datorum ex inquisitione auctoritas necessaria est, ut idem Ulp. eodem lib. docet. Sed *l.* 5. *hujus tit.* in hoc casu vult omnium tutorum parem esse conditionem, ut scilicet, excepta arrogationis causa, in nulla alia omnes auctoritatem suam accommodare debeant. In hoc inquam casu, eo quod in aliis differentia est, ut in satisdationis onere quod subeunt tantum legitimi, & dati sine inquisitione, & in spe actionis subsidiariæ, quæ ex Oratione

D. Tra-

D. Trajani pupillis competit in magistratus municipales, & locum habet in legitimis dumtaxat tutoribus, & in his, qui dati sunt sine inquisitione. Auctoritas est approbatio tutoris expressa, quæ interponitur perfecto eo quod pupillus eo præsente gessit. Nec enim præsentia & taciturnitas tutoris auctoritatem imitatur.

LIX. Enarratio.

UT Ulp. libro Regul.] *Tit.* 11. *§. pupillorum.*

Auctoritatem interponere] Pupillu negotium gerente: *Auctor enim nemo esse dicitur sibi: sed alteri unde non ad seipsum, sed ad alterum auctor veraciter nuncupatur*, ut ait Fulgentius libro 9. contra Fabianum Fragmento 35.

B Ut sine tutoris auctoritate pup. tut. oblig.] Nam receptum est ut pupillus tutori suo sine ejusdem tutoris auctoritate utiliter obligetur: quamvis pupillus sine tutoris auctoritate alii non obligetur, nec in rem suam tutor pupillum suum obligare possit, *d. l.* 1. sive ut est in *l.* 1. *ff. de administrat. tut.* tutor in rem suam auctor fieri non possit.

Ex constitut. D. Pii] *L.* 1. *& l. pupillus* 5. *in pr. & §.* 1. *ff. eod.*

Sibi solus obliget recte] *Instit. eod. in princ. l.* 1. *hoc tit.* pupillus enim quantum ad adquirendum non indiget tutoris auctoritate, *l. pupillus* 11. *ff. de adquir. rer. dom.*

Ut & in criminalibus] Non modo in civilibus, sed & in criminalibus.

Ut cum serv. est crimin jud.] *L. hos accusare* 12. *§. si servus, & §. seq. ff. de accusat.*

C Sentent. tit. 12.] *§. ætati ejus.*

Sufficiat indistincte] Cujuscunque generis sint tutores.

Ex constitutione Antonini] *Ulp. Regul. tit.* 8. *§. per prætorem.*

Ne sit in unius potestate] Qua ratione utitur Ulp. in *l. nec ei* 17. *§.* 1. *ff. de adopt.*

Quam divisa his omnib. qu. comm.] Si unius regionis plures sint tutores, sufficit auctoritas unius ex illis, quibus ea regio attributa est.

Quod subeunt tantum legitimi & d. s. inq.] *L. legitimos* 5. *§.* 1. *ff. de legit. tutor. l. pen. supra de tut. vel cur. qui sat. non ded.*

Ex oratione D. Trajani] *L.* 2. *ff. de magistrat. conv. l. pen. inf. eod.*

D Expressa] Tutor enim auctor fit, cum dicit se probare id quod agitur, *l.* 3. *ff. eod.* & ideo mutus tutor esse non potest, quoniam auctoritatem præbere non potest, *l.* 1. *ff. de tutel.*

Quæ interponitur perfecto] In ipso negotio, *l. obligari* 9. *§. tutor*, *ff. eod.* vel perfecto negotio, *argum. legis* 1. & 2. *ff. de solut. l. si quis mihi* 25. *§. jussum*, *ff. de adquir. vel omit. her.*

Taciturnitas tutoris] Impuberibus tamen tacentibus auctoritas utiliter accommodatur, *l. muto* 6. *ff. de tut. l. impuberes* 13. *ff. de auctor. tut.* In quibusdam aliis causis taciturnitas consensum imitatur.

TIT. LX. *Quando tutores vel curatores esse desinant.*

E *Vide lib.* 1. *Inst. tit.* 22.

LEx ultima superioris tituli cum docuisset arrogatione pupilli finiri tutelam, vel curam, additur hoc tit. & pubertate eam finiri, vel ætate legitima, cujus definitio ex annis sumitur, non voluntate pupilli sola, quia invitus tutela continetur.

LX. Enarratio.

PUbertate eam finiri] Cura etiam pubertate finitur, nempe si curatores tutoribus adjuncti sint *l.* 1. *hoc tit.* cujus hæc videtur esse sententia: tutela &

A curatio hæc pubertate finitur: hi enim curatores dantur quasi pupillis, Greci ibid. Itaque si tutor ante pupilli pubertatem decesserit, tutor alius datur, vel alius curator adjungitur. Auctores Basilic. sic acceperunt ut post pubertatem alii curatores dentur. Videtur tamen loqui de curatoribus impuberi dandis, ut verba hæc dictæ legis, *propter ætatis infirmitatem*, adsignificant,

Vel ætate legitima] Ætas legitima dicitur annorum 12. vel 14. aut 15. *l.* 2. *sup. tit.* 46. *l.* 1. *inf. tit.* 70. & *l.* 2. *C. Theod. de donat.* D. Hieronymus in epistolam Pauli ad Galat. cap. 4. *Legitimum tempus, sicut Romanis legibus* 25. *annorum spatio terminatur.*

Ex annis] Inspectione necessariæ partis cessante, *l.* 3.

Non volunt. pup.] *L.* 2.

B Invitus tut. contin.] Cui etiam invito tutor datus, *l.* 6. *ff. de tutor. & cur. dat.*

TIT. LXI. *De actore à tutore seu curatore dando.*

ET non finiri absentia tutoris sola, ut tutor vel curator alios dari ob eam solam causam possit, ut *l.* 10. *sup. qui dat. tut. l. tutores*, *ff. de tut. & cur. dat.* Sed dari actorem à tutore vel curatore. Dari dicitur à tut. vel curatore, quoniam decreto prætoris aut præsidis postulante tutore & ejus periculo, datur plerumque litium causa, unde actoris nomen, cum aliquo tutor profecturus & aliquandiu absuturus est, *l. qui negotia*, *§. pen. ff. de neg. gest. l. tutor*, *ff. quand. ex fac.*

C *tut. l.* 10. *inf. de ap. l.* 1. *hoc tit.* nec enim propter absentiam solam, ut dixi, dari tutor alius vel curator potest, quia ne Reip. quidem causa absens desinit esse tutor, & procuratorem etiam relinquere non potest ex sua persona, cum litis dominus non sit, *l. neque*, *sup. de proc.* nec ex persona pupilli si forte absit vel nesciat fari, *§. ult. Inst. de cur. l. decreto*, *ff. de adm. tut.* Igitur necesse est actorem constitui ad lites, adjutorem ad cætera negotia, *l. solet ff. de tut.*

XLI. Enarratio.

UNde actoris nomen] Theophilus putat actorem dictum ex eo, *quia per acta constituitur*, *tit. de curat. in fi.* vide tamen Cuja. ibid.

D Absens desinit esse tutor] Et ideo curator loco ejus datur, *§.* 2. *Instit. de excus. tut.* vide quæ ibi dixi.

TIT. LXII. *De excusationibus & temporibus earum.*

V. lib. 1. *Inst. tit.* 25. *d. lib.* 27. *D. tit.* 1.

FIniri tamen tutelam plerumque excusatione, de qua etiam cum jam sæpe dictum sit in titulis superioribus, tutorem puta jure datum, ex quo scivit se datum suo periculo cessare, si se non excusaverit, *l.* 6. *sup. de test. tut. l.* 1. *ff. de leg. tut. l.* 9. *Qui dat. tut. l.* 19. *de adm. tut.* & non jure datum non indigere excusatione, *l.* 1. *de conf. tut.* tempus est tandem ut dicat, & de tem-

E poribus earum, quæ duæ sunt partes tit. hujus. Excusatio est allegatio vacationis, seu immunitas à tutela vel curatione, quam habet aliquis ex privilegio, vel ex justa causa: Quam allegari oportet re integra *l.* 2. *tit. seq.* & vel in partem, veluti ab administratione rerum quæ in alia provincia sunt, *l.* 2. & 11. vel in totum, ut ex causis justis relatis in *hoc tit.* & injustis interea rejectis. Altera pars est de temporibus excusationum, ut tutor testamentarius vel dativus ex decreto prætoris aut præsidis, statim ut datus est, necesse non habeat appellare, sed ex ordine constituto à D. Marco intra L. dies se excuset, & excusatione non recepta, tum demum appellet, & sic invenio veteranis quoque vocatis ad munera personalia remitti appellandi necessitatem,

A tatem, *l. 9. inf. quan. prov. non est nec.* Quæ tamen cæteris & ad alia munera vocatis non remittitur. Legitimi tutoris excusatio, quæ eum prorsus liberet onere tutelæ, jure ipso nulla est. Nam neç ætas olim eum liberabat.

LXII. ENARRATIO.

EX privilegio] Quidam in perpetuum excusantur; ut Ilienses, *l. non tantum 17. ff. eod.* quidam privilegio, quod personam eorum non egreditur, *l. peto 69. §. mater, ff. de leg. 2.* vide quæ dixi ad Institut. eod. titulo.

Necesse non habent] *L. 13. ff. eod. l. 18. hoc tit.* nisi excusatio rejecta sit, *l. 15. hoc tit.*

B Oportet re integra] Nam audiri quis non solet, postquam semel tutelæ se immiscuit, Theoph. *§. 2. Instit. eod.* Maritus tamen potest se excusare, licet tutelam attigerit, *§. pen. Inst. eod. tit.*

Et injustis interea rejectis] Quæ proponuntur in *l. 1. 7. 8. 9. & 21.*

Quæ tamen cæteris, & ad alia mu. voc.] *L. 1. §. alia causa est, ff. qu. appell. sit.*

Legitimi tut. excusatio] Ex Cujacii sententia tutores legitimi excusare se non possunt: ait prorsus, quoniam ex causa superveniente ad tempus possunt se excusare, l. 10. *ff. eod.* vide ipsum ad *l. 13. eod.*

Nam nec ætas eum liber.] *L. ult. sup. tit. 30.*

TIT. LXIII. *Si falsis allegationibus excusatus sit.*

C EXcusatio recepta liberat periculo cessationis, *l. 2. sup. tit. prox.* nisi, ut hoc t. ostenditur, falsis allegationibus circumventa religione judicantis recepta sit, veluti allegando non attigisse tutelam, quam jam attigerit, *l. 2. hoc tit.* Decreta enim, aut sententiæ elicitæ ex falsis instrumentis, testationibus, allegationibus facile rescinduntur, *l. 5. inf. præd. min. & lib. 8. l. si ex fals. instr. l. qui testamento, ff. de excus.*

LXIII. ENARRATIO.

FAlsis allegationibus] διικαιολογίαις ἐψευσμέναις Theophil. Glossæ: διικαιολογία, *allegatio.*

Non attigisse tutelam] Tutelæ & administrationi se non miscuisse, cum se jam immiscuerit.

TIT. LXIV. *Si tutor, vel curator Reip. causa aberit.*

D QUod dixit t. superiore *l. 2.* non nisi re integra excusationibus locum esse, ab eo excipit causam novam, quæ contigerit post tutelam inchoatam, ut si tutorem Reip. causa abesse oporteat, quæ ex causa ab ea tutela excusatur, donec redeat, & à nova tutela pro præmio impensæ in Remp. operæ anni excusationem habet.

LXIV. ENARRATIO.

DOnec redeat] Excusantur quatenus Reip. causa absunt, ut est in *§. 2. Institut. de excus.* id est, quandiu R. c. abs. Glossæ: *ἕως οὗ, quoadusque, quatenus,* &:
E *μέχρις οὗ. donec, quatenus.*

Et à nova tut.] *d. §. 2. & l. 2. hoc tit. l. οὐ μόνοι 10. §. 2. ff. de excus. tut.*

TIT. LXV. *De excusationibus veteranorum.*

PRo præmio navatæ in Remp. operæ, & pro præmio igitur impletæ militiæ. Nam, & milites Reip. causa absunt; & majorem quoque immunitatem habent stipendiis confectis, quam cæteri qui absuerunt ex alia causa, qui post regressum anni tantum vacationem habent. Qui vero vicena stipendia in militia meruerunt, nec sunt dimissi cum infamia, in perpetuum excusantur à tutelis & curationibus, & cæteris muneribus civilibus, præterquam ab una tutela vel cura filiorum conveterani, aut una cura militis, à qua tamen etiam anni vacationem habent, ut *l. 8. ff. eod.* Hi sunt veterani, quibus & alia privilegia concessa sunt in pœnis, & in testamentis, & in successionibus.

LXV. ENARRATIO.

MIlites Reipub. causa abs.] *L. milites 34. ff. ex quib. caus. maj.*

Anni tantum vacat. hab.] *L. 2. sup. tit. pr.*

Vice stipendia] Militiæ justum tempus 20. anni; antea 25. Jerocles ἱππιατρικῶν libro 1. Dixi tit. de milit. testament. Inst.

Nec sunt dim. cum infamia] ἀφέσεως ἐντίμου τυχόντες, ceu loquitur Julianus Orat. 1. *dimissi cum honore,* Tacitus hist. 4. quibus opponuntur *ἀτίμως ἀποστρατευσάμενοι, cum infamia dimissi.*

Conveterani] *συμβετρανοὺς,* qua voce præter Modestinum JC. utitur Theodorus in *l. 2. heic.* Melius Basilica, *συναποστρατευθέντες.*

Quibus & alia privilegia] *L. 1. C. de veter.*

In pœnis] Milites ad bestias non damnantur; nec in metallum, nec fustibus cæduntur, *l. 1. & 2. ff. de veter.*

In testamentis] Filiifam. de castrensi peculio testari possunt, & in cæteris voluntas militis pro jure servatur.

Et in success.] Vide *tit. ff. de veter. success.*

TIT. LXVI. *Qui numero liberorum se excusant.*

Vide tit. 25. lib. 1. Inst.

SEquitur alia specialis excusationis causa, si Romanus tres liberos habeat incolumes, vel Italus 4. vel provincialis 5. Nam & hic numerus excusat à cæteris muneribus civilibus, & liberorum nomine continentur etiam nepotes ex filio jam ante defuncto, non ex filia, non ex filio superstite, *l. 2. hoc tit. l. 3. inf. de his qui num. lib.*

LXVI. ENARRATIO.

TRes liberos] Symmachus epist. lib. 1. 77. *Huic per impressionem nequaquam patior fratris sui liberorum tutelæ munus imponi: duobus enim privilegiis amolitur injuriam, maturitate ævi, & numero filiorum.*

Tres liberos] De quorum statu non ambigitur, *l. 1. εἰ γὰρ ἀμφιβάλλεται, οὐκ εἰσὶν αὐτοῦ παῖδες; nam si ambigatur, non sunt liberi ejus,* ut ajunt Græci interpretes.

Incolumes] *l. 5. hoc tit.* defuncti non prosunt: non enim oneri sunt: nisi in acie seu prælio & conflictu amissi sint: hi enim pro rep. ceciderunt, *l. bello 18. ff. de excusat. tutor.* est autem immortalitas pro repub. mori. Alexander Aphrodisæus in tertium Topicorum Aristotel. καὶ τὸ μὲν γὰρ ἐν πολέμῳ ἀποθανεῖν ἔστιν ἀγαθὸν μετ' εὐκλεία. Isidorus Pelusiotes Epistolarum libro 4. 104. εἰ δὲ καὶ τελευτήσειεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ μνήμῃ ἀτελεύτητος μένει. *Quod si etiam contigeris vi in prælio occumbat, memoria perpetuo vivit.*

A cæteris muneribus civilibus] *L. ult. inf. de iis, qui num. lib.*

Nepotes filiorum] Et unius locum sustinent, *l. 2. §. 1. ff. de excus. tutor.*

Non ex filia] Quia non succedunt in locum matris. Cujac. *Inst. de excus. tut.* nepotes ex filio succedunt in locum patris.

Filio superstite) quia patri suo prosunt, *l. 2. hoc tit.*

TIT. LXVII. *Qui morbo.*

ET alia ob morbum, si tutor post susceptam tutelam captus oculis fuerit, vel mente, vel lingua, vel auribus,

ribus, aut invaletudine perpetua. Nàm ab initio qui his morbis affecti sunt, tantum abest ut tutores vel curatores dari possint, ut his ipsis sit curatoribus opus. Ergo morbi nomine significatur etiam cæcitas & surditas, ut in tit. de ædil. ed. ut recte Galenus definierit, morbum esse causam, qua impediuntur actiones totius corporis vel actio certæ partis, veluti oculorum, linguæ, aurium.

LXVII. Enarratio.

POst susceptam tutelam] Græci legem unicam hoc tit. interpretantur ex *l.40.ff. de excusat.* ut qui post susceptam tutelam captus luminibus fuerit, possit se excusare. Dorotheus vero dictam leg. unicam sic accipit, ut utroque oculo captus tutelam non cogatur suscipere: utrumque verum est, sed prior interpretatio huic constitutioni magis convenit.

Captus oculis] *L. 3. sup. qui dare tutor.* in qua recte liber antiquus Menagii: *Luminibus captum curatorem haberi falso tibi persuasum est*: id est, luminibus captus curator esse non potest: nam ille titulus docet, qui dari non possint, non qui habere.

Vel mente] Hunc excusat valetudo mentis.

Sit curatoribus opus] *§. 4. Inst. de curationib.* Cæco tamen curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem constituere potest, Paul. Sentent. *lib. 4. tit. 12. §. ult.*

Ut in tit. de ædil. ed.] De cæcitate in *l. 1. §. sed sciendum, ff. de ædil. ed.*

Galenus] De sympt. diff. cap. 1. *ἡ νόσος διάθεσίς ἐστι παρὰ φύσιν, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται.*

Vel actio certæ partis] Gellius 4. 2.

TIT. LXVIII. *Qui ætate.*

ET alia ob ætatem longævam, quæ scilicet excedit annos 70. ut & legendum esse docuimus in *l. ult. inf. qui ætat. se ex.* & placet quod ait Aristoteles, *τὸ μὲν νόσον εἶναι γῆρας ἐπίκτητον, τὸ δὲ γῆρας νόσον φυσικήν*, quod ea ratione nihil referat, ut in Basil. & libris quibusdam, ætati subjungas morbum, an contra .i. huic titulo superiorem, aut hunc superiori.

LXVIII. Enarratio.

OB ætatem longævam] Ob ætatis senectam. Persenex neque suis, nec alienis negotiis superesse potest. Vide locum Symmachi ad tit. 66. supra.

Aristoteles] Libro 5. de generat. anim. cap. 4. Morbum esse senectutem adscitam, senectutem autem *morbum naturalem*. Morbos & senectutem jungit Virgilius Georg. 3. *Subeunt morbi, tristisque senectus*, & lege 12. tab. *Si morbus ævitasve vitium escit*, apud Gellium 20. .i. Deniq; senectus ipsa morbus est, Galenus lib. 1. *ὑγιεινῶν*, vide tamen eundem *περὶ μαρασμοῦ*.

TIT. LXIX. *Qui numero tutelarum.*

SEquitur species alia excusationis, ut à quarta tutela vel cura, non etiam ab alio munere civili, *l.3. inf. de exc. mun.* excusemur, non dico quandiu tutelas sed quandiu trium tutelarum onera sustinemus. Nec enim quælibet tutela onus est: Et ad extremum expositis variis excusationum causis, absolutoque jam isto tractatu, notatur in Constitutione hujus tit. imperfectas diversas excusationum species nihil proficere, ut *l. 1. §. ult. ff. de vac. mun.*

LXIX. Enarratio.

TRium tutelar. onera] Tria onera tutelarum excusant, *§. 5. instit. de excus. tut. l.3. & 5. ff. eod.* nam defunctorie & persusorie susceptæ, cujusmodi sunt vilissimæ, non excusant, *l.15. §. ult. ff. de excusat. Theoph. d. §. 5.*

Imperfectas] Fac te duos liberos habere, & 60. annorum esse, unamque tutelam habere: hæ tres causæ imperfectæ pro una non habentur. Quæ per se singulæ non præbent excusationem, nec junctæ prosunt, nec juvatur qui proponit *τῇ πάντων ὁμοῦ συνδρομῇ*, ut ajunt Græci, *concursu omnium*.

TIT. LXX. *De curatore furiosi vel prodigi.*

HIc titulus ostendit, etiam finita tutela & cura minorum, curatores dari posse majoribus 25. an. si mente lapsi aut furiosi sint, vel si eis quasi prodigis prætor bonis interdixerit, & sui juris sint. Nam homini alieni juris nunquam tutor vel curator datur. His vero personis agnati & gentiles legitimi curatores sunt ex 12. tab. & cognati fratres ex Constitutione Anastasii *l. 5.* sed hodie possunt etiam à prætore dari extranei, *l. 1. l. sæpe, ff. eod. l. ult. §. sin autem testamentum hoc tit.* & dati ab eodem semper sunt adolescentibus & majoribus 25. an. qui negotiis suis superesse non poterant, veluti surdis, mutis, cœcis, fatuis, debilibus, aut perpetuo captis morbo, non etiam furiosis & prodigis, nisi ut eleganter docet *Ulp. lib. Reg. tit. de curatoribus*, prodigis aut furiosis ingenui testamento patris heredibus scriptis; quia lex tantum ab intestato faciebat curatores legitimos, & prodigis libertinis sive ex testamento, sive ab intestato patri naturali heredes extitissent, quia & his lex 12. non dabat curatores, quia nec ullo jure patri heredes fieri poterant, qui nec patrem aut matrem civilem habere videbantur, quatenus cognatio in servitute contracta jure civili nulla est.

LXX. Enarratio.

ETiam finita tutela, vel cura] Impuberi furioso tutor, datur ut pupillo, vel curator, ut adolescenti, non ut dementi, *l. 3. §. 1. ff. de tutel.* Majoribus 25. annis si furiosi sint, vel si eis quasi prodigis bonis interdictum sit, curatores dari possunt.

Si mente lapsi] Ut in Augusto Suetonii cap. 48. & Senecæ controv. 21. lib. 2.

Nam homini alieni juris] Theophilus de tutelis in princ.

Adgnati & gentiles] Lex 12. *Si furiosus existit, aut prodigus, adgnatorum gentiliumque in eo, pecuniaque ejus potestas esto.*

Dari extranei] Sunt ergo honorarii curatores, non legitimi.

Veluti surdis, mutis &c.] *L. 20. ff. de reb. auct. jud. possid.*

Cœcis] Vide supra tit. 67.

Fatuis] *L. 2. ff. de postul. l. 21. ff. de reb. auctor. jud. possid.*

Debilibus] *L. dabimusque* 19. *eod.* his propter infirmitatem Prætor curatorem dare solet, *l. item 4. ff. post.* quod eis recenti morbo levatis nondum constans valetudo sit.

Aut perpetuo captis morbo] *L. & qui 5. ff. de postul.* Nec enim æquum est ut aliena administret qui propter invalentiam rebus suis superesse non potest.

Prodigis aut fur. ing.] Vide notas posteriores ad titulum de curation. *§. 3. Inst.*

TIT. LXXI. *De prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis.*

V. tit. 9. lib. 27. ff.

IN hoc titulo proponitur Oratio Severi & Antonini & SC. de non alienandis vel pignerandis prædiis mancipiisve rusticis aut suburbanis pupillorum, vel adolescentium sine decreto prætoris vel præsidis,

quod

quod jam tit. superiore l. 2. docuit porrigi etiam ad cæteros A, quibus curatores dari solent, ut *l. 8. §. 1. l. 13. ff. eod.* & id quoque supra didicimus, *l. 22. de administ. tut.* edicto Constantini esse porrectum ad prædia mancipiaque urbana & mobilia quæque pretiosa earum personarum, non tantum si æs alienum urgeat, sed & si dos minori aut donatio propter nuptias constituenda sit. Præcessit S. Consulti productio & interpretatio latior SC. ipsum, cui hic tit. proprie dicatus est, & ut in Digestis ex edicto Constantini titulorum conditor maluit reponere rebus pro, prædiis, ita & in hoc titulo addidit, Et aliis rebus, licet omnes Constitutiones sint de prædiis tantum rusticis, & suburbanis, & de causa æris alieni tantum, non de aliis secundum Orationis verba, & de servis: serva *legem cum quasi §. si plures, ff. de fid. lib.* ut non alienentur vel obligentur ob æs alienum B, quod falso non fuerit allegatum, temere neque examinata neque facta rei cognitione, causaque probata apud acta; & pro tribunali decreto solemniter interposito. Verbo alienationis continetur venditio, permutatio, transactio, datio in solutum, cautio reddendæ rei donatæ, divisio, & usucapio, aut longa possessio, & multo magis donatio, ut ait *l. 4.* quod accipio de donatione propter nuptias, & munere sponsalitio, & dote, ut non valeat sine decreto, *d. l. 22.* & de donatione simplici, ut ne ex decreto quidem, *l. ult. inf. si ma. fac. al.* Excipitur venditio, quæ fit jure pignoris contracti à patre vel auctoritate magistratus, ut *l. 1. §. si communis, l. 3. ff. eod. l. 1. & 2. hoc tit.* quæ decretum non exigit. Aliæ alienationes, quæ fiunt sine decreto .i. sine causæ cognitione & sententia prætoris pro tribunali C, ipso jure nullæ sunt, manetque rei venditæ vindicatio pupillo cum fructibus, si sciens eam emerit emptor, *l. 2. inf. si quis ig. rem min.* reddito emptori pretio si probaverit pecuniam minoris lucro cessisse cum usuris, quibus pecunia emptoris minor solutus est, & meliorationibus, *l. 2. 4. 19. 14. 16.*

LXXI. Enarratio.

QUod non fuerit allegatum] *L. 5. hoc tit.* Si falso allegatum fuerit, decretum ipso jure nullum erit: nam & excusatio ex falsis allegationibus admitti non potest, ut dictum tit. 63.

Causaque probata] *L. 6. & ult. hoc tit.*

Continetur venditio, permut. transf.] *L. 4.* D

Datio in solutum] *L. si minor. 35.*

Cautio reddendæ rei donatæ] *L. 7.* Basilica: *ὡς ἐκποίησίς ἐστιν: quia alienatio est.*

Divisio] Duo minores communem fundum habentes non possunt invicem agere communi dividundo judicio: nam & divisio species alienationis est. Sed si unus sociorum major sit, potest alterum majorem provocare ad divisionem, *l. 1. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub. tut.*

Et usucapio] *L. 3. §. pen. ff. de reb. eor. qui sub. tut.*

Et multo magis donatio] Græci: *Recte multo magis. multi enim possunt vendere, qui donare non possunt, ut qui habent liberam peculii administrationem.*

Jure pignoris contracti à patre] Et ita Basilica speciem ponunt, *l. 1. hoc tit. lib. 8. tit. 9. cap. 12.* E

Minor solutus est] Quas minor præstiturus esset.

TIT. LXXII. *Quando decreto opus non sit.*

PRoposito SC. de non alienandis vel obligandis prædiis minorum sine decreto vel auctoritate magistratus, subjicit certos casus, quibus sine decreto earum rerum alienatio vel obligatio valet. Si ut alienaretur, parens à quo profectæ sunt, caverit testamento aut codicillis, quod & Oratione Severi fuit nominatim exceptum: idemque est si ex conventione parentis fundus revendi debeat venditori, *l. 1. hoc tit.* Item si alienationem permiserit princeps nominatim: nec enim sola ætatis venia alienationem permittit. Item ex edicto Constantini constat recte vendi, sine decreto res, quæ tractu temporis deterioris fieri possunt, & jumenta, aut pecora supervacua, & ex eodem edicto poterat mulier minor 25. an. res suas vendere sine decreto, adhibito consensu mariti, & subscriptione, quæ pars abrogata est, *l. 3. Cod. Theod. de cont. emp.* Et ex constitutione Justiniani, potest etiam tutor, vel curator obligare res minoris pro cautione Judicatum solvi, quam minor exigitur: nam in *l. ult. §. defensionem, sup. de adm. tut.* cautio litis est cautio judicatum solvi, non judicio sisti, quæ personæ cautio est, non litis.

LXXII. Enarratio.

SI ut alienaretur parens &c.] *L. 1. ff. de reb. eorum qui sub tut.*

Parens, à quo &c.] Vel alius, qui pupillum heredem instituit, *l. 3. hoc tit.* si venditio è re pupilli sit: alioquin licet patris, vel aliis ultimam voluntatem contemnere, ut *l. 5. §. pen. ff. de administr. & peric. tut.* Græci ad *d. l. 3.*

Si alienationem permisit princ.] *L. 2. hoc tit. ἀρκεῖ γὰρ ἀντὶ ἀποφάσεως ἄρχοντος ἡ βασιλικὴ κέλευσις: quia jussio Principis pro decreto Præsidis sufficit:* Basilica lib. 38. t. 9. cap. 61.

Nec enim sola ætatis venia] *L. pen. sup. de his, qui ven. ætatis imp.*

Item ex edicto Constant.] In *l. lex, quæ 22. sup. tit. 37.*

Et jumenta, aut pecora supervacua] Animalia supervacua in *d. l. 22. §. ult. & l. ult. hoc. tit.* Græci notant, animalium appellatione servos non contineri: servi enim alienari prohibentur, *d. l. 22. §. ante omnia.* Lex autem Aquilia servis exæquat quadrupedes, *l. 2. §. 2. ff. ad leg. Aquil.*

Ex constitutione Justin.] *L. pen. sup. de his, qui ven. ætat. impetrav.*

Quam minor exigitur] Pro, quæ à pupillo, vel adulto exigitur, ut apud Cæcilium, *exigor portorium*, apud Non. in exigor. & in *l. 5. inf. tit. prox. duo vicaria mancipia exigotur.*

Cautio litis est cautio jud. sol. non jud. sup.] Auctores Basil. de cautione judicio sisti accipiunt, lib. 38. tit. 9. cap. 41. Græci ibidem: *περὶ τῆς*: judicatum solvi *ἱκανοδοσίαν λέγει, ὅτι οὐ παρέχουσιν αὐτὴν οἱ ἐπίτροποι: de satisdatione judicatum solvi dicit, non præstari eam à tutoribus.*

TIT. LXXIII. *Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparaverit.*

SI his casibus exceptis contra SC. sine decreto facta sit venditio rerum minoris, ab emptore bonæ fidei separandus est emptor malæ fidei, id est, qui scivit prædium minoris esse, ab eo qui hoc ignoraverit, & duæ in hoc tit. differentiæ proponuntur. Una, ut bonæ fidei emptor tueri se possit præscriptione statuti temporis, si post perfectam ætatem domini, sine controversia eam rem statuto tempore possederit, quam tamen præscriptionem non habet emptor malæ fidei, *l. 1. & 4. hoc tit. l. 2. & 3. tit. seq.* Et statutum tempus, *l. 1. & 3. hoc tit. & l. 2. t. seq.* quinquennium intelligere oportet ex Constitutione Justiniani, id est, *l. 3. tit. seq.* si res pupilli, vel adulti obligata, aut vendita sit. Breviore tempore confirmatur venditio, quæ jure antiquo valuit. Sin autem donata sit, quia nec ex decreto valet donatio simplex, statutum tempus est longum tempus, id est, decem annorum præsente domino, 20. absente: ea enim est in jure perpetua longi, & diuturni temporis definitio. Et inde *l. 4.* hujus tit. quæ de longo tempore loquitur, etiam de re donata

loquitur, non de re vendita. Altera differentia pertinet ad fructus rei venditæ, quos emptor bonæ fidei lucratur, etiamsi non impleverit tempus præscriptionis, non emptor malæ fidei, *l. 2. hoc t. l. bonæ fidei, ff. de adq. rer. dom.*

LXXIII. Enarratio.

QUinquennium intellig. oportet] Continuum. Breviore tempore] Id est, silentio quadriennii, *l. ult. sup. de tempor. in integ. restit.*

Longi & diuturni temp. defin.] Paulus *Sentent. libro 5. tit. 11. §. longi, & tit. 5. §. res olim.*

Etiam de re donata loq.] Ex persona donatarii rem definit, non ex persona emptoris, cui donatarius vendidit.

TIT. LXXIV. *Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit.*

SI silentio domini majoris effecti secundum definitionem & distinctionem *l. 3. hujus tit.* confirmatur alienatio facta contra SC. & multo magis speciali ratihabitione, ut *l. 6. sup. arb. tut.* Ratihabitio est silentium expressum sive promissum expressim. Silentium, ratihabitio tacita. Silentium, inquam, quinquennii in rebus minorum sine decreto alienatis vel obligatis, & silentium longi temporis in rebus donatis, quod numeratur à die, quo dominus rerum major effectus est, & heredi quoque ejus, si minor sit, tempus silentii, quod reliquum est, tantum cedit ab eo die, quo & ipse major effectus est: quæ est sententia *l. 3. in fi.* comprobata *l. interdum, ff. de min. & l. 5. sup. de temp. in int. ref.* Hoc autem distat hic tit. à t. 45. lib. 2. quod hic est de causis, quæ ipso jure nullæ sunt, ille de causis, quæ ipso jure valent, sed nisi ratæ habeantur, rescindi possunt per restitutionem in integrum.

LXXIV. Enarratio.

SI silentio domini] Cessat restitutio si major effectus id quod minor gessit, facto vel silentio comprobarit. Paulus *Sentent. lib. 1. tit. 9. §. si major.*

Silentium longi temporis] Decennii inter præsentes, vicennii inter absentes.

Major effectus est] Probat igitur Cujac. vulgatam, quæ tam veteri Menagii codice, quam Brodæi confirmatur: *quod post ejusdem heredis minoris ætatem silentio transactum sit.* Ipse tamen ad Paulum, *d. tit. 9. §. si minor*, ex veteribus libris, ut ait, legebat, *post ejusdem ætatem, heredis minoris silentio transactum sit.* Certe ita legebatur in codice, qui alias apud me fuit. Prior lectio placet. De herede igitur minore, eodemque herede etiam minoris excipienda est, *d. l. 3.* Nec recte aliter interpretantur Græci, quorum verba refert Cujacius ad *d. §. si minor ex lib. 10.* Basilic. tit. 4. cap. ult.

TIT. LXXV. *De Magistratibus conveniendis,*

Vide tit. 8. lib. 27. ff.

MErito hic titulus ultimum locum occupat: nam ultimum auxilium, quo minoribus succurritur, quia alia ratione servari indemnes non possunt, est actio utilis, vel in factum ex SC. sive Oratione Trajani, quæ in hoc tit. proponitur in magistratus municipales sive Duumviros, qui tutores vel curatores dederunt, aut nominaverunt, nec ab eis satisdationem exegerunt, Rem minoris salvam fore, aut minus idoneam exegerunt. Itaque ad tutores tantum vel curatores hæc actio pertinet, qui satisdare debent, quales sunt legitimi & dati sine inquisitione, non ad testamentarios, vel datos ex inquisitione, *l. ult. sup. de auct. præst.* Et subsidiaria actio dicitur, quia priusquam eatur ad Duumviros, excuti oportet bona tutoris vel curatoris, & revocari actione Pauliana, si quæ alienaverit in fraudem minoris: excuti etiam bona fidejussoris ejus, & collegas, qui suspectum eum non fecerunt, *l. 1. 4. 5.* & si ab his indemnitati minoris non satisfiat, tum itur ad Duumviros, divisa actione si ambo solvendo sint, *l. 3.* vel ad heredes eorum, si non ex dolo vel lata culpa eorum conveniantur, præterquam si lucrum captaverint sibi vel alii ex damno minoris, ut exposui in tit. 53. Et si forte magistratus ipsi in dando tutore suæ indemnitati satisdatione prospexerint, nec sit solvendo tutor aut fidejuss. qui de indemnitate pupilli cavit, liberantur cedendo actiones suas adversus fidejussores, qui eis de indemnitate sua caverunt, vel etiam minori sine cessione dantur utiles, *l. 1.* quia dum indemnitati suæ cavit magistratus, per consequentias & indemnitati pupilli cavit. Et hæc in provinciis: nam in urbe si prætor tutorem dederit, non quidem in prætorem, sicut nec in provinciis in præsidem, sed in scribam V. C. qui satis exegerit, actioni subsidiariæ locus est.

LXXV. Enarratio.

ACtio utilis vel in factum] Tutelæ utilis; vel in factum, Joannes Faber ad *leg. pen. hoc tit.* vel tutelæ utilis secundum Azonem, aut in factum secundum Hugolinum, ex Glossa ad *d. l. pen.* & Theophilum in *§. 2. de satisdat. tut. Inst.*

Ex SC. sive Orat. Trajani] *L. pen. hoc tit.*

In magistratus municipales] Quos Græci *στρατηγοὺς* vocant, in Basilicis. Glossæ: *στρατηγὸς, magistratus, duumvir.* Glossæ Philoxeni: *magistratus, στρατηγός.* Nilus in oratione 4. *τὸν γὰρ δεσπότην τὸν ἐμὸν μετὰ τῆς στρατηγοῦ πολιτείας τελέσαντα τὸ λειτούργημα, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀπανισχομένον καταπέμπετε : μετὰ τῆς στρατηγοῦ πολ.* id est, *cum Duumviro*, ut videtur.

Aut nominaverunt] *τὰ ὀνόματα αὐτῶν τῷ ἄρχοντι πέμψαντες: tutorum nominibus ad Præsidem missis.* Basilica.

Et revocari actione Pauliana] *L. 2. hoc tit.* ex qua Thalelæus interpretatur verba illa legis 3. *nec alias servari pupillo indemnitas potest: δι' ἀνατροπῆς τυχὸν*, inquit, *τῶν ἐπὶ περιγραφῇ γενομένων: per rescissionem puta eorum, quæ in fraudem gesta sunt.*

Si ambo solvendo sint] Nam si unus solvendo non sit, agitur cum altero.

Si non ex dolo vel lata culpa eorum] Nisi conveniantur ex dolo & lata culpa eorum. Cujacius existimat abundare negationem in *l. 2. hoc tit.* quæ tamen extat in libris veteribus Menagii & Brodæi. Vide quæ diximus ad tit. 24. Institutionis primæ.

Suæ indemnitati satisd. prospex.] Si magistratus à tutoribus datis satisdationem acceperint, rem pupilli salvam fore, & separatim ipsi stipulati sint se ejus tutelæ nomine indemnes damno futuros, & in hanc rem alios fidejussores acceperint, *d. l. 1.*

In scribam V. Cl.] Ut in *Novella* XCIV. *τῷ λαμπροτάτῳ σκρίβᾳ*: Clarissimi scribæ. Vide quæ dixi Institut. de satisdat. tutor.

CODICIS



CODICIS JUSTINIANI LIBER SEXTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE SERVIS FUGITIVIS, ET LIBERTIS Mancipiisque civitatum artificibus, & ad diversa opera deputatis, & ad rem privatam, vel dominicam pertinentibus.



LIBRO superiore contractu dotis exposito, & his omnibus, quæ circa eum contractum vertuntur, ac deinde exposita obligatione totelæ, vel curæ, quæ quasi ex contractu descendit, hoc libro proponitur alia obligatio, quæ etiam ex contractu descendere videtur, nempe successio, & adquisitio hereditatis bonorumve defuncti: nam & is, qui adiit hereditatem, vel immiscet se bonis defuncti, contrahere videtur, qoatenus æs alienum defuncti contrahit, & creditoribus hereditariis, legatariis, fideicommissariis obligatur, perinde atque si cum eis negotium aliquod geresset, *l.3. §.ult. l.4. ff. Quib. ex cau. in poss.* ac similiter, qui hereditatem recipit ex SC. Trebelliano, *l. non enim, ff. ad Treb.* & qui bnnorum possessionem agnoscit, *l. pen. in fi. ff. de separ.* Alia autem est hereditas sive successio libertinorum, alia ingenoorum, & in hoc libro primum agitur de successione libertinorum, in qua certum est leges, & edicta patronis multa, & varia jura detulisse: hæc enim una est pars juris patronatus, ut in libertorum bonis succedant patroni, sicut io bonis clientum jure applicationis. Sunt & aliæ partes juris patronatus, quas conditor hujus lib. omnes explanare, & exequi parat, ut jus patronatus, quam sit amplum aperiat studiosis, & in eo potissimum consistat, quod est de successione libertorum: ac primom quidem ostendit vim juris patronatus consistere in operis, quas liberti patroois debent, quo erga patıonos officio cum decedant fugitivi, inde apparet primum titulum hujus libri, qui est non tantum de servis, sed præcipue de libertis fugitivis, respicere ad tertium de operis libertorum, in quo & l.ult. est de libertis fugitivis. In hoc aotem t. de eisdem est l.5. sed illa de libertis privatorum, hæc de libertis civitatum, quorum artificio, & operis Resp. utebatur, & gravior pœna sollicitantis servum, aut libertum civitatis, quam privati hominis. De servis publicis pop. Romani est *l. ult. De his, qui ad rem dominicam rei privatæ*, id est, ad domioium principis, sive fiscalem pertinent *l. pen.* Cæteræ de privatorum servis, qui sunt in fuga, & susceptoribus, vel occultatoribus eorum.

I. Enarratio.

SIcut in bonis clientum jure applicationis] De quo vide Turnebum Adversariorum libro 24. cap. 32.

Gravior pœna soll. serv. aut lib. civ.] Qui servum privati hominis fugitivum suscipit, eum reddit cum alio pari, vel 20. solidos. Quod si solvendo non sit, castigatur, *l.4.* ad quam Thalelæus notandum monet, eum qui in delictis pœnam legibus definitam, sive multam pendere non potest, castigari, id est, corporaliter puniri, ut ait Theodorus ad *d. leg. 4.* Qui vero servum Reipub. sollicitat ad fugam, & recipit, damnatur io duplum & hoc amplius 12. solidos Reip. infert, *l. 5.*

Est lex ult.] Ex qua servi publici, qui se contuberniis alienarum ancillarum miscuerint, statim redduntur cum contubernali sua, & liberis ex contubernio natis: & ad eam Græci notant, natos ex duobus servis patrem sequi: nam regulariter cedont matri.

L. penolt.] Ex qua qui servos fiscales occultaverint, extra rem ærario 12. argeoti libras inferunt. Thalelæus adnotaverat, *in heredes susceptoris pœnam non competere*, quæ Græci inseruere libris Basilic. ut ibi monent interpretes.

TIT. II. *De furtis & servo corrupto.* A

Vide lib. 4. Inst. tit. 1. lib. 11. ff. tit. 3. lib. 13. tit. 1. lib. 47. tit. 2. & seq.

Titulus est generalis, qui non sine causa sequitur
vicinitatem tituli de serv. fug. nam & fuga servo-
rum species furti esse intelligitur, *l. 1. supra eodem, l. an-
cilla, ff. de furtis, l. 6. supra de his qui ad eccl. conf.* quan-
tum ad usucapionem vel longi temporis præscriptionem
attinet, cui etiam in rebus mobilibus aliquando locus
est, *l. rescriptis, ff. de diu. temp. præs. l. si liberam, supra
quod cum eo, l. 1. infra. Si adv. cred. præs.* Et qui fugi-
tivum celat, fur est, *l. 1. ff. de fug. l. qui servo, §. ultim.
ff. de fur.* Imo, ut Sabinus scripsit, & qui collectu togæ
ne fugitivus à domino videretur obstat: forte & qui B
sciens fugitivo viam monstrat. Item vix unquam fugit
servus quin secum furto auferat rem aliquam pecuniam-
ve domini, *d. l. qui servo, §. ultim. l. ultim. ff. de fug. l.
15. infra ad leg. Fab.* Itaque vitia hæc duo conjuncta &
proxima sunt, & propria servorum proba, fuga & fur-
tum Martialis: *A pedibus didicere manus peccare proterva,
Non miror furem, qui fugitivus erat:* & inde in venditio-
nibus servorum cautiones illæ, Fugitivum non esse, Fu-
rem non esse; & eleganter D. Hieronymus in epistolam
ad Titum, cum audiente viro apprime gravi laudaretur
judex quidam, quod fur non esset, refert illum dixisse.
Laudas optimum servum, si nec fugitivus est: quod sci-
licet liberum hominem florere oporteat laudibus lon-
ge majoribus quam quibus servi collaudantur, & lon-
gissime abesse vitiis servilibus: & videtur id Hierony- C
mus sumpsisse ex Apollonio Philostrati, apud quem Jar-
chas Rex Indorum, dari per quam inepte laudem ma-
gistratibus eandem quam vænalitiarii dant vænalibus
suis, quod fures non sint. Et quod attinet ad secun-
dam partem hujus tit. quantam communionem habeat
cum titulo primo ejusdem tit. *l. 5.* demonstrat, quæ de
sollicitatore loquitur servi fugitivi: is est corruptor,
in quo est actio mista ex edicto de servo corrupto, vel,
ut novi dicere cœperunt, ne quis servum duntaxat
aut servam deintegratam intelligeret, de servo deterio-
re facto, quanti res erit in duplum, quæ Græcis *δουλα-
πατίας δίκη*. & ex *d. l. 5.* gravior actio sollicitato servo
Reipubl. deputato publicis operibus. Et sunt in hoc
titulo duæ tantum Constitutiones ea de re *lex 4. & lex
20.* Cæteræ sunt de furtis, & actione furti nec manifesti, D
quæ privatis datur ex XII. tab. in duplum, fisco in
quadruplum, *l. 19. ff. rer. amot. l. aufertur, §. ultim. ff.
de jur. fisc.* Et manifesti quæ privatis datur ex prætoris
edicto. Proponitur etiam in *l. 18.* specialis actio furti
ex edicto prætoris in eum, qui ex miserrima naufrago-
rum fortuna, vel ex incendio quo forte conflagrabant
ædes alienæ, aliquid cepit, amovit, abstulit, corrupit;
qua tenetur etiam nec manifestus intra annum in qua-
druplum, post annum in simplum, non ei tantum cu-
jus interest, sed etiam fisco, in tantum scilicet fisco, in
quantum ei cujus interest, *l. 3. §. ultim. ff. de inc. & nauf.*
præter criminalem executionem & pœnam corporalem
in eum statutam XII. tab. *l. 1. §. 1. l. quis ædes, ff. eod.*
Criminalis executio si legitima & ordinaria sit, non ex-
cludit civilem in duplum, vel quadruplum. Extraordina- E
ria excludit. Et quod hodie non sunt in usu actiones
furti in duplum, vel quadruplum, id ex eo manat, quod
sint hodie omnia judicia extraordinaria, & nunc ple-
runque, ut sit *l. ultim. ff. de fur.* furti agatur crimina-
liter & extra ordinem, quam viam qui eligit ulciscen-
di furis, renuntiasse videtur civili & ordinariæ actioni
in duplum, vel quadruplum, & simplo ei satisfit, *l. in-
terdum §. qui furem, ff. de fur.* nec tamen si malit agere
in duplum, vel quadruplum, jure prohibetur *d. l. ultim.*
quia judicia ordinaria cessant potius quam extincta
sunt.

A II. ENARRATIO.

Quantum ad usucapionem] In servo fugitivo quasi
in furtivo, nec usucapio, nec longi temporis præ-
scriptio locum habet, *l. 1. sup. t. prox.* nam & in rebus
mobilibus præscriptioni aliquando locus est, ut etiam do-
cent Græci ad d. l. 1.

Ut Sabinus scripsit] apud A. Gellium lib. XI. c. ult.

Servorum probra] Cornelius Tacitus Hist. 1. cap. 48.
*Servili deinceps probro respersus est tanquam scyphum aureum
in convivio Claudii furatus.*

Fuga & furtum] Tertullianus de pœnitentia cap. 6.
*Quis enim servus, posteaquam libertate mutatus est, furta
sua & fugas sibi imputat?* S. Ambrosius de officiis li-
bro 3. capite 3. *Nunquid dignum est ut alter alteri de-* B
*trahat? Servile hoc vitium, familiare ultimæ conditioni,
adeo contra naturam, ut inopia magis, hoc extorquere
videatur, quam natura suadere. Servorum tamen occul-
ta furta divitum rapinæ publicæ.* Salvianus 4. de provi-
dentia Dei, *Ex servis enim fures ac fugitivi sunt: ex
servis enim gulæ ac jugiter ventri servientes. Verum est,
esse hæc vitia servorum, &c.* Servius in illud Eclogæ III.
Quid domini facient, audent cum talia fures? Pro servo,
inquit. *furem posuit: Furta enim specialiter servorum
sunt*, &c. Horatius Sat. 1. lib. 1. — *servos, Ne te com-
pilent fugientes:* & 1. epistol. 16. *Nec furtum feci, nec fu-
gi, si mihi dicat Servus.* Epictetus Arriani libro 3. cap.
26. *περὶ τῶν δουλαρίων τρέμε, μὴ κλέψῃ, μὴ φύγῃ, μὴ
ἀποθάνῃ. De servulis solicitus esto, ne furentur, ne fugiant,
ne moriantur.*

C Fugitivum non esse] Mancipium enim empturi hoc
in primis spectant an usquam aufugerit: sive ut ait Dio
Chrysostom. Orat. 31. *ἀνδράποδον μέν τις ὠνούμενος,
εἴ ποτε ἀποδεδρακὼς ᾖ.*

Martial.] XV. 55.

Fugitivum non esse] Seneca libro III. Controv. 21.
in fine *Triarius dixit: fugitivum, erronem non esse. Blan-
dus dixit: Relegamus auctoritatis tabellas: Furtis noxa-
que solutus. Sparsus dixit? Prior dominus promisit, fugi-
tivum non esse.*

In epistolam ad Titum] Capite 1.

Philostrati] Libro III. cap. 7.

Is est corruptor] Glossæ: *ὑπονοθευτὴς, seductor, soli-
citator: ὑπονοθεύω, solicito, seduco, inlicio.*

Deintegratum] Nonius: *deintegrare, diminuere. Caeci-
D lius: Nomen virginis, nisi mirum est, deintegravit.*

De servo deter. facto] Seneca controversia 21. *Servi
quoque nomine tecum queri possum, quem, qui frugi fueras,
nequam fecisti.*

Ex 12. tabul. in duplum] S. Ambrosius loco supra
citato: *Nec ipsæ leges nos docent, quæ ea quæ detractata
sunt alicui cum injuria personæ, aut rei ipsius cumulo resti-
tui jubent.*

Quæ privatis datur ex Præt. ed.] Actio furti manife-
sti in quadruplum est è jure prætorio, Cujac. ad §. 4.
Inst. de noxalib. act.

Ex miserrima nauf. fort.] Dio Chrysostomos ora-
tione 7. *μὴ γὰρ οὖν ποτε, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν, μηδὲ κερδᾶναι
κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυστυχίας.* Vide Nicetam
Chon. in Andronico Comneno libro II. pag. 209. edit.
E Regiæ.

Ex miserrima, &c.] Ex *l. 3. §. ultim. ff. de incend. ru.
& naufr.*

In tantum scilicet] Tantum infert fisco quantum ei
est cujus interest, præter pœnam olim statutam, ut est
in *d. l. 18.* quæ verba Græci omnes interpretantur, præ-
ter pœnam edicti, id est, ut det tantumdem fisco, ex
d. l. 3. §. ultim.

TIT.

TIT. III. *De operis libertorum.*

Vide tit.3. lib.38. ff.

JAm à primo titulo primum de operis libertorum dicere proposuit, priusquam alia exponeret quæ in libertos habemus jure patronatus, quia & initio quoque edicti prætor operarum judicium dedit *l.2. ff. eod.* Operæ sunt diurnum officium quod libertus præsenti patrono jurat, vel promittit libertatis causa, i. sine quo libertas data non esset, *l.in liberto, ff. de sol.* Jurat autem vel promittit manumissus statim in ipso tempore manumissionis, vel post tempus. Non debentur jure civili nisi promissæ, vel juratæ civili actione de operis, *l.1. infr. ad leg. Vis.* naturali jure debentur, *l. si non sortem §. libertus, ff. de cond. ind.* Et juratæ debentur ex jurejurando speciali jure: namque alias ut ex pacto, vel pollicitatione, ita ex jurejurando jure civili non nascitur obligatio. Cum vero dicimus, operas esse diurnum officium, ut *l.1. & 3. ff. eodem* operarum editionem esse officii præstationem, *l. cum patronus, ff. eod.* hoc dicimus, operas quas patronus à liberto postulat & libertus patrono jurat, vel promittit, officiales esse operas. Jurat enim vel promittit quas operas sibi indixerit patronus daturum se officii causa: non semper adjicit, quas indixerit patronus, sed intelligitur, quia ex commodo patroni edendæ sunt: nec debentur igitur antequam petantur, neque vero promissio officii, vel jusjurandum alii quam patrono factum, ullam obligationem parit. Porro indicit patronns liberto operas fabriles, si sit faber, pictorias, si pictor, medicas si medicus, mimicas si mimus, aut petit ut sibi scribat quosdam libros si antiquarius sit, vel insularium facit ut custodiat ædes, vel postulat ut se sequatur, ut secum moretur aliquandiu, secum peregre proficiscatur, vel negotium suum exerceat: hæ sunt officiales operæ, quæ postulanti patrono debentur libertatis causa: quarum longe alia condicio quam fabrilium, vel aliarum cujuscunque artificii, quas quis extraneo, vel patrono ut extraneo non libertatis causa stipulanti promittit, quæ non in officii, sed quasi in pecuniæ præstatione consistunt. Intercidunt vero officiales variis ex causis, quæ in hoc tit. proponuntur.

III. ENARRATIO.

EX jurejurando speciali jure] Ex lege Julia & Papia. Vide Cujac. supr.*lib.4. tit.3.*

Ex commodo patroni edendæ sunt] *L. quoties 24. ff. eod.*

Alii quam patrono] *L. servus 10. & duabus sequentibus.*

Antiquarius sit] καλλιγράφος, βιβλιογράφος:

Insularium] ἐνοικολόγος.

Quam fabrilium] Officiales soli patrono debentur: fabriles extraneo, vel patrono ut extraneo.

Quasi in pecuniæ præst.] *L. fabriles 6. ff. eod.*

TIT. IV. *De bonis libertorum & jure patronatus.*

Vide tit.1. lib.37. & tit.2. l.38. ff.

JUri judicioque operarum officialium, quas patronis liberti debent, addit in hoc titulo jus succedendi in bonis libertorum, quod per eminentiam jus patronatus vocat, ut *l.33. sup.tit. prox. l.34. ff. de tut. & cur. dat.* Id vero quam varium fuerit atque multiplex, Institutiones docent *tit. de succ. lib. & tit. de bonor. poss. & Ulp. lib. Reg. tit.29.* nempe aliud fuit ex 12.tab.aliud ex edicto prætoris, aliud ex lege Julia & Papia, & hodie longe aliud ex Constitutione Græca Justiniani *l.4. hujus tit.* cujus fit mentio in Institutionibus multis locis, & extat integra 49. Βασιλικῶν tit.3. Id vero ea potissimum agit, ut quantum potest recidat & imminuat jus patronatus: & quemadmodum t. superiore, ut ostendat quibus modis tollatur operarum obligatio, ita hoc titulo quibus modis jus patronatus intereat, aut cesset, ut si quis servum emerit ejusdem servi nummis, & manumiserit, *l.1.* si patrono connivente libertus junxerit se ancillis, vel colonis fiscalibus, *l.2.* Si patronus jus suum remiserit, & liberto dederit liberam testamenti factionem ex *l.3.* ejusdem Justiniani: quod olim solius legis erat, aut principis, & aliis plerisque modis quæ idem *l.4.* studiose collegit cupiens abolere servorum & libertinorum condicionem, quod assequi non potuit nisi gradatim: nam ut paulatim jus civile crescit, ita non nisi paulatim decrescere potest. Et acciso primum in hoc tit. quantum potuit jure patronatus. accisa portione debita verecundiæ patronali & ex semisse redacta in trientem, & jure succedendi libertinis dato liberis & cognatis patronorum finito ad quintum gradum, & cætera pene in successionibus exæquatis libertinis & ingenuis, quod integra Constitutio Græca declarat, deinde libertinos omnes Cives Romanos facit sublata Latinorum & Dediticiorum condicione, ut jam in successione libertinorum non sint separandi Cives Romani à Latinis, quorum nulla erat successio, *l. intestato, ff. de suis & leg. her. l.1. Cod. Theod. de pet. her. §.ult. Inst. de success. libert.* Et tandem *Novel.78.* nullos in Rep. voluit esse libertinos, eos qui manumitterentur omnes ingenuos esse pronuntians salvo jure patronatus, cui non poterat sine injuria derogare.

IV. ENARRATIO.

ET exstat integra] Vide Cujac. lib.20. Observat. cap.34.

Quod olim solius legis erat] *L.3. ff. qui testament.fac. poss.*

Aut principis] Mutus aut surdus liberam testamenti factionem impetrat à Principe, *l. si mutus 7. ff. qui testament. fac. milites, l.1. ff. de milit. testament. l. si quando 5. sup. de inoffic. testament. l.libertus, l.3. ff. de bon. libert.* Hodie patronus liberto dat liberam testament. factionem.

TIT. V. *Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta est.*

Vide tit. 5. lib. 38. ff.

ADditur de bonis libertorum in hoc tit. ut si quid ex eis bonis dolo malo libertus ad fraudem patroni alienaverit, id post mortem liberti pro parte sibi debita patronus rescissa alienatione revocare possit, nisi eam fecerit ratam, per formulam Fabianam vel Calvisianam: hæc intestato liberto competit, illa testato: & hanc solam inter has actiones Græci differentiam agnoscunt in *l.quod si in diem §. idem scribit, ff. de pet. her. & l.2. ff. Si à par. quis man. su.* adjiciunt, utramque esse in factum. Et de alienatione titulus loquitur, non de manumissione: nam manumissio ex lege Ælia Sentia ipso jure nulla est.

V. ENARRATSO.

GRæci differentiam agnoscunt] Libro 40. Basilic. tit.6. cap.2. & libro 42. tit.2. cap.36.§.4.

Ex lege Ælia Sentia nulla est] *L. in fraudem 27. ff. qui & à quib. man. lib. non fi.*

TIT. VI. *De obſequiis patronis præſtandis.*

Vide tit. 15. lib. 37. ff.

NOn eſt ſemper eadem ratio parentum & patronorum: nam quæ datur patronis actio Fabiana vel Calviſiana tit. ſuperiore, non datur etiam parentibus manumiſſoribus, *l. 2. ff. Si à par. quis man. ſu.* & quæ patronis debentur officia .i. operæ officiales, non debentur etiam parentibus, *l. pen. ff. de obſ. par. & pat. pr.* At obſequia de quibus in hoc tit. agitur, jure naturali æque debentur patronis & parentibus. Officia ſive operæ ſeparantur ab obſequiis, & quod de officio eſt in *l.* 2. ne id præſtet patrono liberta, quæ voluntate patroni jure alii nupſit, licet de operis ſit, non de obſequiis, tamen argumentum titulus præbet ut exiſtimem eam eſſe trahendam ad obſequia, & quod tam in obſequio quam in officio ſolius mariti conveniat eſſe mulierem. Aliquando officia appellantur obſequia, ut *l. 6. ſup. tit.* 3. Imo vere dici poteſt officia eſſe obſequia operarum, obſequia autem officia pietatis, honoris, reverentiæ, officia grati animi & obnixi, quæ liberi parentibus, liberti patronis debent etiam tacitis nec petentibus, cum tamen officia non debeantur niſi petentibus & indicentibus: ac præterea operarum actio eſt, non obſequiorum; ſed ob violata obſequia ingrati eſt actio de qua tit. ſeq. Item operæ non debentur patroni heredibus extraneis, *l. liberti ſup. tit.* 3. obſequia debentur, atque etiam privignis, *l. pen. hoc tit. l. per. tit. ſeq. Nov.* 78. qua in re etiam patroni à patribus diſtant: nam patribus ſolis debentur obſequia, non cæteris liberis, aut heredibus patrum.

VI. Enarratio.

NOn datus etiam parentibus] Eſt enim iniquum filiis liberam rerum ſuarum alienationem adimi, ut eſt in *l.* 2. citata à Cujac.

Non debentur etiam parentibus] Nam pietatem liberi parentibus, non operas debent, *d. l. pen.*

Jure alii nupſit] Cujacius Græcos ſequitur, qui ut ipſe adnotaverat in Codice ſuo, non, habent, *aut.* eſt tamen in libris vett.

Ac præterea operar. actio eſt] *L. 2. ff. de oper. libert.*

TIT. VII. *De libertis & eorum liberis.*

IN hoc titulo proponitor actio ingrati, actio impietatis in libertos, qui contra obſequia debita patronis vel minimum deliquerunt, per quam probatis cauſis ingratitudinis reſciſſa manumiſſione retrahuntur ad ſervitutem quæ obtinuit etiam in Athenienſium & Maſſilienſium Rep. eademque actio datur patribus contra liberos emancipatos, reſciſſa emancipatione, & contra donatarios, reſciſſa donatione, ſed contra hos vel illos non niſi ex magnis certiſque cauſis, *l. 1. inf. de ingr. lib. l. ult. inf. de rev. don.* In libertinos etiam ex levi offenſa, *l. 2. hoc tit.* ob violata, non ob deſerta obſequia. Coercentur magis libertini, qui plerumque redeunt ad nequitiam ſervilis ingenii, *l. pen. hoc tit.* Plautus in Perſa.

Ita pars libertinorum eſt: niſi patrono qui adverſatus eſt
Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi, nec ſatis honeſtus,
Ni id efficit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus eſt.

Actio eſt extraordinaria, *l. 1. hoc tit.* quia legibus non eſt prodita actio ingrati, aut ſi qua prodita eſt, veluti lege Ælia Sentia, in deſuetudinem abiit. De libertorum liberis, quæ eſt altera pars hujus tit. hoc habemus in *l.* 2. ut libertina redacta in ſervitutem ex ea poſtea nati liberti ſervi naſcantur, & in *l. ult.* ut filii libertinorum ex cauſa ingratitudinis, tametſi ingenui ſint, in ſervitutem redigi poſſint, quia patrono paterno ingenuitatem acceptam ferre debent, ut *Nov.* 22. & *l. 2. ſup. de in jus voc.* & ita eis quoque morientibus ſine legitimis heredibus, ab inteſtato patronus paternus ſuccedit ex *l. 4. ſup. tit.* 4.

VII. Enarratio.

IN Athenienſium & Maſſil.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 6. & 7.

Plautus in Perſa] Actus 5. Sc. 2.

Veluti lege Ælia Sentia] Vide Cujacium ad Nov. 78.

TIT. VIII. *De jure aureorum anulorum & de natalibus reſtituendis.*

Vide tit. 10. & 11. lib. 40. ff.

REcte dici poteſt hunc titulum eſſe ſubjectum 6. & 7. quod libertini natalibus reſtituti obſequiis ſoluti ſint, & judicio ingrati, quia per omnia & in omnibus ingenui ſunt, *l. 6. inf. de ſuis & leg. her.* non etiam, qui jus aureorum anulorum impetraverint, quod plerumqne dabatur libertiois ditioribus, ut Arnobius ait lib. 4. pecuniam donare anulos aureos, & loca priora in ſpectaculis. Habentibus igitur in bonis millia quadringenta, qui cenſus erat equeſtris. Suetonius In Julio: *Jus anulorum cum millibus quadringentis.*

VIII. Enarratio.

JUdicio ingrati] *L. pen. ſup. tit.* 14.

Quia per omnia & in omn.] Omne jus patronatus tollitur, denique ingenuitas mera libertis competit, *d. l. pen.*

Qui jus aureorum an. impetr.] Anulus quidem libertatis inſigne eſt, Cyrillus apud auctorem catenæ in Lucam cap. 15. Petrus Chryſologus ſermone 5. *Anulum honoris, titulum libertatis*. Liberti autem anulis donati aureis, equeſtri dignitate ornabantur. Plutarchus in Galba: *ὅτον μὲν ἦν εἰς τάξιν ἔντιμον προήχθη: τῷ δ' ἀπελευθέρῳ δακτυλίους τε χρυσοῦς ἔδωκε.* Dio lib. 48. *δακτυλίοις τε χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ τὸ τῶν ἱππέων τέλος ἐσέγραψεν.* & hi jura ingenuitatis habent, ſalvo jure patronatus, *l. ult. ff. de ju. aur. anul.* Denique beneficium Principis his quibus jus aureorum anulorum datum eſt, donec advivunt, imaginem tantum, non ſtatum ingenuitatis præſtat, *l. 2. hoc tit.* in qua Cujacius legendum putat, *libertinis*, pro *libertinitatis* repugnantibus libris veteribus.

Sueton. in Julio] cap. 33.

TIT. IX. *Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus.*

Vide lib. 3. Inſt. tit. 10. de bon. poſſ. & tit. 1. lib. 37. ff.

HActenus dixit de ſucceſſionibus libertinorum & cæteris partibus juris patronatus, & nunc dicturus de ſucceſſionibus ingenuorum, quod eæ vel jure prætorio obveniant, vel jure civili, incipit à jure prætorio .i. à bonorum poſſeſſionibus. Prætor bon. poſſeſſionem dat, lex hereditatem. Utroque nomine ſignificatur ſucceſſio in univerſum jus defuncti. Et bonorum poſſeſſio proprie jus perſequendi pecuniam ſive rem, quæ cujuſque cum is moritur fuerit .i. formula, auctoritas, titulus quo nanciſcimur actiones hereditarias, ut ait, *l. facta, §. ſi in danda, & §. ſeq. ff. ad Treb.* & petitionem hereditatis & interdictum Quorum bonorum, & tanquam heredes omnia jura quæ heredibus competunt: & additur in definitione bono-

A bonorum possessionis, jus retinendi. Nam & petitori & possessori bonorum possessio datur, *l.3. §. parvi & §.7. ff. de Carb. ed.* Et additur, patrimonii sive rei, ut in lege Falcidia *sam pecuniam, sasque res*, quoniam latior est rei quam pecuniæ, vel patrimonii appellatio. Duæ autem sunt partes hujus tit. Una, qui admitti ad bonorum possessionem possunt: & ex testamento, admittuntur scripti, vel præteriti: ab intestato, proximiores, & filiusfam. ad delatam sibi bonor. possessionem, etiam ignorante patre, quæ admisso jure veteri inutilis est, ratum non habente patre, jure novo proficit filio. Pupillus quoque ad bonorum possessionem sibi delatam admittitur cum tutoris auctoritate, vel judicis, qui ignarus ætatis ejus non sit: Et tutor nomine pupilli, qui tamen nomine pupilli adire hereditatem non potest,
B quæ una est differentia inter jus civile, & jus prætorium, & alia quæ antea subnotata est, ut ratihabitio patris sufficiat in bonorum possessione, in hereditate jussum exigatur. Infantis quoque nomine tutor, & pater, & quilibet admitti ad bonor. possessionem potest, & post eam agnitam, infante mortuo, transmissioni locus est. Altera pars tit. est de temporibus petendæ bonorum possessionis, vel admittendæ, quæ notum est largiora dari liberis & parentibus, quam cæteris, & utilia esse, & ideo ignoranti factum non cedere. Continua enim ignoranti cedunt, *l.genere, §.1. ff. de his qui not. inf.* & hac in re etiam jus civile distat à prætorio: Nam jus adeundæ hereditatis perpetuum est: nisi testator aditioni præstituerit diem, ut in cretionibus, vel judex urgentibus creditoribus, vel filius exheredatis.

IX. Enarratio.

LEx hereditatem] *§.2. Instit. de bon. poss.*

Et bonorum possessio] *L.3. §.2. ff. de bonorum possess.*

Et petitione hereditatis] De qua in tit. de possessor. heredit. poss.

Et interdictum quorum bonorum] De quo in tit. quorum bonor.

Et tanquam heredes omnia jura] In omnibus enim bonorum possessores vice heredum habentur, *l.2. ff. de bonor. poss.*

Sam pecuniam sasque res] Ut apud Lucretium 3.

Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit.

Festus in *sas.* Pseudocornutus in 1. Persii.

Latior est rei quam pecun. vel patr.] *L.rei 5. & l. rei 23. ff. de verbor. signific.*

Scripti vel præteriti] *§.3. Instit. de bonor. possess.*

Ab intestato proximiores] *L.2. h. tit.* omnis successio proximiori defertur, Paul. *Sent. tit.8. §. in hereditate.*

Et filiusfamil. ad delatam] *L.1. h.tit.*

Inutilis est rat. non hab. pat.] *L. ult. §.1. ff. quis ordo in bonor. poss. serv.*

Jure novo proficit filio] Pleno jure, *l.ult. §.1.inf. de bon. quæ lib.*

Pupillus quoque] Major infante: nam lex 7. non loquitur de infante, sed de pupillo, id est, qui excessit infantiam, ut notant Græci.

Vel judicis] Sine tutoris auctoritate.

Qui ignarus æt. ei. non s.] Quique sciat pupillum sine tutore bonorum possessionem petere.

Et tutor nomine pup.] *L.si infanti 18. infr. de ju. deliber.*

Qui tamen nomine pup. ad hered.] *L.5. eod.*

Quæ una est differ.] De qua vide Cujac. Observat. lib.1.34.

In hereditate jussum] *L.si quis mihi 25. §. jussum, ff. de adq. vel omitt. heredit.*

Tutor & pater] *L.servus 7.§.1. ff. de bonor. poss. l.1. ff.de bon. poss. fur. infr. l.2. §.sed si infanti 9. ff. ad Senat. Tertull. d.l.si infanti, & l.2. infr. tit.12.*

Transmissioni locus est] Lex 3. ait, bonorum possessionem competere; id est, bonorum possessionem tanquam sibi competentem ad heredes suos transmittit, ut est in Basilicis.

Largiora dari lib. & par.] Datur eis annus utilis, *l.1. §.largius 6. ff. de success. ed. l.filii 6.ff. ad SC. Tertull. l.2. & 4. h.tit. §.liberis 9. Instit. de bonor. poss.*

Utilia esse] *L.2. ff. quis ordo in bon. poss.*

Ignoranti factum non cedere] *L.5. h.tit.* nam si jus ignoravit, tempus, ei cedit: adeo ut juris ignorantia heic mulieri non prosit, *l.6. h.tit.*

Jus adeundæ heredit. perpet. est] Ut Græcis placet ad *l.4. hoc tit.l.5.* ad tit.30. infr.

Ut in cretionibus] Ut in cretione adiici solebat, cernitoque in dieb. centum proximis, Ulpian. tit.22. *§. cretio.*

Vel judex urg. cred.] Vide quæ dixi ad *§.10. Instit. de bonor. poss.*

TIT. X. *Quando non petentium partes petentibus adcrescunt.*

EX pluribus ejusdem juris & gradus, quibus ejusdem generis bon. possessio defertur, si qui intra id tempus, quod dedit tit. superiore, non petant, vel admittant bon. possessionem, in hoc tit. docet portionem eorum adcrescere his solis, qui bon. possessionem petierunt vel admiserunt, ut si defuncto intestato, plures sint liberi non habentes jus legitimum, veluti emancipati, uno ex eis non petente bon. possessionem Unde liberi, cæteris qui petierunt tacito jure adcrescit illius
C portio, exemplo juris civilis. Et omittere in Constitutione hujus tit. est non petere intra id tempus.

X. Enarratio.

NOn habentes jus legitimum vel amane.] Cessante legitima success. *L.un. hoc tit.* Raphael Fulgosius: Exemplum, inquit, poni potest in filiis emancipatis, qui legitimi successores non sunt, *§.emancipati, Instit. de hered. quæ ab intestato defer.* Idem Azo in Summa, & Odofredus.

Exemplo juris civilis] Paulus *lib. 4. Sent. tit. 8. §. ult. l. si ex pluribus 9. ff. de su. & legit. hered. §. ult. Inst. de SC. Orphit.*

D
TIT. XI. *De bonorum possessione secundum tabulas.*

Vide tit. 11. lib. 37. ff.

DOcuit, qui admitti possent ad bon. possessionem, & intra quæ tempora, & non petentium partes quibus accederent, quo præmisso, bon. possessionis species aggreditur. Et cum alia ex testamento competat, alia ab intestato, ab ea quæ ex testamento competit, initium facit: ea vero aut est contra voluntatem testatoris, aut secundum voluntatem, *l. 6. §. 1. ff. de bon. poss.* & prius quidem in edicto prætoris proponitur ea, quæ est contra voluntatem .i. bon. possessio contra tabulas, *l. 2. in pr. ff. de bon. poss. sec. tab.* quare dicitur etiam in libris nostris primum edictum de
E bon. possessione, vel prima pars edicti, & hic ordo servatur in titulis Digestorum, in titulis hujus libri interturbatur. Prior enim est titulus de *bon. poss. sec. tab.* Hæc datur heredibus scriptis tabulis testamenti supremis & obsignatis non minus quam 7. testium signis, & quæ factæ irritæ semel per capitis deminutionem, non perseveraverint irritæ esse usque ad mortem testatoris, quem etiam testamenti tempore habuisse testamenti factionem omnimodo exigit prætor: & hæc si concurrant non admodum spectat an injustum sit testamentum, vel nullum, vel ruptum jure civili, vel irritum, vel falsum: sed si postea tale id fuisse appareat, & alium potiorem heredem esse, bonor. possessio sec. tab. quam dedit, sine re constituitur.

Nam ut cui data est actio non semper rem obtinet, ita A nec is cui data est bon. possessio. Utrumque est jus persequendi: & bon. possessio nonnunquam actio appellatur. Jure autem directo bonorum possessio non datur secundum voluntatem defuncti, nisi extent tabulæ. Secundum nuncupationem non datur: & testamenta non scripta solum jus civile tuetur, *l. 2. hoc tit. §. ult. Inst. de test. ord.* At placet etiam ut detur utilis bon. possessio secundum nuncupationem, vel contra, ut *d. l. 2. l. ult. inf. de eod. l. 2. tit. 13. l. si ita scriptum, §. ult. ff. eod.*

XI. Enarratio.

PRimum edictum] *L. ideo 4. & l. scriptus heres 12. ff. de Carbon. ed.* B

Tabulis testam. supremis] Post quas nullæ factæ sunt, l. 5. *§. 1. ff. de bonor. possessione secund. tab.*

Obsignatis non minus quam septem testium signis] *L. cum tabulæ 7. eod.* & *l. 2. hoc tit.* testamentum obsignatum dicitur, quod testium signis signatum est. Tacitus Ann. 16. Ut *testamentum Anteij nemo obsignaret*. Hinc obsignatores pro testamentariis testibus apud M. Tullium.

Non perseveraverint irritæ esse, &c.] *§. non tamen 6. Instit. quib. mod. test. infirm. l. 1. §. exigit Prætor, ff. de bon. poss. sec. tab.*

An injustum sit testam.] In quo juris solemnia defuerunt.

Vel nullum] In quo filius suus præteritus est.

Ruptum vel irritum] *L. postumus 12. de inj. rup.* C *Ulp. tit. 23. §. si septem.*

Vel falsum] *L. 1. h. t.* salva eorum disceptatione.

Sine re constituitur] Id est, sine effectu, *l. quod vulgo 19. ff. de bon. poss. cont. tab.*

Nonnunquam actio appellatur] Bonorum possessio contra tabulas dicitur actio præteriti in *Nov. Valentiniani de Testam.* & in Basilicis bonorum possessio unde vir & uxor dicitur *ἀγωγὴ*, *actio*, libro 45. tit. 5.

Nisi extent tabulæ] *L. 1. §. 1. ff. de bonor. possess. secund. tab.*

TIT. XII. *De bonorum possessione contra tabulas quam prætor liberis pollicetur.*

Vide tit. 4. lib. 37. D

BOnorum possessio contra tabulas parentis virilis sexus & per virilem sexum cognatione juncti datur præteritis liberis naturalibus suis & emancipatis, nec in adoptionem datis, & postumis natis, qui sui futuri erant, & adoptivis non emancipatis: rescindendarum earum tabularum causa, *l. 1. ff. de leg. præst. l. ut liberis, inf. de collat.* Et liberi præteriti dicuntur, qui silentio prætermissi sunt à patre atque neglecti in testamento, id est neque heredes instituti, neque ut oportet exheredati, ut apud Festum præteriti Senatores, qui sunt neglecti à censoribus, quod erat ignominiosum: & ipsa quoque præteritio patris ignominiosa est, *l. quidam inf. de fideicom.* non minus quam exheredatio, quam emendat querela inofficiosi testamenti, hanc bon. possessio E contra tabulas, quæ liberis emancipatis, quia non habent jus legitimum necessaria est, suis non necessaria est, & non inutilis tamen: Quia enim si signatum sit testamentum, in quo filius suus præteritus est, non minus quam 7. testium civium Romanorum signis, prætor petenti heredi scripto dare potest bon. possessionem secundum tabulas, ideo ut ei occurrat filius suus præteritus, non erit inutile eum admittere bon. possessionem contra tabulas. Hanc enim agnoscendo heredem scriptum præveniet, & impediet ne admittatur ad bon. possessionem secundum tabulas, *l. 2. hoc tit. l. quod vulgo, ff. eod.* Est & alia differentia inter suos & emancipatos, quod petita bonorum possessione contra tab. sui nullis præstent legata, *l. is, qui ff. de leg. præs. l. pen. §. legata, ff. eod. tit.* emancipati præstent exceptis edicto personis, & rescindant primas, non secundas tabulas, sui utrasque.

XII. Enarratio.

PArentis virilis sexus] Præteriti à matre; vel avo materno pro exheredatis habentur: & ideo datur eis querela inofficiosi testamenti, *§. ult. Instit. de exhered. & tit. de inoff. in princ.* non bonorum possessio contra tabulas, *l. illud 4. §. ad testamenta 2. ff. de bonor. poss. cont. tab.*

Naturalibus suis & emancip.] *L. 1. in pr. & §. & sui juris 4. ff. eod. §. eadem 12. Inst. de heredit. quæ ab int. def. §. 3. Instit. de exheredat. liber.*

Nec in adoptionem datis] Quia in alienam familiam transierunt.

Et postumis natis] *d. l. 1. §. 2.*

Non emancipatis] Quia ex liberis non sunt, *d. §. 4. & d. §. 12. §. 4. Inst. de exhered. liber.*

Neque heredes instituti, &c.] *d. §. eadem.*

Neque ut oportet exhered.] Id est, nominatim, *l. 2. hoc tit.*

Ut apud Festum] In v. præteriti.

Non minus quam exhered.] Exheredatio notat, *l. non putavit 8. ff. de bonor. possess. cont. tab.*

Quam emendat quer. inoff. test.] Liberi sui queruntur inique se exheredatos, *Institut. de inoff. test. in princ.*

Non habent jus legitimum] Liberi enim emancipati jure civili nihil juris habent: & ideo necessaria eis est bonorum possessio contra tabulas, qua rescindatur testamentum, *l. ut liberis 17. inf. de collation.*

Suis non necessaria] Paulus apud Rufinum tit. 16: Quia testamentum ipso jure nullum est, *l. 1. ff. de inj. rup. l. ult. inf. de liber. præt.* vide inf. tit. 14.

Emancipati præstent] *Lex* 1. accipienda est de liber. emancip. ut & vulgo accipi solet.

Exceptis edicto pers.] Liberis & parentibus, *l. filium 20. §. legata 3. ff. eod. l. si filius 20. ff. de legat. præst.* & uxori, vel nurui dotis nomine, *l. virilis 8. §. ult. eod.*

Non secundas tabulas] *L. ex duobus 34. §. 2. ff. de vulg. & pupill. subst.*

Sui utrasque] Nam testamentum ejusmodi mero jure nullum est, & suus præteritus intestati hereditatem obtinet, *l. is, qui 15.* citata à Cujac.

TIT. XIII. *De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis, vel liberis eorum datur.*

Vide lib. 3. Inst. tit. 8. de succ. lib. & tit. 2. lib. 38. ff.

SUbjicit titulum de bon. possessione contra tabulas liberti, non tam ut tractet de successione libertinorum, de qua satis primore loco dixit, & maxime tit. 4. in Constitutione Græca, quam ut vel ex diversitate titulorum tacitus ostendat differentiam inter bon. possessionem contra tab. patris, & bon. possessionem contra tab. liberti, hæc datur contra heredem scriptum, sicut querela inofficiosi testamenti, & ex his tantum duabus causis in heredem scriptum est petitio hereditatis, *l. per servum, ff. de pet. her.* illa datur contra signum, contra testamentum. Hæc in partem legibus datam verecundiæ patronali, partiendæ hereditatis liberti cum extraneo herede testamentario: aut eo omittente, in assem, *l. sed cum patrono, ff. de bon. possess. l. si libertus præterito, ff. de bon. lib.* illa in assem. Constitutiones hujus tit. docent hanc dari etiam ei, qui ex fideicommisso debitam libertatem solvit, ut *l. 3. §. 1. ff. de suis & leg. her. l. qui ex causa, ff. de bon. lib.* & non dari ei, qui semel post mortem liber-

ti eligit donum; munus; operas impositas defuncto, ut A *l. sicut, ff. de jure patr. l. ult. C. Theod. de codic. l. 2. hoc tit.* quam ex *d. l. ult. & l. ult. inf. de cod.* hodie constat esse Theodosii non Anastasii. Ait, vel liberis, quoniam & liberi patronorum patroni sunt, *l. cum patronum, ff. de jure patr.*

XIII. Enarratio.

HÆc datur contra heredem scriptum] Id est, oportet hereditatem aditam esse; aut bonorum possessionem petitam, *l. etiam si 3. §. vi patronus, ff. de bon. libert.* bonorum vero possessio contra tabulas, datur contra testamentum, *l. illud 4.* contra lignum, *l. quod vulgo 19. ff. de bon. poss. cont. tab.*

Sicut querela inofficiosi testam.] *L. Papinianus 8.* B *§. si conditioni, ff. de inoffic. testam. l. penult. §. ult. Cod. eodem.*

Hæc in partem] Jure veteri, in semissem, jure novo, in trientem, *§. 5. & §. sed nostra 3. Instit. de success. liber.*

Constat esse Theodosii] In libro veteri tam Brodæi, quam Menagii tribuitur Theodosio.

TIT. XIV. *Unde liberi.*

Vide tit. 6. lib. 38. D.

TItulus sic explanandus est: Pars edicti unde liberi ab intestato vocantur ad successionem parentum. Nam expositis bonorum possessionibus, quæ C ex causa testamenti competunt, ab hoc tit. incipit proponere eas, quæ competunt ab intestato; & quemadmodum ex testamento primo capite edicti liberis præteritis suis, vel emancipatis prætor pollicetur bonorum possessionem contra tab. ita ab intestato eisdem primo capite pollicetur bonorum possessionem Unde liberi, *l. 1. §. recte, ff. si tab. test. nul. ext.* & quod ait *l. 2.* ex testamento, vel ab intestato existente filio, vel nepote suo herede neminem alium ab intestato heredem esse posse .i. priorem potioremque causam sui heredis esse, secundum jus civile est: Nam jure prætorio idem est existente filio vel nepote non suo, & similiter quod ait *l. 2. inf. de usuc. pro hered.* existentibus suis heredibus, etiamsi abstinuerint se nihil alium ex defuncti bonis pro herede usucapere posse, quod D scilicet qui abstinuerunt se nomen & jus suorum heredum retineant, nec possint jure legitimo venire agnati, illis existentibus, licet jure prætorio venire possint, quoniam eos, qui abstinuerint se, prætor pro heredibus non habet, id quoque est secundum jus civile. Nam jure prætorio etiam suis heredibus existentibus, pro possessore usucapio procedit. Est autem emancipatis liberis maxime necessaria bonorum possessio Unde liberi, suis non est necessaria, *l. 7. ff. de inoff. test.* quia ipso jure heredes existunt.

XIV. Enarratio.

NAm jure prætorio idem est] *L. si quis 5. ff. si tab. testam. nul. extab.*

Prætor pro heredib. non habet] Etiam qui abstinuit se, heres est, *l. cum quasi 30. §. sed etsi quis, ff. de fideicommiss. libertat.* Sed prætor abstinentes se pro heredibus non habet.

Pro possessore usuc. proc.] Pro bonorum possessore.

Suis non est necessaria] Ut de bonorum possessione contra tabulas dictum est sup. tit. 12. ex abundanti igitur petitur.

Existunt] *ἀναφαίνονται*; apparent.

A TIT. XV. *Unde legitimi & unde cognati.*

Vide tit. 7. & 8. eod. lib.

SEcunda pars edicti vocat legitimos .i. agnatos, vel cognatos, qui legibus, SC. aut Constitutionibus ad hereditatem vocantur, legum tuendarum causa, non admodum necessaria. Tertia vocat cognatos, & necessaria est, *l. 2. & ult. hoc tit.* De secunda est *l. 4. hujus tit.* Ceteræ de tertia.

XV. Enarratio.

LEgum tuendarum causa] *L. sed cum patrono 6. §. 1. in fi. ff. de bon. poss.*

B Non admodum necessaria] *L. 3. inf. ad SC. Orphitian.*

TIT. XVI. *De successorio edicto.*

Vide tit. 9. eod. libro.

QUarta pars edicti, quod successorium edictum dicitur, dat successionem inter liberos & inter cognatos .i. in jure liberorum & in jure cognatorum, ut scilicet liberi vel cognati, qui primum gradum obtinent, si omittant vel repudient successionem, eam transmittant ad insequentem gradum. Successio est transmissio ad insequentem gradum, Græce *ἐπανάβασις*. In jure autem suorum, vel in jure legitimorum, C non est successio, non est locus huic edicto, nisi in jure legitimorum ex *l. 4. sup. de bon. lib.* & est cur in re separentur sui à legitimis. Nam sui heredes existunt, nec desinunt esse abstentione: non possunt igitur non obstare sequentibus gradibus: Legitimi non existunt, sed fiunt aditione. Si igitur non adierint, non male dicitur eos non obstare sequentibus, licet subtili jure obstent, eo quod proximiores fuerint delatæ hereditatis tempore: & hoc quidem genere successionis, de quo est hic titulus, gradus cognationis gradui succedit eodem jure, puta secundus gradus liberorum, vel cognatorum, & hodie etiam adgnatorum primo. Aliud est genus successionis quo gradus intestati successionis gradui succedit diverso jure, ut secundus gradus Unde legitimi primo Unde liberi, & tertius D Unde cognati, secundo. Quod fit non tantum in diversis personis, puta non petentibus liberis, succedunt legitimi, non petentibus legitimis cognati, ut jure civili suis repudiantibus vocantur consanguinei, *l. 6. inf. de leg. hered.* sed etiam in una eademque persona, puta omissa ab aliquo vel repudiata bon. possessione Unde liberi, idem postea occupare potest bonorum possessionem unde legitimi, vel hac omissa, Unde cognati, *l. 2. in pr. ff. unde leg. l. 1. §. sed videndum, ff. de suc. ed.* Denique hoc genere idem sibi ipsi succedere potest, illo non item, *l. ult. ff. eod.* & de hoc genere successionis non est hic tit. sed in Digestis tit. Quis ordo in bon. possess. serv. Gradus igitur bifariam accipiuntur, pro gradibus cognationis, & pro gradibus intestati successionis, *l. 1. ff. eod. l. 1.* E *ff. si tab. test. nul. ext.* qui & partes edicti, & capita, & ordines dicuntur.

XVI. Enarratio.

GRæce *ἐπανάβασις*] Basilica in *l. 1. §. 2. ff. de jur. & fac. ignor.* sive *διαδοχή*.

In jure autem suorum] *L. 1. §. sciendum est, ff. de su. & legit. hered.*

Nisi in jure legitimorum] Ulp. *tit. 26. §. si plures*; Cajus apud Licin. titul. 16. Paulus *Sentent. lib. 4. tit. 8. §. in hereditate*. Ex nova Constitutione Justiniani successioni locus est, *§. placebat autem 7. instit. de legi.*

git. adgnat. successf.

Et est cur. hac in re separ. sui] Idem sentit Joannes Faber heic, & ad d. §.placebat, dissentiente Glossa & Fulgosio.

Nec desinunt esse abstentione] *L. cum quasi 30. §. sed & si quis 5. vers. sed & si suus, ff. de fideicomm. libert.*

Et hodie etiam adgnatorum] Ex constitut. Justin. *d. §. placebat.*

Qui & partes edicti] *l.4. ff. de Carbon. ed. l.1. §. sed videndum, ff. de successf. ed. l.2. h.tit. l.1. §.penult. ff. de jur. & fac. ign. & tit. Digest. quis ordo in possess. serv.*

TIT. XVII. *De Carboniano edicto.*

Vide tit.10. lib.37. ff.

POst edictum successorium, proponit aliud quod Carbonianum dicitur, quod tamen in ordinatione edicti perpetui non sequebatur edictum successorium; sed edictum de bonor. possessione contra tabulas promissa liberis præteritis, *l.4. ff. eod.* Nam & Carbonianum edictum potissimum respicit ad bonor. possessionem contra tab. & liberos ætate parvos præteritos testamento patris, quibus fit controversia bonorum paternorum, alio hereditatem suam vocante, simul atque status .i. qui negantur esse ex liberis defuncti, & ex eo edicto causa cognita interim eis usque ad pubertatem bonor. possessio contra tabulas datur, favore puerilis ætatis, dilata plerumque controversia status & bonorum in tempus pubertatis, ne de statu simul ac de bonis periclitentur, antequam suæ tutelæ facti sint, ut quasi justa præsumptione præsumpta pro eis possideant bona, & alantur ex eis sine metu repetitionis, & exerceant actiones hereditarias, & eis conferatur, si forte frater emancipatus concurrat. Decretalis est & extraordinaria bonor. possessio, non edictalis & ordinaria: Nam ex edicto ipso Carboniano non defertur, sed edicto id tantum comprehensum est ut impuberi ex decreto bonor. possessio detur, interquiescente omni adversus eum lite status & hereditatis paternæ, donec in suam tutelam venerit. Videtur Cn. Carbo auctor edicti fuisse, quem legimus apud Valerium V. & VI. Pompeii pueritiæ & bonorum patris ejus, de quibus controversiam patiebatur, acerrimum defensorem & protectorem fuisse, interposito, ut opinor, decreto, cum præturam gereret, quo lis omnis differretur in tempus pubertatis, & inde cum decretum Carbonianum dicatur, *l.a. ff. de insp. ven. & cus. par.* puto id qood in ea causa fuit interpositum, valde probatum & translatum in edictum, & in jus commune fuisse. Edictom pertinet, ut dixi ad bonor. possessionem contra tabulas, vel potius subsequitur eique subservit; sed porrigitur etiam ad Unde liberi, & nonnunquam ad secundum tabulas, & ut actio de peculio, & hæc bonor. possessio comparata ad exemplum Carbon. decreti hodie est τῶν πρώτων, non propria quædam bonor. possessio, nisi quatenus pupillaris pubertate finita, nec perpetuum jus tribuens. Edictum quoque loquitur tantom de controversia, an puer sit inter liberos defuncti, qoæ quæstio est de statu familiæ; sed porrigitur facillime etiam ad statum capitis, ut *l.1. hoc tit. l.1. §. sed & si quis, ff. eod.* Nam ut ait, magis consulendum est his quibus majus periculum intenditur, & majus periculum est capitis quam familiæ: & ita Hærodes *περὶ πολιτείας εἰς κίνδυνον οἰκειότατος γίνεται, τοῦτον ἀναγκαῖον ἐστὶ μάλιστα μέλλειν.* Derogari huic edicto per edictum de custodiendo partu, si qua eo migrassit, ostendit *l.a. hujus tit. & l.1. ff. de insp. ven.*

XVII. Enarratio.

UT quasi justa præsumpt.] *L.3. §.ult. ff. eod. & l.3. §.ult. ff. ne vis fiat ei qui in possess. miss.*

Exerceant actiones heredit.] *L. penult. ff. eodem.*

Et extraordinaria] *L.3. §.ult. ff. eod.*

Apud Valerium 5.] cap.3.5.

Et 6. Pompeii] Cap.2.8.

Ad bonor. poss. cont. tab.] *L.1. §.Pomponius, & l.3. ff. eod.*

Et ut actio de peculio] Vide ad lib.4. tit.25.

Quatenus pupill. pubert. fin.] *L.3. §.2. ff. eod.*

Nec perpetuum] Sed in tempus pubertatis.

Per edictum de custod. partu] Finge quem decessisse relicta uxore prægnante, nec eam denuntiasse proximioribus cognati defuncti se esse prægnantem, & ut mitterent, si vellent legitimas personas, quæ ventrem inspicerent, & custodirent: edito partu, si fiet controversia status, & bonorum paternorum, edicto Carboniano locus non erit.

TIT. XVIII. *Unde vir & uxor.*

Vide tit.11. lib.38. ff.

POst edictum successorium, quo datur successio inter eos qui ex parte Unde liberi, vel Unde cognati, vel etiam secundum Justinianum ex parte Unde legitimi vocantur, & post edictum Carbonianum, quod etiam his omnibus edicti partibus aptari constat, merito subiicitur ea pars edicti qua post cognatos prætor virum & uxorem vocat ad conjugis intestati hereditatem, quia ad hanc partem neque Successorium, neque Carbonianum edictum aptari potest: Nam & plures in eo ordine personæ non sunt, quam vir & uxor, & ex eis nemo pupillus est. Et huic parti igitur locus est, si deficiant omnes superiores, & si justum sit matrimonium, & si uxor in manu viri non fuerit: Nam quæ est in manu viri cum filiis communibus marito ab intestato succedit ex lege 12. tab. tanquam filia & suus heres patri, vel ex prima parte Unde liberis bonor. possessio defertur. Et recte Theod. & Valent. *l.ult. C. Th. de leg. her.* fisco nostro jura matrimonii præponimus.

XVIII. Enarratio.

NEque Carbon. edict. aptari potest] Ut qui omittat successionem vel repudiet, eam transmittat ad insequentem gradum.

Si justum sit matrimonium] *Uxor γὰρ κυρίως ἡ κατὰ νόμον γαμετὴ καλεῖται: Uxor enim proprie vocatur conjux legitima.* Thalelæus heic.

Et si uxor in manu viri] Vide Ulpian. tit.9. 22. 26. & Observ.6.40.

TIT. XIX. *De repudianda bonorum possessione.*

HIc titulus respicit ad edictum Successorium quo repudiandæ, vel petendæ bonor. possessioni præstituta sunt certa tempora, videlicet ut primis intra ea tempora repudiantibus, vel non petentibus sequentes ex edicto succedant: Nam qui semel repudiat in jure solemniter, omne jus suum perdit, ita ut recuperare id nullo modo possit, *l.1. §. qui semel, ff. de succ. ed. l.1. §. plane si tempora, ff. si tab. test. nul. ext. l.1. hoc tit.* & sequentes statim vocantur, & notandum quod ait *l.2.* filiof. delatam bonor. possessionem, cujus emolumentum patri pleno jure adquiri potest, si filius eam agnoverit jussu aut voluntate patris, patrem repudiare non posse in fraudem filii sine consensu ejus, ne scilicet ei fiat præjudicium & injuria, & mox forte patrisfam. facto non sit integra & incolumis adquisitio bonor. possessionis; quod obtinet etiam in hereditate, legato, fideicommisso delato filiof. *l. renitente, infr. de jur. deliber. l. ex repudiatione, infr. de fid.* & longe alia ratio liberi hominis & servi: Nam servo delata dominus repudiare potest etiam invito servo, *l. legatum, ff. de*

ff. de leg. 1. *l.* 1. *§. per servum, ff. de succ. ed.* quia servus pro nullo habetur, *l.* 1. *ff. de jur. del.* & ita est accipienda l. 2. *hujus tit.* & vero semper in interpretatione legum ille casus assumendus est, qui est difficilior, quique plus dubitationis habet, *l. quod Labeo, ff. de Carb. ed.*

XIX. Enarratio.

Patrem repudiare non posse] Forte enim bonorum maternorum, aut aliorum cognatorum possessio competebat filio, ut est in Basilicis. Græci etiam hanc constitutionem accipiunt de bonis, quæ adquisitionem effugiunt. Sed verius est, constitutionem procedere, & in his quæ patri pleno jure adquiri possunt, ut heic scribit Cujacius. Quod igitur paterfamilias factus eam possessionem agnoscere possit, merito pater filiofamilias delatam possessionem repudiare non potest in fraudem filii. Eademque ratione utitur heic Fulgosius.

Et ita est accipienda] Nam si legem illam accipias de filio emancipato, sive de filiofamilias & bonis castrensibus, quæ ei deferuntur, nec possunt adquiri patri, nullus est labor: ut ait Cujacius in recitatione.

TIT. XX. *De collationibus.*

Vide tit. 6. & 7. lib. 37. ff.

Hic titulus terminat & claudit tractatum de bon. possessionibus, & proprie respicit ad bonorum possessionem contra tab. quæ datur potissimum liberis emancipatis præteritis etiam existentibus suis heredibus, si modo ut edicto prætoris comprehensum est, emancipati parati sint suis heredibus .i. fratribus: qui in potestate manserunt heredibus institutis, vel etiam præteritis, bona propria, quæ moriente communi patre habuerunt in medium conferre reipsa .i. divisione, vel cautione collationis, ut *l.* 1. *§. jubet, ff. eodem*, vel cautione defensionis, ut *l.* 2. *hoc tit.* vel remissione, & ut Græci loquuntur, πανὶ τοσοῦτον λήψῃ, ut *l.* 5. *hoc tit. l. cum post §. pen. ff. de adm. tut.* nam ut eleganter Ulp. ait lib. Reg. æquissimum putavit prætor, neque emancipatos bonis paternis carere per hoc quia non sunt in potestate, neque præcipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus. Ratio igitur una injungendæ collationis hæc est, quia suos emancipati injuria quodammodo & incommodo adficiunt, dum eis bonorum paternorum partem detrahunt beneficio prætoris, qui in omnia bona vocabantur soli jure civili: & altera, pene eadem, quia emancipati, qui in bona patris concurrere volunt cum fratribus, qui in potestate manserunt, jus suorum heredum habere volunt. Suorum autem heredum, quæ sunt, patris sunt: itaque ea quæ sua sunt, tanquam sui heredes in commune redigere debent, ut qui se adæquant cum suis, nihil etiam ut sui sibi proprium aut præcipuum esse ducant, excepto peculio castrensi, aut quasi castrensi, quia & id in potestate manentes præcipuum haberent, *l. cum duobus, §. idem Papin. ff. pro soc.* Et aptatur etiam hic tit. ad bon. possessionem Unde liberi, & ad querelam inofficiosi testamenti, *l.* 4. & 9. ut liberis hoc tit. & aliquatenus etiam ad causam publicatorum bonorum, *l.* 8. *infra de bon. poss.* & generaliter collatio fit inter suos & emancipatos ab intestato: & est commistio igitur sive confusio bonorum propriorum cum paternis, quæ fit inter fratres ab intestato, ut ea omnia inter se partiantur ex æquo. Ex testamento vero emancipati, qui successionem obtinent jure institutionis, vel legati, aut fideicommissi collatione non funguntur, *l.* 1. *hoc tit. l.* 25. *ff. si quis om. cau. test. l. ultim. supra com. utr. jud.* nisi hoc ipsum testator jusserit, quia ex testamento liberi non veniunt ut liberi, sed ut extranei, *l.* 1. *§. Pomponius, ff. de Carb. ed. l.* 10. *hoc tit.* & æqualitas illa atque communio quam collatio constituit eis tantum apta & conveniens est, qui succedunt in bona demortui jure liberorum, quique simul veniunt jure fraternitatis, quod ipsum per se nomen nihil aliud est quam æqualitas & communio. Verum ex *Nov.* 18. etiam ex testamento locus est collationi, quod præsumatur per oblivionem patrem omisisse collationis præceptum, & omissa per oblivionem plerumque haberi in jure soleant pro expressis, *l. ultim. ff. de lib. leg. l. Sejæ, ff. de instr. leg. l. quingenta, ff. de prob. §. sed feminini, Inst. de exh. lib.* Conferunt autem emancipati suis jure veteri tam adventitia quam profectitia, quæ quæsiverunt ante mortem patris, & habuerunt tempore mortis ejus, deducto ære alieno, ut *l.* 6. *hoc tit. l.* 1. *§. qui ab hostibus, & §. si emancipato, ff. eodem*, quoquo modo emancipati sint. Jure novo profectitia tantum. Sui quoque qui proprium aliquid habent, veluti dotem profectitiam, aut adventitiam jure veteri, vel donationem propter nuptias, vel quæ alia bona adventitia, non etiam jure novo, *l.* 2. *infra de bon. mat.* quia & hæc & illa dos filio filiæve familias proprium patrimonium est, non quasi patrimonium. Emancipatis autem sui non conferunt dotem adventitiam, *l.* 4. *hoc tit.* ne duplici incommodo adficiantur, concursu emancipati & collatione dotis adventitiæ: dotem profectitiam conservat, quia hanc æquius est suæ origini restitui & confundi cum bonis paternis, cum & morte filiæ soluto matrimonio redeat in bona paterna, adventitia autem apud maritum remaneat. Cur vero sui suis conferant, emancipati emancipatis non conferant *l.* 9. *hoc tit. l.* 1. *§. ultim. l.* 2. *§. si tres, l.* 3. *§. quotiens, ff. eodem*, si quæras, respondebo, suos eos tantum fungi collatione, qui proprium aliquid habent, & in eo quod proprium habent pro emancipatis, sive patribusf. habosi, & quasi emancipatos id inter se conferre. Cæterum autem bona emancipati invicem non conferunt, quia alteri oneri, vel incommodo non est, cum jura eorum sint omnimodo paria, excepta dote & donatione propter nuptias profecta à parente eo in cujus bona veniunt, ne meliore conditione sint quam sui, qui & ea inter se conferunt. Est & eorum collatio inter eos liberos, qui parenti defuncto, veluti matri aut avo, vel proavo materno, nec inter suos sunt, nec inter emancipatos, *l.* 17. & inter cognatos transversi ordinis, sed patruos tantum, amitas, avunculos, materteras, & filios, fratrum, sororumque pariter succedentes defuncto parenti, ita ut patrui & cæteri in medium conferant dotem, vel donationem propter nuptias pro se datam, vel promissam, filii autem fratrum, vel sororum dotem pro suo patre, vel matre datam, vel donationem propter nuptias patruis & cæteris, *l.* 19. & dotem pro seipsis datam non patruis, sed invicem, ut *l.* 1. *§. si sui nepos, ff. de coll. dot. l.* 1. *§. ultim. De cont. cum em. lib.*

XX. Enarratio.

Si modo ut edicto præt.] Ulp. tit. 28. *§. emancipatir.*

Et ut Græci loquuntur] Ad *leg.* 5. *hoc tit.*

Ulp. ait libro Regul.] Apud Licinium Rufinum tit. 16.

Injuria quodammodo] Ut in *l.* 3. *ff. de dot. collat.*

Æqualitas & communio] Ut in Eumenii gratiarum actione Flav. nomine. v. supra libro 4. tit. pro socio.

Jure novo profectitia tantum] *L. ultim. hoc tit.* & usumfructum adventitiorum: hæc enim si in potestate remansissent, parentibus quæsivissent, ut addunt Basilica.

Sui quoque qui proprium al. hab.] Suis sui conferunt dotem perfectitiam, vel donationem propter nuptias, quæ alia quædam dos est, ἀντίφερνον.

Proprium patrimonium est] *L. filium* 4. *ff. de collat. bonor.*

Suos

Suos eos tantum fuogi collat.] Nam simul veniunt ad bona intestati patris.

Sive patribusfamil.] Ut in castrensi peculio, *l.2. ff. ad Senat. Macedon. l. pater 15. §.2. ff. de castr. pec.*

Est & eorum collatio] Dotis vel donationis propter nuptias, quæ profectæ sunt à matre, vel avis, quibus simul succeditur: vide Cujac. libro 3. Observ. capite 30.

TIT. XXI. *De testamento militis.*

Vide titul. 1. lib. 29. ff. & titul. 11. lib. 2. Instit.

POsteaquam egit de bonorum possessionibus, quarum beneficio jure prætorio velut heredes in bona demortuorum succedimus, transit ad hereditates, quæ jure civili deferuntur, & servat ordinem legis 12. tab. quæ prius de judiciis restantium, & sic deinde de successione ab intestato loquitur: quem ordinem etiam in suis edictis sequuntur prætores, & proconsules. Cum autem testantium alii testentur jure singulati, ut milites, alii jure communi civium Romanorum, ante omnia vult se expedire jure singulati dato titulo de testamento militis. Et nuda quælibet voluntas militis de divisione bonorum suorum, vel rei familiaris decretum à milite quoquo modo factum contemplatione mortis, justum & legitimum testamentum est ex Constitutionibus principum, quæ veniam dant imperitiæ, & simplicitati eorum, *l. impuberi, ff. de adm. tutor.* si quid forte in testamento faciendo minus perite minusve legitime fecerint, & aliis in bonis, aliove tempore eos patiuntur esse testatos, aliis bonis, alioque tempore intestatos, & silentio permittunt, ut possint exheredare filios suos: & ut legata, quæ reliquere in testamento suo, solida præstentur sine deminutione Falcidiæ: & ut directo in secundum casum extraneo heredi scripto, vel filio puberi substituant non inutiliter, & pleraque alia, quæ pagani non habent. Milites sunt, qui in numeros relati stipendia merent, & in expeditione occupati sunt.

XXI. Enarratio.

SErvat ordinem legis 12. tabul.] Ut vel ipsa lex 12. ostendit his verbis concepta: *Paterfamilias uti legassit*: cui subjicitur, *Ast si intestatus moritur, &c.*

In suis edictis seq. Prætores. Nam primiore loco proponuntur bonorum possessiones ex testamento, *si tabulæ testamento extabunt*, tum bonor. poss. ab intestato, *si tabulæ testamenti nullæ extabunt.*

Minus perite] Ex *l. pen. §. ult. ff. de leg. 2.*

Aliis in bonis] Veluti in paganis tantum, vel in castrentibus, *l.1. & 2. h.t.* eo colore quasi duorum hominum duæ sint hereditates, *l. si certarum 25. ff. fam. ercis.*

Alioque temp. intest.] miles potest heredem ad tempus instituere, *l. certi 8. h. t.*

Et silentio permittunt] Si sciat se filium habere, alioquin testamentum nullum est, *l. 9. & 10.*

Solida præstentur] Lex Falcidia in militis testamento cessat, *l. 12. hoc tit.*

Et ut directo] *L.6. hoc tit.* Paganus precario tantum, *§. ult. Instit. de pupill. substit.*

In secundum casum] In casum adquisitæ hereditatis, & mortis.

In numeros] *L. 4. l. quod dicitur 38. l. ex eo 42. ff. de testam. mil.*

In expeditione occup.] *L. pen. h. t.* ἐν στρατοπέδῳ, *in castris, Instit. eod. in princ. & §. sed hactenus.*

TIT. XXII. *Qui testamenta facere possunt, vel non.*

Vide tit. 12. lib. 2. Instit.

EXplicatio jure singulari, quod in testamentis militum locum habet, mox transit ad ordinem jusque commune .i. ad regulas juris secundum; quas pagani restantur: & quia prior est quæstio semper de personis quam de solemnitate juris, *l. quidam, ff. de jur. cod. l. 4. ff. qui test. fac. poss.* ideo hoc tit. in primis declarat, qui testamenti factionem habeant. Pendet vero hæc res ex 12. tab. in quibus ita scriptum est, *Paterfamilias uti legassit super pecuniæ tutelæve suæ, ita jus esto.* Non dat testamenti factionem filiof. non de pecunia aliena, sed de sua, quo nomine continetur etiam communis, ut super ea quisque pro parte sua testari possit, *l. 1. hoc tit.* Et de tutela, quod additur, hoc est, ut liberis tantum suis impuberibus testamento, non alienis tutorem instituere paterf. possit. De Spadonibus, quod est in *l.5.* vel ad Eunomianos hæreticos respicit, *l.17. Cod. Th. de hær.* vel ad cubicularios principis, *l.2. inf. de præ. fac. cub. l. 2. inf. de privil. cor. qui in pal. mi.* Cætera in hoc titulo facillima sunt.

XXII. Enarratio.

PAterfamilias] Auctor ad Herennium 1. Ulp. *tit. 11. leg. 120. Dig. de verb. signif.* vide Institut. de lege Falc.

Sed de sua] *L. testandi 13. inf. tit. prox. l. conficiuntur 8. §. si post factum, ff.* de jure codicil. Isæus in Oratione 9. sub initium: *ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς οἶμαι δεῖν κυρίας εἶναι τὰς διαθήκας, ἃς ἂν ἕκαστος διαθῆται περὶ τῶν ἑαυτοῦ: περὶ μέντοι τῶν ἀλλοτρίων οὐ κυρίας εἶναι τὰς διαθήκας, ὥσπερ ἃς ἕκαστος περὶ τῶν αὐτοῦ διαθῆται: Puto necesse esse testamentum ratum esse, quod quisque de bonis suis fecerit. De alienis vero testamentis non esse valida, ut illa quæ quisque de bonis suis condiderit:* vide ejusdem orationem 5. sub initium.

Testamento] Vel codicillis testamento confirmatis, *l. 3. ff. de testam. tut.*

Non alienis] Tutela jure patrio mandatur, *l. impuberi 40. ff. de admin. tut.* emancipatis igitur pater non jure tutorem dat, datus tamen sine inquisitione confirmatur, sicut confirmandus est, quem extraneus impuberi heredi instituto dedit, *l. 1. & 4. ff. de confirm. tut.*

Tutorem instituere] Sic loquitur Cicero pro Sextio, & alibi.

Ad Eunomianos hæreticos] Vide librum 17. Observat. cap. 24. & Samuelem Petitum Observ. lib. 2. cap. 7. & Jacobum Gothofredum in Philostorgii historiam Ecclesiasticam lib. 9. cap. 3. Petito Cujacii sententia non probatur, Gothofredus Theodosii Constitutionem emendare conatur.

TIT. XXIII. *De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinantur.*

Vide tit. 10. lib. 2. Instit. & tit. 1. lib. 28. ff.

DE testamentis, id est, de variis generibus testamentorum, deque eis aperiendis, & apud acta publicandis ab ipso testatore, ut, si quando intercidant, sit unde fides eorum peti possit. Et quemadmodum testamenta ordinantur .i. de solemnitatibus, & regulis juris, quas in testamentis servari opus est: qua duæ inspectiones ita invicem conjunctæ sunt, atque connexæ, ut simul explicari possint: & debeant. Et est quidem aliud genus testamenti, quod mysticum dicitur, cujus solemnia explicat *l. 21.* Aliud quod fit per nuncupationem *d. l. 21. §. per nuncupationem*, quorum in utroque septem Classici testes exiguntur. Est & aliud quod fit precibus principi oblatis ex *l. 19.* & Nov. Valentiniani de testam. Alia genera testamentorum antiqua obsoleverunt, & nominatim id quoque, quod per æs, & libram fiebat, aboletur *l. 15.*

XXIII. Enarratio.

QUod mysticum dicitur] Constantinus Harmenop. libro 5. tit. t. §. 32.

Classici testes] Festus: *Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur*.

TIT. XXIV. *De heredibus instituendis, & quæ personæ heredes institui non possunt.*

Vide lib. 2. Inst. tit. 14. & lib. 28. ff. tit. 1.

QUia heredis institutio caput & fundamentum est totius testamenti, ideo prælato generali titulo de testamentis, de partibus eorum dicturus ab heredis institutione initium facit, à qua etiam plerumque testatores ipsi incipere solent. Certe ex heredis institutione, vel substitutione testamentum cognoscimus, non codicillos defunctum facere voluisse, *l.* 14. *supra tit. prox. l. illud §.* 1. *ff. de ju. cod.* nec enim alio genere, quam testamento heres institui, vel substitui potest. Idcirco ait, De heredibus instituendis, quia omnino heredes instituendi sunt, si quis testamentum facere velit, & vel sola heredum institutio testamentum est. Sequitur, Et quæ personæ heredes institui non possunt, puta incertas personas institui non posse, vel incerta corpora, veluti collegia, nisi id eis specialiter concessum sit, *l.* 8. Collegio Judæorum non est concessum, *l.* 1. *supra de Judæis*. Collegio Christianorum est concessum, *l.* 1. *supra de sac. eccl.* sed & civitatibus omnibus ex *l.* 12. Olim non utique omnibus, quia civitates incerta sunt corpora, non populis omnibus, non populo Romano sine auctoritate Senatus hereditatem delatam alieno testamento adire fuit permissum. Peregrini quoque & advenæ heredes institui non possunt: nam & testatorem, & testes, & heredes cives Romanos esse oportet, *l. Divus, ff. de jur. fisc. l.* 1. *hoc tit. l.* 36. *Cod. Theod. de hæret.* nec servi alieni, vel communes si cum domino eorum testamenti factio non sit, *l.* 10. nec proprii sine libertate justa .i. quæ Civem Rom. faciat, nec instituti ut filii, vel ut fratres, vel ut liberti ab eo, qui non aliter instituturus eos erat quam si filios aut fratres, aut liberos suos esse credidisset, ad hereditatem venire possunt, *l.* 5. *supra tit. prox. l.* 3. & 4. & 7. *hoc tit. l.* 1. *§. ultim. ff. de Carb. ed. l. aufertur in pr. ff. de ju. fis.* & servanda differentia *l.* 4. & 7. ut portionem adoptatitii fratris tanquam indigni non auferat fiscus, supposititii auferat: & in hoc esse indignitatem, non in illo.

XXIV. Enarratio.

CAput & fundam. est] *§. ante heredis, Inst. de legat.*

A qua etiam plerumque] *L.* 1. *ff. de hered. inst.* S. Ambrosius libro 2. de Abraham cap. ultim. *Itaque sicut testamenta hominum prius heredem scribunt, postea legatum exprimunt, melioribus hereditatem, inferioribus legatum*.

Quam testam.] *§. codicillis, Inst. de codicil.*

Quia omnino heredes instit.] Inter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, principale jus est de heredibus instituendis: nam vis & potestas testamenti ab heredis institutione incipit, Ulpianus *tit.* 24. *§. ante heredis*.

Et vel sola heredum] *d. l.* 1. *§.* 3.

Quæ pers. hered. inst. non poss.] Qui institui possint intelligemus, si scierimus, qui non possint. Ulpianus vero promissue docet, qui heredes institui possint, vel non, tit. 22.

Puta incertas personas] Quia certum consilium debet esse testantis, Ulp. *d. t.* 22. *§. incerta*.

Quia civitates incerta sunt corp.] Ulp. *d. tit. §. nec municipia*.

Adoptatitii fratris] Quem quis adoptavit in locum

A fratris: cujusmodi adoptio nulla est: adoptio enim naturam imitari debet: nemo autem sibi fratrem gignit, ut ait Interpres Græcus ad *leg.* 7. *hoc tit.* Sed si quis aliquem ut filium instituat, qui est suppositititius, quem non instituisset, si nosset suppositititium, institutio non valet, & ei suppositititio fiscus hereditatem eripit tanquam indigno. In suppositititio est indignitas quædam.

Suppositititi] Qui subditititus in *l.* 4. Sic enim legitur in cod. Menagii & Brodæi. Glossæ: ὑποβολιμαῖος, *subdititius*, quanquam non male in aliis legatur, subditus. Glossæ Philoxeni: *subditus*, ὑποβολιμαῖος. Terentius Heaut. Actu v. Sc. ttt.

B

TIT. XXV. *De institutionibus & substitutionibus, seu restitutionibus sub conditione factis.*

Vide tit. 7. lib. 26. ff.

HIc titulus est de conditionibus, quæ injiciuntur instit. & substit. precariis, quæ restitutiones dicuntur, quia Græci ἀποκαταστάσεις etiam substitutiones precarias vocant. De directis substitutionibus est *l. ultim.* sed non de conditionibus eis appositis, quia etsi substitutio omnis directa videatur esse conditionalis, quod concipiatur in casum, tamen vi ipsa non est conditionalis, nisi alia quam juris ex ipso testamento ei sit inserta conditio, veluti si navis ex Asia venerit, *l. qui liberis, ff. de vulg. subst.* & facile tamen fero poni ultimo loco hujus tit. eam legem propter vicinitatem tituli seq. qui est de substitutionibus directis. Nulla vero in hoc tit. proponitur substitutio directa conditionalis,
C & ut in *l.* 6. illo loco, substitutioni, vel restitutioni, & *l.* 7. illo, ἀποκατάστασιν ἢ ὑποκατάστασιν, & in *l. ultim. infra Com. de leg.* Substitutione, vel restitutione, item: Quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutione posita, ita in hac rubrica articulum, Seu, non ampliandi, sed explicandi causa additum opinor. Institutio est scriptura prima testamenti, quæ primo heredi hereditatem defert, vel statim à morte testatoris si sit pura, vel ex conditionis casu. Restitutio, vel substitutio precaria est hereditas per fideicommissum ab herede relicta. Conditio est futuri eventus casus incertus, vel huic titulo accommodatius, lex adjecta institutioni aut fidei-
D commisso, quæ effectum ejus differt in futurum & incertum eventum. Vel, lex certa qua testator probabili consilio ductus alium ad testamentum suum invitat. Et alia potestativa, quæ est in potestate & arbitrio heredis instituti, alia in casu & eventu futuro fortuitoque, quæ casualis dicitur, alia mista, cujus eventus pendet partim ex voluntate heredis instituti, partim ex casu, *l. unica §. sin autem aliquid infra de cad. tol. l. ultim. inf. de nec. her.* inter quæ genera conditionum differentia quædam notatur in *l.* 4. & aliis legibus de plerisque aliis horum generum conditionibus tractatur, quæ vel remittuntur, ut conditio divortii, vel non remittuntur, & de earum interpretatione, & de tempore quo implendæ sunt.

E

XXV. Enarratio.

QUia Græci ἀποκαταστάσεις] *Novell.* 39. 108. 123. *cap.* 37.

Scriptura prima testamenti] Quia vis & potestas testamenti ab heredis institutione incipit, Ulp. *tit.* 24. institutio est veluti caput & fundamentum totius testamenti, *§. ante heredit. Instit. de legat.* & ab ea testatores initium facere debent, *l.* 1. *ff. de hered. instit.*

Quæ primo heredi] Heredes instituti dicuntur, qui primo gradu scripti sunt, Ulp. *tit.* 22. *§. heredes*.

Differentia quædam notatur in *l.* 4. Filius in potestate

testate sub conditione potestativa recte instituitur, *l. 4. ff. de hered. inst.* nec in ejus defectum necessaria est exheredatio: sub casuali non potest, nisi in defectum ejus exheredatus sit, *l. 4. hoc tit.* sed neque sub mixta. Filia autem vel nepos suus sub omni conditione institui possunt, *l. 1. §. sciendum est, ff. de su. & legitim. hered.* non sobdita exheredatione. Ita Cujac. & è veteribus Fulgosius ad *d. l. 4.* Odofredus putat, idem esse in nepotibus quod in filio.

Ut conditio divortii] *l. 5.* vel conditio liberorum in constitutione Græca, quæ in hoc titulo desideratur.

Vel non remittuntur] *L. 2.*

Et de earum interpretatione] in *l. generaliter 6.*

Et de tempore] in *l. si quis heredem 7.*

TIT. XXVI. *De impuberum, & aliis substitutionibus.*

Vide lib. 2. Inst. tit. 15. & 16. & 28. ff. tit. 6.

DIxit titulo superiore de substitutionibus precariis & conditionibus earum, hoc titulo dicturus est de directis, quæ post institutiones sequentem partem locumve in testamentis occupant, de quibus etiam antevertit dicere, *l. ult. tit. superioris*, ut hoc veluti nodo hunc ei connecteret, cui similem adnotabo tit. 59. Et ut primum constituamus quid sint directæ, sunt institutiones heredum, quos vel nobis ipsis facimus in priorum locum, vel quibusdam liberis nostris non habentibus testamenti factionem. His verbis notamus duos tantum substitutionum casus, ut *l. precibus, hoc tit.* qui & eventus dicuntur, *l. jam hoc jure, ff. eod.* & causæ, *l. cum ex filio §. filio ff. eod.* Primo casu, si primo gradu institutus heres esse nolit, aut non possit, alium in locum partemve ejus nobis heredem substituimus: & hæc est substitutio vulgaris, quæ communi jure fieri ab omnibus & omnibus potest. Secundo casu, si liberi nostri moriantur, antequam habeant testamenti factionem, puta impuberes aut mente capti, heredem eis damus, quem substitutum vocamus, quod post heredem, quem nobis instituimus prima parte testamenti, eum subiiciamus & substituamus liberis, quos in potestate habemus, ita ut duo testamenta sint, unum quod facimus nobis, alterum quod facimus liberis nostris impuberibus, quod dicitur pupillare testamentum, pupillaris substitutio, pupillares tabulæ, secundæ tabulæ: appellatio enim secundarum tabularum pupillari tantum substitutioni convenit: & secundi heredis quam secundarum tabularum latior appellatio est: nam & substitutus vulgariter, & coheres adjectus primo loco heredi instituto, secundus heres est. Vulgaris substitutio primarum, & principalium tabularum locum obtinet, & coheredis adjectio multo magis. Porro ad exemplum pupillaris etiam liberis mente captis, quos in potestate habemus in similem casum, Si mente capti decesserint; substituere possumus ex Constitutionibus Justiniani: namque olim moribus hoc tantum datum erat parentibus, ut liberis impuberibus testamentum facerent in hunc casum, Si impuberes decederent, non mente lapsis in illum, nisi ex speciali beneficio principis, *l. ex facto, ff. eod.* Hodie idem possunt etiam sine venia principis ex *l. humanitatis, hoc tit.* liberis autem mutis, aut surdis, nec hodie sine venia principis. Si igitur casus substitutionum spectes, duæ tantum sunt species substitutionum: & vero casus potissimum spectari oportet, quia causæ hi sunt substitutionum. Si personas quibus fiunt, aliæ fiunt liberis impuberibus, aliæ mente captis ipso jure, aliæ mutis aut surdis beneficio principali, sive instituti sint, sive exheredati in secundum casum, aliæ extraneis, vel liberis quibuscunque heredibus institutis in primum casum. Et rursus, vel fiunt expresso alterutro casu, quæ simplices substitutiones dicuntur, vel utroque expresso, quæ duplices & vulgaripupillares, vel nullo generaliter & compendio orationis, veluti, Heredes meos invicem substituo, vel, Illum illi substituo, ut *l. precibus*, vel Sempronius Plotii heres esto, cum est Plotius primo gradu à testatore heres institutus, *l. ult. sup. de her. inst.* vel cum est Plotius testatoris filius impubes cujus testator potestatem habuit.

XXVI. Enarratio.

POst institutiones seq. partem] Substituti secundo gradu, vel sequentibus scribuntur, Ulp. *tit. 22. §. heredes.*

In priorum locum] Si nobis heredes non extiterint.

Vel quibusdam liberis nostris &c.] Liberis nostris impuberibus, quos in potestate habemus, quique per ætatem sibi testamentum facere non possunt.

Aut non possit] Ut in *l. 3. sup. tit. 24. & §. quum autem, Inst. de hereditat. quæ ab intest. defer.*

Quæ communi jure fieri] Ut jus commune dicitur, quo utuntur pagani & milites in *l. 15. ff. de vulg. & pupill.*

Ab omnibus & omnibus] Fit liberis etiam puberibus à patre vel à matre. Imo & extraneus extraneo quoque utiliter ita substituit. Pupillaris liberis impuberibus à patre, non etiam à matre vel extraneo,

Aut mente capti] De his inf. dicetur.

Prima parte testam.] Horatius serm. II.

v. ---- *Quid prima secundo*
Cera velit versu: solus multisne coheres.

Eum subiiciamus] Substituere est in locum deficientis heredis alterum subrogare & sufficere.

Quos in potestate habemus] Emancipatis igitur eo modo substitui non potest, *l. 2. ff. de vulg.* Miles tamen jure proprio emancipato filio substituere potest, *l. miles 41. §. 3. ff. de testam. mil.*

Ita ut duo testamenta sint] Duo quodammodo testamenta, aut certe unum testamentum duarum hereditatum, *§. 2. Inst. de pupill. subst. l. 2. §. 4. ff. de vulg. l. si is qui testamentum 25. ff. qui test. fac. poss.* unus enim testator est.

Nam & subst. vulg.] Substitutus vulgari modo secundus heres est, *l. ex facto 43. §. 2. ff. de vulg.* Sueton. Julii c. 83. Augusti cap. ult.

Coheres adjectus] Substitutus ab herede adiecto differt, *l. qui non militabat 78. §. ult. ff. de heredib. instit.* nam hic coheres est, *l. verbis 7. ff. de vulg. l. si heres 7. famil. ercisc. §. ul. Inst. de legat.* Substitutus non item: imo & secundus heres est, *l. si is qui testamentum 25. ff. de hered. Inst.*

Primo loco her. inst.] Heres institutus primo loco scriptus dicitur, Paul. *Sent. III. tit. 5. §. si inter.*

Principalium tabularum] Principale testamentum, principales tabulæ, pro testamento paterno, *l. post legatum, 5. §. qui principale, ff. de his, quæ ut indig. l. 2. §. 1. ff. vulg. l. sicut 11. ff. testam. quemad. aper.* pupillare testamentum, secundæ tabulæ, *d. §. qui princ. & d. l. 11.* & passim, & pupillo substitutus, heres secundus Horat. serm. II. 5.

---- *& scribare secundus*
Heres, & si quis casus puerum egerit orco,
In vacuum venias.

Porro ad exemplum pupill.] *§. 1. Inst. de pup. & l. 9. hoc tit.* unde exemplaris vulgo dicta.

Quos in potestate hab.] Mater igitur hoc modo non substituit. Cujac. non sibi constat: vide quæ dixi ad notam posteriorem Cujacii *§. 1. Inst. de pupill.*

Liberis mente captis] Quid si mente capti sint impuberes? Pleriq; non putant distinguendum. Joannes Faber ad *d. §. 1. num. 9. & 10.* & Odofredus heic. Fulgosius putat, impuberi quasi pupillariter non substitui,

tui, ad *l. humanitatis num. 5.* argumeoto legis 3. *ff. de tutel.*

Namque olim moribus] Vulgaris substitutio descendit ex lege 12. tab. *l. verbis 120. ff. de verb. signific.* pupillaris moribus introducta est, i. jure civili, *l. ex facto 43. ff. de vulg.*

Nec hodie sine venia princ.] Jus novum stricte accipitur, etiamsi eadem sit ratio, ut notat Glossa, & DD. *in authent. quas actiones sup. de sacros. eccles.* Fulgosius ad *leg. 7. inf. de his, quæ ante apert. tab.* Doctores ex sententia constitutionis idem admittunt in mutis, aut surdis.

Aliæ mente capt. ipso jure] Citra beneficium principis.

Sive exheredati] Pupillis exheredatis pupillariter substitui potest, *§. non solum 4. Inst. de pupill. subst.* quia substitutio pupillaris jure potestatis fit. Sed & mente captis exheredatis substitui potest: vide Cujac. ad *d. l. ex facto*.

Vel liberis quibuscumque] Impuberibus, vel puberibus, sive in potestate sint, sive sui juris: nam eis, ut extraneis substituitur.

Heredibus institutis] Nam in persona exheredati inepta est substitutio vulgaris.

Quæ simplices substit. &c.] *L. 1. §. 5. & l. 4. §. 2. ff. de vulg.*

Et vulgari pupillares] Theophil. Institut. de pupillar.

Heredes meos invic. subst.] ut in *d. l. 4. §. 1.* & substitutio mutua dicitur in *l. cum proponebatur 64. ff. de legat. 2.*

Illum illi substituo] Si filius meus intra annum 25. decesserit: vel, quandocunque filius meus decesserit: Mævium illi substituo.

Plotii heres esto] Hæc est vulgaris: inest enim conditio, si Plotius heres non erit.

Filius impubes] Substitutio pupillaris non expressa conditione, si impubes decesserit.

TIT. XXVII. *De necessariis heredibus instituendis, vel substituendis.*

V. lib. 1. Inst. t. 6. in pr. & lib. 2. t. 19. in princ.

Cum ante dixisset de heredibus instituendis, vel substituendis, nunc heredum, qui instituuntur, vel substituuntur divisionem, & qualitatem exequi parat: nec enim omnium heredum eadem est qualitas, non idem omnium jus in omne jus mortui. Alii sunt necessarii, alii voluntarii, & rursus necessarii alii sunt sui, alii necessarii tantum, non sui. De necessariis tantum hic est t. De suis 28. & 29. De voluntariis 30. Et necessarii quidem sic dicuntur, quod dominis à quibus heredes instituti, aut substituti sunt, vel liberis dominorum impuberibus, ignorantes & inviti heredes existunt, adeo ut, & pœna coerceantur si eam hereditatem spernant, *l. 4. hoc t. l. pen. inf. de ju. del.* & beneficium abstinendi non habeant, quod tamen prætor dat suis, qui tametsi necessarii sint, non tamen adeo necessarii sunt, ut à prætore illa necessitate absolvi non possint, data abstinendi licentia: illi omnino necessarii sunt, ut nec abstinendi beneficium habere possint, *l. necessariis, ff. de adq. her.* Causa autem instituendi necessarii heredis est pudor, & existimatio defuncti, quia ab eo plurimum, qui solvendo non est, necessarius heres instituitur, ut heredis potius nomine, quam suo bona distrahantur à creditoribus, quod erat infame, adeo ut nec sit honestum heredem dicere, hereditatem non esse solvendo, *l. sed, & si alio, ff. ad Treb.* & recte dicat *l. servus, C. Th. de inoff. test.* necessarium heredem infamiam magis, quam patrimonium consequi: & hæc ratio efficit, ut valeat libertas data unico servo in fraudem creditorum, creditoribus non obligato specialiter, *l. 1. hoc tit.* sed &

A alia pleraque singularia admittit; *l. etsi sine, §. sed, quod Pap. ff. de minor. l. fratres, sup. de inoff. test. l. qui potuerunt, ff. de man. test.* Alia autem est heredum necessariorum juris veteris, alia juris novi definitio. Vetus definitio hæc est. Necessarii heredes sunt servi proprii, qui in eadem causa permanserunt eodem gradu, & testamento cum libertate heredes instituti, vel substituti in primum, aut secundum casum. Demas illa verba, Eodem gradu, & testamento cum libertate, & erit definitio juris novi.

XXVII. Enarratio.

Necessarii sunt sui] Ulp. *l. 12. §. inter necessarios.* Huc referri posse videtur illud Apuleii Metam. B libro 10. *Habebat filiam parvulam de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulæ, quod leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat ægerrime.*

Quod dominis &c.] *l. 2. §. prius autem, l. sed si plures 10. §. 1. ff. de vulg. & pup.*

Et beneficium abstin. &c.] Ulp. *d. §. inter necessarios, l. nam nec emancipatur 89. ff. de leg. 1.*

Pudor & existimatio def.] defuncti pudori parcitur, ut potius servi, quam defuncti nomine bona veneant. Vide Cujacii notas ad *§. 1. Inst. qui & quib. ex caus. manum. non poss.*

Sunt servi proprii] Nam servus alienus necessarius non est, *l. 3. hoc t.*

Qui in eadem causa permans.] Nam servus à domino institutus, & post testamentum ab eo manumis- C sus extraneorum numero est, *§. cæteri, Inst. de hered. qual. & differ.* & voluntarius igitur, non necessarius heres.

Dem. illa v. eodem gradu] Nam ex l. 4. nihil refert quo gradu servo libertas adscribatur.

Et testamento cum libert.] Nam ex *l. pen. §. 1.* licet libertas codicillis relicta sit, tamen testamento data præsumitur propter hereditatem, quæ testamento data. Sed & libertas ex ipsa scriptura institutionis ei data intelligitur.

TIT. XXVIII. *De liberis præteritis, vel exheredatis.*

V. lib. 2. Inst. cap. 13. & lib. 28. ff. t. 2.

D Hic titulus est de liberis: ergo de suis heredibus; hi sunt liberi, qui in potestate morientis, et gradu proximiores sunt delatæ hereditatis tempore, vel de his quos prætor inter suos heredes vocat: hi sunt liberi emancipati, quos prætor adæquat suis: denique hic tit. est tam de liberis, qui sunt in potestate, quam de emancipatis. Sui et necessarii heredes sunt jure civili. Emancipati voluntarii heredes sunt, quia alieni, et extranei heredes cum in familia morientis non sint, nec illi sui dicuntur, nisi ad discretionem alienorum, quales sunt emancipati, et omnes heredes voluntarii, atque etiam necessarii tantum: nec enim sui sunt. Et præteriti dicuntur, qui neque instituti, neque rite exheredati sunt, etiamsi legata eis, aut fideicommissa relicta sint: vel, qui in institutionis, aut substitutionis gra- E du, aut in omnibus gradibus silentio omissi sunt. Vel, quorum testator in instituendis, aut substituendis heredibus mentionem nullam fecit. Exheredati autem sunt, quos parentes à successione sua certo judicio summoverunt, quod fit varie: alii enim inter cæteros exheredantur, si respicias ad jus vetus, alii nominatim, alii præteritione atque silentio solo, alii ab uno gradu, alii ab omnibus, et in omnem casum.

XXVIII. Enarratio.

Delatæ heredit. temp.] Vide Cujac. ad *§. 7. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.*

Quos Prætor inter suos her. voc.] *Instit. de legit.*

adgnat. succ. in princ. & de success. cogn. in princ.

Quia alieni, & extr. her.] *l. ex facto 17. §. ult. ff. ad Senat. Trebell. §. extraneis autem, Instit. de hered. qual. & differ.*

Et præteriti dicuntur] *§. eadem 12. Instit. de hered. quæ ab intest. def. l. non putavit 8. §. 2. ff. de bonor. poss. cont. tabul. l. pen. inf. de fideicomm.*

Etiamsi legata] *l. 3. in fin. ff. de bonor. poss. contr. tab.*

Aut in omnibus gradibus] *l. 1. h. t.*

Alii enim inter cæteros] Filius nominatim exheredandus est. Filia, nepos, neptis, & cæteri liberi, vel nominatim, vel inter cæteros, *Ulpian. tit. 22. §. filius, & §. nepotes.*

Si respicias ad jus vetus] quod sublatum est *l. 4. hoc tit. §. 5. Inst. de exheredat. liberor.*

Alii præteritione] Ut præteriti à matre, vel avo, aut proavo materno, à liberis, fratribus, aut sororibus, à milite: vide Cujac. ad *§. ult. eod. tit.*

Alii ab uno gradu] Puta ab instituto tantum, vel substituto.

Alii ab omnibus] ut puta si ante omnes gradus, vel institutionem, & inter substitutionem, vel deniq; si post omnes gradus exheredentur, & testator id senserit, *d. l. 1.*

TIT. XXIX. *De postumis heredibus instituendis, vel exheredandis.*

V. titulos superiores.

HIc qunque titulus est de suis heredibus: nam est de postumis .i. de his, qui sunt in utero, quique nati nobis sui heredes futuri sunt, heredibus instituendis, vel exheredandis .i. non prætermittendis. Superior tit. est de jam natis, hic de nascituris, de quibus etiam cum fuerit finis superioris tituli, ex eo quam bene hic titulus mox illi coaptatus sit intelligi potest. Separati autem dantur tituli de liberis, & de postumis, quia sunt, & inter liberos superstites, & postumos separationes, sive differentiæ plures. Extant hodie quatuor, quintam sustulit finis superioris tit.

XXIX. Enarratio.

QUique nati nobis] *§. postumo 26. Institution. de legat.*

Instituendis] Dubitari poterat, an postumus institui posset, quod incerta persona sit, διὰ τὴν ἀδηλίαν, μήποτε τὸ κατενεχθὲν ἢ θρόμβος τις αἵματος ὑπάρχει, ἢ τὸ σαρκίον τὸ ἄγονον, ὃ καλοῦσι ἰατροὶ μύλην: propter incertitudinem, num forte id quod ejectum, vel gruma sanguinis sit, vel caruncula, quam medici μύλην vocant, Johannes Philoponus de mundi concordia libro 6. c. 25. vel quod omnino non sit: nam id quod in utero est, non esse animal Stoici contendunt, & Jurisconsulti à Stoicis imbuti. Qua de re non conveniebat inter Philosophos. Mibael Psellus in libro quo continentur, ἀποκρίσεις καὶ ἐξηγήσεις συνοπτικαὶ καὶ διαφοραὶ πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τοῦ Βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα: τρισὶν ἐντυχὼν μοι βίβλοις περὶ τούτου ζητήματος (εἰ τὸ ἔμβρυον ζῶον) Ἱπποκράτους, Πορφυρίου καὶ Γαληνοῦ: ὧν οἱ μὲν Ἱπποκράτης καὶ Γαληνὸς, ζῶον αὐτὸ φασιν εἶναι ἐν τῇ γαστρί: ὁ δὲ γε Πορφύριος πολλοῖς λογισμοῖς καὶ ἀποδείξεσι διατείνεται, μὴ εἶναι τὸ ἔμβρυον ζῶον. Sed tamen magis placuit, postumos non inutiliter heredes institui, ut præter auctores nostros probat Galenus in libro εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρὸς, p. 46. editinnis Græcæ, et quamvis animal non sit ex Jurisconsultorum sententia, quasi animal tamen institui fingitur. Verum hac de re plenius in Commentario ad Institutiones.

Prætermittendis] Prætermittere est neque heredem instituere, neque exheredare.

A Vel exheredandis] Hodie postumi exheredatio nulla est: nec enim elogium illi adscribi potest, qui in rebus non est; & sine caussa legitima exheredatio non procedit.

Extant hodie quatuor] Prima hæc est, in liberis servabatur differentiæ sexus. In postumis non item: præteriti enim cujuscunque sexus sint, agnascendo rumpunt testamentum: licet postumus illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decesserit, ut est in *l. 3.* Statius v. Sylvarum.

---- tellure cadentem
Excepi. Claudianus in Rufinum:
Rufinus quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio.

2. Si filius præteritus vivo patre moriatur, non con-
B valescit testamentum, Instit. de exheredat. liber. in princ. Si vero postumus vivo patre nascatur, & illico decesserit, testamentum convalescet, *l. postumus 12. ff. de inj. rup.* 3. Filii jam nati præteritione testamentum statim nullum est: postumi autem nativitate rumpitur, quod ab initio constitit, *l. 3. §. 2. eod.* 4. differentia extat in *l. 5. eod.* Quinta in *l. ult. sub fin. sup. titul.* quam ibidem sustulit Justinianus.

TIT. XXX. *De Jure deliberandi, & de adeunda, vel adquirenda hereditate.*

Vide tit. 8. lib. 28. & tit. 2. lib. 29. ff.

HIc titulus est de voluntariis heredibus: nec enim
C jure civili aliis quam voluntariis heredibus competit jus deliberandi, id est, potestas, & arbitrium consultandi, utrum expediat adire hereditatem necne, quia inviti non adeunt suo periculo, cum sint voluntarii. Jure prætorio competit etiam suis, quia se abstinere possunt. Necessariis neque civili, neque prætorio jure competit. Et ad deliberandum quidem, vel à testatore datur dies, hoc est cretio, vel à judice, hoc est proprie deliberatio, cui dandæ ne omnino esset in arbitrio principis, vel judicis præscripta est præscriptio certa in *l. ult. §. sed quia, hoc tit.* At si neque à testatore, neque à principe, aut judice datum sit tempus ad deliberandum, forte nullis postulantibus creditoribus, aut liberis exheredatis, jus ut opinor adeundæ hereditatis est perpetuum, *l. 1. inf. de suis, &*
D *leg. lib.* & ita Græci notant ad *l. 4. sup. qui adm.* τὸ πολιτικὸν δίκαιον χρόνῳ οὐκ ἀποκλεῖσθαι, quibus crediderim magis quam argumentis Latinorum male ductis, vel ex *l. 8. hujus tit.* vel aliis locis. Quod autem sequitur in hoc tit. Et de adeunda, etiam ostendit hunc titulum esse de voluntariis heredibus, quibus solis aditio necessaria est, suis aditio, aut bon. possessio non est necessaria, *l. 7. ff. de inoff. test. l. 13. hoc tit.* Et aditio quidem alias accipitur pro cretinne, quæ dicitur intra tempus à testatore constitutum .i. pro aditione solemni, alias pro aditione simplici, sive nuda contestatione amplectendæ hereditatis, qua hodie utimur, detractis cretionis solemnitbus, detracta infinitate superstitum, & detractis formulis, detracta corporis hereditarii apprehensione, detracta percussione digitorum.
E Effectus tamen cretionis manet, & effectu solo inspecto, dicitur aditionem hereditatis esse actum legitimum. Nam & pure fit, & semel, & per heredem ipsum, non per procuratorem nisi Cæsaris, non per tutorem, nisi pupillus insans sit; sed patrem recte volente filiofam. vel etiam eo non volente si infans sit. Quod additur in hoc tit. Vel adquirenda, causam aliam præbet, ne suos heredes ab hoc titulo omnino summoveamus: Nam adquirendi verbum generale est, quod complectitur, & cretionem, & aditionem, & immissionem, & pro herede gestionem, & existentiam, & animi destinationem solam. His enim omnibus modis hereditas adquiritur, & suis heredibus, aut necessariis existentia, quæ à Græcis ἀνάφανσις dicitur, & immissione pro-

proprie. Recte igitur dixeris, quod sit hic tit. de omni genere adquirendæ hereditatis, & quod prætor etiam suis heredibus det tempus ad deliberandum, hunc titulum potissimum esse de voluntariis heredibus, sed nonnihil etiam ad suos pertinet de quibus est *l.* 3. 8. 13. & initium 19. quorum præcipuum in jus transmissione delatæ hereditatis, aliquatenus communicatum tamen voluntariis heredibus Constitutionibus tribus *l. 18. & 19. hoc tit. & l. 1. inf. de his, qui ant. ap. tab.* Imo adquirendi verbum proprie respicere ad suos recte dixeris, ut titulus qui sequitur, de repudianda, vel abstinenda, convenienter opponatur huic, de adeunda, vel adquirenda. Et serva hereditatem adiri, vel adquiri triplici via, recta si adeas incunctanter; tardiore si habita deliberatione hoc farias, utraque lubrica, & tutiore tertia, quam aperit Justinianus in *l. ult.* si facto inventario bonorum defuncti ex fide bona.

XXX. Enarratio.

NEcessariis, neque civili] vide *sup. tit.* 27.

Est perpetuum] Quæ fuit sententia Glossæ Azonis, & aliorum, ut refert Johannes Faber ad *l.* 19. *hoc tit.* Vide Fulgosium ad *l.* 8. & quæ dixi libro 1. tit. 18.

Pro adit. solemni] de qua vide Cujac. Observat. libro 7. cap. 18.

Pro adititione solemni] Aditio non erat antiquitus sine cretione. Itaque actus legitimus erat: hodie sublata cretione, nihilominus manet actus legitimus, ut alibi lib. 11. Sem. fusius doceo, cum tu antea semper cretionem ab aditione separasses P. Faber.

Detracta infinitate superstitum] Infinitas, ut in *l.* 2. *§. omnibus* 11. *sup. de vet. ju. enucl.* & apud Tullium de Offic. 1. vide librum 9. Observat. cap. 29.

Superstitum] Festus Pompejus: *Superstites, præsentes testes significat.*

Detractis formulis] de his solemnibus dico ad *§. ult. Instit. de hered. qualit. & diff.* ad cretionem hereditatis respicit Symmachus epist. lib. 4. 35. *Crevisti etiam pro parte legitima paternæ in me familiaritatis successionem.*

Et pure fit, & semel] *l. eum, qui 51. §. ult. ff. de adq. hered. l. si solus 80. §. ult. eod.*

Non per procuratorem] *l. per procuratorem 90. eod.* nisi sit procurator Cæsaris, *l. 1. §. ult. ff. de offic. procur. Cæsar.* non per tutorem nisi pupillus infans sit, *l. potuit 5. l. si infanti 18. §. 2. hoc tit. l. servo invito 65. §. si pupillo, ff. ad Senat. Trebell.* sed per patrem recte volente filiofamilias, *l. filiofam. 4. & l. retinente 11. hoc tit.* vel etiam sine voluntate filii, si infan. sit, *d. l. si infanti.*

Et suis heredibus, aut necess.] vide *recitat. ad titul. de necess. hered. instit. sup.*

In transmiss. delatæ hered.] Adde legem *apud hostes* 8. *inf. de su. & legit. liber.*

TIT. XXXI. *De Repudianda; vel abstinenda hereditate.*

Vide lib. 29. ff. tit. 2.

HIc titulus opponitur superiori de adeunda, vel adquirenda hereditate, ita ut verbo adeunda ex adverso respondeat verbum repudianda, & verbo adquirenda verbum abstinenda, quæ collatio ostendit in superiore titulo verbum adquirenda proprie pertinere ad suos heredes, qui per immistionem hereditatem adquirunt, sicut in hoc tit. verbum abstinenda constat proprie ad suos pertinere, & sic *l. ult. sup. tit. prox.* Si respuendam, inquit, vel abstinendam hereditatem esse crediderit. Duæ autem in hoc tit. regulæ potissimum constituuntur: Eum, qui adquisivit hereditatem, etiamsi damnosa sit, repudiare eam non posse suo ju-

A re, beneficio restitutionis posse si minor sit 25. an. Et eum, qui repudiavit, rursus ad ea bona, quæ repudiavit, redire suo jure per suam personam nullo modo posse, propter alium posse, & jure quoque restitutionis in integrum propter ætatem, si res sit integra. Majorem ætate neque suo jure, neque per restitutionem, quod repudiavit adquirere posse, si sit extraneus heres: Namque suus heres etiam major 25. an. si abstinuerit se postea ipso jure non petita restitutione bonis quib. se abstinuit, se permiscere potest, si res sit integra, *l. si quis suus, ff. de ju. del.* quod Justinianus limitat in *l. ult. hujus tit.* & est hac quoque in re differentia inter suum, & extraneum heredem.

XXXI. Enarratio.

B SI minor sit 25.] *§. extraneis, Institut. de hered. qualit.*

In l. ult. hujus tit.] Hunc tit. satis explicat Cujacius ipse in recitatione. Hoc tantum moneamus in *d. l. ult.* vulgo non male legi, *ei remissum*, pro, *permissum*, & in vett. Ægidii Menagii, & Juliani Brodæi. Dositheus in Adriani sententia, quæ incipit ab his verbis, *ἐν τοσούτῳ ἐπίτρεψον οὖν μοι, remitte ergo me.* Male igitur, ibi corrigunt, *permitte.*

TIT. XXXII. *Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur, & describantur.*

V. lib. 29. ff. tit. 3.

C AUt tabulæ testamenti aperiuntur, & publice insinuantur apud acta, vivo testatore, ut major eis fides accedat, *l. 2. 18. 23. sup. de testam.* aut post mortem testatoris, ut innotescant heredibus, & legatariis, & fideicommissariis, & servis manumissis, & fisco cui hereditatum vicesima dabatur, & aliis quorum interest. Et ex lege Julia, & Papia non erat extraneis heredibus jus adeundæ hereditatis ante apertas tabulas, ante insinuationem testamenti, ut *l. cum antiquioribus l. ult. §. sin autem dubius, & §. in computatione sup. de ju. delib.* nisi forte quis heres esset scriptus ex asse, *l. multum, ff. de cond. & dem. l. 1. §. ult. ff. de jur. & fac. ign.* & dies quoque legatorum, vel fideicommissorum non cedebat ante apertas tabulas: hodie ex
D Constitutione Justiniani, quæ reducit jus antiquum, quod obtinuit ante legem Juliam, & Papiam, heres sive scriptus sit ex asse, sive ex parte, statim à morte testatoris hereditatem adire potest, etiam clusis tabulis testamenti, & dies quoque legatorum cedunt à morte testatoris ante apertas tabulas, *l. unica, §. cum igitur, & §. in novissimo, inf. de cad. tol.* Necessarii heredes tantum, vel sui, & necessarii semper heredes exstiterunt, & existunt à morte testatoris, etiam clusis tabulis testamenti, *l. 3. sup. de jur. delib. l. ex parte, ff. de adq. her.* quod & liberis non suis, licet extranei heredes sint, Theodosius dedit, ut à morte parentis heredes extitisse intelligantur, in hoc ut hereditatem transmittant ad liberos etiam clusis tabulis testamenti, & ante aditam hereditatem, *l. unica,*
E *inf. de his, qui ant. ap. tab.* Hinc titulus ait, testamenta; sed pertinent etiam ad omne id, quod ad causam testamenti pertinet, ut puta, & ad codicillos, & ad substitutionem pupillarem, & ad libellum, qui pertineat ad ultimam voluntatem defuncti, & ad epistolam fideicommissariam, & ad omnem omnino scripturam testamenti etiam imperfectam. Et recte *l. 3. hujus tituli.* Ejus quod ad causam novissimi judicii pertinet, quæ fuerunt verba prætoris tam in interdicto de tabulis exhibendis, quo tenetur, qui negat penes se esse id, quod ad causam testamenti pertinet, quam in extraordinarii auxilii pollicitatione, quæ adversus eum spectat, qui non negat penes se esse id quod ad causam testamenti pertinet, ille ut

damnetur in id quod interest, hic ut omnimodo exhibere compellatur, *l. 2. §. ult. ff. eod. l. 1. §. 1. ff. de tab. exh.* Aperire autem hoc loco, non tantum est tabulas testamenti patefacere naturaliter, ut in SC. Silaniano, sed etiam civiliter, .i. secundum leges & mores civitatis in qua fit apertura testamenti, *l. 2. hoc tit.* solemni quodam ordine, qui plerumque explicatur præsente magistratu in foro, aut Basilica, differto foro, & servatis his quæ licet addiscere ex *l. 4. 6. 7. ff. eod.* & Paulo 4. *Sent. tit. de vicesima*. Semper excipitur ea pars testamenti quam testator vetavit aperiri, vel quam vetasse intelligitur, ut substitutio pupillaris, *l. 3. hoc tit. l. pupillares, ff. eod. §. sin autem, Inst. de pup. subst.* & pars quæ ad alterius ignominiam pertinet, veluti exheredatio, aut præteritio, & descriptio quoque diei, aut consulis, ne quis præferat, aut postferat diem, *d. l. 3.* in qua & illud notandum, ut juratus purget se de calumnia qui quod ad causam testamenti pertinet, dasiderat inspicere & describere.

XXXII. Enarratio.

Heredit. vicesima] De qua vide Cujac. in librum 4. Sentent. Pauli, tit. 6. & Observat. lib. 5. cap. 16. & libro 9. cap. 24.

Ut in Senatusc. Silan.] *L. 3. §. aperire 12. ff. de SC. Silan.*

Sulemni quodam ordine] Signatores conveniunt, & sigilla sua recognoscunt. Collatio Carthagin. 11. cum Donatistis: *Quoniam ab utraq; parte impressionem signorum agnitam constat, ea quæ præcepi, à notariis relegantur. Petilianus Episcopus dixit: Sic solent testamenta non gesta reserari.*

In foro] Gregorius Turonensis in libro de vitis Patrum cap. 8. *Post dies autem quos lex Romana sancivit, ut defuncti cujuspiam voluntatem publice relegatur, hujus Antistitis testamentum in foro delatum turbis circumstantibus à judice reseratum, recitatumque est.*

Ad alterius ignominiam] *πρὸς ὕβριν ἑτέρων τινῶν*, ut ajunt Græci, *ad aliquorum injuriam dicuntur*.

Aut postferat diem] Postferre, *postdaior* Poeta vetus: *Postlatus est dies tui syngraphi*.

TIT. XXXIII. *De edicto Divi Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur.*

Post aperturam & recitationem testamenti rite perfectam, solet heres scriptus mitti in possessionem rerum hereditariarum, quas mortis tempore testator possedit: Nam in possessionem earum quas alius justa ex causa possedit, non ante mittitur, quam egerit petitione hereditatis, aut rei vindicatione, *l. 3. hoc tit. & 3. Sent. Pauli tit. 5. in fine*: & fit ea missio ex beneficio edicti D. Adriani, *l. 26. C. Th. quor. ap. non rec.* quo qui uti vult, necesse non habet petere bonorum possessionem secundum tabulas, vel hanc si malit petere, beneficium edicti non habet, *l. ult. C. Th. de testam.* & Valentiniani *Nov. 1. eod. tit.* etiamsi falsum, vel irritum, ruptum, inofficiosum, nullum testamentum dicatur, locus huic beneficio est, salva eorum discrepatione, *l. 2. hoc tit.* nec ab eo provocatio est, *l. quisquis inf. quor. ap. non rec. l. ult. ff. de app. rec.* & ibi postulatur ubi sunt res hereditariæ, *l. 1. sup. ubi de her. ag.* Pluribus autem postulantibus se mitti in possessionem inter quos controversia est, is præfertur qui potiora jura habere videtur, *l. 3.* qua de re summatim cognoscit judex, quia hæc res celeritatem desiderat. Certe institutus substituto præfertur, *l. 1.* sive substitutus sit directo, sive per fideicommissum ante restituram hereditatem, *l. filiam, ff. ad Treb.* Hodie non fit missio ex edicto D. Adriani, sed ex Constitutione Justiniani: Nam & quæ erat ex edicto annua, hodie est perpetua, nec ante perimitur, quam sit perempta quæstio principalis de hereditate, quam constat non perimi, nisi usucapione vel præscriptione 30. an. & quod erat in edicto de aperiendis tabulis testamenti statim post mortem testatoris, *l. ult. ff. de app. rec.* ne qua fieret mora vicesimæ hereditatum, ut Paulus ait in Sen. tit. de vicesima, hodie vicesima sublata locum non habet. Necesse tamen est priusquam missio fiat, testamentum aperiri & proferri jure perfectum. Nec distinguimus heres scriptus sit ex parte, an ex asse, *l. 3. & d. l. filiam*. Nam & si scriptus ex asse possit adire ante apertas tab. non tamen potest mitti in possessionem.

XXXIII. Enarratio.

Etiamsi falsum &c.] Paulus *libro* 111. *Sent. tit. 5. §. sive falsum*, vide Cujac. ibid. & tit. 11. sup.

Certe institutus] Paulus d. *t. 5. §. si inter heredem, τέως ὁ ἐνστάτος ὀφείλει εἶναι ἐν τῇ νομῇ: interim institutus in possessione esse debet*, ut est in Basilicis.

Annua] Paulus *d. tit. 5. §. scriptus heres, & l. ult. h. t.* ibi: *sive enim post annale*.

Nisi usucapione vel præscript.] *d. l. ult.* ibi: *quod possit vel possessori, &c.*

Possit adire ante apertas tab. vide inf. tit. 51.

TIT. XXXIV. *Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.*

V. lib. 29. D. tit. 6.

Fisci aut vicesimæ hereditatum fisco debitæ ab extraneis heredibus mentio habita superiore titulo, nos vocat ad alias species quibus fisco aditus patet ad hereditates & bona defunctorum: & ut illius tituli origo proficiscitur ex constitutione, sive edicto D. Adriani, sic & istius ex alia constitutione ejusdem Principis, *l. 1. ff. eod.* quæ vult ut qui, dum captat hereditatem legitimam, prohibuit volentem facere testamentum ne faceret, vel qui cum esset priore testamento scriptus heres, prohibuit volentem mutare testamentum ne mutaret, dum id agit forte ne testamentarius introducatur, vel ne testes conveniant, qui vel coegit aliquem facere testamentum, & se heredem scribere, ei velut indigno fiscus hereditatem auferat. itemque alii, si alium coegerit scribi: quia etsi noxius criminis alius non sit, defuncti voluntatem non habeat, arg. *l. cum quidam, ff. de his quæ ut ind. auf.* nec enim intelligitur voluisse, qui coactus voluit. Nam testamentum plenam & liberam voluntatem, liberum stilum exigit. Et nota dolum malum, aut vim prohiberi, non blanditias, *l. ult. hoc tit. l. ult. ff. eod.* & hujus criminis non aliam esse pœnam quam confiscationem hereditatis, & competere etiam eo nomine de dolo actionem his quorum interest, *l. 4. hoc tit. l. Lucius, §. Sempronia, ff. de leg. 2. Nov.* 115. adjuncta Juliani interpretatione, quod & ad *l. unicam inf. de sent. quæ pro eo quod int.* probat Theodori interpretatio: & ita civilis discrepatio possit accipi in *l. 1. hujus tit.* ut dicat, eum qui testari coegit, tam civiliter teneri de dolo, vel in factum quorum interest, quam criminaliter accusari posse, causa ad fiscum delata.

XXXIV. Enarratio.

Ab extraneis heredibus] Nam huic præstationi vicesimæ erant tantum obnoxii extranii heredes non sui. Plinius in Paneg. Trai.

Qui dum captat hered. leg.] *l. 1. & 2. ff. eod.*

Ne testamentarius] Scriptor testamenti.

Itemque alii] *l. 1. hoc tit.* in qua constat Cujacium legisse: *vel quoslibet alios*, quam lectionem confirmant Basilica, & libri vett. Menagii & Brodei. Folgosius ad *l. 2. h. t.* Facit, inquit, lex proxime præcedens,

dens, quæ illos duos casus judicat à pari, sive coege- A
rit, ut se heredem institueret, sive coegerit, ut alium heredem institueret. Idem scribit ad leg. 1. Gallicus intepres Codicis longe aliter legisse videtur: sic enim reddidit: *ou il fit hoirs par aucune autre maniere cils que il ne vouloit pas, que le fussent*, quasi ita legerit: vel quolibet alio modo. Eum mihi utendum dedit Cl. vir Ægidius Menagius.

Liberum stilum] ut in *l.* 1. *sup. de sacros. eccles.* |

Lege 4. hoc tit.] Quæ exstat Basilic. libro 35. tit. 4. in qua additur: eum, qui testari prohibuit ἐξορίζεσθαι, *relegari*, quod cum jure proditum non sit, videtur additum ex posterioris alicujus principis constitutione, aut quia crimen contrahitur, videntur Græci pœnam relegationis de suo addidisse. Idem exstat apud Michaelem Attaliotem. B

Tam civiliter] Basilica: ἀνάγεται χρηματικῶς καὶ ἐγκληματικῶς: *civiliter, & criminaliter convenitur.*

TIT. XXXV. *De his, quibus ut indignis hereditas aufertur, & ad SC. Silanianum.*

V. lib. 34. *ff. tit.* 9. *& lib.* 29. *tit.* 5.

IN titulo superiore proposita est causa una ex qua heredi, ut indigno fiscus hereditatem aufert; ea est crimen prohibiti, aut extorti testamenti. In hoc tit. proponuntur plures aliæ, ac primum in *l.* 1. 7. 10. crimen inultæ mortis defuncti, quod & crimen ingrati heredis possis dicere ex *l. Gajus in f. ff. de SC. Silanian.* & crimen aliud heredis, qui per calumniam falsum C testamentum dixit, in quo ex parte heres scriptus, *l.* 2. *&* 8. & aliud heredis facientis contra non ineptam voluntatem defuncti, qui notatur *l.* 5. Sed & *l.* 4. ostenditur ei quoque heredi, ut indigno hereditatem auferri, quem testator in codicillis declaravit suam non mereri voluntatem. Item SC. Silaniano, cum paterfam. à familia per vim necatus esse dicitur, heres prohibetur adire, vel aperire tabulas, antequam de servis, qui sub eodem tecto locove erant quæstio habita, & de noxiis ultimum supplicium sumptum sit, *l.* 11. *§. si servus, ff. ad L. Falc.* alioquin ei, ut indigno aufertur hereditas, & ad id pertinet *l.* 3. 6. 9. *pen. & ult.* Indignus est, qui capere potest, & vero eripitur capit; sed quod cepit, retinere non potest, vel quod testator eum, aut lex indignum hereditate judicaverit D esse, vel quod non illicitum quidem, sed quodammodo pudendum sit apud eum remanere, quod cepit Indignus est capax jure, incapax effectu. Incapax vero est incapax jure, & effectu. Ad incapacem, qui se defert, pertinet beneficium edicti, D. Trajani, non ad indignum.

XXXV. Enarratio.

PRoponuntur plures aliæ] Ex quib. fisco quæritur; quod indigno auferri debet. Idque generaliter verum est, nisi duobus casibus, qui enumerantur in *l. pen. inf. de legat.* 3. *& in l.* 1. *sup. de secund. nupt.* & quarto in *l. si quis incesti, sup. de incest. nupt.* P. Faber.

Crimen inultæ mortis] vide ad tit. 40. libri 11. & E quidem sive heres necem testatoris scivit, sive ignoraverit, *l. heredem* 17. *ff. de iis, quib. ut indig.* Sic ergo punitur negligentia heredis, qui non inquisivit in genus mortis testatoris, ut ad eandem legem scribit Cujacius, & Græci interpretes ibidem; ῥᾳθυμία πανταχόθεν, ἐφ' ᾧ χώραν ἔχει ἡ ἀφαίρεσις τῆς κληρονομίας: Culpa secuta est, qua ex re in casum venit hereditas.

Non ineptam voluntatem def.] ut in *l. servo alieno* 113. *§. ult. ff. de legat.* 1.

Qui notatur l. 5.] In qua recte monet Cujacius legendum, *supremis defunctorum obtemperatum*. Nec aliter habetur in vett. Menagii, & Brodei.

Ei ut indigno auf.hered.] vide ad titulum 40. lib. 11.

Retinere non potest] Ut in l. cum fratrem 9. successionem retinere non possunt. Sic enim habent libri veteres, & interpres Gallicus, *retenir l'heritage*.

Edicti D. Trajani] *l. edicto* 13. *in princ. & §. pen. ff. de jure fisc.*

TIT. XXXVI. *De Codicillis.*

V. lib. 29. *ff. tit.* 7. *& Instit. lib.* 2. *tit. ult.*

POstquam dixit satis de testamentis, & de heredibus instituendis, & substituendis, qui potissimum testamenta sustinent ne ruant, si hereditatem adquirere, & amplecti velint, transit ad codicillos, qui & ipsi ad causam testamenti pertinent, si testamentum sequantur, ut aliquid suppleant, aut emendent, vel etiam si præcedant, nec testamento infirmentur, *l.* 2. *§. ad causam, ff. quemad. test. aper. l.* 1. *§. hoc interdictum, ff. de tab. exh. l.* 3. *§. si quis codicil. ff. de SC. Silan.* & pro parte testamenti habentur, *l. pen. ff. quemad. test. ap. l. quidam, ff. de ju. codicil.* & ex eo vires capiunt sive confirmati sint, sive non confirmati sint, *l.* 3. *§. ult. ff. eod. l.* 1. *hoc tit.* & si forte ab intestato conficiantur, vicem testamenti exhibent, *l. ab intestato, ff. eod.* Nam & ab intestato nullo facto testamento recte conficiuntur; imo & facto testamento, ut *l.* 6. *ff. si quis omis. cau. test.* ut si codicillos plene definire velis, ita definire debeas. Codicilli sunt intestatorum, vel testatorum voluntates quædam nudæ nullis fubnixæ solemnibus juris. Ad codicillos pertinentes ad testamentum, qui & testamentum sequuntur respiciunt, qui eos desiniunt esse emendationem, aut supplementum testamenti: Nam qui post factum testamentum aliquid ei detrahere, vel addere, aut emendare volunt, non alia ratione possunt, quam per codicillos: testamentum enim testamento emendari, aut suppleri non potest, mutari potest. Codicillus codicillo non tantum mutari, ut *l.* 3. *hoc titulo*, sed etiam suppleri, & emendari potest. Est & hæc summa differentia inter testamentum, & codicillos, quod non ut testamento, ita codicillis verbis directis hereditas dari, vel confirmari, vel adimi potest: cujus verior ratio hæc, ne jus codicillorum, & testamentorum confundantur: Nam si codicillis, qui nullam juris solemnitatem exigunt, idem liceret quod testamento, periret usus, & jus omne testamentorum tantis vigiliis excugitatum, & inventum. Quæ proponitur in *l.* 7. non est necessaria, ut *l. heres, ff. de usurp. & usuc.* nec quæ in *l. quod per manus, ff. de ju. codicil.* Nam duo instrumenta nihil vetat robur aliud ex alio capere.

XXXVI Enarratio.

NUllo facto testam.] *l. conficiuntur* 8. *ff. de ju. codicill.*

Nullis fubnixæ solem. jur.] Nullam solemnitatem ordinationis desiderant, *§. ult. Instit. de codicill.*

Emendationem, aut suppl.] Moscopulus, & Theophilus, ubi dixi.

Ita codicillis verbis dir.] In codicillis testamento confirmatis directo heres scribi non potest, *l.* 10. *ff. eod. l. institutio* 10. *ff. de condit. instit. l. pen. Cod. de necess. hered. instit.* Papinianus in *d. l.* 19. *ff. eod.* ait, per manus traditum esse hereditatem codicillis dari non posse. Quintilianus in declamat. 348. traditam à majoribus per manus libertatem.

Confirmari] *d. l. pen. §. sed cum.*

Vel adimi] *§.* 2. *Instit. eod.*

Verior ratio] Qua utitur Justin. in *d. §.* 2.

Quæ proponitur in l. 7.] His admodum verbis: *Si idem codicilli, quod testamenta possent, cur diversum his instrumentis vocabulum mandaretur*: Nam ut ait Isidorus Pelusiotes in epistola 54. libri 1. οἱ τὰ πράγματα ὅμοια, ἀνάγκη καὶ τὰ ὀνόματα καταδέχεσθαι ὅμοια: *si res*

si res inter se similes sunt, similia quoque nomina suscipere necesse est.

TIT. XXXVII. *De legatis.*

V. lib. 30. D. tit. 1. & Inst. lib. 2. tit. 20.

POst testamenta, & codicillos dat legata; quod hæc & testamento relinquantur, & codicillis testamento confirmatis. Et est legatum, quod verbis directis ab herede instituto testator coheredi, vel alii relinquit. Verbis, inquam, directis, i. imperativis, unde legati nomen deducere Ulpianus videtur, quod legis modo, i. imperative relinquatur (fideicommissum verbis precariis, & quibuscunque relinquitur) Et erant olim verba directa Latina, & certa solemniaque: hodie etiam Græca recipiuntur, & vernacula, & quæcunque verba Latina etiam illegitima, inusitata, mixobarbara, quibus fere, & omnia testamenta hodie videmus esse conscripta, unde litium seges. Et, ut idem Ulp. scribit, legato dominium adquiritur ex 12. tab. *l. quotiens, §. ult. ff. de pecul. l. 7. l. 23. hoc t. l. 3. inf. quan. dies leg. ced. l. 1. in fi. ff. de pub. in rem act. l. 3. §. si rem de leg. 3.* fideicommisso possessio, non dominium, *l. qui usumfructum, ff. si usufr. pet.* Sunt autem in hoc tit. multa quæ in Digestis in varios titulos dispertita sunt. Nam & hic agitur de annuis legatis *l. 22.* & de alimentis legatis *l. 2.* & de adimendis legatis *l. 3. 11. 17.* quæ non adimuntur codicillis non confirmatis, nec nuda voluntate ipso jure: qua in re etiam distant à fideicommissis. Et de legatis, quæ ut indignis auferuntur *l. 5. 8. pen.* nec tamen fiscantur, tres casus. Hic etiam pleraque communia proponuntur inter legata, & fideicommissa, atque etiam hereditates in duabus quæstinnibus juris in l. 23. aliter definitis, quam fuerunt definitæ à veteribus Jurisconsultis. Nam Primo ex 12. unciis, Secundo ex 6. unciis heredibus institutis: Primo dabant bessem, Secundo trientem, servata justa proportione, quam ne servet Justinianus movetur conjectura voluntatis defuncti, & ita illi Primo ex 12. Secundo ex 4. unciis heredibus institutis, Primo dabant dodrantem, Secundo quadrantem, Justinianus duos semisses facit, & consequenter Primo ex 12. Secundo, ex 6. Tertio ex 11. unciis heredibus, Primo illi darent altero tanto plus quam Secundo, & Secundo duplo plus quam Tertio, ex mente Justiniani Primus, & Secundus haberent quincunces, & Tertio conferrent uncias. Primo autem herede instituto ex 6. deinde Secundo ex 12. unciis, quia nulla occurrit præsumptio ulli diminutæ portionis, qua sola movetur Justinianus, sequimur jus vetus, & proportionem justam, ut Primus habeat trientem, Secundus bessem. Et in secunda quæstione *d. l. 3.* Titio herede instituto, deinde Titio, & Sempronio conjunctim, veteres Titio darent dodrantem, Sempronio quadrantem, Justinianus duos semisses facit. Quod idem, & in legatis locum obtinet.

XXXVII. ENARRATIO.

ET codicillis testam. confirm.] *l. quidam 14. ff. de jure codicill.*

Testator coheredi] Et prælegatum, vel præcipuum dicitur.

Ab herede] v. Parat. Dig.

Ulpianus videtur] Tit. 24.

Codicillis non confirmatis] Ulp. *d. tit. 24. §. legatum, quod datum est.*

Distant à fideicommis.] Ulp. *t. 25. §. fideicommissum, & ante.*

Nec tamen fiscantur] pro confiscantur.

In l. 23. aliter defin.] In qua Menagii, & Brodæi codices habent, *animos veteres.*

TIT. XXXVIII. *De verborum, & rerum significatione.*

V. tit. 16. lib. 50. ff.

HIc titulus etiam proprie pertinet ad legata & fideicommissa, & in eo *l. 4.* ad hereditates quoque, & libertates, & tutelas, & aliquatenus ad contractus; & ut videas, quam aperte connectatur superiori, serva initio *l. 23. de verborum significatione*, ut ait, quæstionem proponi, quam in hoc tit. sequuntur aliæ, de instructi significatione, si quis fundum instructum, aut domum instructam legaverit *l. 1. & 2.* de cautionis *l. 3.* si forte testator heredem, aut legatarium cautione oneraverit, ut *l. Balista, ff. ad Treb. l. hujusmodi, in pr. ff. de leg. 1.* & quid hic incertus sermo significet, Primo, aut Secundo fundum Cornelianum do lego, vel dari volo, *l. 4.* quid familiæ verbum, si quis familiæ legaverit, vel si fundum legatum extra familiam alienari vetuerit, quomodo etiam familiæ fundum legare videtur in hunc casum, Si cum extero legatarius alienaverit, *l. ult.* Et ut scias etiam, quam bene in hoc tit. addatur, Et rerum, memineris Platonem dicere, τοὺς λόγους ὧνπέρ εἰσιν ἐξηγηταὶ τούτων αὐτῶν καὶ συγγενεῖς εἶναι, & alio loco: ὅτι ἀεὶ δεῖ, τὰ ὀνόματα, ἕπεσθαι καὶ τὰ πράγματα.

XXXVIII. ENARRATIO.

DE cautionis] In veteri Menagii codice sic legitur in d. l. 3. cautione, vel cautela, alii habent, cautela, vel ἀσφάλεια.

Primo, aut Secundo] Aut, pro & accipitur. Priscianus libro 18. *γε conjunctionem illi, & pro γὰρ, & pro γοῦν ponunt, quomodo & nos, at, & vel, & aut pro &.* Sic etiam Thucididis Scholiastes libro 11. notat quodam loco, ἢ ἀντὶ τοῦ καὶ poni, & contra, τὸ καὶ ἀντὶ τοῦ ἢ διαζευκτικοῦ κεῖται, apud Demosthenem, ut notat Ulpianus.

TIT. XXXIX. *Si omissa sit causa testamenti.*

V. tit. 4. lib. 29.

IN hoc titulo proponitur edictum prætoris, quod pertinet ad tuenda legata, & fideicommissa, herede in eorum necem omittente testamentum, & ab intestato possidente hereditatem, & ad tuendas quoque libertates tam directas, quam fideicommissarias, & perfecta edicti sententia hæc est, si testamento jure perfecto, heres institutus sit is, qui & ab intestato defuncto lege heres esse potest, & omittat causam testamenti in fraudem legatariorum, & fideicommissariorum, & manumissorum, ut intercidant legata, & fideicommissa, & libertates, quæ non aliter jure debentur, aut competunt, quam si adita, vel alias adquisita sit hereditas ex testamento, aut petita bon. possessio, & malit ab intestato hereditatem pro herede possidere, vel etiam si cum non esset ex his qui ab intestato defuncto succedere possunt, si omisso testamento hereditatem malit possidere pro possessore quasi prædo, ut *l. 1. §. non quærimus, ff. eod.* Denique si heres ipse, qui institutus est, testatorem intestatum faciat dolo malo, destituto testamento, ut veluti ab intestato pro herede, aut bonorum possessore, vel pro possessore hereditatem possideat sine onere legatorum, & fideicommissorum, & libertatum, ex hoc edicto causa cognita in eo dantur utiles actiones legatorum nomine, aut fideicommissorum, aut libertatum, quæ per fideicommissum relictæ sunt, & directæ competunt, perinde atque si ex testamento heres extitisset, salva Falcidia ex legatis, & fideicommissis, quæ in libertatibus nulla est. Omittere causam testamenti, i. testamentum, est repudiare hereditatem testamento delatam, vel abstinere se, & proprie tem-

pus

pus adquirendæ hereditatis præterlabi finere, cessare, insuperhabere judicium defuncti, *l.* 2. Dixi causa cognita: nam bona fide & justa ex causa si quis omiserit hereditatem, in eum prætor daturus non est utiles actiones. Et ex verbis quidem edicti is tantum legatorum fideive commissorum petitione tenetur qui quam omisit ex testamento, possidet abintestato, Cæterum ex sententia & exemplo edicti Constitutiones etiam teneri eum volunt qui omisit, licet non possideat, si id egit dolo malo cum substituto, vel legitimo herede, ut in eum hereditas transiret, *l.* 1. *hoc tit. l.* 1. *inf. de fid. lib.* & substitutus vel legitimus heres, licet non omiserit ipse testamentum, secundum ordinem præscriptum, *l.* 2. 4. 10. *ff. eod.* Producitur etiam sententia edicti ad alias plerasque species.

XXXIX. Enarratio.

INsuperhabere] Pro usurpabitur in *l.* 2. Cujacius legit, insuperhabitum, observat. lib. 3. 22. utitur eo verbo Apulejus Metamorph. 1. *Meis amoribus insuperhabitis*, veteres tamen Menagii & Brodæi codices vulgatam retinent.

TIT. XL. *De indicta viduitate, & de lege Julia Miscella tollenda.*

DAtur titulus specialis de legato aut fideicommisso relicto viro, aut mulieri sub conditione viduitatis aut cœlibatus propter jus novum quod ea de re Justinianus sanxit atque constituit. Conditio viduitatis est honesta. Viduitas enim genus pudicitiæ est. At reip. inutilis, quam maxime interest augeri civium numero, *l. cum ita legatum, l. hoc modo, ff. de cond. & dem.* ideoque remittenda esse videtur tanquam utilitati publicæ contraria, *l.* 2. *§. tractari, ff. ad SC. Tertyl.* ut etiam ea non impleta, capiendi legati jus sit, & viro remittitur etiam lege Julia & Papia, si modo is eave cui legatum relictum est, intra annum nubat, vel uxorem ducat & juret se liberorum procreandorum causa nubere, vel ducere uxorem. Appellatur vero ea lex Miscella in hoc tit. & *Nov.* 2. & à Græcis 48. *βαειλικῶν*, ad *l. ult. ff. de statulib.* quia pertinet tam ad mares quam ad fœminas, quibus viduitas injungitur, *l.* 3. *hoc tit. l. heres, §. ult. ff. de cond. & dem.* & quia certo eodemque capite pleraque alia continet miscellanea viro & uxori communia, de quibus Ulp. lib. Reg. Si extraneo legavero sub conditione, si uxor mea vidua permanserit, conditio non remittitur, quia nec ulli viduitatem injungit, *l.* 1. *hoc tit. l. mulieri, ff. de cond. & dem.* Si uxori ipsi vel alii mulieri, si vidua permanserit, remittitur, ut *l.* 2. *sup. de inst. & subst.* ex lege Julia Miscella & SC. circa eam factis (sic legendum plurativo numero in *l.* 3.) veluti Perniciano & Calviciano, quæ memorat Ulp. eodem libro, si modo intra annum nubat, ut dixi, & juret se liberorum quærendorum causa nubere. Post annum si nubat, ex eadem lege quasi conditione defecta, non admittitur ad legatum, nec si nondum nupserit, aliter quam si præstiterit cautionem Mutianam. At nova Constitutio Justiniani in hoc tit. sive mari, sive fœminæ imposita sit conditio viduitatis, sublata lege Julia, penitus remittit conditionem viduitatis, ut legato statim præstito, nec sit necesse præstare cautionem Mutianam, etiam si tardius nubat, vel uxorem ducat: nec jurare se maritum aut uxorem habiturum liberum quærendorum causa, quod tamen *Nov.* 22. ita recantat, ut omnino nolit remitti conditionem viduitatis; sed intra annum mulierem aut virum omnino vacare, nisi Deo se devoveat; quo genere spes nuptiarum & liberorum tollitur, ut *l.* 53. *sup. de Ep. & cl.* & *Nov.* 23. nec aliter quam spe nuptiarum sublata legatum capere, nec post annum quoque aliter quam præstita cautione Mutiana, quod legati nomine ce-

A perit, conditione viduitatis non impleta heredi cum sua causa restituiri. Et hæc quidem *Nov.* Justiniani ad secundas tantum nuptias coercendas spectat, nam si puellæ nondum nuptias expertæ, legatum relictum sit sub conditione, si non nupserit, proculdubio conditio remittitur: & ita Joannes recte.

XL. Enarratio.

VIduitas enim genus pudicitiæ est] Quintilianus declamat. 306. *Sic complexa est viduitatem tanquam genus pudicitiæ.*

Alia continet miscellanea] ut apud Gellium 20. cap. ult. *Variam & miscellam & quasi confusaneam doctrinam*, & apud Juvenalem Sat. xi. —— *veniunt ad Mi-*

B *scellanea ludi.*

Sed legendum plurativo numero in l. 3.] Sic legitur in antiquo Menagii & Brodæi, nec aliter legit Gallicus interpres Codicis.

Quæ memorat Ulp. eod. libro] *Tit.* 16. *§. penult. & ult.*

Liberum quærend. causa] Quo animo etiam & voto uxores ducebantur, *l. liberorum* 220. *§. ult. ff. de verb. signif.* vide Cujac. ad *Novel.* 22. sub finem.

Mulierem aut virum omnino vac. ut vacans mulier in *l.* 5. *ff. de vi publ. μη γεγαμημένη*, in Basilicis. Tacitus Annal. 13. *Sed ubi mulier vacua fuit, &c.*

Restituiri] Sic scribitur in Pandectis Florentinis, pro,

C restitutum iri.

Ad secundas tantum nupt.] Ad renubentes.

Conditio remittitur] Vidua renubens ad legatum non admittitur. Puellæ secundum plurium sententiam conditio remittitur. Sententia Joannis celebrior, & communior est, ut heic scribit Fulgosius. Odofredus eam sequitur ad *autenticam cui relictum, hoc tit.* Vide Cujacii consultationem 39.

TIT. XLI. *De jis quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis relinquuntur.*

V. tit. 6. lib. 34. ff.

D COnstitutio quoque hujus tituli nova est de legatis, fideicommissis, libertatibus, hereditatibus datis, ademptis vel translatis pœnæ causa. Et pœnæ causa legatum relinquitur, quod non gratia legatarii, sed in odium & pœnam heredis relinquitur, ut puta hoc modo. Heres ne Gajo filiam tuam despondeas, Si desponderis x. millia Sempronio dato. Et adimitur & transfertur hoc modo, Gajo fundum do lego, Gajus ne filiam tuam Sempronio despondeas, Quod Gajo legavi, Si Gajus filiam suam Sempronio desponderit, id Mævio do lego. Et ad eundem modum fideicommissum quoque & hereditas & libertas datur, vel adimitur, vel transfertur: & jure veteri neque datio, neque ademptio vel translatio valet, *l.* 12. *ff. de cond. & dem.* quia est contra naturam legati, fideicommissi, hereditatis, libertatis, quæ non alterius coercendi,

E sed honoris ergo ut amicis relinquerentur, inventa sunt: ut ab inventione similiter negamus posse nos stipulari alteri, *l.* 38. *§. alteri, ff. de verb. obl.* & pactionem quoque contra naturam contractus non valere, *l. cum precario, ff. de prec. §.* 1. *Instit. de societ.* Ex Constitutione hujus tit. valent ea omnia quæ testamento vel codicillis pœnæ causa relinquuntur, ut suprema voluntas testatoris potior sit ratione juris, nisi si quid testator fieri jusserit impossibile, aut quod pro impossibili habeatur, velut illicitum aut inhonestum, & non facientem oneraverit legato aut fideicommisso, aut manumissione servi, aut adjectione coheredis: nam & impossibilis, inhonesta, vel illicita conditio sive jussio, & quod, si ea non impletur, datur alii vel trans-

transfertur; pro non scripto est, idque omne perinde remanet apud eum à quo datum vel translatum est, ac si datum, ademptum, vel translatum non esset. Theophilus dabit exempla.

XLI. Enarratio.

SEd honoris ergo] Honorari hereditate & legato quis dicitur, *l. Julianus 26. ff. si quis om. cau. testam.* Legata amore legatarii, & ex benevolentia dari oportet, non odio heredis, Theophilus in *§. 36. de legat.*

Et ex Constitutione hujus tit.] in constitutione hujus tit. Cujacius delet verbum *pecunias*, alii, *pecuniariam*, quæ tamen exstant in duobus vett. Menagii & Brodæi. Gallicus interpres ita vertit, *ouque deniers soient donnez, ou que autre peine de chatel soit payee*, alia pœna pecuniaria. Idem interpres tit. de peculio ejus qui libertatem meruit, ita reddit, *del chatel à celuy qui est franchy*.

Theophilus dabit exempla] *§. ult. de legat.*

TIT. XLII. *De fideicommissis.*

V. lib. 2. Instit. 23. & 24. & lib. 30. & seqq. ff.

HIc titulus vicinus & proximus est titulo de legatis, adeo ut & in hoc, & in illo, & his quoque titulis qui hunc & illum sequuntur, pleraque sint nominatim prescripta communiter de legatis & fideicommissis, ut in hoc *l. 6.* 8. 13. 24. Et separati tamen sunt tituli, quia & multæ inter ea separationes: fideicommissa relinquuntur etiam codicillis testamento non confirmatis, & epistola, & libello fideicommissario, & nutu, *l.* 22. non legata: & tacitum fideicommissum legas passim, nusquam tacitum legatum. Et etiamsi nullo teste adhibito, relictum sit fideicommissum, si id confiteatur heres relictum esse, vel si delata conditione jurisjurandi non utatur, præstandum est, *l. ult. hoc tit.* Item legata à solis heredibus institutis relinquuntur, fideicommissa & à legatario, & fideicommissario, & donatario mortis causa, & à patre, vel tutore heredis vel legatarii, & à legitimo herede, non à filio præterito vel exheredato, licet per bon. possessionem contra tabulas, vel querelam inofficiosi testamenti ad hereditatem patris perveniat, quia suo jure pervenit ad eam non ex judicio patris, *l. pen. h. tit. l. cum quidam, sup. de leg.* quod & in legatis locum obtinet. Sed in fideicommissis major erat dubitatio, quia proniores sumus in admittendis fideicommissis, quæ & humaniora dicuntur in *l. 2. tit. seq.* quam legatis. Illa differentia est summe notanda quæ colligitur ex *l.* 16. ut in fideicommissis, etiam si verba perspicua sint, quæstio voluntatis admittatur, & inde *l. quisquis, ff. de leg.* 3. verborum & voluntatis argumenta conjunguntur: In legatis si verba perspicua sint, non admittitur voluntatis quæstio, *l. ille aut ille §. 1. ff. eod. l. si alii, ff. de usufr. leg.* nec licet nodum in scirpo quærere, denique in legatis rigor & subtilitas juris observatur, in fideicommissis latitudo voluntatis & posterior voluntas, *l. 19. hoc tit. l. 4. sup. de verb. signif. l. per fideicommissum, ff. de cond. & dem.* & tamen non quævis posterior voluntas temere directam scripturam infirmat. Est autem hic titulus non tantum de fideicommissis specialibus, sed etiam de universalibus, ut *l. 3. 5. 12. 14. 15. 16. 30. & l. ult.* nam & quod de universalibus facile trahitur ad specialia, ut quod est in *l.* 30. de fideicommisso hereditatis, & ad fideicommissum speciale vel legatum pertinere constat ex *l. generaliter, §. ult. sup. de inst. & subst.*

XLII. Enarratio.

COdicillis testamento non confirm.] Ulp. *tit. 25. §. fideicomm. & ante.*

Ex libello] Lex 22. ita legitur in vett. *vel brevi libello*. Gallicus interpres: *& in petit. libelle*.

Non legata] *d. §. fideic.*

Tacitum fideicommissum] Quoties heres in fraudem legis tacitam fidem accommodat ut incapaci restituat.

Nullo teste adhibito] Difficile est natura probare tacitum fideicommissum, ut ait Fabius declamat. 325. Sed etsi nullus adhibitus fuerit testis, si tamen heres à se relictum fateatur, vel inficietur quidem, sed recuset jurare, pro confesso habetur, *l. t. h. t.*

Fideicommissa & à legatario] Legata solum heredem onerant: fideicommissa & à leg. & fid. relinquuntur, *l. 1. inf. tit. prox.* ibi: *fideicommissum cuidam relinquatur*.

Et donatario mort. c.] *l. 9. & ult. h. t.*

Et à patre] *l. quamvis 15.*

Vel tutore heredis] *l. etiam 20.*

Et à legitimo herede] *§. præterea 10. Inst. de fideicomm. heredit.*

Non à filio præt. vel exhered.] *d. l. 9. & l. coheredi 41. §. 1. in fi. ff. de vulg. & pup.*

Quod & in legatis loc. obt.] *d. l. cum quidam.*

TIT. XLIII. *Communia de legatis & fideicommissis, & de in rem missione tollenda.*

IN superioribus titulis multa exposita sunt quæ semper fuerunt; & sunt etiam hodie communia legatis & fideicommissis. In hoc titulo proponuntur quæ cum ante communia non fuissent, Justinianus communia fecit, scilicet communes actiones tres legatorum omnium & fideicommissorum, actionem ex testamento vel codicillis, quæ est in personam heredis, vel ejus à quo fideicommissum aut legatum relictum est, actionem in rem ad vindicandam rem, quæ relicta est, si modo testatoris fuerit, & actionem hypothecariam in cæteras res hereditarias pro quantitate legati aut fideicommissi, non etiam in res heredis, vel ejus à quo legatum aut fideicommissum relictum est, veluti ex tacita hypotheca, sublata solemni in rem missione, quæ herede non existente solvendo fideicommissorum nomine fiebat adversus extraneos possessores rerum hereditariarum, ut *Nov.* 39. quia sufficiunt tres illæ actiones. Communia quoque fecit verba legatorum & fideicommissorum, ut non jam verba directa legatum & precaria fideicommissum faciant, sed sola voluntas defuncti, & sit legatum quod defunctus voluit esse legatum, licet verbis precariis relictum sit & fideicommissum, quod defunctus voluit esse fideicommissum; licet relictum sit verbis directis. Imo & communia fecit jura legatorum & fideicommissorum, ita ut jura fideicommissorum, quæ erant humaniora, communicentur legatis, puta ut non testamento tantum, aut codicillis testamento confirmatis; sed etiam ab intestato legata relinquantur, & ab herede heredis vel legatarii, & à legatario, & à fideicommissario, & à donatario causa mortis, & à debitore defuncti, & à patre vel domino heredis instituti, & ab eo cui statuliber dare jussus est, ut fideicommissa, & ut nutu relinqui possint, & epistola vel libello, nec jam in eis rigor juris civilis; sed sola voluntas defuncti dominetur, & ut dies eorum non cedat ex apertis tabulis, ut & post legem Papiam fideicommissorum dies non cedebat ex apertis tabulis, sed à morte testatoris. Contra quoque quod amplius juris fuit in legatis ut communicetur fideicommissis, puta ut iisdem actionibus petantur quibus legata, & ut juris ordinarii sint, dominiumque transferant in accipientem ut legata: & hæc quidem continentur prima & secunda Constitutione hujus tituli. Tertia quoque nova est de optione legata, & de rebus defuncto relictis non alienandis, aut pignerandis, aut servis manumittendis.

XLIII. Enar-

XLIII. Enarratio.

Sed etiam ab intestato legata relinquantur] Justinianus in §. praeterea 10. Instit. de fideicommiss. heredit. ait, legata nisi ex testamento non valere : quod & hodie obtinere quidam sentiunt.

Et ab herede heredis] Sicut fideicommissa, l. sed etsi 6. ff. de legat. 3.

Et ut nutu relinqui possint] Ut fideicommissa : vide tit. prox. sup. S. Ambrosius libro 5. in Evangelium Lucae cap. 1. Quid est nutus nisi quidam sine verbo corporalis actus, indicare molient, nec exprimens voluntatem:quidam suprema morte voce suppressa, mutus sermo morientium. Quintilianus declamat. 247. Voluntas hominum non tantum voce signata est. An vero si manu promisisses, an vultu annuisses, &c. Sic Tertullianus dicit, Digito destinare, &c. nutu tradere, de Pallio cap. 4.

Non cedat ex apertis tab. &c.] Ex lege Papia legatorum dies cedebat ex apertis tabulis, Ulpianus tit. 24. §. pen. Fideicommissorum autem dies etiam post legem Papiam cedebat à morte testatoris, quia lex Papia de legatis tantum loquitur, quae odiosa est lex : & odiosae leges non sunt adjuvandae interpretatione, ut in l. cum quidam ff. de liber. & posthum. Cujacius ad leg. un. §. igitur, inf. de caduc. toll. Hodie legatorum etiam dies, quae pure relicta sunt, cedit à morte testatoris, d. §. cum igitur, & §. in novissimo.

De optione legata] Vide quae diximus ad §. 23. Instit. de legat.

TIT. XLIV. De falsa causa adjectis legato, vel fideicommisso.

Legatis vel fideicommissis, quae relinquuntur, aut causa inseritur, aut modus, aut conditio. De causa est hic titulus, & in eo causa bifariam accipitur, pro ratione legandi collata in praeteritum, & pro demonstratione, .i. nota & designatione certae quantitatis legatae, certive corporis, & neque hanc, neque illam si falsa sit, ostendit perimere legatum aut fideicommissum. De falsa demonstratione est l. 2. 3. 5. lex 2. de hac, decem quae Titio debeo, l. 3. de hac: Decem quae in dotem accepi, l. 5. de hac: Quae instrumento illo dotali conscripta sunt, ut x. debeantur etiamsi neque x. Titio debita fuerint, neque in dotem data; vel etiamsi instrumentum illud non fuerit dotale, in quo doti x. data comprehensum est. De falsa ratione legandi l. 2. & 4. A Titio exigi veto, quia mihi quod debuit omne persolvit. Et demonstratio rei, vel quantitati satis demonstratae adjecta, & ratio legandi, supervacua est : igitur nihil haec, vel illa nocet.

XLIV. Enarratio.

Decem ; quae Titio] Et haec est sententia legis 2. ut Cujac. in recitat. & ita etiam speciem ejus ponunt auctores Basilicon, Azo in Summa, Odofredus & Fulgosius.

Quantitati satis demonstratae] L. 1. §. si quis uxori 2. ff. de dote praeleg. l. cum tale 72. §. falsam 4. ff. de condit. & demonstrat.

TIT. XLV. De his quae sub modo legata, vel fideicommissa relinquuntur.

De modo est hic titulus, quem varie in libris veteribus invenio conscribi, De legatis seu fideicommissis, quae sub modo relinquuntur, De his quibus sub modo legata, vel fideicommissa relinquuntur, De his, quae sub modo legati, vel fideicommissi relinquuntur, & ut proposui magisque probavi. Modus est finis propter quem legatur, vel causa legandi col-

A lata in futurum : quae etiamsi falsa sit .i. impossibilis, nihil nocet : sin autem possibilis sit, etiam protinus agentem de legato admittit, cautione oblata, l. eas causas, ff. de cond. & dem. l. 19. ff. de leg. 3. l. cum in testamento, ff. de fid. lib. nec igitur per omnia pro conditione observatur, si ita concipiatur; Illi tot aureos do lego, ut monumentum faciat : sed si ita, Illi tot aureos do lego, si monumentum faciat, per omnia pro conditione observatur d. l. eas, & l. 1. hoc tit. Et ex hac scriptura fideicommissi petitio non est, videlicet cum ita legavit, si dederit Gajo decem, sive modum, sive conditionem facere voluerit, ex illa fideicommissi petitio est, sive modum, sive conditionem facere voluerit ex l. 2.

B XLV. Enarratio.

Et ut proposui magisque probavi] Et ita legitur in vett. Menagii & Brodaei.

Nec igitur per omnia pro conditione observatur] Modus accipitur pro conditione quod ad effectum, ut ait Fulgosius, sive ut ajunt Graeci, modus habet τὰ τῆς αἱρέσεως ἀποτελέσματα, Basilic. libro 44. tit. 28. conditionis effectus : quia vel modus implendus est; vel cautio interponi debet de eo implendo : quod si non impleatur, relictum reddi debet. Nec igitur per omnia modus pro conditione observatur; nam si cui sub modo relictum sit, statim illud petere non prohibetur, praestita cautione de modo implendo, l. si tibi legatum 19. ff. de legat. 3. Si vero sub conditione legatum relictum

C sit, nonnisi post impletam conditionem peti poterit, l. 2. hoc tit.

Et l. 1. hoc tit.] In qua Cujac. in recitat. monet, non esse mutandum verbum obtineas in retineas. In vett. tamen Menagii & Brodaei, legitur, retineas. Sic etiam legit Gallicus interpres Codicis, apud eundem Menagium : Ce ne te nuit pas que tu ne retiennes ce qui te fut lessié. Basilica : ἐκ ἀναγκάζεται τὸ ληγάτον ἀποδοῦναι, legatum reddere non compellitur, d. titulo 28.

Et ex illa fideic.] Si legaverim sub modo ut det Cajo decem, Cajo fideicommissi petitio est.

TIT. XLVI. De conditionibus insertis tam legatis quam fideicommissis, & libertatibus.

D Vide tit. 1. lib. 35. ff.

De conditione est hic titulus, & in eo additur, Et libertatibus, propter l. ultim. quae est de statuliberate, & favorabiliter constituit ut si casus fortuitus impedimento fuerit ne conditio libertatis impleretur, puta si heredi dederit x. aut rem, aut servum peculiarem, statim competat libertas, & conditio post libertatem impleatur : quod non ita procedit in legatis & fideicommissis. Conditio est casus collatus in futurum, qui evenire vel non evenire, vel aliter evenire potest; vel, causa apposita legato, qua existente debetur legatum, deficiente perimitur, suspensa suspenditur. Et ut falsa causa, vel falsus modus, ita fal-

E sa conditio, .i. impossibilis non perimit legatum, l. cum tale, §. falsam conditionem, ff. de cond. & dem. Possibilis quoque etiam si non existat aliquando, non perimit legatum, si fit ex his, quae remittuntur, .i. pro nullis aut pro impossibilibus habentur, ut conditio turpis, conditio jurisjurandi, viduitatis, divortii: alioquin deficiente conditione, perimitur legatum, si per legatarium fiat quominus impleatur : nam si per eum in cujus persona implenda est conditio, vel modus pro impleto habetur, & poenitentiae locus non est, l. ultim. hoc tit. l. 5. ff. Quand. dies leg. ced. l. 3. §. Stichus, ff. de statul. l. pater, §. ultim. ad Treb. quia conditio, quae semel extitit, & extitisse intelligitur, non resumitur, l. quidam, ff. de fid. lib. Pro impleta etiam ha-

betur si is in cujus persona implenda fuit, vivo testatore decesserit, quod est adnotandum ad speciem *l.3. & 4. hujus tit.* Valde autem novam esse constitutionem *l.penult.* ostendunt *l.13. ff.de man. test. & l. penult. in pr. ff. de cond. & dem.*

XLVI. Enarratio.

UT si casus fortuitus] Puta latronum vel hostium incursus.

Conditio turpis, conditio jurisjurandi] *L. non dubitamus 20. ff. de condic. & dem. l. quæ sub conditione 8. ff. de condic. Instit.*

Viduitatis] De qua tit.40.

Divortii] *L.2. h.t.* in qua videamus an *ordinem* legendum sit, etiam invitis libris antiquis.

TIT. XLVII. *De usuris & fructibus legatorum vel fideicommissorum.*

HIc titulus ostendit legata & fideicommissa his quibus relicta sunt sine mora & frustratione esse præstanda: alioquin ex mora deberi pecuniarum relictarum usuras, cæterarum rerum fructus, & periculum earum pertinere ad eum à quo relictæ sunt, sive perierint, sive deteriorea factæ sint, *l.3. hoc tit. l.39. §.fructus de leg.1.* Et moram fieri ex die litis contestatæ, *l.1.2.4. hoc tit. l. quæsitum §.ultim. ff. de leg.1.* neque enim quælibet interpellatio in mora constituit debitorem, sed repetendi debiti instantia sive repetitio, quæ fit per judicem, lite contestata: nam & si vix adeatur judex, mora non præcedente, *l.3.ff.de usur.* tamen certius ducitur & coarguitur ratio moræ ex tempore litis contestatæ(*): nec tamen inficior quin & si ratio moræ coargui possit ex mota controversia instanti atque continua, antequam ad judicem eatur, & lis apud eum contestetur, ex eo tempore sit habenda ratio usurarum & fructuum: nam ut in S. C. Adriano, quod est scriptum de lite contestata, facile trahitur ad motam controversiam, *l. sed etsi lege.§. si ante litem, ff. de pet. her.* ita Constitutiones hujus tituli, quæ loquuntur de lite contestata, trahi concedo ad controversiam motam: & ita constituo, ex lite contestata, vel controversia mota legatariis aut fideicommissariis moram fieri cum hac exceptione, nisi controvertendi aut litigandi justam causam habuerint, *l.si quis solutioni, ff. de usur.* ut puta si juste dubitabatur lex Falcidia locum esset habitura nécne, & an solidum legatum quod peteretur, præstari deberet, *l.3. ff. de usur. l. qui solidum in pr. ff. de leg.2.* quo casu damnatus heres si paruerit sententiæ, id est si legatum exsolverit, immunis est à dependendis fructibus & usuris, *d. l.3.* vel si post sententiam & tempora judicati moram fecerit, à die litis contestatæ in diem sententiæ usuras & fructus præstat, *d. l.3.* At si morandæ solutionis causa obtendat Falcidiam, prætor fideicommissarius sequetur ordinem *l. 2.* & satisdanti fideicommissario jubebit præstari solidum legatum, aut eo nequeunte satisdare, dabit arbitrum ad ineundam rationem legis Falcidiæ, & diem intra quem ineatur partibus præsentibus, & secundum eam de fideicommisso pronuntiabit, vel herede non veniente ad diem, damnabit eum ut solidum legatum præstet cum onere usurarum & fructuum à die litis contestatæ in diem quo præstiterit, *d.l.3.* (**) Quod ad usuras attinet, actio legatorum vel in personam, quæ stricta est, vel in rem, quæ arbitraria, similis est actioni bonæ fidei, quoniam usuras recipit ex mora, *l.33. ff. de usur.* vel ex reipsa si actor fuerit minor 25. an. *l.3. supr. in quib. in int. rest.* Quod ad fructus dissimilis, quia bonæ fidei etiam ante moram recipit fructus, *l. videamus §.penult. ff. de usur.*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.2. cap.8.*

(**) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1. cap. 33.*

XLVII. Enarratio.

REpetendi debiti instantia] Ut loquitur *lex mora 32. ff. de usur.*

Vel controversia mota] Quid enim si heres sæpe interpellatus frustratus sit? nec constitutionibus hujus tituli movetur Azo, Joannes Faber, & alii, quo minus putent, non solum ex die litis contestatæ, sed etiam ex interpellatione legatariis & fideicommissariis moram fieri.

Prætor fideicommissarius] Qui judex dicitur in *l.2. h. tit.*

Dabit arbitrum] Qui arbiter Falcidiæ dicitur in *l. si debitor 12. ff. ad leg. Falcid. & l.1.§.2.ff. si cui plus quam per leg. Falcid.*

Quæ arbitraria] Actio in rem arbitraria est, *l. qui restituere 68. ff. de rei vind.*

Similis est] Vide Cujac. ad *leg.1.& 2. ff.de usur.*

Vel ex re ipsa] Ex re, & in *d. l.mora*, quæ proprie non est mora.

TIT. XLVIII. *De incertis personis.*

TItulus est de incertis personis, id est de legatis, fideicommissis, hereditatibus, libertatibus, tutelis datis incertis personis: & incertas personas vocat, quas testator ignoravit, id est nescivit, quæ & quales futuræ essent, ut si heredem instituit eum qui primum ad funus suum veniret, vel qui prior Consul designaretur, cive legavit. Incertis personis adnumerat etiam postumum: quia incertum est qualis futurus sit, & an futurus sit, & his adjungit incerta corpora, veluti civitates, & collegia. Sed periit Constitutio hujus tituli, quæ multum continebat literarum. Jure veteri incertis personis, vel corporibus relicta non valebant, nisi relinquerentur sub demonstratione certa, veluti, Ex cognatis meis qui nunc sunt, ut est in Institutionibus Justiniani, & Regulis Ulpiani, & recte, Qui nunc sunt: nam postumo alieno legari non potuit. Verum enim quod conditionis implendæ causa datur, & incertis personis dari oportet, *l.4. ff.de reb. dub.* quia neque legati, neque fideicommissi jure capitur, *l.8. ff. si quis om. cau. test. l. mortis causa, ff. de don. cau. mort.* Et quamvis non sint in petitione quæ incertis personis relinquuntur, sunt tamen in retentione, *§. incertis autem, Instit. de leg.* Ex Constitutione hujus tit. sunt etiam in petitione, & postumo suo, vel alieno legatum aut fideicommissum, aut hereditas dari & obtineri potest jure civili sine auxilio prætoris, & quibuscunque collegiis corporibusque licitis. Res procedit gradatim: nam & cum postumo suo olim fuit testamenti factio jure civili, & alieno quoque fideicommissum relinqui potuit, *l.5. §.ultim. ff. de reb. dub. l.2. in pr. ff. de jur. cod.* non legatum, & hereditas etiam dari jure prætorio. Et libertas ex *l.14. infr. de fid. lib.* item ex S. C. & Constitutionibus in certis corporibus plerisque. Solam tutelam excipit Constitutio hujus tituli, qua de causa remansit in dig. *l. tutor incertus, ff. de test. tut.* nec debuisset remanere quod de incerto herede in *l.9.§. heres, ff. de her. inst. & l.sciendum, ff. de verb. sign.* nam & incertæ personæ cuilibet, & incerto corpori, modo licitum sit, ex hac Constitutione Justiniani hereditas dari potest.

XLVIII. Enarratio.

QUas testator] Theophilus ad *§. incertis, 25. de legat.*

Ad funus suum veniret] *d. l.§. incertis*, Ulp. *t.24. §. incertæ.*

Adnumerat etiam postumum] Theophilus in *§.26. de legat.*

Veluti civitates] Ulpianus titulo 22. *§. nec municipia.*

In

In Institut. & regul. Ulpianus] *d.§.incertis*, *d.§. incerta.*

Quod conditionis implendæ causa] Ut puta si quis ita dixerit : heres esto , si ei qui prior Consul designatus fuerit, dederis.

Sunt tamen in retentione] Soluta non repetuntur.

Nam & cum postumo suo] Ulpianus tit.22. *§. eos qui.*

Non legatum] *§. postumo 26. Instit. de legat.*

Jure prætorio] *Instit. de bon.possess. in princ.*

Ex S.C. *L. cum senatus 20. ff. de reb. dub. l.3. tit. seq.*

Modo licitum sit] Collegio Christianorum utiliter relinquitur, *l.1. supr. de sacros. Eccles.*

TIT. XLIX. *Ad S.C. Trebellianum.*

Vide lib. 2. instit. tit.23. & tit.1.lib.35. ff.

HIc titulus proprie pertinet ad fideicommissarias hereditates , de quibus actum est tit.43. De his acta sunt duo S.C. Prius fuit Trebellianum , quo nondum in fideicommissis fuit admissa Falcidia . Posterius Pegasianum , quo fuit admissa . Et Trebellianum fuit tantum de transferendis actionibus omnibus in fideicommissarium , quas habet heres , vel quibus obstrictus est . Sed auctoritate Justiniani Pegasiano hodie transfuso in Trebellianum , & de Falcidia deducenda ex fideicommisso hereditatis est S.C. Trebellianum si sponte adierit heres , & onera creditorum dividuntur inter heredem & fideicommissarium pro quadrante & dodrante , *l.1.* vel si quadrantem non retineat heres, omnia transferuntur in fideicommissarium . Onera autem legatorum semper ad fideicommissarium pertinent , quia ex quadrante legata non delibantur ; sed quadrans delibatur ex legatis, *l.1. §.ultim. ff. eodem*, & hoc si dodrans , vel as restituatur ex fideicommisso : nam si minor pars hereditatis puta semis , etiam legatorum onera inter heredem ex asse & fideicommissarium semissarium pro rata dividuntur , *l.2. hoc tit. l.1. §.penult. ff. eod. l.1. §. qui minorem , l. etiam §.1. ff. ut leg. no. cav.* Est etiam hoc ex Pegasiano translatum in Trebellianum , ut heres coactus adire hereditatem , amittat Falcidiam , *l.4.* nec omittendum etiam ab intestato Trebelliano S. C. & legi Falcidiæ locum esse , *l.3. & 5. hoc tit. l. ultim. infr. quand. dies leg. ced. l. filiusfam. ff. ad l. Falcid.* nec quod in l.6.de beneficio singulari dato filiis , ut in Falcidiam non imputent fructus medio tempore perceptos , & ut filiis suis non præstent cautionem fideicommissi nomine , nisi duobus casibus , quibus & non satisdatio fidejussorum , sed nuda satisdatio præstatur . Nec omittendæ etiam quæ duæ quæstiones definiuntur in *l. penult.* & in seconda adnotandum , tertio casu non transferri ipso jure actiones in fideicommissarium secundum sine restitutione primi , ut *l.1. §. de illo & seq. ff. eodem* , primo & secundo casu transferri sine restitutione . Et in *l.ultim.* cernas licet parturientem Justinianum de non detrahenda Falcidia, vetante testatore, quod biennio post edidit Constitutione emissa ad eundem præfectum prætorio.

LIX. ENARRATIO.

QUas habet heres ; &c.] Ex *l.si mulier 59.§.1. ff. de ju. dot.*

Onera autem legatorum] V. ad *§.sed quia 7.nu. 26. Instit. de fideicom. hereditat.*

Fructus medio temp. perceptos] Si jussi sint hereditatem restituere in diem vel sub conditione : vel etiam si jussi sint fideicommissum singulare præstare ; Nam judicio defuncti manent apud heredem.

A Nisi duobus casibus] I. Si pater jussus sit cavere filio suo de fideicommisso quandoque restituendo , idque propter paternam reverentiam . Nec enim filius illæsa pietate altum quæret qui pro patre fidem dicat. II. Si filius rogatus sit hereditatem restituere filio ex priore matrimonio suscepto , & soluto eo matrimonio ad secundas nuptias transierit : nam plerumque secundæ nuptiæ ad prioris sobolis impellunt odium . His tamen casibus nuda cautio est & nuda repromissio , non satisdatio, seu fidejussorum datio.

Quæ duæ quæst. defin. in l.penult.] In prima parte legis definitur , fideicommissariam hereditatem soli tutori restitui posse sine onere fidejussoris , pupillum scilicet ratam rem habiturum , ubi pupillus fari non potest , vel absens est . Sin autem pupillus præsens sit

B & fari possit, hereditas ipsi pupillo tutore auctore, restitueretur . Idemque juris est , si fideicommissaria hereditas furioso restituenda sit : nam furiosi nomine soli curatori restituetur . In secunda parte legis definitur in 1. & 2. id est , si primus qui restituere jussus est , latitet , vel in fata concesserit , antequam restitueret nullo herede relicto , ipso jure actiones utiles transferri sine ulla restitutione . In tertio casu , id est , si primus fideicommissarius, cui heres hereditatem restituere jussus est, rogatus sit eandem hereditatem alteri restituere , omnino desideratur primi restitutio ut in secundum ipso jure transferantur actiones.

TIT. L. *Ad legem Falcidiam.*

C POst S.C. Trebellianum datur lex Falcidia ; quæ tamen in Digestis præponitur S.C. Trebelliano , sane rectius , quia vetustior est lex Falcidia S.C. Trebelliano , atque etiam Pegasiano . Lata enim est Augusti temporibus , imo & Augustum eam sanxisse Sodas scribit, ut Papiam Poppæam Cor. Tacit. Trebellianum autem factum est Neronis , Pegasianum Vespasiani temporibus . Duo autem legis falcidiæ capita proponit Paulus *l.1. ff. eodem* , & in propositione primi πρώτου , verba ista, *usque ad dodrantem* , quia finis dodrantis finitur secundo , non primo capite , & in fine primi illa quoque πρώτου , *ut hac lege sequenti licebit* : inque eadem primo capite legendum ἀρχαιῶν, *is sam pecuniam , sasque res* . Nam quæcunque lex testari permittit , de sua pecunia nominatim permittit,

D ut 12. tab. *Testandi supr. de testam. l. cum pater §. mando , ff. de leg.2.* Et quibusque , i. quibuscunque sive maribus sive fœminis . Et in secundo quod præcipuum est caput legis, scribendum , detur, legetur , non detur legatum , & infra , datum legatum erit , non legatumve . Et in eo quod ait jure publico , i. quod ejus per leges licebit , ut *l. quotiens eodem tit.* Aliud caput legis Falcidiæ proponitur in *l.sed usufructus , ff. eod.* Et aliud in *l. successores hoc tit.* Aliud vero quod fingunt quidam, Si quis aliter &c. non admitto , hoc est, secundi capitis iterationem non admitto.

L. ENARRATIO.

E LAta est Augusti tempor.] Vide Dionem 48. & quæ dixi Instit. eod.

Cornelius Tacitus] Annali. 3.

Trebellianum Ner. Peg. Vesp. temp.] *§.4.& 5. Instit. de fideic. heredit.*

Is sam pecun. sasq. res] Ennius : *Pœni sunt soliti sos sacrificare puellos.* Vide sup. tit.9.

Datum legatum] Ut apud Ulpianum tit.2.§. ut testamento, *quod datum legatum est.*

TIT. LI. *De caducis tollendis.*

UT lex Falcidia de modo legatorum lata est Augusti temporibus , ita lex Papia Poppæa de ca-

ducis hereditatibus & legatis. Et lex Falcidia à Justiniano non quidem sublata, sed valde recisa est, *Nov. de hered. & Fal.* Lex autem Papia ab eodem Oratione missa ad Senatum quam posuit sub hoc tit. valde etiam recisa est. Caduca ex Ulpiani *lib. Reg. tit. eodem*, ita definio, quæ jure relicta capaci aliqua ex causa post mortem testatoris ab eo cadunt in fiscum. Dico, capaci: Nam quæ incapaci relinquuntur, oon sunt caduca, sed pro non scriptis habentur. Dico post mortem testatoris, quia hæc sunt, quæ directo nomine caduca dicuntur, alia quæ deficiunt vivo testatore, ut si vivo testatore legatarius moriatur, aut conditio legati deficiat, ex lege Papia sunt in causa caduci, i. eodem jure quo caduca, fisco scilicet obnoxia. Dico aliqua ex causa, causam pro casu accipiens. Sunt autem caducorum casus quinque. Primus, si post mortem testatoris ex parte heres scriptus, aut legatarius ante apertas tabulas vita decesserit. Quod est antequam cesserit dies legati, aut dies venerit adeundæ hereditatis: Namque is dies ex lege Papia Poppæa incipit ab apertis tabulis, *l. 44. §. 1. ff. de bon. lib.* & recte ait Ulp. ex parte heres scriptus. Nam ex asse scriptus etiam clusis tabulis testamenti adire hereditatem potest, quatenus lex Papia jus tantum adcrescendi aufert coheredibus, vel legatariis. Secundus, si post mortem testatoris ex parte heres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas peregrinus factus aut servus fisci, vel alterius, legatum non deficit, sed post apertas tabulas per eum domino adquiritur. Tertius, si legatum, vel hereditas relicta fuerit cœlibi, & is intra diem C. i. intra diem cretionis à morte testatoris legi Papiæ non paruerit. i. nuptias non fecerit. Quartus, si Latino legatum, aut hereditas relicta fuerit, & is dies intra C. i. intra diem cretionis à morte testatoris jus Quiritium consecutus non fuerit: qui duo posteriores casus & ab eodem Ulpiano repetuntur tit. 22. Quintus, si post mortem testatoris conditio legati deficiat exemplo eorum, quæ sunt io causa caduci, vel si pendente conditione legatarius moriatur, aut servus fiat pœnæ, non etiam si peregrinus fiat per deportationem, ut *l. intercidit, ff. de condit. & dem.* Sextum non admitto, si repudiaverit legatum, quia ea tantum fiunt cadoca, quæ quis cœpit capere oon posse. At quod repudiavit sane capere potuisset si voluisset. Idem si tempore exclusus sit, vel mortuus post apertas tabulas, ante agnitionem legati, *l. 4. ff. de bon. poss.* Ex his causis hereditates & legata caduca fiunt, quarum delatoribus, quos Suetonius vocat delatores Papiæ legis, idem scribit Neronem quartas tantum pro præmio dedisse bonorum denonciatorum. Quod dixi caduca ab eo cui relicta sunt, cadere in fiscum, rationem nominis declarat simul & causam caducorum introducendorum. Introducta enim sunt Augusti tempore ærarii augendi & replendi gratia, quod bella civilia suscepta inter Pompejum & Cæsarem, & inter Pompejum, Lepidum & Brutos exhauserant. Et hanc legis Papiæ caducariæ causam Justinianus ipse proponit initio Orationis suæ, & *l. 2. sup. de vet. jur. enucl.* & Cor. Tacitus 3. Annalium: Relatum, inquit, de moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Julias rogationes incitandorum cœlibum pœnis, & augendi ærarii sanxerat, & eadem ratione augendi inopis ærarii propter onera imperii repertam vicesimam hereditatum Plinius auctor est in Panegyrico. At eodem loco vel libro & aliam legis Papiæ rationem Cor. Tacitus adducit, quæ proprie pertinet ad tertium casum, ut bellis civilibus amisso incredibili civium numero, qui supererant liberis procreandis & ampliando civibus imperio operam darent, lege Papia propositas esse pœnas his qui cœlibes essent, ne hereditates aut legata caperent, nisi intra dies C. à morte testatoris veras facerent nuptias, non simulatas ut *l. 30. ff. de ritu nupt.* & nisi delatæ hereditates essent solvendo impares, quia lex commoda cœlibum minuere voluit, non incommoda, *l. 72. ff. de her. Inst.* aut hereditates propinquorum, ut Hermias scribit 1. cap. 9. quo loco Epiphanius interpres perperam negationem omisit: propositas item orbis, ne plus dimidia caperent, eodem Hermia auctore, & D. Ambrosio. Nec omittendum quod Dio notat 56. tempore latæ legis Papiæ tantam fuisse penuriam civium ut Consules ipsi Papius & Poppæus cœlibes & orbi essent, non inventis maritis aut patribus idoneis, qui eis anteponerentur. Nam in honoribus adipiscendis, ut idem ait 53. patres orbis, mariti cœlibibus anteponebantur. Ad eundem tertium casum atque etiam ad quartum pertinet, quod idem Ulp. scribit, *tit. de Latinis*, Latinos nave fabricata jus Quiritium adipisci ex edicto D. Claudii: quo ex loco ita legendum est apud Suetonium in Claudio: Naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit pro conditione cujusque, civibus vacationem legis Papiæ Poppeæ. i. ut cœlibat. vel orbitatis pœnas non timerent, Latinis jus Quiritium, ut hereditates & legata caperent, & fœminis jus quatuor liberorum. Ut vero vicesima hereditatum liberis aut parentibus remittitur heredibus institutis, auctore eodem Plinio, & *l. ult. sup. de codic.* iisdem electo jure testamenti remittitur transire ad jus codicillorum, ita quæ legata aut portiones hereditatis post testamentum aut mortem testatoris deficiunt, lex Papia noluit recidere in fiscum; sed remanere apud liberos vel parentes heredes institutos usque ad tertium gradum antiquo jure, ut in §. 1. hujus Orationis, ut apud Ulp. tit. 1. 17. 18. & *l. 29. §. ult. ff. de leg. 2. l. 5. ff. de vulg. subst.* At Justinianus, quod lex Papia solis liberis & parentibus dedit, dat omnibus heredibus institutis, restituto jure antiquo, & derogata hac in parte lege Papia: cui cum dedissent causam bella civilia, consequens erat firmissima pace Reip. reddita, eaque restaurata in amplitudinem dignitatemque pristinam, ut ea tandem lex quoque recideretur, cessarentque commoda fiscalia, ut vicesimæ, ita caducorum ex supradictis causis, quæ fisci tenuitas rerumque necessitas extorserat: & ita eleganter L. Valerius apud Livium 34. *Quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, & temporibus ipsis mutabiles esse video: quæ in pace latæ sunt plerumque bellum abrogat, quæ in bello, pax.* Denique Justinianos consummavit, quod alii retro principes inchoaverant. Nam & alii ante Justinianum multa emendarant capita legis Papiæ. Severus caput, quo præscripta erat ætas habendis liberis, ut Tertullianus scribit in Apologetico, legibus Juliis & Papiis patremf. cogentibus liberos suscipere & matrimonium contrahere, ut ait, non etiam filiumf. *l. 21. ff. de rit. nupt.* & ætas, quæ fuerit Ulp. explicat tit. 16. & Hermias supradicto loco. Constantinus verò prorsus sustulit pœnas cœlibatus & orbitatis, *l. 1. inf. de inf. pœn. cœl.* motus rationibus relatis ab Eusebio 4. de vita Constantini. Et ad Septimium Severum igitur & Constantinum optimum maximumque refero, quod Justinianus ait, anteriores principes multa capita legis Papiæ emendasse, non ad leges quas adducit Accursius, quæ ipsius Justiniani sunt, non anteriorum principum. Idem addit & pleraque capita legis Papiæ per insuetudinem interiisse, & Jurisconsultis displicuisse caducorum jus, adeo ut interpretationibus suis, quoad ejus fieri potest, semper caduca coerceant, & contra fiscum respondeant, si vel minima subsit dubitandi materia: quod fieri non ineleganter significat *l. non puto, ff. de jur. fisc.* & ita in causis odiosis plerumque versari solent, itaque fuisse versatos in causa caducorum indicant, *l. intercidit, ff. de cond. & dem. l. quæret, de verb. signif. l. ult. de his, quæ ut ind. l. Divi, §. ult. de jure codicil. l. 2. de aur. & arg leg.* Ipsos quoque testatores ait, suadentibus scilicet Jurisperitis, ne fierent caduca, substitutiones introduxisse maxime reciprocas (quia certè substitutiones antiquiores sunt caducis) ut *l. 5. ff. de vulg. subst. l. 1. tit. seq.* à bonis suis fisci removendi causa, nec abs re in *l. miles, §. ult.* de

de leg. 2. ait, ad coheredes substitutos, quod hi adversus fiscum duplici jure oitantur: jure adcrescendi antiquo, & jure substitutionis. Lex enim Papia jus adcrescendi tollebat, non jus substitutionis, ideoque remedio substitutionis introducebatur jus adcrescendi, & excludebantur caduca. Denique quod egerunt aliqua ex parte priores principes, ut caduca minuerent, quod & Jurisconsulti, & testatores imbuti à Jurisconsultis etiam sollicitius egerunt ne fierent caduca, ut paulatim solene jura senescere: id tandem Justinianus confecit hac parte legis Papiæ caducariæ penitus abrogata, & retento tantum illo capite legis Papiæ, quo ut Ulp. ait *tit. de dominiis*, ereptoria, i. quæ ut indigis auferuntur, plerumque in fiscum cadunt, & retenta lege Julia caducaria quæ ultimum locum fisco dedit, vel populo quasi parenti omnium in bona vacantia, *§.cum autem, & §.penult. infr.* & ita Justinianus, ut de Marco scribit Capitolinus, ut de Antonino *l. Paula, §.1. de leg.3.* ut de quolibet bono principe Plinius, in causis compendii fisco suo non pepercit, aut favit. Bonus princeps post omnes est, ut eleganter ait Cassiodorus in formula Comitivæ Privatar. Sustulit autem primum Justinianus materiam caducorum, constituens ut quilibet heres statim à tempore mortis testatoris adire hereditatem possit, & ut dies quoque legatorum ab eo tempore cedat, nec exspectetur apertura tabularum aut aditio hereditatis, nec desideretur scientia legatarii, *l. ultim. infr. quand. dies leg. ced.* lex Papia exigebat aperturam tabularum, & hoc S.C. circa eam facta concedebant, nec tamen exigebat aditionem hereditatis, ut Paulus significat 3. Sent. *tit. de legat.* puto nec scientiam. Legatorum, inquam, quæ pure, vel in diem certum relicta sunt, exceptis quibusdam, de quibus in *§. libertatibus*. Eorum enim quæ sub conditione, vel in diem incertum relicta sunt, ita semper obtinuit, ut dies cederet cum conditio existeret, vel dies incertus, qui conditionem ideo faciat, quod possit non cedere. Nec enim omnis dies incertus conditionem facit, sed & quædam legata sub incerto die relicta pro puris habentur. Et ita sublata materia, causa & fundamento caducorum in *§. cum igitur*, ne deinceps caderent in fiscum quæ relicta testamento, vel codicillis aliqua ex causa expirarent & deficerent in *§. & cum triplici*, ea quæ deficiunt ex temporibus, quibus deficiunt trifariam dispertitur, vel enim deficiunt statim initio faciendi testamenti, vel post testamentum factum, vivo testatore, vel post mortem testatoris. Ea quoque nominibus ita distinguit secutus veteres leges, ut quæ deficiunt ab initio, pro non scriptis esse dicat, quæ post testamentum vivo testatore, in causa esse caduci, quæ post mortem testatoris directo & proprio nomine esse caduca. Etiam eadem distinguit & separat ex jure quod proprie in quoque genere servatur. Idem vero jus est hodie quod fuit ante, quod fuit semper, ut quæ pro non scriptis habentur, non recidant in fiscum. Nec enim ad ea pertinent leges Papiæ caducariæ, & eleganter Plinius 2. Epistol. In codicillis qui pro non scriptis habentur delatori locum non esse, sed pertinent ad substitutum, *§.in primo l.1. ff. eodem*, vel ad conjunctum, i. coheredem, vel collegatarium, vel si nullus sit substitutus aut conjunctus, apud heredem scriptum remanent, vel heredem legitimum, *ut l.55. §. ultim. ff. de leg.2.* vel à legatario retinentur, à quo relicta sunt, ut *l.penult. §. Scævola, ff. eodem*, & quidem sine onere, quia cum principale relictum pro non scripto sit, consequens est & onus ei injunctum pro non scripto esse tanquam nemini injunctum: & duo tantum sunt casus quibus apud eos resident cum onere quæ pro non scriptis habentur, quos notat Accursius, unus est ex S.C. Liboniano, alter receptus est favore libertatis. Ne adjungas tertium ex *l. civitatibus, §. 1. de leg.1.* quia non Seii portionem dicit esse pro non scripta, sed Sejum qui repudiavit pro non scripto ha-

A bendum, i. Titium solum scriptum videri ex asse. Sed de his satis. Quæ sunt in causa caduci, i. quæ post factum testamentum vivo testatore deficiunt morte naturali heredis, aut legatarii, vel defectu conditionis, ea hodie in ea causa non sunt; sed pertinent ad substitutum, vel conjuncto adcrescunt, vel remanent apud heredem, vel legatarium, vel alium à quo relicta sunt. Non dico ea transmitti ad heredem cui relicta sunt, quia vivo testatore neque dies legatorum cedere, neque transmissioni locus esse potest, & hoc tantum distant quæ sunt pro non scriptis ab his, quæ sunt in causa caduci, quod illa apud eos à quibus relicta sunt resideant sine onere, hæc cum suis oneribus. Nam & ex lege Papia in fiscum redigebantur cum suis oneribus, & onera dicimus onus

B præstandi legati, aut fideicommissi, onus præstandæ libertatis, onus modi, onus conditionis dandi vel faciendi, si modo factum per alium impleri possit, *§. pro secundo, §. ne autem*. Nam conditio casualis, ut rectè ait Accursius, non est onus. De his quæ proprio nomine dicuntur esse caduca, jam supra dixi: hodie nulla talia ex lege Papia esse caduca, quia nihil eorum, quæ relinquuntur his modis, quos lex Papia introduxit deficere potest, cum aperturæ tabularum nulla habeatur ratio. Nam & ex parte heres scriptus ante apertas tabulas adire hereditatem potest, & legatorum quæ pure vel in diem certum relicta sunt, dies cedit ante apertas tabulas. Sed observanda est differentia, quæ est hac in re inter hereditates & legata. Nam legatorum, quæ pura sunt, diem dicimus cedere statim à

C morte testatoris & ideo post mortem testatoris moriente legatario nec agnito nec repudiato legato, legati petitionem in heredem ejus transmitti, repudiatum legatum ad substitutum pertinere, vel conjuncto adcrescere, vel remanere penes eum à quo relictum est. Hereditatis autem diem non dicimus cedere à morte testatoris; sed adiri hereditatem posse statim à morte nondum apertis tabulis, & aditam transmitti in heredem, non aditam vel non agnitam, non transmitti; sed ad substitutum pertinere, vel conjunctum, vel ad legitimum aut honorarium heredem, vel fiscum: Vetus regula est, hereditatem non aditam non transmitti, à qua tamen excipiendus est casus, *l. si infanti, & l. cum antiquioribus, sup. de ju. delib.* & casus tit. seq. & casus *l. ventre, ff. de adquir. her. & l. si quis in*

D *gravi, §. penult. de SC. Silan.* Et hæc de priori parte hujus constitutionis dicta sufficiant. Posterior est de conjunctis & disjunctis heredibus vel legatariis, quæ non sine causa prioris vicinitatem sequitur. Nam cessante jure caduci & fisco excluso, consequens est conjunctum vel disjunctum coheredem, vel collegatarium admitti jure adcrescendi in portionem socii, non tantum quæ repudiatur, sed & quæ post testamentum, vel post mortem testatoris deficit aliqua ex causa. Quamobrem & (*) Paulus ipse scribens ad legem Papiam de conjunctis tractat, *l. re conjuncti, de leg. 3.* .i. jus adcrescendi, jus conjunctionis simplex, exceptis certis casibus fisco prælato. Conjuncti autem dicuntur hoc loco re & verbis conjuncti: Disjuncti, re tantum conjuncti: illi enim omnimodo sunt conjuncti,

E hi quoque sunt conjuncti, sed oppositi illis frequentius disjuncti & separati dicuntur, quia, ut ait, ab ipso testatoris sermone apertissime discreti sunt. De verbis non etiam re conjunctis hoc loco non agitur, quia & hæc conjunctio nullius momenti est, nisi quando pro duplici accipitur ex mente defuncti. Qui enim verbis per se conjuncti sunt, semper habent partes, *d. l. re conjuncti* .i. omni jure & antiquo & novo, & omni genere legatorum sive per vindicationem, sive per damnationem legatum sit, & omni tempore, .i. non concursu tantum; sed etiam statim ab initio. Illi

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 40.*

Illi qui re & verbis, aut re tantum conjuncti sunt, non semper habent partes ab initio, sed concursu tantum, aut ne concursu quidem: Namque inter eos, qui re & verbis conjuncti sunt, & eos qui re tantum, hæc est differentia, quod si re tantum conjunctis legatum sit per vindicationem, concursu partes faciunt: idemque si per præceptionem, *l.* 1. *sup. de leg.* Si per damnationem, singulis solidum debetur, nec concursu partes faciunt. Idemque si sinendi modo, vel si per fideicommissum. Quod tamen hæc constitutio abrogat, dum ita constituit, ut quoquo genere eadem res disjunctim duobus aut pluribus relicta sit, singulis partes debeantur, nisi perspicue appareat testatorem singulis solidum dari voluisse, quæ exceptio ex hac constitutione à Triboniano inserta est, *l. si plurib. l. filiusf. §. ult. de leg.* 1. *l.* 13. *§. ult. de leg.* 2. *l.* 20. *de leg.* 3. *l. duos, de usufr. leg.* Quod si legatarii re & verbis conjuncti sint per vindicationem, jure antiquo quo utimur, non nisi concursu partes faciunt, *l. conjunctim de leg.* 3. si per damnationem, ab initio partes habent, *l. plane, §. si conjunctim, de leg.* 1. sicut hi qui verbis tantum conjuncti sunt, & pars non concurrentis apud heredem remanet. Ac præterea vera est *l. conjunctim*, secundum jus antiquum: æque vera *l. plane, §. si conjunctim*, secundum legem Papiam, ex qua pars non concurrentis conjuncti caduca fit, sive per vindicationem, sive per damnationem legatum sit: & tamen ex eadem lege disjuncti per vindicationem pars si deficiat, caduca non fit, sed adcrescit socio. Et ratio differentiæ hæc, quia singulis qui disjuncti sunt, solidum ab initio palam legatur, & jus adcrescendi nihil aliud est quam retentio solidi non concurrente socio. Conjunctis autem singulis tacite non palam solidum legatur. Ideoque non concurrente collegatario solidi, quod palam eis relictum non est, retentionem non habebant, id est jus adcrescendi non habebant, sed portio non concurrentis caduca fiebat: & hæc ratio etiam efficit hodie restituto jure antiquo, ut conjuncto legatario non adcrescat invito .i. ut invitus retineat totum, quod ei palam relictum est, nec scindat legatum. Et hic notandæ sunt tres differentiæ, quæ sunt inter heredes & legatarios. Pars coheredis, quæ repudiatur, vel quæ deficit ex ea causa ex qua lege Papia fiebat caduca, vel in causa caduci, jure civili, .i. ex 12. tab. jure antiquo & ipso jure, tacito jure coheredi vel coheredibus qui portiones suas agnoverunt pro portionibus hereditariis adcrescit, vel heredibus eorum sive conjuncti coheredes fuerint, sive disjuncti. Pars quoque collegatarii collegatario adcrescit, si disjuncti fuerint ex hac constitutione, sublata hac in re veteri differentia legatorum per damnationem & per vindicationem: itemque si conjuncti fuerint per vindicationem, *l. si duobus, §. ult. l. legatum §.* 1. *l. plane, §. si si duobus, de leg.* 1. *l. si servo sub. de statulib.* at non etiam si conjuncti fuerint per damnationem, *l.* 7. *de leg.* 2. *l. si duobus in pr. l. hujusmodi, §. si Titio, l. plane, §. si conjunctim, de leg.* 1. quam differentiam legatorum non invenio esse sublatam. Item coheredi conjuncto, vel disjuncto adcrescit invito & ignoranti. Conjunctio collegatario non adcrescit invito, disjuncto adcrescit invito. Item coheredi conjuncto vel disjuncto, adcrescit cum suo onere, & conjuncto collegatario similiter: at disjuncto, sine onere. Ut autem coheredibus adcrescit pro portione hereditaria, *l. liber, §. cum quis, l. si ita quis heredes, ff. de he. inst.* ita collegatariis pro portione legati, *l. Mævio de leg.* 2. & ita in hac Constitutione pro virili exaudire oportet, pro virili proque ratione legati cujusque. Et si quidam heredes sint conjuncti, quidam disjuncti, ut in hac specie: Primus heres esto, Secundus heres esto, Tertius & Quartus heres sunto, deficiente Primo vel Secundo adcrescit omnibus, deficiente Tertio soli Quarto, deficiente Quarto soli Tertio, videlicet ut posuimus, cum omnes sine partibus instituti vel substituti sunt, *l. heredes, ff. de her. inst.* Nam si quidam ex partibus disjunctim, quidam sine partibus conjunctim, hoc modo: Primus ex quadrante heres esto, Secundus ex triente heres esto, Tertius & Quartus heres sunto, Tertio deficiente omnibus adcrescit, quia Tertio Quartus conjunctus est nudis verbis, quæ conjunctio nullius momenti est, non in re parteve certa, *l. item quod, §.* 1. *ff. eod.* Conjuncti, quod adcrescit, quasi suum occupant; & merito igitur ab eo cæteros repellunt. Disjuncti, quasi alienum: igitur, quod est alienum soli sibi vindicare non possunt, *§. his ita*, & quod dicitur, disjunctos solidum quasi suum suo jure retinere in *§. sin autem ad deficientis*, ita verum est, si solus superstit nullo concurrente socio, non si alios habent socios in totum vel in partem, & idem puto esse constituendum si quidam collegatarii permisti sint, alii disjuncti, alii conjuncti per vindicationem: *κἂν ἄν δυνατὸν μὲν περιελθεῖν μόλις καὶ ταῦτα ἱκανὸν βιβλίον ἐστί· παρὰ τὴν τοῦ παραγγελμάτων μεθόδου.*

LI. Enarratio.

Ulp. libro Reg.] *Tit.* 17.

Cadunt in fiscum] Ammian. Marcell. libro 3. *ut sunt in palatii nonnulli alienarum rerum avidi, si quid caducum, vel aliud periisset ex usu.* Hinc caducarius. Glossæ Isidori: Caducarius, ad quem pertinent, quæ cadunt defuncto aliquo, cui non est, qui succedat.

Pro non scriptis habentur] *Leg.* 1. *sup.* de *hered. Instit.*

Nam ex parte scriptus, etiam clusis] *Leg. nam ex asse scr. l.* 1. *§. ult. ff. de jur. & fac. ignor. l.* 3. *sup. de ju. deliber.* Vide librum 6. Observ. cap. 38. & clusis pro clausis sæpe occurrit in Pand. Florent. Tertull. Apologet. cap. 11. *Cælum semet clusit.* Lucifer Caralitanus II. pro S. Athanasio: *Et cluserit ostium.* Glossæ: *κλείω, cludo, obsero.*

Quatenus lex P.] Quatenus, pro quia.

Peregrinus factus fuerit] Pereger, Ulp. *d. tit.* 17. quam lectionem probat Josephus Scaliger Ausonian. lection. libro 11. cap. 14.

Quos Suetonius vocat] Neronis cap. 10.

Ærarii aug.] Attrito bellis civilibus ærario. Tertullian. de fuga cap. 12. *Tanta quotidie ærario augendo prospiciuntur remedia censuum, vectigalium, &c.*

Et augendi ærarii sanx.] Id est, augendi ærarii causa, ut ait Cujac. in recitat. vulgo tamen legitur, *incitandis cœlibum pœnis & augendo ærario.*

Vicesimam hereditatum] V. ad Pauli Sent. lib. 4. tit. 6. Glossæ: *εἰκοστώνης, ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν, vicesimarius.*

His qui cœlibes essent] Juvenalis sat. 9.

Jura parentis habes, propter me scriberis heres.
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.

Vetus Scholiastes: *Meo labore habes filios, & scriberis heres, & non pateris pœnas orbitatis.* Plutarch. de amore prolis sub initium: *Ῥωμαίων πολλοὶ γαμοῦσι καὶ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. Romanorum multi uxores ducunt,* & *liberis operam dant, non ut heredes habeant, sed ut jus adeundæ hereditatis.*

Quo loco Epiphanius interp. perperam neg. om.] Sic enim vertit: *nihil de testamento lucrarentur, licet generis proximitate confiderent.* Sic etiam novus interpres Sozomeni: *etiam si genere proximi essent*: pro, *nisi si genere prox. es.*

Eodem Hermia auctore] Libro 7. cap. 47.

Et D. Ambrosio] In Lucam capite 111. *Erat deforme liberos non habere: quod etiam Legum civilium suis auctoritate multatum* & libro de viduis: *Unde & illi qui Deorum suorum adulteria & probra venerantur,*

tur, cœlibatus & viduitatis statuere pœnas, ut æmuli criminum multarent studia virtutum.

Remittitur transire ad jus codicill.] Id est, permittitur. Cujac. in recitat. Dixi sup. t. 31.

Rerumque necessitas extorserat] Libanius declamatione 33. *οὐ καθ' ἕκαστον, ὡς εἰπεῖν, μῆνα νόμους ὁρᾷς, τοὺς μὲν λυομένους, τοὺς δὲ γραφομένους, τῶν πραγμάτων αὐτῶν τὰ τοιαῦτα εἰσηγουμένων, ὅτι βέλτιον τόδ' ἀντ' ἐκείνου κρατεῖν: nonne per singulos, ut ita dicam, menses vides leges abrogatas, alias latas; hoc rebus ipsis exigentibus, quia melius est hoc quam illud obtinere.* Aul. Gellius 20. 1. *Non ignoras legum opportunitates & medelas pro temporum moribus & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum quibus medendum est, fervoribus mutari atque flecti, neque uno statu consistere.* Joannes 8. PP. in epistola 9. ad Clerum Bituricensem: *Porro sciatis quia sic ista non modica interveniente necessitate, barbaro modo concedimus, ut tali necessitate remota, removeatur etiam id quod necessitas imperat.*

In Apologetico] Cap. 4. vide ibid. Rig.

Ætas quæ fu. Ulp. expl.] Id est si minor ann. 25. aut uxor minor annis 20.

Ab Eusebio 4. de vita Constantini] Cap. 26.

Per insuetudinem interiisse] Justinianus ait per desuetudinem abolita, in *l. un. tit.* Interire dicuntur leges & occidere inusu. Arnobius 7. advers. Gent. *Ab legum interitu, & ab legum occasu.*

Solent jura senescere] Ammianus Marcellinus lib. 16. *Senescentes* (leges sumptuarias) *paulatim reparavit Sylla dictator.*

Ereptoria] Vide Cuj. ad *tit. ff. de his quibus ut indign.*

De quolibet bono principe Plinius] In Panegyrico.

Ut eleganter ait Cassiodorus] Libro 6. 8.

Et hoc SC. circa eam facta concedebant] In hac constitutione pro, *censuerunt*, Cujacius legit, *concesserunt*, ut etiam habetur in codice Juliani Brodæi.

Nec enim omnis dies incertus] Vide Cujac. Observat. libro 18. cap. 1. & §. sin autem aliquid hoc tit.

Vel post testamentum factum vivo test.] Vide Cujac. ad *leg. ult. ff. si pars heredit. pet.* libro 6. quæst. Papin.

Plinius II. epistol.] Epistola 16.

Resideant sine onere] Quod & onus ipsum pro non scripto sit, tanquam à nemine datum sive relictum. Cujac. ad §. io primo, & §. pro secundo.

Nam & ex parte heres scriptus ante apertas ta.] Non solum heres scriptus ex asse etiam clausis tabulis testamenti adire hereditatem potest, ut olim obtinuit, sed & ex parte scriptus ex Justiniani constit. nam olim non obtinuit, ut dictum sup. in princ.

Disjuncti & separati dicuntur] Vide §. *si eadem res 8. Inst. de legat.* & ibi Cuj.

Tacito jure coheredi] Tacite *l. qui ex duabus 53. §. 1.* tacito jure, l. *servus communis 67. ff. de adquir. heredit.*

TIT. LII. *De iis, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.*

NUnc non aliam ob causam hunc titulum dat Justinianus, quam quod constitutionis in ea positæ mentionem fecerit titulo superiore, §. in novissimo, qui alioquin eum forte non dedisset, propterea quod de apertis tabulis loquitur, quas aperiri hodie non est necesse ut adiri possit hereditas, vel ut dies legatorum cedat, & derogatio est legis Papiæ, quam Justinianus penitus abrogavit in his, quæ deficiunt ante mortem testatoris, vel ante apertas tabulas: nec tamen inutilis Constitutio est, cum ex ea, quæ ita concipitur definitio, liberos à parentibus sibi testamento relictam hereditatem ante apertas tabulas transmittere ad liberos suos, hodie ita concipiatur, liberos à parentibus sibi testamento relictam hereditatem etiam si eam non adierint, vel adquisierint, transmittere in liberos suos: quod procedit indistincte, sive liberi, quos parentes heredes scribunt, sui parentibus, sive extranei heredes sint, & ut Constitutio ait sive sciverint sibi delatam hereditatem, sive ignoraverint, & sive ex parte scripti fuerint, sive ex asse; cum tamen ex lege Papia extranei ex parte scripti non transmittant hereditatem ante aperturam tabularum, atque etiam, ut ait, si invicem substituti non sint, ut perinde excludatur lex Papia, atque si invicem substituti fuissent, ut §. 1. *sup. tit. prox.* Et præterea Constitutio ait idem obtinere in legatis, quæ liberis parentes relinquunt, quæ tamen lege Papia caduca fierent mortuis legatariis ante apertas tabulas. Beneficium igitur concessum suis ut ex parte scripti transmittant non aditam hereditatem, *l. 3. sup. de jur. delib.* hæc Constitutio porrigitur ad liberos non suos. Et notandum huic Constitutioni non esse locum in liberis heredibus extraneis ab intestato venientibus, *l. 2. sup. de SC. Orph.* sed ex testamento duntaxat.

LII. Enarratio.

IN liberis hered. ext. ab int. ven.] Aliter Glossa, & Odofredus heic in fin. quem refert Joannes Faber heic. vide inf. t. 67. in fine.

TIT. LIII. *Quando dies legati vel fideicommissi cedat.*

Vide tit. 2. lib. 3. 6. ff.

HUnc etiam titulum non aliam ob causam dat, quam ut ex veteribus Constitutionib. confirmet quod dixit *t. 51. 1. §. in novissimo & seqq.* de cessione diei legatorum & fideicommissorum, & de annuis legatis relictis privato homini, quod ait *l. 1.* initio cujusque anni ea peti posse, intelligo & ab heredibus legatarii peti posse, quia post mortem testatoris initio cujusque anni eorum legatorum dies cedit, & cœpti cujusque anni legatum, si initio ejus vixerit legatarius transmittitur in heredem: & hoc est, quod ait, *l. 4. ff. de ann. leg.* annuo legato relicto, vel, quod idem est, in annos singulos plura esse legata, primi anni purum, sequentium annorum condicionalia; idem *l. 5. & l. in singulos, eod. t. l. 1. §. si in annos, ad leg. Falcid. l. 10. 11. 12. quand. dies leg. ced. l. 45. sup. de episc. & cl.* nec obstat *l. si in annos, ff. de cond. & dem.* in cujus specie non dixit testator, in annos singu. sed summam certam legavit in annos x. completos scilicet, secus si usumfr. vel operas legasset, ut *l. quæsitum, ff. de usufr.* Ex aliis legibus hujus t. intelligimus, legati aut fideicommissi petitionem in heredem ita demum transmitti, si dies ejus cesserit, qui utique cedit à morte testatoris si purum, aut in diem relictum sit; à die impletæ condicionis, si conditionale fuerit, vel in diem incertum, qui & aliquo casu non cedere possit, nec exigi scientiam, nec agnitionem legatarii, nec traditionem rei legatæ, nec aditionem hereditatis. Et condicionale non esse legatum ita relictum, cum ad legitimum statum pervenerit: mora enim suspendi, non condicione, & longa est differentia inter conditionem & moram, *l. 1. de leg. 2. l. heres, de cond. & dem. l. pen. hoc t. l. quod pure ff. eod.* & statim vocat quod Græci *ἀκμὴν* .i. justam ætatem, ut *l. cum pater, §. curatoris, de leg. 2.* qui & virilis vigor dicitur, *l. 1. de minor.* ad differentiam vigoris pubentis, *l. 4. sup. qui test. fac. pos.* Igitur post mortem testatoris mortuo legatario ante annum 25. legati petitio in heredem transmittitur. Nec obstant, *l. si Titio, ff. eod.* & pleræque aliæ similes, in quibus, ut Io. docuit, recte, ab initio legato injicitur condicio h. modo, Titio cum erit an-

norum

norum tot do lego. In hac vero initio pure legavit, hoc modo, Illi 10. do lego, deinde solutioni diem adjecit hoc modo, Quod legatum accipere debebit cum ad legitimum statum pervenerit.

LIII, Enarratio.

SEcus si usumfructum vel op. leg.] *L. 2. ff. eod. in fin.*

A die impletæ conditionis] Si legatarius pendente conditione decesserit, legatum non transmittitur, *l. 1. §. si quis 7. ff. ut legat. serv. cau.*

Cum ad legitimum stat. perv.] *ὅτι γένηται μείζων καὶ ἑαυτῶν:*

B

TIT. LIV. *Ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quod satisdari debeat.*

Vide tit. 3. & 4. eod. lib.

NIhil aliud restat ex tractatu de legatis & fideicommissis, nisi porro ut dicamus de satisdatione legatorum aut fideicommissorum servandorum causa, quam heres legataris aut fid. postulantibus, qui legatum aut fid. sperant, præstare debet. Postulant eam legatarii à prætore vel præside sedente pro tribunali tanquam actionem, ut scilicet heredem jubeat cavere de legato aut fid. datis fidejussoribus. Formula cautionis hæc est: Quod mihi ex testamento vel codicillis L. C Titii dari fieri oportet, id quibus diebus L. Titius dari fieri voluit, iisdem dari fierive, aut quanti ea res est tantam pecuniam recte præstari, dolumque malum huic rei promissionique abesse abfuturumque esse, hæc spondesne? Stipulatur legatarius, promittit heres à quo legatum relictum est adpromittit fidejussor quem dat heres. Herede autem non obtemperante jusso prætoris, legatarius mittitur in possessionem omnium rerum, quæ in causa hereditaria sunt, dolove malo heredis esse desierunt, aut in possessionem certæ rei hereditariæ, ut *l. 2. inf. qui pot. in pign.* quo genere pignus prætorium constituitur, ut eas res legatarius teneat pignoris jure, *l. 3. & 5.* non proprietatis, nec tam possessionis, quam custodiæ perpetuæ causa. Fit etiam missio uno D casu ex Constitutione Antonini in res heredis proprias, si post sex menses, quam adivit prætorem legatarius, is neque satisdedit, neque legatario satisfecit, *l. 6.* Et in id, quod est in Rubrica, Quando satisdari debeat, notandum est, post mortem testatoris & aditam hereditatem postulanti legatario satisdari debere, etiamsi nondum dies legati cesserit, modo constet legatum esse relictum, licet de jure ejus non constet, qua de re prætor cognoscit summatim, non subtiliter, *l. 1. hoc t.* quam puto significari, *l. 3. §. 1. ff. eod. l. hæc stipulatio, §. ult. ff. ut leg. no. cau.* atque etiam si modo non sit remissa à testatore, quoniam Constitutio Marci & Commodi .i. *l. 2.* cujus fit sæpe mentio in Pandectis, eam quocumque indicio voluntatis remitti permisit, alioquin valeret regula *l. nemo, ff. de leg. 1.* quæ & hodie valet in cautione, quæ etiam ex edicto prætoris, vel E ex SC. de usufructu interponitur, *l. pen. hoc t. l. 1. sup. de usufr. l. 8. ff. de usufr. ear. rer. &c.* quia deficit Constitutio, quæ hoc testatori permiserit. Et hic est finis hujus tractatus de successione, quæ jure civili competit ex testamento, deque his, quæ testamento vel codicillis relinquuntur.

LIV. Enarratio.

LEgatarius mittitur in poss.] Ut in *l. 1. §. 1. ff. eod. & l. 6. hoc t.*

Custodiæ perpetuæ causa] Non possidemus, sed Prætor magis custodiam rerum permittit, *l. cum le-* A *gatorum 12. ff. de Quib. ex caus. in possess. eat. & d. l. 6.*

Et aditam hereditatem] *L. si à te 10. ff. ut legator. servand. cau.*

Id est, l. 2.] *Et l. 7.* in qua verba illa, *& ff. commodum*, à libris vett. abesse quidam testantur. Sunt tamen in Brodæi codice perantiquo. Severum enim in divos Cummodum retulisse scribit Ælius Spartianus in Severo, & in nummo D. Commodus appellatur apud Hubertum Goltzium in thesauro rei antiq.

Quocumque indicio] Sic leg. in *d. l. 2.* ut in *l. avia 77. §. pater, ff. de cond. & demonstr.* In veteri tamen Brodæi legitur, judicio,

TIT. LV. *De suis, & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.*

Vide tit. 1. libri 3. Inst. & tit. 16. lib. 38. ff.

AB hoc titulo incipit tractatus de hereditate intestatorum, quæ jure civili defertur, & primo quidem loco suis, & legitimis liberis, sive naturales sint, sive adoptivi, *l. 5.* sive nati tempore morientis, sive postumi, *l. 4.* sive ex parente ingenuo, sive ex libertino, *l. 7.* Et hi quidem sui liberi ipso jure heredes existunt etiam ignorantes, & inviti, *l. 3. §. pen. ff. de suis, & leg. lib.* & præferuntur matri defuncti, *d. l. pen.* imo & filii, qui nec sui, nec legitimi sunt, sed tanquam legitimi ex SC. Orfitiano ad hereditatem matris vocantur, ex *d. l. pen.* præferuntur aviæ .i. matri defunctæ matris: C quia liberis, quam parentibus debetur hereditas. Item sui liberi etiam si ignorantes se heredes extitisse, naturæ concesserint, hereditatem parentum transmittunt ad heredes quoscunque, *l. 8. hoc tit. l. 3. l. cum antiquiorib. sup. de jure delib.* Recte autem in hoc tit. de suis, & legitimis liberis: nam & si quicunque legitimi sunt, non sint sui, omnes tamen, qui sunt sui, & legitimi sunt, *l. de bonis, §. 1. ff. de Carb. edic. l. 2. ff. unde leg. l. 1. §. sed videamus, ff. de succ. edic. l. 1. C. §. 1. ff. de grad. & adf. l. filius, ff. de suis, & leg. her. l. ult. sup. de codicill.* & contra, qui non sunt sui liberi, nec legitimi sunt, *l. scripto, ff. unde lib.* veluti filii emancipati, vel naturales tantum, vel spurii. Notandum inter suos jure civili .i. ex 12. vocari ad intestati successionem nepotes ex filio, vel filiis jam mortuis pariter cum filiis defuncti superstiD tibus, licet legitimi tantum sint non sui, in stirpes .i. in portionem patris sui, non in capita, eadem successionis ratione servata, si non existentibus filiis plures sint nepotes ex diversis filiis varii numeri, *l. 2. & 3.* quam & prætor sequitur, *l. si in adoptionem, §. ult. ff. de bon. poss. cont. tab. l. si nepotes, ff. de coll. bon.* Imo, & ex Constitutione Valentiniani, & Theodosii nepotes ex filia inter suos in locum, & portionem matris cum diminutione trientis, & inter legitimos cum diminutione quadrantis, *l. 4. C. Theod. de leg. her.* & Justiniani, *l. ult. & Nov. 18. & 118.* sine diminutione, licet neque sui sint, neque legitimi. Illud etiam notandum est, *l. 1. hujus tit.* quæ non est de liberis, sed de agnatis, ex transverso, ideo statim positam fuisse initio hujus tractatus, ut intelligeremus, in successionibus intestatorum E quid juri civili, & juri prætorio interesset, quod collata, & conjuncta l. 2. *sup.* qui admitti, apparebit statim: Jus prætorium per se solum esse temporarium, Jus civile perpetuum.

LV. Enarratio.

QUia liberis, quam parentibus] Pro magis, quam parentibus, *l. nam etsi 15. ff. de inoff. testam. l. scripto 7. ff. unde lib.*

Naturæ concesserint] Sic loquitur *lex 1. instit. prox.* Sallustius in Jugurth. *Pater naturæ concessit.*

Ad heredes quoscumque] Sive liberi, sive parentes, sive extranei sint.

Vel

Vel naturales tantum] Quæsiti ex concubinatu.

Non in capita] ἐκ τῆς ἴσου.

Cum deminutione trientis] Qui adcrescit suis.

Cum deminutione quadrantis] Qui adcrescit adgnatis.

Qui juri civili & præt. interesset] An sicut Tertullianus Apologet. cap.33. *interest homini Deo cedere*.

Jus civile perpetuum] Vide ad t.30.

TIT. LVI. *Ad S.C. Tertyllianum.*

Vide lib.3. Inst.tit.3. & lib.38.ff.t.17.

POst liberos mater vocatur ad hereditatem defuncti intestati tanquam legitima heres non ex 12. tab. quia cognata non agnata est, nisi in manum viri convenerit: sed ex S. C. Tertylliano: & retro ad hereditatem matris intestatæ filii vocantur tanquam legitimi heredes, non ex lege 12. sed ex S.C. Orphitiano. Antiquius est Tertyllianum Orphitiano, & ideo de S. C. Tertylliano titulus præcedit, & ex hoc quidem mater cujuscunque ætatis filio succedit, cum tamen ipse matri ex S.C. Orphitiano si infans sit, per se non succedat, sed per tutorem, vel patrem, *l.1. hoc tit. l.si infanti, supr. de jur. delib. l.servo invito, §.si pupillo, ff. ad Treb.* Item ex S. C. Orphitiano filius excludit paaentes & fratres consanguineos matris, *l.penult. supr. tit. prox. l.1.& 4.tit. seq.* Ex S. C. Tertylliano pater excludit matrem aut jure civili, si in emancipatione manumissor fuerit, aut jure præt. si non fuerit manumissor, *l.2. hoc tit. l.10. ff. de suis & leg. her.* Item fratres consanguinei, sive soli sint, sive permisti sororibus consanguineis, excludunt matrem, non uterini, aut naturales, *l. Lucius, ff. de vulg. subst.* Sorores autem consanguineæ, si solæ sint, pariter admittuntur cum matre, ita ut ferant partem dimidiam, & mater alteram dimidiam. At ex *l.ultim. hujus tit.* cum qua conjungenda est *l.ultim. supr. de jur. del.* non est differentia inter fratres consanguineos & uterinos, & cum fratribus quoque mater vocatur in virilem, & ex ea in *l.mater hoc titulo*. Tribonianus scripsit, sororibus & fratribus, cum in Cod. Theod. tantum esset scriptum, Sororibus, ut Anianus legit, & lex ipsa indicat, vel fratribus tantum, pro sororibus, quia ante hanc *l.ultim.* fratres omnino matrem excludebant. Sed postea Justiniano placuit, ut & cum sororibus mater veniret tantum in virilem, *Novel.* 22. & novissime concurrentibus fratribus & sororibus & patre & matre, longe aliter quam definiat, *d. l.ultim. ad Tertyll. & l.ultim. infr. Com. de succes.* ut omnes succederent pro virilibus portionibus, & viriles retinerent plenas sine deductione ususfructus, *Novel.* 84. & 118. & hoc si vidua permansisset mater. In ea quæ iterum nupsit post annum luctus sublata *l. mater hoc tit. & l.3. §. ultim. supr. de sec. nup.* ut variaverit Justinianus docui *Novel.*2. De ea quæ iterum nupsit intra annum, est duntaxat in *hoc tit. l.4.* Duo sunt casus quibus cessat S.C. Tertyllianum: unus *l.3. alter l.pen.*

XVII. Enarratio.

NIsi in manum viri convenerit] Mater familias, quæ in manum viri convenit, suorum numero est. Vide Cujac. Observ. libro 6. cap. ult. & sup. tit. 18.

Si infans sit] Si vero fari possit, per se, id est, per aditionem suam tutore auctore. Sic hanc legem intelligunt, Joannes Faber, Odofredus, & Fulgosius: aliter Pet. Fab. Semestrium lib. 11. cap. 12.

Pater excludit matrem] *l.2. §. obiicitur, ff. eod.*

Aut naturales] In servitute aut concubinatu quæsiti.

Ut omnes succederunt] Etiamsi filii sunt in potestate patris.

In ea quæ iterum nupsit] In bonis profectis à patre mater quæ iterum nubit, usumfructum tantum habet,

A in cæteris pleoam proprietatem.

In hoc tit. lex 4.] In qua notanda verba illa, *forte fatali obierit*, ut in *l. 1. infr. tit. ultim.* Excerpta vett. Glossis: *forte fatali, ἰδίῳ θανάτῳ*, sua morte.

TIT. LVII. *Ad S. C. Orphitianum.*

Vide lib.3. Inst. tit.4. & in d. tit.17.

POst S. C. Tertyllianum sequitur Orphitianum; ex quo filii pari jure vocantur ad hereditatem matris intestatæ, exclusis omnibus agnatis matris, ut mater ad hereditatem filiorum intestatorum ex S. C. Tertylliano. Et notandum quod ait *l. penult. supr. de suis & leg. lib.* B filios matri ipso jure succedere: quod non est citra aditionem vel gestionem pro herede, ut cum dicimus suos ipso jure heredes existere, *l.in suis, de suis & leg. her. l. penult. §.penult. de bon. lib.* sed citra cretionis solemnitatem, quæ hodie sublata est, & citra bonorum possessionem l.3. hoc tit. quia non prætoris, Sed S. C. Orphitiani beneficio admittuntur ad hereditatem matris, *l.1. Cod. Theod.de leg. her.l.1. Cod. Theod.de cret. vel bon.pos.* quod etiam de suis heredibus dicitur, & de legitimis omnibus heredibus, & de testamentariis dici potest, *l.13. supr. de jure delib.l.7. ff.de inoff. test. l.4. tit. seq. l.omnium supr. de testam.* Eam vero non aliter adquirunt quam si adierint, vel se pro herede gesserint Paulus IIII. *Sent. eod. tit.* Filius maternam hereditatem eandemque legitimam nisi adeondo quærere non potest. Et quam ita non adC quisierint, sane in heredem non transmittunt, sed deficientium portio adcrescit reliquis, qui adierunt, ut in specie *l.2. hujus tit. l. si ex pluribus, ff.de suis & leg. her.* vel hereditas redit ad agnatos defunctæ matris. Nec obstat *l.1. supr. tit.52.* quia de testamentariis heredibus est, non de legitimis, nec cum sit nova, ausim eam producere ad legitimos; fateor tamen eos si moriantur intra annum scientes sibi esse ab intestato delatam hereditatem matris, jus deliberandi transmittere ad heredes, *l.cum antiquioribus, supr. de jure delib.* ut hic recte notat Accursius.

LVII. Enarratio.

D CItra bonorum possessionem] Græci ad *leg.3. hoc tit. Quoniam enim Senatusconsultum Orphitianum est juris civilis, merito nec bonorum possessione indigent, qui ex eo vocantur ad hereditatem: sed possunt tanquam jure civili heredes pro herede gerere.*

Non de legitimis] Idem scribit Fulgosius ad *leg. 1. num.3.*

TIT. LVIII. *De legitimis heredibus.*

Vide lib.3. Inst. tit.2. & lib.38. ff. tit. 16.

POst suos heredes jure civili ad hereditatem ingenuorum vocantur legitimi, i. agnati ex lege 12.tab. vel ex lege Cornelia, ac primum quidem consanguinei, i. fratres, sorores qui quæve in ejusdem paE tris, cum is moreretur, potestate fuerunt, *l.4. supr. de suis & leg. lib. l.1.3.6. hoc tit.* excluso patre, & matre, ut olim obtinuit, ut hodie obtinet, simul admissis omnibus pleno jure pro virilibus portionibus ex *Novel.*118. Et hi quidem fratres, vel sorores præferuntur filiis fratrum, vel sororum iuxta *l.3. & l. penultim. §. ultim. hoc tit.* quod fuit jus vetus. Juxta *Novel. Justiniani*, filii fratrum, & sororum repræsentant vicem patrum suorum, ut pro stirpibus concurrant cum fratribus, & sororibus defuncti, vel defunctæ, itemque ut excludant defuncti fratres ex eodem patre tantum, vel ex eadem matre tantum, si pater eorum fuerit defuncto frater ex eodem patre & ex eadem matre, itemque ut excludant patruos, avunculos, amitas, materteras defun-

cti intestati. Et hic tribus casibus exceptis in linea collaterali nun est repræsentationi locus, &, aliter quam in linea directa, semper proximior inferiorem excludit, & hereditas distribuitur in capita non in stirpes. Notandum est, quod ait *d. l.* 3. consanguinitatis jure etiam fœminas ad legitimam hereditatem admitti: quod ex l. 12. tab. obtinuit etiam in omni jure agnationis, perinde atque in jure liberorum. At lex Voconia ultra consanguineas non admisit fœminas ad legitimam hereditatem .i. ut neque agnatis maribus, deque sibi invicem agnatæ succederent: ideoque juris auctores consanguineos separaverunt ab agnatis in hoc jure hereditatis intestatorum, & agnatos definierunt esse virilis sexus personas, *l.* 2. *§.* 1. *ff. de suis & leg. her.* quia post consanguineas muliebris sexus personæ licet agnatæ sint, non admittuntur lege Voconia, quæ obtinuit usque ad ætatem Justiniani, qui l. *pen. hoc tit.* restituit jus antiquum, ut quemadmodum liberi, ita agnati jure legitimo succedant sine ulla discretione sexus, & sit jus æquabile, ut quemadmodum fœminis agnatis agnati succedunt, ita maribus & fœminis agnatis agnatæ ab intestato in infinitum succedant, ne paternum vitium, ex quo, ut ait secundum Stoicorum sententiam, fœminea proles processit, ipsi proli noceat. Ut autem nulla habita discretione sexus, Justinianus agnatos admittit cujuscunque gradus, restituta lege 12. tab. & abolita Voconia, ita paulatim etiam cognatos admisit, nulla habita discretione agnationis & cognationis: ac primum, quidem fratres ex eodem patre tantum, qui agnati sint, & fratres uterinos, qui sunt cognati, simul admittit ad hereditatem defuncti fratris intestati sine liberis, *l. ult. hoc t. l. ult. sup. ad SC. Tertul.* quod ex Novellis, & ex *l. ult.* t. *seq.* ita accipiendum est, si defuncto non sint fratres utroque parente cognati, vel horum fratrum filii. Hi enim præcellunt, & illos excludunt. Item ex Constitutione Anastasii à Justiniano approbata & adaucta, fratres emancipati ex rescripto principis, reservato jure legitimarum hereditatum, quod genus emancipationis Anastasius introduxit, vel etiam, ut Justinianus adjicit in *l.* 13. emancipati alio legitimo modo, puta ex 12. tab. vel ex Constitutione Justiniani; fratres, inquam, emancipati, licet agnati non sint, & fratres in familia retenti, simul admittuntur ad legitimam hereditatem, & tutelam, & curationem fratris in familia retenti vel emancipati, *l.* 11. *hoc t. l.* 4. *sup. de leg. tut. l.* 5. *sup. de cur. fur.* & cum fratribus in familia retentis ex Anastasii quidem Constitutione cum deminutione trientis, ut Theophilus explicat in *§.* 1. *de succ. cog.* hodie sine ulla deminutione ex *l. ult. hujus t.* Et excludunt agnatos & patrem defuncti: Ita tamen, ut si retentus in familia vita decesserit, pater in bonis ejus adventitiis retineat usumfructum totum quem habuit eo vivo, ut l. *ult. §. sup. ad Tertul.* vel si emancipatus sit, in bonis, quæ ab eo pervenerunt ad fratres superstites, qui in patris potestate sunt, æque pater habet usumfructum totum, *l.* 3. *hoc tit.* vel si fratres superstites sui juris fuerint, ususfructus bessem, non quasi adquisitum sibi per eos, sed quasi lege concessum, *d. l. ult. §. pen.* quod omne ut *Novel.* 118. immutaverit, jam satis adnotavit supra. Quod autem placet Anastasio, ut bona emancipati fratris ab intestato omnibus fratribus deferantur ab eo, *l.* 13. excipit bona à matre profecta, quæ ad eos tantum fratres pertinent, qui ex eadem matre sunt: unde ducitur quod vulgo jactatur, Materna maternis cedere, paterna paternis. Quod item Anastasius dedit fratribus emancipatis, id etiam Justinianus dedit *l. ult.* filiis fratrum emancipatorum, ut simul veniant cum filiis fratrum retentorum in familia, hoc quoque casu non habita discretione agnationis & cognationis: & similiter, *l. pen. §. ult.* pari jure esse vult filios fratrum, & filios sororum, quamvis hi cognati, illi agnati sint: & ita paulatim eo ventum est, ut *Nov.* 118. penitus tolleretur differentia agnationis & cognationis, quæ & civili & prætorio jure recepta erat abrogata, *l.* 5. 7. 9. *hujus tit.* Jura nova paulatim amplianţur & crescunt, *l.* 11. *§. si rem in fi. de leg.* 3. & vetera æque sic dissuuntur melius quam discinduntur. Videnda ad hæc sunt, quæ de *l.* 4. & 11. scripsi Observ. 18. cap. 18.

LVIII. Enarratio.

VEl ex lege Cornelia] Si apud hostes decesserint, *l.* 8. *hoc tit.*

Juxta Nov. Justin. filii fratrum] Quod si soli sint fratrum filii, non parentes, non fratres, succedunt in capita, ut scribit Cujac. ad d. Nov. 118. & Feudor. libro 11. cap. xi. quæ fuit Azonis sententia heic in Summa num. 7. Odofredi, ut refert Fulgosius in authent. cessante, hoc t. & aliorum veterum interpretum, dissentiente Accursio Azonis studioso, & Dyno, quem refert Joannes Faber ad *d. authent. cessante.* vide disputationem forensem Antonii Fabri de patrui hereditate inter solos fratrum filios.

Aliter quam in linea directa] In linea directa proximior ulteriorem non excludit: ut puta nepos ex alio filio jam mortuo nun excluditur à filio, propter jus repræsentationis.

At lex Voconia ultra consanguin.] *§. cæterum* 3. *Inst. de legit. adgnat. success.* Paulus *Sentent. libro* 4. *tit.* 8. *§. fœminæ.*

Sine ulla discretione sexus] Sic loquitur Paulus 4. *Sententiar. t.* 8. *§. fœminæ.*

Secundum Stoicorum sententiam] Vide Censorinum de die nat. c. 5. S. Chrysostomum in D. Pauli epist. ad Ephes. c. 5.

Quod ex Novel.] *Novella* 118.

In familia retenti vel emanc. l. 11. h. t.] In qua verba illa, *collationibus tamen*, &c. subdititia esse Cujacius observat. lib. 18. cap. 23. Certe absunt à veteri Juliani Brodæi, nec etiam Gallicus interpres Codicis ea adgnovit.

TIT. LIX. *Communia de successoribus.*

QUid his verbis significatur? an proponi sub hoc titulo communia, quæ sunt successionibus ex testamento & ab intestato? minime: nec enim in eo ulla lex pertinet ad successionem testamentariam: an igitur, quia initio hujus libri dixit de successionibus intestatorum, quæ jure prætorio deferuntur .i. de bonorum possessionibus, quæ dabantur olim per septem gradus, hodie per quatuor; postea vero dixit de hereditatibus intestatorum, quæ jure civili deferuntur agnatis solis, gentilitio jure desuetudine abolito: ac primum quidem suis, deinde consanguineis, tum reliquis agnatis, nunc proponit communia, quæ sunt utriusque successionis civilis & prætoriæ, utriusque juris civilis & prætorii: quod & ita nominatim est expressum, *l.* 2. 3. 5. 10. & in *l.* 7. nulla successio .i. neque civilis, neque honoraria, quomodo etiam explicanda est *l.* 4. conjuncta *l. liber. sup. de pet. her. & l. Arianus, inf. de lib. cau.* quia & apud prætorem servus pro nullo habetur, *l.* 1. *ff de jur. del. l. nullo, ff. ad legem Corneliam de fal.* 5. Nemo etiam dubitat, quin regula l. 8. pertineat ad utramque successionem ab intestato: itemque definitio *l.* 9. quæ SC. Claudianum ostendit, non perinde locum habere in libero homine, atque in libera muliere. Nec minus communis est *l.* 6. nam quod in ea est de avunculo, idem dici de patruo potest: itemque quod *l.* 1. de bonorum possessione, idem de legitima hereditate ex Anastasii Constitutione. Sola est *l. ult.* quæ magis quasi nodo quodam nectit hunc titulum cum sequenti, quam commune quidquam tradit utrique successioni & juri, ut & sup. *tit.* 25. *l. ult.* magis docuimus poni ad eliciendum vincien-

eiendumque titulum sequentem, quam quod ad illum t. proprie pertineat.

LIX. ENARRATIO.

GEntilitio jure desuet. abolito] Vide Cujacium sup.

Et in l. 7.] In qua libet vetus Juliani Brodæi recte, *promittitur*, ut in Basil. ἐπηγγείλατο.

TIT. LX. *De bonis maternis, & materni generis.*

QUæ hactenus dicta sunt de hereditatibus intestatorum ad patresf. pertinent, non ad filiosf. nam lex 12.tab.quæ successioonum ab intestato ordinem fecit, de patref. loquitur non de filiof. ut M. T. retulit, *Si paterf. intestato moritur*, resumpto patrisf. verbo ex anteriori capite. *Paterf. uti legassit, &c.* & ideo quæ filiusf. relinquit post mortem suam, bona potius aut peculia, quam hereditates dicuntur. Potest enim quædam habere propria aut tanquam propria. Ea vero aut castrensia sunt, sive militaria, aut pagana: & castrensia, aut quasi castrensia: & pagana cursus, aut profectitia, aut adventitia. Castrensia, quæ adquirit occasione armatæ militiæ. Quasi castrensia, quæ occasione togatæ, urbanæ, forensis, literatæ militiæ. Profectitia, quæ ex re patris in cujus potestate est, quod proprie patrimooium dieitur, ut bona materna matrimonium Senecæ, Suetonio, Valerio, D. Augustino, & bona fraterna Fratrimonium in libro notarum Senecæ. Adventitia, quæ alius quilibet ei dedit, vel eeliquit, ut bons materna & materni generis, de quibus est hic titulus. Materna sunt, quæ mater ei dedit, vel reliquit. Materni generis, quæ avus aut proavus maternus, avia aut proavia materna. Et castrensia quidem, ac quasi castrensia propria sunt filiif. pleno jure, ut nec ususf. ad patrem pertineat, oec præmium emancipationis, *l. 6. §. 12. & §. cum autem tit. sequ.* & mortuo patre, præcipua ab eo retinentur, nec eonferuntur fratribus, & in his quandiu vivit jure patrisf. fungitur, & testamentarium heredem habere potest: sed si moeiatur intestatus, vel capite damnetur superstite patre, legitimum berodem habere non potest; quia pater ea bona tanquam rem suam, non tanquam rem, hereditatemve filii suo jure occupat, atque ita quantum ad ea bona attinet, filiusf. vivit, ut paterf. moritur, ut filiusf. si testatus non sit. Sic virgo vestalis testamentarium heredem habere potuit, & tamen, ut Labeo scribit in commentariis ad leges 12. tab. ei ab intestato nemo heres esse potuit; sed bona in publicum redigebantur. Sic spado cubicularius principis testamentarium heredem habere potuit, non legitimum, ut docui Obs. 17. eap. 24. Profectitia autem bona proculdubio patris sunt pleno jure, non per usumfructum tantum, & in eis filiusf. neque testamentarium, neque legitimum heredem habere potest. Idem olim obtinuit in bonis adventitiis quibuscunque: Nam & bona materna filiif. patri pleno jure adquirebantur, ut Thalelæus & Accursius notant recte in *l. 1. hujus tit.* & probat *l. 6. in pr. & l. filiusf. ff. de adquir. her. l. 1. §. qui operas ad Tertyl. l. 3. §. verbum de don. int. vir. & ux. l. 1. inf. de lib. exh.* At ex edicto Constantini, id est, *l. 1. hujus tit.* ususfructus tantum bonorum maternorum pertinet ad patrem, quod *l. 2.* trahit etiam ad bona materni generis, ut & sicut castrensia filiusf. mortuo patre ea præcipua habeat, nec eooferat fratribus, ut *l. 4. tit. sequ. l. ultim. sup. de collat.* & nihil mutat, si pater secundis nuptiis occupaverit domum, *l. ultim. hoc tit. l. de emancipatis, sup. de leg. her. Nov. 22.* abrogata, *l. 3. Cod. Th. eodem tit.* Addit edictum Constantini debere patrem uti frui boni viri arbitratu, nec tamen ab eo exigit satisdationem fructuariam, ut *l. ultim. §. sin autem non habeat, tit. seq.* eundemque actiones ex causa eorum bonorum descendentes exercere, quia filiif. persona in judicio legitima non est sine voluntate patris, per se, vel per procuratorem, cum & suo nomine agat pater; perinde, ut ait, ac si pleno jure dominus esset, & suis sumptibus. Nec tamen jus alienandi, vel pignerandi habet. Hanc absurditatem quam vocat *l. ait prætor, ff. de in. delib.* hoc casu admitti. Si quæras quid sit dicendum si postea quam ea bona obvenerunt filiofam. is à patre emancipatus sit, dicam emancipatiooe usumfructum, quem in eis bonis jure potestatis habuit pater, extingui: Sed pro præmio emancipationis plaouisse olim, ut pater, si vellet, eorum bonorum trientem retineret pleno jure, *l. 12. pen. Cod. Theod. eodem*, hodie semissem tantum ususfr. retinere posse, *l. 6. §. cum autem, tit. seq. l. ultim. inf. de em. lib.* ad remunerandum beneficium emancipationis, quod est beneficium bonorum quærendorum, ut ait *l. 1. ff. si à pat. man. fuer.* Et rursus si quæras quid sit dicendum, si ea bona obveniant filio jam emancipato, hoc expediet *l. 3.* quæ patri concedit virilem portionem ususfructus, non tanquam adquisitam (nec enim per liberam personam quidquam adquiri potest) sed tanquam munus lege oblatum reverentiæ patris maoumissoris.

LX. ENARRATIO.

UT M. Tul. retulit] 2. de Invent. & auctor ad Herenn. libro 1.

Ut bona materna matrimon.] Vide ootas priores ad tit. 1. Institutionis 12. in princ. & Nicolaum Fabrum ad controversias Senecæ.

Et mortuo patre, præcipua] *l. cum duobus 52. §. idem Papinianus, ff. pro soc.*

Vel eapite damnetur] *L. 3. inf. de bon. proscriptor.*

Ut Labeo scribit] A. Gellius eefert libro 1. capite 12.

Ut Thalelæus] Lib. 45. Bas. tit. 4.

Et Accursius] Et Raphael Fulgosius ibid. numer. 1.

Quod lex 2. trahit etiam] Vetus Juliani Brodæi habet, *qui ex patre.*

Quia filiifam. pers. in judicio] *L. filiusfamilias 9. ff. de obligat. & action.*

Vel per procuratorem] Thalelæus observat in hoc casu, eum qui alieno nomine agit, procuratorem dare posse: regulariter enim, qui alieno nomine agit, sive procurator, ante litem contestatam procuratorem dare non potest, *l. neque 11. sup. de procur.* Cujacius autem ait patrem suo nomine agere.

Nec tamen jus alieoandi, vel pigner.] *L. 2. h. t.*

Hanc absurditatem] Est enim absurdum ei eui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, ut est in *d. l. ait Prætor, §. 2.*

Quæ patri concedit vir. port. ususfructus] Sive uous, sive plures sint filii emancipati, pater usumfructum virilis portionis retinet beneficio constitutionis: cum enim in potestate esse desierit, pater usumfructum eetinere antea non poterat, ut ait Thalelæus.

Reverentiæ patris manumiss.] Ad exemplum patroni, qui non quidem vivi, sed tamen mortui liberti bonorum pro dimidia parte heres est. P. Fabec.

TIT. LXI. *De bonis quæ liberis in potestate constitutis ex matrimonio, vel aliter adquiruntur, & eorum administratione.*

BOnis maternis & materni generis in hoc titulo adjungitur *l. 1. 3. 4.* quæ filiusf. vel filiaf. ex causa matrimonii adquirit, puta ex casu dotis, quem maritus, vel ex casu douationis propter nuptias, quem uxor lucratur, soluto matrimonio, vel ex hereditate, legato, fideicommisso mariti vel uxoris, ut eodem jure sint, quo dictum est t. superiore, esse materna & materni generis. Ab his vero, qoæ ex matrimonio adquirunt, recte, *l. 2.* separat dotem, quam filiæ nomine,

mine, aut donationem propter nuptias, quam filii nomine pater dedit, quoniam ea sine ulla deminutione ad plenum redit ad patrem, soluto matrimonio, vel ipso jure, vel ex conventione, ut ait *l. ult. sup. com. utr. jud.* quia profectitia est, non adventitia. Mortuo autem patre intestato, filiis superstitibus, ea dos vel donatio propter nuptias in commune redigitur. Ex testamento, si collatio bonorum fuerit à patre prohibita nominatim, ut exigit *Novel.* 18. adscriptis heredibus extraneis, filii filiæque dotes suas præcipuas habent, quæ ad patrem redierant. Testamento autem facto inter solos liberos, non habent eas præcipuas, nisi eatenus quatenus ex bonis suis pater aliis filiis dedit ex eadem causa, vel militiæ adipiscendæ gratia, *d. l.ultim.* Porro in *l.5. hujus tit.* bonis, quæ ex matrimonio filiifam. adquirunt, adjunguntur etiam quæ ex sponsalibus adquirunt, puta munera sponsalitia, quæ & sponsalia dicuntur, & ad extremum Justinianus generaliter constituit l.6. ut nullorum bonorum adventitiorum dominium adquiratur patri per filiumfam. aut filiamfam. sed ut eorum usufructu contentus sit. Et servandum quibus gradibus res lente processerit, ne repentino, quo jure populus utebatur, ejus, quod etiam factu difficile, est, populo mandaretur oblivio. Quæstionis est, mortuo filiofam. ad quem hodie pertineant bona ejus adventitia, & an heredem in eis habere possit. Et constat testamentarium heredem eum habere non posse, quia filiusfam. testamenti factionem non habet, nisi de castrensibus, aut quasi castrensibus bonis ex privilegio militiæ, non item de adventitiis, quæ nec alienare aut obligare potest sine voluntate patris, *l.2. infr. de cast. pec. mil.* testamentum facere, nec voluntate patris, qui eorum bonorum usumfr. habet, *l.ultim. §.filius, hoc titulo*; imo nec si eorum quorumdam bonorum usumfructum non habet, *l. Imperator, ff. ad Treb. l.penult. supr. qui test. fac. pos.* quia lex 12.tab. quæ jus testamenti faciundi dedit, de patrefam. loquitur, non de filiofam. eademque ratione legitimum heredem non habet, sed omnia ejus bona pater, qui supervixit, occupat jure peculii, etiam castrensia & quasi castrensia. At ex novissimis Constitutionibus, si liberos filiusfam. reliquerit, ad eos bona ejus transeunt jure hereditatis potius quam ad patrem jure peculii, *l.3. hoc titulo*; non quidem profectitia, quæ omnino redeunt ad patrem, à quo profecta sunt, sed adventitia, reservato usufructu avo paterno, exceptis casibus quibus parenti nec ususfructus adventitiorum adquiritur, & ut quidam arbitrantur, etiam in castrensibus & quasi castrensibus pleno jure liberos suos heredes habet, si testatus non sit, ex *Novel.* 118. Post liberos vocantur fratres ex utroque parente conjuncti una cum matre si superstit, reservato usufructu patri: post hos, fratres ex uno parente, æque reservato usufructu patri, *l.4. l.6. §. sub hac & §. penult. hoc tit. l.ult. supr. com. de succ. l. ult. §.ult.sup.ad Tertull. l.de emancipatis sup.de leg. hered.* Et post hos omnes pater, non etiam avus paternus, licet defunctus in ejus potestate fuerit, solo usufructu reservato avo paterno, *l.3.* Post patrem, avus in cujus potestate est. At supradicta *Novel.* hunc ordinem sustulit, defuncto filiofam. sine liberis, patrem & matrem, & fratres jure hereditario admittens in bona ejus adventitia pro virilibus portionibus pleno jure, nullo reservato usufructu. Atque ita evenit, ut & si fratres superstites sint in potestate patris, virilis portionis eorum ususfructus non pertineat ad patrem, qui est unus casus quo bonorum adventitiorum, puta fraternorum, ususfructus non adquiritur patri. Sic vero etiam fit ut filiusfam. legitimum heredem in eis bonis habeat, qui non potest habere testamentarium, ut è contrario in castrensibus testamentarium, non legitimum. Quod ad partem illam tituli: Et eorum administratione, Bonorum adventitiorum quæ liberis adquiruntur, administratio pertinet ad parentem in cujus potestate sunt. Et administrationis partes eæ, exercere actiones consentiente filio, nisi absit vel fari non possit, *l. ult. §. ubi autem in unum*, exemplo tutorum, *l. 1. §. sufficit, ff. de adm. tut.* utque moris est absentibus jungi infantes, *l. 25. §. 1. ff. de fid. lib.* impendere laborem & sumptum in lites ex fructibus, mancipia alere & vestire, exigere debitores, solvere creditores, nomine filii vendere vel obligare res mobiles aut immobiles legatorum à filio relictorum, vel æris alieni maxime usurarii exsolvendi gratia. Nomine, inquam, filii, ut *l. ult. §. sin autem æs, & §. sin autem non habeat, & §. sed pater quidem*, non suo nomine, *l. 6. §. non autem.* Item res quæ oneri magis quam fructui, & pretium ex earum rerum venditione redactum insumere in rem filii, & usoras ex fructibus, vel de suo fœneratoribus solvere, quæ eis debentur ob pecuniam ab eo tardius solutam. Denique tueri res summa diligentia, *l. 1. sup. 1. prox.* Nam ut in procuratore, tutore, curatore, ita in quolibet administratore exigitur asperitas & diligentia magna. Martialis. *Sane certus & asper homo, Procuratorem vultu qui præferat ipso.* Sed non quæ ab aliis administratoribus exiguntur, & à patre desiderari verecundum est, non ut satisdet res salvas fore, non ut bona ejus pro officio administrationis tacito jure obligata sint, nisi secundis nuptiis occupaverit domum, quo casu non omnium quidem bonorum adventitiorum, sed eorum tantum nomine, quæ à matre vel à materno genere ad eum, vel ad filiumf. pervenerunt, bona ejus filio tacito jure oppignerata sunt, ut *l. 6. §. ult. h. t. l. si quis prioris, §. ult. sup. de sec. nupt.*

LXI. Enarratio.

MAriti vel uxoris] Quid vero soceri, aut socrus? idem profecto sentiendum arbitror. P. Fab.

In commune redigitur] ut cætera bona.

Quæ & sponsalia dicuntur] Vide titulum 111. lib. 5. in fine.

Nec voluntate patris] *L. tam is. 25. §. 1. ff. de donat. cau. mort.*

De patrefamilias loq.] Paterfamilias uti legassit, &c. vide sup. t. 22.

Imo non est hæc ratio, sed ea quam attuli libro 11. Semestr. cap. 23. testamentum esse actum legitimum, qui per alium fieri nequit, *l. nemo alieno, ff. de reg. jur.* nec nisi vera & certa silentia, *l. in totum omnia, eod. t.* Adde, testamentum esse voluntatis nostræ, non alienæ senententiam, *l. 1. ff. de testam.* velle autem non creditur alienæ subditus potestati, *l. velle, ff. de regul. jur.* P. Faber.

Et ut quidam arbitrantur] Cujacius ad *Nov.* 118. In peculium quoque castrense, vel quasi castrense filius lege succedit pleno jure. Alii in castrensibus, & quasi castrens. bonis, de quibus testamentum non fecit, negant habere legitimos heredes liberos suos. Vide Fulgosium heic num. 1.

Testamentar. non legitimum] Supra ibi, *eademque ratione.*

Solvere creditores] Ut creditorem absolvere in *l. & in contraria 37. ff. de usur.*

Martialis] Libro 5. 62. in Marianum.

Verecundum est] Sed quæ ab aliis administratoribus exiguntur, & à patre desiderari inverecundum est, puta ut satisdet res salvas fore, & rationes administrationis reddat, ut bona ejus, &c.

TIT. LXII. *De hereditatibus Decurionum, Naviculariorum, Cohortalium, Militum & Fabricensium.*

REdit ad hereditates patruumf. intestatorum, ut doceat deficientibus legitimis & honorariis successoribus, in hereditatem patrisf. intestati non continuo admitti fiscum ex lege Julia caducaria; sed præferri fisco quandoque ex Constitutionibus personas certas,

certas, corpora certa; ut moriente decurione intestato sine liberis, parentibus, agnatis, cognatis, uxore, ordo sive curia in qua is erat, ei succedit, excluso fisco, *l. 4. hoc t. l. unica, Cod. Theod. de bon. decur.* & similiter moricute naviculario, corpus naviculariorum ei succedit, excluso fisco, *l. 1. hoc tit.* quæ merito scripta est ad præfectum annonæ, quoniam sub cura, & dispositione ejus erat corpus naviculariorum, qui annonæ urbis serviunt, & idem cavetur *Novell.* Valentiniani *de naviculariis amnicis*. Item si quis eorum, qui in legione, aut vexillatione comitatensi, vel cuneo militabat, decesserit sine heredibus, ei succedit legio, aut cuneus, aut vexillatio in qua militabat, remoto fisco, *l. 2. hoc tit. l. 6. §. ejus qui, ff. de injust. rup.* & inde librarii caducorum in castris *l. ult. ff. de jur. im.* nec obstat *l. 2. ff. de vet. & mil. suc.* quoniam ex vicinitate legis primæ, & ex inscriptione, de milite tantum capite damnato, & bonis castrensibus accipienda est. Additur in *l. 3.* mortuo cohortali .i. officiali præsidis provinciæ sine heredibus, cohortales ejusdem provinciæ ei succedere, excluso fisco, qui peipetui quidem in provinciis, sed gregarii, & vulgares erant, & quod in Basil. vel Harmenopulo ex hac *l. 3.* Ἐὰν εὐτελὴς, &c. sic debuit converti, *si cohortalis*, non si vilis, tenuis, abjectus homo. Postremo *l. ult.* ostendit Fabricensi mortuo sine testamento, & sine herede legitimo, vel honorario corpus Fabricensium succedere, excluso fisco. Hi recipiebantur in Fabricis publicis ex nominatione totius corporis, quæ pro fide erat, adeo ut si quid gessisset Fabricensis, quem corpus nominasset in fraudem fisci eo nomine fisco teneretur. Et hi nominatores, creatores dicuntur in hac *l. ult.* ut jampridem ostendi esse legendum in *l. si quos, inf. de decur.* ut in Basil. *οἱ ἂν χειροτονηταὶ*, non creditores. His vero, qui hoc tit. recensentur corporibus, quæ fiscum excludunt, etiam adjungi oportet Ecclesiam, aut Monasterium, cui quis se devovit, si forte moriatur nullo herede relicto, *l. si quis presbyter. supr. de episc. & cl.* & arcam præfecti prætorio, mortuo præfectiano similiter, *l. 3. inf. de appar. præf. præt.* & consortes liberalitatis principalis, *l. 1. inf. si lib. Imp. soc.*

LXII. Enarratio.

Vel Harmenopulo] Libro 5. t. 8. §. 107.

Fabricensi] Fabricenses, qui arma fabricant in publicis Fabricis. *φαβρικήσιοι*, Cedreno pag. 568. edit. Reg. *φαβρικήσιοι*, in Basilicis.

Ex nominatione totius corporis] Fabricenses enim necesse habent in locum defuncti alium fubltitucre.

Quæ pro fide erat.] Pro fidejussione erat.

Eo nomine fisco teneretur] Et ita reipub. ratione manebit indemnis, & Fabricenses sociorum suorum solatiis fruentur, qui damnis tenentur obnoxii, *d. l. ult.* in qua rectius legi videtur, *tenentur*, ut in Basil. *κατέχονται*.



CODICIS



CODICIS JUSTINIANI LIBER SEPTIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE VINDICTA ET APUD CONSILIUM MANUMISSIONE.

Vide lib. 1. *Institut. tit.* 5. *&* 6. *& lib.* 40. *ff. tit.* 1. *&* 2.



T cohæreat hic liber cum superiore, & tractatus qui initio ejus instituitur de libertatibus, facile intelligemus, si repetamus lectione memoriave ea, quæ ante nobis tradita sunt. Cœpit Codex à jure facto, ac deinde de jure publico nobis exposuit partes juris civilis variaque officia magistratuum, & quo ordine apud eos ageretur, & quorum interventu patrociniove, tum à tit. 28. libri 3. de actionibus tractatum inchoavit, qui quidem jus omne complectitur, & propositis variis actionibus tam in rem, quam etiam in personam, quæ ex contractu, vel ex quasi contractu B nascuntur, veluti tutelæ administratione, aut aditione hereditatis testamentariæ, aut legitimæ, modo parat initio hujus libri tractare de præjudicialibus actionibus in quibus quæstio vertitur de statu hominum, puta liber quis sit, an servus, ingenuus, an libertinus. Idcirco de manumissionibus dicere instituit, quibus ex servis homines liberi, & cives Romani fiunt, & liberi libertini, non liberi ingenui: hi nascuntur: illi fiunt, *l.* 8. *tit.* 14. Et quia manumissio, vel fit inter vivos, vel causa mortis, ab ea incipit hoc titulo, quæ fit inter vivos. Ea vero fit vindicta apud magistratum, qui tribunali præest, *l.* 5. *§. ult. l.* 2. *inf. tit.* 15. veluti Prætorem aut Consulem in urbe, & in provinciis apud Præsidem, aut Proconsu- C lem, *l.* 2. *ff. de off. proc. l.* 1. *de off. conf. l. laudabilem, §. pen. sup. de adv. div. jud. l. si rogatus, ff. de man. vind.* vel in consilio principis, *l. ult. hoc tit. l.* 2. *sup. de libert. & cor. lib.* & in antiqua inscriptione: PRISCUS MANUMISSUS AD CONSILIUM PROCURATORIO NOMINE APUD DOMITIANUM IMP. vel apud magistratus municipales, quibus ut ait l. ult. hujusmodi jus competit .i. qui legis actionem habent, licet tribunal non habeant, cum & de plano expediri manumissio possit. Paulus 2. *Sen. tit.* 25. Apud magistratus municipales si habeant legis actionem, eman-

A cipari, & manumitti potest. Unde apparet manumissionem vindicta legis actionem fuisse, ut *l. ult. inf. de his, qui à non dom. man. sunt*, idcirco nec iteratur, *l.* 2. *hoc tit.* nec fit per procuratorem, *l.* 3. nisi remedio mancipationis, aut traditionis ante procuratori factæ, ut in legibus adductis ab Accursio in *dict. l.* 3. At causa manumissionis probari potest per procuratorem, *l. etiam §. absens, ff. eodem.* Et per filium quoque familias pater manumittere suos servos potest, maxime si mutus puta, vel surdus, solemnia manumissionis vindicta exequi non possit, quia ipsemet pater manumittere videtur, *l. si quis hac lege, §.* 1. *ff. qui à quib. man. l. matrimonii, C. de rit. nupt.* Potestas patris, vel domini unius personæ intellectum inducit in patre & filiofamil. in domino & servo, *l. si Pamphilo, ff. de opt. leg.* & contra manumissio dividit personas, ut eleganter Theophilus ait in *§. an servo Inst. de legat.* Nec tamen eadem ratione per servum dominus vindicta manumittere potest: quia servi illegitima aut nulla persona est apud prætorem vel præsidem, etiam adhibita domini voluntate: filiif. & legitima cum jussu aut voluntate patris: & ita donatio à filiof. facta jussu aut voluntate patris, ab ipso patre facta intelligitur, *l.* 9. *§. pen. ff. de donat.* Non est autem necesse prætorem apud quem fit manumissio, cogere consilium. Nam & sine consilio de plano facta manumissio valet, modo is, qui manumittit, sit major 20. an. & qui manumittitur major 30. ut Ulp. declarat libro Regularum, alioquin consilio opus est & probatione causæ, quæ tamen semel probata, & libertate jam competente, frustra dicitur falsa, *l.* 1. *hoc tit. l.* 9. *ff. eod.* In consilium in provinciis adhibentur 20. recuperatores, in urbe quinque Senatores, & quinque equites Romani, Prætore residente in medio, qui locus semper fuit & in convivio, & in incessu, & in consessu, in honore præcipuo. Sexto igitur loco. Cicero pro Cluentio: *Quid est Q. Naso cui tu in hoc sexto loco sedeas?* Vin-

dictæ

dictæ nomen deduci à Vindice Vitelliorum servo, qui prior cum libertate, & civitatem Romanam accepit, fateor, & tribui virgulæ, quam dominus, aut lictor vice domini imponit capiti servi manumittendi, & inde Claudianus: *Deductum Vindice morem lex celebrat* .i. lege agitur in manumittendis servis viodicta. Ab eodem quoque vindiciæ nomen (sic legi in vet. T. Livio) tractum est, quo significatur addictio, & apprehensio possessionis. At cum impositio vindictæ in usu esse desierit, & adhibitio lictoris, & verba solemnia domioi, *l. ego*, *l. manumissio*, *D. eod.* & circumductiones servi, & salapittæ, *l. ult. inf. de em. lib.* & potuerit etiam manumissioni vindicta lex adjici, ut manumissus fieret Latinus, *l. unica*, *§. illo proculdubio*, *infra tit.* 6. recte dicam merito io *l. actus, ff. de reg. jur.* ioter actus legitimos non numerari manumissionem.

I. Enarratio.

VEluti Prætore] De Prætore Varro 5. de LL. *Necesse est aliquo eorum (do, dico, addico) uti verbo cum lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit, aut quem manumisit, ille nihilominus est liber, sed vitio.*

Hujusmodi jus competit] Quibus legis actio data est, quibus id concessum est, ut etiam ait Fulgosius: puta lege, vel Senatosconsulto, vel à principe, ut in *l. muto 6. §. 2. ff. de tutel.*

Cum & de plano] *L. non est 7. ff. de manumiss. vind.*

Idcirco nec iteratur] Atqui manumissio, quæ actus est legitimus, iteratur tamen: unde si quis maoumissus, etiam vindicta, intra ann. tamen 30. libertatem Latinam acceperit, quia non potuit Romanam, iteratione fiet civis Romanus, teste Ulp. in *Fragm.* Institut. tit. 2. Notavi nonnibil ad leg. Nemo alieno, & *l. actus legit. de reg. jur.* P. Faber.

Nec fit per procuratorem] Quia nemo alieno nomine lege agere potest, *l. nemo 123. D. de reg. jur.*

Maxime si mutus] *L. surdi 10. D. eod.*

Ut Ulp. declarat libro Regul.] *Tit. 1. §. eadem lege, & §. seq.*

Frustra dicatur falsa l. 1. hoc tit.] Non solet status in dubium vocari, si dicantur falsa demonstratione liberati, ut est io *d. l. 1.* id est, *ἀπὸ πλαστῆς αἰτίας*, ut vertunt Basilica: nec enim causa manumittendi cohæret manumissioni, sicut nec causa legandi legato, *l. cum tale 72. §. falsam causam*, *D. de condit. & demonstrat.* Fulgosius heic, quem vide.

XX. Recuperatores] Vide Theophilum *Institutionis 1. tit. 6. §. 4.*

Prætore resid. in medio, qui locus semper fuit &c.] Dico ad *tit. de Atil. tut.* Gelasius Cyzicenus in Act. Concilii Nicæni cap. 8. *ἐξ ἐνστάσης τῆς προθεσμίας εἰς μέσον καθίσας ὁ βασιλεύς*, &c. *cumque dies statutus venisset, in medio consedit Imperator.* Salust. in Jugurt. *Ne medius ex tribus, quod apud Numidas bonori ducitur, Jugurtha foret.*

Vindiciæ nomen] V. quæ dixi iu comment. ad Instit. tit. 5. libri 1.

Claudianus] 4. de consulatu Honorii.

Iu veteri T. Livio] Libro 2. capite 5. ubi tamen editio castigatissima 5. c. & doctissimi Joannis Frederici Gronovii, *vindicta* retinet.

At cum impositio, &c.] Hoc non obstare quo minus sit actus legitimus maoumissio docui cap. 24. lib. 2. Sem. P. Faber.

Circumductiones] Seneca in epistola 8. *Philosophiæ servias oportet ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subjecit, & tradidit, statim circumagitur.* Appianus 4. civil. *τὸν δὲ πιστότατον τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν*: *Fidelissimum servum dextera prehensum circumegit, ut mos est Romanis in servis suis liberandis.*

A Salapittæ] Glossæ Philoxeni: *Salapitta ῥάπισμα.* Schol. Pers. sat. 5. *Quos manumittebant, eos alapa percussos circumagebant*, id est, *ῥαπίσματι*.

Non numerari manumiss.] Atqui non omnes ibi actus legitimi enumerautur: nos enim alios complures judicabimus cap. 23. & 24. lib. 2. Semestr. & vide, quæ scripsi ad *l. actus l. 77.* ubi his argumentis respondeo. P. Faber.

TIT. II. *De testamentaria manumissione.*

Vide tit. 4. ff. eodem lib.

B CAusa mortis fit maoumissio, quæ fit testamento: hæc relinquitur, illa imponitur, *l. 1. §. pen. inf. de com. ser. man.* & hæc, aut fit jure directo, aut jure fideicommissi: directa, de qua est hic titulus, ex 12. tab. proficiscitur, fideicommissariam tuetur prætor: & rursus directa non potest relinqui codicillis non confirmatis, fideicommissaria potest, *l. libertates*, *ff. eodem.* Item directa libertas testamento relicta à minore xx. ann. noo valet; fideicommissaria valet, si justam manumittendi causam habuerit, quam & si inter vivos servum manumisisset, approbaturus consilio erat, *l. 5. tit. 4. l. 4. supra de test. mil. l. 4. §. item si minor. de fid. lib.* Et directa servis tantum propriis relioquitur. l. 9. fideicommissaria etiam alienis, *l. 6. tit. 4.* & pure directis verbis manumissus, nullo jure impediente, libertus est Orcinus, *l. 10.* C per fideicommissum manumissus libertus est ejus à quo manumissus est, *l. 7. tit. 4.* Et sub condicione, vel in diem directo manumissus, est statuliber, per speciem fideicommissi quasi statuliber. Et in directa libertate fraus creditorum æstimatur ex eventu, & consilio; & fideicommissaria ex eventu solo, quia illa datur proprie, hæc petitur, & etiamsi consilium fraudandi absit, præstari non debet, nisi deducto ære alieno, ut *inf. tit. 11. & l. 4. §. si quis autem*, *ff. de fid. lib.* Quæ autem directa libertas semel competit adita hereditate ab extraneo, vel suo herede existente statim à morte testatoris, non revocatur, etiamsi postea heres per in integrum restitutionem abstinuerit hereditate, *l. 3. hoc titulo l. sciendum*, *ff. eodem, l. 4. §. quid ergo*, *ff. de fid. lib.* etiam si postea ei, qui prior petiit bona sibi addici libertatum conser- D vandarum causa, & hereditatem adivit, bona abstrahantur ab alio, qui creditoribus & manumissis meliorem conditionem offerat, *l. ultim. in fin. h. tit.* etiamsi heredi, qui semel ex testamento adivit, postea legitimus heres evincat hereditatem perlusorio judicio, quod *l. 12.* ait esse ex Constitutione D. Pii, cujus etiam fit mentio in *l. à sententia*, *& l. si perlusorio*, *ff. de appell.* Nibil est quod difficilius revocetur quam libertas. Quamobrem nec olim testamento data adimi potuit. At si ideo non adeatur bereditas, neque ex testamento, neque ab intestato, quod nimis ex ære alieno laboret, libertatum relictarum conservandarum gratia simul atque famæ defuncti, quæ laboraret si nomine ejus bona distraherentur, licet servo testamento manumisso satisdationem offerre creditoribus pecuniæ debitæ, vel partis, prout inter eum E & illos convenerit, & polliceri manumissis libertates, atque ita hereditatem & libertates obtinere, fisco excluso, ex Constitutione D. Marci, de qua in *l. 6. & ultim. hoc tit.* in qua & Oratio dicitur, ut plane videatur, & SC. fuisse confirmata. Idem licet offerre cuilibet extraneo libero homini, & sic eam hereditatem adire. Imo & servo non manumisso, cui si bona addicantur, protinus heres aut tanquam heres & liber erit. Nec enim potest heres esse domini, aut bonorum possessor sine libertate, & bi omnes admittuntur intra annum, etiam si res non sit integra ex sententia Ulpiani comprobata à Justiniano, & contra Constitutionem D. Severi, quæ non caret exemplis *l. ult. sup. de rep. her. l. quod si minor*, *§. Scævola, ff. de minor.*

minor. In his vero, quæ ex *l. ult.* resultant nova & inopinata, hæc sunt, ut adire velut ex testamento possit qui scriptus testamento non est, ut competat velut ex testamento libertas ei cui testamento libertas relicta non est, & ut manumissi testamento, quibus non placet sibi libertatem conservari remedio Constitutionis D. Marci, inviti liberi non fiant, & Cives Romani: alias enim civitas Romana datur invito, ne spernatur dignitas tantæ civitatis, quam alii magno redimunt, & impetrant ægre. Nec ineleganter Leo *Nov.* 102. duplex beneficium accipere eum, qui cogitur beneficium accipere.

II. Enarratio.

EX 12. tabul. profic.] Ulpian. *tit.* 1. *§. ut testamento.*

Fideicommissi tuetur Prætor] De quo Cujacius §. 1. *Inst. de fideicommiss. heredit.* & ad Ulpian. *t.* 25. *§. fideicommissa.*

A min. 20. non valet] Hodie valet, Nov. 112. c. 11.

Libertus est Orcinus] Vide Cujacium ad §. 2. *Inst. de singul. reb. per fideic. rel.*

Quasi statuliber] Nec enim sunt statuliberi, qui per fideicommissum manumittuntur, vel in diem. Vide Cujacii Parat. *ff. de statul.* & Observ. 15. 5.

Bona abstrahantur ab alio] Cujacius in *d. l. ult. §. legit, abstrahantur*, ut habent quidam codices. In veteri tamen Menagii legitur, *distrahantur*.

Nec olim testam. adimi pot.] *si peculium* 10. *§. ult. ff. de manum. testam.*

Cui si bona addicantur] Vide Cujac. ad *t. de eo cui libert. cau. Inst.*

Ut adire velut ex testamento] Ut quilibet extraneus liber homo, & servus non manumissus.

Ut competat velut ex testam.] Servo non manumisso, cui si bona addicantur, protinus heres, aut tanquam heres & liber erit.

Liberi non fiant] *d. l. ult. §. sin vero quidam.*

TIT. III. *De lege Fusia Caninia tollenda.*

Vide t. 7. libri 1. Inst.

HIc titulus pertinet etiam ad relictas testamento libertates jure directo, quibus lex Fusia Caninia certum modum imposuit Augusti temporibus, quem & manumittendi modum terminasse Suetonius scribit, puta ut ne quis universam familiam suam manumitteret, qui tamen vindicta universam manumittere potuit; quia quo liberaliores sunt, qui moriuntur, quam qui vivunt, eo magis veluti freno, quodam coercendi sunt, ne rem suam omnem perdant, & suis heredibus parum, aut nihil relinquant. Cæteras manumissiones satis coercet naturalis hominum parsimonia & egestatis metus. Ad fideicommissarias autem libertates lex Caninia potest videri non pertinere, quia heredibus eæ non auferunt totum servum, quatenus jura patronatus heredum sunt. Verum legis Caniniæ modum in danda fideicommissaria libertate testatorem servare video in *l.* 22. *§.* 5. *ff. de fid. lib.* & quæ inscripta est ad legem Caniniam, *l. si quis, ff. de cond. & dem.* de libertate fideicommissaria loqui, ut vere dici possit, quod communis esset lex Caninia superiori & sequenti titulo, positam eam fuisse in confinio utriusque. Hanc intellexit Plautus in Querulo, dum ait Ad legem Portiam, Caniniam, Furiam, Fusiam, & *l. pen. Cod. Th. de Judæis*, eum loquitur de legitimo numero manumittendorum. Quod si quis supra eum numerum servos manumittat, ut fit ex lege Ælia Sentia, qui primi nominati sunt usque ad legitimum numerum, soli perveniunt ad libertatem; vel si omnes in orbe tereti scribantur, & in ejus area, liberi sunto, nulli competit libertas, auctore Gajo, quia non apparet, quis primus sit, aut imus; propterea quod, ut Plato ait in Timæo: quodcunque est σφαιροειδὲς τόπον ποιὰ κάτω ἢ ἄνω οὐκ ἔχει. Hoc vero caput legis Caniniæ tollit Justinianus in hoc titulo, non totam legem Caniniam: nam ex ea illud remanet, ut libertates servis testamento nominatim dentur.

III. Enarratio.

CErtum modum imposuit] Ut est in *tit. de lege Fus. subl. Inst.*

Suetonius scribit] Augusti capite 40.

Plauti Querulo] Hæc comœdia falso Plauti nomen præfert.

Auctore Gajo] Instit. lib. 1. t. 11.

Quia non apparet, quis primus] Ocellus Lucanus de natura universi: ἄνος δὲ (κύκλος) πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διὸ καὶ ἄναρχος, καὶ ἀτελεύτητος. Arnobius 4. advers. Gent. *Quidquid enim teres est, atque ex omni parte rotunditatis connexione conclusum, nullum habet initium, nullum finem.*

Nominatim dentur] Nam lex Caninia cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur, Ulp. *t.* 1. *§. ult. & §. incertis, Instit. de lega.*

TIT. IV. *De fideicommissariis libertatibus.*

Vide tit. 5. lib. 40. ff.

NOn tantum directæ libertates testamento, vel codicillis relinqui possunt, sed etiam fideicommissariæ, .i. quæ verbis precariis relinquuntur, dummodo tamen, ut ait *l.* 16. *ff. eod.* ea verba sint vulgaria, id est, vulgo accepta pro precariis, & quibus voluntas testatoris exprimatur, qualia sunt peto, rogo, volo, mando, fideicommitto, quale non est verbum commendo, *l.* 12. *hoc t.* quia non satis exprimit fideicommissum aut preces, & arbitrium permittit potius quam preces adhibet, quæ in testamentis necessitati permistæ sunt: & quod ait, *l.* 12. *ff. eod.* his verbis, Illos servos tibi commendo ne cui alii serviant, fideicommissam libertatem relictam videri, etiam detracto verbo commendo: idem esset, *l. 9. l.* 10. *l. rogo. l. generaliter, §. si pretium, ff. eod.* Nihil igitur potest, nihil adjicit, nihil efficit in eam rem commendo verbum. Porro directæ libertates statim ab adita hereditate, vel si necessarius heres sit, à morte testatoris, ipso jure competunt, veluti testamento sine ullo facto aut voluntate heredis, non tamen sine herede: nam ab heredibus relinquuntur, & ut legare ab herede dicimus, ita manumittere. Quintil. Decl. 388. *Hunc etiam à filio manumisit:* & post mortem heredis olim inutiliter relinquebantur. Fideicommissariæ autem libertates præstantur ab herede, vel legatario, vel fideicommissario, qui rogatus est servum defuncti, aut suum, aut alienum manumittere, nec sine illius manumissione is servus ex judicio defuncti fieri liber potest, *l.* 11. *hoc tit.* nisi latitet, ut ait, vel absit, non justa ex causa: quo casu contra latitantem & absentem interposito decreto .i. si causa cognita prætor, vel præses pronuntiaverit libertatem deberi, continuo fit liber, & libertus Orcinus, si servus defuncti fuerit ex Senatusconsulto Rubriano: Si heredis, qui rogatus est, libertus heredis ex Senatusconsulto Junciano. Quod dixi de latitante vel absente, idem obtinet ex Constitutione Justiniani in eo, qui neque latitat, neque abest si moram faciat libertati, nimirum ut ex sententia prætoris vel præsidis eripiatur in libertatem, & fiat libertus Orcinus, *l.* 15. *hoc titulo.* Et moram facit, qui petitam suo tempore libertatem non præstat, *l.* 4. hoc titulo si sit relicta majori 25. an. nam minori mora fit ex die quo peti potuit, majori ex die quo petita est, *l. cum vero, §. apparet, ff. eod.* nec dies interpellat pro homine, nisi in pœna-

pœnalibus causis. Cætera quæ sunt in hoc titulo, vel in Observationibus, exposui, vel facilia perceptu sunt: & hoc unum modo addidisse satis erit quod *l.* 10. objicitur *l.* 8. *tit. seq.* ita discriminari, quod sit in *l.* 10. expressa certa dies, in *l.* 8. non item; sed casus nuptiarum tantum, sive dies nuptiarum, qui cum sit incertus, condicionem facit.

IV. Enarratio.

EA verba sint vulgaria] Græci ad *d. l.* 16. *ὥστε τὰ εὐκαθῆ ῥήματα, καὶ δι' ὧν φανερῶς ἡ βούλησις τοῦ διαθεμένου φανεροῦται καταλιμπάνεσθαι τὰς παρθηκαρικὰς ἐλευθερίας*: ita tamen ut verbis usitatis, & quibus evidenter voluntas testatoris ostendatur, libertates fideicommissæ relinquantur.

Et arbitrium permittit potius] *L. Thais* 41. *§. Lucius Titius* 5. *ff. eod.*

Commendo verbum] Thalelæus ad *d.l.*12. *h.t.* *εἰ μὴ δείκνυται, ὅτι ἐλεύθερον αὐτὸν ἠθέλησε γενέσθαι*: *nisi probetur eam fuisse voluntatem defuncti, ut liber fieret.*

Statim ab adita hereditate] *l. testamento* 23. *& l. testamento* 25. *ff. de manum. test. l. nam cum libertas* 8. *ff. qui. di. leg. ced. & l. directis* 10. *sup. de testam.*

Et post mortem heredis] Ulpianus *titul.* 1. *§. post mortem.*

Ex Senatusconsulto Rubriano, &c.] *l. cum vero* 26. *§. subventum, & l. si eum servum* 28. *§. si quis servum, ff. eod. l.* 4. *hoc tit.*

Nisi in pœnalibus causis] Vide Cujacium ad *leg. trajectitiæ* 23. *ff. de obligat. & act.* tractatu 7. ad Africanum.

In Observationibus] Libro 18. 5. & 20.

TIT. V. *De dedititia libertate tollenda.*

Vide tit. 5. *lib.* 1. *Inst.*

DE fideicommissaria libertate hoc etiam legimus in *l.* 43. *ff. eod.* fideicommissariam libertatem testamento, vel codicillis relictam, quæ utique censetur esse relicta optimo jure, *l. generaliter, §. hostium, ff. eod.* nisi additum sit, ut Latinus fieret, *§.* illo proculdubio tit. seq. non deberi ei, quem dominus postea in ergastulo vinxit pœnæ causa, nimirum quia, ex lege Ælia Sentia ad civitatem Romanam pervenire non potest, qui à domino vinctus est pœnæ causa, vel qui compunctus est notis, qui stigmatias, & subverbustus dicitur, vel qui propter noxam tortus, nocensque inventus est, vel datus ad ferrum, aut bestias, vel conjectus in publicam custodiam, sed quoquomodò manumissus sit, neque Civis sit, neque Latinus; sed deditiorum numero habetur, auctore Ulpiano *tit.* 1. & Theophilo *tit.* 5. *lib.* 1. ideoque ad legem Æliam Sentiam scribens Ulpianus definit quis dicatur vinctus, *l. verum, ff. de verb. signific.* quæ nisi coangustetur ad caput illud legis Æliæ Sentiæ, pugnabit cum *l. succurritur, ff. ex quibus causis major.* Lata fuit ea lex auctore Augusto, sicut lex Fusia Caninia, ut Suetonius aperte demonstrat. Et illi deditiorum numero, quod eodem jure, & condicione essent, qua peregrini, qui se, & sua victi dedidissent in deditionem Populi Romani, qui parum aberant à servis, & infami nomine Deditii vocabantur. Certe deteriore conditione Deditii ex lege Ælia Sentia sunt, quam Latini ex l. Julia Norbana, quia nec commercium habent, nec cum eis testamenti factio est, nec ullam spem habent adipiscensiæ civitatis Romanæ: Latini eam poterant adipisci variis modis, quos refert Ulpianus *lib. Regul.* & inter cæteros uno relato in *l.* 1. *Cod. eod. de rap. virg.* At caput illud legis Æliæ Sentiæ abrogat hic titulus, quod etiam in usu esse desierat.

V. Enarratio.

QUi stigmatias] *στιγματίας*; servus compunctus notis: est enim *στιγμὴ* nota.

Et subverbustus] Tertullianus de pallio capite 4. *Passivitas offeri libertinos in equestribus, subverbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis.*

Ut Suetonius] Augusti capite 40.

Deditii vocabantur] Glossæ: *dedititii, οἱ μετὰ τὸ ἀμφιθῆναι, τῇ τῶν νενικηκότων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες.* Glossæ Isidori: *Si barbarus dedat se Romanis, dedititius is est* v. eundem Originum libro 9. cap. 4. Tertullianus 1. ad nation. cap. 17. *Et dedititius Admeti, &c.* Q. Curtius lib. 7. cap. ult. *Multitudo deditiorum, &c.* Sic habent libri quidam, ut notatur in variis lectionibus, Nescio an Cujacius scripserit deditii, ut solet verbis inusitatis, & desitis uti: cujusmodi est exhereditare, quo utitur titul. seq. an operarum mendum sit, pro dedititii.

TIT. VI. *De Latina libertate tollenda; & per certos modos in Civitatem Romanam transfusa.*

Vide dict. tit. 5. *Instit.*

HIc autem titulus abrogat legem Juniam Norbanam, quæ etiam Augusto auctore lata fuit, & manumissos inter amicos, per epistolam, aut honorem mensæ liberos fecit, qui ante liberi non erant, ut eodem jure essent, quo erant olim Latini colonarii, qui tamen tempore latæ legis Juniæ Norbanæ civitate Romana donati erant, & conditio Latinorum Junianorum hæc, ut viverent quasi liberi morerentur quasi servi, *§. ult. Instit. de suc. lib. l.* 8. *Cod. Theod. de lib. cau. l.* 1. *Cod. Theod. de pet. hered.* quod & ex Salviani Episcopi scriptis comprobavi Observat. 4. ut simili forma dicitur, Latinum invito, aut ignorante domino à Principe donatum civitate Romana ex edicto Trajani vivere ut Civem, mori ut Latinum, *d. §. ult.* quod beneficium Principis non debeat ad alienam injuriam pertinere, & libertinum donatum à Principe jure aureorum annulorum, vivere ut ingenuum, mori ut libertinum, *l.* 3. *ff. de bon. lib.* Latini igitur ex lege Junia moriuntur ut servi, quia bona eorum manumissores, aut liberi eorum, non capite minuti, *l.* 1. *Cod. Th. de pet. hered.* & non exheredati à parente, jure peculii occupant, & ex SC. Largiano, si liberi à patre instituti sint, adjectis coheredibus extraneis, in bonis Latinorum libertorum patris præferuntur coheredibus extraneis, *d. §. ult.* Verum ut Latinos colonarios receptos in civitatem lex Julia sustulit, ita & hæc Constitutio Justiniani Latinos Junianos: qua ratione Latinitatis nomen quod in Cod. Theod. erat, Tribonianus mutavit in libertatis, *l. pen. inf. tit.* 13. Ait autem certos modos, quia non omnes modi Latinitatis transfusi sunt in civitatem Romanam, non qui per mensam, non qui fraudandorum creditorum causa, de quo Ulpianus in *reliquis Regularum*. Per mensam notandum maxime quod Papianus exigit tit. 44. Contestationem, Causa Latinitatis servum adhiberi convivio.

VI. Enarratio.

OBservat. 4.] Capite 5.

Ad alienam injuriam pert.] *L.* 2. *§. merito, ff. ne quid in loco pub.*

Exheredati à parente] Salvianus libro 3. contra avaritiam: *Seipsos exhereditavere viventes.*

Constitutio Justiniani] Qui quocunque modo legitime manumittuntur, cives Romani intelliguntur. Sic constitutionem breviter perstringunt Basilica. In princ. ejusdem constitutionis recte legitur in veteri Menagii: *quapropter, &c. titubat.*

In Reliquis Regularum] Post collationem Licinii Rufini.

Papianus] Qui editus una cum codice Theod.

TIT. VII. *De communi servo manumisso.*

Vide lib. 2. Instit. tit. 7. §. ult.

HOc etiam titolo Justinianus abrogat jus vetus, quod obtinuit servo communi manumisso ab uno ex dominis. Et servus quidem communis apud unumquemque dominum partim proprius, partim alienus est, *l. 2. h. t.* adeo ut ei legatom & hereditas possit reliuqui, cum libertate ut proprio, & sine libertate ut alieno, *l. 3. in pr. l. 6. §. pen. ff. de her. inst.* & Ulp. *lib. Reg. tit.* 22. & possit etiam idem alii legari per damnationem aut vindicationem. Sed an etiam ab uno ex dominis manumitti possit vindicta, aut testamento, dubitabatur, quia ut alienus non potest ab eo directo manumitti. Et placebat olim unum ex dominis, manumittendo servum communem, partem suam amittere, eamque socio adcrescere, auctore Ulp. *tit.* 1. *Reg.* & Paulo 4. *Sent.* ut proprietarium proprietatem manumittendo servum invito fructuario. Ab uno igitur ex dominis manumissus non fiebat liber. Post vero paulatim res eo processit, ut tandem sublato illo jure adcrescendi, Justinianus favore libertatis statueret servom protinus liberum fieri, quem unus ex dominis directo manumisisset; sed præstari debere partis suæ pretium alteri domino non manumissori, ita ut is cogatur vendere partem suam manumisso, vel manumissori, vel heredi manumissoris. Nam & ex Constitutione Severi, ut in *l. 1.* Martianum retulisse scribit in Institutionibus (sic legendum, non, in Constitutionibus) milite testamento manumittente servum communem, heres ejus cogitur redimere partem socii, ut effectum habeat manumissio mitioris domini. Imo & pagano manumittente, cogitur non manumissor manumissori vendere partem suam, pretio constituto arbitrio prætoris ex alia Constitutione Severi & Antonini. Idemque Sex. Ælium (*) antiquum interpretem 12. tab. refert scripsisse ex Ulp. 6. & Pauli 3. fideicommissorum, & notis Marcelli ad Digesta Juliani, & ejus notæ partem, ut scio misceri Juliani scriptis Marcelli notas, Marcelli nomine suppresso, opinor esse in *l. si servus, ff. de vulg. subst.* illo loco, *Quod si neque à patre, &c.* Est & hæc Marcelli sententia in *l. domino, D. de SC. Sillan.* (**) Verum ad extremum Justinianus id constituit, quod dixi supra, quod videtur Tribonianus etiam traduxisse ad speciem *l. fideic. duobus, ff. de lib. cau.* ut quod libertas dividi non possit, *l. alieno, §. 1. ff. de lib.* magis ad se integram libertatem trahat, quam retineat hominem in servitute. Hodie igitur si unus ex sociis cum libertate servo communi hereditatem aut legatum relinquat, hereditas & legatum pertinet ad servum ut liberum, olim socio, qui non manumisit, adquirebatur, auctore Paulo 3. *Sent.*

VII. Enarratio.

ALii legari per damnat.] Ut alienus: nam res alienæ per damnationem relinqui poterant: Ulp. *tit.* 24. *§. per damnationem.*

Aut vindicationem] Ut proprius: nam per vindicationem res testatoris tantum legari poterant, Ulp. *d. tit.* 24. *§. per vindicationem, & §. seq.*

IV. Sententiarum] Titulo 12.

Non in constitutionibus] In veteri Menagii legitur; *constitutionibus.*

Idemque Sextum Ælium] In eodem Menagii codice legitur, Cæcilius: quam lectionem probat Cujacius Observationum 8. 25. & Antonius Muretus ad tit. de Orig. jur. heic autem vulgatam sequitur Cujacius.

Auctore Paul. 3. Sent.] *Tit. 6. §. communi.*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 11.*

(**) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 42.*

TIT. VIII. *De servo pignori dato manumisso.*

JAm à titulo superiore cœpit tractare de his, qui manumittendo servum suum, liberum eum non faciunt: nam ante Justinianum unus ex dominis servum communem manumittendo vindicta aut testamento eum non perducebat ad libertatem. Cui additur hoc titulo debitor, qui servum specialiter pignori datum, vel obligatum manumittit: nam etsi solvendo sit, manumissio non valet facta invito creditore, *l. 3. ff. de manum. l. 1. h. t.* quæ conjungenda est cum *l. 1. inf. de remis. pig.* & valet tamen manumissio servi dotalis, aut comparati ex pecunia dotali, *l. ult. h. t.* si fiat à marito locuplete etiam invita uxore: quia lex Julia prohibuit alienationem fundi dotalis, non manumissionem servi: si à non locuplete, libertati obstat lex Ælia Sentia, *l. servum dotalem, ff. de manum.* Quod vero dixi de debitore, ut nec si locuples & solvendo sit, servum pigneratum manumittere possit & civem Romanum facere, pugnat cum *l. 1. sup. de nec. her. & l. generaliter, ff. qui & à quib. man.* & cum eo quod Ulp. in reliquis Regularum scribit his verbis: *Servum pignori datum Civem Romanum facere debitor potest* (sic legendum) *nisi si solvendo non sit.* Obstat enim libertati lex Ælia Sentia, quæ vetat fraudandorum creditorum causa manumissum Civem Romanum fieri: & placet ratio *l. generaliter,* quia pleno jure debitoris est, ut *l. 11. sup. de act. empt.* id. ex jure Quiritium. At hoc sic excipi volo, Si creditori satisfiat, vel satis offeratur: alioquin nec manumisso à domino locuplete libertas competit, *l. 1. h. t. & d. l. 3.* & ita invenio recte Græcos ad *l. generaliter, §. si quis servo, ff. de fid. lib.* supplere hæc verba soluto tamen debito.

VIII. Enarratio.

UNus ex dominis] Vide *§. ult. Instit. de donation.*

Qui servum specialiter pign. dat.] Generalis hypotheca manumissionem non impedit, *l. 3. h. t.*

Invito creditore] Nam cosentiente creditore, recte manumittitur, *l. 4.*

In reliquis Regularum] In Fragmento post Licinii Rufini collat. LL. Roman.

Servum pignori datum] Generaliter scilicet, non specialiter, ut in *l. generaliter, ff. qui & à quibus manum.* P. Faber.

Civem Romanum fieri] Imo non modo civem effici, sed vel ad aliquam libertatem pervenire: alioqui non occurreretur fraudi, nec subveniretur creditoribus, & facit *d. lex general. §. ult.* in verbo, *nullam.* Idem.

Id est, ex jure Quiritium] Minime vero heic ad jus Quiritium respexit (quamquam hoc quoque habere debuit in servo, qui eum vellet ad civitatem Romanam perducere ut est apud Ulpianum in Fragmentis) Sed eo potius, quod cum sub certa lege nostrum sit, ut Seneca loquitur de Beneficiis, non plene, non perfecte sit tamen: etenim id non videtur perfecte nostrum esse, quod ex casu auferri potest, ut regula juris continetur: unde nec pefecte, quis habet (licet plenum jus quandoque habeat, ut in *d. l. gener. §. ult.*) nisi eam rem, quæ permansura est, nec auferri potest. Illa vero auferri potest, quæ specialiter obligata est pignori: non soluta enim pecunia jus suum creditor persequi potest. Ergo servus specialiter oppigneratus pleno jure debitoris non est: tantum abest ut ejus perfecte sit: & quamvis alienari possit cum sua causa, manumitti tamen interea non potest, ut scilicet libertas statim competat: fieret enim creditori injoria, cum in homine libero pignus consistere non possit, in alienato

nato

nato à debitore possit. Quod alii non tradunt, ego attigi ad finem cap.21. libri 2. Semestrium, & ad *l. omnes §.non videtur, ff. de reg. jur.* & ad *d. l.11. de action. emp.* P.Faber.

Soluto tamen debito] διαλυομένου τοῦ χρέους, 48. Basilic. tit.4.

TIT. IX. *De servis reip. manumittendis.*

SErvos Reip. vocat servos Pop. Romani vel alterius civitatis qui ante *l.penult. infr. de tabul.* deputati erant ut servirent tabulario civitatis & rationibus, tabulis chartisque publicis, ut recte *l.3. h.tit.* significat tabulariam administrationem esse actum servilem, quem tamen & liber homo volens genere possit salva libertate, & confirmat Livius 43. his verbis: *Censores signatis tabellis publicis, clauso tabulario & dimissis servis publicis, negarunt se quidquam publici negotii gesturos.* Sed & actis Senatus intervenisse eos Capitolinus indicat in Gordianis, dum in tacito S. C. faciendo nec scribas ait, nec servos publicos intervenisse. Utebantur etiam servis publicis singuli cives, licet singulorum servi non essent, ut qui per se stipulari non poterant propter ætatem, nec per liberum hominem, vetante regula juris, nec per servum proprium quem non habebant, stipularentur per publicum quod in rem suam esset, *l.non aliter, ff. de adopt. l.2. ff. Rem pup. sal. fore, l.3. infr. de postl. & redempt.* Legi etiam apud Ulpianum in 11. Olynthiacam Demosthenis, Athenis fuisse servos publicos, literarum peritos, qui proficiscentes in bellum Imperatores & quæstores sequerentur ad conficiendas rationes impensarum, ut bello finito in reddendis rationibus quæstio haberi ex eis posset; quia non poterant cives torqueri, & forte comperta fraude tum ut ageretur in Imperatores & quæstores proinde atque in servos. Servus publicus Pop. Romani habuit proprium jus testamenti faciendi pro parte dimidia peculii, ut Ulpianus scribit *lib. Reg. tit. 20.* At, ut de servorum publicorum manumissionibus dicamus, hos olim Resp. manumittere poterat, ut vel Varro indicat libro 7. de ling. Lat. Sed non faciebat cives Romanos. Post ex lege Vettii cives Romanos. Sic legendum in *l.3.* Fuit Vettiorum familia Romæ, ut Vettium Rufinum legimus *l.1. sup.de bon.mat.* & Vettium Atticum, & Vettium Valentem, & Vettium Priscum, & Vettium Chilonem, cujus nomen Taciti historiarum primo in Betuichilonem deerrarat, & alium in Orat. pro M. Cœlio, & L. Vettium, qui detexit conjurationem Catilinæ apud Dionem. Cum vero ea lex pertineret tantum ad urbem & municipia Italiæ, deinde porrecta est etiam ad municipia provinciarum, ut ait *l.3.* ex Senatosconsulto facto Juventio Celso 11. & Neratio Marcello Jurisconsultis Coss. cujus Consulatus fit etiam mentio in *l.2. in fin. ff. de orig. ju.* ubi Neratius Priscus dicitur, & in *l.3.* Neratius Marcellus, recte, quia familia ejus Marcellorum fuit, & Marcellum æque Jurisconsultum habuit fratrem, *l.12.§. idem respondit. domo, ff. de instr. & instr. leg.* Sic vero lex Attilia de tutoribus dandis, quod in urbe tantum locum haberet, l. Julia & Titia porrecta est ad provincias, ut in *Instit. tit. de Attil. tut.* & lex Julia de cessione bonorum, quæ in urbe tantum locum habuit, Constitutionibus porrecta est ad provincias, *l.4. infr. qui bon. ced. poss.* & auctore Macrobio, lex Fannia, qua sola urbs tenebatur, lege Didia porrecta est in totam Italiam. Forma autem manumittendi servos publicos in provinciis cauta fuit legibus municipalibus, & Constitutionibus Principum, plerumque ut manumitterentur decreto ordinis, & consentiente præside provinciæ, & in locum manumissi subdito vicario, *l.1. & 2.hoc titulo l.1.infr. ne quis lib. invit. act. ger.cog. l.3.ff. de man. quæ ser. ad univers. pert.* qua servata, perveniebant ad civitatem Romanam, nec in servitutem publicam reduci poterant, ob id solum, quod sua sponte tabulario civitatis postea servissent, vel alium actum pro civitate gessissent, nullo alio justo titulo præcedente, *l.6. infr. de ing. man. l.3. hoc titulo,* quæ conjungenda est cum *l.1. sup. de jur. aur. anul.*

IX. ENARRATIO.

TItulo 20.] *§.ult.*

Apud Dionem] Et Suetonium Julii cap.17. Item T. Vettium Aquilinum legimus apud Gruterum 1082. 17. Vettium Agorium 310.1.

Auctore Macrobio] Saturn.lib.2.cap.13.

TIT. X. *De his qui à non dominis manumittuntur.*

IN hoc titulo ostenditur servo alieno libertatem directo dari inutiliter, invito domino, ut *l.9. supr. de test. man.* Servi alieni venditio obligationem constituit inter emptorem & venditorem, manumissio nullam; ideoque non valet manumissio, licet postea manumissor domino heres extiterit, *l.si servo, ff. qui & à quibus man.* venditio valet, *l.si quis alienam, ff. de act. emp.* Conservatur tamen libertas quæ data est servo alieno, si dominus contentus sit pretio servi, *l.1. hoc titulo.* Sed & si pater consentiente filio manumiserit servum castrensem filii minoris 20. an nulla manumissio est, non quod sit alienus tamen, sed quod sit manumissus contra legem Æliam Sentiam, *l. penult.* nam in majore aliud dicerem, quia filius ipse videtur manumittere, ut contra pater filio jussu patris manumittente servum patris. At si proprietario, aut debitori manumittenti consentiat min.20. an.qui in servo jus utendi fruendi, vel jus pignoris habet, valet manumissio, quia servus minoris non manumittitur, *l.2. l.si pater §.ult. ff. de man. vind.* Addam dominum in hoc titulo accipi pro pleno domino: quia nec fructuarius solus servum utiliter manumittit, nec proprietarius, *l.9.supr. de usufr.& hab. l.4.h.t.* Sed manumissus à nudo proprietario servus erat sine domino, ut servus habitus pro derelicto, *l.quemadmodum, §.1. ff.de nox. act.* At ex *l.1.infr.tit.15.*manumissus à proprietario fit liber, & libertus proprietarii, & est in servitute fructuarii: manumissus à fructuario, servus est proprietarii, & in libertate potestateque sua quandiu durat ususfructus.

X. ENARRATIO.

LEge 1.hoc titulo] In qua dele τὸ, *vel* auctore Basilico, & veteri Menagii.

Servum Castrensem filii min.] Filii familias igitur, & non recte igitur Basilica speciem ponunt in filiis emancipatis, quasi filiusfamilias omnimodo servum proprium habere non possit.

Nam in majore] Idem scribunt Joannes Faber heic, Odofredus & Fulgosius.

Servus erat sine domino] Ulp. *tit.1.§.servus, l.1.infr. tit.15.* vide ibidem.

Et est in servitute fructuarii] Quasi servus est fructuarii.

TIT. XI. *Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittantur.*

JAm à titulo 7. cœpit tractare de his, qui servos suos alienosve, vel olim manumittere non potuerunt, vel hodie non possunt. Et in hoc titulo nunc addit, etiam servos principis non posse manumittere vicarios, sive peculiares servos suos, *l.2.* quamvis eorum sint quodammodo domini, *l. si servus meus, ff. de pecul.* quod in servis privatorum multo magis obtinet, etiamsi liberam habeant peculii administrationem: nam servis principum videbatur hoc posse dari præcipuum, ut & de peculio suo eis Leonis *Novel.38.* dedit testamenti factionem. At inter vivos, nec per se, nec per

per interpositam personam, veluti imaginarium emptorem, servos peculii sui manumittere possunt, sicut minor 20. an. qui per se non potest servum manumittere ex lege Ælia Sentia, nec per interpositam personam id quoque potest ex Senatusconsulto, *l.* 4. & prævalet hoc casu lex Ælia Constitutioni Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum. Longe enim abest à mente legum, ut aliæ aliis fraudem faciant. Aliud est caput legis Æliæ Sentiæ, de quo etiam in hoc titulo agitur, ut libertates datæ in fraudem creditorum, vel patronorum ipso jure nullæ sint, etiamsi debitori vel liberto homo dives heres extiterit, *l.* 5. *sup. tit.* 2. & 5. & 18. *ff. qui & à quibus man.* Revocari dicuntur in l. 1. *hujus tituli*, hoc est revocari ipso jure. Alienationes revocantur beneficio actionis, quo vix possent revocari libertates, si valerent ab initio. At si is, qui servum emit à debitore, qui erat solvendo, cum manumiserit, lex Ælia Sentia locum non habet, quia debitori nihil abest; & hæc est sententia *l.* 5. *hujus tituli*, in qua pro emptori legendum venditori, ut in Basil. τῷ πράτῃ. Eadem quoque lex non habet locum in fideicommissariis libertatibus, sed in directis tantum, *l.* 1. & *ult*, quia fideicommissariis satis obstat regula juris, quæ vult fideicommissa omnia præstari post deductionem æris alieni. Illud etiam hic titulus ostendit, libertates dari frustra à domino servo suo, vel à principe servo alieno, ex acclamatione populi cui forte placuerit actor fabulæ quidam, *l.* 3. quam legem etiam Athenis fuisse Æschines testis est contra Ctesiphontem, *μήτε οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ.* Frustra etiam dari à tutore servo pupilli sui, licet debeatur, *l. pen.* in qua recte Thalelæus articulum, Nec, esse construendum cum verbo, Debitam, non cum verbo, Fideicommissariam, ne hoc videatur dicere, Nec directam, nec fideicommissariam libertatem tutorem posse præstare, quod ineptum dictum est, propterea quod directa libertas non præstatur.

XI. Enarratio.

ETiam servos principis] Thalelæus ad *l.* 2. *hoc titulo* notat Imperatorem servos eos vocare, qui servilis conditionis sunt, non eos, qui subjecti sunt imperio: *τοὺς κατὰ τύχην δούλους ἐκάλεσεν ὁ βασιλεὺς, οὐχὶ τοὺς τῇ βασιλείᾳ ὑποκειμένους*: nam & populi subjecti servi dicuntur. Vide Hugonem Grotium de jure Belli, & Pac. libro 1. cap. 3. num. 11. & Annotata.

Ex Senatusconsulto, l. 4.] In qua Ræuardus pro Senatusconsulto legebat, sine consilio, contra veterum librorum auctoritatem: & Basilica, imo & *τὰ κατὰ πόδας*, veterem lectionem retinent.

Beneficio actionis] Paulianæ.

Ut in Basilicis] Libro 48. titulo 7. capite 36. in Glossis.

Quia fideicommissariis satis obstat reg. jur.] At eadem & directis obstat, ut omnibus legatis. quæ non aliter præstantur, quam si bona ferant, quæ non intelliguntur, nisi deducto ære alieno. Nisi quis existimet adeo magnum fuisse favorem libertatis, ut ea licet in fraudem creditorum data, olim competeret ante legem Æliam Sentiam, quæ hoc vetuit. P. Faber.

In qua recte Thalelæus] *d. tit.* 7. *cap. penult.*

TIT. XII. *Qui non possunt ad libertatem pervenire.*

DIxit de his, qui manumittere non possunt; nunc vero dicit de his qui manumitti non possunt, *i.* qui apud dominos perpetuam servitutem colunt, Quales sunt damnati in vincula perpetua ob maleficium aliquod. Nam damnati in temporaria vincula, finito tempore pœnæ, perduci ad libertatem possunt. Et hæc est sententia *l.* 1. quæ Divis fratribus tribuitur à Papiniano in *l. fratres*, *ff. de pœnis*, unde in inscriptione l. 1. ita videtur esse legendum, Imperatores Antoninus & Verus AA. vel ut in quibusdam libris Imp. Antoninus A. suppresso nomine fratris, ut fit alias sæpe, & in subscriptione, Dat. 16. Kal. Jul. ipsis Antonino & Vero AA. Coss. Unde quem patrem suum Imperator dicit, *l.* 1. is est Antoninus Pius, non quem perperam subjecerunt, Claudius. Et hoc quoque notandum est ex *l.* 1. servum in perpetua vel temporaria vincula damnatum non fieri servum pœnæ, sed in dominio & potestate ejus remanere, cujus fuit antequam damnaretur, ut *l. aut damnum in fi. ff. de pœnis.* Huic vero in *l.* 2. adjungitur servus testatoris, vel heredis, quem testator in testamento suo pœnæ causa manumitti vetuit. Nam & hic in servitute perpetua moratur, ut nec si subjiciatur emptor aliquis fiduciarius, qui eum redimat ipsius servi nummis interposita manumittendi fide, ab eo manumitti possit, *l.* 4. *§. in illis*, *ff. de manumiss.* Et his quoque addamus eum, qui in perpetuam servitutem venit, & qui à præfecto urbi, vel præside provinciæ in perpetuam servitutem damnatus est, & eum qui exportandus veniit.

XII. Enarratio.

ET hæc est sententia l. 1.] Et ita etiam explicant Basilica libro 48. tit. 17.

Claudius] In veteri Menagii sic legitur: *Cum Divus pater meus*: & ita τὸ κατὰ πόδας: *Cum pater meus constit.*

Ut nec si subjiciatur emptor] Thalelæus heic notat, si non sit emptor suppositus, posse eum servum emere, & manumittere.

Qui exportandus veniit] Vide ad titulum 55. lib. 4.

TIT. XIII. *Pro quibus causis servi pro præmio accipiunt libertatem.*

HIc titulus superiori addit exceptionem, ut qui in servitutem perpetuam addicti sunt, quandoque publice manumittantur pro præmio indicii, ut ex Senatusconsulto Sillaniano, si necem domini indicaverint, l. 3. *§. si ex stipulatu & §. it quoque*, *ff. ad Sill.* si raptum virginis, cujus ultionem forte parentes remiserant, l. 3. *hoc tit.* qua ex re deportatione plectuntur ex lege Constantini & Justiniani, nec crimen extinguitur, ut non pateat aliis accusatio criminis, licet inter raptorem & parentes transactio vel pactio rata sit, *l.* 5. *§. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* & hæc una est differentia raptus ab adulterio. Nam de adulterio pactio & inter convenientes irrita est. Itemque hoc lege Julia de adulteriis vindicatur, & quinquennio finitur, illud lege Julia de vi publica, & est perpetuum. Item si indicaverit desertorem militiæ, *l.* 4. quæ conjungenda est, cum *l.* 1. *inf. de desert.* si reum falsæ monetæ, *l.* 2. *hoc titulo*, quæ conjungenda est cum *l.* 1. *inf. de fal. mon.* & his tribus postremis casibus pretium servi domino reddi ex ærario oportet, & quarto, *l.* 1. *inf. de mul. quæ se pro. ser. junx.* ut Livii 24. servorum manumissorum à Ti. Sempronio, quorum opera prospere pugnaverat contra Pœnos ad Beneventum, pretia tribuni mensarii dominis reddunt. & 32. duobus servis ex Senatusconsulto manumissis ob detectam conjurationem servorum de solvendis Carthaginiensibus obsidibus, pretia eorum dominis ex ærario redduntur; & Plato quoque XI. de legibus hanc legem condit. *δοῦλος δὲ ἂν ᾖ ὁ μηνύσας, ἐλεύθερος ὑπὸ τῆς πόλεως ὀρθῶς γίγνοιτο ἀποδιδούσης τῷ δεσπότῃ τὴν τιμήν*: & alio loco: *ἐὰν δὲ δοῦλος μηνύσῃ, ἐλεύθερος ἔστω, τὸ δημόσιον ὑπὲρ αὐτοῦ τιμὴν τῷ κεκτημένῳ καταβαλλέτω.* Non idem fiet in casu *l.* 1. nec in casu *l. unica sup. ne Christ. man. & Non de his qui Eunuchos faciunt.*

XIII. Enarratio.

UT qui in servitutem perp. addicti sunt] Ex sententia præsidis: *ἐκ τῆς ἀποφάσεως τοῦ ἄρχοντος*, Græci

Pro

Pro præmio judicii] Et ita legendum censet Cujac. A in *l. 1. hoc titulo*, ut in Basilicis: *ὁ δοῦλος καταμηνύσας φόνον τοῦ δεσπότου: servus qui domini cædem indicaverit*. Thalelæus tamen ibi utitur verbo ἐκδικεῖν, quod est *vindicare*. Sed & in veteri codice Menagii legitur. *vindicant*.

Si raptum virginis] Si ergo rapta fuerit alia mulier non est locus constitutioni. Thalelæus: *ἐὰν εἰς ἄλλην γυναῖκα εἴη ἁρπαγὴ, οὐ χώρει τῇ διατάξει.*

Parentes remiserant] In *l. 3.* legitur, *aut pactione transmissum*: Basilica: *ἁρπαγὴν συγχωρηθεῖσαν, raptum remissum.*

Ex lege Constantini & Justiniani] *l. 1. Cod. eodem de rapt. virgin. & l. un. inf. eod. tit.*

Et hæc una est diff. rapt. ab ad.] De raptu inter convenientes pactio irrita non est, quia crimen sanguinarium B est. De adulterio pactio rata non est.

Quinquennio finitur] Quinquennio continuo perimitur, *l. 1. §. accusationem, ff. ad Senat. Turp. l. miles 11. §. 4. ff. ad leg. Jul. de adult.*

Et est perpetuum] *d. l. 5. §. ult.*

Si reum falsæ monetæ] Extraneum: nam si dominum detulerint, pretium eorum recipere non potest. Thalelæus.

TIT. XIV. *De ingenuis manumissis.*

IN hoc titulo agitur de ingenuis hominibus, qui manumittuntur, ut servi ab iis, qui existimant, vel fingunt se esse dominos, quæ res libertinos non facit, nec officit quidquam ingenuitati eorum, ut filiusfam. solvendæ patriæ potestatis causa ex imaginaria servitu- C te à patre manumittatur, vel debitor obæratus ex nexu, vel alius homo ingenuus ex non justa servitute. Justa est servitus vernæ, & captivi, & majoris 20. annis, qui se ignoranti venundari passus est, pretii participandi causa, vel damnati in metallum, vel retracti in servitutem ex causa ingratitudinis. Non justa capti bello civili, *l. quis, §. ultim. ff. de cap. & postl. l. 4. hoc titulo*, Non justa infantis expositi, quem educator retinet, ut servum, ob sumptus educationis, *l. 2. hoc titulo, l. 3. infr. de inf. exp.* Non justa, aut non justum servitutis argumentum, si ingenuus exhibeat officia, vel ministeria servilia, etiamsi diutissimè sciens, vel ignarus status sui scienti, vel ignoranti ita servierit, quia liberos homines usucapio, vel diutissima possessio servos non facit, l. 2. & *6.* ac neque mutatio nominis, l. 10. ac D neque professio, vel conventio, *l. 6.* 10. 15. 22. 24. 30. 36. 39. *infr. de lib. cau. l. conventi, ff. eodem*, neque venditio, aut in dotem datio, vel in sponsalia, *l. 12. l. ultim. h. t. l. 5 2. & 16. infr. de lib. cau. l. 2. sup. ubi de cri. ag. opor.* neque proclamatio in ingenuitatem in qua libertinus superatus sit, quia non videtur renunciasse libertinitati, in qua est, qui de ingenuitate agit, *l. pen. hoc titulo*, non conductitiæ aut mercenariæ operæ, *l. 11.* Qui ex justa servitute manumittuntur, libertini sunt. Qui ex non justa vel imaginaria, vel ex nexu, ingenui manent, & ingenui sunt, qui ex ingenuis vel libertinis nascuntur, ut *l. 9. hoc titulo, l. 11. supr. de op. lib.* vel qui consistente adversus eos justo & vero contradictore, qui strenuo nisu se adsereret patronum aut dominum, ingenui pronuntiati sunt, *l. 1. & 3. hoc tit.* vel qui natalibus à E principe restituti sunt, & hodie ex *Nov.* 78. manumissi omnes salvo jure patronatus. Nam absurdum non est ingenuum habere patronum, cum & clientes ingenui patronos habeant: atque ita sublata est conditio libertinorum, ut non mirum si & paulatim pene sublata conditio servitutis fuerit, maxime tot legibus, & Constitutionibus, & Philosophia ipsa favori libertatis semper, & ubique studentibus.

XIV. Enarratio.

EX imag. serv.] Vide Cujacium ad tit. 5. libro 1. Instit.

Obæratus ex nexu] Nexi & addicti serviebant creditoribus, donec solvissent, sed servi non erant: nam recepta libertate non erant libertini, sed ingenui. Item servus invito domino libertatem non consequitur: addictus solvendo citra voluntatem domini consequitur. Quintilianus libro 7. cap. 3. Quintilianus alter declamat. 311. *Aut intervenit ea conditio, ut servire debeat, donec solverit. Hoc ipsum servi non est, habere in sua potestate, quando desinat servire. Fingite enim, judices, aut oblatam esse ab illo pecuniam, &c.*

Ex non justa servit.] Vide Cujacium ad *§. 1. de ingen. Instiut.*

Vernæ] Verna *οἰκογενής*, dominatus.

Scienti vel ignoranti ita servierit] Constitutio loquitur de sciente, quia preces oblatæ principi de eo, qui conditionem sciebat, loquebantur: sed idem obtinet in nesciente, Thalelæus.

Aut mercenariæ] Vide, quæ dixi ad *§. 2. Instit. de usu & habit.*

Qui strenuo nisu] Ut in *l. 1. supr. tit. prox.* id est, non lusorie, non perfusorie.

Tot legibus & constit.] *L. 1. in fin. inf. tit. prox.*

TIT. XV. *Communia de manumissionibus.*

IN Basil. *κοινὰ περὶ ἐλευθεριῶν*. Possim dicere *κοινὰ & καινά*, quia omnes, quæ hoc in titulo proponuntur, sunt Justiniani Constitutiones novæ, quæ jus vetus abrogant; sed & communes sunt omnes omni generi manumissionum, sive fiant vindicta, sive in Ecclesia de quibus l. 1. tit. 13. & in Concilio Africano 1. sive testamento, vel codicillis, directo, aut per fideicommissum, sive alio legitimo modo, quales multi relati sunt tit. 6. ac primum valde novum est quod proponitur initio *l. 1.* ut servus manumissus à proprietario, sit liber, & tamen fructuario serviat, sicut mercenarius, & obæratus est liber, & servit tamen: & contra, ut manumissus à fructuario sit servus, nec tamen prætor eum servire permittebat. Quod plane indicat quantum referat servire aliquem, an servum esse dicamus. Jure veteri manumissus à proprietario non veniebat ad libertatem; sed servus remanebat sine domino, manumissio facta à fructuario nullius momenti erat, ut dixi tit. 10. Est etiam illud valde novum in *§. ultim.* ut pater & mater per filium aut filiam, sive in potestate sit, sive emancipatus, vel emancipata servos suos manumittere possit, itemque avus, vel avia per nepotem, aut neptem ex filio, vel filia, & sic deinceps, ut sicut in successionibus ab intestato, vel ex testamento, nulla etiam in manumissionibus sit inter liberos differentia potestatis, sexus, aut gradus. Jure veteri pater per filiumf. potuit manumittere servum suum, *l. si quis hac lege, §. 1. ff. qui & à quibus man. l. matrimonii, de rit. nupt. l. si consentiente, l. nepos, de manum. l. si pater, l. pater, l. surdi, de man. vind. l. filiusf. de jn. patron.* quia vinculum potestatis facit ut una intelligatur esse persona patris & filiifam. non per filium emancipatum, ut & hoc loco Thalelæus notat, & similiter avus per nepotem ex filio, *d. l. nepos*, non per nepotem ex filia, qui familiam ejus non sequitur, eademque ratione, nec mater per filium, ut Paulus scribit 1. *Sent. tit. de judicato*. Forte nec filiaf. jussu patris, quia superiores leges de filio tantum loquuntur, non de filia. Est & aliud novum jus in *l. 2.* ut servus minor 30. annorum ad civitatem Romanam pervenire possit. Jure veteri, i. ex lege Ælia Sentia Latinus fieri poterat, quibus modis Latinitas contingebat. Civis Romanus, puta vindicta manumissus, non item, nisi apud consilium causa probata fuisset; & ideo secundum jus vetus ita accipienda est, *l. pen. ff. de manumiss.* ut infantibus competat libertas, causa probata, vel Latina, non legitima. Sine consilio vindicta manumissus, servus manebat. Testamento autem manumissus Latinus fiebat, & uno tantum casu Civis Ro-

Romanus, si solus à domino; qui solvendo non erat A liber, & heres esse jussus esset, auctore Ulpiano *libro Reg. tit.* 1. & hinc causa libertati testamento datæ minori 30. an. apponendæ conditionis: Cum ad 30. an. pervenerit, *l. ult. ff. de rebus dub. l. Aristo, de manum. test. l. si quis ita, §. ult. de statulib. l. ex parte, §. Sticho, fam. erc.* In eo, qui censu manumittebatur, quod genus manumissionis, quia desierat esse in usu, ut tit. 1. Reg. Ulp. articulus, Olim, indicat, ideo nihil de eo, Justinianus scriptum reliquit in corpore juris; in eo, inquam, etiam requirebatur ætas 30. ann. ut in reliquis Reg. Ulpiani legi his verbis: Et qui censu manumittitur, si 3. ann. habeat, civitate Romana potitur, quod & Theophilus confirmat in *§. ult. Inst. de libertin.* Illud etiam est novum, quod ait *l.* 3. ancillam, quam quis solam in concubinatu habuit, & liberos ex ea procreatos, ipso jure liberos fieri morte, & silentio viri, & patris naturalis, ejusdemque domini; quod & ante retulit *l.* 4. *de bon. lib.* jure veteri remanebant servi, & heredem defuncti sequebantur. B

XV. Enarratio.

Sicut mercenar. & obæratus] De quibus tit. prox. supra.

Inter amicos] Ulpianus in Fragmento Regularum post Licinium Rufinum.

Vel à peregrino] Plinius libro 10. epist. 22.

Nec tamen Prætor. eum serv. permitt.] Græcus interpres d. Fragmenti: παρεγινοντο δὲ, inquit, οἱ στρατηγοὶ καὶ οὐκ ἠφίεσαν ἐλευθερωθέντα δουλεύειν, *interveniebant prætores, nec permittebant manumissum servire.* C

Servire aliq. an servum esse] Vide notas Cujacii ad *§.* 1. *Institut. de ingen.* & quæ ibi diximus.

Non veniebat ad libertatem] Justinianus ait, *libertatem cadere*. Sic habent libri veteres, & τὸ κατὰ πόδας τῆς ἐλευθερίας πεσεῖν, Thal. τουτέστιν ἀπόλλυσθαι, *interire*.

Ut & hoc loco Thalelæus notat] Cujus verba hæc sunt: οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, ὅτι διὰ μὲν υἱοῦ ἐπεξούσιον ἐλευθεροῦν ὁ πατὴρ, διὰ δὲ ἐμαγκιπάτου, οὐκ ἐλευθεροῖ: *Veteres dicebant, per filium quidem in potestate constitutum patrem manumittere, non etiam per emancipatum*, Basilic. libro 48. tit. 19.

Latinus fieri poterat] Ulp. *tit.* 1. *§. eadem lege*.

Ut in reliquis Regul. Ulp.] In *d. Fragm.* D

Quam quis solam] *Omnibus etenim uxores habentibus, concubinas, vel liberas, vel ancillas habere, nec antiqua jura, nec nostra concedunt*. Sic legendum in *l. ult. in fine hoc tit.* tam ex libris antiquis, quam ex Basilicis. Gallicus interpres codicis, *ne franchet, ne servet*.

TIT. XVI. *De liberali causa.*

Adhuc quæ dicta sunt veluti præludia quædam sunt, aut præparationes ad hunc titulum, & sequentes aliquot, in quibus agitur de præjudicialibus actionibus, quibus quis, vel ex servitute in libertatem petitur ingenuam, aut libertinam, vel ex libertate in servitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem, quæ liberales causæ dicuntur. & cognitiones, quia principem, aut illustres, vel spectabiles judices requirunt: E & præjudicia, ut recte Thalelæus notat in hæc verba, *l.* 21. *hoc titulo*, simile habere præjudicium, Omnem causam status præjudicium appellari. Et præjudicia ideo, quod judiciis liberalibus graviora nulla esse possint, ut merito obstent cæteris litibus futuris, vel de alimentis, vel de operis, vel de obsequiis, vel de rei vindicatione, vel de hereditate, vel de crimine, ut inf. tit. 19. eisque præjudicium faciant, non etiam ipsæ patiantur per eas, si forte præcesserint, *l.* 2. *hoc titulo*: Præcipuæ leges hujus tituli sunt *l.* 14. *&* 21. de quibus scripsi Observ. 15. 2.

XVI. Enarratio.

Et cognitiones] Cognoscunt Prætor liberalis; Consules, aut Proconsules:

Omnem causam status] πάντας τοὺς περὶ τύχης ἀγῶνας, *præjudicia καλοῦνται*.

Vel de crimine] Vide Cujacium ad *§. præjudiciales* 13. *Instit. de Action.*

Observat. 18.] Cap. 23.

TIT. XVII. *De assertione tollenda.*

Manu assertio, ut manumissio, dicitur defensio ejus, qui controversiam patitur, quæ olim in causa liberali necessaria fuit, sive ex servitute quis in libertatem, sive ex libertate in servitutem peteretur, *l.* 1. *Cod. Theod. de lib. cau.* quia non potuit cujus status vocabatur in dubium, ea de re per se agere, nec nisi per adsertorem, ne forte, ut Thalelæus notat in *l.* 1. hujus tituli, & Theophilus in titulo de iis, per quos ag. poss. servus ageret in dominum, quod vix unquam licet ordinario jure; qua de causa, & interim liberi loco erat in omnibus aliis actionibus instituendis adversus eum, qui se dominum dicebat, *l. ordinata, ff. de lib. cau.* Et licet petitio in servitutem iterari non possit, *l.* 4. *&* 27. *sup. tit. prox.* adsertio tamen in libertatem iterabatur bis terque, ut est scriptum in *l. t.* aut ter quaterque, quod tamen fiebat persusive, & dicis causa, & inde proclamationi in libertatem nomen. Namque sæpius idem iterare, & frequentare, proclamare, est reclamare, *l. ult. tit.* 19. *& l. t. §. si servus, ff. de adq. poss.* inde etiam ἀναφορᾶς nomen *Nov.* 142. & antiquam hanc de adsertionibus legem etiam firmasse D. Marcum Capitolinus auctor est. Hodie ex *l.* 1. *hujus tituli* in causa liberali non est necessarius adsertor, qui pro eo agat, qui servus dicitur, cujus etiam perquisitio olim diu trahebat liberale judicium; sed ipse per se causam agit, cui fit controversia status, aut per procuratorem si ex libertate in servitutem petatur, non etiam si ex servitute in libertatem, quia servus præsumitur esse, qui in possessione servitutis, & servus ad litem habere procuratorem non potest. Hoc autem distat procurator ab adsertore; quod adsertor suo periculo causam agit, & satis præstat judicio sisti, & res salvas fore, quas tenet is, qui servus dicitur, *l.* 1. *&* 2. *Cod. Theod. de lib. cau.* & si deseruerit causam, quam utique etiam mortuo homine, quo de agitur, nec deserere debet propter evictionis causam, *l. si tibi, infra de evict. l.* 2. *hoc tit.* tenetur pœnali actione: Quod prodeo dæ libertatis causa factum est, auctore Paulo *V. Sent. tit.* 1. Procurator litigat periculo domini .i. mandatoris, & non cavet judicio sisti, vel rem salvam fore, & si litem deserat, non tenetur pœnali actione, sed mandati tantum in id quod interest. Et olim nullo casu potuit, quis causam status sui agere per procuratorem, quia nec per se. At is, qui se dominum dicit, etiam per procuratorem litigare potuit, qui modo caveret de rato, sive ex possessione servitutis ageretur, sive libertatis, quia, ut edicto cautum est, quod ad cautionem de rato attinet, utroque casu, quasi procurator actoris habetur, *l. non solum, §. si status, ff. de proc.* Etiam Justinianus non vult hodie liberale judicium iterari, sublatis adsertionibus persusoriis, quibus etiam recuperatores, qui olim de liberali causa cognoscebant jussu magistratuum. Domitianus Imperator, ut Suetonius scribit, identidem admonuit, ne se accommodarent, id est, ne eas admitterent, vel audirent, quæ dicis causa instituerentur, non strenua opera: Nam retractario liberalis causæ sublata non est, veluti ex Oratione Marci, *l.* 1. *ff. ne de sta. def.* Ac deinde non vult etiam peculium bonave ejus, qui de suo statu litigat, sequestro deponi, si ex libertate petatur in servitutem; sed si ex servitute

vitute proclamet in libertatem, quod est intelligendum secundum *l. 3. tit. citimi seq. & l. ult. tit. de in seq.* Et quod de contumacia ait ejus, qui servus dicitur, observandum est simul, & de perjurio ejusdem esse, ut & Alciatus notavit; nec mirum si servus pronuncietur, cui nihil curæ fides habita, & religio fuit, etiamsi forte servus non sit, cum tamen in omnibus causis etiam contumax, si bonam causam habuerit vincat: & singularis igitur hac in re est *l. 1.* ob causam perjurii, ut *l. si quis major*, sup. de transact.

XVII. Enarratio.

Sive ex servitute] Suetonius de illustrib. grammaticis cap. 1. *Petitur puer in libertatem*. Priscianus libro 18. *Assertio tam à servitute in libertatem, quam à libertate in servitium trahi significat.*

Servus ageret in dominum] *ἵνα μὴ ἐγερθῇ δοῦλος δικαζόμενος πρὸς τὸν ἴδιον δεσπότην.*

Aut ter quaterque] In Herveti codice, *ἢ δευτέρα ἢ τρίτη, bis terque.* Assertionis secundæ meminit Quintilianus 5. 2.

Et apud Martialem cocum] Lib. 1. 53. Lampridius in Alexandro Severo: *ut Martialis coci epigramma declarat*, quanquam veteres membranæ non agnoscunt vocem coci; & ita tamen citatur à Joanne Saresberiensi in Policratico, & Blondo Flavio in Umbria illustrata, & ipso Cujac. Obs. 27. 1.

Sublatis assertionibus perfusor.] Quæ dicis tantum causa instituerentur.

Ut Suetonius scribit] Domitiani cap. 28.

Non strenua opera] Non strenuo nisu, ut dictum titulo 14.

Sequestro deponi] In tuto collocari, *l. un. §. super peculio, hoc tit. ἐν ἀσφαλεῖ ἀποτίθεσθαι*, apud sequestrum deponi, *ἀποτίθεσθαι παρὰ μεσίτῃ τινί*, Basilica in *l. 3. tit. seq.*

TIT. XVIII. *Quibus ad libertatem proclamare non licet, & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur.*

Ad primam partem tituli pertinet *l. 1. & 2.* ut proclamatio in libertatem, & ingenuitatem denegetur ei, qui major cum esset 20. an. cum pacto participationis pretii se venalem præbuit bonæ fidei emptori, quod est ex SC. *l. 3. ff. eod.* & forte Claudiano, ut innuit inscriptio *l. ult. eod.* & adeo verum est, ut & manumissus non recipiat pristinam ingenuitatem, *l. homo, ff. de sta. hom.* & miles quoque ob illam ignaviam capite puniatur, *l. quædam, ff. de pœnis*, & indignus etiam auxilio prætoris fideicommissarii sit, qui in ipso articulo obtinendæ debitæ libertatis fideicommissariæ venum iit, ut participaret pretium, *l. 4. in fin. ff. eod.* Sola participatio pretii impedit proclamationem ad libertatem. Nam si pretium non participaverit, etiamsi sciens prudensque simulata servitute se venundari passus sit, fit quidem servus; sed non est indignus libertate, si ad eam proclamare velit, *l. 5. supra de lib. caus.* verum ex causa doli emptori, quem decepit, tenetur actione prætoria in duplum intra annum, & venditor quoque eidem emptori tenetur in duplum ex stipulatione, *l. 18. 20. 21. 22. ff. eod.* Quod si non denegatur in libertatem proclamatio scienti vendito, ut servo, sine pacto participationis pretii, & multo minus donato, vel pignerato, vel in dotem dato, ubi nullum intervenit pretium, ut alias docui esse legendum in *l. si usumfr. §. 1. ff. eod.* Nam quod *l. 16. supra. eod.* ait, te nesciente, id ex facto proposito est, non quod nescientia ejus, qui se in dotem dari patitur, necessaria sit, ut in *l. 6. sup. de ing. man.* quod ait, scientis etiam, Thalelæus ex facto esse ait. Item ut proclamatio in libertatem denegetur his, qui ex latronum familia, hoc est secta, & factione profecti, forte capti sunt, & pro præmio dati captori; ut servi ejus sint, largitione principis: Nam & præmio servum fieri, *l. pen. Cod. Theod. de liber. cau. vel ad Senatusconsultum Claud.* probat. Vel iidem si forte facti sint servi fisci auctoritate fiscali, reclamare ad libertatem non possunt. Alias vero ut captus à latrone non fit servus, ita nec latro ipse si capiatur, sine auctoritate fisci, vel principis. Ad secundam partem tituli pertinet *l. 3.* de qua satis diximus tit. superiore.

XVIII. Enarratio.

In ipso articulo] Claudianus Mamertus de statu animæ lib. 1. cap. 1. *Si eandem in articulo reposcas*, id est, Statim. Sic in l. 3. sup. *de offic. comit. rer. privat. & in Nov. Majoriani de bon. cad.*

Non quod nescientia] Claudianus Mamertus de statu animæ lib. 1. cap. 11. *Pro una, quam polliceris scientia, multorum nescientias attulisse.* Utitur, & libro 3. cap. 2. & 11. Cicero inscientiam dixit 1. de offic. & alibi, & Arnobius 2. adversus Gentes.

Debitæ libertatis fideicommissariæ] *d. l. 1.* Thalelæus notat eum cui fideicommissa libertas debetur, quasi ex mora liberum factum videri, & ex venditione in servitutem redigi.

Etiam Thalelæus] Notavi ibidem.

TIT. XIX. *De ordine cognitionum.*

Titulus 8. libri 3. de ordine judiciorum, est de omnibus judiciis. Hic vero est de judiciis tantum liberalibus, quorum hæc jure ordinario prærogativa est, ut solemnibus ordinatis, prius decidantur, quam ulla alia judicia criminalia, vel civilia, *l. 1. & 5. hoc tit. §. si statui inf. de evict. l. quoniam inf. ad l. Jul. de adult.* unde, & præjudicialium actionum nomen. Impediunt igitur, differuntque, quod quis intendit ei, qui status controversiam patitur, quodve intendit ipse ei, qui controversiam status facit, *l. 1. 3. 4.* & petionem hereditatis si de hereditate simul, & libertate controversia sit, vel si de hereditate principaliter agatur, & in modum contradictionis, sive exceptionis inducatur status quæstio, etiam prius ordinanda est causa liberalis, & excutienda, quam de hereditate sententia feratur, de qua cum sit actum principaliter, & sententia quoque ferenda est, non de libertate nominatim; sed sufficit libertati sententia de hereditate dicta secundum eum, qui hereditatem petiit esse suam, ut *l. 2. hoc tit. l. 1. sup. de ord. jud. l. 8. sup. de pet. hered.* Impediunt etiam repetitionem debitæ pecuniæ, & actionem furti, aut bon. raptorum, & legis Aquiliæ, *l. 5. 6. 7.*

XIX. Enarratio.

Prius decidantur] Quid ita? nempe severius ex eodem delicto in servos, quam in liberos animadvertitur. P. Faber.

Differuntque crimen] Vide sup. tit. 16.

Et legis Aquiliæ] Cujacius in *l. 6.* legit, *si res tuas ruptas*, quod est verbum legis Aquiliæ, quia de damno dato loquitur. In veteri Menagii, *raptas*. ut Gallicus interpres Codicis, *ravies*, & τὸ κατὰ ῥῆξιν: *ἐὰν τὰ πράγματά σου ἁρπαγμένα: si res tuas raptas*; & ibidem Thalelæus, res amotas interpretatur ereptas: res enim amotæ proprie dicuntur, cum conjux conjugis res contrectat.

TIT. XX. *De collusione detegenda.*

Tituli 16. partes sunt, qui cum tituli sequuntur de assertionibus, de his, qui judicio liberali agere ex possessione servitutis non possunt, de prærogativa, & excellentia judicii liberalis; & hic de causa liberali acta inter servum, & dominum per colludium, & com-

& compactum, ut servus liber pronunciaretur. Et ut A titulo 18. habuimus uoum casum quo quis præmii loco datur in servitutem alterius, puta grassator in servitutem ejus, qui illum vicit & cepit la gitione principis, ita hoc titulo datur alius casus, quo is qui liber pronunciatus est domino luforie cum eo agente de statu, pro præmio servus fit ejus, qui collusionem detexit post sententiam intra quinquennium, & similiter, qui ingenuus pronuntiatus est, patrono cum eo luforie agente de statu, libertus fit ejus, qui collusionem detexit. Quod est ex Senatusconsulto Ninniano (sic legendum in l. 2. ex Basilic. ubi τὰ τῶν νιννίων δόγματι ἐγγεγραμμένα, & ex Vet. lib.) quod factum fuit Domitiani temporibus, l. 1. ff. eodem, ac fortasse, qui in fastis sub Domitiano Nonnius Asprenas, est Ninnius, non Nonnius, celebre nomen Romanæ familiæ: vel ex L. Ninnio Trib. pleb. qui inter B quis rogationibus Clodii intercessit, auctore Dione 38. & quo referente, Senatum decrevisse de reditu Ciceronis idem Cicero scribit, & Ninio Hasta de quo in l. 5. ff. ad l. Corn. de ficar. Generaliter autem verum est, si perlusorio judicio actum sit, rem judicatam pro veritate non haberi, l. 27. supr. de lib. cau. l. si servus, §. 2. ff. de leg. 1. l. si perlusorio, ff. de app. Divi Pii rescripto, cujus fit mentio l. 1. similis est l. 9. supra de ing. man.

XX. Enarratio.

Per colludium & compactum] Glossæ: *conludium*, συνδυασμός. Item: *conlusio*, *compactum*, συνδυασμός & in l. 6. inf. unde vi.

Luforie cum eo agente] Ut in l. si servus 50. §. 1. ff. de leg. 1. inest, collusorie, sive per collusionem. C

Qui collusionem detexit] Præmium vocat *lex* 2. quod is, qui detexit, habeat jus patroni. Pœnam autem, quod patronus excidat jure patroni: sive, ut ait Thalelæus: ἆθλον καλῶ τὸ τὸν ἐλέγξαντα κτᾶσθαι τὰ πατρωνικὰ δίκαια. Τιμωρίαν καλῶ τὸ ἐκπίπτειν αὐτὸν τῶν πατρωνικῶν δικαίων, libro 48. Basilic. tit. 23.

Ex Basilicis] Libro 48. tit. 23. & Michaele Psello in Synopsi legum.

Et ex vett. libris] Sic legitur in veteri Menagii Gallicus interpres Codicis, *Ninnian*.

Nonnius Asprenas] L. Nonius Asprenas in Fastis Capitolinis.

Idem Cicero scribit] Libro 3. epistol. ab Atticum D ep. 23.

TIT. XXI. *Ne statu defunctorum post quinquennium quæratur.*

Ut collusioni detegendæ ingenuitatis, & libertatis, qua de re actum est titulo superiore ex Senatusconsulto Ninniano post sententiam quinquennium præscriptum est, ita hoc titulo ex alio Senatusconsulto, ut l. 4. pen. & ultim. quinquennium præscribitur quærentibus de statu defuncti, qui in diem mortis, ut l. 1. 2. 6. sine interpellatione vixit, ut liber palam, non clanculum, & furtim fugitans dominum, ut l. ultim. oam in eo tantum Senatusconsultum locum E habet, qui in omnium oculis vixit pro libero in diem mortis, ut à morte post quinquennium de statu ejus quæri non possit. Dico quæri, non agi. Nam de statu defuncti certissimum est principaliter liberali judicio agi non posse, l. 13. supr. de lib. cauſ. sed in aliam litem principalem, vel de bonis, vel de statu viventis, si incidat quæstio de statu mortui, Senatusconsulto cautum est, ne post quinquennium admittatur, & ut propter hanc illa quoque cesset principalis quæstio. Puto Senatusconsultum factum esse D. Marci temporibus ex Oratione cujus fit mentio l. 1. ff. eodem, cum & de eo ita Capitolinus scribat: De statu defunctorum intra quinquennium quæri jussit. Quod si post cœptam liberalem causam moriatur is cui fit controversia status, etiam certum est causam perdurare, non propter defunctum, sed propter caosam evictionis, l. 2. tit. 17. aut bonorum, l. 3. hoc titulo. Statum in hoc titulo in deteriorem partem accipimus, ut si is qui vixit ut liber in diem mora tis, dicatur fuisse servus: Si qui ut igenuus, fuisse libertinus: nam & post quinquennium quæri potest utrum quis filius. an. patest. fuerit, l. 5. hoc titulo, quæ minima est status quæstio.

XXI. Enarratio.

Quinquennium præscriptum est] L. 2. ff. de collus. deteg.

Ut l. 4. penult.] In l. pen. Cujacius Observ. lib. 11 cap. 24. legit, *apud procuratorem rei privatæ*. Auctor τῶν ῥοπῶν legisse videtur, *curatorem Reipublicæ*: sic enim ibi habetur: παρὰ τῷ λογιστῇ τῆς πόλεως: *apud curatorem Reipublicæ*: ut legebatur in codice Menagii, licet superscriptum sit, *pro* frustra: nam idem est curator & procurator Reipublicæ. Vide tamen Cujacium ad *leg. pro curatores* 30. *inf. de decurion.*

Quæ minima est stat. quæst.] Judicio autem libertatis nullum gravius est.

TIT. XXII. *De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, & non adversus libertatem opponitur.*

Post præscriptionem quinquennii inductam Senatusconsulto Ninniano, quæ tuetur statum eorum, qui liberi pronunciati sunt, & post aliam præscriptionem quinquennii inductam alio SC. quæ statum defunctorum tuetur, nunc datur præscriptio longi temporis, i. continui decennii inter præsentes, & vicennii inter absentes, quæ adversus libertatem nec ipsa, nec longioris temporis præscriptio sola quidquam potest l. 3. Pro libertate plurimum facit, si quis longo tempore sine interpellatione in possessione libertatis fuerit bona fide, & ex justo initio possessionis, l. 2. hoc titulo, l. ultim. sup. de his, qui à non domino, l. si tum, §. Aristo, ff. qui & à quibus man. Justum initium possessionis, i. titulum requiro, veluti manumissionem, aut redemptionem à servitute, aut vicarii servi traditionem, aut peculii remissionem plenam, l. 3. C. Theod. de lib. cauſ. nec requiro semper viceennium, sed contentus sum decennio inter præsentes, ut d. §. Aristo. Quod si mala fide fuerit quis in possessione libertatis, ut servus fugitivus, qui se occulte pro libero gessit, placet longi temporis præscriptionem ei nihil opitulari, l. 1. hoc titulo, quæ congruenter vicinitatem sequitur, l. ultim. tit. superioris, quæ etiam est de servo fugitivo, ut tametsi in fuga decesserit, quinquennii præscriptio non opponatur agenti de statu ejus. Forte servo fugitivo ad tuendam libertatem dabitur præscriptio 60. ann. l. 4. inf. de præscript. 30. ann. quæ tamen non datur hodie adscriptio, l. tum satis inf. de agr. cens.

XXII. Enarratio.

Senatusconf. Ninniano, &c.] De his Senat. supr. tit. 20. & 21.

Præscriptio longi temporis, id est, &c.] Longum tempus est 10. annorum inter præsentes, 20. inter absentes: & ita in omnibus fere juris articulis longum tempus accipitur, Paulus *Sentent. lib. 5. tit. 2 1. §. longi temporis, & tit. 5. §. rei olim.*

Nec longioris temporis præscriptio] Etiamsi quis diutissime in possessione servitutis fuerit, ad libertatem proclamare potest, licet sexaginta annis in quasi servitute fuerit, l. ultim. contra libertatem igitur, nec sexaginta quidem annorum præscriptio opponitur, ut notat Eustathius in libro de præscriptionibus cap. de annis

annis 60. Sed si se venire passus sit ad pretium participandum, servus factus est. Thalelæus.

Si quis longo tempore] Veteres interpretes vicennium requirunt. Auctores Basilic. vicennium, aut longius tempus.

Placet longi temporis præscriptione] Thalelæus ad leg. 1. notat, verbum *diu* significare tempus ultra annos 20.

Præscriptio 40. annorum] Azo in summa putat triennium sufficere, ut Glossa. Odofredus dari præscriptionem 30. vel 40. annorum, heic & ad *l. 1. sup. de serv. fugit.*

Quæ tamen non datur hodie adscr.] Et hanc quoque differentiam notat Patricius Heros in Basilicis.

TIT. XXIII. *De peculio ejus qui libertatem meruit.*

IN hoc titulo proponitur differentia una inter manumissionem servi quæ fit inter vivos & eam quæ fit testamento. Manumissio inter vivos tacite concessum peculium videtur, si non sit ademptum, nisi manumittatur à pupillo, *l. pen. ff. de mand. vind.* Manumisso in testamento concessum non videtur, si non sit relictum nominatim, ut *§. peculium Inst. de leg. l. 3. ff. de manumiss. quæ ser. ad un. per. l. Sticho, ff. de peculio, l. 1. sup. de com. ser. man. l. pen. sup. an ser. ex suo fac.* idemque est in filio emancipato, *l. donationes, §. pater. ff. de donat.* Et ratio differentiæ hæc, qui inter vivos peculium neque alii dat, neque sibi retinet, testamento id cum universo jure heredi dedisse videtur.

XXIII. Enarratio.

COncessum non videtur] οὐ συνελευθεροῦται, καὶ τὸ πεκούλιον κῂ πολλάκιν, ut heic ait Theodorus: *non præsumitur, & peculium manumisisse: εἰ μήτου ὁ ἐλευθερωθεὶς παρὰ τοῦ διαθεμένου δέδοται τὰς λοιπάδας, ἢ δῆλον ποσόν: nisi si jussus sit a testatore reliqua inserre, vel certam quantitatem*, ut ait Græcus interpres ad *l. 1. §. 20. ff. de pos.* Vide Cujacium ad *d. §. peculium*, & Theophilum.

TIT. XXIV. *De Senatusconsulto Claudiano tollendo.*

SEnatusconsulto Claudiano locus fuit, non si liber homo se jungeret alienæ ancillæ, *l. 9. sup. com. de succ. l. 3. sup. de lib. cau.* sed si libera mulier contra domini denunciationem jungeret se alieno servo, ex Senatusconsulto ejus fiebat ancilla, cujus ille servus erat, vel si non denunciante domino, liberta, ut Cornel. Tacitus 12. Annal. scribit, qui hujus juris ut omnes auctores nostri rectius, D. Claudium auctorem facit, quam Suetonius Vespasianum. Trina denunciatione fuit opus, & sententia Judicis, ut Theophilus scribit in *§. ult. Inst. de succ. quæ fieb. per bon. vend. l. 9. & ult. C. Theod. de lib. cau. l. 10. C. Theod. de muril. l. Lucius 2. ff. dep.* idemque jus legimus servasse Longobardos & Francos: & exemplo Senatusconsulti idem esse, si libera jungat se adscriptitio. At sublato Senatusconsulto Claudiano verberibus castigato servo, vel adscriptitio, ea conjunctio dissolvitur: alioquin filii ex ea nati liberi sunt.

XXIV. Enarratio.

SEnatuscons. Claud.] Emendemus obiter constitutionem hujus tituli, & pro, *ad libidinem*, legamus, *à libidine*, ut in veteri cod. Menagii, & in Basilicis, ἐκ τῆς ἡδονῆς. Item pro *pessimum dedecus*, quod agnoscit idem codex, quidam legunt *fœdissimum.* Sed nil mutandum. Basilica: αἰσχίστη ἀκοσμία. Glossæ αἴσχιστος, *pessimus*. Denique pro, *adserendum est*, legamus *verendum est*, ut in eodem codice Menagii, & in Basilicis,

A εὐλαβεστέον. Qui autem ibi malunt *feritate*, quam ferocitate, audiendi non sunt contra fidem veterum librorum. Basilica: ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἀγριότητος: *ab hostium ferocitate*. Glossæ: ἀγριότης, *feritas ferocitas*.

Vel si non denuntiante] Sive igitur scierit, sive ignoraverit, dum non prohibuerit. Imo si nescierit, pro invito est: nam de ignaro diserte Tacitus ita explicatus à te Observ. lib. 21. cap. 16. P. Faber.

Ut Cornelius Tacitus] Atqui Tacitus, ignaro domino ad id prolapsam in servitute fuisse ex Senatusconsulto ait, sciente domino, servi libertam. Quid igitur? ut conveniat Tacito cum Jureconsultis, legendum esse monui cap. ult. libri 1. Semestrium, *ingrato*, pro *ignaro*, ut sit, invito, quod dissimulari non de-
B buit Plane scientem denuntiate debuisse, ne alioqui tacens non esse invitus existimaretur. Ignarum qui denuntiatinnum solemnitatem peragere non potuerat, nihilominus pro invito habitum, ipse tu ostendis eo tuarum observationum postremarum loco. P. Faber.

Suetonius Vespasianum] Vespas. cap. xt.

Longobardos] vide leg. Longob. lib. 2. tit. 9.

Et Francos.] Legis Sal. tit. 14.

Ea conjunctio dissolvitur] Si dominus velit. Cæterum conjunctio non dissolvetur, & nati ex libera & servo liberi nascentur.

TIT. XXV. *De nudo ex jure Quiritium tollendo.*

C ALii servos habuerunt in potestate ex jure Quiritium, puta quos usucepissent, vel quibus in jure cessi aut mancipati fuissent, quibus modis jure civili dominia rerum adquiruntur: & hi testamento manumittendo cives Romanos faciebant. Alii eos habuerunt in bonis, ut quibus traditi essent ex causa emptionis non mancipati vel cessi: hi erant in bonis emptoris, venditoris ex jure Quiritium, quod nudum erat jus & inane; quia empturi servi adquirebant ex omnibus causis auctore Ulpiano *lib. Regul. tit. 1. & 19.* & Theophilo *tit. de libertin.* Et hi quidem domini in bonis testamento manumittendo Latinum faciebant, non Civem Romanum. Sed ex hac Constitutione Justiniani, quoque jure servi quis dominus sit civili vel naturali, manumittendo civem Romanum facit sublato nomine, ex jure Quiritium, quod tamen in
D vindicatione filii, hunc hominem ex jure Quiritium meum esse ajn, etiam hodie remansit, *l. 1. §. per hanc, ff. de rei vind.*

XXV. Enarratio.

LAtinum faciebant] Ulp. *d. tit. 1. §. qui tantum.* Dominus sit civili] Ut dominus Quiritarius. Vel naturali] ut dominus Bonitarius.

TIT. XXVI. *De usucapione pro emptore, vel pro transactione.*

POst præjudiciales actiones dicturus de interdictis, sive actionibus, quæ pro his competunt, quas
E constat esse de possessione, vel quasi possessione, de possessionis ipsius jure & proprietate dicere primum instituit, puta de usucapione, quæ ex possessione potissimum consistit, perficiturque, adeo ut & possessionis nomine quandoque usucapio significetur, *l. denique, l. cum miles, ff. ex quib. cau. mai.* & de præscriptione longæ longiorisque possessionis, & de missione in possessionem judicati servandi causa, quæ est etiam species possessionis, in quibus omnibus consumitur quidquid est reliquum in hoc libro 7. & plane spectant omnia ad initium lib. 8. Usucapio est per usum, id est, possessionem, dominii adquisitio, per possessionem legitimo tempore continuatam, ex 12. tab. & inter cives Romanos. Suffragium temporis

dicitur *l. si inter extraneos, ff. de don. int. vir. & ux.* id est, suffragium possessionis legitimo tempore continuatæ. Et licet usucapio sit lucrum conjunctum cum damno alterius, *l. 18. & seq. ff.* de *quibus causis maj.* recepta tamen est propter bonum publicum, ne rerum dominia diu, ac fere semper in incerto essent, & ut esset possessoribus aliqua securitas, & finis aliquis sollicitudinis, & periculi litium, *l. ult. ff. pro suo*, quia dominis sufficere visum est ad inquirendas res suas legitimi temporis spatium, ut plane eis imputari possit desidia sua, *l. ult. in fin. inf. de an. ex.* si intra id temporis res suas non perquisierint, collegerint, vindicarint, *l. 1. ff. de usurp. & usucap.* & quod est commune, & publicum bonum, non videtur esse privatum damnum, si modo bona fides interveniant initio possessionis, vel potius non videor alteri inferre damnum, si usucapio, quod nescio alterius esse, *l. si quis fundum, ff. de adq. poss.* Damnum quidem facit, qui dominium ammittit per usum meum; sed id ego sane dedisse non videor nesciens, nesciente animo meo. Possessionem, & usucapionem continuam requiro, id est, non interpellatam, non controversam, & bonam fidem possessoris, & justum titulum, id est, justum initium, justamque, & veram possessionis causam. Possessionis, inquam, non proprietatis: nam si justum verumque titulum proprietatis nactus fuero, usucapioni locus non est, *l. sequitur, §. lana, ff. de usurp. & usuc. l. in bello, §. si quis servum, ff. de capt. & postl.* si nactus non fuero, modo possessionis justum titulum habeam, & illum mihi tribuit usus legitimi temporis, sive possessio, & usucapio. In hoc titulo proponitur titulus pro transactione, *l. pen.* si à non domino res bona fide accipienti tradita sit ex causa transactionis, ut *l. cum solus ff. de usur. & usuc.* vel etiam ex eadem causa consentiente non domino retenta sit ab eo, qui ante litem motam eam nullo justo titulo possidebat, tuitione Prætoris, qui pacta transactionis servat data exceptione: allioquin, ut ex pacto transactionis dominium non transfertur, ita nec possessionis causa firmatur, si subtilitatem juris spectas, quam interpretes nostri spectant in *d. l. pen.* Proponitur etiam titulus pro emptore, si à non domino res bona fide accipienti jure vendita, & tradita sit, quæ neque furtiva fuerit, neque vi possessa, neque pupilli propria, neque adolescentis hodie ex Oratione Severi de non alienandis rebus minorum, neque testamento vendi prohibita. Et observanda est differentia inter rem mobilem, & immobilem, ut in rei alienæ venditione si mobilis sit, exigatur bona fides utriusque, id est, venditoris, & emptoris: nam si emptor sit bonæ fidei, venditor malæ fidei, res furtiva est, *l. 1. 4. 6. 7.* In venditione rei immobilis ad usucapionem sufficiat bona fides emptoris, nisi res à venditore, vel auctore venditoris vi possessa sit, *l. 5. hoc titulo.* Cæterum si non sit vi possessa, propter malam fidem venditoris, quia rei immobilis furtum non fit, res nullo vitio laborat, & usucapi potest ab emptore bonæ fidei secundum *Nov. 119. c. 7.* si sciente domino vendita sit: nam si nesciente eo, emptori necessaria est præscriptio triginta annorum. De quæstione *l. 3. & 6.* scripsi satis ad *l. 4. de usurp. & usuc.*

XXVI. Enarratio.

Lege denique] Petrus Faber in *d. l. denique* legit; *interruptam usucapionem*, pro, *interruptam possessionem*. Semestrium libro 11. cap. ult. Basilica vertunt: τὴν διακοπεῖσαν δεσποτείαν: interruptum dominium, quod scilicet usucapione adquiritur. Glossæ Nomicæ: *usurpatio*, ἔνζεσ τοῦ χρόνου, ἤγουν τομὴ καὶ διακοπή, vide inf. tit. 40.

Judicati servandi causa] vide titulum 75. & Parat. Digestorum.

Usucapio est per usum dom. adquis.] Glossæ Nomicæ: ὑσουκαπε τουτ' ἐστι διὰ χρήσεως δεσπόζει: *usucapit, per usum dominium adquirit*, ut in *d. l. denique*. Item: *usucapio*, κυρίωσις διὰ χρήσεως.

Ex 12. tab.] Theoph. Inst. de usucap.

Propter bonum publicum] *L. 1. ff. de usurp. & usucap.*

Quia dominis suffic.] *Instit. de usucap. in princ.*

Initio possessionis] *L. si aliena 10. ff. de usurp. & usuc. l. un. inf. de usucap. transform.*

Continuam requiro] *L. 3. eod.*

Non interpellatam] *L. servitutes 14. ff. de servitut.*

Non controversam] *L. 4. inf. quibus non objic. long. temp. præscr.*

Et bonam fidem possessoris] *Instit. de usucap. in princ.*

Justum initium] ut in *l. 2. sup. tit. 22.*

Et veram possess. causam] vide dicta à nobis ad *§. error 11. Instit. de usuc. & l. 3. inf. tit. prox.*

Res bona fide accipienti trad.] λαβόντι ἀλλότριον καλῇ πίστει: *rem alienam bona fide accipienti.*

Data exceptione] *L. inter 44. §. 1. ff. familiæ erciscund.*

Non transfertur] *L. traditionibus 20. sup. de pact.*

Quæ neque furtiva] *L. 5. 6. & ult. h. t.* Sed si pupillus ex pretio factus sit locupletior, & rem vindicet, doli mali exceptione summovebitur, ut recte dictam legem ult. accipiunt Basilica.

De non alienand. reb. minor.] Nam alienationis verbo usucapio continetur, *l. alienationis 28. de verb. signific.*

Neque testamento vendi prohib.] *L. 2. hoc tit.*

TIT. XXVII. *De usucapione pro donato.*

Non tantum pro emptore, vel pro transactione; sed & pro donato justus usucapionis titulus est, si res aliena à non domino donata sit bona fide accipienti, *l. 1. hoc tit.* & si res mobilis sit donata bona fide, *l. 2.* alioquin furtiva res esset. Res autem immobilis donata, vel ex alia justa causa à malæ fidei possessore qui eam sine vi possederit, tradita bona fide accipienti, præsertim non ignorarante domino, usucapi potest: quia sine vitio est semper requiro, ut verus titulus sit: nam falsus ad usucapionem non proficit, *l. 3.*

XXVII. Enarratio.

Præsertim non ignorante dom.] vide sup. tit. prox. in fine.

Non proficit, l. 3.] Quæ ita legitur in veteri codice Menagii: *usque hoc verum est, sic*, &c.

TIT. XXVIII. *De usucapione pro dote.*

Titulus etiam pro dote justissimus est, ut ait *l. 1. ff. eod.* si res mobilis, quæ aliena est, & sine vitio furti, vel quo alio, bona fide data sit in dotem marito bona fide accipienti. De re mobili loquitur Constitutio hujus tituli, quia fundus dotalis usucapi non potest, *l. si fundum, ff. de fun. dot.* quotiens mulieri actio de dote omnimodo competitura est, quo solo casu lex Julia locum habet, *l. 3. ff. eod.*

XXVIII. Enarratio.

Constitutio hujus tituli] Quæ ita legitur in veteri Menagii, *à bona fide accipiente.*

TIT. XXIX. *De usucapione pro herede.*

Justus quoque usucapionis titulus est pro herede, si rem alienam inventam in hereditate, quam defunctus possedit sine vitio, heres possideat, ut hereditariam: sed necesse est, ut etiam sit verus, *l. 3. & 4. hoc* titu-

titulo. Est in hoc titulo satis obscura *l.* 1. quam sic excipio, ut suis heredibus existentibus, nec extantibus tamen, puta abstinentibus se, alii nihil usucapere possint pro herede, quia sui heredes manent, etiamsi abstinuerint se, nec illis existentibus, jure legitimo venire agnati possunt. Sed quia venire jure prætorio possunt, & pro possessore usucapere possunt.

XXIX. Enarratio.

POssedit sine vitio] Nam si defunctus malæ fidei possessor fuerit, nec heres ejus usucapere poterit: nam defuncti vitia ad heredem transmittuntur. Sic *legem* 1. interpretantur Græci libro 50. Basilic. tit. 5. cap. 2.

Ut suis heredibus existentibus] Fulgosius ad *leg.* 1. *hoc tit.* potest, inquit, ista lex intelligi, ut suis existentibus heredibus nihil possit usucapi, contra eos ab aliis, qui putent se heredes.

TIT. XXX. *Communia de usucapionibus.*

INter cætera omnibus titulis usucapionis communia hæc sunt, ut sine possessione civili, quam quis sibi possideat, non alii, usucapio contingere non possit, *l.* 1 ut res fisci nullo tit. usucapi possit, *l.* 2. ut mala fides defuncti teneat heredem, licet bona fide possideat, ut nec ex sua, nec ex defuncti persona usucapere possit, quod nec defunctus potuit, ad cujus vicem propius accedit, quod & specialiter de titulo pro herede proposuit *l.* 1. & 4. *tituli superioris*, & de præscriptione longi temporis *l.* 4. *inf. tit.* 33.

XXX. Enarratio.

UT sine possessione civili] De qua titulo 32. inf. vide Cujacium ad *§.* 4. *Institut. per quas personas nobis adquir.*

Ut res fisci] *§. 9. Instit. de usucapion.*

Ut mala fides def.] vide *§. diutina* 12. *eod.*

Ad cujus vicem propius accedit] Marcus Tullius 2. de LL. *Heredum causa justissima est: nulla est enim persona, qui ad vicem ejus, qui è vita emigrarit, propius accedat.*

TIT. XXXI. *De usucapione transformanda, sublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi.*

UT intelligamus jura usucapionum, quæ olim fuerunt, & quæ sunt hodie quod nosse per quam utile, & necessarium est, primum ita constituo, omnes res, aut esse mancipi, aut nec mancipi, secundum veterem distinctionem rerum. Res mancipi sunt prædia urbana, & rustica, quæ sunt in Italia, res Italici soli, & jura prædiorum rusticorum, ut iter, via, actus, aquæductus, quæ & ipsa res soli Italici intelliguntur, & eodem jure censentur quo res soli, *l.* 2. *sup. de servit. & aqua*. Item servi res mancipi sunt, & quadrupedes, quæ dorso collove domantur, ut boves, equi, muli, asini, auctore Ulpiano *lib. Reg. tit.* 19. item uniones .i. grandes margaritæ, qui & peruli dicuntur à vetusto interprete Horatii. Nam Plinius 9. cap. 25. uniones ait in mancipatum venisse, ut prædium aliquod, idemque de omni re pretiosa dici potest .i. quæ veneat auro contra, vel auro supra, de qua evictionis nomine duplam promitti oportet, *l. emptori*, *§.* 1. *ff. de evict.* Cæteræ res, nec mancipi sunt, veluti prædia provincialia, quæ dicuntur, & erant stipendiaria, vel tributaria, & feræ bestiæ, licet domitæ sint, & oves, capræ, sues, & res auro infra. Rerum mancipi propria alienatio est mancipatio per æs, & libram, quo genere si à domino fiat, dominium adquiritur ex jure Quiritium, si à non domino, usucapionis causa præstatur. Rerum

A nec mancipi alienatio propria est traditio, per quam non ex jure Quiritium, sed in bonis jure naturali dominium adquiritur, nec alienari eæ per mancipationem ullo modo possunt, & inde his, & illis nomina. At usucapionem Ulpianus ait esse communem alienationem rerum mancipi, & nec mancipi, quod verum est tantum in rebus mobilibus, vel semoventibus, non in rebus soli: nam ea tantum prædia usucapi possunt, quæ mancipi sunt, id est, quæ solo Italico continentur, non provincialia, vel jura eorum, quæ nec mancipi sunt, *l. cum sponsus*, *§. in vectigalibus*, *ff. de Publ. in rem act.* quæ tamen res non impedit eorum vindicationem, qua in rei vindicationem qualecunque dominium deduci potest, *l. si mater*, *§. eandem*, *ff. de except. rei jud.* & transferenda istuc sunt, quæ B Obs. 7. & cap. 3. At res mobiles, & semoventes usucapi possunt sive mancipi, sive nec mancipi sint ubique locorum, in Italia, & in provinciis, ut refert Constitutio hujus tit. in qua suo loco reposito verbo, *nexu*, quod insederat incongruo, lego, *quæ fuerant alienatæ nexu, vel quocunque modo*: bona fide tamen, detentæ, id est, quæ fuerant mancipatæ, vel traditæ. Nexus enim nomen, quod esse generale Manilius, & Gallus existimarunt recte, hoc loco specialiter accipitur pro mancipatione, ut in definitione abalienationis traditæ à Cicerone: *Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est traditio alteri nexu*. Ibi Boetius, *Omnes res*, inquit, *quæ abalienari possunt, mancipi dictæ sunt, aut nec mancipi*. Addo, aut nec mancipi, ex vetustis libris: & sequitur: *Mancipi res veteres appellabant, quæ ita ablienabantur,* C *ut ea abalienatio per quandam nexus fieret solemnitatem* quam deinde explicat prolatis Gaji verbis ex 1. *Inst. tit. de nexu faciendo*, quæ omnia Gaji verba de mancipatione sunt. Unde apparet idem esse noxum, & mancipium, vel mancipationem, aut eo tantum distare alterum ab altero, quo genus ab specie, ut in 12. *Qui nexum faciet, mancipiumque uti lingua nuncupassit, ita jus esto*, apud Festum, cui legi addit hanc interpretationem, *id est* (sic legendum, *non*, ita) *uti nominaris locutusve erit, ita jus esto*. *Nexus generaliter dicitur quæcunque fit datio, vel obligatio, vel liberatio per æs, & libram*. Specialiter autem mancipatio *sive datio rei, quæ fit per æs, & libram præsentibus non minus quam V. testibus civibus Romanis puberibus, & libripende, & interpositis certis solemnibusque verbis*, quæ idem Boe- D tius ex Gajo profert, cujus auctoritate etiam in hanc rem in hoc titulo Cynus utitur ex scriptis, ut ipse fatetur, Jac. Ravennatis. Prolatis autem verbis Gaji de solemnitate mancipationis sive nexus, subjicit Boetius: *Quæcunque igitur res lege 12. tabul. aliter nisi per banc solemnitatem ablienari non poterant, sui juris autem cæteræ res, nec mancipi vocabantur*: quæ verba depravatissima studiosis quamplurimis imposuerunt in vetustis libris, horum verborum loco, *sui juris autem cæteræ res, nec mancipi vocabantur*, ita est scriptum, *sui autem certe hæc mancipi vocabantur*: unde verissima conjectura emendo: *Quæcunque igitur res lege 12. tab. aliter nisi per banc juris solemnitatem abalienari non poterant (sunt autem certæ) hæ res mancipi vocabantur*. Præterea sciendum est secundum jus vetus .i. 12. E tab. rei mobilis, aut semoventis usucapionem esse annum, cujus juris vestigia sunt in *l. nnnquam*, *§.* 1. *ff. de usurp. & usucap. l. cum sponsus*, *§. pen. ff. de Publ. in rem act.* rei immobilis biennium in Italio solo tantum, non in provinciali. Et ut summam dicam, totius juris veteris, quantum intelligi ex supradictis potest, differentia fuit inter res mancipi, & nec mancipi, inter solum Italicum, et provinciale, inter dominium ex jure Quiritium, & dominium in bonis, quas Justinianus sustulit, ac primum quidem dominii differentiam t. 25. ut omnes rerum suarum intelligerentur esse domini eodem pleno legitimoque jure, et hoc titulo differentiam locorum, ut ubique usucapio procederet, sicut præscriptio longi longiorisve temporis, et differen-

tiam rerum mancipi, & nec mancipi, ut omnes res quoquo modo abalienari possent. Et tempus anni mutavit in triennium, biennii in decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes: quam longi temporis usucapionem ut ampliaret magis, ut obtinuit in præscriptione longi temporis, declarat & in usucapione satis esse, si initio possessionis bona fides intervenerit, ut *l. bonæ fidei*, *ff. de adq. rer. dom.* quod tamen Concilium Lateranense non admittit *cap.* 41. Et ut emptori prosit tempus venditoris, donatario tempus donatoris, ut *l. pen. inf. de præscript. long. temp. l. id tempus*, *ff. de usurp. & usucap. l. 2. §. emptori*, *ff. pro emptore*, & connumeretur, ut ait, in decennium, aut vicennium, aut triennium: Sic legendum ex vet. lib. non tricennium: nam in tricennio justus titulus non exigitur, *l. 2. inf. de præscr. 30. an.* qui mox tamen exigitur hoc loco. At necesse est ut uterque, .i. antecessor & successor bona fide possidere cœperit: alioquin nulla fit conjunctio, accessiove temporis, quod de successore singulari accipiendum est: nam successori universali bona fides defuncti sufficit ad usucapionem, licet ipse mala fide possideat, & contra bona fides heredis non sufficit, si defunctus mala fide possederit, *§. diutina*, *Institut. de usucap.*

XXXI. Enarratio.

UNiones, id est, grandes margaritæ] Plinius 9. 35. in fine: *Cum Ælius Stilo Iugurthino bello unionum nomen impositum maxime grandibus margaritis prodat*, Glossæ: *uniones*, *μαργαρίτας μεγάλους*.

A vetusto interp. Horat.] Ep. 8.

Auro contra] Quæ auro pensetur.

Et erant stipendiaria] De quibus Theoph. ad tit. de rer. divis.

Rerum mancipi, &c.] Ulpianus *Reg. tit.* 19.

Usucapionis causa præstatur] Occasio vel conditio, *l. 3. ff. de mort. caus. donat. l. 1. inf. de adquir. poss.*

Sed in bonis] Ulp. *tit. 1. §. in bonis*.

Ulpianus ait] d. *tit. 19. §. usucapione*.

Lego quæ fuer. alien. nexu] in codice Menagii perantiquo legitur, ut vulgo.

Manilius] apud Varronem 6. de l.l.

Et Gallus] Apud Festum in verbo *nexus*.

A Cicerone] in Topicis.

Addo, aut nec mancipi] Sic legitur in editione Veneta, quæ prodiit anno 1580.

Apud Festum] in v. *nuncupata*.

Quæcunque fit datio] Apud Festum in *nexus*.

Nisi per hanc solemnitatem] Boetius paulo post addit: *Nam pura traditione abalienatio rei mancipi non explicatur*.

Secundum jus vetus, .i. 12. tab.] Ulpianus in *d. §. usucapione*, Cic. in Topic. Boetius ibidem. *Plurimarum rerum usucapio annua est, ut si quis eis anno continuo fuerit usus, eas firma juris auctoritate possideat, velut rem mobilem. Fundi vero usucapio, biennii temporis spatio continetur.*

Hæ res manc. vocab.] Hic ego mi Cujaci ex tuo itidem sensu addiderim vetustam lectionem secutus, *ceteræ, nec mancipi*. P. Faber.

Concilium Lateranense] *Capite ult. ext. de præscript.*

Aut triennium] sic in vet. Menagii.

TIT. XXXII. *De adquirenda, & retinenda possessione.*

REctæ inter usucapionem, & præscriptionem hic titulus medius interponitur, quia neque hæc, neque illa ab initio sine possessione consistit. Et ut à definitione possessionis incipiam, nulla mihi videtur melior dari posse, illa, quam ex Ælio Gallo retulit Festus: *Possessio est usus quidam agri, vel ædificii*. Simplicius in *l. quæstio*, *ff. de verb. signif.* Possessio est usus. Gallus aliquanto plenius: & recte, quidam, id est, proprii cujusdam generis usus, ut in definitinne legati, donatio quædam: nec enim est possessio, qui communiter dicitur usus, id est, *χρῆσιν*, ut servitus usus, vel ususfructus, vel conductio, commodatum, precarium, sed detentio, vel subsessio, aut incubatio, quæ tamen duo posteriora plerumque accipiuntur in malo pro possessione malæ fidei. Vel quia dominium etiam de possessione dicitur, Possessio est dominium usus, sive detentionis rei. Proprietas dominium rei. Possessio autem, ut Labeo ait, qui optime callebat origines rationesque verborum, dicta est à sedibus quasi positio, .i. situs, sessio, vel statio, qui & exemplo sessionis & stationis docuit possessionem ejusdem rei penes duos in solidum esse non posse, *l. 1. in pr. l. 3. §. ex contrario*, *ff. eod.* quia naturaliter, inquit, tenetur ab eo qui ei insistit, quam Græci *κατοχὴν* vocant. Possidere igitur est insistere, incumbere, insidere, residere, ut Plauto possidere serias, & residere ferias: & sequitur in d. *l. 1.* dominium rerum ex naturali possessione cœpisse, ejusque rei vestigium remanere in quibusdam rebus, non utique in omnibus. Nam & rei legatæ, vel donatæ mortis causa, vel hereditatis dominium adquiritur ipso jure, sine corporali apprehensione, nec ex possessione semper sequitur dominium. Species autem possessionis duæ proponuntur in *l. 10.* alia quæ jure consistit, .i. jure civili, ut *l. stipulatio §. hæc quoque*, *ff. de verb. obl. l. si eum qui*, *ff. de don. int. vir. & uxor.* alia quæ corpore. Illa civilis dicitur, & ita definitur, detentio, quæ constat jure & animo domini, puta detentore credente esse dominum, & detinente rem ex causa, qua dominium quæri solet. Unde apparet possessionem civilem esse facti, quia detentio est, .i. usus rei, *l. denique*, *ff. ex quibus causis maj.* & animi, quia affectionem, voluntatem, opininnem, cogitationem domini desiderat, *l. 1. §. Scævola*, *ff. si quis test. lib.* &c. & juris, quia justum titulum adquirendi dominii, qui imbuat animum possessoris opinione domini. Quamobrem & hic animus dicitur esse juris, non facti, *l. possess. ff. eod.* Est igitur possessio civilis juris & facti, quia nec sine jure domini consistit, nec sine corpore, quod posideat quodque possideatur: & hoc distat à bonorum possessione prætoria, quæ & sine corpore, ut hereditas, juris intellectum habet. Quæ autem possessio corpore consistit, naturalis dicitur, & est detentio rei citra jus affectionemque domini, non tamen citra jus aliquod affectionemque: Nam utraque legitima dicitur, *l. 10.* quoniam utramque prætor tuetur interdictis possessoriis, & possessio fructuarii quæ naturalis est, etiam ex jure plurimum mutuari dicitur, *l. possessio quoque*, *ff. eod.* Et hæc igitur juris etiam & facti est. Sed facti magis quam juris, quia jure domini destituitur, quod jus optimum maximum est. Civilis, juris magis quam facti, quia jure domini constat, & hæc propriе possessio, ut in glossis, *κατοχὴ, ἡ ἀπὸ νόμου possessio*. *κατοχὴ, ἡ διὰ χειρὸς*. *Detentio, retentio*. Præterea hoc etiam in hoc titulo proponitur, per liberam personam possessionem adquiri, .i. corpore etiam liberi hominis, animo & voluntate nostra, ut *l. ea quæ*, *ff. de adq. rer. dom.* Voluntatem sufficere, nec requiri etiam scientiam traditæ alii possessionis acceptæque nostro nomine, in usucapione requiri scientiam, excepta causa peculiari. Nam & aliæ plurimæ suot differentiæ inter possessionem & usucapionem, ex quibus illa deducitur. (*) Denique possessionem sive naturalis ea sit, sive civilis, adquiri corpore nostro vel alieno, aut velut corpore, sive corporis quodam genere, ut lego in *l. quarundam*, *ff. eod. tit.* & animo nostro aut quasi nostro, ut per infaotem tutore auctore, *l. 4.* non alic-

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 3. cap. 36.*

alieno. Retineri solo animo, *l. 3.* tam naturalem, quam civilem. Unde intelligitur non amitti eam corpore solo, ut *l. 8. ff. eod. l. sive quibuscunque, de reg. jur.* quæ tamen amittitur animo solo, *l. 3. §. in amittenda, ff. eod.* Nam & comparationem adquirendæ, & amittendæ possessionis claudere indicat ille articulus, Fere. Et vero etiam duobus casibus notatis à Papiniano solo corpore amittitur possessio, quos lectori quærendos, & excutiendos relinquo. Item ex *l. 2. hujus tituli*, intelligimus corpore quæsitam videri possessionem, non tantum si instrumento sit comprehensum, emptorem inductum in vacuam possessionem fuisse, sed & si emptor sciente venditore diu in possessione fuerit, ut *l. non idcirco, sup. de cont. empt. l. 2. sup. si quis alt. vel sibi, &c.* Diu ponitur in possessione fuisse, quia agebatur de usucapione, vel præscriptione longi temporis; & loquitur quoque eadem *l. 2.* de vacua possessione, ut *l. 3. & 7.* quia si non sit vacua possessio, quæ tibi traditur, qui possis habere animum opinionemque adquisitæ ejus, quam cernis occupari ab alio? Illa quoque veterum regula in hoc titulo proponitur: Neminem sibi ipsum mutare posse causam possessionis. Causa possessionis est titulus, quem mutat in specie *l. 5.* qui fundum naturaliter possidet alieno nomine, ut colonus, si constituat cum fundum suo nomine possidere, cumque vendat tanquam suum: quæ iniqua, & illicita venditio est, quia non potuit sibi mutare causam possessionis, & jus dominii non mutat, nec possessionis etiam sola illa destinatio animi, ut sibi possideat, quod possedit alii, sed per venditionem tamen dominum possessione intervertit, ut Sabinus ait apud Gellium in fin. xt. & probat *l. 3. §. quod si servus, ff. eod.* illo loco. *At si alii tradiderint* (sic legendum est) videlicet si post venditionem non perseveret, domino præstare mercedem, re eadem ab emptore conducta, ut *l. quamvis, §. 1. ff. eodem.* Contra vero, si quis, quod suo nomine possidebat, constituat alieno possidere, ut colonus, vel fructuarius, non mutat sibi causam possessionis, sed desinit possidere, nec ulli injuriam facit. Cætera quæ proponuntur in hoc titulo, aliis locis exposuimus, etiam quod *l. ult.* quæ nihil interesse statuit, colonus, aut servus decesserit, an discesserit secundum Proculi sententiam, *l. cum quis, ff. de dolo, l. 3. §. quod si servus, ff. de adq. poss.*

XXXII. ENARRATIO.

PLerumque accipiuntur in malo] Ut incubator imperii, tyrannus, Servius in 3. Æneid. Asconius Pedianus 3. in Verrem, *l. ult. in fin. tit. 37. inf. l. 2. tit. 51.* Vide Notas ad Symmachum. Victor in Chronico: *Timotheus Alexandrinæ Ecclesiæ incubator.*

Dominium etiam de poss. dicitur] Dominus pro possessore apud Paulum *Sententiarum libro 5. tit. 11. §. ult. l. 1. tit. seq.* ibi, *ad nova dominia*, id est, novos possessores: ut recte Joannes Faber.

Proprietas dominium rei] *L. si procurator 13. ff. de adquir. rer. domin.*

Ut Labeo ait] In *l. 1. ff. de adquir. poss.*

Qui optime callebat orig.] Auctore Gellio lib. 13. cap. 10.

Penes duos in solidum] Vide Cujacium Observ. 9. 32. & seq.

Ut Plauto possidere ferias] In Epidico Act. 3. Sc. 4. *Tuas possidebit mulier faxo ferias.* Vide ibidem Salmasium in edit. Boxhornii.

Residere ferias] In Captiv. Act. 3. Sc. 1. *Resident esuriales ferias.*

Ex naturali possessione cœp.] Initio scilicet nondum neque naturali, neque civili jure descripto.

Nam & rei legatæ &c.] Ulp. *tit. 19. §. lege, l. 1. in fi. & l. 2. ff. de Public. in rem act. l. si ager 50. ff. de rei vindic. l. si sorori 14. sup. de ju. deliber.*

Ipso jure sine corp. appreh.] D. Augustinus in sermone de communi vita clericorum: *Quia exiguum est, quod videtur possidere, sicut Jurisperitis loquuntur, jure non corpore.*

Nec ex possessione semper seq.] Fideicommissarius enim est possessor rei per fideicommissum relictæ, non etiam dominus jure civili, *l. 3. ff. si usufr. petat.* Quod igitur ait Modestinus in *l. Herennius 42. ff. de usur.* ex causa fideicommissi dominium adquiri, de dominio possessionis accipies.

Opinionem &c.] *L. si servus 22. ff. de noxalibus act. l. pen. sup. de furt.*

Quæ & sine corp. ut hered.] *L. 3. §. 1. ff. de bonor. possess. l. hereditas 50. ff. de petit. heredit.*

Et possessio fructuarii] Fructuarius enim naturaliter videtur possidere, *l. naturaliter 12. D. de adquir. possess.* vide Cujacium ad *§. 4. Instit. per quas person. nob. adq.*

Ut in Glossis] Græcolatinis.

Excepta causa peculiari] Vide Cujacium ad *d. §. 4.*

Per infantem tutore auctore] Quæ fuit sententia Joannis, cujus etiam meminit Joannes Faber ad *l. 3. h. tit.* Joannem sequitur Odofredus.

Indicat ille articulus fere] Vide Cujacii Notas priores ad *§. 5. Instit. de Interdict.*

Notatis à Papiniano] Vide Cujacium ad *l. 44. §. quibus, ff. eodem, lib. 23.* Quæst. Papin.

De vacua possessione] Glossa putat, ex facto proponi possessionem vacuam fuisse: quam Fulgosius heic non probat, quod vacua tantum, & libera, & minime ab alio occupata possessio adquiratur.

Neminem sibi ipsum mut. poss. caus. poss.] *L. 5. h. t. l. qui bona fide 19. §. 1. ff. eod.* & ibi Cujacius.

Causa possess. est titulus] Theophilus ad *§. 2. Instit. de interd.*

Quem mutat in specie leg. 5.] Hodie, inquit Cujacius in recitat. ad *d. leg. 5.* colonus teneretur ex locato in id quod interest, & integra est domino vindicatio, si emptor rem non usuceperit; quia non est dubium, quin cum fundum bonæ fidei emptor possit usucapere, licet eum emerit à malæ fidei venditore, maxime ex *Novella* 119. si non ignorante domino emerit: qua in re dissentiunt Irnerius, & Joannes: vide Glossam. Fulgosius putat, opinionem Joannis existimantis emptorem usucapere posse, jure novissimo procedere ex *d. Nov. capite 7.* sive ex *authentica malæ fidei inf. tit. prox.*

Illicita venditio est] *L. 1. sup. de comm. rer. alien.*

TIT. XXXIII. *De præscriptione longi temporis.*

QUædam res sunt, quæ etsi usucapi non possint, longi temporis possessione adquiri possunt. Hujusmodi fuere olim prædia provincialia; sed hodie usucapi possunt ex titulo 21. hujusmodi sunt etiam hodie prædia superficiaria, itemque emhyteuticaria, quæ si à non domino accepero, ut jus in eis superficii haberem, vel ἐμφυτευμάτων, quod in rem actionem tribueret, & quasi dominium tradente domino, jus illud non usucapio, sed adquiro longo tempore, *l. cum sponsus, §. in vectigalibus, ff. de Publ. in rem act.* Hujusmodi etiam sunt servitutes, quia lex Scribonia obstat usucapioni earum, & adquiruntur tamen quasi possessione longa, *l. si quis diuturno, ff. de serv. vind. l. ult. in fi. hoc titulo.* Usucapione adquiritur dominium, non præscriptione longi temporis. Usucapio parit directam in rem actionem. Possessio longi temporis exceptionem tantum, quæ peremptoria exceptio est, ut plane satis sit eam testari initio litis, nec sit necesse eam etiam initio excuti, cum possit excuti quandoque ante sententiam, *l. 9.* & inde præscriptioni nomen, quo nihil aliud, quam exceptio significatur, & in hoc titulo de præscriptione longi temporis, id est, de adquirenda exceptione longi temporis. Sed po-

postea placuit etiam, cui adquisita hæc exceptio esset, ut daretur utilis actio in rem, *l. pen. in pr. inf. de præsc. 30. ann.* quam & veteres leges dedisse ait, puta, *d. l. si quis diuturno*, ut plane dici possit, possessori non minus possessionem longam securitatem præstare, quam usucapionem, *l. 7. hoc tit. l. 1. sup. de com. rer. al.* Usucapio non interrumpitur litis contestatione, & omissa lite, vel absoluto reo, usucapio interim jure completa intelligitur, *l. Julianus in fi. l. seq. l. si a bonæ fidei, ff. de rei vind. l. Julianus, §. quantum, ff. ad exh. l. 2. ff. pro don. l. 2. §. ult. pro empt.* Præscriptio, sive possessio longi temporis litis contestatione interrumpitur, *l. 10. sup. tit. prox. l. 12. 10. hoc tit. l. moræ, sup. de rei vindic.* Et species *l. 1.* hæc est. Post motam possessori litem de fundo, quem possidebat, is fundum vendidit bonæ fidei emptori, qui cum per 20. ann. possedit sine interpellatione: an tutus est præscriptione longi temporis? sic sane: quia ei auctoris sui mala fides nocet, si accessione temporis, quo is possedit, non utatur, *l. an vitium. ff. de div. temp. præs. l. apud Celsum, §. de auctoris, ff. de doli exc.* & ita quoque scripsit Paulus *V. Sent. tit. 11.* iisdem fere verbis, quibus hæc l. 1. perscripta est. Et quod hæc eadem lex addit in fi. quod etiam in Republica servari oportet, ex eodem titulo Pauli ita explicandum est, ut etiam adversum Rempublicam 20. an. præscriptio prosit ei, qui justum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. At si is, cui mota lis est, post omissam eam per 20. an. fundum possederit, non habet præscriptionem longi temporis, quia litis contestatione perpetuata actio est. Quæ pars *l. 1.* videtur pugnare cum *l. unica, sup. tit. 31.* quæ in præscriptione longi temporis satis esse ait, si ab initio bona fides intervenerit: sed addendum, nec lite contestata interpellatus fuerit. Fuit etiam olim differentia in tempore, quia rerum immobilium, vel servitutium, quæ his adhærent, usucapio fuit biennii præscriptio longi temporis .i. decennii inter præsentes, viceunii inter absentes. Hodie etiam usucapio earum rerum longi temporis usucapio est. Communia igitur tempora habent, & commune etiam hoc, ut bona fides titulusque verus, & justus exigatur, & possessio civilis, & ut jure tantum successionis nudæ longa possessio non prosit heredi, puta si rem alienam inventam in hereditate bona fide possederit ut hereditariam, quam defunctus mala fide, aut sine justo titulo possedit, quæ est sententia *l. 4. h. t.* quia vitium defuncti heredi nocet, imo & donatario, vel legatario, *l. apud Celsum, §. si quis autem, ff. de do. exc.* quia rem habet ex causa lucrativa, non etiam emptori, qui pretio rem suam fecit, quidquam nocet vitium auctoris sui, ut dixi supra. Et forte fuit olim controversum ante *l. penult. hujus tit.* & Constitutionem *l. 31.* an ut emptor utitur accessione temporis, quo venditor possedit, etiam ea uteretur legatarius, vel donatarius, licet & idem in his esse legamus in *l. Pomp. §. sed & legatario, ff. de adqu. poss.* Præterea *l. ult. hujus tit.* definit, qui dicantur præsentes, qui absentes; quia præsens adquirit præscriptionem decennii adversus dominum præsentem, vel creditorem hypothecarium, absens viceunii adversus absentem eundem, & præsentiam æstimat ex domicilio, quod collocarint in eadem provincia? nec rei præsentiam, vel situm exigit in eadem illa provincia, cum possit quocumque loco vindicari, etiamsi quo vindicatur dominii, vel hypothecæ jure eodem non sit, modo in eo possessoris fuerit competens forum, quia actio, cum sit res incorporalis, ubique vim exercet suam in corpore, quod persequitur. Quid ergo si quis in diversis provinciis domicilium habeat? recte respondent glossæ, domicilium in omnibus haberi pro præsentia. Quid si sit sine domicilio, ἄοικος, ἀνέστιος, animo solo retinens possessionem rei alienæ, vel rei suæ possessionem negligens? Et hunc quoque recte ait Joannes, ubique pro præsente haberi, quasi totius mundi incolam, qui certam, & stabilem sedem non habet. Quid si quibusdam annis sit præsens; quibusdam absens? Hoc definit *Nov. 119. c. 8.* Quid si unus sit præsens, qui rei insistat, alter absens? De hoc nemo sanus quærit, quia quid aliud hoc est, quam causam verti inter absentes? Non omittam, quod ait *l. ult.* non distingui utrum scierit dominus, vel creditor hypothecarius rem suam ab alio possideri, an ignoverit, quæ tantum uno casu inducta est *Nov. 119.* si à malæ fidei possessore quis rem bona fide acceperit: Nam si sciente domino, locum habet præscriptio longi temporis, si ignorante, cessat.

XXXIII. ENARRATIO.

PRædia provincialia] Quia prædia provincialia erant populi Romani, vel Principis, Theophilus ad *§. per traditionem, de rerum divis.*

Itemque emphyteuticaria] *L. si finita 15. §. si de vectigalibus 13. ff. de dam. inf.*

Quia lex Scribonia] vide Cujacium ad *l. 4. in fi. ff. de usurpat. & usucap.*

Ut plane satis sit eam testari init.] Satis est reum protestari se quandoque usurum exceptione; postquam igitur petitor suam intentionem probaverit, ut est in *l. emptor 9. h. t.* id est, *postquam dominium suum probaverit, μεθ' ἣν ἀποδείξῃ τὴν ἰδίαν δεσποτείαν*, ut est in Basilicis, præscriptio longi temporis ante sententiam opponi potest, quæ est etiam Glossæ sententia, ex *l. 2. inf. tit. 50.*

Præscriptio sine possess.] Et hanc differentiam inter usucapionem, & præscriptionem notat heic Fulgosius.

Ut etiam adversus Rempublicam] Cujacius Paulum accipit de Republica domina, ibidem.

Perpetua actio est] Et sola igitur præscriptio tricenaria ei proderit.

Vel servitutium] Quæ immobilium numero esse creduntur. Vide titulum 34. inf.

Usucapio fuit biennii] *l. pen. sup. de servit. & aq.*

Successionis nudæ] In Cujacii Codice hoc erat adscriptum scholium ex Basilicis: *οὐ δύναταί τις δικαίαν νομὴν κατασκευάζειν ἑαυτῷ λέγων, ὅτι ἀπὸ κληρονομίας ἔσχεν τὸ πρᾶγμα: non potest quis justam possessionem sibi adstruere, dicens se rem habuisse ex hereditate.*

Non etiam emptori] Imo nec donatio, nec legatario vitium auctoris ad usucapionem, aut præscriptionem nocet, sicuti nec bona fides prodest, Ulpiano teste in *l. an vitium in princip. ff. de divers. tempor. except.* quæ non aliter cum *l. apud Celsum, §. si quis autem* conciliari potest, cum tamen ejusdem Jurisconsulti sit, quam sicuti exposui in quæstione publice tractata sub Natal. anni 1590. Scripsi nonnihil ad *d. l. an vitium.* P. Faber.

D. de adquir. possess.] Etiam qui ex causa lucrativa rem habet, utitur accessione temporis, quo possedit auctor suus.

Nec rei præsentiam] Rei quæ possidetur.

In eadem illa provincia] Notandum quod scribit Joannes Faber: *In regno Franciæ*, inquit, *ubi sunt Senescalli, & Ballivi videtur eadem provincia qualibet Senescalia, vel Ballivia.*

Recte respondent Glossæ] ad *leg. ult. h. t.*

Quid si sit sine domicilio? Et quasi *ἄπολις*. Sanctus Basilius Seleuciæ t. de vita S. Theclæ: *εἰμὶ μὲν γὰρ ξένη καὶ ἄγνωστος, ἐν ἀπόλει δέ, οὔτε ἄσημος, οὔτε ἄδοξος.*

Animo solo retinens possess.] Solo namque animo retinetur possessio, ut dictum tit. 32.

Recte ait Joannes] Quem refert Glossa ad *d. l. ult.*

An ignoverit] A. Gellius libro 1. cap. 3. *Profecto nemo ignovit*. Sic libri veteres. Lactantius de Justitia cap. 3. *Quid legerint ignoverint*. Sic legitur in quibusdam libris.

Inducta est Nov. 119.] cap. 7.

Si ignorante, cessat.] Et necessaria est præscriptio tricenaria.

TIT.

TIT. XXXIV. *In quibus causis cessat longi temporis præscriptio.*

CEssat etiam ex causis positis sub hoc t. si locator adversus colonum agat rei vindicatione, *l. 1. hoc tit. l. 1. sup. Com. de usucap. l. 2. inf. de præs.* 30. si socius pro parte sua adversus socium, qui perperam rem totam possidet suo nomine, *l. 3. hoc titulo, l. servum, sup. famil. erc.* si vindicetur res mobilis, *l. 2.* nisi cohæreat fundo, ut mancipium rusticum, quod pro paete ruris habetur, *l. 3. ff. de div. temp. præs.* & in *l. 9. ff. eod.* quæ pertinet ad res soli provincialis, male Bas. & Flor. mobilibus, ut & *l. 2. sup. de ser. & aq.* male eadem Basilica, & Eustathius ex iisdem libro de temporibus, mobilium, quia immobilia esse verum est, quæcunque rebus immobilibus adhærent, *l. pen. sup. eod. l. ult. in fi. sup. tit. prox.* Cessat etiam in actionibus personalibus, aut mistis, quia & ipsæ personales sunt, & hac parte potissimum spectantur, ne fiat injuria actori coarctata propter realem personali actione: sed ab ea abstineatur producta reali potius propter personalem, *leg. 3. & 4. hoc titulo, leg. hereditatis, supra de pet. her. l. 8. sup. de jure delib. l. 5. t. seq. l. 1. §. ad hac tit.* 40. Et rursus, si quæras, cur in rem actio longo tempore perimatur, non in personam, dicam, non longum tempus actionem in rem perimere, sed usum longi temporis, usum rei diuturnum. In actione personali nullum esse debitoris usum, qui perimat actionem. Obligationis usum nullum esse. Cessat etiam longi temporis præscriptio adversus dominum rem vindicanrem, si quis eam non possederit animo domini, ut in specie *l. ult.*

XXXIV. Enarratio.

SI vindicetur res mobilis] *l. 2. hoc tit.* vel se movens, ut servus. Et quod de seevis ibi dieitur, Basilica ad res omnes mobiles trahunt.

In actionibus personalibus] *l. 5. inf. tit. prox.*

Propter personalem, l. 3.] Tricenaria duntaxat præscriptione excluduntur, ut addunt Basilica.

TIT. XXXV. *Quibus non objiciatur longi temporis præscriptio.*

DIxit qnibus actionibus non objiciatur, nunc quibus personis, & in summa non objicitur cum effectu his qui rescissa præscriptinne, in integrum restitui possunt, veluti militibus, aut absentibus Reipublicæ, vel qua alia justa, fortuita, necessaria causa, vel captis ab hostibus, vel minoribus 25. an. antequam à Justiniano ipso jure munirentur adversus præscriptionem longi temporis, pro modo scilicet temporis, quo in expeditione, absentia, captivitate, vel minore ætate fuerunt: residua enim tempora imputari eis certissimum est, nisi per modicum sit tempus, ut *l. ab hostibus, §. ult. ff. ex quibus causis maj.* Etiam illud inculcatur hoc titulo l. 5. quod habuimus superiore, præscriptionem longi temporis non objiei agenti in personam.

XXXV. Enarratio.

VEluti militibus] In expeditionibus occupatis, *l. ult.*

Aut absentibus, &c.] *l. 2. 3. 4. & 6. h. t.*

Antequam à Justiniano] Sola præscriptio tricenaria, & quadragenaeia minori objicitur, *l. ult. sup. in quib. causis in integr. restit. non est necessaria.* Vide inf. t. 39.

TIT. XXXVI. *Si adversus creditorem.*

IN hoc tit. ostenditur, præscriptionem longi temporis excludere non tantum in rem, sed etiam hypothecariam actionem, quod & supra ostendit *l. ult. t. 33. & l. 7. & ult. sup. de oblig. & act. & l. 59. inf. de evict. nec pugnat l. cum postulassem, §. ult. ff. de dam. inf.* quæ de usucapione loquitur, non de præscriptione longi temporis, & de usucapione legitima: Nam usucapio Justinianea, quia & ipsa longi temporis est, utramque perimit actionem, si ees sit immobilis. Si mobilis, idem statuo de usucapione triennii. Actioni autem hypothecariæ recte objici præscriptionem longi temporis ita verum est, si creditor agat in extraneum bonæ fidei possessorem. Nam in debitorem, vel heredem ejus, vel in posteriorem creditorem hodie necessaria est præscriptio 40. an. *l. 1. & 2. hoc t. l. cum notissimi, inf. t. 39.*

XXXVI. Enarratio.

SI adversus creditorem] Nihil præterea habet liber antiquus Ægidii Menagii: nec aliter legerunt veteres interpsetes.

Utramque perimit actionem] Tam actio in rem, quam hypothecaria præscriptione longi temporis perimitur, si res sit immobilis. Si vero res sit mobilis, idem statuit Cujacius, i. triennio usucapi: quæ etiam fuit Azonis sententia heic in summa. Vide Joannem Fabrum hoc titulo.

Nam in debitorem] cum agitur adversus debitorem, vel ejus heredem, vel posteriorem creditorem, quadragenaria præscriptio necessaria est.

TIT. XXXVII. *De quadriennii præscriptione.*

TItulus est de quadriennii præscriptione, quæ datur fisco, vel adversus fiscum. De ea, quæ adversus fiscum, est *l. 1.* ut adversus vindicationem bonorum vacantium, sive caducorum. quæ fisco competit, non sit necessaeia præscriptio longi temporis, sed quadriennii sufficiat, si post quadriennium fiscus vindicet bona quasi caduca, & vacantia, quæ alius justa possessione tenere cœpit, ut *l. 1. §. Divus, ff. de jus. fis. l. intra, ff. de div. temp. præs. l. quamvis, ff. de usur. & usur. l. 6. §. certe si vacantia, ff. si quis om. caus. test.* quib. locis ostenditur quadriennium computari à die quo bona vacare cœperunt, i. quo omnes quibus deferebatur repudiaverunt hereditatem defuncti, vel nullus extitit, qui eam amplecteretur. Ne dicas cum Accursio, à die nunciationis, quod nec posses probare. Additur in *l. 1.* eos qui bona vacantia ex beneficio Principis promeriti sunt, statim dominos fieri, & securos esse adversus fiscum. De fisco suo Principem quantumcunque volet, largiri posse, quia & fiscalia quasi propeia, & privata Principis sunt. De ea quæ fisco datur, est *l. 2. & 3.* ut post quadriennium, quam fiscus eem forte alienam, vel communem, vel alii pigneratam quasi caducam alienavit, exceptione quadriennii repellat dominum, vel creditorem agentem in rem, vel hypothecaria actione. Is autem, qui eam rem à fisco accepit, vel ex largitione Principis, ut statim securus sit adversus dominum, vel creditorem hypothecarium. Olim erat ei necessaria præscriptio quinquenni ex edicto Marci, hodie ex Constitutione Zenonis, i. *l. 2. hujus tit.* statim ipso jure securus est, sed in fiscum integra est domino, vel creditori intra quadriennium actio in rem, vel hypothecaria, quasi dolo desierit possidere. Quamobrem Tribonianus jus vetus inflectens ad jus novum in *l. neque sup. de test. mil.* pro, quinquennii, reposuit, quadrienni, quod & Bas. sequuntur, & in *l. ult. sup. si adv. fis.* nihil mutavit tamen, quia jus vetus in ea refert. Securitas eadem fuerat olim data certis emptoribus quorundam patrimoniorum Constitutionibus Leonis, atque etiam Zenonis, ut *l. ult. inf. de præd. tam.* Hodie auctore eodem Zenone, datur omnibus emendata *Nov. Leonis de bon. vac.* Nec dubitandum quin

etiam

etiam sit correcta *l.* 33. §. *item si quis à fisco, ff. de pet. her.* Nihil tamen obstat *l.* 5. *sup. de her. ven. aut l.* 5. *de lib. can.* qui tunc solum emptoribus securitatem præstat Zeno, cum agitur de dominio, vel hypotheca, ut ait *l.* 3. *hujus tituli*, non cum de ære alieno, *ut d. l.* 1. *& l. eum qui, ff. de jur. fisc.* vel de statu, ut *d.l.*5. ubi & hoc ipsum rectissime Thalelæus notavit. Nihil etiam *l.*5. *t.*30. quæ non loquitur de re à fisco vendita tanquam caduca; sed tanquam sibi obligatas ex debiti publici causa. Quod autem de alienationibus factis à fisco ne ullo modo revocetur Zeno constituit, idem Justinianus statuit *l.*5. de alienationibus factis ab Imperatore, vel Augusta ex domo sua, & privata substantia ex dominicis rebus, non ex fiscalibus, ut curatores, vel procuratores, qui eas alienationes faciunt mandatu Principis, non sit necesse cavere de evictione, quando emptores statim securi sunt, & intra quadriennium his quorum interest, sit integra actio in rem, vel hypothecaria, non adversus Principem (cum Principe enim nulla actio est) sed adversus domos ejus, & procuratores earum.

XXXVII. Enarratio.

NE dicas cum Accursio, à die nuntiationis] Azo putabat, quadriennium computari à die, quo vacare cœperunt, & fisco denuntiata sunt. Communis sententia est, Fulgosio teste, præscriptionem incipere à tempore denuntiationis, non a die vacationis.

Quasi propria] *l.*2. §.2. *ff. ne quid in loco publico*, & quod ait *lex* 3. *omnia esse Principis*. Martinus ad res privatas pertinere putabat. Rectius autem Bulgarus, ad res fiscales refert, & patrimoniales, cujus sententiam Cujacius sequitur, Observat.15. 28.

Intra quadriennium] *Continuum*: nam ita legitur in vetustis codicibus, & in Basilicis: *τετραετίαν συνεχῆ*.

Reposuit, quadriennii] In veteri Menagii codice legitur, *quadriennii*. In Basilicis *τὸν τετραετῆ χρόνον*, *quadriennium*.

Nec dubium quin etiam sit correcta] Græci respondent, eum qui à fisco hereditatem quasi vacantem emit, utili hereditatis petitione teneri: nec igitur Zenonis Constitutioni locum esse, cum universitas venditur, aliter quam si res certa vendita sit, & hæc quoque solutio Azoni placet. Rectius alii Græci tradunt, ante Zenonis constitutionem eum, qui à fisco acceperat, conveniri potuisse intra quinquennium, secundum quam *d.* §. intelligendus est: postea autem Zenonis Constitutionem statim securum fecisse eum, qui aliquid à fisco accepit, libro 42. Basilic. tit.5. cap.13. §. 7. & correcta igitur *dicta lex* 33. ut & Fulgosius sentit ad *leg.* 1. *in fine sup. de heredit. vel act. vend.*

Thalelæus notavit] Libro Basilic.48. tit.20.c.5.

TIT. XXXVIII. *Ne rei Dominicæ: vel templorum vindicatio temporis exceptione summoveatur.*

ADfinitatem hic titulus habet aliquam cum *l. ultima* tituli superioris, propterea quod, & illa est de rebus dominicis, quibus hic titulus addit etiam res templorum, ut adversus vindicationem earum non obstet præscriptio longi temporis. Res fiscales sunt quasi propriæ Principis. Res dominicæ, propriæ. Templa dicit paganorum, quæ fuerant, non Christianorum, ut *l. u. t. inf. de fun. patr. l.*6. *inf. de om. ag. def. & inf. tit. de div. præd. urb. & rest. templ. l.*1. *Cod. Theod. de fide Cathol.* (Vox, sacrorum abest à vet.) post cœperunt esse publici juris, aut rei privatæ, ut *l.* 8. *Cod. Theod. de ju. fis. l.*5. *C. Th. de loc. fund. in emph.*

XXXVIII. Enarratio.

REs fiscales sunt, quasi propriæ princ.] *l.*2. §.2. *ff. ne quid in loc. publ.*

Res dominicæ propriæ] Idem est res dominica, res privata, res domus dominicæ, aut divinæ domus, divina domus, principalis, Imperatoria. Phædrus libro 5. *Superbiens honore divinæ domus, l.* *si intervenienite* 12. *ff. ad Senat. Turpill.*

TIT. XXXIX. *De præscriptione 30. vel 40. annorum.*

QUemadmodum usucapioni, quando locum non habet, succedit præscriptio longi temporis, ut supra dictum est, ita ubi præscriptioni longi temporis locus non est, ut puta si agatur in rem, vel hypothecaria adversus malæ fidei possessorem, vel si agatur in personam, ibi tum succedit præscriptio longissimi temporis, id est, 30. an. & rursus cessante præscriptione 30. ann. ut si à debitore pignus vindicet creditor, succedit præscriptio 40. ann. quod hic titulus ostendis. Et de præscriptione 30. ann. legem tulit primus Theodosius Senior, protulit Junior, & ampliavit una cum Valentiniano Imperii collega, & Junioris Theodosii sane est, *l.* 3. *hujus tituli*, non senioris, ut ostendi Obs. 18. Hoc vero distat præscriptio 30. ann. à præscriptione longi temporis, quod in illam fœminis, & militibus, & absentibus justa ex causa imputetur tempus tricennii sine spe restitutionis in integrum, ut tot annorum desidia plectatur, & puberibus minoribus 25. ann. quibus tamen non imputatur præscriptio longi temporis, *l. ult. sup. in quibus causis in int. rest. non est nec.* aut ne objiciatur cæteris, in integrum restitutioni locus est, ut supra titul. 35. Non tamen æquum est cuiquam imputari tricennium, vel longius tempus, quo hostes prædia ejus possederunt, vel qui ab his causam habent, quia coactus est ea deserere, nec ulla ejus coargui desidia potest: & ita Afris non imputatur tempus, quo Vandali eorum prædia hostiliter possederunt, *Nov. Valentin. de* 30. *an. præs.* & Hispanis ab iisdem hostiliter suis possessionibus expulsis Constitutione Honorii, de qua ita Procopius 1. de bel. Vand. aut historiæ suæ potius 3. lib. *νόμον ἔγραψε ὅπως ὁ τῶν Βανδίλων χρόνος ἐν ὅσῳ γε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διατελοῖεν, ἐς τὴν δὴ τῶν τριακοντούτεις παραγραφὴν ἥκιστα φέροιτο*, quomodo etiam Romanis contra Gothos cavisse Justinianum ostendi Obs. 10. Item præscriptio longissimi temporis non pertinet ad actiones, quæ longo tempore perimuntur, puta in rem, vel hypothecariam adversus bonæ fidei possessorem, nec ad alias, quæ breviori tempore extinguuntur, veluti prætorias, annales, & de dolo, quæ biennio, de inofficioso, quæ quinquennio perimitur, sed ad eas tantum, quæ olim perpetuæ, sempiternæ, immortales erant, quas notavi supra, quare merito Valentinianus ait, Theodosium humano generi profunda quiete prospexisse in supradicta *Nov.* unde & eam præscriptionem Cassiodorus humani generis patronam appellat, ne tot annorum cuiquam possessio moveretur. Præscriptionis autem 40. ann. auctor est Anastasius, *l.* 4. 5. 6. quæ locum habet in his actionibus, quas quorundam interpretatio, vel fortuita, vel excogitata interpretabatur esse perpetuas, nec finiri tricennio: & fortuitam interpretationem dicit, *τὴν τυχοῦσαν*, qualemcumque, etiam ineptam, & illepidam, excogitatam, subtilem, & versutam, quam ad eas actiones, quæ specialiter non essent enumeratæ Constitutione Theodosii præcipue adhibere solebant tanquam omissas. Sed omissas Anastasius vult perimi præscriptione 40. annorum, etiamsi de jure publico agatur, ut *l. ult. inf. de fun. rei priv. l. ult. inf. de fun. patr.* (excepta tributorum causa *l.* 6.) vel de conditione personarum, ut si quis dicatur esse cohortalis, *leg. si cohortalis*,

infra de cohortal. vel servus, vel navicularius, vel fabricensis, mettallarius, murilegulus, gynecianius, vel alterius cujuscunque condictionis, cui cum sua sobole teneatur adstrictus, quasi vinculo quodam servitutis. Excipitur tantum conditio curialium, *l.5.*& adscriptitiorum, *l.penult. inf. de agr. cens.* propter publicam utilitatem. Item quæ nominatim erat excepta actio Constitutione Theodosii illo loco, non à suo debitore, ut esset perpetua, hodie ex Constitutione Anastasii finitur quadraginta annorum possessione continuata, & exemplo debitoris, etiam adversus heredem ejus, & secundum creditorem, qui ejus nomine pignus possidet, quive dum post mortem debitoris suo nomine possidet, ab herede defuncti nondum apprehensa possessione, conjungit possessionem debitoris, vel quam ipse nomine debitoris possedit, vivo debitore. Excepta etiam erat Constitutione Theodosii actio finium regundorum. Sed hanc Justinianus redegit ad triginta annos, *l.ult. sup. fin. reg.* verbis scilicet illius legis, quæ perpetuam faciebant actionem finium regundorum, ut ex Julio Frontino constat, immutatis & redactis ad finem tricennii, & exceptione quoque illa remota à *l.3. hujus tituli*, quæ extat in Cod. Theod. Ut autem pignus possidente secundo creditore, actio hypothecaria quæ primo creditori competit adversus secundum, vivo debitore finitur quadraginta ann. mortuo 30. vel si secundus creditor ex persona debitoris accessione temporis uti velit 40. ita pignus possidente primo creditore, jus offerendæ pecuniæ primo creditori debitæ, vel obsignandæ, & deponendæ, quod secundo creditori competit, tanto tempore finitur, quanto adversus eum si possideret, finiretur actio hypothecaria, *l.7. §.eodem jure*. At jus luendi pignoris, quod debitori competit, Rogerius bene existimat nullo tempore perimi: quia non tam jus est, quam facultas posita in arbitrio debitoris, ut quo minus ea utatur quandocunque nulla ratione impediri possit: atque ita licet creditor quocunque tempore non possit appellare fidem debitoris, ipse tamen debitor ultro si velit quocunque tempore fidem liberare, & conscientiam suam exonerare potest, vel ne creditor ex pignore, cujus pretium plerunque excedit, debiti quantitatem si id reddere non cogitur, plus ferat quam ei debeatur: ac præterea creditor cum debitori non sibi possidere cœperit, nec mutare sibi ipse possit causam possessionis: consequens est nulla eum temporis præscriptione debitorem repellere posse, quo minus oblata pecunia debita pignus suum recipiat, *leg. 5. & l. 7. §. ultimo*. Ad hæc notandum est, in his præscriptionibus tempora computari ex die quo agi potuit, ut d. *l.7. §.1. & §. illud. & l.1. §. ad hæc tit. seq.* Et si forte sint pensiones, quæ ex stipulatione, vel ex legato, vel ex alia causa debeantur in annos, menses, vel dies singulos, quoad quis vivat, tempora computari non ab initio obligationis, sed ab initio cujusque diei, quo pensio inferri debuit, ut qui ab eo die longissimo tempore cessavit eam pensionem petere, ejus die pensionem amittat præscriptionis jure, ut recte Martinus accepit, *l.7. §.ult.* nulla facta differentia inter stipulationes & legata, quoniam sive ex stipulatione, sive ex legato debeantur, quot sunt pensiones, tot sunt actiones, quæ cum nascantur simul uno eodemque tempore, & suum quoque singulæ habent propium ad præscriptionem tempus, ita ut primi anni pensio quam secundi, secundi quam tertii citius perimatur desuetudine solvendi. Item ergo & in pensionibus usurarum dicendum est, quæ plerunque in Cal. vel in annos singulos debentur, ut in præscriptione earum tempora non computentur ab initio contractæ obligationis, sed à fine anni, quo usuræ peti potuerunt, ut etiamsi sequentibus annis petitiæ & solutæ sint, non tamen petantur præteriti anni usuræ post triginta aut quadraginta ann. *l. seq. §. ult.* & recte *l. eos, supr. de usur.* singulis annis nasci actionem usurarum. Ideoque ut sublata obligatione principali solutione sortis, superest solutio usurarum, *l.centum, ff. de eo quod cer. lo. l.1. supr. de jud.* ita spatio 30. an. sublata actione principali, adhuc primi anni usuræ peti possunt intra annum, & secundi anni intra biennium, & sic deinceps: & ita olim obtinuit, ut Patricius adnotavit ad *d. l.eos*. Sed Justinianus definit sublata personali, vel hypothecaria actione spatio 30. aut 40.an. etiam finiri quæstionem usurarum & fructuum. At si forte duret actio principalis, quæ utique durat, si interrupta fuerit præscriptio solutione usurarum, ut *l. plures, supra de fid. instr.* non tamen durat petitio usurarum ejus anni, quo petitæ & solutæ non sunt, si ab eo die transierint 30. anni, quæ omnia summe notanda sunt. Addam ex *l.penult.* eum qui mala fide possidet, & dominum, vel creditorem semel exclusit præscriptione 30. vel 40.an. si postea possessio ad dominum, vel creditorem sine violentia pervenerit, non habere adversus eos utilem vindicationem. Dixi, sine violentia: nam si per vim dominus vel creditor possessionem eripuit priori possessori, momenti beneficio protinus possessio redintegranda est, nam & eo casu nondum adquisita præscriptione longissimi temporis, si medio tempore dominos, vel creditor rem ita possederit non intelliguntur interrupta tempora præscriptionis, *l.7. §. imo & illud*, si absque violentia, in causa possessionis potior est dominus, vel creditor qui rem tenet, quam prior possessor qui eam mala fide tenuit. Quin etiam si possessio pervenerit ad extraneum sine justa causa, domino, vel creditori hypothecario, tametsi à priori possessore exclusus semel fuerit præscriptione 30. aut 40.an. vindicatio competit adversus extraneum, nisi extraneus à die indeptæ possessionis adquisierit eandem præscriptionem, vel nisi eam possessionem per vim apprehenderit ereptam priori possessori, cui momenti beneficio potius restituenda est, quam domino, vel creditori. Est & alius casus, quo prior possessor dominum, vel creditorem excludit, si à priori possessore, quod rem non defenderet, per sententiam judicis possessio translata sit in dominum, vel creditorem, ut *l.priusquam, ff. de no. op. nunc. l.à quo ff. de dam. infec.* Est enim priori possessori integrum intra annum oblata cautione de re defendenda recipere possessionem suam, *l.penult. §.penult.* cui si objiciatur, *l.properandum §. sin autem absuerit reus supr. de jud. l.2. supr. ubi in rem act.* memineris ejus quod notavi in *d. l. si priusquam lib. 9.* ad Africanum, separandum esse eum qui rem non defendit ab eo qui istitat lite deserta.

XXXIX. Enarratio.

UT supra dictum est] Tit.33.

Primus Theodosius senior] Aliis placet præscriptionis triginta annorum auctorem esse Theodosium juniorem. Vide Jacobum Sirmondum ad Apollinarem Sidonium libro 8. epistolarum 6.

Ut ostendi Observ.18.] Capite 26. In veteri Menagii inscriptio d.legis 3. hæc est. *Honorius & Theodosius A.A. Asclepiodoto*.

Et puberibus minoribus 25.ann.] Non etiam pupillis cujus ætas tricennio subtrahitur.

Observat.10.] Capite 12.

Adversus bonæ fidei poss.] Hæc enim tollitur præscriptione longi temporis, ut *sup. tit.36.*

Cassiodorus] Libro 5.37.

Excepta tributorum causa] Vide Eustachium de præscription. cap. de quadraginta ann. §.1. & Cojacium cap.31. Scholiast. ad leg. 6. in Basilic. Constantinum Harmenopolum Epitom. libro 1. tit.3. §.57. in *d. l.6. profligari*, in Basilicis exponitur, *ἀπαιτῆσθαι. exigi.* & ita accipe in *l.ult. infr. de fund. patrimon.*

Ut si quis dicatur esse cohortalis] Præscriptione quadragiuta annorum repellitur, qui quem vindicat cohorti.

Excipitur tantum condicio curialium] Qui neque præscriptione quadraginta annorum solvuntur oneribus curiæ.

Constit. Theodosii] *d. l.* 3. ante Anastasium actio hypothecaria adversus debitorem erat perpetua.

Finitur quadraginta annorum] Et debitor igitur præscriptione tricennii personali actione liberatur, hypothecaria vero non item. Cujacius in recitat. ad hunc titulum ait, quantum ad pignus attinet, naturalem obligationem non videri sublatam. Atqui cum principalis causa non consistit, nec ea, quæ sequuntur locum habent, *l. cum principalis* 178. *de regul. jur.* nec igitur perempta actione principali, seu personali, consistere poterit hypothecaria. Respondet Cujacius in *d. l.* addi plerumque, non semper, & ita etiam Fulgosius.

Qui ejus nomine] Debitoris nomine.

Quive dum post mortem] Posteriori creditori, qui post mortem debitoris pignus suo nomine possidere incipit, sufficit præscriptio tricenaria: nisi tempus conjungere velit, quo debitor pignus possedit, vel ipse nomine debitoris, cum tempore, quo ipse possedit suo nomine post mortem debitoris: tunc enim necessaria est præscriptio quadraginta annorum. Vide Cujacium in recitat. ad *l. 7. hoc tit. sub initium*.

Redegit ad triginta annos] Vide sup. ad titulum, fin. reg.

Vel obsignandæ & dep.] Si prior nolit accipere.

Quando adversus eum si possid.] Ius offerendi perimitur præscriptione triginta annorum.

Rogerius bene existimat] In dialogo de præscriptionibus, Constantinus Harmenopulus Epitom. libro III. tit. 5. §. 36. Creditor & heres ejus non habet longi temporis præscriptionem, ut pignus non reddat, exoluto omni debito, *neque præscriptionem triginta an.* ὅτι τῶν τεσσαράκοντα ... : sic legendum & vertendum. Vide Cujacium ad *legem pignori*, *ff. de usurpat. & usucap.*

Ejus diei pensionem amittat] Non sequentis temporis.

Ut recte Martinus accepit, l. 7. §. ultim.] Cujus sententiam recentiores sequuntur, teste Joanne Fabro.

Nulla facta differentia inter stipul. & leg.] Aliter Joannes, Azo in Summa num. 6. Accursius, Odofredus, & auctores Basilic. ut videtur, qui de legatis tantum loquuntur. *Jubet*, inquiunt, *& in annuis legatis computari tempus, non ex quo relicta fuerint, sed ex quo nata sit actio: nascitur autem in singulos annos*: Joannes Faber nullam differentiam facit inter stipulationes & legata, *sicut*, inquit, *nec textus facit.*

Ut Patricius adnotavit] Libro 23. Basilic. tit. III. in secunda parte cap. 74. ubi Græcus interpres notat nihil immutatum in legatis annuis, quia plures actiones sunt, eæque principales.

Addam ex l. pen. eum qui mala fide] Si bona fide possederit, amissa possessione utilem vindicationem habet.

Quo prior possessor] Licet mala fide possederit.

TIT. XL. *De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diversis temporibus & exceptionibus, vel præscriptionibus & interruptionibus.*

LEgo, exceptionibus vel præscriptionibus, ut *l.* 1. temporales exceptiones, vel præscriptiones, legitimæ exceptiones vel præscriptiones. Duæ sunt appellationes ejusdem rei. Erant autem olim personales actiones perpetuæ in provinciis, in Italia eis obstabat exceptio anni utilis. Hodie ex *l.* 1. *hujus tituli*, ubique locorum salvæ permanent usque ad trigesimum annum completum, nisi legitimo more interrupta tempora fuerint: nam ut litis contestatio, ita quælibet interruptio legitima perpetuat actionem, *l.* 3. id est, protendit in annos quadraginta, quia pro litis contestatione cedit. In hypothecaria servatur præscriptio quadraginta an. adversus debitorem, & cæteros, de quibus *l. 7. sup. titulo proximo*, & hoc est quod ait *l. 1. hujus tituli*, sola hypothecaria, &c. quo loco duplex error errari videtur: primum quod à personalibus actionibus excipiat hypothecariam, quæ non est personalis: sed hoc ideo forte, quia personalis actionis accessio est, & non proprietatem, ut aliæ reales, sed nudam possessionem avocat. Deinde quod ait, sola, cum sint & aliæ non comprehensæ Constit. Theodosii. Sed & aliis locis verbum idem nos fallet, si tam restricte accipiatur, ut *l. pen. sup. de ap. lib. l. 1. sup. de bon. poss. contra tab. §. in bonæ fidei, Instit. de act.* Cæterum omnes personales, quæ minora tempora legibus definita non habent, finiuntur spatio triginta an. Unde dubitatur, quid sit statuendum de mistis actionibus familiæ erciscundæ, communi dividundo, Finium regundorum. Nam qua reales sunt, perimi videntur longo tempore, qua personales tricennio, quod magis obtinuit: & idem dici potest de petitione hereditatis, quæ etiam mista est actio. Et aliæ quæ nominatim recensentur in *l.* 1. non alia ratione recensentur, quam quod & de eis dubitaretur, de actione pro socio, quod & hæc mista videri posset, vel ex verbis, *l. 1. ff. com. divid.* per comparationem acceptis, & de actione furti, aut vi bonorum raptorum, quæ & ipsa furti improbioris actio est: quod videatur sæpius res contrectata, ut quidam dicebant, & sæpius in furem nasci actio furti, atque ita nunquam compleri posse tricennium: & idcirco, *l. si cum quis, §. quandiu, ff. de furt.* non perire actionem furti, quandiu fur vivit, quod quid aliud est quam esse perpetuam? Sed placet etiam vivo fure eam finiri tricennio, nec adsidua contrectatione sæpius nasci actionem furti. Cætera in hoc titulo perfacilia sunt, ne filiisf. imputentur tempora præscriptionum, & de interruptionis novo genere proposito in lege secunda addito veteribus, litis contestationi, conventioni executoris, novæ cautioni mediæ possessioni domini, vel creditoris, solutioni usurarum, querelæ per libellum ad Principem perlatæ in annua præscriptione. Nec aliud notandum restat, quam ex *l.* 3. eum cui, quis debet eandem quantitatem ex diversis causis, puta 10. ex testamento, 10. ex stipulatione, 10. ex mutuo, omnes causas & actiones in judicium deduxisse, & per hoc tempora præscriptionum interrupisse videri, si vel 10. petierit non adjecta causa, vel generaliter, quod sibi debetur, vel si egerit personali aut hypothecaria, etiam eam actionem, quam nominatim non egit, quæ modo ex iisdem causis competat, in judicium deduxisse intelligitur. Diversum erit, si quis ex certa causa certam quantitatem petierit, ut Jo. sentit recte, vel ex certa causa tantum, non expressa quantitate, vel si dissimiles quantitates debeantur, puta 10. 20. 30. ex variis causis, & petierit 10: nam quod in principio, (*) & maxime ex similibus causis, sic accipitur, ut minime idem sit ex dissimilibus causis, sic accipitur, ut minime idem sit ex dissimilibus causis. Quod autem in fine, unius quidem specialiter, ita ex principio, unius quidem causæ summa, causa tamen non expressa.

XL. ENARRATIO.

LEgo, exceptionibus vel præscriptionibus] In veteri Menagii sic legitur: *& de diversis temporibus, & exceptionibus, præscriptionibus, & interruptionibus*, In ipsa lege: *Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones,*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 13.*

nes, vel præscriptiones. Et paulo post: aliæ omnes legitimæ exceptiones, vel præscriptiones. A

Excipiat hypothec. quæ non est pers.] Est in rem. Vide consultation. 30.

Si tam stricte accipiatur] Vide Cujac. ad *d. l. 11. ff. de sponsal.* in recitat. ad lib. 16. Dig. Juliani.

De petit. hered. quæ etiam mista est ac.] Petitio hereditatis in rem actio est, *l. sin autem 27. §. 2. ff. de rei vindic. l. sed etsi lege 25. §. petitio 13. ff. de petit. hered.* & in hereditatem actio dicitur, *l. pater 10. in fin. ff. de captiv. & postlim. rev.* Sed ea actione continentur etiam quæ nunquam hereditatis fuerunt, ut pretia rerum venditarum, & pecuniæ exactæ à debitoribus: & ideo mista est actio, Cujac. in Parat. *ff. de petit. hered.* ex *l. quod si in diem 16. §. 1. eod. & d. §. petitio,* & mixta dicitur in *l. hereditatis 7. ff. de petit. hered.* B

Per comparationem acceptis] Accursius tamen magis ibi accipit positive, non comparative. Sed frustra recenseretur heic, nisi de ea dubitatum esset.

Furti improbioris actio est] Raptor fur improbus dicitur ἀναιδὴς, *Instit. de bonis vi rapt.* fur improbior in *l. etiam si 14. §. cæterum 7. ff. vi bonor. rap.*

Quod videatur sæpius res contrect.] *l. quamvis 6. & l. 9. ff. de fur.*

Et de interruptionis novo genere] interruptio est ῥῆξις χεῖνε, ἤγουν τομὴ, ἢ διακοπὴ, Harmenopulus lib. 1. tit. 3. §. 11. *ruptio temporis, sive sectio & intercisio, quod non patiatur tempora continuo computari, sed cœptum tempus interpellet, & interrumpat,* ut idem ait.

Proposito in l. 2.] Si nemo sit qui conveniri possit, veluti si possessor absit, vel infans sit, aut furiosus, C vel difficilis conventu, interrumpitur præscriptio contestatione ex scripto habita apud Præsidem, vel Episcopum, vel defensorem civitatis. Sin autem illi adfuerint, *ἐπιδώσει προσθήκην τῷ λίβελλον publice libellum proponet,* ut est in Basilicis, ubi possessor domicilium habet, tabulariorum manu subscriptum: vel si civitas tabularios non habeat, trium testium subscriptiones adhibebit.

Litis contestationi] De his Cujac. ad *l. 7. supra tit. prox. ad fin.*

Et certa causa certam quantitatem petiarit] Puta centum ex stipulatione, tempora præscriptionum interrupisse non videtur.

Ut minime idem sit ex dissimilibus causis] Quantitatibus, ex Glossæ sententia, quæ Cyno & Fulgosio non D placet: & utique verior est sententia Joannis.

TIT. XLI. *De alluvionibus, & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.*

HUjus tituli coaptandi cum superiobus, qui de præscriptionibus sunt, triplex est ratio. Prima, quod alluvione & inundatione de quibus in hoc titulo agitur, possessio, & consequenter præscriptionis tempus, interrumpatur, *l. 3. §. Labeo, ff. de adquir. poss.* nec mirum, cum & hic modis dominium amittatur, *l. si ager, ff. quibus modis ususfr. amitt.* Altera quod præscriptio temporis qualibet non tantum fundum complectatur, sed etiam id quo fundus crevit per alluvionem, sive crevit ante, sive post adquisitam præscriptionem, quia jus & conditionem sequitur fundi principalis, *l. si ergo §. quod tam, ff. de Publ. in rem act. l. puto §. id quod amnis, ff. fam. ercisc. l. si fundus in pr. ff. de pign. l. item si fundi §. huic vicinus, ff. de usufr.* Tertia, quod ut in fine superioris tituli scriptum est, præscriptiones compositas esse adversus negligentes, ita etiam jura alluvionum sint recepta adversus negligentes, qui ripam, qua sui agri terminantur, munire aut reficere contemnunt, auctor Cassius apud Urbicum & Boet. nam etsi mutare naturalem alveum fluminis nemo possit, tamen ripam suam munire sine injuria accolarum potest; & vero debet, ne quid ei abstrahatur alluvionis E

jure, *l. 1. hoc titulo,* quod tamen non ita abstrahi potest, ut alluvione, & vi quoque majore, sicut nec si fundum amnis circumeat, & in insulæ formam redigat, priore alveo derelicto, ejus desinit is fundus esse cujus fuit, ut *l. 1. §. item si amnis, ff. de flum.* quod circumluvionem M. Tullius appellat, & Festus circumluvium: quod & jus prædiorum esse ait, quia vix circumluitur cujusquam ager, quin & paulatim alluendo augeatur, *l. ergo §. tribus, ff. de aquir. rer. dom.* ex quo loco idem etiam colluvium appellari potest. Ergo & alluvio jus prædiorum est, & circumluvio, quæ vix unquam existit sine alluvione: & alluvio igitur jus prædii, quo contrarii prædii portio ei adcrescit, donante flumine publico: in Glossis, προσθήκη ἢ πρόσκλυσις τῶ ποταμοῦ Non est jus fisci, aut Principis, ut ab eo emi, vel dono peti possit, quasi possessio vacans, cum nec ei tributum indici possit, quia incerta possessio est, ut rectissime docet integrior *Nov. Theod. de allav.* ex qua sumpta est *l. 3. hujus tituli,* & certæ tantum possessioni tributum indicitur. Qui incertas addiceret, veluti possessæ alluvionum beneficio, videretur ignorare alluvionum vitia, id est, inconstantiam, mutabilitatem, & crebram veluti tempestatum commutationem, & rem ioiquam possessoribus indiceret. Eodem jure sunt paludes & pascua, quæ infertilia cum essent & squallida prædia, possessores suo sumptu, & opera fertilia lecerunt, ut nec à fisco vendi, nec à Principe donari, nec tributis onerari statim possint: hanc immunitatem mereri eum, qui agrum palustrem & inutilem exsiccavit, exaravit, excoluit.

XLI. Enarratio.

CUm & hic modis domin. amittatur] Id Accursius negat ad *d. §. Labeo.*

Præscriptiones compositas esse] Sic ibi ex vett. legit Cujacius ad tit. de exception. Inst. In veteri tamen Menagii legitur, *oppositæ.*

Apud Urbicum] De limitibus agrorum.

Et Boetium] De Arithmetica.

M. Tullius appellat] 1. De Oratore.

Et Festus] *Circumluvium,* inquit, *jus prædiorum.*

Quo contrarii prædii portio] Quod est è regione.

Donante flumine publ.] Lucanus

----- his rura colonis,

Accedunt donante Pado.

Cujacius.

Alluvionum vitia] *d. l. 3.*

Rem inquam possessoribus indiceret] Pro *inducere,* Cujacius legit, *indicere* Vetus tamen Menagii nihil mutat.

Paludes & pascua] *d. l. 3. vers. similiter.*

Squalida prædia] Vide ad titulum ultimum libri quarti.

Exaravit] Cicero 5. in Verrem: *Aratorum liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, eo cibo esse usos.*

TIT. XLII. *De sententiis præfecti prætorio.*

SUperiori tractatui, de possessione & ejus effectis vicinus est tractatus de missione in possessionem, quæ fit sententia judicis exequendæ gratia, & inter genera possessionum adnumeratur, *l. 3. §. ult. ff. de adq. poss.* & possessio in jure sæpissime appellatur, & de ea quia dicturus est tit. 72. ideo de sententiis judicum prius dicere instituit, quarum exequendarum causa illa possessio comparata est: & incipit à summis judicibus, hoc est à sententiis præfectorum prætorio, ut doceat adversus sententias præf. prætorio, quamvis appellari non possint, διὰ τὸ ἤγουν ἢ τὸ ὕψος τῆς ἀρχῆς, ut Theodorus Hermopolites ait, *l. 19. & 30. & 35. inf.* de

Ut si quis dicatur esse cohortalis] Præscriptione quadraginta annorum repellitur, qui quem vindicat cohorti.

Excipitur tantum condicio curialium] Qui neque præscriptione quadraginta annorum solvuntor onesibus curiæ.

Constit. Theodosii] *d. l.* 3. ante Anastasium actio hypothecaria adversus debitorem erat perpetua.

Finitur quadraginta annorum] Et debitor igitur præscriptione tricennii personali actione liberatus, hypothecaria vero non item. Cujacius in recitat. ad hunc titulum ait, quantum ad pignus attinet, naturalem obligationem non videri sublatam. Atqui cum principalis causa non consistit, nec ea, quæ sequuntur locum habent, *l. cum principalis* 178. *de regul. jur.* nec igitur pesempta actione principali, seu personali, consistere poterit hypothecaria. Respondet Cujacius in *d. l.* addi plerumque, non semper, & ita etiam Fulgosius.

Qui ejus nomine] Debitoris nomine.

Quive dum post mortem] Posteriori creditori, qui post mortem debitoris pignus suo nomine possidere incipit, sufficit præscriptio tricenaria: nisi tempus conjungere velit, quo debitor pignus possedit, vel ipse nomine debitoris, cum tempore, quo ipse possedit suo nomine post mortem debitoris: tuno enim necessaria est præscriptio quadraginta annorum. Vide Cujacium in recitar. ad *l.* 7. *hoc tit. sub initium*.

Redegit ad triginta annos] Vide sup. ad titulum, fin. reg.

Vel obsignandæ & dep.] Si prior nolit accipere.

Quando adversus eum si possid.] Jus offerendi perimitur præscriptione triginta annorum.

Rogerius bene existimat] In dialogo de præscriptionibus, Constantinus Harmenopulus Epitom. libro 1. tit. 5. §. 36. Creditor & heres ejus non habet longi temporis præscriptionem, ut pignus non reddat, exoluto omni debito, *neque præscriptionem triginta an.* [illegible]: sic legendum & vertendum. Vide Cujacium ad *legem pignori*, *ff. de usurpat. & usucap.*

Ejus diei pensionem amittat] Non sequentis temporis.

Ut recte Martinus accepit, l. 7. §. ultim.] Cujus sententiam recentiores sequuntur, teste Joanne Fabro.

Nulla facta differentia inter stipul. & leg.] Aliter Joannes, Azo in Summa num. 6. Accursius, Odofredus, & auctores Basilic. ut videtur, qui de legatis tantum loquuntur. *Jubet*, inquiunt, *& in annuis legatis computari tempus, non ex quo relicta fuerint, sed ex quo nata sit actio: nascitur autem in singulos annos:* Joannes Faber nullam differentiam facit inter stipulationes & legata, *sicut*, inquit, *nec textus facit.*

Ut Patricius adnotavit] Libro 23. Basilic. tit. 1. in secunda parte cap. 74. ubi Græcus interpres notat nihil immutatum in legatis annuis, quia plures actiones sunt, eæque principales.

Addam ex l. pen. eum qui mala fide] Si bona fide possederit, amissa possessione utilem vindicationem habet.

Quo prior possessor] Licet mala fide possederit.

TIT. XL. *De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diversis temporibus & exceptionibus, vel præscriptionibus & interruptionibus.*

LEgo; exceptionibus vel præscriptionibus, ut *l.* 1. temporales exceptiones, vel præscriptiones, legitimæ exceptiones vel præscriptiones. Duæ sunt appellationes ejusdem rei. Erant autem olim personales actiones perpetuæ in provinciis, in Italia eis obstabat exceptio anni utilis. Hodie ex *l.* 1. *hujus tituli*, ubique locorum salvæ permanent usque ad trigesimum annum completum, nisi legitimo more interrupta tempora fuerint: nam ut litis contestatio, ita quælibet interruptio legitima perpetuat actionem, *l.* 3. id est, protendit in annos quadraginta, quia pro litis contestatione cedit. In hypothecaria servatus præscriptio quadraginta an. adversus debitorem, & cæteros, de quibus *l.* 7. *sup. titulo proximo*, & hoc est quod ait *l.* 1. *hujus tituli*, sola hypothecaria, &c. quo loco duplex error errari videtur: primum quod à personalibus actionibus excipiat hypothecariam, quæ non est personalis: sed hoc ideo forte, quia personalis actionis accessio est, & non proprietatem, ut aliæ reales, sed nudam possessionem avocat. Deinde quod ait, sola, cum sint & aliæ non comprehensæ Constit. Theodosii. Sed & aliis locis verbum idem nos fallet, si tam restricte accipiatur, ut *l. pen. sup. de op. lib. l.* 1. *sup. de bon. poss. contra tab. §. in bonæ fidei, Institut. de act.* Cæterum omnes personales, quæ minora tempora legibus definita non habent, finiuntur spatio triginta an. Unde dubitatur, quid sit statuendum de mistis actionibus familiæ ercifcundæ, communi dividundo, Finium regundorum. Nam qua reales sunt, perimi videntur longo tempore, qua personales tricennio, quod magis obtinuit: & idem dici potest de petitione hereditatis, quæ etiam mista est actio. Et aliæ quæ nominatim recensentur in *l.* 1. non alia ratione recensentur, quam quod & de eis dubitaretur, de actione pro socio, quod & hæc mista videri posset, vel ex verbis, *l.* 1. *ff. com. divid.* per comparationem acceptis, & de actione furti, aut vi bonorum raptorum, quæ & ipsa furti improbioris actio est: quod videatur sæpius res contrectata, ut quidam dicebant, & sæpius in furem nasci actio furti, atque ita nunquam compleri posse tricennium: & idcirco, *l. si cum quis*, *§. quandiu*, *ff. de furt.* non perire actionem furti, quandiu fur vivit, quod quid aliud est quam esse perpetuam? Sed placet etiam vivo fure eam finiri tricennio, nec adsidua contrectatione sæpius nasci actionem furti. Cætera in hoc titulo perfacilia sunt, ne filiisf. imputentur tempora præscriptionum, & de interruptionis novo genere proposito in lege secunda addito veteribus, litis contestationi, conventioni executoris, novæ cautioni mediæ possessioni domini, vel creditoris, solutioni usurarum, querelæ per libellum ad Principem perlatæ in annua præscriptione. Nec aliud notandum restat, quam ex *l.* 3. eum cui, quis debet eandem quantitatem ex diversis causis, puta 10. ex testamento, 10. ex stipulatione, 10. ex mutuo, omnes causas & actiones in judicium deduxisse, & per hoc tempora præscriptionum interrupisse videri, si vel 10. petierit non adjecta causa, vel generaliter, quod sibi debetur, vel si egerit personali aut hypothecaria, etiam eam actionem, quam nominatim non egit, quæ modo ex iisdem causis competat, in judicium deduxisse intelligitur. Diversum erit, si quis ex certa causa certam quantitatem petierit, ut Jo. sentit recte, vel ex certa causa tantum, non expressa quantitate, vel si dissimiles quantitates debeantur, puta 10. 20. 30. ex variis causis, & petierit 10. nam quod in principio, (*) & maxime ex similibus causis, sic accipitur, ut minime idem sit ex dissimilibus causis, sic accipitur, ut minime idem sit ex dissimilibus causis. Quod autem in fine, unius quidem specialiter, ita ex principio, unius quidem causæ summa, caula tamen non expressa.

XL. ENARRATIO.

LEgo, exceptinnibus vel præscriptionibus] In veteri Menagii sic legitur: *& de diversis temporibus, & exceptionibus, præscriptionibus, & interruptionibus*, In ipsa lege: *Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones*,

(*) *Vide Merill. Varians. ex Cujac. lib.* 2. *cap.* 13.

nes, vel præscriptiones. Et paulo post: *aliæ omnes legitimæ exceptiones, vel præscriptiones.*

Excipiat hypothec. quæ non est pers.] Est in rem. Vide consultation. 30.

Si tam stricte accipiatur] Vide Cujac. ad *d. l.* 11. *ff. de sponsal.* in recitat. ad lib. 16. Dig. Juliani.

De petit. hered. quæ etiam mista est ac.] Petitio hereditatis in rem actio est, *l. sin autem* 27. *§.* 2. *ff.* de rei *vindic.; l. sed etsi lege* 25. *§. petitio* 13. *ff. de petit. hered.* & in hereditatem actio dicitur, *l. pater* 10. *in fin. ff.* de *captiv. & postlim. rev.* Sed ea actione continentur etiam quæ nunquam hereditatis fuerunt, ut pretia rerum venditarum, & pecuniæ exactæ à debitoribus: & ideo mista est actio, Cujac. in Parat. *ff. de petit. hered.* ex *l. quod si in diem* 16. *§.* 1. *eod. & d. §. petitio,* & mixta dicitur in *l. hereditatis* 7. *ff. de petit. hered.*

Per comparationem acceptis] Accursius tamen magis ibi accipit positive, non comparative. Sed frustra recenseretur heic, nisi de ea dubitatum esset.

Furti improbioris actio est] Raptor fur improbus dicitur *ἀναιδὴς*, *Instit. de bonis vi rapt.* fur improbior in *l. etiam si* 14. *§. cæterum* 7. *ff. vi bonor. rap.*

Quod videatur sæpius res contrect.] *l. quamvis* 6. *& l.* 9. *ff. de fur.*

Et de interruptionis novo genere] interruptio est *ῥῆξις χρόνου, ἤγουν τομὴ, καὶ διακοπή*, Harmenopulus lib. 1. *tit.* 3. *§.* 11. *ruptio temporis, sive sectio & intercisio, quod non patiatur tempora continuo computari, sed cœptum tempus interpellet, & interrumpat,* ut idem ait.

Proposito in l. 2.] Si nemo sit qui conveniri possit, veluti si possessor absit, vel infans sit, aut furiosus, vel difficilis conventu, interrumpitur præscriptio contestatione ex scripto habita apud Præsidem, vel Episcopum, vel defensorem civitatis. Sin autem illi adfuerint, *δημοσίᾳ προσθήσωσι τὸν λίβελλον publice libellum proponet*, ut est in Basilicis, ubi possessor domicilium habet, tabulariorum manu subscriptum: vel si civitas tabularios non habeat, trium testium subscriptiones adhibebit.

Litis contestationi] De his Cujac. ad *l.* 7. *supra tit. prox. ad fin.*

Et certa causa certam quantitatem petierit] Puta centum ex stipulatione, tempora præscriptionum interrupisse non videtur.

Ut minime idem sit ex dissimilibus causis] Quantitatibus, ex Glossæ sententia, quæ Cyno & Fulgosio non placet: & utique verior est sententia Joannis.

TIT. XLI. *De alluvionibus, & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.*

HUjus tituli coaptandi cum superiobus; qui de præscriptionibus sunt, triplex est ratio. Prima, quod alluvione & inundatione de quibus in hoc titulo agitur, possessio, & consequenter præscriptionis tempus, interrumpatur, *l.* 3. *§. Labeo, ff. de adquir. poss.* nec mirum, eum & his modis dominium amittatur, *l. si ager, ff. quibus modis usufr. amitt.* Altera quod præscriptio temporis qualibet non tantum fundum complectatur, sed etiam id quo fundus crevit per alluvionem, sive crevit ante, sive post adquisitam præscriptionem, quia jus & conditionem sequitur fundi principalis, *l. si ego §. quod tam, ff. de Publ. in rem act. l. puto §. id quod amnis, ff. fam. ercifcund. l. si fundus in pr. ff. de pign. l. item si fundi §. huic vicinus, ff. de usufr.* Tertia, quod ut in fine superioris tituli scriptum est, præscriptiones compositas esse adversus negligentes, ita etiam jura alluvionum sint recepta adversus negligentes, qui ripam, qua sui agri terminantur, munire aut reficere contemnunt, auctor Cassius apud Urbicum & Boet. nam etsi mutare naturalem alveum fluminis nemo possit, tamen ripam suam munire sine injuria accolarum potest; & vero debet, ne quid ei abstrahatur alluvionis jure, *l.* 1. *hoc titulo*, quod tamen non ita abstrahi potest, ut alluvione, & vi quoque majore, sicut nec si fundum amnis circumeat, & in insulæ formam redigat, priore alveo derelicto, ejus desinit is fundus esse cujus fuit, ut *l.* 1. *§. item si amnis, ff. de flum.* quod circumluvionem M. Tullius appellat, & Festus circumluvium: quod & jus prædiorum esse ait, quia vix circumluitur cujusquam ager, quin & paulatim alluendo augeatur, *l. ergo §. tribus, ff. de aquir. rer. dom.* ex quo loco idem etiam colluvium appellari potest. Ergo & alluvio jus prædiorum est, & circumluvio, quæ vix unquam existit sine alluvione: & alluvio igitur jus prædii, quo contrarii prædii portio ei adcrescit, donante flumine publico: in Glossis, *προσθήκη καὶ πρόσκλυσις τοῦ ποταμοῦ*. Non est jus fisci, aut Principis, ut ab eo emi, vel dono peti possit, quasi possessio vacans, cum nec ei tributum indici possit, quia incerta possessio est, ut rectissime docet integrior *Nov. Theod. de alluv.* ex qua sumpta est *l.* 3. *hujus tituli*, & certæ tantum possessioni tributum indicitur. Qui incertæ addiceret, veluti possessæ alluvionum beneficio, videretur ignorare alluvionum vitia, id est, inconstantiam, mutabilitatem, & crebram veluti tempestatum commutationem, & rem iniquam possessoribus indiceret. Eodem jure sunt paludes & pascua, quæ infertilia cum essent & squallida prædia, possessores suo sumptu, & opera fertilia fecerunt, ut nec à fisco vendi, nec à Principe donari, nec tributis onerari statim possint: hanc immunitatem mereri eum, qui agrum palustrem & inutilem exsiccavit, exaravit, excoluit.

XLI. Enarratio.

CUm & his modis domin. amittatur] Id Accursius negat ad *d. §. Labeo.*

Præscriptiones compositas esse] Sic ibi ex vett. legit Cujacius ad tit. de exception. Inst. In veteri tamen Menagii legitur, *oppositæ.*

Apud Urbicum] De limitibus agrorum.

Et Boetium] De Arithmetica.

M. Tullius appellat] 1. De Oratore.

Et Festus] *Circumluvium*, inquit, *Jus prædiorum.*

Quo contrarii prædii portio] Quod est è regione.

Donante flumine publ.] Lucanus

—— his rura colonis

Accedunt donante Pado.

Cujacius.

Alluvionum vitia] *d. l.* 3.

Rem iniquam possessoribus indiceret] Pro *inducere*, Cujacius legit, *indicere* Vetus tamen Menagii nihil mutat.

Paludes & pascua] *d. l.* 3. *vers. similiter.*

Squalida prædia] Vide ad titulum ultimum libri quarti.

Exaravit] Cicero 5. in Verrem: *Aratorum liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, eo cibo esse usos.*

TIT. XLII. *De sententiis præfecti prætorio.*

SUperiori tractatui, de possessione & ejus effectis vicinus est tractatus de missione in possessionem, quæ fit sententia judicis exequendæ gratia, & inter genera possessionum adnumeratur, *l.* 3. *§. ult. ff. de adq. poss.* & possessio in jure sæpissime appellator, & de ea quia dicturus est tit. 72. ideo de sententiis judicum prius dicere instituit, quarum exequendarum causa illa possessio comparata est: & incipit à summis judicibus, hoc est à sententiis præfectorum prætorio, ut doceat adversus sententias præf. prætorio, quamvis appellari non possint, *διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ ὕψος τῆς ἀρχῆς*, ut Theodorus Hermopolites ait, *l.* 19. *&* 30. *&* 35. *inf.*

de appell. tamen per libellum supplicari Principem posse, ut causa retractetur, non quandiu in magistratu sunt, sed postquam successorem acceperunt intra biennium: quod utique verum est, etiamsi pro curia, vel utilitate publica sententiam tulerint, qui præcipuus finis fuit hujus Constitut. nempe ut abrogaretur vetus Constitutio, quæ adversus sententiam pro curia latam supplicari vetabat: nam adversus alias sententias etiam ante hanc legem supplicare licebat, *l. 5. sup. de precib. Imp. off.*

XLII. Enarratio.

A Summis judicibus] Vide titulum 26. libri 1.

Quamvis appellari non possit] Cassiodorus 6. 3. *Pene est, ut leges possis condere, quando ejus reverentia potest negotia, sine appellatione finire.* Sicut à sententia præfecti ut appellari non potuit Symmach. epistol. lib. 20. 55. postea potuit, *l. 1. 2. inf. de ædific. privat.*

Διὰ τὸν ὄγκον] Propter culmen dignitatis,

Theodorus Hermopolites] Lib. 9. tit. 1.

Supplicari Principem posse] *καὶ μέμψασθαι τῇ ἀποφάσει*: & de sententia queri, ut est in Basilicis.

Ut causa retractetur] Appellationis loco inventum est remedium *ἀναψηλαφήσεως*, sive retractationis. Vide Cujacium ad Novell. 8. Hoc autem distat appellatio à retractatione, quod appellatione interposita suspenditur executio sententiæ: retractatio autem non suspendit executionem; sed nihilominus sententia procedit, & executioni mandatur, ut heic observat idem Theodorus.

Postquam successorem acceperunt] Nec Accursius, nec Joannes Faber intellexerunt verba hæc constitutionis: *post successionem*. Recte autem Fulgosius heic: Postquam, inquit, præfectus successorem acceperit: eandemque interpretationem adfert Cujacius ad Novell. 119. cap. 5.

TIT. XLIII. *Quomodo, & quando judex sententiam proferre debeat, præsentibus partibus, vel una absente.*

REgulariter ferri sententia nulla in causa debet; nisi utraque parte præsente, *l. de unoquoque, ff. de re jud. l. 19. inf. ad legem Jul. de adult.* quod est ex illa lege duodecim tab. Præsente ambobus litem addicito. At duo in hoc titulo ponuntur, vel notantur casus, quibus una parte absente, & indefensa lata sententia valet. Si quis post litis contestationem absit per contumaciam, vel si absit citra contumaciam. Sed hoc casu dicta in eum sententia appellatione rescindi potest, *l. ult. hoc tit. l. 1. sup. de cond. ind.* nisi die feriato dicta sit, vel alio loco, quam quem partibus condixerit judex, *l. 4. & 5.* Illo nec appellationi locus est, nec restaurationi litis, *l. properandum, §. cum autem, supra, de jud. l. & post §. ult. ff. eodem, l. 1. infra quorum ap. non rec. l. ex consensu, §. ult. ff. de appell. l. liberto, §. penul. ff. de neg. gest. l. contumacia in pr. ff. de re jud.* Novell. 82. nisi ex justa, & necessaria causa abfuerit, ut *l. pen. hoc titulo, l. ait prætor, §. ult. ff. de minor. l. 1. sup. quibus ex caus. maj. l. 4. sup. de procur.* quo casu æquum est restitui eremodicium: Et sine restitutione, vel appellatione etiam ipso jure munitus est absens, & indefensus minor 25. an. utroque casu, *l. 6. hoc titulo, l. acta §. ult. & l. contra, ff. de re jud.* Item utroque casu etiam in liberalibus causis, una parte absente, sententia ferri potest, *l. 5. & l. juxta, sup. de lib. cau.* & in judiciis publicis non capitalibus, *leg. absentem, ff. de pœnis.* Alias vero in absentem, & sine defensione, qui litem non inchoavit, vel pro absente dicta sententia nihil valet, *l. certum, §. si quis, ff. de confess.* item in eum qui litem inchoavit, non per contumaciam in absentem dicta sententia, quasi in contumacem, ipso

A jure non valet, & sine appellatione rescinditur, ut si damnatus sit absens ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in ejus notitiam venit, *l. 1. §. item, ff. quæ sent. sine app. resc.* Satis est, si propositum publice fuerit, licet in ejus notitiam non venerit: quia ejus quod proscribitur causari ignorantiam nemo potest. Satis si in ejus notitiam venerit, licet palam propositum non fuerit: nam & litteræ, & denuntiationes sufficiunt, *l. 2. & 9. hoc titulo, l. 1. Cod. Theod. de pet. desist.* Denique satis est, si quoquo modo conventus fuerit, *l. de unoquoque in fi. ff. de re jud.* Conventio fit in personam. Alioquin non conventus .i. ignarus edicti peremptorii, cuive nihil denuntiatum est, si damnetur ut contumax, sententia ipso jure nulla est, quia non est contumax, qui ignorat se evocari, vel

B qui sine dolo malo abest .i. qui non frustrandi causa abest, *l. 3. 4. 5.* Est in *l. 4. & 5.* duplex vitium, quorum vel alterum sufficeret vitiandæ sententiæ, quod die feriato, vel alio loco pronunciarit judex, & quo absentem ut contumacem, qui non erat contumax. Hoc ergo titulo ostenditur, quomodo sententia feratur una parte absente, nempe servata solemnitate juris ut ait *l. 8.* peracto ordine edictorum, ut *l. si prætor, ff. de jud.* non utique contra absentem semper, nisi contumaciæ perjurium missum sit, ut *l. 1. sup. de adf. toll.* sed & nonnunquam pro absente, *l. 1. hoc titulo, l. & post, ff. de jud.* ut tamen si in plenum ei sententia non satisfaciat, pro parte litis damnum faciat, amissa facultate appellandi, & redintegrandæ litis, & victo refusis sumptibus, *l. properandum, Cod. eod.* Osten-

C ditur etiam quando, id est, quibus casibus una parte absente, quod est *μονομερῶς*, ferri sententia possit, & quibus non nisi utraque parte. De definitione contumacis, quæ scripsi Observat. 18. in hunc titulum transferri velim.

XLIII. Enarratio.

PRæsente ambobus] Ut absente nobis, & præsente nobis. V. Nonium Marcellum, & Aulum Gellium libro 17. 1.

Sententia appellatione rescindi potest, l. ult. h. t.]

Lex, ait, *litem inchoatam*, id est contestatam. Non recte igitur Hermopolites fingit, *προκάταρξιν μὴ γενέσθαι*: litem contestatam non fuisse. Fulgosius autem

D heic scribit, nulla alia lege tituli nominatim comprehendi, quod de litis contestatione dicitur.

Nisi die feriato] Hoc casu sententia citra appellationem ipso jure rescinditur.

Nisi ex justa, & necess. cau. abs. ut l. pen.] In qua post litem inchoatam citra contumaciam quis absuit: veluti, inquit Hermopolites, *ἀποσταλῇ παρὰ βασιλέως εἰς πόλεμον, ἢ εἰς πρεσβείαν*: *in bellum missus est, vel munus legationis ei injunctum est à principe.*

Æquum est restitui eremodicium] Eremodicium est desertio litis inchoatæ, & tam ab actore, quam à reo contrahitur. Hesychius: *ἐρήμη, μονομερὴς δίκη, ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν κρίσιν ἡττηθῇ.* Scribe, *ὁ διώκων ἢ ὁ διωκόμενος*, & perfecta erit eremodicii definitio.

E Qui litem non inchoavit] Litem contestatus non est.

Alioquin non conventus] *μήπω ἀρξαμένου τοῦ δικάζεσθαι καὶ ἀπολειφθέντος*: si litigare nondum cœperit, & absens fuerit.

Est in l. 4.] In l. 4. recte in veteri Menagii legitur, *absente, & ignorante.*

Observat. 18.] Capite 30.

TIT. XLIV, *De sententiis ex periculo recitandis.*

IN superiore titulo unus præcipuæ casus propositus est quo sententia judicis ipso jure nulla est, puta si lata sit in eum, qui post litem contestatam absesse

esse cœpit quasi in contumacem ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam ejus venit. In hoc titulo, proponitur alius, si lata sententia sit sine scripto, si dicta, non lecta: nam judex sive magistratus sit, sive judex, arbiterve datus à magistratu, sententiam suam literis perscriptam, non notis, aut signis, ut *l. ult. tit.* 57. atque etiam manu sua obsignatam, ut est in *Novella Leonis* 45. per se ipsum ex libello publice partibus legere & recitare debet: alioquin sententia ipso jure nulla est: quod cum dicimus, hoc dicimus ex integro causam agi & judicari posse: & sententiam citra appellationem & restitutionem prætoris infirmari, nec sententiæ nomine dignam esse, *l.* 1. *&* 3. nec ex ea judicati actionem, vel exceptionem nasci, & judicati soluti repetitionem esse, *l.* 3. *tit.* 46. *l.* 1. *& ult. tit.* 58. Dixi publice propter *l.* 6. *tit. seq.* Dixi per seipsum, & ex libello. Sed excipio præfectos prætorio, & alios qui illustrem administrationem gerunt, velut, quæsturam, aut præfecturam urbi, aut magisterium, & omnes viros illustres, qui nullam in Republica administrationem gerunt. M. Tullius quinta in Verrem: *Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, vina nonnulli Græca, venalesque Asiaticos*: & 1. de Oratore: *Manilianas venalium vendendorum leges ediscere*; sed forte ad speciem aliquam à principe judices delegati sunt, qui per officialem suum aut præconem sententias recitare possunt, *lege* 2. quin etiam, quod non ponitur in *l.* 2. sine scripto sententiam ferre possunt. Cassiod. de præf. præt. Verbo sententiam dicit: quid est, quod non habeat commissum cujus est vel ipse sermo judicium? Verum additur in *l.* 2. recitatam semel ex scripto sententiam judicem neque corrigere, neque mutare posse. Quod correxerit vel mutaverit, ipso jure nullum esse, Seneca in declam. & contr. *Judex quam tulerit de reo tabellam, revocare non potest.* Quæsitor non mutat pronunciationem. Apul. 1. Flor. *Tabella semel lecta nec augeri litera una, nec minui potest*: & hoc quidem distat sententia ab interlocutione, quæ & corrigi & mutari potest, *l. quod jussit, ff. de re jud.* & consistere ex non scripto, *l. omnem, Cod. Theod. de appell.* Quod autem ait, *d. l. omnem & l.* 2. *hujus tit. & l.* 4. *Cod. Theod. eodem*: ex libello quod *l.* 3. de scripti recitatione, quod alii auctores ex tabella, hoc est in rubrica utriusque Codicis, & in *l.* 2. *Cod. Theod.* ex periculo. Unde luce clarius apparet, periculum significare libellum, aut tabellam, aut pilam in qua sententia perscripta est, quod probavi Observ. 5. c. 20. Sane quod Æmilius Probus in Epaminonda periculum, Plutarchus & Ælianus στήλην, id est pilam, ut idem Probus loquitur in Alcibiade, vel titulum, ut Glossæ, indicem & scriptionem, in qua scribenda erat Epaminondæ condemnatio, ut in fœdere inter Allariotas & Parios lingua Dorica conscripto, quod etiam hodie extat in Creta, jubetur fœdus conscribi ἐν στάλαις λιθίναις, id est, *pilam lapideam*, & eadem ratione accusatoris inscriptio in crimen recte appellabitur periculum, ut *l.* 15. *inf. qui acc. non poss.* quod ex ea periclitetur accusator ne calumniæ reus fiat, sicut ex sententia judex ne litem suam faciat, & ne teneatur edicto. Quod quisque juris, & is utique qui condemnationem patitur, & omnes scripturæ nostræ, maxime in judiciis similiter pericula dici possunt, non etiam verba & voces quæcunque volant.

XLIV. Enarratio.

Quod neque propositum est] *L.* 1. *§. item, ff. quæ sent. sine appell. rescind.*

Si lata sententia sit sine scripto] Agathias libro 4. πρότερον ἐπάγειν ἀναγράψαντα, ἐν ᾗ δεῖ ταύτῃ θᾶττον διαψηφίσασθαι. Hincmarus Remensis in Opusculo 33. cap. 28. in fine: In libro sexto tit. 19. inter alia præcipitur: *Ut sententia, si sine scripto dicta fuerit, ne nomen sententiæ mereatur. Quod legale decretum & in Passione Domini, super cujus caput posuerunt causam ipsius scriptam: & in Martyrum passionibus quando judicati sunt, observatum multotiens legimus.*

Dixi publice] τουτέστιν εἰς ἐπήκοον τῶν ἐν τῷ δικαστηρίῳ: ita ut qui in judicio sunt, exaudire possint: nam si ἀνέῳγμα κρύφα, καὶ οὐχὶ δημοσίᾳ καὶ παρουσίᾳ τῆς οἰκείας τάξεως: occulte & absentibus officialibus, nulla est. Hermopolites.

Dixi per seipsum] δι' ἑαυτοῦ, *l.* 1. *hoc tit.*

Sed excipio præfectos prætorio] Theodorus Hermopolites ad *l.* 1. *hoc tit.* τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν μικρῶν δικαστῶν: οἷον αὐτοπραιτωρου, ἀλλ' οὐ, καὶ τῶν ὁμοίων: οἱ γὰρ μεγάλοι δικασταί, ὡς ὁ δρουγγάριος, ὁ ἐπὶ τῶν κρίσεων, ὁ πραιτωριανὸς per officiales suos recitant.

Cassiodorus de præf. præt.] Lib. 6. 3.

Seneca in declamat.] Controv. 8. lib. 3.

Quod alii auctores ex tabella] Aulus Gellius 5. 11. 19. *Decretum ex tabula recitavit.* Apulejus in Floridis: *Ipse Proconsul moderata voce rarenter, & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit: quippe præconis vox garrula ministerium est: Proconsulis autem tabella, sententia est.* Pontius Diaconus in Pass. S. Cypr. *Et his dictis decretum ex tabella recitavit.*

Hoc est in rubrica, ut. cod. *ex periculo.*] Et ita legitur in Codice Ægidii Menagii & Juliani Brodæi. In scripto tamen Lugdunensi, legitur *paricula*: & probat Sirmondus Antirrhetici secundi cap. xi. & alibi. Probat & Hugo Grotius in Sparsione Florum.

Æmilius Probus] Aut quod verius est, Cornelius Nepos.

In Epaminonda periculum] Quidam tamen apud Nepotem legunt: *paricula.* De quo vide Heraldum Observat. cap. ult. Salmasium in Observat. ad jus Atticum cap. 6. Heraldum adversus Salmasium cap. 7. Eundem Salmasium de modo usurarum cap. 15. Cujacium sequitur Savaro ad Nepotem.

Plutarchus] In Apopht.

Et Ælianus] ποικίλης 13. 48.

Vel titulum] D. Hieronymus libro 2. in Oseam cap. 10. Pro simulachris LXX. verterunt στήλας, quas nos statuas, vel titulos appellamus, qui propric dæmonum sunt, aut hominum mortuorum.

Ut Glossæ] Glossæ Græcolat. στήλη *cyppus, titulus, scriptio.* Latinogræcæ: *Index*, ἔλεγχος. Andocides orat. 1. καὶ αὐτούς τε ἀποθανόντας, καὶ τὰ χρήματα αὐτῶν δημευθέντα: περὶ δὲ τούτους ἀναγραφέντας εἰς στήλας. Scholiastes in στηλ. α. Sancti Gregorii Nazianzeni, στήλη δὲ ἐστὶ λίθος, ἢ χαλκὸς ἐν ἐπιμήκει τετραγώνῳ σχήματι ἐν ᾧ ἐγγέγραπται ἡ τῶν στηλιτευομένων ὕβρις: quæ etiam extant apud Suidam.

Ut in fœdere inter Allar.] Edidit Fulvius Ursinus post librum Antonii Augustini de Legibus.

Sicut ex sententia judex] Judici libellus, ex quo sententiam recitat, periculum est famæ & existimationis, inf. tit. 5. lib. 9.

Et voces quæcunque volant] Virgilius XI. Æneid. —*sed non replenda est curia verbis. Quæ tuto tibi magna volant.*

TIT. XLV. *De sententiis & interlocution.*

In hoc titulo proponuntur alii casus quibus sententia judicis ipso jure nulla est, qui & cum illis, qui ante expositi sunt, comprehenduntur generali definitione *l.* 4. ut contra solitum judiciorum ordinem prolata sententia nullam vim obtineat, Sententia igitur est decretum à judice interpositum servato ordine judiciorum de summa aut capitulo quodam litis, quod absolutionem rei continet, vel condemnationem certam actoris aut rei. Decreti nomen latius patet quam sententiæ: Nec enim ut omnis sententia est decretum,

tum, ita decretum omne sententia. Absolutionem vel condemnationem requiro ex *l.* 3. & 11. secundum, quas & sententiam definitivam, quæ indicit jusjurandum, accipi volo in *l.* 3. 11. & 12. *sup. de reb. cred.* & absolutionem, vel condemnationem certam, ut secundum *l.* 7. & 9. sententia certos habeat fines, certam decisionem litis, certæ rei quantitatisve, certam & plenam cognitionem pronunciationemque. Et condemnationem actoris, vel rei ex *l.* 14. ut ex sententia Papiniani, licet formula actionis ita sit concepta in reum. Condemnat eum judex, tamen si in ea ipsa re ex qua agit actor reo debere deprehendatur, non reus actori, actor condemnari possit, etiamsi, quod Justinianus addit, forum rei, quod actor sequi cogitur, actori sit forum incompetens. Et de capitulo sive membro litis ex *l. penult. hoc titul.* & *l.* 12. *sup.* de *reb. cred.* Quod vero dixi, servato ordine judiciorum, multa complectitur, ut feratur sententia publico loco, *l.* 6. & ex legibus non exemplis, nec si per obreptionem forte princeps, aut major magistratus aliquando judicaverit contra leges *leg.* 13. Inconvenientia fere omnia exempla esse, ut Cyprianus ait de sing. cler. quibus Jurisperiti fallaces ad inludendos judices inconvenientibus exemplis velut similes conjecturas juris objiciunt. Ad ordinem judiciorum etiam hoc pertinet, ut in eum fiat condemnatio in quem lis contestata est, in procuratorem, vel in dominum litis, *l.* 1. Nam etsi executio judicati fiat in dominum litis, *l.* 4. *ff. de re judic.* non tamen sit condemnatio in eum, si judicium non acceperit, sed in procuratorem, qui nomine ejus judicium accepit civile, non criminale, ut *l. ultim. infr. de injur.* Nam & cur malunt quidam litigare per procuratorem nisi, ut sua nomina condemnationi non inserantur, aut ne ipsi præsentes condemnentur, atque ita si forte famosa sit actio conservent existimationem suam? Et illud quoque ut ne quis judex de eadem re suam, vel antecessoris sui sententiam retractet, *l.* 9. *hoc titul. l.* 1. *infr. sent. res. non pos.* De eadem re, inquam: Nam qui sententiam tulit de possessione, postea non prohibetur sententiam ferre de proprietate, *d.l.9.l.3.inf. si à non comp. jud.* quia alia res est. Et rursus sententiam dico, quia interlocutio retractari potest, quæ ut ait *d. l.* 9. plerumque rem non perimit, & ait plerunque, quia interlocutio aliquando rem fere perimit, veluti admissa exceptione peremptoria, *l.* 37. *Cod. Theod. de appell.* vel adnotato reo absente, & obsignatis bonis, *l.* 2. *inf. si pen. ap. mors inter.* Interlocutio est præceptum judicis in principio, aut medio litis interpositum, quod ad finiendæ litis præparationem spectat: non etiam finit sive perimit litem, id & præjudicium dicitur, & jussum, & articulus, & improprie sententia, & suasio in specie *l.*7. quæ inter propinquos judicis suasio, ut de re transigant, etiamsi honestissima, tamen vim transactionis, aut acceptilationis non habet, sicut nec interlocutionem vim stipulationis habere placet, *l.* 1. *inf. com. epist.* At sententia, & stipulationis, & acceptilationis vim habet, quia civilem obligationem parit, & tollit. Cætera, quæ sunt in hoc titulo, aliis locis exposuimus.

XLV. Enarratio.

Quod absolutione rei cont. vel condemnat.] Et ideo si judex suaserit proximis personis, ut de re transigerent, & paciscerentur, hæc suasio litem non perimit: non enim sententia est, quia condemnationem, vel absolutionem non continet, ut ajunt auctores Basilic. ad *leg.* 7. *hoc titulo*.

Requiro ex l.3. & 11.] Raphael etiam Fulgosius legem 11. ex *d. l.* 3. interpretatur.

Accipi volo in *l.*3. 11. & 12.] Et ita quoque interpretantur Græci ad d. *l.*11. his verbis: *ἵνα μὲν τοῦτο πράγῃ τί ὀφείλει γίνεσθαι μὴ ὑποτελεσθησομένου τοῦ ὅρκου*; *ut tamen addat, quid fieri oporteat sacramento præstito, id est ut subjiciat jurantis absolutionem, aut non jurantis condemnationem.*

Certam & plenam cognitionem pron.] *ἀπόφασίς ἐστι λύουσα ὑπόθεσιν παντελῶς*: Sententia est, quæ causam penitus dirimit. Hermopolites. Vigilius Episcopus Tridentinus in disput. inter Sabell. Phot. Arr. & Athanas. *Probus judex dixit: Semiplenam non oportere sententiam inferre; vestra etiam prudentia mecum pariter recognoscit.*

Tamen si in ea ipsa re] In ea ipsa lite. Præter Albericum, quem adfert Cujacius in recitat. & ad Novell. 96. Christophorus quidam putabat hanc legem nihil dicere de reconventione, referente Fulgosio ad *l.*14. Idem sentit Cujacius ad *leg.* 11. *ff. de jurisdiction.* In *d. l.* 14. lege rei *judicare*, ex veteri Menagii, & Fradini editione.

Et de Capitulo, sive membro litis] ut Græci ad l.12. sup. de *jurejur.* *κεφάλαια, ἢ τῆς δίκης μέρη*: *Capita, seu litis partes.*

Ut feratur sententia publico loco] Non *λαθραίως*, *non clam*, ut in Basilicis.

Aut major magistratus aliq. jud. cont. leg.] Solebant scilicet minores judices, si major magistratus, aut Senatus quid occupasset judicare, in judicando id sequi, ut heic scribit Hermopolites.

Ad ordinem judiciorum] Mos judiciorum est, ait Hermopolites, ut primum sententia scribatur, deinde publice legatur, & si minor judex sit, ut per seipsum legat, & recitet.

Sed in procuratorem] Si per procuratorem lis contestata sit, condemnatio fit in procuratorem, non in principalem, seu dominum litis, qui in judicio non fuit, ut est in Basilicis. Sin autem per dominum lis contestata sit, in dominum condemnatio fit.

Ne quis judex de ea re suam retractet.] Tertullianus de pudicitia capite 14. *Quid judicem indulgere conveniet, quod pronunciatione deciderit? an quod interlocutione suspenderit? & utique eum judicem, qui non solet ea quæ destruxit, re ædificare, ne transgressor habeatur.* Vide titulum 44. sup. & Obs. 20. 32.

Plerumque rem non perimit] Sed suspendit, Tertullianus loco citato.

Non etiam finit, sive perimit litem] Litem non perimunt, *αἱ ψιλαὶ διαλαλιαι*, *nudæ interlocutiones*, ut addunt Basilica ad *leg.* 9.

Et articulus] In *l. ab executione* 5. *inf. tit.* 65.

Et suasio in specie legis 7.] Auctores Basilic. lib. 9. tit.1. c.72. in interpretatione *d.legis* 7. *συνεβούλευσεν suasit ei*: & mox: *ἡ τοιαύτη κέλευσις*: *ejusmodi jussum.*

Quia civilem obligationem parit] *L. Julianus* 60. *ff.de condict. indeb.*

TIT. XLVI. *De sententia, quæ sine certa quantitate prolata est.*

Quod dictum est titulo superiore *l.* 7. & 9. sententiam certis finibus concludi, id ita specialiter in hoc titul. declaratur, ut qua de re actum est, certam sententiam esse oporteat .i. pecuniæ, vel rei certæ: alioquin sententia non est .i. judicii & litium finis, & subintellige in hoc titul. vel certa re, ex *§. curare, Institut. de act.* Certa autem est pecuniæ quantitas, vel rei qualitas, non tantum si nominatim exprimatur, sed & si intelligatur, & repeti possit ex libello conventionis, vel instrumento obligationis, vel parte aliqua actorum, *l.* 3. *hoc tit. l.* 5. *§. ult. l.* 59. *ff. de re jud.* vel ex legibus ipsis, & jure publico, ut in specie *l.*1. si ita judex pronunciaverit: L. Titio G. Sejum ex causa venditionis C. debere videri, cujus pecuniæ quoad eam persolverit L. Titio, Sejum usuras dependere placet: Nam quæ non est expressa usurarum quantitas, satis intelligitur ex ipso jure, & titul. de usuris rei jud. Et observandum ex l. 1. diem legitimum judicati faciendi judicem non tantum prorogare, vel coarctare posse,

le, ut *l. 2. ff. de re jud.* sed & ne dare quidem, ut si jubeat usuras præstari statim à die sententiæ quoad sors omnis, quæ io cundemnationem deducta est, persoluta sit. Rata etiam sententia est & justa, si procurator Cæsaris fisco, vel si curator Reip. indemninatem præstari jubeat, *l. 2. hoc tit. l. 5. sup. tit. prox.* (Jubere est verbum commune sententiæ & interlocutionis) quod tameo non ita erit, si quis alius judex inter privatos similem sententiam ferat: quia privatorum domesticæ rationes hodie non sunt certæ, ut & Asconius notavit, publicæ fisci, vel Reip. rationes sunt liquidæ & certæ, ex quibus indemnitatis, quod est in sententia nomen facile explicari potest. Alias vero sententia sine certa quantitate pro rata ipso jure nulla est, *l. 3. & 4.*

XLVI. Enarratio.

Centum debere videri] Hoc verbo judices in sententiis uti solitos docet Cujacius Observatiooum 3. 26.

Ut in specie legis 1.] *Legem* 1. intellexere Basilie. auctores, & Fulgosius, qui eam accipiunt de usuris dependendis à die sententiæ quoad sors quæ in condemnationem deducta est, persoluta sit. Facessat igitur Glossæ interpretatio, Joannis Fabri, & aliorum existimantium, *d. l.* 1. accipiendam esse de usuris in stipulationem deductis.

Jubere est verbum commune] Vide tit. superiorem ad finem.

Asconius notavit] 3. in Verrem.

TIT. XLVII. *De sententiis, quæ pro eo quod interest, proferuntur.*

Quod dixit titulo superiore sine certa quantitate prolatam sententiam non valere, verum est, etiamsi incerta petitio actoris fuerit ut *l. ult. sup. de an. excep.* vel si egerit de incerta quantitate, *§. curare, Inst. de act.* ut si egerit in id quod interest, cujus incerta est quantitas, & per hoc actio in id quod interest incerta, vel incerti actio dicitur passim in jure, quacunque ex causa agatur. Nam & cum incerti agitur in id quod interest si id judex censeat esse præstandum, eo nomine condemnationem facere debet in quantitatem certam, condemnationem taxatæ quantitatis, ut ait *l. 3. in fin. inst. de mut. stip.* & taxatæ quantum possibile est, ut ait *d. §. curare*, ut in Constit. istius tit. etiam Justinianus ait, se, prout possibile est, taxationem ponere condemnationi in id quod interest: Nec enim facilis ejus positio est, quia non liquet utique semper quantum cujusque intersit, propterea quod ea res pendet ex facto sive negotio proposito, pro cujus varietate varia etiam inducitur ratio ejus, quod interest, modo major, modo minor quam sic res circa quam eo incidit utilitatis ratio, modo rei omnino compar, & ut in obscuro est plerumque facti causa, & difficilis probatio ejus, ut in *l. 3. ff. de interr. in jur. fac.* dicitur plerumque difficilem aditæ hereditatis, quæ res facti est, probationem esse, ita plerumque difficilis est probatio ejus quod interest, *l. ult. ff. de præt. stip.* quo fit ut in obscuro ejus quoque æstimationem judex sæpe redigat ad exiguiorem summam, quasi in excessu majus sit delictum, quam in defectu, ut item ab initio vitandæ hujusce obscuritatis causa in stipulationibus, quæ in id quod interest, concipiuntur, plerumque contrahentes certam quantitatem exprimant, ut item Justinianus in hoc titulo, quantum potest judici, in cujus arbitrio posita est taxatio ejus quod interest, det legem quam sequatur. Judicialis enim quæstio hæc est, quatenus cujusque intersit, quantumque sit æquum eo nomine præstari. Quod si quæsieris definitionem ejus quod interest, dicam esse incommoditatem rei, vel actoris, quæ culpa adversarii contingit. Aliter, pecuniariæ quantitatis rationem, quæ ad nos pertinet: Aliter, quod per adversarium amisimus, vel habere non potuimus. Aliter, id quo jus nostrum adversarii culpa deterius factum est. Vel potius, ut Bartolus, quia utilitatis nomine frequentius in jure id quod interest, significatur: Utilitatem justam quæ nobis abest, vel utilitatem, quam ex re ipsa, qua de agitur, haberemus, vel adsequi potuissemus, si damnum non dedisset, lucrumve nobis adversarius non intercepisset. Separat autem Justinianus casus certos ab incertis. Casus vocat Themata, ut est in Basil. pro, in omnibus casibus, ἐν πᾶσι τοῖς θέμασι, quas Julianus noster, *propositiones*. Et casus certos, qui certam habent quantitatem, vel naturam, id est, quibus directo, & principaliter proponitur agi de certa pecunia, vel de corpore certæ rei, certam naturam accipiens pro substantia certi corporis: & pro exemplo dat venditiones, quia certum pretium & taxatam quantitatem habent, *l. 1. supra, de rerum perm.* & rem certam, raro incertam, nec nisi cum alea & spes emitur. Et locationes, in quibus etiam certum est pretium, & certa rès; sed interdum etiam incerta, ut si quid faciendum locavero. Tum addit generaliter, & omnibus contractibus, quia ex omnibus contractibus certum condici potest, *l. certi, ff. de reb. cred.* Et his omnibus casibus certis Justinianus definit, id quod interest non posse dupli quantitatem excedere, .i. re principali altero tanto amplius esse non posse: ut si per venditorem mora fiat quo minus res tradatur, & agat emptor ex empto quanti sua interest rem habere, pretium consequetur quanti rem emit, si id prænumeraverit, & quanto pluris ea res hodie est, *l. 1. l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.* modo duplum non excedat: Nam si res empta sit x. quæ hodie digna sit xxv. emptor non consequetur ultra xx. nempe x. pretii nomine, quæ numeravit, & alia x. .i. ἐσώπορον, ut Theod. Hermopolites in hanc legem nomioe ejus quod interest supra pretium quo res venit. Pono prètium prænumerasse, quod idem Theodorus προχρείαν vocat, Latini promutuum & antecessum, quia si non numeravit, aut eo nomine venditori satisfecit, venditor qui rem non tradit moram facere non videtur, *l. Julianus, §. offerri, ff. de act. empt.* & ejus quod interest ratio non habetur nisi post moram. Pono etiam speciem in actione ex empto: Nam si post traditionem rei, & moram emptoris, de pretio agatur ex vendito, in eam non dicimus venire id quod interest, quod propie est accessio rei certæ, sed usuram, quæ proprie est accessio quantitatis. *d. l. Julianus, §. ex vendito*. Nec tamen vendit quasi usura, .i. fœnus, sed quod intersit moram non adhibuisse emptorem, *l. socium, ff. pro soc.* quia non propter lucrum actoris, sed propter moram rei infligitur. Fœnus propter lucrum, etiamsi nihil actoris intersit, sicut pœna in conventionem deducta, *l. cum pœna, ff. de rec. qui arb. rec. l. stipulatio, §. alteri, ff. de verb. obl.* Usura, quæ propter moram non est fœnus, sed pro eo, quod interest, infligitur, ut non male idem Theodorus, cujus in hanc legem interpretationem apponam, in extremo hujus synoptici, ita scribat, τὸ διάφορον, ἤτοι τοὺς τόκους, confundens cum usuris id quod interest. Utrumque ex mora debetur, & modus atque finis idem est utriusque, & utrumque pœna. Nam pœna est quidquid ultra rem principalem exigitur. Sed alia infertur etiam ei, cujus nihil interest ex conventione, alia ei tantum cujus interest, ut usura, vel quanti interest, quod propter moram infligitur officio judicis. Usura illa pœna dicitur, *l. lecta, ff. de rebus cred.* & id quoque quod interest, *l. ult. ff. de eo quod cer. lo.* & in hac constitutione dum Justinianus rationem reddens à se coarctatæ rationis ejus, quod interest, ait: Cum sciamus &c. quod interest vocat pœnam, & verbum, proferantur, verbum est istius tituli: & hic igitur sensus, congruum esse naturali æquitati ut sententiæ,

tiæ, quæ pro eo: quod interest; proferuntur, profectantur cum modo æquo & pari, ne forte major pœna, quam culpa sit, quamve humanitas æquitasque patitur, & æquius esse culpa pœnam citeriorem esse, quam pœna culpam, τὴν φύσιν, ut Theodorus ait τὴν συμμετρίαν ἀσπάζειν. Omnem culpam, sive moram par odium parемve pœnam exigere, & minorem potius quam majorem. Humanitatis hanc esse legem, ex qua fit ut in obscuris voluntatibus defunctorum, aut contrahentium, quod minimum, in paribus sententiis judicum, quod mitius est, sequamur, in controversis, sive dubiis quæstionibus juris, in medium eamus potius, quam in summum, vel imum; melius esse ad summum, vel imum quam in summo, vel imo. Porro usura quacumque ex causa infligatur, jus vetus est, ut duplum non excedat: Nam ubi sortem æquavit, quod postea usuræ pernumeratur, deducitur de sorte: & ab usura exemplum pervenit ad id, quod interest, & eadem quoque ratio servabitur in pœna, quæ pro usuris, vel quæ pro eo, quod interest, in stipulatum deducitur. In causa evictionis certum olim erat, venditorem ultra duplum non subire periculum evictionis, ut exposui ad Africanum *l. 47. ff. de act. empt.* quia moris erat ex ea causa duplam tantum cavere. At Justinianus in omnibus aliis causis idem vult obtinere, ut id quod interest supra duplum non præstetur in casibus certis. In casibus autem incertis, qui certam & finitam quantitatem, vel rem non habent, Justinianus ad finem dupli non taxavit id, quod interest; sed arbitrio judicis reliquit, ut ipse æstimaret in rei veritate quantum interesset actoris vel rei. Nec enim incertæ, & finitæ rei alia potuit, quam infinita regula constitui, ut Aristoteles ait, τοῦ ἀορίστου ἀόριστον καὶ τὸν κανόνα εἶναι. Proinde in casibus certis Constitutio taxat id, quod interest, in casibus incertis officium judicis; ut si de fundi possessione agatur, quæ res est incerta, quia neque quantitate, neque corpore certo constat, quanti intersit officio judicis æstimatur, *l. penul. §. ultim. Uti poss. l. 1. §. ex die, de vi, & vi arm.* itemque si agatur de restitutione operis, quod vi, aut clam factum est, quia restitutionis, utpote facti, causa incerta est, quanti intersit restitutionem fieri, officio judicis æstimatur, *l. semper, §. in hoc, Quod vi, aut clam.* ex rei veritate, *l. 9. §. ult. ff. de aqua, & aquæ pl. arc.* ut in hac lege Justinianus ait, in casibus incertis, quod revera inducitur damnum hoc præstari. Idemque servatur in obligationibus faciendi *l. si quis ab alio, in fi. ff. de re jud.* ut quanti revera intersit, spectetur vera quantitas, non quantacunque ex affectione, vel utilitate petitoris, *l. 2. §. ult. Qui satisd. cog.* & cum agitur de cautione præstanda, quæ etiam res incerta, incorporalis, immanifesta est, *d. l. si quis ab alio, in pr.* Nec enim judex aliud spectat quam quod revera actoris interest, nec animum attendit commentitiis, vanis, aut longius arcessitis, & excogitatis caussis, articulis, allegationibus partium, ut si alleget, qui stipulatus est, caveri sibi pro Titio debitore suo, etiamsi in præsenti nihil sua intersit Titio locuplete, se vereri, & timere tamen, ne Titii labascat fides, aut facultas, atque ideo sua interesse, ut sibi caveatur, quod ille inops fieri possit, Judex vani timoris, & adventitii casus nullam rationem habet, quia & hi casus, hi ve timores, hæ cogitationes, hæc commenta sive frivola nullam æstimationem recipiunt, *d. l. si quis ab alio, l. 9. ff. qui & à quibus man.* Et hoc exemplo adhibito, possis luculenter explicare, quod ait Justinianus in hac lege, in casibus incertis judicem non debere metiri id, quod interest ex quibusdam machinationibus, &c. Theodorus his exemplis utitur. Ago in te, quod L. Titium me heredem instituere volentem testamentum facere prohibueris actione in factum, in id quod interest, & inter cætera dico per te factum, ne ad me perveniret ex ea hereditate prædium, quod in ea erat belle ædificatum, & amœnissimum, quod principi impensissimo pretio vendidissem, & ne in reliqua me bona mitteret prætor, quæ insanis emptoribus magno vendidissem. Judex non habebit rationem hujus allegationis meæ, sed dumtaxat communiter ea hereditas quanti sit æstimabit. Insulam intra certum tempus fieri stipulatus sum, & transiit tempus, quo debuisti facere, ago ex stipulatu in quantum mea interest, & dico mihi fuisse in animo eam domum cui ædificandæ locum saluberrimum, & amœnissimum elegeram donare principi, à quo munera retulissem, & beneficia quamplurima, quæ tibi imputari desidero in ponenda ratione, quod interest, & te mihi eo nomine condemnari, quod per te factum sit, ne ad me ea commoda pervenirent. Judex hæc quæ dico, neque probabit, neque audiet propitiis auribus. Utitur etiam exemplo interdicti Unde vi, in quo venit fructus, & omnis utilitas, non tamen compendium negotiationis, aut industriæ meæ, non extrarium, & adventitium lucrum, quod non ex re ipsa prodit, quæ principaliter in obligatione est, non casus fatalis, & improvisus, idque sive sit casus certus, sive incertus, utique semper observandum esse ostendi ad *l. si fundus, ff. loca.* Verba autem Theodori in hanc legem hæc sunt. Ἡ παροῦσα διάταξις τὸν λόγον τοῦ διαφέροντος συστέλλουσα καὶ ὁρίζουσα, καὶ φανερὸν καθιστῶσα: τὸ δὲ θεσπίζει, μὴ ὑπερβαίνειν τὸ διπλοῦν τῆς ποσότητος καὶ ἐξ ἀρχῆς κεχρεωστημένης ποσότητος, ἐν πᾶσι τοῖς συναλλάγμασι τὴν ῥητὴν καὶ ὡρισμένην ἔχουσι ποσότητα, ἢ φύσιν εἰς ἐπὶ τῶν πράσεων, καὶ τῶν μισθώσεων, καὶ τῶν ὁμοίων: οἷον ἐπὶ θέματος: ἠγόρασα ἀπὸ σοῦ κτῆμα εἰς λίτρας ἑκατόν σοι τὸ τίμημα: καὶ σὺ λαβὼν τὸ τίμημα: καὶ νομηθέντος αὐτὸ ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς, ἐπώλησας καὶ τὸ κτῆμα πρὸς ἕτερον, καὶ παρέδωκας αὐτῷ τὸ ἀκίνητον: ἐκίνησα κατὰ σοῦ, ζητῶν τό, τε τίμημα καὶ ἐντεῦθεν διαφέρον, ἤτοι τοὺς τόκους: καὶ συμψηφίζω ὁ πάσχων εἰς λίτρας ἑκατὸν ποσότητα: ὁρίζει οὖν ἡ διάταξις, ὅτι ἐπεὶ ἐνταῦθα τὸ πρωτοτύπως χρεωστούμενον ποσὸν, ἤτοι τὸ τίμημα δῆλόν ἐστι, καὶ ὡρισμένον, καὶ τὸ διαφέρον ἰσομέτρως ἀπαιτεῖσθαι, ὥστε μὴ ὑπερβαίνειν τὰς ἑκατὸν λίτρας, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς πρωτοτύπως χρεωστουμένης, καὶ διὰ τοῦ διαφέροντος χορηγεῖσθαι τὸ ἀπαιτούμενον ἅπαν εἰς διπλάσιον, ἤτοι λίτρας διακοσίας: καὶ γοῦν τὸν θεματισμὸν τοῦτον θεματίζω, καὶ τὸ τῆς μισθώσεως: οἷον ἐμισθωσάμην ἀπὸ σοῦ κτῆμα ἐπὶ χρόνοις εἴκοσι: καὶ δέδωκά σοι καὶ τὸ προχρεῖα τὸ μίσθωμα τῶν τοσούτων χρόνων: σὺ λαβὼν τοῦτο καὶ νομηθεὶς ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς, τό, τε μίσθωμα, καὶ τὸ κτῆμα, ἠγνωμόνεις παραδοῦναι μοι τὸ μισθωθὲν κτῆμα: εἰ οὖν κινήσω κατὰ σοῦ, ἀπαιτήσω σε τότε μίσθωμα καὶ τὸ ἐντεῦθεν διαφέρον, ἤτοι τοὺς τόκους, καὶ ἐπὶ τῆς προθέσεως ... γεγράφθαι διάταξιν: ἀλλὰ τοῦτο μὲν κρατεῖ ἐπὶ πάντων τῶν ἐχόντων δῆλον, καὶ ποσούμενον τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πρωτοτύπως χρεωστούμενον: ἐπὶ δὲ τῶν δοκούντων ἀδήλων, καὶ κρείττω ὄψιν ἀπαιτούντων παρεγγυᾶται τοῖς δικασταῖς, τοῖς κρίνουσι τὰς τοιαύτας ἀποφάσεις ζητεῖν τί ἐστι τὸ ἀληθῶς χρεωστούμενον: καὶ εἰς τοῦτο καταδικάζειν τὸν φαινόμενον ἔνοχον, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι τοῦ ἀντιδίκου κατασκευάζοντος διαφέρειν μέγα καὶ ἄπειρον ἀπό τινων ἐπινοιῶν λεπτῶν, καὶ διεστραμμένων καὶ μεθόδων ἀνθρώπων: ἵνα μὴ εἰς τοσαῦτα ἐκκυλιόμενοι ἐμπέσωσιν εἰς ἀμηχανίαν, καὶ ἀπόφασιν ἐξενεγκεῖν ἀδυνατήσωσιν: καὶ ἡ φύσις γὰρ τὴν συμμετρίαν ἀσπάζεται: οἷον ἐκίνησα κατά τινος λέγων: Ὅτι βουλόμενον τὸν Πέτρον διαθήκην ποιῆσαι, καὶ καταλιπεῖν με κληρονόμον, ἐκώλυσας: καὶ ζητῶ ἀπὸ σοῦ τὸ ἐντεῦθεν διαφέρον, καὶ κατασκευάζω τοῦτο, καὶ ἐκκορυφῶ εἰς ἄπειρον, λέγων. Ὅτι εἰ ἐγεγόνειν κληρονόμος, εἶχεν ἡ κληρονομία κτῆμα περιφανὲς καὶ περισπούδαστον, καὶ ἐπίζηλον τῷ βασιλεῖ, ὅπερ διαπωλήσας πρὸς αὐτὸν, ἔλαβον ἂν καὶ τίμημα ἀδρὸν, καὶ ἀποστείλας εἰς τὰ κατωτικὰ πράγματα, καὶ ἀναγράφεσθαι, καὶ ἔμελλον ἐκεῖθεν ὠφεληθῆναι τὰ μάλιστα: ἢ ἐπεχείρησά τινα κτίσαι μοι οἶκον ἐν τόπῳ εὐαέρῳ καὶ ἐπιτηδείῳ ὄντα καὶ κάλλει τινί: ὁ δὲ ἵνα ἔχοιμι καταφρονῆσαι τῆς ἰδίας ὁμολογίας: καὶ κινήσας κατ' αὐτοῦ ἐζήτουν τὸ ἐντεῦθεν διαφέρον, λέγων: ὅτι εἰ ἐκτίσθη μοι ὁ τοιοῦτος οἶκος, ἔμελλον αὐτὸν δοῦναι τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ, καὶ ἐντεῦθεν ὠφελεῖσθαι κερδῆσαι πολλὰ τίμημα ἀδρὸν, δωρεὰς μεγάλας, καὶ πολλάς: θεσπίζει γοῦν ἡ παροῦσα διάταξις, καὶ ὑποτίθε-

τίθεται τοῖς δικασταῖς τὰς τοιαύτας κατασκευὰς τοῦ διαφέροντος μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ σκοπεῖν τί τῇ ἀληθείᾳ ἐζημιώθη ὁ ἐνάγων· καὶ εἰς ἐκεῖνο καταδικάζειν τὸν ἐγκαλούμενον· ὅπου γε καὶ τῇ φύσει ἀκόλουθόν ἐστι, ταύτας μόνας τὰς ποινὰς ἀπαιτεῖσθαι τὰς συμμέτρους, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν νόμων ῥητῷ μέτρῳ περιλαμβανομένας, ὡς ἡ ἀφανὴς κλοπή· αὕτη γὰρ τὸ διπλοῦν ἀπαιτεῖ τῆς τιμῆς τοῦ κλαπέντος πράγματος· καὶ ἡ ἁρπαγὴ τὸ τετραπλοῦν, συγκειμένου καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁρπαγέντος πράγματος· ἢ ἐκίνησε καί τις, λέγων, ὅτι ἀνάγκας ὀφείλει πραγματευόμενος, καὶ ἐνεμήθης τὰ ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς· καὶ ζητῶ ἀπό σου καρποὺς τοσούσδε, ὡς καὶ ἀνεβίβαζεν εἰς ποσὸν ἄπειρον, λέγων· οἱ ἀνεμόμην καὶ αὐτὸς τὸ κτῆμά μου, ἐποίουν κατασκευὰς τοιάσδε, καὶ ἀπεκόμιζον τοὺς καρποὺς εἰς χώρας ἐχούσας χρείαν αὐτῶν, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα· οὐκ ὀφείλει ὁ δικαστὴς προσέχειν ταῖς τοιουτοτρόποις κατασκευαῖς τοῦ διαφέροντος· ἀλλὰ ζητεῖν τί τῇ ἀληθείᾳ ἐζημιώθη, καὶ εἰς ἐκεῖνο καταδικάζειν τὸν ἐγκαλούμενον· τοῦτο γοῦν ὀφείλει παραφυλάττειν ὁ δικαστής, οὐ μόνον ὅτε ζημίας λόγος ὑπόκειται, ἀλλὰ καὶ ὅτε κέρδος ζητεῖται οἷον λήγατον ἢ δωρεά· καὶ ἐνταῦθα γὰρ τῇ ἀληθείᾳ χρεωστούμενον ὀφείλει προσδικάζειν τῷ ἐνάγοντι, καὶ ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐξ ὀρθοῦ χρεωστούμενον, δῆλον μὴ ὑπερβαίνειν τὸ διπλοῦν ἐπὶ τῇ ἀπαιτήσει τοῦ διαφέροντος,

XLVII. Enarratio.

Propterea quod ea res pendet ex facto] *L. quatenus 24. ff. de reg. jur.*

Modo minor] *L. si quis ab alio 13. ff. de re judic. l. pen. ff. si quis caution. jud. sist. cau. fact.* Vide Cujacium tractatu 3. ad Africanum, ad leg. centum Capuæ.

In cujus arbitrio posita est taxatio ejus quod inter.] Judicis officio incumbit, ut quod interfuit, æstimet, *l. semper 15. §. sed quod, ff. quod vi, aut clam.*

Dicam esse incommoditatem rei] Ex *l. quin 3. §. pen. ff. de alienat. jud. mut. cau.*

Quia utilitatis nomine] *L. Julianus 9. §. ult. ff. ad exhibend. l. si sterilis 21. §. cum per venditorem, ff. de action. empt. l. 4. §. 5. ff. de dam. inf.*

Quas Julianus noster propositiones] Vide Cujacium ad *leg. 20. ff. de hered. vend.* tract. 7. ad Africanum.

Cum alea & spes emitur] *L. cum hereditatem 7. ff. de heredit. vel act. vend. l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt. l. si jactum 12. ff. de act. empt.*

Nempe to. pretii nomine, quæ numeravit] Et pretium igitur conventum duplatur, ut quidam ex veteribus interpretibus ait: & ita emptor pretium consequetur, & alterum tantum.

Theodorus προχ. vocat] Vide librum 3. Obs. c. 1.

Sed propter moram rei infligitur] *L. cum quidam 17. §. si pupilla, ff. de usur.*

Τὴν φύσιν, ut Theodorus ait] *Naturam moderationem amplecti.*

In obscuris voluntatibus def. aut contr.] *L. si ita 14. §. 1. in fi. ff. de legat. 1. l. semper 9. & l. semper 34. in fine, ff. de reg. jur.*

In paribus sententiis judicum] Paulus *Sentent. lib. 4. tit. 12. §. communem.*

In medium eamus potius] Vide Cujacium ad *§. cum aliena 25. Institut. de rer. divis. in Not. poster.*

Quod postea usuræ pernumeratur] Titus Livius 6. *De capite deducite, quod usuris pernumeratum est.* Caput est κεφάλαιον, sors.

Ut Aristoteles ait] Eudemiorum libro 4. cap. 8.

Ex affectione, vel utilitate petitoris] Nullum igitur est singulare interesse, ut loquuntur Doctores: & ex veteribus etiam Jacobus Ravennas illud non admittit, ut refert Cynus heic, nec Fulgosius heic numero 22.

Ex quibusdam machinationibus] Sic etiam interpretatur Fulgosius: Vult, inquit, dicere: ex veris, & justis allegationibus judex id, quod interest, æstimabit, non autem ex frivolis, stultis & fatuis allegationibus.

TIT. XLVIII. *Si à non competenti judice judicatum esse dicatur.*

In hoc titulo, superioribus casibus, quibus docuit sententiam judicis ipso jure nullam esse, addit hunc casum, Si ab incompetenti judice dicta sententia fuerit. Incompetens judex est is cujus jurisdictioni, vel notioni reus subjectus non est, qui & incongruus dicitur judex. Dico reus, quia actor etiam sibi incompetentem judicem sequitur. Dico, vel notioni, quia alii sunt judices, qui forum, & jurisdictionem habent, ut magistratus; alii qui notionem tantum, ut judices delegati ad speciem litis aliquam, qui utique incompetentes sunt si ab incompetentibus dati sint; vel si dati à competentibus alia de re judicent, quàm de qua judicare jussi sunt: & de his potissimum est hic tit. lib. 3. tit. 13. de magistratibus, & in eo potissimum definitur, qui sint competentes, vel incompetentes: in hoc definitur, sententiam à judice incompetenti datam ipso jure nullam esse, ut *l. 6. §. quod si quis, ff. de inj. rup. test.* quod non immerito trahitur etiam ad confessionem factam coram incompetenti judice, *cap. 4. de judic.* Et secundum definitionem hujus tit. judex datus ad actionem locati, si judicet de pecunia credita, sententia nulla est, *l. 1.* vel si datus in causa proprietatis, judicet de possessione, vel alia re, non de proprietate, cujus tamen cognitio salva manet, integraque præsidi, qui eum dedit non minus, quam si de possessione datus de ea cognovisset; quia alias res est proprietas, longe alia possessio, *l. 3. hoc tit.* Item si judex militaris de causa civili judicet, *l. 2. hoc tit. l. 9. Cod. Theod. de jurisd.* Idemque est in procuratore Cæsaris, *l. 1. supr. de ped. jud.* de quo Græci ad *l. 4.* ponunt exemplum, ut à non suo judice, puta dato à procuratore Cæsaris inter privatos, dicta sententia non pariat judicati actionem. Incompetens etiam est, quem magistratus non dedit, partes ediderunt, *l. 3. supr. de jurisd. om. jud.* nam consensus partium eum tantum competentem judicem facit, qui tribunali præest, quive ab eo datus est, qui tribunali præest, vel litis contestatio, quæ pro consensu habetur: & hoc est, quod dicitur, nec recusari judicem, nec præscriptionem fori opponi posse post litem contestatam. Nemo litem contestari cogitur. At vocatus venire cogitur, ne contemnat magistratum, ut hoc ipsum sciatur an sit competens, nisi vocetur illegitimo die, vel loco. Definitio hujus titul. si generaliter accipiatur, sic accipienda est: Si citra consensum partium incompetens judex sententiam dixerit, forte litis contestatione apud eum facta per errorem, vel si ex consensu partium editus, non etiam datus à magistratu.

XLVIII. Enarratio.

Qui & incongruus dicitur judex] *L. 1. sup. de jurisdict. omn. judic.* Vide librum 3. tit. 13.

Quia actor etiam sibi incomp. jud. seq.] *L. cum Papinianus 14. sup. tit. 45.*

Ut judices delegati] Judices dati, recuperatores, judices pedanei, judices speciales: tot enim appellationibus censentur.

Judex datus ad actionem locati, &c.] Basilica lib. 9. tit. 1. capite 87. *πολλάκις γὰρ δοθεὶς ἐπὶ τὸ δικάσαι μόνον περὶ μισθώσεως, ἀπεφήνατο καὶ περὶ δανείου: plerumque enim judex datus, ut de locatione tantum judicaret, de pecunia etiam credita sententiam dixit.*

Item si judex militaris] Judex militaris de causis civilibus inutiliter judicat, Basilica.

Puta dato à procuratore Cæsaris] Theodorus Hermopolites: non loquitur de judice dato à procuratore Cæsaris; sed de ipso procuratore, qui inter privatos jus dicere non potest, *ἀναρμόδιός ἐστι δικαστὴς ἐπὶ ταῖς ἰδιωτικαῖς*

δίκας: μόνων γὰρ τῶν δημοσιακῶν φροντίζειν ἐπιτέτραπ-ται, rerum fiscalium tantum ei cura demandata est. Judicem tamen dare potest. A

Si citra consensum partium] Sententia dicta ab incompetenti judice nulla est, si citra consensum partium dicta sit: vel si dicta sit à privato homine, nec data à magistratu ex consensu partium. Vide Cujacii recitat. in fine.

Forte litis contestatione] Litis constatione judex approbatur.

TIT. XLIX. *De pœna judicis qui male judicavit, vel ejus qui judicem vel adversarium corrumpere curavit.*

QUæri potest, an etiam quod judex competens male judicavit, ipso jure nullum sit. Et videtur non esse nullum, quia lex ait, etiamsi male judicatum sit Reip. interesse non convelli rerum judicatarum auctoritatem, quia status Reip. maxime rebus judicatis continetur, *l. judex*, *ff. de re jud. l. servo, §. cum prætor*, *ff. ad Treb. l. si patronus*, *§. si quis*, *ff. de bon. lib.* & sane ita est, si per errorem & imprudentiam male judicavit, ut citra appellationem sententia ejus rescindi non possit, sed perinde atque si lis sua esset, ei cujus interest in tantum teneatur, in quantum religioni judicantis videbitur, *l. ult. ff. de extr. cognit.* salva tamen existimatione, quia dolo caret. Quod si per ambitionem & gratiam male judicavit, etiam sententia valet; sed ei cujus interest in solidam litis æstimationem tenetur, & infamia notatur, *l. si filiusf. in fi. ff. de jud. l. 2. hoc tit.* Quod si per turpitudinem & sordes, .i. pecunia corruptus male judicavit, hoc casu sententia ipso jure nulla est, *l. venales*, *inf. quand. prov. non est nec.* & judex infamia notatur, & solidam litis æstimationem ei quem læsit præstat, *l. 2.* & extra ordinem criminali judicio coercetur. Is autem, qui data pecunia corrupit judicem ut male judicaret, vel adversarium ut colluderet, & prævaricaretur, causa cadit ex Constit. Antonini ad Cassium Sabinum, .i. ex *l. 1. hujus tituli*, cujus fit mentio in *l. 1. §. pen. ff. de calum.* Si actor corrupit, amittit actionem: si reus, defensionem nam in *l. 1.* actionis verbo continetur exceptio: & hoc, re nondum judicata. Post rem judicatam secundum corruptorem, etiam litem amittit, quia sententia ipso jure nulla est, & litis restitutio ei non datur, nisi ex *Nov.* Justiniani seipsum detulerit & acceptæ pecuniæ arguerit adversarium vel judicem. Ex Nov. Justio, corruptori est medicina confessio. B C D

XLIX. Enarratio.

SI per errorem & imprudentiam] *Instit. de obligat. quæ qu. ex del. nasc. ἐξ ἀπειρίας τοῦ δικάζειν*: ut ibi Theophilus: ex juris ignorantia.

Perinde ac si lis sua esset] Litis enim alienæ periculum quasi suæ rei, judex suum facit.

Vide quæ hac de re tota scripsi aliter ad *legem res judicata 207. ff. de reg. jur.* P. Faber.

L. 2. hoc titulo] In qua pro *æstimationis*, Cujac. in recitat. legit, *existimationis*: & ita Fulgosius æstimationem heic accipit. E

Si actor corrupit] Igitur si actor corrupit, &c.

Continetur exceptio] Ut & Fulgosius heic scribit:

Ex Novella Justin.] 24. cap. 11.

Corruptori est medic. confessio] M. Tullius in ep. ad Octav. *Erranti medicina, confessio*. S. Ambrosius de institutione virginis cap. 4. *Erroris medicina, confessio est*.

TIT. L. *Sententiam rescindi non posse.*

IN hoc titulo proponitur, quod & in tit. generali prædixerat *l. 9. De sent. & interl.* ipso jure nullam esse sententiam posteriorem ejusdem judicis vel successoris ejus de eadem re inter eosdem prolatam, quæ contraria est priori, à qua appellatum non est. Lex posterior potior habetur priore; at sententia prior potior est posteriore. Denique nec prætextu omissæ peremptoriæ exceptionis sententia retractari & rescindi potest, nisi beneficio appellationis, aut restitutionis in integrum. A

L. Enarratio.

LEx posterior] *L. ult. de conflitut princ.* antiquam abrogat nova.

Nisi beneficio appellationis] Si sententia contra majorem dicta sit.

Aut restitutionis in integrum] Si sententia contra minorem dicta sit.

TIT. LI. *De fructibus & litium expensis.*

DAtur hic titulus ut intelligamus, judicem non tantum de re principali, sed etiam de ejus rei fructibus, & de sumptibus litis sententiam debere proferre. Et statim initio proponitur fructus intelligi deductis justis impensis: proponitur regula juris, à qua nullus casus excipi dicitur in *l. fundus*, *ff. fam. erc.* & tamen unus excipi debet ex *l. ult. inf. de fund. rei pr.* Et justæ impensæ dicuntur, quæ sunt necessariæ vel utiles, *l. heres*, *ff. de pet. her.* Factæ conservandæ, tuendæ, curandæ rei, & fructuum quærendorum aut redigendorum. His impensis prius satisfit ex fructibus: deinde reliqui fructus restituuntur si in causa restitutionis, dividuntur si in causa divisionis fuerint. Et rei vindicationem qua agitur adversus bonæ fidei possessorem *l. 2.* docet, sequi etiam fructus post litem contestatam perceptos, aut percipiendos, & hodie fructus simplos, non ut ex 12. tab. duplos. Nam adversus malæ fidei possessorem fructus retro computantur, maxime si agatur interdicto unde vi, vel petitione hereditatis, vel si speciali judicio nominatim petantur. In expensas quoque litis judex condemnationem facere debet, & in damna, ut præstet ea victori, qui vincitur, *l. ult. inf. quand. prov. non est nec. §. hæc autem*, *Inst. de pœna tem. lit.* & *l. 4. hoc tit.* illo loco, pro pecuniaria causa, post dispendia, post sumptus. Sic enim ex Vet. & prima omnium editione Moguntina restituendus est, & ex Basil. in quibus est, *τὰ δαπανήματα καὶ τὰ ζημιώματα*. Ex condemnatione igitur actori, vel reo, qui vicerit, redduntur præter rem & fructus, etiam expensæ litis, & damna, itinerarii sumptus. Est etiam in convictum actorem actio calumniæ, quæ fuit in decimam partem litis, longe diversam à decima, de qua in *l. pen.* quæ est decima expensarum, non litis, ut docui initio 12. Observat. Debet autem de expensis litis judex pronuntiare, .i. vel ab eorum præstatione absolvere, vel in eorum præstationem condemnare, & absolvere ex causa, ut *d. l. pen.* & *Nov.* 82. Si nihil pronuntiaverit, neque victori in victum expensarum nomine ulla actio est, *l. 3. hoc tit.* aliter atque si forte de fructibus judex nihil pronuntiaverit: nam integra est actio de fructibus. Non est etiam jus appellandi victori ob non habitam rationem expensarum litis, *h. tit. inf. quan. pro. non est nec.* sed judex eo nomine victori tenetur, *l. properandum*, *§. sin autem alterutra*, *C. de judic.* Aliquando victor appellat, si sententia ei non satisfiat ad plenum (ut D. Augustinus ait epist. 160. solere homines quando cum inimicis eorum convictis lenius agitur, à mitiore sententia provocare) non etiam si expensarum litis ratio habita non sit, & victus appellaverit: imo nec si sententia non satisfaciat ad plenum, cum forte absens ex contumacia causam tenuit, quo casu etiam victor victo refundit litis expensas, *d. l. properandum*, *§. sin autem ex gestis*. Valda notanda est Constitutio *l. ult.* ut qui ex privilegio victi non agnoscunt expensas litis, aut minores agnoscunt, etiam victores à victo, licet idem privilegium B C D E

gium non habeat, nullas, aut minores reposcant.

·LI. Enarratio.

AUt percipiendos] Quos actor percipere potuisset. Cujacius in recit. ad hunc titulum, & hanc interpretationem suadet verbum *potuisses* in *l. 2. hoc titulo*, ut vulgo testatur Fulgosius, ut scilicet de petitore loquatur. In vetusto tamen Menagii sic legitur: *Sed eos percipere potuisse, non quos eum redegisse constabit, exsolvat ex eo tempore, ex quo, &c.* id est, quos culpa sua possessor non perceperit, ut *§. 2. Institut. de offic. jud.*

Non ut ex duodecim tabulis duplos] De duplis & majoribus fructibus Cujac. ad Paulum lib. 5. Sent. tit. 9. & Obs. lib. 5. 21. & lib. 9. 19.

Maxime si agatur interd. unde vi] *L. 1. §. annus, ff. de vi & vi arm.*

Vel petitione hereditatis] Vide Cujacii notam posteriorem ad *§. 2. Instit. de offic. jud.*

Sic enim ex veteribus] Sic legitur in vetusto Menagii.

Ut docui initio 12. Observ.] Cap. 1.

Nullas, aut minores reposcant] Idque æquitas suadet: *οὐδὲ γὰρ δίκαιον ἐστι*, ut est in Basilicis, *τὸν ἴσα ἐπιστάμενον ὅτι ἐλάττονα παρέχει, πλείονα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους. Non enim æquitati consentaneum est, ut ei, qui scit se in minores expensas condemnandum, ab adversario refundantur.* Privilegium victoris victo quodammodo communicatur, aut certe privilegium victoris in eum retorquetur.

TIT. LII. *De re judicata.*

Vide tit. 1. lib. 42. ff.

RES judicata est lis, sive negotium, de quo sententia lata est. Vel causa, quæ transiit ad condemnationem, aut absolutionem, Sententia, condemnatio ipsa, vel absolutio. Res judicata uno verbo judicatum: nec igitur idem est judicatum & sententia. Ut autem sententiam à judice rescindi & retractari non posse docuit tit. 10. ita docet de re judicata ex parte aliqua litigantium rursus agi non posse, & obstare agenti exceptionem rei judicatæ, ut sit aliquis litium finis, *l. 2.* quæ nec prætextu computationis ait rem judicatam instaurari posse, prætextu *ἀναλογαριασμοῦ*, ut Græci interpretantur, puta si qui judicio superatus est, ideo se superatum dicat, quod in exequenda lite rationes suas male supputasset & subduxisset, & desideret rationibus suis retractatis ex integro causam agi: hoc enim est analogariasmus, cujus obtentu *l. 2.* ait, rem judicatam instaurari non posse. Et recte Theodorus, litem finitam sub obtentu compensationis omissæ, in integrum restitui non posse, sicut nec sub obtentu omissæ exceptionis peremptoriæ, sed actioni judicati opponi compensatio potest, posita exceptione doli, *l. 2. sup. de compens.* sicut in specie *l. 1.* judicio conditionis furtivæ condemnato fure si probaverit rem furtivam redisse in potestatem actoris: & his casibus igitur & aliis quibusdam, etiam post rem judicatam opponitur exceptio peremptoria, non ex nova tantum, sed ex præterita causa. Additur in *l. 4.* nec prætextu novorum instrumentorum postea repertorum, res judicatas restaurari posse, qua de re scripsimus satis alio loco. Et generaliter *l. 5.* rerum judicatarum auctoritatem non pati ut ea, quæ semel finita sunt, instaurentur: quæ est summa definitio hujus tituli, quæ trahitur etiam ad publica monumenta, *l. ult.* quam proprie pertinere ad gesta à Marcellino V. S. Tribuno & notario confecta contra Donatistas, constat ex *l. 55. C. Th. de hær.* & D. Augustini epist. 158. 159. 160.

A LII. Enarratio.

DE quo sent. lata est] *L. ingenuum 25. ff. de stat. hom.*

Sententia cond.] *L. 1. ff. eod.*

Exceptionem rei judicatæ] vide Terentium in Phorm. A. 2. S. 3.

Ut Græci interpretantur] Libro 9. Basilic. tit. 3. cap. 72.

Rem judicatam instaurari non posse] Cujac. in recitat. ad hunc titulum notat interpretes, qui legem secundam accipiunt de judice, qui errans in computatione rerum condemnavit in certam quantitatem: ut scilicet error ille non possit corrigi: quo in errore versatur etiam Hermopolites: qui tamen mox subjicit
B aliam interpretationem, ut lis finita sub obtentu compensationis omissæ instaurari non possit.

Ut ea, quæ semel finita sunt instaur.] Adrianus Imperator in Sententiis apud Dositheum 3. Grammat. *ἐὰν γὰρ ἀρξώμεθα πράγματα κακῶς ἢ καλῶς κεκριμένα μετακαλεῖν, οὐδὲν τετελειωμένον ἔσται: Si enim cœperimus res male aut bene judicatas revocare, nihil consummatum erit.*

TIT. LIII. *De executione rei judicatæ.*

QUod dixit titulo superiore rem semel judicatam instaurari non posse, ex eo sequitur, quod in hoc tit. proponitur eam exequendam esse, quod fit re adducta ad effectum & emolumentum, & post rem judi-
C catam igitur, *l. 1.* nec tamen statim, sed post tempus, quod humanitatis gratia actionibus personalibus de pecunia debita lex condemnatis & confessis dedit, *l. ult.* modicum tempus ex 12. tab. nempe 30. dierum, qui justi dicuntur, quod eis jus sit differre executionem rei judicatæ, ut in lege Ciceronis: Præter Ideæ matris famulos eosque justis diebus ne quis stipem cogito. Immodicum ex Constit. Justiniani: idcirco nec in usu ex judicato dari menses quatuor: idque veteribus displicuisse etiam distinctio Patricii apud Harmenopulum ostendit, qui locupletioribus dabat quatuor menses, ut ex venditione rerum suarum pecuniam in condemnationem deductam conficere possent, pauperiores censebat statim exigendos esse. Ante Justinianum ex alia lege constituti erant duo menses, *l. 3. §. ult.*
D *tit. seq. l. 1. Cod. Theod. eod. tit.* Non datur autem ea dilatio nisi petenti, l. *pen. sup. tit. prox.* ut Theodorus ait in *l. 3. hujus tituli*, *ζητοῦντι καιρὸν εἰς καταβολὴν τῶν ἀπὸ τῆς καταδίκης*: & in *l. 1.* tit. *seq.* *ἐζήτησεν ὁ καταδικασθεὶς τὸ διδόμενον τοῖς καταδικαζομένοις τετράμηνον.* Post tempus judicati faciendi si judicatus solvere supersederit, ex mora pecuniæ in condemnationem deductæ debet usuras centesimas, ut *tit. seq.* etsi novata non fuerit causa judicati, ut *l. 2.* & fit executio rei judicatæ captis pignoribus per officium judicis, nec tamen occupatis à creditore, licet ei dari dicantur, ut apud Theodorum, *τὰ ἐνέχυρα δίδοσθαι τῷ νικήσαντι*: & alio loco, *παρέχονται τῷ νικήσαντι*, & in *l. 3. hoc titulo* quidam Cod. habent, *data*; alii, *captæ*: & in *l. 1. inf. si in cau. jud. pign. cap. sit*, alii habent, *datas*, alii
E non habent, & in utraque posteriorem lectionem magis probo: & à capione distractis publice sub hasta post duos menses, *l. debitoribus, ff. de re judic.* ut idem Theodorus ait, *εἰ ἐντὸς δύο μηνῶν δραμόντων μετὰ τὴν τῶν ἐνεχύρων ἀνάληψιν, μὴ δώσωσιν οἱ καταδικασθέντες τὰ τῆς καταδίκης, πιπράσκονται τὰ ἐνέχυρα.* Emptore non invento, forte ex compacto, vel ambitione judicati, pignora ei addicuntur secundum quem judicatum est, *l. 3. hoc titulo*, ubi ambitionem vocat gratiam, & amicorum copiam, non *προεδρείαν*, ut Theodorus interpretatur, compactum vero *κακουργίαν* & calliditatem, ut *l. 3. inf. si in cau. jud.* Notandum etiam nomina judicati pignori capi posse, si deficiant, aut non sufficiant res corporales, ut *l. 5.* non

etiam annonas, & stipendia militum, *l. 4.* quoniam A Reipublicæ interest militibus non auferri stipendia sua, ne deserant militiam, & publica utilitas, communisve salus utique semper præferenda est privatæ: & eleganter Theodorus in *d. l. 4.* οἱ νομοθέται τὰ κοινῇ πᾶσι τῇ πολιτείᾳ συμφέροντα προτιμῶσι τῶ συμφέροντος ἑνὶ ἢ δυσί. Nec obstat *l. 40. ff. de re jud.* quia non loquitur de stipendiis militum: sed de præmiis athletarum: unde nec velim *l. 4.* trahi ad annonas clericorum: Nam & Theodorus speciem ponit in milite, qui sub armis meret his verbis, ἐὰν καταδικασθῇ στρατιώτης ἔνοπλος. Fit autem executio per officium, sive apparitionem datam à magistratu rei judicatæ ab eodem magistratu, vel à judice ab eo dato, *l. 2. inf. si in ca. jud.* & fit extra ordinem, *l. si pignora, ff. de evict.* quia ordo duodecim tabul. in desuetudinem abiit, & summa officii executoris hæc est, ut exigat, capiat, distrahat, addicat, non B etiam judicet, aut judicatum retractet, vel interpretetur, *l. 6. & pen.* In actionibus realibus hæc exequendi ratio cessat, *§. 1. Inst. de off. jud. l. qui restituere, ff. de rei vind.* & interdicto de libero homine exhibendo, *l. ult. §. 1. ff. de lib. ho. exh.* Puto & in actionibus personalibus, quibus rei nostræ possessionem avocamus, veluti commodati, & depositi, quia legitima tempora non observantur; sed post moram periculum pertinet ad judicatum, & ex die litis contestatæ veniunt fructus, ut *l. 7. h. t. l. 2. sup. de fruct. & tit. exp.* Vide quæ ad tit. 71.

LIII. Enarratio.

Qui justi dicuntur] A. Gellius libro 20. cap. 1. C & lib. 15. cap. 13. Vide Cujac. Observ. libro 3. cap. 39.

Ut in lege Ciceronis] Libro 11. de 11.

Judicato dari menses quatuor] Ut in *l. 2. & 3. tit. seq.*

Apud Harmenopulum] Libro 1. tit. 4. 86. & lib. 3. tit. 5. 94.

Licet ei dari dicantur] In Basilicis *l. 1. & 4.*

Quidam codices habent, datæ] Ut liber vet. Menagii. Alii non habent] Idem liber Men.

Et in utramque] Ut in Basilicis: λαβὼν πράγματα: *res cepit*.

Ut idem Theodorus ait, λ. ἐντὸς, &c.] *Si intra duos menses post captionem pignorum judicati non solvant, quæ in condemnationem deducta sunt, pignora di-* D *strahuntur.*

Ut Theodorus interpretatur] ἴσως γὰρ, inquit, ὅταν περιτρέχῃ πάντας, ἢ παρασκευάζῃ μὴ ἀγορεύεσθαι τὰ ἐνέχυρα: *Fortasse circumcursat omnes, & efficit ne distrahantur pignora.*

Annonas] ut in Basilicis, τὰς ἀννώνας.

Theodoros in *d. l. 4.* οἱ νομοθέται, &c.] *Juris conditores, quæ communiter omnibus civibus prosunt, præferre solent iis quæ uni, vel duobus prosunt.*

Qui sub armis meret his verbis: ἐὰν, &c.] *Si condemnatus fuerit miles armatus: ἵνα μὴ τῶν ἀννωνῶν δεόμενος τῶ πολέμου, αὐτὸς μὴ ἔχων διατρέφεσθαι, καταλείψῃ τὴν στρατείαν, ἢ ζημιωθῇ ἡ πολιτεία στρατιώτου ἐκ διαστάσεως αὐτῷ ἀποδέοντα: Ne si victori militis annonæ dentur, ipse militiam deserat, quod non habeat unde se tuea-* E *tur, & exhibeat, & Respublica lædatur milite carens, qui eam protegebat.* Scribit Fulgosius: probabiliter dici, nec honoraria Doctorum pignori capi posse.

Ut exigat] Vide ad *tit. de execut. rei judic.*

Non etiam judicet] Sententiam dicere, & rem jam judicatam mutare non potest, ut est in Basilicis.

Periculum pertinet ad judicatum] Si corpora in condemnationem deducta post moram debitoris perierint, periculum ad frustratorem pertinet. Præstat igitur eorum æstimationem propter moram suam.

TIT. LIV. *De usuris rei judicatæ.*

Qui exequitur rem judicatam post legitimum tempus, quod condemnatis, & fidejussoribus eorum mandatoribusque Justinianus præstat, *l. 3. §. ult.* olim soli reo principali, *l. 1. ff. jud. sol.* & connumeratur à die prolatæ; vel si appellatum sit bona fide, neq postea factum per eum, qui appellavit, ut tardius judicaretur à die confirmatæ sententiæ, etiam in exequenda re judicata, & exigenda sorte, sive pecunia principali in condemnationem deducta, rationem habere debet usuræ centesimæ, quæ ipso jure capiti accedit, adjungiturque tam in fiscalibus, quam privatis causis abolita bina centesima, quæ olim obtinuit, *l. 1. Cod. Theod. eod. tit.* aut semisse ex *l. eos, §. ceteros, sup. de usur.* quæ prior est *l. 2. hujus tituli,* quippe cum data sit Justino 11. Lex vero 2. Decio Cos. At ut definitur *leg. 3.* fortis tantum usuræ centesimæ debentur post spatium legitimi temporis, non usurarum, in condemnationem deductarum, abrogata *d. l. 1. Cod. Theod. eod. tit.* quia sive fiat stipulatione, sive judicato, anatocismus prohibitus est, *l. ult. sup. de usur.* qui olim permittebatur, & erat finis veterum usurarum, & initium novarum. Quare in sortem, & in usuras facta condemnatione debitas ex stipulatione, etiamsi in sententia judicit consolidata sit quantitas fortis ac usurarum, id est, in unam summam redacta, eam consummationem ita dividimus, ut post tempus judicati quantitati fortis accedat usura centesima, non quantitati usurarum, ne etiam minoribus usuris quales sunt plerunque debitæ ex contractu secundum *d. l. eos*, succedant graviores, quales sunt usuræ rei judicatæ.

LIV. Enarratio.

Rationem habere debet usuræ centes.] Theodorus: ἑκατοστιαῖος τόκος λέγεται τὰ δώδεκα νομίσματα: *usura centesima dicitur, quæ in centenos aureos reddit duodenos.*

Tam in fiscalibus] Legem 1. cum Græcis accipit de fisco, & Theodorus ait, ne quis existimaret, jure singulari fisco præstari centesimam, statim subjici legem secundam, quæ idem statuit in privatis causis.

TIT. LV. *Si plures una sententia condemnati sint.*

Pertinet etiam hic tit. ad executionem rei judicatæ, quia docet, pluribus condemnatis, executionem fieri pro virilibus portionibus, divisa sententia in personas, nec ex pluribus unum posse eligi, & exigi in solidum, si simpliciter omnes in unam summam condemnati sint, hoc modo: Gajum, & Sejum, & Sempronium L. Titio in C. condemno. Denique judicato non fieri duos reos debendi: nisi hoc fuerit nominatim expressum, ut *l. bona, §. 1. ff. de ju. fis.* qui tamen fiebant contractu, vel testamento, etiamsi nominatim expressum non fuisset: quia in contractibus, & testamentis, quod agitur pro expresso habetur. Sententiæ hæc sua formula constringuntur. Et hoc utique verum est, etiamsi ex priore contractu conrei fuerint: quod plane demonstrat judicato prioris obligationis novationem fieri: & proficere judicatum singulis, qui ante conrei fuerunt, proficere, inquam, condemnationem, quatenus minoris, non quatenus tanti est.

LV. Enarratio.

Executionem fieri pro viril. port.] πρὸς ἀναλογίαν, ut est in Basilicis, sententia dividitur.

Proficere condemnationem] Fulgosius ait, condemnationem non proficere judicatis, sed divisionem factam per judicem.

TIT. LVI. *Quibus rei judicata non nocet.* A

HIc titulus docet, nullam esse executionem rei judicatæ in eum qui per se, vel procuratorem judicio non interfuit, licet ejus nomine lis acta sit inter alios: nec igitur ei nocere actionem, nec exceptionem rei judicatæ, & ut ait *l. Claudius in fin. ff. qui pot. in pig.* sine præjudicio prioris sententiæ ei, qui non litigavit .i. qui non per contumaciam judicio absuit, totum jus integrum relinqui, ut l. 5. *hoc tit.* eum qui non litigavit, agere sine præjudicio rerum judicatarum .i. sine metu præscriptionis rei judicatæ. Præjudicium illud absentibus non esse præjudicium, Et *l. is qui fundum, ff. de usufr. leg.* non posse arbitrium inter alios judicando alterius jus mutare. Regulæ locus est etiam in caussis criminalibus, *l. pen.* quæ conjungenda est cum *l. 9.* B *infra de accus.* & obtinet quidem hæc regula sæpe, non semper, *l. sæpe, ff. de re jud. l. 1. §. ultim. ff. de Carb. ed.*

LVI. ENARRATIO.

SIne præjudicio rer. judic.] Absens non læditur, condemnatu eo, qui sponte & citra mandatum egit ejus nomine, si nec quod actum est, ratum habuerit.

TIT. LVII. *Comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones auctoritatem rei judicatæ non habere.*

HIc vero docet, effectum & executionem rei C judicatæ non habere, aut non esse sententiam, comminationem nudam judicis quam fecit citra formam decreti & nullam parere obligationem *l. 1. & 4.* vel, ut Symmachus ait in epist. *Sententiam sub comminatione depromptam effectu atque executione vacuari*; neque vero alia ratione programmata, id est, edictum judicis forte contra latitantem propositum, ut *l. ultim. infra de req. reis l. in peremptorio, ff. de jud.* vim rei judicatæ non habet, quam quod comminatio potius quam sententia sit, *l. pen.* ut contra comminatio, quæ formam decreti habet & causa cognita interponitur, sententia potius est, *l. tutor qui repertorium, §. si deponi, ff. de adm. tut.* Non est etiam sententia quod judex per nuntium jubet, aut per epistolam, non quod subscribit ad libellum: denique non omnis vox, non omnis volun- D tas judicis sententia est; sed ea tantum, quæ causa cognita ab ipso judice de libello claris præscripto litteris recitatur, & absolutione, vel condemnatione reni qua de agitur finit. Aliud est epistola, aliud libellus, *& l. in epistola, supra de fideic.*

LVII. ENARRATIO.

UT Symmachus ait] Epistola 58. libri 10.

Quod comminatio potius] Basilica: *οὐκ ἔστιν ἀπόφασις, ἀλλ' ἀπειλή: non est sententia, sed comminatio.*

Aut per epistolam] Si scripserit ad aliquem ut solvat, ut est in Basilicis.

De libello claris prescripto litteris] De libello vide supra tit. 44. Claris litteris, ut in *l. sed si pupillus 15. §.* E *3. ff. de inst. act. Proscribere palam, sic accipimus, claris litteris, ut de plano legi possit.* Severianus Gabalorum Episcopus in S. Crucem. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με ἔσωθεν λαλῶν, οὐκ ἔξωθεν φθεγγόμενος. Καθίσας γράψον ἐπὶ πυκτίου εἰς βιβλίον σαφῶς, ἵνα σαφῶς τρέχῃ ὁ ἀναγινώσκων: ἀντὶ τοῦ εὔδηλα γράμματα, τρανά, φανερά, ἵνα μὴ ἡ δυσκολία τῆς ἀναγνώσεως ἐμποδίσῃ τὴν γνῶσιν, ἵνα σαφῶς τρέχῃ ὁ ἀναγινώσκων. *Et dixit Dominus ad me intus animo loquens, non exteriori sono pronuntians. Sedens scribe in pugillaribus ac libro clare, ut clare Lector percurrat, id est, iis litteris, quæ sint perspicuæ, planæ ac liquidæ, ne qua legendi difficultas cognitionem impedias, ut clare Lector percurrat.*

A Et absolutione vel cond.] Vide ad titulum 45.

TIT. LVIII. *Si ex falsis instrumentis, vel testimoniis judicatum erit.*

SEquitur in hoc titulo, suspendi executionem rei judicatæ ex falsis instrumentis, vel testimoniis. Testimonia sunt dicta testium relata in literas, at trahitur idem etiam ad falsos testes, *l. Divus, ff. de re jud.* & falsum jusjurandum quod judex secutus fuerit, *l. admonendi, ff. de jurejur.* & falsas allegationes, *l. si prætor §. pen. ff. de jud. & supra tit. si fal. all. exc. sit.* Et hoc quidem juris ita procedit, si quis probaverit falsa instrumenta esse, & eorum instrumentorum fidem secutum judicem ita judicasse, & hoc modo circumventam judicis religio- B nem fuisse *l. 3.* nam si variis in judicio prolatis instrumentis, quibusdam veris, quibusd. falsis, judex ex veris judicaverit, non ex falsis, rata sentent. est: at si ex falsis, ipso jure citra appellationem, vel prætoriam restitutionem rescinditur, *l. 2.* quia habet, ut eleganter Theod. ait, αὐτόθεν τὸ ἄνισχυρον & in d. *l. Divus*, in integrum restitutio, est παλινδρομία, ut *l. 3. §. Divus, ff. de ju. fisc.* non juris amissi redintegratio, quia amissum non est re judicata ex falsis instrumentis.

LVIII. ENARRATIO.

SUspendi executionem] *l. 4. hoc tit.*

Nam si variis in judicio prolatis instrum.] *εἰκὸς γάρ ἐστι τὸν δικαζόμενον διάφορα προκομίσαι δικαιώματα, καὶ σὺν τούτοις καὶ πλαστὸν ἕν, καὶ τὸν δικαστὴν τοῖς ἑτέροις δικαιώμασι προσχόντα, καὶ μὴ τῷ πλαστῷ δοῦναι τὴν ἀπόφασιν· οὐκ ἀνατραπήσεται διὰ τοῦτο ἡ ἀπόφασις, διότι καὶ πλαστὸν προεκομίσθη, ἀλλ' ἔσται βεβαία καὶ ἀπαρεγχείρητος, ὡς μὴ ἐκ τοῦ πλαστοῦ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑτέρων ἔχουσα τὴν δύναμιν. Nam verisimile est litigatorem varia protulisse instrumenta, & in iis unum falsum, & judicem cæterorum instrumentorum fidem secutum, non ejus quod falsum erat, sententiam dixisse: non ideo irrita erit sententia, quod etiam falsum instrumentum prolatum sit, sed firma & rata erit, quod vires suas non ex falso, sed ex aliis mutuetur.* Theodorus Hermopolites ad leg. 3.

C Citra appellat. vel præt. rest. rev.] *ἄκυρος ἡ ἀπόφασις: sententia rata non est, non valet.*

Non juris amissi redintegratio] Non redintegratio D amissæ causæ, ut *l. 2. tit. 40. libri secundi.*

TIT. LIX. *De confessis.*

Vide tit. 2. lib. 42. D.

DAtur hic titulus, ut intelligamus eandem esse rationem exequendæ rei confessæ & rei judicatæ: quod etiam attigerat *supra l. ultim. de exec. rei jud.* nam confessio est contra se judicatio: unde consequens est & confessum pro judicato haberi, quia ipse quasi de se sententiam fert. Sed hoc exigimus ut in jure confiteatur, id est, ἐν βήμασι, vel ubi magistratus est competens post conventionem: nam confessio, quæ fit extra jus, vel in jure incompetenti, pro judicatione non E habetur, nisi ex Novell. de testib. rogati interfuerint testes quinque: nec alia ratione, qui ante reatum sibi mortem conscivit, etiamsi hoc fecit metu futuri reatus, non habetur pro convicto, quam quod hoc non fecit in judicio .i. in reatu ipso, *l. 3. ff. de bon. eor. qui ante sent.* Etiam illud exigitur, ut sequatur sententia judicis, *l. 5. ff. eodem. l. 5. ff. de cust. reor.* & ut qui confitetur, non erret in facto, non etiam ut non erret in jure, *l. 2. ff. eod.* nam si nesciens heres quantum esset in bonis, vel ære alieno in jure confiteatur se debere legata integra, & ἀφαλκιδεύτως, ut Theodorus loquitur, ex sua confessione non tenetur, si peritus facti, ignarus vero legis Falcidiæ, ex sua confessione tenetur.

LIX. ENAR-

A

LIX. ENARRATIO.

NAm confessio est contra se judicatio.] Quintilianus declamatione 314. *Confessio, contra se pronuntiatio.*

Confessum pro judicato haberi, quia ipse qu. de se sent. f.] *l. certum 6. ff. eod.* Paulus in *l. 1. eod. confessus pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur.* Quintilianus declamat. 299. *An damnatus sit sua sententia*, Q. Curtius libro 6. cap. 10. *Nec committam ut damnatus etiam mea sententia videar*, & à confessione recedere non potest, *l. 1. hoc tit.* Libanius in declamatione 33. *οὐ γὰρ ὅτε ἂν ἔχοιτ᾽ ἄγ. ὡμολόγηκας ἀρνεῖσθαι: namque confessus es, inficiari amplius non potes.* In criminali judicio confessus non continuo damnatur, sed aliis probationibus opus est, *l. 1. §. Divus servus, & §. si quis ultro, ff. de quæstion.* Præterea confessio voluntaria non sufficit ad rei condemnationem, sed accusator necessarius est. Seneca in Excerptis Controversiar. lib. 8. t. *Non est confessio, nisi quam accusator eruit, negat rea, tortor expressit.* Quod igitur scribit Appianus de bello Punico, necesse non esse reum confitentem accusare: *τί δὲ δεῖ κατηγορεῖν τῶν ὁμολογούντων*; verum non est. Judicis quoque religiosi est post confessionem spontaneam, ea quæ ad pleniorem facti cognitionem pertinent, perquam diligenter expendere. Tertullianus Apologet. cap. 2. *Si de aliquo nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicidæ, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (ut de nostris elogiis loquar) contenti sitis ad pronunciandum, nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, locum, modum, tempus conscios, socios*, vide inf. ad tit. 65.

Ut in jure confiteatur] Vide Cujacium ad Novell. 90.

Ἐν βήματι] Basilica in *l. 1. hoc tit.* Xiphilinus in Julio: *βῆμα τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται ἐφ᾽ οὗ τις ἐζωσμένος δικάζει.* Actorum cap. 18. 16. *ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος*, vetus interpres: *minavit eos à tribunali.* In judicio, Paulus *Sent. lib. 5. §. 3.*

Nam si nesciens herea &c.] Hoc exemplo utitur Theodorus Hermopolites.

TIT. LX. *Inter alios acta, vel judicata; aliis non nocere.*

QUod dicit de re judicata tit. 56. in hoc tit. porrigit ad omnia alia acta sive gesta habita inter alios, veluti solutionem, transactionem divisionia causa pactionem: adde jurisjurandi delationem, ne noceant absentibus. Symmachus in epist. *Quando absentibus atque ignorantibus inter alios gesta nocuerunt?* Nil proprie in *hoc tit.* agitur de re judicata; & abundant igitur in rubrica hæc verba, Vel judicata; sed in eo, ut dixi, quod de re judicata tit. 56. trahitur ad alia gesta, sicut quod de re judicata tit. 52. ad alia gesta. *l. ult. eod.*

LX. ENARRATIO.

VEluti solutionem] *Ἐκ τῶν συγκληρονόμων συμφωνίας ἀνυπέρθετος καταβολή: cæterorum coheredum devotio, & citra moram solutio*, ut ait Theodorus ad leg. 1. cæteris non nocet.

Ne noceant absentibus] Et ideo divisio inter coheredes facta absenti heredi non nocet, sed portionem suam arbitrio familiæ erciscundæ petet cum fructibus, & reditibus, quia res inter alios acta aliis non nocet. Græci ad *l. 17. supra famil. ercisc.*

Symmachus in epist.] Epistola 47. libri 10.

Quod de re judic. tit. 56.] Quod propositum est tit. 56. trahitur ad alia gesta.

TIT. LXI *De relationibus.*

Vide tit. 1. lib. 49. ff.

REs à minore judicio ad majus judicium, vel ad principis cognitionem transfertur duobus modis, relatione, & appellatione. Relatio, quæ & ipsa consultatio dicitur, fit ad principem, postquam partes allegationibus renuntiaverunt ante sententiam à judice, qui ambigit quid statuere debeat ea de re, qua de apud se agitur, missa opinione sua, ut *Nov. 115. cap. 1.* quod hodie tamen genus relationis sublatum est *Nov. 125.* vel etiam post sententiam appellatione interposita, nec recepta, ut princeps æstimet an sententia sua sequenda sit, *l. pen. C. Theod. eod. tit.* Appellatio fit à partibus. Ad relationem rescribit princeps, vel patricii, qui ab eo electi sunt ut relationi respondeant, juxta *l. 34. tit. seq.* Ad appellationem consultat, *l. 2. supra ut lit. pend.* Optatus 1. *Relatio missa est, rescriptum venit* & 2. *Cruentas operati sunt cædes, & tam atroces ut de talibus factis ab illius temporis judicibus relatio mitteretur.* Et Imp. *l. 2. supra de off. vic.* Relationes judicum libenter audimus. At quod de his in hoc tit. constituitur, hoc est, ut sit plena instructio, plena, integra relatio, plena opinio .i. ut omnem causam complectatur, ut *l. 1. & 3. hoc tit. l. 15. tit. seq. l. inter pœnas, ff. de interd. & rel.* & cur in cognitione principis non datur dilatio, *l. 5. supra de dilat.* nisi quia nonnisi ad plenum instructa causa remittitur ad principem. Item ut exemplum relationis & opinionis edatur partibus, ut *l. ultim. ff. quan. app. sit, l. pen. ff. de app. rec.* Ut adjungantur acta & refutatoriæ preces .i. refutationes relationis, opinionis atque gestorum, si partibus imperfecta aut falsa videantur, ut *l. eos §. super his, l. quoniam 1. l. à procos. tit. seq.* compositæ brevi sermone, ut *l. ultim. §. in refutatoriis, tit. seq.* maxime re delata ad sacrum auditorium. Symmachus in epist. ad Theodosium: *Tunc oblatis provocationis libellis suspensa sententia cujus meritum perennitas vestra lectis gestis ac refutatoriis cohærentibus æstimabit. Ego in referendo prolixus esse non debui.* Et ut post sententiam judex promissa relatione non terreat partes ne appellent. Sic recte legit Haloander *l. 1.* ut *l. ex eo tit. seq.* & idem Symmachus; *Promissa relatione discedo.*

LXI. ENARRATIO.

REelatio fit ad Principem] Auctor vitæ S. Clementia: *Et missa relatione ad Nervam pariter & Trajanum, dixit, &c.* Imperatores Honorius & Theodosius AA. (constitutio refertur in Collatione Carthag. 1. cum Donatistis) *Erit jam sollicitudinis tuæ, si quid ulla cognoveris arte differre, missis relationibus judicare, ut negligentes puniat digna correctio.* Vide Plinium libro 10. episto. 97. & Notas ad Symmachum. Et interim novari nihil potest. Divus Augustinus epistola 136. *Cum in ipsis causis sæcularibus quando ad majorem potestatem refertur arbitrium judicandi, manentibus sicut erant omnibus rebus, exspectetur illa sententia, unde jam non liceat provocari, ne superiori cognitori fiat injuria, si ejus pendente judicio, aliquid fuerit commutatum.* Et epistola 137. *Nomen autem presbyteri propterea non ausus sum de numero collegarum ejus, vel supprimere, vel delere, ne divinæ potestati sub cujus examine causa adhuc pendet, facere viderer injuriam, si illius judicium meo vellem præjudicio prævenire: quod nec in negotiis sæcularibus, & causis judices faciunt, quando causæ dubitatio ad majorem potestatem refertur, ut pendente relatione, aliquid audeant commutare.*

Symmachus in epistola ad Theodos.] Epist. 45. libri 10.

Idem Symmachus] Epistola 36. libro 10.

TIT.

TIT. LXII. *De appellationibus & consultationibus.*

Vide tit. 1. lib. 49. ff.

RES ad majus auditorium transfertur non relatione tantum, verum etiam appellatione. Sed relatione ante vel post sententiam, appellatione nonnisi post sententiam, *l. ult. sup. de sent. & interl. l. pen. inf. quorum app. non rec.* cujus effectus hic est, ut sententiam extinguat, *l. 1. in fin. ff. ad Senatusconf. Turp.* etiamsi non recipiatur ab eo, qui judicavit, *l. 3. hoc titulo*, & ut vim quoque suam exerceat adversus rescripta principis, ut si post missam relationem ad principem & elicitum à principe rescriptum, ad id judex conformarit
B sententiam suam, *l. 2. hoc titulo l. 1. §. 1. ff. eod. l. Statius, ff. de jur. fisc.* Et est appellatio à sententia minoris judicis ad majorem provocatio, plerumque perlata longius, ut non male Hesychio sint, ἔκκλητοι δίκαι αἱ ἐπὶ ξένοις λεγόμεναι, ἢ ἐκ τῆς πόλεως. Vel appellatio est, ut interpres Apollonii, ἡ μετάβασις ἀπὸ δικαστηρίου εἰς δικαστήριον, quæ aut illico fit viva voce inter acta, aut intra dies decem datis libellis appellatoriis, & intra dies triginta acceptis redditisque libellis dimissoriis. A sententia: Nam ab interlocutione perraro solet appellari, *l. 2. ff. de appell. recip.* itemque ab executione sententiæ, *l. 5. inf. quorum app. non rec.* & quæ à nominatione legitime facta interponitur appellatio, de qua *l. 4. 7. 11. 27. hoc titulo l. 1. tit. seq. l. 4. tit. 66.* querela potius dicitur quam appellatio,
C *l. 12. Cod. Theod. eod.* quoniam appellationis verbum in majoribus rebus dici oportet, quamquam & ipsa appellatio querela sit, quæ in majori auditorio instituitur adversus iniquitatem prioris. Appellatio est species. Querela genus. Nam & cum sententia dicitur ipso jure nulla, hoc non appellatio, sed querela appellatur, *l. 3. sup. quomodo & quando jud.* Consultatio vero in hoc titulo longe aliter accipitur, quam in titulo superiore, *l. 1. & 3.* In illo consultatio est relatio judicis ad principem, in hoc deliberatio conventus, consilium sive sententia, quam princeps ex appellatione cum consilio conlocutus dixit, quæ συνέλευσις in Bas. ut Psalmo 1. βουλῇ, quod dixere septuaginta, teste Eusebio, Symmachus interpretatur συνέλευσιν, vel quam dicunt se-
D cundum causæ quantitatem, & judicum à quibus appellatum est dignitatem, unus, vel duo ex Senatoribus, sive proceribus qui sint in comitatu principis, vel universus Senatus more ac ritu consultationis i. more regio, qualis servatur præsidente ipso principe, ut *l. 32. 37. 38.*

LXII. ENARRATIO.

UT sententiam exting.] Perinde ac si res judicata non esset. Lucianus in Abdicato.

Ad majorem provocatio] Asconius in Verrem prætura urbana: *Appellatio est inferioris ad superiorem.* Ulpianus in Demosthenem: ἔφεσις ἡ ἔκκλησις, ἡ ἀπὸ ἐλάττονος εἰς μεῖζον προκαλουμένη δίκη. Etymologicum M. ἔφεσις,
E ἡ δικαστηρίου οἱουδήποτε ἐφ' ἕτερον μεῖζον δικαστήριον μεταγωγή, καὶ εἰς ἄλλο δικαστήριον ἐφεσιμένη δίκη ὥστε τὸ κριθῆναι πάλιν. Græci interpretes ad tit. de appellation. ἔκκλητός ἐστιν ἀπὸ δικαστηρίου οἱουδήποτε ἐφ' ἕτερον δικαστήριον ἀγωγή.

Ut interpretes Apollonii] In secundum ἀγῶνα.

Intra dies 10.] Novel. 23. cap. 1.

Libellis appellatoriis] λίβελλος ἐκκλήσεως in epist. Leonis PP. ad Flavianum Archiepiscopum CP. Concilii Chalcedonens. parte prima.

Intra dies triginta] *L. judicibus 24. hoc tit.*

Libellis dimissoriis] Qui & apostoli de quibus in Basilicis lib. 9. tit. 1. cap. 98. πρὸς τὸ ἀποστέλλειν τοὺς καταδικασθέντας πρὸς ἕτερον δικαστήριον, ut ait Hermopolites:

A *quod per vos judicatus ad alium judicem mittatur.*

Et ipsa appellatio querela sit] Appellatio iniquitatis sententiæ querelam continet, *l. præfecti 17. ff. de minor. l. 3. sup. tit. 43.* Theodorus Hermopolites: ἔκκλητος δὲ ἐστιν αἰτία, ἢ μέμψις ἀποφάσεως.

Cum consilio conlocutus] In passione sancti Cypriani: *Valerius Maximus conlocutus cum consilio dixit.*

Quæ συνέλευσις in Basilicis] *L. 5. sup. de dilation. & l. ult. inf. quando provoc. non est nec.*

Symmachus interp.] συνέλευσιν] Theodoretus in Ps. 1. v. 6. τὴν δὲ τοῦ βουλὴν ὁ μὲν Ἀκύλας, καὶ ὁ Θεοδοτίων συναγωγὴν ἡρμήνευσαν: συνέλευσιν δὲ ὁ Σύμμαχος.

TIT. LXIII. *De temporibus & reparationibus appellationum, seu consultationum.*

B TItulus est de temporibus appellationum, non his intra, quæ interponendæ appellationes sunt, quæ jam definivit titulo superiore; sed de his intra, quæ interposita appellatio introducenda & exercenda est. Neque vero l. 1. accipienda est de his intra quæ appellandum est, quasi velit à nominatione intra duos menses appellandum esse, quia non duo menses huic rei sunt constituti; sed iidem dies, qui in sententiis, *l. 1. ff. quan. app. sit & l. 1.* mens hæc est, ex eo die interponendæ appellationis à nominatione, i. interpositæ (ut litis contestandæ dicimus) persequendæ gratia duum mensium tempora computari ei, qui nominatus est, ex quo cognoverit se nominatum esse, quod
C & *l. 19. Cod. Theod. de appell.* hæc verba confirmant, *negotia perorentur*. Itaque in sententiis & nominationibus eadem tempora servantur ad interponendam appellationem, non etiam ad instituendam & exequendam eam. Nam in nominationibus duo menses observantur, *l. 1.* in In sententiis sex aut tres, qui etiam reparari & redintegrari possunt, *l. 2.* Olim in sententiis alia quam definiat, *l. 2.* tempora finita erant, ut dixi Observat. 12. cap. 4. & 16. cap. 7. quibus elapsis, poterat à judice peti reparatio, id est, redintegratio, renovatio, instauratio lapsi, amissique temporis & litis, & impetrata reparatio denunciari debuit adversario, ut in *Cod. Theod. eodem titulo*. Quod si reparatum sibi tempus appellator etiam præterlabi sineret, non inducta causa appellationis, rursus à prin-
D cipe poterat extra ordinem dari reparatio temporis etiam post secundum lapsum. Post tertium lapsum non dabatur reparatio ulla ex causa, & sententia appellatione suspensa convalescebat, & ad finem perducebatur perinde ac si appellatum non esset. Hodie ex *l. 2.* & post quartum lapsum datur reparatio temporis, & omnino res ita procedit: Ex quo scivit quis se condemnatum esse, ut *l. 4. sup. de lib. cau.* causam appellationis inducere debet intra sex menses ex provincia longinqua, intra tres ex eadem, aut contigua secundum distinctionem *l. ult.* videlicet si à judice appellaverit, si ab arbitro delegato ab aliquo judice, intra duos menses, secundum distinctionem *l. 2.* Post lapsum sex aut trium, aut duorum mensium, adhuc habet appellator mensem unum, jure legitimo, ad instituendam
E & persequendam, quam interposuit appellationem, & post hunc secundum lapsum, habet etiam alterum mensem, & post tertium lapsum, æque alterum mensem; post quartum vero lapsum si à judice appellaverit, non si ab arbitro delegato, potest extra ordinem à principe, ex aula, ut ait *l. ult.* impetrare reparationem trium mensium, quam adversario denuntiare, aut insinuare in foro præf. prætorio necesse non habet, & numerentur tres menses, non ex die petitæ reparationis: sed ex summo die quarto lapsus, licet ante diem petita sit reparatio. Et post quartum lapsum evanescit causa appellationis, & convalescit sententia à qua appellatum est, & qui causam appellationis inducere volet, tanquam omnibus temporibus

poribus causa prolapsa primo loco ; .i. statim initio litis, licet sit peremptoria, præscriptione repelletur opposita ab adversario, vel à judice, *l. 2. in fin.* Nam in causa appellationis judex supplet partes absentis, *l. ultim. supra tit. prox.* Menses computantur ex num. dierum, non ex Calend. *l. 2. Cod. Theod. de decur.* & singulis adscribuntur dies 30. ita tamen ut si dentur sex, aut tres, aut duo, extremo mensi superaddamus unum diem, quo qui venerit audiatur, *l. ubi lex, ff. de reg. jur.* si detur unus tantum, ei etiam addamus unum diem, qui temporalis dicitur & fatalis ad interitum causæ, quia eo die lite non acta, lis agit animam, *l. ultim. §. 1.* Et generaliter, ut legimus in Glossis vet. ἡμερα θέσμιος ἡ μέρα .i. quæcunque finita legibus & præstituta dies est, fatalis dicitur, idemque est fatalis & finita dies : Quia omnis finitio dici ei cui condicta est, adfert periculum aliquod si fallat ad condictum. Non est omittendum hujus tituli *l. ultim. §. in his*, abrogari quod de biennio, *l. in offerendis, supra tit. prox.* ut causa, quæ more consultationis disceptanda est, ab uno vel duobus Senatoribus intra biennium introducatur, & eis insinuetur. Nam pro biennio substituit annum intra quem acta apud eum, contra cujus sententiam appellatum est, & refutatorii libelli, & literæ judicis sive apostoli tradantur scrinio competenti epistolarum, vel libellorum, ut *l. 6. §. super his, l. 32. supra tit. prox. l. 3. hoc tit.* & ut intra eum annum causa appellationis introducatur. Citius autem mittuntur acta & refutationes quam introducatur appellatio, *d. l. 3.* Nam appellationem introduci satis est sub finem statuti temporis, hoc est summo die fatali, vel quatuor antecedentibus, vel quinque sequentibus, pro uno fatali die hodie institutis decem, *l. ultim. §. & cum antea.* Acta vero cum refutatoriis partium, literisque judicis à quo appellatum est, aut mitti debent statim post interpositam appellationem, aut circiter medium temporis, ipso etiam medio die connumerato, *d. l. 3.* Etiam illud omittendum non est, eum contra quem appellatum est, cessante vel absente appellatore, μονομερῶς posse præferre diem appellationis, & causam introducere, *d. l. ultim. §. nulli, l. ultim. tit. seq. l. in offerendis, supra tit. prox.* & inductam in sacro auditorio perpetuari .i. quandoque otium fuerit principi, vel amplissimo ordini definiri posse. Alii auditorio non sacro ad finiendas lites legibus præscripta esse tempora. Et, ut dixi, introduci & finiri appellationem μονομερῶς, quia jam semel lis contestata fuit priore Judicio ; & vero priore etiam judicio post litem contestatam causa peragi potest μονομερῶς, *l. ult. supra quom. & qu. jud.*

LXIII. Enarratio.

Neque vero lex prima accip. est &c.] Auctores Basilic. sic videntur accepisse legem 1. ut intra duos menses à nominatione ad munus publicum appellatio interponenda sit. Rectius autem Glossa, ex die interpositæ appellationis à nominatione duos menses computari ad exequendam appellationem. Non igitur ad interponendam, sed ad persequendam. Recte etiam Fulgosius ad *leg. cum anterioribus 5. §. illud etiam num. 5.* notat, dictam *leg. 1.* loqui de tempore exercendæ appellationis interpositæ à nominatione ad honores & civilia munera.

Et impetrata reparatio] Vide Cujacium de præscr. cap. 16.

Qui temporalis dicitur] Temporalis, & fatalis dies idem est. Vide Cujac. Obs. lib. 12. 4.

In Glossis veteribus] Glossæ : ἡμερα θέσμιος ἡ μέρα, *fatalis dies, finita dies.*

Idemque est fatalis, & finita dies] Ut in Glossis supra citatis. Hos dies vocant ἡ μέρα κυρία : κυρία ἡ μέρα scilicet dicitur, quæcunque finita & condicta dies est : quia omnis condictio dici, ei cui dies condicta est, periculum aliquod adfert, si fallat ad condictum. Cujacius in recitat. Julius Cæsar. 11. de bello Gallico : *Die constituta causæ dictionis.* Græcus interpres : κυρίας δὲ τῆς ἡμέρας τῆς δίκης ἐπελθούσης. Sanctus Basilius in homilia in Julittam martyrem : αὐτὴ κυρία ἡ μέρα, &c.

Ei cui condicta est] Marcus Tullius libro 1. epistolarum ad familiares 9. *Nam cum mihi condixissem cœnavit apud me.*

Posse præferre diem] *Anticipare.* Titus Livius 39. 5. *Prætulit triumphi diem.*

TIT. LXIV. *Quando provocare non est necesse.*

Non repetuntur in hoc titulo causæ ex quibus ante obiter dixit, ad rescindendam sententiam appellatione opus non esse, *l. 1. & 3. de sen. ex per. rec. l. 2. si à non comp. l. 2. sup. si ex fal. instr. jud. fis,* nisi una in *l. 1.* inde qua in *l. 1. sen. resc. non pos.* sed adduntur pleræque aliæ, quorum omnium ratio hæc, quod sententia ipso jure rescindatur. Illa summe notanda, ut victor victo appellante necesse non habeat & ipse appellare, quod nulla aut minor expensarum litis & detrimentorum ratio habita sit, quoniam hoc sententia judicis, ad quem victus appellavit, suppleri potest. Nec etiam quod victus tardior sit in inducenda appellatione, quia & citra appellationem victor diem appellationis anteferre potest, adversario denuntiato.

LXIV. Enarratio.

De qua in l. 1.] Si sententia priori sententiæ contraria sit appellatione opus non est, ἀλλ' αὐτόθεν ἔχει τὸ ἀκύρωτον, per se intercidit, ipso jure rescinditur, ut ait Hermopolites : ἀργεῖ γάρ, ut idem ait, ὁ ἅπαξ ἀποφηνάμενος ἐπαύσατο εἶναι δικαστής : *judex enim qui semel sententiam dixit, desiit esse judex.*

Diem anteferre] *Anticipet* & *appel.*

TIT. LXV. *Quorum appellationes non recipiuntur.*

Vide tit. 5. lib. 49. D.

In superiore titulo reprobatur superstitiosa, superflua, supervacua appellatio : Sic vocatur *l. 6. & l. ultim. eod. tit.* In hoc reprobatur moratoria, frustratoria, importuna, quæ ludificatio potius est, *l. 1. Cod. Th. eodem*, & importuna dicitur, *l. 6. hoc tit. l. 7. C. Th. eodem.* Appellationem superstitiosam recipere verecundiæ est, *l. 42. Cod. Theod. de appell.* Appellationem moratoriam recipere ignaviæ, *d. l. 6.* aut ignavæ verecundiæ : hæc pœnam, illi laudem meretur. Et moratoria est appellatio, si ex contumacia condemnatus appellaverit, quia non ignoret se merito litem amisisse : item si confessus & convictus de crimine, si debitor liquido convictus, si apparitor ex delicti causa condemnatus à proprio judice cui paret, si quis contra ordinem juris non ferebat aperiri tabulas testamenti, aut heredem scriptum mitti in possessionem ex edicto D. Adriani. Item si quis appellet ab executione, executore non excedente sententiæ modum, *l. 18. C. Theod. eodem*, vel si ab articulo .i. ab interlocutione, *l. 5. hoc tit.* Ab omni causa licet appellare, non ab articulo causæ, puta quod non detur dilatio instrumentorum causa, vel locus ad agendum, vel exceptio justa non admittatur, *l. 36. supra de appel.* quod etiam judices vulgo interloqui solebant, *l. ultim. supra de sent. & intel.* Ab executione fero appellatur, ab articulo propere, quia post cognitionem totius causæ interposita appellatione & vitia interlocutionum corriguntur. At jure Canonico à quacunque interlocutione ex causa appellari potest, *c. non ita 2. qu. 6.* quo jure utimur, quia facile judices amplectuntur ea omnia quibus litium modus excrescit, aut litium vita producitur : quæ cau-

causa etiam efficit ut conventionem, quæ probatur, *l. ult. §. ultim. sup. de temp. ap.* aut quandoque factam revocationem appellationis, vix aut ne vix quidem admittant, imo nec jurisjurandi delationem

XLV. Enarratio.

APpellationem motatoria reciperem] Appellatio quælibet recipienda ex edicto Theoderici, §. 55. *Quando optimæ conscientiæ convenist etiam superfluam appellationem sine dubitatione suscipere, dum de appellationis merito facer possit perpensis legibus cognitor judicare.*

Si ex contumacia condem. appel.] *οἱ γὰρ εἰσὶ οἱ ὅλως χωρεῦντες ὑπὸ δικαστηρίου μετὰ προκάταρξιν, καὶ καλούμενοι διὰ ἐπιφωνημάτων, καὶ μὴ πειθόμενοι ἐλθεῖν εἰς τὸ δικαστήριον*, ut ait Hermopolites: *Qui post litis contestationem per contumaciam absunt, quique voce præconis citati & edictis evocati in judicium venire noluerunt*. Vide ad titulum 43. supra; interdum tamen ex justa causa absentibus condemnatis lis restituitur, Vide Cujac. ad *l. Divus 7. ff. de in int. restit.*

Item si confessus & conv. de crim.] *Scelere convicti*, ut loquitur Suetonius in Nerone, *παραυτὸς καὶ ἁμαρτήματι μαρτυροῦντας*, ut ajunt Græci, *statim puniuntur.*

Si debitor liquido convictus] Et confessus addit, Hermopolites, *αὐτὸς γὰρ*, inquit, *ἑαυτὸν καταδικάσας διὰ τῆς ἰδίας ὁμολογίας: Ipse enim propter confessionem de seipso sententiam tulit:* sive debitor fiscalis, sive publicus, sive privatus sit. Non recte Fulgosius de privato ærario accipit: rectius Basilica de privato debitore.

Si apparitor ex delicti causa] In civili negotio appellatio recipitur.

Non ab articulo causæ] Basilica: *ἐκ διαλαλιᾶς: ab interlocutione:* & ita Fulgosius.

Ut conventionem] A sententia judicis appellare non licet, si convenerit, ne liceret: *legum enim auctoritatem in hoc casu voluimus pactis litigantium mitigari*. Sic legitur in veteri Menagii.

Litium vita procuditur] Varro: *Legendo & scribendo vitam procudito.* Lites vivere, & mori dicuntur.

TIT. LXVI. *Si pendente appellatione mors intervenerit.*

Vide tit. 13. eod. libro.

PEndente appellatione, *l. pen.* ait, pendente in numero cognitionum, i. nondum re judicata ex appellatione, quomodo & rei ipsi pendere dicuntur, qui nondum discrimine liberati sunt. Et notandum quod ait *d. l. pen.* appellationem pendentem in numero cognitionum peragi suo ordine, i. servato ordine introductionum. Quod & hodie observatur. Mors autem in hoc tit. i. mors ejus, qui appellavit, vel ejus contra quem appellatum est, vel mors hominis, de cujus proprietate lis est: ac primum *l. pen.* ostenditur, mortuo homine, quo de agebatur, pendente appellatione, vel etiam pendente priore judicio, litem durare propter peculium, ut propter fructus & partus, & stipulationem de evictione, *l. utique, ff. de rei vind.* Mortuo autem eo, qui appellavit à nominatione, lis penitus extinguitur, *l.* 4. Mortuo eo, qui appellavit à sententia in negotio civili, lis transfertur in heredem, perinde ac si priore judicio mors ei contigisset, *l.* 1. In negotio criminali, ita distinguimus: Aut priori sententia contra quam appellavit, bona ejus expressim publicata sunt, aut tacite. Si specialiter, morte quidem ejus crimen, i. causa capitis extinguitur; sed quæstio bonorum specialiter publicatorum non extinguitur, Si tacite, ut si deportatus sit nullo alio adjecto, morte ejus & crimen & quæstio bonorum extinguitur, & bona transmittuntur ad heredes; atque ita in multis partibus juris multum interest exprimatur aliquid, an tacite intelligatur. Nam uno

A ex his perempto, quæ sunt expressa, non perimitur etiam alterum. Perempto expresso, perimitur etiam quod ei tacite insuit, & hæc distinctio proponitur *l.* 3. & confirmatur *l. 1. ff. eodem, l. ultim. infr. si reus, vel acc. mor. fue.* Repetitio bonorum scelere quæsitorum nunquam perimitur, nec si priori sententia absolutus sit reus, sicut nec bonorum specialiter publicatorum priori sententia. In specie *l.* 2. perimitur, quia obsignatio bonorum absentis rei, non est publicatio, adnotatio inter reos non est condemnatio, licet ab ea appellari possit, & in ea lege ponimus absentem vita decessisse intra annum. Lex ultima ut accipienda sit ostendi lib. de diver. temp. c. 16.

LXVI. Enarratio.

B

LIs transfertur in heredem] Heres debet, *ἢ πληρῶσαι τὸν ἀγῶνα τῆς ἐκκλήτου*, ut est in Basilicis: implere solemnia appellationis, aut judicato satisfacere.

Lex ultima ut accip.] Ex *l. ultim.* ad persequendam appellationem heredi dantur quatuor menses: & ita Joannes Faber. recte.

TIT. LXVII. *De his qui propter metum judicis non appellaverunt.*

ETiam, qui propter metum judicis non appellat intra constituta tempora, judicatum facere cogitur quia vanus est metus. Qui vero propter violentiam & terrorem, C quem infert judex, non appellat voce aut libello, satis habet intra constituta appellationi tempora id publice contestari, ut contestatio pro appellatione cedat, *l. cum quidam, ff. de appel.*

LXVII. Enarratio.

QUia vanus est metus] Serva quod dicitur in *l.* 1. *in sacro comitatu nostro: ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν κομιτάτῳ*, ut est in Basilicis: *timere nihil potuisti.*

TIT. LXVIII. *Si unus ex pluribus appellaverit.*

SI plures una sententia condemnati sint, ex titulo 55. intelleximus, periculum sententiæ dividi. Ex hoc in- D telligimus, victoriam esse communem ex appellatione, si ex condemnatis quidam appellaverint, quidam non appellaverint, si modo una eademque omnium causa defensionis fuerit. Proniorem esse victoriæ, quam condemnationis communicationem.

LXVIII. Enarratio.

UNa eademque omnium causa def.] Si vero contutores erant, & ex diversis factis condemnati sint, unusque suæ tantum condemnationis nomine appellavit, cæteris non prodest, ut additur in Basilicis: qua de re vide legem, *si qui separatim 10. §. ultim. ff. de appellation.*

E

TIT. LXIX. *Si de momentaria possessione fuerit appellatum.*

MOmentaria possessio est, quæ ex interdicto prætoris celeriter reformanda & restituenda est, non tantum si agatur interdicto unde vi, sed & si alio quolibet interdicto adipiscendæ, vel retinendæ possessionis *l. momentariæ infra unde vi*. Nam reformationem desiderat, non tantum, quæ vi erepta, sed & quæ quolibet modo impedita, interturbata, inquietata est, ut docui *l. si coloni infr. de ag. cens.* & 1. Obs. c. 20. & celerem reformationem & ob idipsum omne interdictum quod de possessione est, omnisque ratio reformandæ, repetendæ, vindicandæ, tuendæ posses-

sionis momentum dicitur, & momenti actio: & à sen- A tentia, quæ causam possessionis diremerit, non licet appellare, ne quod beneficio celeritatis inventum est, subdatur injuriis tarditatis, *l. 22. Cod. Theod. quorum app. non rec.*

LXIX. Enarratio.

NOn licet appellare] Vide dicta cap. 20. & libri 2. cap. 35. in fine. Auctores Basilic. tradunt, si appelletur à sententia judicis, qui de possessione reformanda pronuntiavit, judicem appellationis possessionem apud eum esse jubere debere, apud quem prior judex interim esse jussit.

TIT. LXX. *Ne liceat in una eademque causa tertio* B *pravocare, vel post duas sententias judicum, quas definitio præfectorum prætorio roboraverit, eas retractare.*

OLim in una eademque causa semel dumtaxat, non licebat iterum appellare .i. gemino judicio superatus non poterat appellare, ut si à Duumviro appellassem ad Præsidem provinciæ, non poteram à præside appellare, *l. 1. C. Theod. de poss. ab eo, qui bis prov. transf.* & in edicto Athalarici Regis apud Cassiodorum 9. appellari à subjecto judicibus ordinariis in una causa secundo non patimur. Hodie ex Constitutione Justiniani posita sub hoc titulo etiam secundo, non item tertio, licet appellare .i. bino, non item trino judicio superato, ut si à Duumviro appellavi ad præsidem pro- C vinciæ, à præside possum appellare ad præf. urbi, sed non etiam à præfecto urbi. At si forte præf. urbi judicem dederit, qui ex appellatione cognosceret, licet ab ejus sententia non possit appellari; potest tamen recusari si modo, ut *l. ult. sup. de sentent. & int.* ante litem contestatam recusetur invocato præfecto, qui eum dedit. Nam ut à sententia judicis dati appellatur, qui dedit, *l. 1. ff. quis à quo app.* ita recusationem judicis dati fieri oportet ad eum, qui judicem dedit. Cæterum recusatio ipsa pro appellatione non computatur, quia fit ante litem contestatam. Et hæc est sententia ultimæ partis hujus legis. At retractatio à sententia præf. prætorio pro appellatione cedit: & ideo si à Duumviro appellavi ad præsidem provinciæ, & à præside ad præf. prætorio, jam non possum retractare, quod præf. præ- D torio judicavit, quia videor tertium appellare.

LXX. Enarratio.

APud Cassiodorum 9.] Epistola 18.

Recusatio ipsa pro app. non comput.] Tradunt etiam DD. recusationem judicis pro appellatione non computari.

TIT. LXXI. *Qui bonis cedere possunt.*

Vide tit. 3. lib. 42. ff.

PErtinet hic titulus ad executionem rerum judicata- E rum sive proprio judicio, sive ex appellatione judicatæ sint: Nam executio ex causa debitæ pecuniæ fit tribus modis. Ac primum quidem captis & distractis pignoribus, quod fit extra ordinem jussu magistratus, non lege, aut edicto certo, ut docui tit. 53. neque vero ita pignus prætorium constituitur, sed pignus, quod vicem obtinet conventi pignoris, *l. 1. inf. si in can. jud. pig.* & hoc si is, qui judicatus est, præsto sit, vel si defendatur. At si latitet, vel non defendatur, alio modo fit executio, nempe ex edicto prætoris eo, qui vicit judicati servandi causa misso in possessionem omnium bonorum ejus, qui judicatus est, *l. 2. & 3. inf. qui pot. in pig.* quo genere pignus prætorium constituitor, eamque possessionem sequitur proscriptio & distractio bonorum sub hasta, quæ irrogat infamiam ei cujus nomine fit quasi decoctori: & hic ordo edicti proximus est ordini duodecim tabul. quamobrem & proscriptio distractioque bonorum, quæ fit ex edicto usurpato nomine duodecim tabul. sectio appellatur, & morti comparatur, *l. actione, §. 1. ff. pro soc.* Lex duodecim voluit decoctoris sanguinem effundi, Prætor maluit suffundi publice distractis bonis voce præconis. Quod si judicatus parum, aut nihil habeat in bonis, alio modo executio fit, quæ etiam descendit ex duodecim tab. puta judicato detruso in carcerem. Sed ut & hanc injuriam carceris, & illam quoque proscriptionis & distractionis infamiam debitor evitet, lege Julia ei conceditur omnibus bonis suis præsentibus & futuris creditoribus cedere, non ut ea sibi habeant, quæ debitor cedit, non dat in solutum: sed ut ea publice vendant, & pretium ex venditione redactum inter se partiantur pro rata crediti, *l. 4.* Et rationem hanc Theodorus reddit, *ἵνα μὴ τοσαύτην σχόντες ἄδειαν τὰ ἄξια πολλοῦ κατὰ συμπαιγνίαν εἰς ὀλίγα δέχωνται*: neque obstat, *l. ult. in fin.* quæ hoc dumtaxat vult, in causa quidem electionis: de qua in ea lege agitur, nullum esse discrimen inter hypothecarios & chirographarios creditores. Cæterum in partiendis rebus debitoris jus cuique suum esse servandum, ita scilicet ut hypothecarii hypothecas suas salvas habeant, ut *l. 6. tit. seq.* cæterarum rerum pretium inter eos dividatur, electa cessione bonorum. Quæ autem cessionem bonorum sequitur venditio, non irrogat debitori infamiam, quia non fit ejus nomine, sed creditorum, quibus cessa sunt, *l. debitores, supra ex quibus causis infam. irrog.* Et hæc sunt duo commoda cessionis bonorum, *l. ult.* & quod ait *l. 1.* tantum liberationem excludit, non alia commoda: nam & tertium commodum cessionis, hoc est, ut post eam debitor conventus habeat exceptionem, si non cessit bonis, *§. ult. Instit. de replic.* nisi quid ei postea facultatis ad solvendum accesserit, quo prætor moveri possit, *l. 3. tit. seq.* Cessio inter cives Romanos ex lege Julia, ut opinor, fiebat in jure, solemnibus verbis, ut quælibet alia cessio, qua dominium adquiritur: hodie fit nuda voluntate, etiam extra jus, *l. 6. hoc titulo, l. ult. ff. eod.* & revocatur etiam nuda voluntate, re integra, *l. 2. hoc tit.* nec necesse est petere à principe, quod lex Julia defert: nam quod ait *l. ult. in princ.* ad justitium quinquennii, quam Græci *ἀναχώρησιν* & *ὑπερημερίαν* vocant, potissimum respicit. Hanc à principe impetrari necesse est, non cessionem bonorum. Recte Accursius electa dilatione quinquennii, cessionis auxilio renuntiari. Recte etiam ex *l. ult. inf. de cust. reor.* adnotabis, & in causa criminali cessioni bonorum locum esse.

LXXI. Enarratio.

QUasi decoctori] Quis dicatur decoctor exponunt Glossæ juris. Persius Sat. 5. *hunc alea decoquit*: id est, efficit ut quis facultatibus exhaustis, fidem creditoribus suis decoquat.

Voluit decoctoris sanguinem eff. Præt. mal. suff.]
Tertullianus Apologetici cap. 4. *Bonorum adhibita proscriptia suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.*

Judicato detruso in carcerem] Huc facit Divi Augustini epistola 213. *Cum frater, inquit, noster Fastius debita decem & septem solidorum ab oppigneratoribus urgeretur, ut redderet, quod ad præsens, unde explicaret se non inveniebat, ne corporalem pateretur injuriam ad auxilium sanctæ Ecclesiæ convolavit, &c.*

Theodorus reddit, *ἵνα μὴ* &c.] *Ne si hoc concedatur creditoribus, bona debitoris magni pretii per collusionem modico pretio æstimata inter se dividant, & partiantur.*

Nisi quid ei postea facultatis] *ἄξιον λόγου*: *cujus ratio ha-*

tio haberi debeat, Basilica ad legem septimam.

Et revocatur etiam] Si postea solvat, distractionem bonorum non patietur, ut est in Basilicis.

TIT. LXXII. *De bonis auctoritate judicis possidendis seu venundandis & de separationibus.*

Vide tit. 5. & 6. eodem lib.

POssessio bonorum omnium pecuniæ judicati; quæ ei, qui pro partibus suis sententiam consecutus est & aliis creditoribus datur, si intra tempora judicati non faciat judicatum, & quam auctor præstinans jungere quæstione de possessione præmisit, quæ ante scripta sunt, de rebus judicatis, vel datur ex cessione ipsius judicati sive debitoris, de qua titulo superiore proximo, vel ex edicto auctore prætore judicati sive crediti servandi causa, de qua in hoc tit. videlicet si debitor fraudationis causa latitet nec defendatur, *l. pen. & ult. hoc tit. l. pen. tit. ult.* vel si ei successor nullus extet, *l. 5. & 6. hoc. tit.* Utramque sequitur venditio bonorum postulata à prætore, transacto justo aliquo tempore: cujus ipse prætor justus arbiter est, *l. pen.* nam quod lege definitum non invenitur, merito tribuitur arbitrio judicis: & verum est, quod Alciatus notavit à *l. ult. §. sin autem*, hæc verba, *à nobis*, abesse nec deesse. Et vero *d. l. ult.* in longum tempus plerumque trahi venditionem satis ostendit, dum ponit, re integra creditores, qui non petierunt se mitti in possessionem intra quadriennium, admitti in communionem petitæ ab aliis bonorum possessionis, quia in rem datur, non in personam; & ægre igitur perveniri ad venditionem, quæ etiam, quod fiat nomine debitoris tanquam decoctoris, ignominiosa est, atque adeo non acceleranda. Quæ sequitur cessionem bonorum, quia nomine debitoris non fit jam exuti bonis, ignominiosa non est. Cessa vero aut data possessione omnium bonorum debitoris, ut sit apud creditores jure cessæ possessionis, vel prætorii pignoris, dico venditionem tandem ad extremum cum prætori justa causa visa fuerit, creditoribus permitti, non etiam eis jure dominii bonorum addictionem fieri posse, *l. 4. inf. tit. prox. l. 6. & 8. hoc tit. l. 1.* sup. *ne pro dote mul. bo. ad.* Utroque genere debitor liberatur, *l. 3. hoc tit. l. ult. tit. ult.* ab his, qui ante cessionem vel bonorum possessionem cum eo contraxerunt, non ab his quibuscum postea contraxit, *d. l. 3.* & non ipso jure, *l. 1.* sup. *tit. prox.* sed posita exceptione: *Nisi bonis cessit*, ut vet. lib. habent in *§. ult. Inst. de repl.* & Basil. *d. l. 3.* ἀλλ' εἰ μὴ ἐξέστη, & in Theophilo, *d. §. ult.* scribendum, ἐξέστη, non ἐξεστι. At satisfieri prius debet privilegiariis & hypothecariis, quam non privilegiariis & chirographariis, tum ex residua pecunia reliquis pro rata debiti quantitate. Illud quoque certum est, eorum quibus ab herede legatum est, quam eorum quibus ab herede heredis, causam esse potiorem, *l. 1.* Ad separationes pertinet, *l. 2. & 7.* bonorum scilicet & creditorum defuncti à bonis, creditoribusque heredis, ut in defuncti bona eant creditores defuncti, in heredis creditores. Alia tria separationum genera notantur in Dig. eod. tit. & quintum, *l. 3. §. proinde, ff. de minor.* Auctoritate judicis, id est, sententia prætoris.

LXXII. ENARRATIO.

SI ei successor nullus extet] Nec fiscus, nec uxor defuncti, ut Theodorus heic.

Hæc verba, à nobis] Sunt tamen in vet. Menagii.

Intra quadriennium] Intra quadriennium tantum: *ne in perpetuum aliorum negligentia, illi, qui pro suis debitis alacriores creditoribus aliis ostendunt fuisse, prægraventur*, ut est in *d. l. ult. alacriores*, id est, diligentiores Glossæ: πρόθυμος, *alacer*, *sedulus*.

Quibuscum postea contraxit] Ex contrario scilicet Basilica: Qui vero post cessionem bonorum cum eo contraxerunt, recte eum conveniunt, nec eis exceptio opponitur. Idem tradunt Azo & Fulgosius.

Et non ipso jure] Sed posita exceptione. Glossa in *l. 1. h. t.* in *l. autem ubicumque 60. ff. de fidejussor.* ipso jure, non recte.

Causam esse potiorem] Heres heredis debet ut æs alienum, sive, ut ait Theodorus: χρεωστεῖται ἃ ληγάτα ὀφείλεται δοῦναι: legata etiam quæ dare debebat, æris alieni nomine continebantur. Et merito igitur priorum legatorum causa potior est: nam legata præstantur ex eo, quod superat deducto ære alieno.

Et 7.] In qua Cujacius legit, *separatio postulata*: & ita in vetusto Menagii.

TIT. LXXIII. *De privilegio fisci.*

Vide tit. 14. lib. 49. ff.

NOn alia de causa subjicitur hic titulus duobus superioribus, quam quod ex cessione debitoris, vel ex edicto prætoris possessis & venditis omnibus bonis debitoris habenda sit in primis ratio eorum creditorum; qui privilegiarii sunt .i. qui privilegium exigendi habent, quod Plinius πρωτοπραξίαν vocat, quasi πρώτην εἴσπραξιν, qui cæteris creditoribus præferuntur in auferenda pecunia sibi debita, dilata interim exactione cæterorum, qui privilegium non habent: quæ causa etiam efficit ut in Digestis *tit. de cess. bon. & tit. de reb. auct. jud. poss.* de privilegiariis creditoribus agatur. Ex his est fiscus, de quo est hic tit. Paulus V. Sent. *Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum tenere*: quæ sententia ut intelligatur, sciendum est alios esse creditores hypothecarios, alios chirographarios, qui & personales dicuntur; & qui hypothecarii sunt, etiam personales sunt, quia hypothecaria actio sine personali non consistit, quæ directa & principalis actio est. At qui personales sunt, non continuo etiam hypothecarii sunt: nam personalis actio sine hypotheca consistere potest. Ex chirographariis autem alii speciali quodam jure suo privilegiarii sunt, alii non. Ex hypothecariis, excepta causa dotis, nulli suo jure privilegiarii sunt. Fiscus est semper hypothecarius creditor, nec tamen privilegiarius in actione hypothecaria jure quodam suo proprio contra alios creditores hypothecarios, nec nisi privilegio temporis, ut quilibet alius creditor hypothecarius, quia in hypothecis privilegium æstimatur ex tempore, non ex causa debiti, non ex persona creditoris, & excepta dotis causa, & aliis quibusdam, utique qui prior est tempore & hypothecæ jure potior est: quod & de fisco ita proditum est, *l. 2. hoc tit. l. si pignus, l. ult. ff. qui pot. in pign.* At in actione personali fiscus privilegiarius est suo quodam jure, non spectata prærogativa temporis: & hoc est quod ait Paulus, *Privilegium fisci est, inter omnes creditores*, &c. inter omnes scilicet chirographarios, etiamsi forte quidam privilegiarii sint, quia privilegia sua exercent adversus alios, non etiam adversus fiscum, id est, non nisi post fiscum sunt privilegiarii, quales sunt qui pecuniam crediderunt navis fabricandæ vel instruendæ causa, *l. qui in navem, ff. de reb. auct. jud. poss.* quibus tamen fiscus anteponitur, *l. quod quis, eod.* .i. possessis bonis debitoris, prius satisfieri fisco debet, quam ei qui credidit navis fabricandæ vel armandæ causa. Alias vero privilegiarius privilegiario non præfertur, sed melior est condicio occupantis .i. ejus qui prior suum recepit. Quod si prior creditor non privilegiarius occupavit, integrum est privilegiario, quod ei solutum est, extraordinario jure auferre, *l. 5. hoc tit.* Porro aliud est privilegium fisci in tacita hypotheca, *l. 2. sup. de ser. pig. da. man.* quam habet in iis rebus quæ tempore contractus in bonis debitoris fuerunt,

non etiam in his quæ ejus esse desierunt, & per venditionem forte, & traditionem in alterius dominium transierunt, *l.4.* nam tacita hypotheca fisci consistit in bonis tantum debitoris, non in alienis bonis; etiamsi jam olim debitoris fuerint, ac ne in bonis quidem uxoris ejus, *l.1.* quia inter virum, & uxorem nulla bonorum communio est, & res uxoris non minus viro alienæ sunt, quam res cujuslibet extranei. Et notandum, quod ait *l.1.* bona ejus, qui fisco obligatus est ob reliqua administrationis primipili, à fisco recte occupari jure hypothecæ, non etiam res uxoris ejus: quod intelligendum est de rebus, quæ sunt extra dotem: nam dos uxoris, cum sit in bonis mariti, ex causa reliquorum primipili .i. ex administratione militaris annonæ gesta à centurione primipili, occupari à fisco potest, non utique statim, cum & dos uxoris sit, sed in subsidium; & extra ordinem, si fiscus ex bonis ipsius debitoris, vel fidejussoris ejus reliqua primipili servare non possit, *l. 4. inf. in quibus cau. pign. tac. cont.* quod etiam obtinere in quolibet munere publico ex contrario argumentum præstat, *l.3. sup. Ne uxor pro mar.* Dixi actionem fisci personalem præferri omnibus aliis actionibus personalibus, non inspecta ratione temporis, quia in actionibus personalibus privilegia non æstimantur ex tempore sicut in hypothecariis, sed ex causa debiti, *l. privilegia*, *ff. de reb. auct. jud. poss.* Fisci actionem hypothecariam non præferri antiquioribus actionibus hipothecariis, sed inferioribus tantum. Addo fisci actionem hypothecariam præferri omnibus actionibus personalibus antiquioribus, vel privilegiariis, *l. 3. hoc tit.* quod idem habet etiam quilibet alius cui hypothecaria actio competit contra chirographarios creditores, *l.6. sup. tit. prox. l. cos*, *infra qui pot. in pig.* Et ideo si debitor fisci idemque debitor privati creditoris chirographarii, prius solverit creditori chirographario, fiscus jure tacitæ hypothecæ, vel etiam persecutione extraordinaria jure sui privilegii, quod habet in actione personali, pecuniam solutam creditori chirographario persequi potest, non per actionem; sed cognitione præsidis, aut procuratoris ex justa causa, puta si debitor solvendo non sit, *l. 5:* & sine usuris, *d. l. 5.* Ratio hæc redditur in *l. denique*, *ff. de ju. fis.* quia res non persona convenitur .i. quia fiscus rem persequitur non personam, & in persecutione in rem usuræ non veniunt, *l. si navis*, *ff. de rei vind.* & eadem pene est ratio *l. 5.* quia creditor chirographarius, cui prius debitor pecuniam solvit, eam pecuniam non sumpsit fœnore, ut in sortem, & in usuras teneatur actione personali; sed suum recepit .i. pecuniam sibi debitam, quæ auferri ei non potest, nisi extraordinaria persecutione: in quam usuræ venire non possunt.

LXXIII. Enarratio.

QUod Plinius] Libro 10. epist. 109.

Paulos 5. Sentent.] Tit. 12.

Et hoc est, quod ait paulus] d. tit. 12.

Non etiam res uxoris ejus] Uxor bonorum suorum separationem petere potest: δύναται ἡ γυνὴ τὰ ἴδια πράγματα ἀποχωρίζειν, ut est in Basilicis: *προνόμιον γὰρ ὑποθήκης ὁ δημόσιος κατὰ τῶν πραγμάτων μόνου τοῦ χρεωστοῦντος αὐτῷ κέκληται: οὐ μὴν κατὰ πραγμάτων ἀλλοτρίων: οἷα εἰσὶ τὰ τῆς γυναικός: Fiscum enim privilegium hypothecæ habet in bonis solius debitoris, non in bonis alienis, qualia sunt bona uxoris.*

Non sumpsit fœnore] *οὔτε γὰρ δάνειον συνήλλαξε πρὸς τὸν τοῦ δημοσίου χρεώστην, ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἀπέλαβεν: Non enim fœnus contraxit, sed suum recepit*, ut est in Basilicis, fœnus, id est, *δάνειον ἔντοκον*, *mutuum fœnebre*.

TIT. LXXIV. *De privilegio dotis.*

ESt etiam creditoribus permissa possessione; & venditione bonorum debitoris in actionibus personalibus privilegiaria mulier, quæ dotem suam repetit soluto matrimonio, *l. si sponsa*, *ff. de jur. dot. l. 1. ff. sol. mat.* Multa legibus favore dotium introducta sunt, *l. si ego*, *§. si res*, *ff. de ju. dot. l. ult. sup. ad SC. Vell.* & hoc maxime ut privilegium habeat inter personales actiones, quod tamen Constitutio hujus tit. ait non transire in heredem, alium scilicet, quam filium, ut *Nov. 91.* eademque interpretatio adhibetur recte ad *l. maritum*, *ff. sol. matr.* At cur *l. ult. infra qui pot. in pig. hab.* ait, actionem dotis præferri omnibus pene personalibus actionibus? Cur pene? an quia non actioni publicæ antiquiori, *l. 9. sup. de ju. dot.* non impensæ funeris, *l. pen. ff. de relig.* non pecuniæ depositæ ad mensam, quæ extat, *l. si hominem*, *§. quotiens*, *Depos.* non impensæ auctionis inventariive faciendi, *l. quod privileg. eod.* quibus tamen causis hodie dotis causa proculdubio præferenda erit jure tacitæ hypothecæ, secundum definitionem *l. 9. inf. qui pot. in pig.* nam Justin. mulieri agenti de dote etiam orbæ tacitam hypothecam dedit in rebus dotalibus, & rebus omnibus mariti; ac præterea in hypothecariis actionibus privilegium inter omnes creditores hypothecarios etiam antiquiores, & tacitam, vel expressam hypothecam habentes, *l. ult. infra qui pot. in pig. Nov. 97.* non tamen adversus fiscum, ut opinor, nisi ex privilegio temporis, *l.3. infra de primipilo*, *l. 2. supra tit. prox.* in qua quod de hypotheca cauta mulieri, idem hodie dici velim de tacita. Non alii mulieri agenti de dote antiquiore, *d. l. ult. Nov. 91.* Non etiam ei, qui pecuniam credidit ad comparandam rem aliquam sub pignore ejusdem rei, si tempore prior fuerit, *Nov. 97.* Non item ei, qui pecuniam credidit ad comparandam militiam eo pacto, ut in ipsius militiæ pignore potior esset, cui nec antiquior mulier præfertur ex eadem *Nov. 97.* His exceptis, mulier etiam antiquioribus creditoribus hypothecariis quibuscunque præfertur: & plus habet, quam fiscus: qui in hipothecis non habet privilegium temporis, & vitium adfert regulæ juris, quæ statuit, in hypothecis priorem tempore esse potiorem jure. Denique ex hypothecariis creditoribus sola mulier, quæ de dote sollicita est, speciali jure suo, quod Justinianus indulsit, privilegiaria est.

LXXIV. Enarratio.

INter personales actiones] Azo in Summa.

Alium scilicet, quam filium] Ad heredem extraneum, Azo, Joannes Faber. Theodorus Hermopolites: *τὰ προνόμια αὐταῖς μόναις ζώσαις ταῖς γυναιξὶν ἁρμόζει ὁμοίως καὶ ταῖς κληρονόμοις αὐτῶν ἐξωτικοῖς οὖσι δηλαδή, καὶ ἀλλοτρίοις: ὡς προσωπικὸν ὄν, καὶ οὐ πραγματικόν: οἱ γὰρ παῖδες οἱ κληρονόμοι, ἔχουσι καὶ αὐτοὶ τὸ προνόμιον. Privilegium ipsis tantum mulieribus superstitibus competit, non etiam heredibus earum, extraneis scilicet, quod personale sit non reale. Nam si heredes eorum liberi sint, ipsi quoque privilegium habent.*

Ad leg. maritum] In *l. etiam 18. eod.*

Hodie dotis causa] Vide recitat. ad *leg. ult. infra qui potior. in pign.*

Vel expressam hypothecam hab.] Quæ fuit sententia Martini, Azo contra putat heic in Summa, Theodorus Hermopolites generaliter scribit, mulierem, *νικῶν τοὺς ἰδιώτας ὑποθηκαρίους δανειστάς, εἴτε πρεσβυτέρους τούτων τυγχάνοι, εἴτε μετὰ γενεστέρους: potiorem esse privatis creditoribus hypothecariis, sive antiquior sit, sive posterior.*

Non tamen adversus fiscum] Videlicet si inter fiscum, & mulierem tantum agatur: Nam si res primum Titio obligata sit, deinde fisco, tum doti, Titius fisco præfertur: quia prior est tempore, Titio mulier. Atque ita eveniet, ut dos fisco sit potior, ut ex Græcis observat Cujacius ad *§. fuerat autem*, *Instit. de action.*

action. id est, ex Harmenop. libro III. tit. 5. §. 43.

Idem hodie dici velim de tacita] Quam mulier habet, *l. un.* §. 1. *sup. de rei ux. act.*

Non alii mulieri] Præfertur, subaudi, & non præfertur in iisdem bonis. In aliis atque aliis bonis secus est, nempe ut jus suum quæque habeant P. Faber.

De dote antiquiore] Vide Quintil. declamat. 360.

Et plus habet quam fiscus] Non igitur verum, quod ajunt, fiscum & mulierem pari passu ambulare Petrus Faber.

In hypothecis] *l.* 2. 7. & 8. *inf. qui pot. in pign.*

TIT. LXXV. *De revocandis iis, quæ in fraudem alienata sunt.*

Vide titulo 8. *lib.* 42. *ff.*

IN hoc titulo agitur de actione in factum, quæ Pauliana dicitur, & competit creditoribus post possessionem, & venditionem bonorum pecuniæ judicati, transacto legitimo tempore judicati faciendi, si latitet, nec satisfaciat, nec defendatur, & bona quæ veneunt, quæque sola retinuit post judicationem, non impleant creditores, ad revocanda ea, quæ in fraudem eorum alienavit sui patrimonii deminuendi causa, ut ex eo minus creditores ferrent, rescissa alienatione, & competere eam post possessionem, & excussionem, & venditionem bonorum judicati, vel cujuscunque debitoris intra annum utilem probat *l.* 1. & *pen. hujus tit.* & *l.* 6. §. *ult. l. ait prætor*, §. 1. & §. *annus*, *ff. eod.* §. *item si quis in fraudem*, *Inst. de act.* unde satis apparet, quam bene hic titulus cohæreat superioribus. Notanda est differentia inter causam

A lucrativam, & non lucrativam, *l. pen.* Notanda *l. ult.* de qua Obs. 12. c. 5. Notanda *l.* 4. quæ ait actionem Paulianam non dari his, qui debitori heredes extiterunt: quia scilicet, & confusione creditores esse desierunt:

LXXV. ENARRATIO.

SUi patrimonii demin. causa] Edictum pertinet ad deminuentes patrimonium suum, *l. quod autem* 6. *ff. quæ in fraud. credit.*

Et excussionem] Excussio præcedere debet, ut recte Fulgosius adversus Glossam, ex *l.* 1. & *pen.* Idemque recte ad verbum, cessit, in *d. l.* 1. ex causa, inquit, venditionis, aut donationis. Accursius non recte ponit, heredem dedisse in solutum propriis creditoribus.

B Inter causam lucrativam] Quæ notatur his verbis: scientiæ mentione detracta, id est, si donavit scienti, vel ignoranti dolum: *εἰδότι ἢ ἀγνοοῦντι τὸν δόλον*, Pauliana locus est: *ἵνα μὴ εὑρεθῶσι κερδαίνοντες ἄλλων ζημιουμένων*: *ne lucrum captent cum aliorum damno*. Hermopolites. Si scienti fraudem vendiderit, tenetur Pauliana, si ignoranti, non item.

Notanda lex ultima] Qui debitorem suum acceptilatione liberavit in fraudem creditorum, tenetur creditoribus suis in quantum facere potest: nam & qui bonis cessit, tenetur tantum in id, quod facere potest: quid enim refert, cedat quis bonis verbo, vel facto? sive utrum spolietur auctoritate Prætoris, an ultro facta cessione bonorum? Hæc Fulgosius, & Cujacius d. cap. 5. & in recit. heic.

Et confusione] *διὰ τῆς συγχύσεως γενομένης διὰ τῆς καταδοχῆς τῆς κληρονομίας*. Theodorus.





CODICIS JUSTINIANI LIBER OCTAVUS.



TITULUS PRIMUS.
DE INTERDICTIS.

Vide lib. 4. Institut. tit. 15. & tit. 1. lib. 43. ff.



OHÆRET hic titulus cum po- A
sterioribus titulis libri superioris manifesta ratione: nam illi fuerunt de possessione, & ejus effectus; hic autem, & qui sequitur aliquot sunt de interdictis, quæ possessionis, aut quasi possessionis causam continent: possessionis, puta fundi, vel ædium; quasi possessionis, veluti ususfructus, aut juris alterius, ut *l. ait prætor, §. item ei, qui, ff. ex quibus causis major.* Et nihil sunt aliud interdicta, quam decreta, quæ prætur facit de possessione, vel quasi possessione, cum statuit apud quem possessionem rei controversæ inter duos esse opor- B
teat, interim dum litigabitur de proprietate apud judicem pedaneum, quem & mox dat inter eos, ut de proprietate cognoscat, id est, uter rei dominus sit. Itaque interdicta non perpetuam possessionem addicunt, sed temporariam: quoad de proprietate judicatum sit, *l. 1. §. ult. ff. de aq. cott. & æst.* nam possessiont cadit qui interdicto eam obtinuit, vel retinuit, si in causa proprietatis contra eum judicatum sit. Item interdicta causam proprietatis non finiunt, sed præparant tantum, *d. l. 1. §. ult.* & ordinant, ut sciatur in causa proprietatis, quis rei, quis actoris partibus fungatur: & consequenter cui incumbat onus probandi: nec enim possessori incumbit, qui interdicto vicit, sed pe- C
titori, *l. 3. hoc titulo.* Non inficior quædam esse interdicta, quæ causam proprietatis finiunt; sed sunt admodum pauca, ut interdictum, quod datur ei, cui princeps permisit ducere in prædium suum certum modulum aquæ publicæ ex castello, vel rivo, aut fistula publica. Hoc interdictum, quo prætor vetat vim ei fieri, quo minus aquam ducat pro modulo, quem ei princeps adsignavit, non tantum possessorem facit eum, cui jus aquæ princeps adsignavit, sed etiam finit quæstionem adsignationis .i. an jus aquæ adsignatum ei sit, & quasi possessionem perpetuam ejus juris tribuit; denique hoc interdicto finitur totum, *d. l. 1. §. ult.* .i. dato hoc interdicto, nihil amplius finiendum restat, nulla superest actio secunda. Nulla sunt interdicta, quæ proprietatis duntaxat causam contineant, plura quæ possessionis duntaxat, nonnulla quæ possessionis, & proprietatis, ut illud quod proposui modo, itemque interdictum de itinere, actuque privato reficiendo, quod & quæstionem possessionis continet, id est, an usus sit servitute, qui hoc interdicto utitur, & proprietatis, id est, an habeat servitutem, *l. 3. §. hoc autem, ff. de itin. actuque pr.* unda manifestum est, quod ait *l. 2. §. quædam, ff. de interdict.* hoc interdictum proprietatis non possessionis causam habere, sic esse accipiendum, non solius possessionis temporariæ. Similia his sunt quædam, quæ quasi proprietatis causam continent, velut de religiosis locis, interdictum de mortuo inferendo in sepulchrum, quod est in fundo meo: namque in eo non tantum quæritur, an sim in possessione inferendi mortui in sepulchrum, sed etiam an sim quasi dominus sepulchri: nec enim sepulchri possum esse dominus, ut fundi propter religionem, sed possum ejus esse quasi dominus, *d. §. quædam, l. sunt personæ, ff. de religios.* idem de sacello dici potest, quod est in fundo meo, ut si quis me eo uti prohibeat, simile interdictum mihi detur, in quo & de possessione, & de jure dominii quæratur, an sacellum sit quasi meum: & hoc est, quod ait *d. §. quædam*, de locis sacris, vel religiosis. Ejusdem condicionis est interdictum de liberis, vel libertis exhibendis: quia in eo quæritur, non tantum an exhibendi sint, quæ possessionis est quæstio; sed etiam an mei sint liberi, vel liberti .i. quasi mei: nec enim liber homo proprie in alterius dominio esse potest: & notandum, ut aliarum rerum est possessio, aliarum quasi possessio, ita aliarum esse proprietatem, aliarum quasi proprietatem. His addit Accursius interdictum de arboribus cædendis, male quia in eo non quæritur de jure domini,

minii, sed de possessione tantum, an arbor, quæ im- A minet in prædium meum possessioni meæ noceat. At alias quæ retuli sup. exceptis quæ totam rem finiunt, verum est alia interdicta non finire, sed præparare tantum proprietatis causam, non finire igitur rem totam: sed postea superesse judicium petitorium. Illud etiam notandum est prætorem reddito interdicto non dare judicem, qui de possessione cognoscat, de qua ipse jam interdicendo judicavit, sed qui de proprietate cognoscat. Et hæc est mens Theophili gravissimi auctoris in Instit. non etiam interdicto addici judicem, qui de possessione judicet. Hoc enim vult prætorem interdicentem de possessione instruere, sive ῥυθμίζειν, quo verbo utitur, judicem datum de proprietate, quo eam causam ordine exequi, & peragere debeat: denique interdictum esse ordinationem, sive rhythmum futuri B de proprietate judicii, quo prætor constituit, quis in judicio petitorio futurus sit actor, qui reus. Rursus notandum, prætorem inter eos qui de possessione contendunt, protinus suam operam interponere, datis interdictis, qui & ob id momenta dicuntur, & momentariæ possessiones; quod protinus interponantur sine ulla cunctatione, quoniam, ut idem Theophilus ait, ea sæpe controversia procedit ad cædes, & vulnera, & plagas, id est, verbera & percussiones sine vulnere, ubi male Latinus interpres, plagas inferre, ad manus venire, cum & vulnera inferre, sit ad manus venire, & id si voluisset Theophilus, dixisset, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, vel εἰς χεῖρας ἰέναι. Prætoris autem est non pati, ut ad arma prosiliant, quos potest sua jurisdictione componere, l.13.§.fed si inter duos, ff.de usufr. Postremo loco adnota- C bo in reddenda ratione nominis interdicti variasse auctores, ut more Stoicorum solent in ea re esse liberi, alii quod sola prohibitoria proprie sint interdicta, alii quod inter duos dicantur, alii quod interim, ut Isidorus & Anianus, quæ si forte verior est, quia interim duntaxat valent, quoad de proprietate judicatum sit.

I. Enarratio.

AUt juris alterius] Ut servitutis, aut juris alterius, sui aut publici.

Non perpetuam possessionem addicunt] Addicit primum possessionem interim dum judex pronuntiet de jure dominii, *l.exitus 39.ff.de adquir.possess.l.inter litigantes 62.ff.de judic.l.ordinarii 13.sup. de rei vindicat.l.3. sup. fin. regund.* D

Nulla superest actio secunda] Actio proprietatis, ut in *l.ult. inf. tit. prox.* quæ est actio principalis, *l.nulli 10. sup. de judic. l.1. C.Theod.unde vi.*

Unde manifestum est, quod ait] Vide Observationum.5.19.

Aliarum quasi proprietatem] Ut locorum religiosorum.

Superasse judicium petitorium] Causam proprietatis.

In Institutionibus] Titulo de interdictis.

Quæ ob id momenta dicuntur] Vide supra tit. 69. libri 7. & ad *leg. 14. infr. de agricol. lib. 11.* & Observ. lib.1.cap.20.

Procedit ad cædes] *Alioqui omnia mittuntur ad manus, omnia mittuntur ad ferrum*, ut in Quintiliani declamat.313. E

Εἰς χεῖρας ἐλθεῖν] Lucian.de morte Peregrini: Εἰς χεῖρας αὐτῶν ἦλθον οἱ πολλοί.

Prohibitoria proprie sint interd.] *Instit.eo.§.1.vers.sunt tamen.*

Alii quod inter duos] *d.vers.tamen.*

Isidorus] Libro 5. Originum capite 25.

Anianus] Ad Paulum *5.Sentent.tit.6.*

Si forte] Pro forte, ut apud Tertullianum Apologetici cap.16.& ad Nationes cap.15.

TIT. II. *Quorum bonorum.*

Vide tit.2. eod. lib.

POst generalem titulum de interdictis dantur speciales hic & is qui sequitur de interdictis apiscendæ possessionis, tit.4.& 5. de interdictis reciperandæ, titolo 6. de interdictis retinendæ. Apiscendæ sunt, quæ competunt his qui ante nacti non sunt possessionem, & ex hoc genere est interdictum Quorum bonorum, quod competit ei, cui prætor dedit bonorum possessionem ex testamento, vel ab intestato. Hæc datur de plano cuilibet petenti nulla ab eo probatione exacta cujusquam rei, & jus rei tribuit tantum persequendi patrimonii quod cujusque cum moritur fuit non corporalem possessionem rerum: nec enim bonorum possessio sic accipitur ut rerum possessio, hæc est facti & corporis, illa juris, & jus successionis, non detentio rerum. Ergo postquam agnovi bonorum possessionem, si velim rerum hereditariarum possessionem quam alius tenet, apisci, uti debeo adversus illum interdicto Quorum bonorum, ut in me confestim transferat possessionem, frustrationibus amputatis, ut ait *l.3.* id est, remota denonciatione solemni,& observatione temporum. Sic enim ea verba accipienda sunt ut hæc *l.4.tit. superioris*, ruptis veteribus ambagibus, quæ est eorumdem Impp. & ita accipienda esse perspicue docet *l.6. Cod. Theod. de denunt. vel edit. resc.* At notandum agentem interdicto Quorum bonorum, non aliter adepturum possessionem rerum quam si judici probaverit se esse fratrem, si tanquam frater petierit bonorum possessionem Unde legitimi, ut *l.3.* vel se esse filium, si tanquam filius præteritus petierit bonorum possessionem contra tab., ut *l.1.* quæ hoc etiam exigit ut probet se bonorum possessionem agnovisse cum re, quod est in *l.2.* integrum esse negotium, ideoque initio *d. l.1.* hæc verba, hereditatem petiturus, sic excipio de apiscenda possessione rerum hereditariarum acturus, judicibus allegat de fide intentionis, i.ut subiicit, proba te esse filium, proba te bonorum possessionem agnovisse. Unde apparet interdictum Quorum bonorum dari bonorum possessori, non heredi, qui jure civili heres extitit. Nam prætor suos tantum successores tuetur, & ideo illo loco *l.1.* Hereditatem, vel bonorum possessionem, illud, Vel, adjectum est ἐκ τοῦ παραλλήλου.

II. Enarratio.

QUi ante nacti non sunt possess.] *l.2.§.3.ff. de interdict.*

Vel ab intestato] *l.2. hoc t.*

Jus tribuit tantum perseq.patr.] *l.3. §.2. ff. de bonor. possess.*

Ut rerum possessio] *d.l.3.t.*

Quam alius tenet apisci] Qui pro herede, vel pro possessore possidet, dolove fecit, quo minus possideret, *l.2.h.t.*

Ut in me confestim transf. possess.] Hoc interdictum est restitutorium.

Remota denuntiatione] Vide Cujac. Observ. 16.7. & 17.8.

Quam si judici probaverit] Judici probatur, *l. Lucius 83.ff.de cond.& demonst.500.t.2.ff.de probat.*

Quorum bonorum dari bonorum possessionem,§.3.*Instit. de interdict.*

Hereditatem vel bonorum possessionem] Quasi diceret, hereditatem,id est,bonorum possessionem.Connexio est vocum idem significantium.

Ἐκ παραλλήλου] Ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ σημαίνειν, ut loquuntur Grammatici.

TIT.

TIT. III. *Quod legatorum.*

Vide tit. 3. eodem lib.

IN hoc titulo proponitur aliud interdictum, quod ipsum etiam est apiscendæ possessionis, & vocatur Quod legatorum, quia edicti quo promittitur verba hæc sunt: Ut quod legatorum nomine quis, sine voluntate ejus ad quem ea res pertinet, possidet, vel dolo malo desiit possidere, id illi restituat, si satisdatum ei sit, vel si per illum non stat, ut satisdetur legatorum nomine. Ejus autem ad quem ea res pertinet .i. heredis, aut bonorum possessoris cujus interest. Et heredis, aut bon. possessoris interest non occupari legata, sine voluntate sua, cum lex Falcidia locum habet, puta hereditate legatis onerata, vel exhausta, quia ante Justinianum heres Falcidiæ retentionem tantum habuit, non vindicationem: & ideo legatario occupante vacuam possessionem rei legatæ non ex voluntate heredis, heredi necessarium erat interdictum Quod legatorum, ut recepta re legata per ejus retentionem sibi servaret Falcidiam, *l. 1. hoc tit.* quæ & de fideicommissario idem statuit. Unde quod ait Ulp. 67. ad edictum, quo libro tractavit de interdicto Quod legatorum, per omnia exæquata sunt legata fideicommissis, id jamdiu dixi pertinere dumtaxar ad interdictum Quod legatorum, & legem Falcidiam. Nec enim dicit per omnia & in omnibus. Ergo per omnia non in omnibus: sed in lege Falcidia tantum, & interdicto Quod legatorum, quod Falcidiæ ex legatis, aut fideicommissis servandæ causa heredi, aut bon. possessori competit. Cur non etiam in donationib. causa mortis? ut *l. 1. §. si quis ex mortis, ff. eod.* quia ea his Falcidia ipso jure deducitur ex Constit. Severi, propterea quod heredi non suppetit facultas retinendæ rei, quam donando jam defunctus corporaliter transtulit in donatarium, & supervacuum ei est interdictum Quod legatorum, qui ipso jure Falcidiam habet, & eadem ratione si rei legatæ possessionem non occupaverit legatarius post mortem testatoris, sed mortis tempore apud eum fuerit, quia hoc etiam casu heredi competit vindicatio Falcidiæ, propterea quod retinendæ rei legatæ facultatem non habuit, cessat .i. supervacuum est interdictum Quod legatorum, quamvis eo uti non prohibeatur, si malit retentione Falcidiæ, quam vindicatione uti. Unde consequens est hodie supervacuum esse interdictum Quod legatorum, quia heredi generaliter à Justiniano provisum est data vindicatione Falcidiæ, nec tamen ab eo repelli heredem, qui voluerit uti oblata satisdatione, legatorum nomine.

III. Enarratio.

APiscendæ possessionis] *L. 1. ff. eod.*

Ut quod legatorum nomine] *d. l. 1. in princ. & §. quod ait 7.*

Vel dolo malo] *d. l. 1. §. quod ait Prætor 4.*

Si satisdatum ei sit] *d. l. 1. §. quod ait 12.*

Vel si per illum non stat] *L. 2. §. 1. ff. eod.*

Vel exausta] *L. un. hoc titulo.*

Qui ante Justinianum] *L. pen. sup. ad leg. Falcid.* Notant Græci ad *leg. 1. hoc tit.* Vide Cujac. lib. 8. Observat. cap. 11.

Unde quod ait Ulpianus] *L. 1. de legat. 1.*

Jamdiu dixi] Libro VIII. Observat. cap. 4.

Ex constitutione Severi] *L. 5. sup. ad leg. Falcid. l. 2. inf. de donat. cau. mort.*

Corporaliter transtulit in donat.] *L. inter 38. ff. de mort. cau. donat.* ἡ θανάτου αἰτίᾳ δωρεὰ παραχρῆμα δίδοται, libro 47. Basilic. tit. 3. *donatio causa mortis statim traditur.*

Quam vindicatione uti] *I. linea 26. ad leg. Falc.*

Qui voluerit uti] Sic heres deliberare potest de adeunda hereditate, quod vetus gravamen est, vel repertorium facere bonorum, quod novum beneficium est, *§. sed nostra 6. Instit. de hered. qual. & differ.*

TIT. IV. *Unde vi.*

Vide tit. 16. eod. libro.

IN hoc titulo proponitur interdictum, quod reciperandæ possessionis causa competit ei, qui per vim de possessione fundi, vel ædium dejectus est, adversus eum, qui vim fecit, etiamsi sine dolo malo, aut culpa desierit possidere, quod appellatur unde vi, & generale interdictum restitutorium, quod generalis jurisdictio dicitur *l. ult.* quod non tantum pertinet ad possessionem vi usurpatam armata, aut non armata, ut ait *l. 8.* sed etiam ad alio modo usurpatam possessionem, sine vi, vel uti errore, aut incuria domini, *l. 5.* vel sub specie rescripti principis, vel præcepti judicis, quo forte protinus jubeatur quis rem sibi debitam exigere, arripere, accipere, ut *l. 6. & tit. seq. l. 2.* Nec enim eo rescripto intelligitur esse remissus ordo juris arg. *l. si quando in pr. supra de inoff. test.* sicut nec conventione debitoris, ut *l. 3. inf. de pig.* ut etiam non convento possessore, nec insinuato rescripto rem debitam occupare possit impune. Pertinet etiam ad possessionem vacantem occupatam absente domino, sine judicis auctoritate, ab eo, qui sciebat rem neque suam esse, neque sibi debitam ex *l. ult.* & tam ad res mobiles, quam immobiles vi occupatas, & tam suas quas alius possidebat, quam alienas ex *l. 7.* quæ trahitur etiam ad eos, qui possessionem, quam alii possidebant non restituentes domino recte, & suo tempore repetenti ejus sibi ipsi causam mutare tentant *l. pen.* ut omnibus his casibus actori in duplum civiliter teneantur momenti interdicto generali, qui alienæ rei possessionem alienam, aut vacantem absente domino impulsi suo furore, & audacia sola occuparunt, sine judice, qui rei suæ, ut ejus rei dominio excidant redacto in fiscum, extra causam criminis quo tenentor quicumque vim faciunt, legibus Juliis, vel extra ordinem inscribente actore. Qui sine vi interturbant possessionem alienam, criminaliter non tenentur, nec hoc casu momentariæ possessionis causa inscriptionem exigit, sicut nec subreptæ, vel direptæ, vel abactæ, vel celatæ, vel interversorum finium modicæ fidei.

IV. Enarratio.

QUod reciperandæ possess. cau. comp.] Non est diuturna possessio in quam vi inducimur, *L. 2. §. reciperandæ, ff. de interdict. & l. 1. ff. de vi, & vi arm.* Græcis, ἐξοῦλης δίκη, ἐξοῦλης γραφή. Eustathius ad Iliad. 13. τὴν ἐξούλης δίκην παράγει παρ' Ἀττικοῖς, κρατουμένην ἐφ' οἷς ἐκκλείεται τις ὧν ἔχει. Et quia possessio, sine omni mora spoliato restituenda est dilata proprietatis quæstione, ideo momentariæ possessionis interdictum dicitur; Damasus subdititius in epistola 8. *Ne sæculi quoque leges hæc sæcularibus fieri permittunt, sed prius ejectos, vel oppressos, vel exspoliatos cum suis omnibus restitui jubent, & postea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad placita venire præcipiunt*, &c.

Quod generalis jurisdictio dicitur] Basilica libro 50. vertunt, κρατεῖσθαι τῷ περὶ βίας γενικῷ παραγγέλματι, *interdicto generali teneri.*

Sine judicis auctoritate] *Ante eventum judicialis arbitrii: l. 7.* sic legitur in veteri Menagii: δίχα δικαστικῆς κελεύσεως: *citra jussum judicis*, Basilica,

Rei dominio excid. redacto in fiscum] Idem scribit ad *§. 1. Instit. de interdict.*

Legibus Juliis] De vi privata, vel publica.

Vel extra ordinem] Ex constitutionib. Principum, *l. 1. D. de vi, & vi arm.* id est, extra ordinem, Cujac. ad *l. 4. hoc titulo.*

Qui

Qui sine vi interturbant] Ut puta, si per injuriam domini, vel errorem eam ubtinuerint citra vim, ut in *l. 5. hoc titulo*.

Momentaneæ possessionis causa] *L. momentariæ* 8.

Sicut nec subreptæ] Vide constitutionem Arcadii & Honorii apud Cujacium Observ. l. 1. cap. 20.

TIT. V. *Si per vim vel alio modo absenti possessio perturbata sit.*

HIc tit. pars est superioris, & proprie pertinet ad possessionem alienam, quam quis per vim, vel alio modo abstulit, & interpolavit absenti possessori, & quodammodo cohæret cum *l. ult. tit. sup.* hac ratione, quoniam & illa lex, & Constitutiones hujus tituli sunt de possessione occupata, absente domino; sed illa de possessione vacante, ex constitutiones de possessione, quam absens per alium retinebat, puta servum, aut colonum, aut libertum, aut propiquum, aut amicum, alius occupavit per vim, expulsis hominibus possessoris, vel alio modo, veluti sub specie rescripti, aut judicati, ut *l.* 2. Et interdictum reciperandæ possessionis, quod ex hac causa competit, pleraque singularia habet: Ut expulsit hominibus, qui absentis nomine possidebant, statim operam dante judice, interdictum detur, etiamsi causæ dictio eis mandata non sit. Regulariter, nemo agit alieno nomine sine mandato: Sed ex causa momenti etiam sine mandato de reintegranda possessione recte agit, qui nomine absentis possidebat. Et ut *l. ult. sup. tit. prox.* ab actione furti, qua tenetur etiam, qui rem alienam attrectat, quam dominus non possidebat, cum id se invito domino facere existimare debuit, argumentatur ad actionem momenti sive interdictum, ut & hoc teneatur, qui absente, & ignorante domino vacantem possessionem occupavit: ita quod ait hoc loco de actione momenti, ut possit perturbata possessione, qui alieno nomine possidebat absente nec mandante domino eam intendere, confirmari potest exemplo actionis furti, qua ex lege Hostilia licebat sine mandato cuilibet experiri nomine ejus, qui erat apud hostes, vel aberat Reipub. causa, vel nomine ejus, qui in tutela erat hominis capti ab hostibus, vel absentis Reipubl. causa, *§. 1. Instit. de his per quos ag. pos.* Item singulare hoc est, ut servis, qui expulsi sunt postulantibus detur interdictum momentariæ possessionis, ut *l. 1. & 4. C. Th. eod. l. ult. sup. qui leg. per.* qui regulariter in judicium civile non admittuntur: & exemplo actionis momenti, etiam tentari potest, re domini absentis furto sublata, servum furti agentem à judice admittendum esse. Id etiam singulare est, ut interdictum reciperandæ possessionis, quæ absenti interversa est, vel ut *l. ult. supr. tit. proxim.* quæ vacans absente domino occupata est, perpetuo competat, Nec alia ratione opinor Cassiodorum 7. Var. scribere vigilibus jura momenti esse dilatata, quam quod vice absentium sint, *l. si maritus* 2. *§. legis, ff. ad l. Jul. de ad.* & hoc est, quod ait *d. l. 4. C. Th. Unde vi*, in militia constitutis, vel absentibus.

V. ENARRATIO.

CAusæ dictio eis mand. non sit] Sic habetur in quibusdam codicibus, & in editione Haloandri. In Menagii vero codice, *decisio*, ut in aliis quibusdam.

Qui regulariter in judicium civile] Regulariter servum causas orare fas non est, Sic leg. in *l. 1.* ex Menagii codice.

Perpetuo competat, *d. l. ult. in fin.* quod alias datur intra annum utilem, *l. 1. ff. de vi, & vi arm.*

Cassiodorum 7. variarum] Epist. 8.

TIT. VI. *Uti possidetis.*

Vide tit. 17. lib. 42. ff.

COnstitutionis hujus tit. duas facio partes. Secunda est de judicio pratorio. Prima de possessorio, i. interdictu retinendæ possessionis, quod vulgo Uti possidetis appellatur à primis verbis, quæ & Constitutio ipsa proponit statim ab initio. Pertinet autem hoc interdictum ad res immobiles. Aliud est de retinenda possessione rerum mobilium & appellatur etiam à primis verbis Utrubi. Et inter ea olim hæc differentia fuit. Uti possidetis interdictu vincebat, qui tempore redditi interdicti nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat, Utrubi interdicto, qui majore parte anni retrorsum numerati, ut Paul. ait V. Sent. *εἰς τοὐπίσω ἀναλαμβανόμενος*, ut Theoph. noster, nec vi nec clam, nec precario ab adversario possederat. Postea cœpit utroque interdicto vincere non qui tempore redditi interdicti, non qui majore parte anni, sed qui tempore litis contestatæ possidebat, *§. hodie, Instit. de interd.* dum super hoc ab adversario inquietabatur, ut ait *l. 1. ff. Utrubi*, quæ verba Triboniani sunt, & significant tempus litis contestatæ, ex quo apparet verum esse, quod vulgo jactatur, eum cum quo actor litem contestatur ex causa interdicti ad retinendam possessionem, si rem defendat, actorem eundemque possessorem inquietare. Hodie vero in Gallia hoc aut illo interdicto neque is vincit, qui tempore redditi interdicti, neque is, qui tempore litis contestatæ, ne is, qui majore parte anni; sed qui toto superiore anno ipse auctorve ejus nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possedit: & ne vis fiat, solet plerumque res sequestro deponi, quod olim non fiebat nisi in judicio petitorio: Neque eo, qui interdicto vicisset satisdante de re conservanda & restituenda petitori si vicisset, neque petitore oblata satisdatione possessionem in se transferente, secundum ordinem edicti perpetui de satisdando, quem & in aliis plerisque causis observari docui ad Paulum 1. *Sent. tit.* 11.

VI. ENARRATIO.

THeophilus] *§. 4. de interdict.*

Hodie vero in Gallia] *Il n'y a que deux sortes d'interdict en France. La reintegrande, qui est au lieu de l'interdit*, unde vi, de quo in *c. reintegranda 2. q. 1. & le cas de saisine & nouvellete, qui est au lieu de l'interdit*, uti possidetis.

Satisdante de re conservanda] Qui vicit interdicto uti possidetis, in judicio petitorio satisdat petitori de re ei conservanda, restituendaque si vicerit. Sin autem non satisdet, & petitor satis offerat, possessio in eum transfertur, Hæc est sententia *l. 1.* ibi, *ac satisdationis*, &c. quam assecuti sunt auctores Basilic. & ibi Isidorus interpres: è Latinis Fulgosius ad *d. l. num. 1.*

TIT. VII. *De tabulis exhibendis.*

Vide tit. 5. eod. lib.

INterdicta, quæ sunt proposita superius vel restitutoria sunt, ut interdictum Quorum bonorum, Quod legatorum, Unde vi, vel prohibitoria, ut Uti possidetis. Sequuntur exhibitoria, quæ licet figura verborum exhibitoria sint, vi tamen ipsa sunt restitutoria. Nam ut in actione exhibitoria verbum exhibere restituendi vim effectumque in se continet, sic & in interdictis exhibitoriis, ut actori scilicet restituatur, quod exhiberi desiderat, *l. 1. §. in hoc interdicto, ff. de lib. exhib.* & hic si quæras, quid distet actio exhibitoria ab interdicto exhibitorio, dicam hoc tantum, quod actione petantur exhiberi

hibeti res, quæ nostræ sunt, *l. 3. §. si ipse testator, ff. de tab. exb.* & quas mox nostras esse dicturi, i. vindicaturi sumus. Interdicto res, quæ nostræ non sunt, ut tabulæ testamenti in quibus aliquid nobis relictum est, quæ non sunt singulorum, sed universorum quibus quid illic adscriptum est, *l. 2. in princ. ff. test. quemad. ap.* nec eas vindicaturi sumus: & liberi homines, qui nullius dominio subjecti sunt nec vindicari possunt, *l. si liber. ff. ad exb.* & liberi nostri, id est filii, vel nepotes quos in potestate habemus, qui æque nostri, id est in dominio nostro non sunt (aliud enim est dominium, longe aliud potestas) nec vindicari possunt, *l. 1. §. 1. ff. de rei vind.* Et ex his quidem interdictis exhibitoriis primum hoc proponitur interdictum de exhibendis sive proferendis tabulis testamenti, quod & momenti beneficium Anianus vocat in *l. 1. Cod. Theod. vic. civil. cr. ag.* & primis heredibus competit, vel secundis, existente casu substitutionis, ut in specie legis positæ sub hoc tit. vel legatariis aut fideicommissariis quorum interest, *l. 3. §. solent, ff. eodem*, adversus eum penes quem sunt, si negat eas exhibere se posse, vel debere, *l. 1. §. 1. eod.* Adversus eum, qui non negat, hoc interdictum non competit, sed extra ordinem eas exhibere compellitur, *l. 2. §. ultim. test. quem. ap.* Dixi hoc interdictum heredibus dari, quibus tamen & vindicatio tabularum competit, & actio ad exhibendum, *l. 3. eodem.* Sed vindicatio tanquam suarum, itemque actio ad exhibendum: Hoc interdictum tanquam de instrumento publico, non proprio suo, *l. 2. in princ. eodem.* Cæteris extra heredes hoc tantum interdictum datur, non vindicatio, vel actio ad exhibendum, *l. 3. §. si quis extra, ff. ad exb.* & hæc ita distingui volo.

VII. Enarratio.

Vindicaturi sumus] Actio ad exhibendum ei competit, qui in rem acturus est, *l. 3. §. est autem, ff. ad exhib.*

Et liberi homines] Non agitur ad exhibendum, quia hæc actio ei competit, *cujus pecuniariter interest.* Sic legerunt auctores Basilic. in *d. l. si liber.* ἄνευ χρηματικῆς διαφορᾶς.

Nec vindicari possunt] Vide ad tit. 32. libri 3.

De exhibendis, sive profer. tab.] His verbis intelligimus tabulas testamenti, vel codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinens, *l. 3. §. si quis extra heredem, ff. ad exhib.*

Vindicatio tanquam suarum] Heres enim optimo jure tabularum dominus est.

TIT. VIII. *De liberis exhibendis, seu deducendis, & de libero homine exhibendo.*

Vide tit. 29. & 30. eodem libro.

Sequuntur in hoc titulo alia duo interdicta exhibitoria, & unum prohibitorium. Primum est de liberis exhibendis quod competit parentibus, qui eos habent in potestate advers. eum apud quem sunt non sua sponte. Dico, qui liberos habent in potestate, quæ quasi proprietatis quæstio, & in hoc interdicto vertitur, ut docui tit. 1. Dico advers. eum apud quem sunt, quoniam hæc sunt prætoris verba, qui tamen de tabulis maluit dicere penes quem sunt: quia liberi homines apud nos esse possunt, non penes nos, tabulæ etiam penes nos. Post hoc interdictum sequitur interdictum de liberis ducendis, quod est prohibitorium, de quo accipio *l. 1. & l. pen. ff. eodem.* Secundum interdictum exhibitorium est de libero homine exhibendo, quod patri datur de exhibendo filio emancipato, matri de exhibendo filio, vel filia, ut *l. 2.* quæ scripta est ad matrem, marito de exhibenda uxore ac ducenda, ut *l. 3.* quæ scripta est ad Evodium maritum: & generaliter cuilibet studioso tuendæ libertatis: est enim quasi publicum interdictum. Sed non creditori de exhibendo debitore latitante, qui apud alium est, *l. ultim. §. ultim. ff. eodem*, quia creditoris pecuniariter interest, & suppetunt ei alia remedia ex edicto, puta, ut mittatur in possessionem bonorum debitoris. At interdictum de libero homine exhibendo non datur ei, cujus pecuniariter interest, *l. si liber, ff. ad exhib.* non juris sui, aut rei familiaris tuendæ, sed officii tantum causa, *l. 2. §. juris, ff. de interdict.* non quod intersit pecuniariter, sed quod intersit hominis hominem beneficio adfici.

VIII. Enarratio.

Quoniam hæc sunt Prætoris verba] In *l. 1. ff. de lib. exhibend.*

Penes quem sunt] In *l. 1. ff. de tab. exhib.*

Marito de exhibenda uxore] Nam *& ut virgo pertineat ad patrem, tamen nupta pertinet ad maritum*, ut est in Quintiliani declamatione 359. Euripides in Danae: γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων, οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν ἀλλὰ τοῦ λέχους. *Mulier egressa ubi est paternis ædibus, non amplius parentum est sed magis viri.*

Scripta est ad Evodium] Sic legitur in vet. Brodæi. Fulgosius heic probat sententiam Glossæ, ut ibi marito adversus patrem detur interdictum de exhibenda uxore & abducenda.

Cujus pecuniariter interest] Vide ad titulum super.

TIT. IX. *De precario & Salviano interdicto.*

V. tit. 26. & 23. eodem libro.

In hoc tit. duo proponuntur interdicta restitutoria, Precarium, & Salvianum. Precarium est de re petenti precibus concessa restituenda ei, qui concessit: & præcarium ipsum licet sit gratuitum sicut donatio & commodatum, non tamen idem omnino quod donatio, quia donatio non revocatur. Non est etiam idem quod commodatum, imo longe aliud usus precarius, ut *l. 4. sup. de his, qui à non dom. man.* aliud usus commodatarius. Nam commodatum revocari importune non potest, precarium quandocunque revocari potest, etiam importune intempestive, & ex continenti, atque etiam si concessum sit ad tempus, ante illud tempus, quia totum hoc descendit ex liberalitate, & bona volentia seu libidine ejus, qui precario concessit, ideoque ex pœnitentia etiam illico precarii repetitio est, sicut donati mortis causa, vel donati ob rem: alioquin non est precarium, sed commodatum à quo pœnitere non licet: Revocatur autem precarium interdicto precario, quo etiam heres ejus, qui precarium rogavit, tenetur ex persona defuncti, non ex persona sua, si in possessione permaneat, sed interdicto potius de clandestina possessione. Precarium finitur morte alterutrius, commodatum non item. Ex commodato est ultro citroque civilis actio, ex precario nulla. Nam præscriptis verbis quam Constitutiones introduxerunt hoc colore, quod precarium ad aliquid esset commodato simile, non frequentari infrequens ejus mentio in titulo de precario, & frequentissima, vel tota potius de interdicto precario satis indicat, & quod licet Constitutionibus facta esset bonæ fidei, non tamen adnumerata est inter actiones bonæ fidei in *§. actionum:* & merito, quia precarium magis est donationi simile, ex qua non est actio præscriptis verbis, & donatio magis quam commodatum; sed donatio revocabilis, donatio imperfecta, *l. pen. ff. com. præd.* & ob id tutius est interdicto jure ordinario, quam ex Constitutionibus agere de precario. Alioquin si existeret certa ex Constitutionibus, vel ex stipulatu, necessarium interdictum precarium non esset. Salvianum interdictum est de pignoribus, & datur locatori ad persequen-

sequendam possessionem rerum conductoris pro mercede pignori obligatarum tacite, vel specialiter. Quasi Salvianum creditori ad persequendam possessionem rerum cujuscunque debitoris pignori obligatarum, & directum adversus ipsum conductorem, vel debitorem tantum, utile in factum conceptum adversus possessorem quemlibet. Serviana, & quasi Serviana directa de jure pignoris adversus quemlibet, quia est in rem; interdictum autem omne personale.

IX. Enarratio.

BOna volentia] Apulejus Metam. xi. *Mea valentia fretus*.

Seu libidine] Qui precario concessit, eum sibi libuerit, precarium solvit, *l. 1. ff. eod.*

Ex pœnitentia] Salvianus libro 1. contra avarit. *Commodatis enim à Deo facultatibus utimur, & quasi precarii possessores sumus:* & mox: *Terminus quoad licuit: terminus quoad permisit ille, qui præstitit*.

Tenetur ex persona defuncti] Vide Cujacium ad Paulum *lib. 5. Sent. tit. 6. §. heres*.

Ex precario nulla] Vide Cujac. ad Paul. *d. tit. 6. §. redditur*.

Non frequentari] Idem scribit ad *§. actionum, de actionibus*.

Pro mercede] Pro pensione prædii. Merces proprie, quæ ex locatione prædii rustici percipitur: pensio, quæ ex prædiis urbanis, *l. 27. & 29. ff. loc.*

Interd. autem om. personale] Vi ipsa, [illegible], *l. 1. §. 2. de interdict.*

TIT. X. *De ædificiis privatis.*

QUædam sunt interdicta de ædificiis privatis, ut puta quod vi, aut clam, quod est restitutorium, & de novi operis nunciatione tria, unum restitutorium, duo prohibitoria; & in titulo de damno inf. interdictum de tollendis ruderibus ædium collapsarum in alienas ædes, *l. 7. §. ult.* & interdictum de tollendis his, quæ vi fluminis in aliena ædificia importata sunt, *l. 9. §. de his*, propter quæ superioribus interdictis subjicitur hic titulus, in quo potissimum agitur de forma, & modo privatorum ædificiorum, & de refectione, & demolitione eorum, de non diruendis promercii causa, & de reficiendis his, quæ corruerunt, aut deflagrarunt, & de legitimis intervallis, quibus abesse debent ab aliis ædificiis privatis, vel publicis, *l. 9. 11. 12. 13. & in l. 14.* quæ est ultima, de lite orta inter nunciatorem novi operis, & eum cui nunciatum est novum opus, dum ille adfirmat sibi esse jus nunciandi, & offert præsentem cognitionem, hic vero negat, finienda intra menses tres, intra quos denunciatus non possit, nec oblata satisdatione ædificare, vel si finiri aliqua ex causa intra eum diem non potuerit, ut tum denunciatus ædificare possit oblata satisdatione de opere restituendo.

X. Enarratio.

PRomercii causa] Vox frequens in libris nostris, Vide Cujacium ad Pauli *Sententiarum lib. 5. tit. 23. §. qui hominem*. Hinc *promercalia* : [illegible] in veteri Onomastico: & *res promercales* in *l. quod si heres* 10. *ff. de impens. in res dotal. fa.* [illegible], In basilicis.

TIT. XI. *De operibus publicis.*

Vide tit. 10. lib. 50. ff.

SUnt etiam de operibus, & locis publicis interdicta quædam, *l. 1. §. quæ sunt, ff. de interd. l. 1. §. nunciatio, ff. de no. op. nunc.* & in tit. *de lo. pub. fr.* & nominatim *l. 3.* hujus tituli: prætoria in quibus judices

habitant, vel jus dicunt; & domus publicæ, & *l. 19.* porticus, & anciportus .i. vici urbis, aut viæ publicæ jubentur à privatis possessoribus juri & possessioni, sive usui publico vindicari, quod utique fiet per generale interdictum restitutorium si non extra ordinem. Et ex *l. 5.* recte dicam dari posse interdictum de opere restituendo, quod illicite ædificatum in foro, vel palatio, ut *l. 16.* vel muris, aut portis, ut *l. 2. ff. ne quid in lo. sac.* ut si qua parapessia muris adjiciantur, quod nomen restituo in *l. 13.* Nam in Basil. est [illegible] per ι, sed scribas per η, ut sit parapessia, quod est adplicita, vel adficta muris, vel aliis operibus publicis. In Cod. Theod. parapetasia, quasi adtensa. Leges autem Græcas, quod adnotant quidam deesse sub hoc titulo duas, est omnino falsum, & ex eis, quam ponunt tertio loco in hoc titulo, ea est Latina constitutio, *l. 26. supra de episcop. & cleric.*

XI. Enarratio.

PRætoria, in quibus judices hab. &c.] Prætorium pro auditorio judicum, vel ædibus Prætoris, aut Principum sumi docet Glossarium nostrum ad Cedrenum: cui adde hunc locum Theodoreti in epistolam ad Philippenses cap. 1. vers. 12. [illegible]. *Regiam appellavit prætorium*.

Quod nomen restituo in l. 13.] Sic legitur in codice Menagii.

TIT. XII. *De ratiociniis operum publicorum; & de patribus civitatum.*

PArs est tituli superioris, & hoc habet, ad præsidis provinciæ officium non pertinere ut excutiat rationes operum publicorum, puta an impensæ respondeat structura; sed ad curatorem Reipublicæ, sive patrem civitatis, de quo *l. 3. inf. de his, qui sp. mun. succ.* & obs. 12. c. 30. Et ut qui ultro pollicitus est se Reipublicæ opus facturum suo sumptu, eo perfecto ex sua liberalitate (qua qualicumque contentam esse Rempublicam benignum est) non inquietetur, quod quantitati promissæ opus non suppetat, vel quod non operi constat virtus, qua permaneat ad vetustatem.

XII. Enarratio.

ULtro pollicitus est] Pollicitatio enim est offerentis solius promissum, *l. 3. ff. de pollicitat.* Servius in 1. Æneidos versu 241. *Pollicemur sponte, rogati promittimus*.

TIT. XIII. *De pignoribus, & hypothecis.*

Vide tit. 1. lib. 20. ff.

POstquam à titulo vigesimo octavo libri 3. conditor hujus Codicis instituit pertractare dicere de actionibus, & dixit jam de multis in rem, quæ sunt de proprietate rerum, & in personam, quæ de obligatione personarum, & de mistis tam in rem, quam in personam, & de præjudicialibus, quæ sunt de statu liberorum, & servorum, & in rem esse videntur, & de actionibus ex causa interdictorum, quæ sunt de possessione rerum, & in rem etiam esse videntur, ab hoc titulo incipit tractare, de qua ante non tractaverat, de actione hypothecaria, quæ est de obligatione rerum debitoris mobilium, vel immobilium, corporalium, vel incorporalium. Et in rem actio non qua dominus, aut quasi dominus, rem esse suam, vel quasi suam petat, sicut actionibus in rem ante propositis, sed qua creditor rem debitoris sui adserat pro debito sibi esse obligatam, & possessionem ejus avocet jure pignoris. Et quia pignus, aut re contrahitur, aut nudo pacto, & ad utrumque genus pignoris hæc actio per-

tinet, quatenus pignus persequitur nudo pacto contractum, prætoria est actio: quatenus pignus persequitur re contractum, civilis: quia & pignus re contractum civile negotium est: & hanc distinctionem adhiberi volo, ad id quod generaliter est scriptum in Instit. actionem hypothecariam ex ipsius prætoris jurisdictione capere substantiam. Quamvis autem pignus & hypotheca nihil inter se distent præter syllabarum sonum, quo etiam lingua Latina discernitur à Græca, tamen docendi causa ita placuit Jurisconsultis distingui proprie, ut hypotheca acciperetur pro pignore nudo consensu contracto, pignus pro pignore re contracto, vel hypotheca, rei immobilis, pignus mobilis, qualem etiam Chrysostomus in Psalm. 38. differentiam facit inter hypothecam, & ἐνέχυρον his verbis, ἀπαιτεῖ ὁ δανείζων ἢ ὑποθήκην ἢ ἐνέχυρον: πτωχὸς οὐχ ὑποθήκην ἔχων: οὐ κέκτηται γὰρ οὐδὲν, οὐκ ἐνέχυρα φέρων: γεγύμνωται γάρ. Et Jurisconsulti separarunt hæc duo nomina eadem licentia, qua & apocham ab acceptilatione, & qua medici, quidam anthraca à carbunculo, & Theologi Pentecosten à quinquagesima, licet inter se nihil distent præter diversum sonum, & diversam linguam, ut de pignore & hypotheca Martianus scribit in *l. res*, *§. ult. ff. de pign.* & de aliis D. Augustinus lib. de magistro, Itaque à proprio usu recedentes sæpe generaliter & pignus, & hypothecam dicunt quamcumque conventionem, sive re, sive consensu perfectam, quæ res quascunque, vel jura debitoris creditori obligat in crediti vicem: id lingua materna vocamus uvadium à vade proculdubio: nam fidei optimus vas est res pignori nexa, ut regula juris ait, plus cautionis esse in re quam in persona. Sunt tamen & in hoc titulo Constitutiones quædam de actione pigneratitia, quæ de pignore debitori restituendo datur, ut *l. 19. & 20.* quia & huic & hypothecariæ est idem adfectus circa eandem rem, & ut Justin. ait, altera alteri est æmula.

XIII. ENARRATIO.

QUæ sunt de stato] Omnis causa status præjudicium appellatur, vide sup. lib. 7. tit. *de liber.cau.*

In rem esse videtur] *§. præjudiciales, de action.*

Et in rem etiam esse videntur] *L. 1. §. 1. ff. de interdict.*

Vel incorporalium] Ut nominum, sive cautionum debitorum, *l. 4. hoc tit. l. si convenerit 18. ff. de pign. action.*

Et in rem actio] *L. pignoris 18. ff. h. tit. l. pignoria 17. ff. eod. l. si venditor 66. ff. de evict.*

Rem esse suam] Creditor enim dominium non vindicat, *l. si fundus 16. §. creditor, ff. de pignorib.*

Et possessionem ejus] Creditor nudam possessionem pignoris avocat, *d. l. 66.*

Et quia pignus] *L. 1. ff. de pignerat. act.*

Prætoria est actio] Idem scribit ad *§. item Serviana, de actionib.*

Civile negotium est] *L. 1. §. ult. ff. de pact.*

Ut hypotheca acciperetur] *d. §. item Serviana, & d. l. 18. hoc tit.*

Apocham ab accept.] V. Onom. *acceptilatio*, *ἀποχή*. inter apocham tamen & acceptilationem aliquid interesse scribit Ulpianus in *l. si accepto 19. ff. de acceptil.*

D. August.] In lib. de magistro c. 6.

Vadium] Ut in lege Alemann. *tit. 3. §. 1.* hinc vadiare & invadiare in lege Langobardor. *lib. 3. tit. 1. l. 43. & lib. 1. tit. 14. l. 10.* in idiotismo, gage, *& engager.*

Nam fidei optimus vas] Pignus datur, quo magis pecunia credatur, *§. 4. Inst. quib. mod. oblig. re contrah.* & ut diligentius creditori cautum sit. Plautus in Rud. Act. 2. Sc. ult. *Tibi ego nunquam credam nisi accepto pignore.* D. Ambrosius in libro de Tobia cap. 4. *Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis & patrimonium? Accipitis aurum argentumque pro pignore, & adhuc illum debitorem dicitis, qui vobis plus reddit, quam accepit. Vos creditores asseritis, qui amplius debetis. Vos, inquam, dicitis creditores, qui non homini, sed pignori credidistis.*

Ut regula juris] *L. 25. ff. de regul. jur.*

TIT. XIV. *In quibus causis pignus tacite contrahatur.*

Vide tit. 2. eodem libro.

PIgnus non tantum expresse contrahitur; quod manifestarium pignus dicitur, sed etiam tacite, & ex præsumptione juris, *l. ult. h. t.* nam & pacto contrahitur, quod non minus recte fit tacite, quam expresse: & tacitum pignus tacitamve hypothecam lex inducit, aut præsumit, quasi de ea tacite convenerit, ut *l. 3. hoc titulo*, *l. 3. & 4. ff. eodem*, quasi silentio convenerit, ut loquitur *l. ea lege, ff. loc.* ac primum quidem fiscus semper tacitam hypothecam habet ex causa contractuum suorum, non ex aliis causis: nam causa primipili, vel alterius publicæ functionis, quæ etiam dotem uxoris debitoris fiscalis apprehendit, non sufficientibus bonis debitoris, vel fidejussoris, aut mandatoris, aut nominatoris ejus, causa contractus est. Sunt etiam tacite pignori nexi fructus fundi nominatim pignerati, quos debitor vel heres ejus percepit. Nam quos alius percepit, veluti emptor prædii, non jure pignoris veniunt in actionem Servianam, sed arbitrio judicis, si extent, & prædium non sufficiat, *l. si fundus, §. in vindicatione, in fi. ff. de pig.* quos autem ipse creditor percepit, imputat in usuras, & post in sortem, *l. 9. sup. tit. prox. l. 2. inf. de par. pign.* Item ex lege penultima bona secundi mariti, cui contra fidem jurisjurandi denupsit mater, quæ filii impuberis tutelam susceperat, non petito alio tutore, nec restituta tutela, pupillo pignoria jure tacito intellectu tenentur: quia si quid forte filio intercepit mater, id omne præsumitur pertulisse ad maritum, dum cupit novo marito ornatior & divitior apparere. Postremo locato fundo ob mercedem locatori fructus tacite pignori obligati sunt, non invecta & illata, nisi id convenerit nominatim, locatis ædibus, quarum reditum constat in fructibus non consistere, sed in mercedibus tantum, quæ ipsæ pro seipsis pignora esse nequeunt, invecta & illata ab inquilino tacite pignori obligata sunt.

XIV. ENARRATIO.

QUod manifestarium pignus dicitur] Ut apud Plautum *manifestarius fur, manifestarius mœchus, & manifestaria res.*

Tacite quam expresse] *L. 2. ff. de pact.*

Ex causa tributorum] Universa bona eorum, qui censentur, vice pignorum tributis obligata sunt, *l. 1.* censentur, *ἀπογράφονται, ἀποτιμῶνται.* Glossæ: *ἀπογράφομαι, censeor, &: ἀποτιμῶμαι, censeor.*

Et ex causa contract. suorum] *L. 2. hoc tit.* hoc privilegium fisci dicitur in *l. 2. sup. de servo pign. da. manum.* jus fiscale in *l. Ælianus 10. ff. de manumiss.*

Non ex aliis causis] Nam in quibusdam casibus fiscus tacitam hypothecam non habet, *l. rescriptum 10. ff. de pact.*

Publ. funct.] Vide tit. 73. libro 7. ubi de primipilo.

Fructus fundi nominatim] *L. 3. h. t.*

Denupsit mater] Suetonius Neronis capite 29. *Cui etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit.* Dictys Cretensis: *Quæ eo tempore Nestori denupta erat.*

Divitior apparere] Utuntur Plautus, Terentius, Lucretius, Cicero, Cornelius Nepos.

Tacite pignori obligati sunt] *L. in prædiis 7. ff. eod.*

eod. vide Cujac.ad *l.61.ff.de furt.*

Nisi id convenerit nominatim] *§.interdictum, Instit.de interdict.*

Tacite pignori obligata sunt] *L. 3.4.5. & 6. ff. eodem.*

TIT. XV. *Si aliena res pignori data sit.*

INcipit ab hoc titulo tractare de rebus quæ pignori obligari non possunt: namque ejusmodi sunt res alienæ, ut specialiter pignori datæ sine mandato, aut voluntate domini non obligentur: quia ut rem alienam non possum facere tuam jure dominii, sic nec pignoris jure tibi nectere quod nexum mihi non est: Jure possessionis possum facere tuam, quia possessionem etiam non domini habere possunt: & hac ratione rei alienæ emptio venditio ab initio consistit, propterea quod contenta est traditione vacuæ possessionis, non pignus, vel hypotheca. Servitutes rusticorum prædiorum, quæ pignori obligari possunt ab iis, quorum prædiis debentur, non sunt aliena jura. Redemptus ab hostibus non est pignori, sed quasi pignori, & non civiliter, sed naturaliter. Res mihi debita, vel obligata non tam ipsa est pignori, quam obligatio,

XV. ENARRATIO.

NAmque ejusmodi sunt res alienæ] Res debet esse in bonis debitoris, *l.penult. ff.quæ res pign.& l.quæ prædium 6.hoc tit.*

Aut voluntate domini] Non invito aut inscio domino, *l.ult.hoc tit.*

Nectere quod mihi nexum non est] Nectere, est obligare in *l. ult. hic. Nexum*, inquit, *non facit prædiorum, nisi persona quæ jure potuit obligare*. Basilica: *οὐδεὶς ἐνεχυριάζει πρᾶγμα, εἰ μὴ ὁ δυνάμενος: Nemo rem obligat, nisi qui obligare potest.*

Traditione vacuæ possessionis] In pignore hoc agitur, ut constituatur jus, quod constituere non potest, qui nullum jus habet in re. At in venditione rem tradi sufficit. Fulgosius.

Quam obligatio] Jus quod in ea habeo. Vide recitat. ad tit.25.

TIT. XVI. *Quæ res pignori obligari possunt, vel non, & qualiter pignus contrahitur.*

Vide titulum tertium lib.20. ff.

REbus alienis, quas pignori obligari non posse superior titul. ostendit, hic titulus adiicit alias plerasque, veluti monumentum, *l.3.* & spem præmiorum ex sacris certaminibus *l.5.* aut ipsamet præmia sacra, quæ consistebant in annonis, obsoniis, pensitationibus, quæ athletis nobilibus pro indepta victoria de publico tota vita præstabantur ex die, quo in suam civitatem invecti fuissent (qua ex re *εἰσελαστικὰ* dicuntur) non per portam civitatis, sed disiecta parte muri, ut Suetonius scribit in Nerone, & Plinius in epistolis, & ait *l.5.* privata pactione: nam judicis auctoritate debitori condemnato, si alia bona non suppetant, his præmiorum commodis interdici potest, *l. commodis, ff.de re jud.* At si ea commoda privata pactione obligari non possunt, hoc quidem est consequens, ut nec generali obligatione non contineantur, non dicam specialiter obligari non posse. Præterea liberi homines pignori obligari non possunt eadem ratione, qua loca religiosa, aut præmia sacra, quia in bonis debitoris non sunt. Sed neque servi, aut boves aratores, licet in bonis ejus sint, aut vomeres vel aratra pignori capi privata pactione, aut publica auctoritate possunt à creditoribus, vel executoribus, aut exactoribus tributorum, propter utilitatem agriculturæ, atque etiam fisci, cui debita tributa minuuntur, si ablatis aratoribus agricultura cesset, ea maxime tributa, quæ pro fructuum anni modo exiguntur, *l.7. & 8.* Observandum autem est, hunc titulum non tantum esse de his quæ pignori obligari non possunt, sed etiam de his quæ possunt, de quibus tamen dubitari poterat, ut de nominibus, *l.4.* quæ hodie obligari possunt, invitis debitoribus: olim non poterant, *l.3.& l. postquam, sup. de her. vend.* Additur in rubrica. Et qualiter pignus contrahitur, quo pertinet *l.3. & ult.*

XVI. ENARRATIO.

IN Nerone] Capite 25.

Et Plinius in epist.] Epistola 119. & seq. libro 10. ad quas vide Conradum Rittershusium. Vide & Petrum Fabrum Agonist.lib.2.cap.10.& cap.16.& Cujac. ad Nov.53.

Si alia bona non suppetant] Sic etiam veteres interpretes acceperunt legem *commodis*, Azo, Joannes Faber.

Aut boves aratores] Vide Observationum libro 4. cap.20.

Ut de nominibus] Nomina seu *γραμματεῖα*, ut est in Basilicis, cautiones debitorum pignori obligari possunt.

Quo pertinet lex secunda] In qua emptiones sunt instrumenta emptionis, ut in Basilic. *τὰ ὠνητικὰ τοῦ ἀγροῦ.* His, quæ obligari non possunt, adde arma. Scholiastes Aristophanis in Plutum. *φαίνεται δὲ καὶ ἀπηγορευμένον εἶναι ὅπλα εἰς ἐνέχυρα.*

TIT. XVII. *Qui potiores in pignore habeantur.*

Vide tit.4. eodem libro.

IN hoc titulo ostenditur, ex duobus aut pluribus creditoribus, quibus diversis temporibus separatim eadem res in solidum pignori obligata est, vel universa bona, quis præferatur in exequendo jure pignoris, hac potissimum regula constituta. Priorem tempore præferri posteriori, in qua ne nos ambiguitas nominis docat in errorem, admonendi sumus priorem esse eum qui prior data pecunia mutua, vel promissa, solemni stipulatione pignus accepit, vel pepigit. Exigo ut pecuniam dederit, vel daturum se stipulanti promiserit: nam si neque numeraverit, neque promiserit quamlibet spe futuræ numerationis pignus acceperit, vel pepigerit, in eo non est potior illo, cui idem pignus postea obligatum est pro pecunia quam numeravit; quia hic in causa pignoris magis prior esse censetur: nec enim prior æstimatur ex tempore dati pactive pignoris, sed ex tempore habiti contractus, & negotii principalis, *l.8. hoc titulo*, *l.1. l. qui balneum*, *l. potior in princ. & §.1. ff. eod. l. penult. ff. quæ res pign. oblig.* At secundum illam regulam, quæ ut dixi, potissimum in hoc titulo proponitur, differentia est inter actiones personales & hypothecarias: nam in personalibus privilegia æstimantur ex causa debiti, non ex temp. *l. privilegia, ff. de reb. auc. jud.* in hypothecariis ex tempore. Itaque prioris creditoris hypotheca firmior est; tametsi nihil prior posteriori offerat, *l.5. hoc titulo*, posterioris infirmior; quia in id tantum efficax est, quo summa pignoris excedit summam prioris sortis, & posteriori creditori non confirmatur in totum, nisi priori soluta omni pecunia debita, vel oblata, obsignata, deposita à debitore ipso, vel à posteriori creditore. Et regulæ locus est, non tantum in pignore conventionali, sed etiam in prætorio, si modo ex causis titulisque diversis creditores veniant, vel si ex his qui sunt tituli ejusdem, unus in actione personali privilegiarius sit: nam prætorium pignus sequitur jus personalis actionis. Item regulæ superiori locus est, non tantum duobus aut pluribus

cre-

creditoribus habentibus idem pignus conventionale, vel prætorium, sed etiam uno habente generale pignus, altero speciale, nisi sit posteriori specialiter obligata res pecunia ejus comparata: hoc enim casu regula vitiatur, & aliis plerisque, ut *l. 7. pen. & ultim.*

XVII. Enarratio.

Diversis temporibus] *L. 7. & 8. hoc tit. l. 14. ff. eodem.*

Vel universa bona] Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, potior est eo cui postea specialiter prædium ex iisdem bonis pignori datum est. Prior creditor præfertur posteriori, *l. 6. hoc tit. l. 2. ff. eod.*

Priorem tempore] *L. 2. & 4. hoc tit.*

Quamlibet spe fut. numerat.] Quamlibet pro, quamvis: utitur Plinius.

Magis prior esse censetur] Potior est, qui primus numeravit.

Ut in l. penult.] In actionibus hypothecariis, qui nititur publico instrumento (quod in Basilico *ἀγοραῖον* dicitur, seu forense) licet posterior sit creditor, potior est eo, qui nititur privato instrumento, quod *ἰδιόχειρον* dicitur in *d. l. pen.* Anastasius in Historia Ecclesiastica: Et fecerunt scripta propriæ manus. Theophanes à quo Anastasius, *ἰδιόχειρα αὐτῶν*. Idem Theophanes alibi: *ἔλαβεν αὐτοῦ τὸ ἰδιόχειρον.*

Et ult.] Vide *sup. de privil. dot.*

Et ult. De qua vide, quæ scribit hic noster ad *Novel. Justin. 91. & 96.* 1. P. Faber.

TIT. XVIII. *De his qui in priorum creditorum locum succedunt.*

Hic titulus portio est tituli superioris, & quod in illo habuimus, posteriores creditores hypothecarios in locum priorum ipso jure succedere, offerendo eis & solvendo pecuniam debitam & usuras, *l. 1. 5. 8.* & 10. idem in hoc proponitur *l. 4.* & Constitutio cujus fit mentio in *l. 1. hujus tit.* ea est *l. 1. tit. superioris*. Sed de eo quoque tractatur in hoc tit. an hi quorum pecunia, cum creditores non essent, priores creditores hypothecarii dimittuntur, in locum eorum succedant: Et ostenditur, non eodem prorsus modo, quo posteriores creditores hypothecarios in locum priorum succedere eos, qui cum creditores non essent, pecuniam obtulerunt & solverunt prioribus creditoribus hypothecariis pro alio, vel ut his solveretur, crediderunt debitori facienti versuram, licet hoc ipso quod solvunt pro alio, vel ei credunt pecuniam solvendi causa, incipiant esse creditores ex causa negotiorum gestorum, vel ex causa mutui: nec enim succedunt in jus pignoris quod illi habuerunt quos dimiserunt, nisi in solvenda pecunia, auctoritate judicis pignus in eos translatum sit, vel in credenda ea pacti sint, ut in eorum jus & locum succederent: quia tunc in priorum jus locumque succedunt, non ut posteriores quidem, qui offerendo, ipso jure succedunt, ut initio dixi, sed ex auctoritate judicis, vel ex conventione, ut *l. 1. hoc tit.* quæ ait, non omnimodo, quia sane succedunt ut habeant actionem Paulianam, quam illi habuerunt quos sua pecunia dimiserunt ex eorundem quorum est hujus tituli & superioris prima lex, Imperatorum Constitutione *l. 10. §. 1. l. nisi, ff. quæ in fr. cred.* item ut habeant privilegium in actionibus personalibus, quod illi habuerunt, *l. 2. ff. de cess. bon. l. si ventri, §. eorum, ff. de reb. auct. jud. poss.* non etiam ut habeant jura hypothecarum, & in eis privilegia temporum, quæ illi habuerunt, nisi in eos nominatim transcripta sint auctoritate judicis, vel consensu debitoris, ut docui Observat. 18. cap. 40. unde in *l. 2. hujus tituli*. Jure successilli, sic interpretor, cessione & translatione pignoris facta auctore judice, vel consensu debitoris, qui utique consensisse intelligitur non tantum si nominatim convenerit ut cujus pecunia creditor dimitteretur, is subiret locum illius; verum etiam si debitor vendiderit rem pignori obligatam, ut ex pretio creditor dimitteretur, *l. 3.* quo tamen casu inferioribus creditoribus est jus offerendi emptori, *l. 3. ff. de distr. pign.* quia nihil refert debitor rem priori obligatam alii obligaverit, an vendiderit, cum pecunia pervenit ad priorem: nam utroque casu inferioribus creditoribus jus est offerendi emptori, vel creditori novo, qui in prioris locum successit.

XVIII. Enarratio.

Posteriores creditores] Qui secundo seu posteriore loco pignus acceperunt.

Ipso jure succedere] In locum prioris creditoris succedere dicitur, qui in jus pignoris succedit, *l. 3. ff. quæ res pign. vel hypoth.* & locum prioris creditoris subit, *l. creditor 12. §. pen. ff. qui potior. in pign.* in locum prioris substituitur, *l. Claudius 16. eodem.*

Cum creditores non essent] Lex prima accipienda est de extraneo, ut & Basilicon auctores acceperunt. Quidam accipiunt de creditore chirographario. Non recte. Non est spernenda emendatio quam in Codice suo notaverat Antonius Loisellus V. C. ut pro *judicatum*, legatur, *indicatum*, scilicet per libellum.

Facienti versuram] Debitor ex sententia Cujacij versuram facere dicitur, qui pecuniam mutuam sub usuris ab alio accipit, ut antiquiorem creditorem dimittat; quo genere mutatur creditor, id est, prior absolvitur, & qui pecuniam numeravit, novus creditor esse incipit. Theopylactus epistola 16. *Postquam fœnore ab aliis acceperis, aliis reddis quod debes*. Vide Cujacium ad legem primam in fin. D. de usur. libro 2. Quæstionum Papiniani, Salmasium de usuris cap. 1. ad fin. & cap. 17. ad fin. & de modo usurar. cap. 7. pag. 298. & seqq.

Creditori novo] Si debitor, versura facta, tertio creditori accepta pecunia idem pignus obligaverit primi creditoris dimittendi gratia, jus secundi non perimitur; sed tertius creditor in locum primi succedit, & secundo jus est offerendi tertio. Cujac. ad *l. 3. ff. de distract. pign.*

TIT. XIX. *Si antiquior creditor pignus vendiderit.*

Hic etiam tit. est portio 17. quo ostenditur, multum interesse debitor distrahat pignus, an antiquior potiorque creditor: nam si antiquior creditor extraneo recte distrahat, id neque debitor, neque inferior creditor, oblata pecunia emptori evincere potest, *l. 1. & 2. hoc tit. l. 3. ff. de distr. pign. l. 1. infr. si pig. pign. dat. sit.* quia sera oblatio & intempestiva est, & distractio rite facta à creditore potiori, extrema linea pignorum causæ. Dixi, extraneo: nam si secundo creditori pignus distrahat primus, tertio superest jus offerendi secundo, *l. 5. §. ultim. & l. sequ. ff. de distr. pig.* At si debitor pignus vendat, vel quod idem est, in solutum det antiquiori creditori, vel si vendat extraneo, inferioribus creditoribus integrum est jus offerendæ pecuniæ emptori, *l. 1. hoc tit.* quod jam jamque dixi titulo superiore.

XIX. Enarratio.

At si debitor pignus vendat] Auctores Basilic. legerunt in *l. 1. Cum autem debitor ipse priori, &c. εἰ δὲ ὁ χρεώστης αὐτὸς*, &c. quod etsi leviusculum sit, non tamen spernendum est.

TIT.

TIT. XX. *Si communis res pignori data sit.* A

UT rei alienæ invito domino pignus non contrahi docuit tit. 15. ita rei communis pro parte collegæ non consentientis nullum pignus contrahi docet hoc tit. quia ea pars aliena res est: & nemo ex sociis plus parte sua alienare, aut pignerare potest.

XX. ENARRATIO.

PLus parte sua alienare] Si socius supra partem suam alienaverit, aut pigneraverit, satis illicita alienatio est, satisque illicitum pignus. Recte heic nutat, pignus in parte indivisa constitutum, etiam post divisionem factam in eodem statu permanere. Vide recitat. B Cujacij.

TIT. XXI. *De prætorio pignore & ut in actionibus etiam debitorum missio prætorii pignoris procedat.*

REgula proposita tit. 17. non tantum in eo pignore locum habet quod ex contractu, vel ex pacto formam & originem capit, sed etiam in prætorio pignore, de quo est hic tit. maxime si non sint ejusdem tituli creditores, ut *l. 2. & 3. cod. tit.* Et actio hypothecaria pertinet etiam ad prætorium pignus ex *l. 2. hujus tit.* quibus rationibus apparet ab hoc tractatu, qui est potissimum de actione hypothecaria, non esse alienam inspectionem de prætorio pignore, licet jam de eo C nonnihil actum sit superiore libro tit. 72. nam prætorium pignus est quod missio in possessionem rerum omnium, vel unius rei debitoris (ut *d. l. 2. tit. 17.*) quæ fit ex edicto, conciliat atque constituit, prætore specialiter decernente creditorem cui non solvitur, non respondetur, non cavetur mitti in possessionem bonorum, ut pignus habeat, quo sibi servet creditum: & hoc verbum missionis quod est in hac rubrica & *l. 2.* demonstrat satis, & *l. misso, ff. pro emp.* Denique prætorium pignus est quod non à debitore, sed à prætore ex edicto creditori datur, & decernitur, ut ei in tuto sit creditum, misso creditore in possessionem bonorum, vel quasi possessionem: nam & Justin. in *l. 2.* constituit prætorium pignus consistere in nominibus posse, prætore scilicet jubente ut & actiones debitoris creditor pro pignore habeat & persequatur, quod ante Justinianum non obtinuit: nec enim missus in possessionem omnium bonorum occupabat etiam nomina, nec nisi excussis rebus corporalibus, *l. si nulla, ff. ut in poss. leg.* At ex Constitutione Justiniana recte missio fit statim ab initio etiam in universa nomina debitoris. Quod item constituit *l. 2.* ut si creditor amiserit possessionem, in quam rei servandæ causa jure prætorio missus erat, eam persequi & recuperare possit utili actione hypothecaria, hoc quoque videtur olim non obtinuisse: nam qui mittitur in possessionem, custos apponitur rebus debitoris sui commodi & securitatis causa, & in eo custode diligentia exigitur, quam si non præstiterit, sibi imputare debet qui non servavit pignus prætorium quod impetraverat.

XXI. ENARRATIO.

QUod missio in possessionem] Vide Observat. libro v. 30.

Qui non servavit pignus prætorium] Sibi quidem imputare deberet; sed humanius est ut possessionem amissam utili actione hypothecaria recuperare possit, *l. ult. h. t.* ut est in Basil. οὐ γὰρ ὀφείλει ζημιοῦσθαι ἐξ ἀμελείας. Licet enim diligentiam non præstiterit, non debet inde damnum pati, sua ei negligentia non nocet, nova humanitatis ratione.

TIT. XXII. *Si in causa judicati pignus factum sit.*

SEquitur in hoc titulo aliud genus pignoris, ad quod pertinet etiam regula tit. 17. *l. si & jure, ff. eod. tit.* & actio quoque hypothecaria, ut opinor. Id vero est pignus quod in causam judicati ex bonis condemnati capit executor rei judicatæ, jussu & auctoritate ejus qui hoc præcipere potest, i. magistratus qui judicem dedit, non judicis dati qui rem judicavit. Prætorium datur, hoc capitur; prætorium occupat creditor, hoc executor sive apparitor magistratus, *l. 2. hoc. tit. l. si plus, ff. de evict.* prætorium ex edicto jure ordinario constituitur, hoc extra ordinem, *l. si pignora, ff. eod.* prætorium in rem constituitur, hoc in personam, i. respectu personæ ejus secundum quem judicatum est, *d. l. si & jure,* prætorium datur etiam adversus debitorem non judicatum, hoc vero capitur tantum ex bonis judicati. Utraque tamen via exequi licet judicatum, vel eo qui vicit misso in possessionem bonorum judicati servandi causa, *l. 2. & 3. tit. 17.* vel extra ordinem ablatis & publice distractis pignoribus per apparitorem, non per creditorem, & censu mobili primum, deinde immobili, tum nominibus ex Constitutione Antonini, qui ordo non servatur in prætorio pignore.

XXII. ENARRATIO.

ACtio quoque hypothecaria] Si possessio ejus fortuito casu amissa sit, ut tit. sup. prox.

Hoc capitur] Et ideo in *l. 1.* recte à libris vet. Menagii & Brodæi abest verbum *datur.*

Et censu mobili] Locum profert in recitat. ex Plauti Menæchm. Act. 3. Sc. 1. *Census capiunt illico,* id est, pignora, ut Adrianus Turnebus docere occupaverat.

TIT. XXIII. *Si pignus pignori datum sit.*

CReditor pignus pignori obligare potest, quod Græce est ὑποθήκην ὑποτιθέναι, & plerumque id agitur ut qui pecuniam crediturus est, pignus accipiat, quo alii dato pecuniam sumat & credat ei qui dare pignus prævertit: pignoris autem secunda obligatio tamdiu durat, D quamdiu prima: & secundus creditor, quamdiu ea durat, non tantum retentionem pignoris & actionem hypothecariam habet, sed etiam jus distrahendi, sicut primus, nec distractione perfecta, integrum debitori est eam rescindere, oblata pecunia, *l. 1. hoc tit. l. 2. tit. 9. l. 8. sup. de distr. pign.*

XXIII. ENARRATIO.

QUod Græce est ὑποθήκην ὑποτιθέναι] In Basilicis hoc tit. scribit Salmasius de modo usurarum capite 14. sub initium, ἀντιδάνειον dici, qui rem jam alteri oppigneratam iterum alii pignori dat. Omnino male, ut dicam tit. 33. libri 9.

E L. 1. hoc titulo] Cujacius in recitat. in *d. l.* 1. legendum putat, *post soluta pecunia,* & ita legitur in veteri Menagii, & paulo ante: *& non ex soluta à domino pecunia cred. sec.*

TIT. XXIV. *De partu pignoris & omni causa.*

AIt, omni causa, i. omni alia causa præter partum; veluti operis, aut mercedibus operarum, quia de servis tantum pigneratis in hoc titulo agitur. Cæterarum rerum causæ sunt fructus, fœtus primi & secundi, pensiones, quia vi ipsa rebus insesse videntur. Et de operis servi pignerati hoc est proditum *l. 2.* creditorem, si eas perceperit, aut percipere potuerit, quia sunt

A funt in fructu fervi, imputare in ufuras primum, deinde in fortem, ut *l. 1. 2. 3. & ult. fup. de pig.act.l. 9.fup. de pig. l. 1. inf. de diftr. pig.* Partum autem non imputat, quia non eft in fructu; & tamen ficut fructus fundi pignerati tacite pignori effe creduntur, qui à debitore, vel ejus herede percipiuntur, *l. 3. fup. tit. 14.* ita & partus ancillæ, qui editi funt apud debitorem, vel heredem ejus, *l. 1. hoc tit. l. fidejuffor. in fin. l. Paulus, §. 1. ff. de pig.* Nec obftat quod Paulus fcribit *II. Sent. tit. V.* quoniam intelligendum eft de fœtu, vel partu edito ante pignoris obligationem, vel etiam de partu edito poft pignoris obligationem apud alium quam debitorem, vel heredem ejus, vel crediturem, velnti apud emptorem ancillæ, cui eam debitor vendidit fine confenfu creditoris, *d. l. Paulus, §. 1.* Cui rurfus fi opponatur B *l. fi convenerit, §. fi fundus, ff. de pig. act. & l. 1. ff. de Salv. interd.* dicam partum ancillæ pigneratæ editum apud emptorem ancillæ propriè non venire in pignoris obligationem jure taciti pignoris, quia nunquam fuit in bonis debitoris, licet apud eum conceptus fit, ob id ipfum, quia non eft antequam in lucem edatur; fed tamen in actionem hypothecariam, qua creditor perfequitur rem pignori obligatam venire etiam fœtus ejus rei, & fructus, & partus, vel jure expreffi pignoris fi extent, ut indicat *l. 1. §. cum prædium, ff. de pig.* vel arbitrio judicis tanquam tacite obligatos fi etiam extent, & res principalis creditori adimplendo non fufficiat, *l. fi fundus, §. in vindicatione, in fin. ff. eod.* hoc colore, quia licet in bonis debitoris nunquam fuerint, tamen res ex qua orti funt, in bonis debitoris fuit tempore C contractæ obligationis; confumptos autem non venire, *d. §. cum prædium:* quia confumptio bonæ fidei emptor abfoluit, & confummat adquifitionem fructuum, vel quafi fructuum, qui nunquam venditoris fuerunt, ut nec jure hypothecæ, vel arbitrio judicis ab eo avocari poffint: & ita fupradictæ leges, quæ opponuntur diftinctioni *l. Paulus*, accipiendæ funt, ut etiam poft venditionem ancillæ pigneratæ editus partus veniat in actionem Servianam, vel interdictum Salvianum fi extet & ancilla non fufficiat, non directo jure pignoris, de quo nihil convenit, fed arbitrio judicis. Omitte diftinctionem Doctorum quis feverit fructus, vel apud quem ancilla conceperit, quam juris auctores omiferunt.

XXIV. ENARRATIO.

D FOetos primi & fecundi] Fœtus fecundi funt fœtus fœtuum, ἡ γονὴ τῆς γονῆς, Græci ad *l. 8. ff. de ufur.* τὸ παρὸν πρᾶγμα, ἡ γονὴ causa πάντα περιέχει τὰ ὄντα παρὰ τὸν καιρὸν, οἷον τοκετὸν γόνον γονῆς. *Caufa heic complectitur omnia, quæ in fructu non funt, ut partum, fœtus fœtuum.*

Diftinctionem Doctorum] De qua Azo in Summa, tit. de pignor. num. 14.

TIT. XXV. *De remiffione pignoris.*

EX hoc titulo intelligimus, pacto nudo, vel expreffo vel tacito pignoris obligationem perimi, non E quidem ipfo jure, fed per exceptionem pacti, vel doli mali, ut *l. 2.* fecundum quam interpretanda etiam eft *l. major, fup. de pign.* ut ergo nudo pacto pignus contrahitur, ita diffolvitur. Et tacitum pactum interveniffe videtur, fi fciente & tacente creditore, fervus pigneratus manumiffus, & in libertate moratus fit, *l. 1.* vel fi à fifco fub hafta res pignerata venierit, fciente & tacente priore creditore, *l. 8.* fi ab alio, non fufficit taciturnitas creditorum; fed neceffe eft ut confentiant & pignus remittant, *l. 2. & 4.* nifi libello publice propofito admoniti fuerint faciendæ auctioni ut adeffent, & adfuerint, nec contradixerint, *l. 6.* Semel autem remiffum pignus non reftituitur nifi novo pacto, *l. 4.*

A XXV. ENARRATIO.

ITa diffolvitur] *d. l. 2.*

Si fciente & tacente] εἰδότος καὶ μὴ ἀντιλέγοντος: *fciente & non contradicente.* Bafilica. in *d. l. 1.* fimpliciter, *fciente.* Per contrarium in *l. 8. creditores filentio crediderunt*, id eft, filuerunt & tacuerunt.

Neceffe eft, ut confentiant] Nominatim.

Nec contradixerint] μὴ ἀντιλέγοντων, ut in Bafilicis. Diocletianus & Maximianus dixerant, *jus fuum executi non funt.* Creditores programmate admoniti fi præfentes fuerint nec contradixerint, tacite videntur jus fuum pignoris remififfe. In *d. l. 6.* legendum ex libris vett. remififfe, ut eft in *l. fi hypothecas 8.* Auctores Bafilic. in utraque lege interpretantur, amififfe.

B Nifi novo pacto] Repetito confenfu pignus renovatur.

TIT. XXVI. *Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri.*

NOn tantum remiffione pignus perimitur, ut docuit titulo fuperiore, fed etiam, ut hic docet novata debiti obligatione: ut fi creditor quod fibi Titius debet fub pignore certo, animo novandæ obligationis dari ftipuletur à Gajo, non repetito eodem pignore. Repeti potuit confentiente Titio, vel, ut ponit Conftitutio hujus tit. Gajo dominium ejus adepto. Repetito autem eodem pignore, etiamfi creditor adverfus Ga- C jum, vel interceflorem ejus agat perfonali actione ex ftipulatu, eumque condemnet, pignus non perimitur, hoc eft, novatione neceffaria non perimitur, fed voluntaria; quia facta novatione voluntaria debitor, qui pignus dedit, liberatur, facta neceffaria idem debitor obligatus manet, & mutatur actio, non debitur: & hæc differentia inter novationem neceffariam, & voluntariam proponitur [illegible]nio hujus Conftitutionis, & para ejus, quæ eft de novatione neceffaria, repetitur in *l. 8. fupr. de pign.* & idem è contrario in *l. 8. & 25. infr. de fidejuff.* ut fi actum fit hypothecaria, non ideo reus aut intercellor liberetur. Tum id proponitur quod folum habet rubrica quafi præcipuum caput Conftitutionis, eum qui pignus accepit ex caufa certæ pecuniæ creditæ, etiam id retinere poffe, oppofita exceptione doli ex D caufa alterius pecuniæ creditæ fine pignore nudo chirographo, quæ chirographaria dicitur, licet ejus nomine pignus acceptum non fit. Denique ob hypothecariam pecuniam, creditori & retentionem competere, & perfecutionem pignoris, ob chirographariam retentionem, non perfecutionem: & foluta omni pecunia hypothecaria, debitorem agentem pigneratitia actione, repelli per exceptionem doli mali, nifi etiam folvat pecuniam chirographariam. Debitorem, inquam: nam fecundus creditor non repellitur, fi primo offerat hypothecariam, non etiam chirographariam. Satis enim eft fi ei offerat hypothecariam ut fibi pignus confirmet, & in locum ejus fubeat, ac cum effectu ab eo pignus vindicet, & hæc eft fententia hujus Conftitutionis. Singulari Conftitutioni dedit fingularem titulum. Namque fimilis alia Confti- E tutio, vel juris auctoritas vix ulla reperitur. Et ratio ejus hæc effe videtur, quod improbe faciat debitor, qui id tantum æs alienum diffolvit quod fub pignore debet, quia hoc facere videtur non tam fua fponte & fide bona, quam coactus vinculo & nexu pignoris quo forfitan indiget, plane hoc ipfo demonftrans fe vix unquam id exoluturum quod fine pignore debet, quæ improba mens merito coercetur retento pignore etiam ob æs alienum chirographarium, tametfi propter id obligatum non fit. Et longe alia eft ratio fecundi creditoris, qui ultro primo creditori offert quod ei ipfe non debet, & extranei cujuslibet, qui ultro offert creditori pro alio quod ipfe non debet, ut *l. mulier, ff. qui pot. in pign.* & primi creditoris, qui ultro offert fecundo: Nam & pri-

primum secundo offert, quod Accurs. notavit in *l. 1. sup. eodem*, verissimum esse probat Paulus 2. *Sent. t. 13.* Aliam quoque esse rationem fidejussoris, qui solvit, quod alius principaliter debet, recte, ut opinor, sentit Accursius *l. 2 inf. de fidejuss.* de *l. solutum, §. si in sortem, ff. de pign. act.* quæ pugnat cum hac Constitut. scripsi Observat. v. xv. xix.

XXVI. Enarratio.

ADversus Gajum] Qui novam obligationem suscepit, qui expromisit, pignoris nomine obligatur, si eo consentiente, pignus repetitum sit. Basilica: *τῇ μεταθέσει ἀπαλλάττεται τὸ ἐνέχυρον, εἰ μὴ παρεμβάλλων ἑαυτὸν ἐνεχος γέγονεν ἐπὶ τῷ ἐνεχύρῳ: Nisi is, qui novam obligationem suscepit; pignoris nomine obligatus sit,* & in ejus persona pignus repetitum sit. Tertullianus de idololatria c. 23. *Pecuniam mutuantes sub pignoribus.*

Eamque condemnet] per judicem.

Quæ chirographaria dicitur] Græce *ἀνυποθηκάριον χρέος: pecunia credita sine pignore.*

Ut sibi pignus confirmet] *L. 1. sup. qui potior. in pign.*

Observat. 5.] Capite 27.

xv.] Capite 22.

xix.] Capite 26.

TIT. XXVII. *De distractione pignorum;*

Vide tit. 3. lib. 50. ff.

PIgnus non tantum remissione, aut novatione voluntaria perimitur, sed etiam distractione recte facta à creditore, cui pignus jure obligatum est, vel herede ejus. Hæc enim cessante solutione est extrema linea, & novissima pignorum meta, adeo ut à creditore jure distractis pignoribus nullus supersit, qui directa in rem actione, vel quasi Serviana, emptori eas res evincere, aut de superfluo pretii cum eo agere possit. A creditore, inquam: nam à debitore facta venditio nnn perimit pignoris causam, nisi fiat creditore consentiente, & remittente pignus. Et à creditore facta ideo perimit, quia pro solutione cedit, quatenus ex pretio creditori satisfit in totum, vel ex parte, salva debitori actione de superfluo, & creditori de residuo, nisi aliud specialiter convenerit: & hoc distat solutio sortis à distractione piguoris: Nam soluta parte sortis, pignus nulla ex parte liberatur, quia non omnis sors pervenit ad creditorem; redacta parte sortis ex venditione pignoris, pignus in totum perimitur, quia omne pretium Pignoris pervenit ad creditorem; sed quia non omnis etiam sors, creditori, ut dixi, salva est residui petitio. Ergo distractionis rei pigneratæ, quam fecit creditor effectus hic est, ut pignus perimat, & jus offerendæ pecuniæ, & ejus dominium optima lege transferat ad emptorem, secuta traditione: alioquin jus suum creditor vendit. i. persecutionem pignoris, non rem, *l. pen. ff. eod. l. emptori, ff. de her. vel act. vend.* In venditione exigitur, ut fiat ab eo, cui pignus jure obligatum, necdum finitum sit solutione, aut veluti solutione, vel alio modo, & cui sit jus distrahendi, puta à potiori creditore, & ex pacto, vel citra pactum ex trina denunciatione, & ut fiat auctore judice publice, solemniter, sub hasta, quæ ex re proprie distractio dicitur; quia si plures res oppigneratæ fuerint, vel si generalis fuerit hypotheca, plerumque, ut M. Tullius ait in Quintiana, *reliquiæ vitæ debitorir lacerantnr, & distrabuntur in personas varias.* Itaque necesse est antequam auctio fiat, eam in celeberrimis locis civitatis proscribi atque proponi, ut cuique liberum sit ad eum accedere, & sive ex pacto creditori distrahere non liceat, ante omnia ter denuntiari debitori, ut pignus reluat, sive ex pacto, etiam semel absenti: Nam præsens quod publice proscriptum est, ignorare non potest, & quando copia est testium, testato, *l. 4. hoc titulo*, ubi dicere pro condicere .i. denuntiare. Et in omni hoc

negotio bona fide versari creditor debet. Sibi rem vel negotium gerere in hoc titulo dupliciter accipitur. In *l. 3.* pro suum negotium gerere sui crediti servandi causa, ut *l. pen. ff. de pign. act.* In l. 30. pro sibi emere, quod neque per se, neque per mediam personam creditor potest, quia à se ipso emeret, ab officiali potest, *l. 2. sup. si in cav. jud.* & à debitore, & ab emptore, .i. ab eo, cui ipse pignus bona fide distraxerit, non à se ipso. Et si à seipso, id debitor quandoque luere potest, quia ea venditio pignus non perimit.

XXVII. Enarratio.

NIsi fiat creditore consent.] *l. 2. sup. tit. 25.*

Et ex pacto] vide recitat. in qua pro *ex facto*, legit *ex pacto*, in *l. pen. ff. de pignerat. act.* & ad dictam *l. pen.* libro 3. Respons. Papin.

Sub hasta] S. Ambrosius in libro de Tobia cap. 11. *Agitat hastas, feralem instituit de singulorum exuviis auctionem.*

Testato] *διαμαρτυρεῖσθαι αὐτῷ: testato ei denuntiare.* Basil.

Condicere] Condicere, est denuntiare, *§. appellamus 15. Instit. de action.* Glossarium in *παραγγελία, denuntiatio, condictio, &c.*

TIT. XXVIII. *Dibitorem venditionem pignorum impedire non posse.*

ESt etiam hic titulus de distractione pignorum, & docet contra obnuntiationem, vel prohibitionem debitoris non solventis omnem pecuniam, factam distractionem ratam esse, nec malæ fidei emptorem esse eum, qui non ignarus obnuntiationis, vel prohibitionis à debitore factæ testamento, aut inter vivos accessit ad eorum emptionem. Testamento, ut si cum prædia quædam oppigneraisset, testamento caverit, ne qua prædia à se .i. extra nomen suum venderentur, adjecta pœna, ut quæ venderentur, redigerentur in fiscum, ut *l. pater, §. fundum, de leg. 3. & l. 1. hoc titulo.* Hæc enim prohibitio jus creditoris non lædit, *l. filiusf. §. Divi 2. de leg. 1.* nec rem litigiosam facit, *l. 1. inf. de litig.* quia nuda prohibitio est nullam habens admistam controversiam proprietatis, vel obligationis, nec ullam fisco adversus emptorem, aut venditorem actionem parat.

XXVIII. Enarratio.

COntra obnuntiationem] Obnuntiatio, est denuntiatio prohibitoria. Vide Donat. in Adelp. Terent. Act. 4. Sc. 2. Suetonius Julii cap. 20. *Per edicta obnunciarent.*

TIT. XXIX. *Si vendito pignore agatur.*

ESt etiam hic titulus de distractinne pignorum, & pertinet ad id proprie, quod in illo habuimus, 4. 7. 9. 10. Creditorem in distrahendis pignoribus sinceriter, & bona fide debere versari. Ac summa ejus hæc est. Aut jure fit venditio pignoris, aut non. Jure fit; etiamsi fiat dolo malo, puta minore pretio in fraudem debitoris, non dolo dante causam contractui, modo solemnia juris non observentur; vel is vendat, cui jus vendendi non est, & hoc casu in arbitrio est debitoris, ut vel rem vindicet ab emptore jure ordinario, ut dominus; & non reddito igitur pretio, quod nec in rem ejus versum videri potest, quod id mox emptor à venditore repetiturus sit, *l. super empti, inf. de evict.* Vel ut agat oblato debito in creditorem pigneratitia actione in id, quod interest, in quo continetur justum pretium rei venditæ, *l. 2. hoc titulo.* Quod si jure facta venditio sit, sed dolo malo, puta re addicta minore pretio, creditor debitori offerenti debi-

tum tenetur pigneratitia actione in id quod interest, non emptor, *l. 4. & 7. sup. de distr. pign.* quamvis & ipse emptor in eo negotio mala fide versatus sit, prætèrquam uno casu, si creditor solvendo non sit, quo in emptorem malæ fidei debitori restituitur actio in rem, rescissa venditione, & re evicta emptori cum fructibus, eidemque vicissim reddito pretio cum usuris, *l. 1. & 3.* Prius excutitur creditor, ne temere convellatur fides hastæ, auctionisque publicæ. Et emptori malæ fidei redditur pretium, non quod versum sit in rem debitoris, quia non videtur versum in rem ejus quod eum reddere oportet, sed quia dominn ex justa emptione rem debitor avellit per restitutionem in integrum, quæ debet esse reciproca.

XXIX. Enarratio.

MInore pretio] *l. 3. hoc titulo.*
Qui jus vendendi hab.] *l. 5.*
Non observentur] *l. 4.*
Ut dominus] *l. 2.*
Et non reddito igitur pretio] Azo putabat debitorem doli mali exceptione summoveri posse, si pretium non reddat, *l. emptor 65. ff. de rei vind.* vide recit. ad hunc tit.
Nec in rem ejus] In rem debitoris.
Quod si jure facta vend. sit] nota hoc casu venditionem pignoris jure fieri, licet creditor dolo fecerit. Jure factam venditionem, sed mala fide, id est, viliore pretio sentit Azo in Summa. Alii negant.

TIT. XXX. *De luitione pignoris.*

HIc etiam titulus pertinet ad distractiones pignorum: Nam ex eo intelligimus, non impediri distractionem pignorum, nisi debitor luat pignus in solidum, soluta omni pecunia, & idem in *l. 1.* proponitur, quod *l. 16. sup. de distr. pign.* quæ species etiam aptanda est ad *l. 2.* ut jam olim memini me docere in Observationibus, quamquam & aliis casibus non inficier summota personali actione, durare hypothecariam: ut si creditor non merito causæ, sed vitio & culpa sua principalem litem amiserit, forte quia male instituit, vel quia plus petiit, vel quia judicio non adfuit, ut *l. si Stichum, §. pen. ff. de sol. l. pen. ff. si serv. vind. l. qui occidit, §. 1. ad leg. Aquil. l. servum quem, ff. de pign.* Nam in causa hypothecariæ nullum simile vitium arguitur. Itemque si creditor debitori, vel contra heres extiterit, quia confusio tantum fit personarum, & pignora hærent in rebus, non in personis. Itemque certis casibus sublata actione personali silentio tricennii, quia naturalis obligatio manet. At hic titulus, quamvis, ut dixi, possit accommodari ad distractionem pignorum, tamen est potissimum de luitione eorum quæ fit ante, non post distractionem, vel post addictionem beneficio principis creditori factam intra constitutum tempus, monetque eam esse individuam, & luere, quod verbum est duodecim tab. pro quo etiam dixerunt reluere, & repignerare non solum esse solvere pecuniam, sed etiam obsignare & deponere, vel pignus creditori dare in solutum, vel vendere eidem pretio compensato cum debito, & superfluo, residuove reddito, Et luitionem parere debitori actionem pigneratitiam, quæ de pignore reciperando proponitur.

XXX. Enarratio.

IN Observationibus] Libro quinto capite 32.
Silentio tricennii] Durare hypothecariam notat Azo in Summa.
Et luere] Glossæ: ἀποτίνω, persolvo, luo. Quintus Curtius 10. *Ni æs alienum luissem.* Servius Honoratus ad 12. Æneid. *Luere enim dicitur qui pecuniam solvit.*
Dixerunt reluere] Festus Pompejus: *Reluere, repignerare.* Cæcilius: *Ut aurum & vestem, quod matris fuit, Reluat quod viva ipsi opposuit pignori.*

TIT. XXXI. *Si unus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti solverit, vel acceperit.*

QUod habuimus titulo superiore, *& l. 16. sup. de dist. pign.* id etiam hoc tit. proponitur *l. 2.* nec supervacuo, sed ut cum pluribus heredibus debitoris comparentur plures heredes creditoris, & quemadmodum uno ex heredibus creditoris solvente pro portione hereditaria, quod ad partem ejus attinet actio personalis tollitur, non etiam hypothecaria, ita ostendatur uno ex heredibus creditoris accipiente pro portione sua quod quis defuncto debuit, pro ea parte extingui actionem personalem, hypothecariam autem nulla ex parte intercidere. Obligatio personalis dividitur ex duodecim tabul. hypotecaria est individua.

XXXI. Enarratio.

NOn etiam hypothecaria] Quia pignus totum est obligatum pro toto debito, & totum pignus pro qualibet parte debiti, ut scribit Fulgos. hoc loco.
Dividitur ex duodecim tabulis] *l. pacto 26. sup. de pact. l. ea quæ 6. C. famil. ercisc. l. ult. C. de heredit. action. l. 1. hoc tit.*
Hypothecaria est individua] Individua est pignoris causa, *l. rem hereditariam 65. ff. de evictión.*

TIT. XXXII. *Si pignoris conventionem numeratio secuta non sit.*

UT cautioni creditæ pecuniæ, ita cautioni vel dationi pignoris intra biennium obstare exceptionem, vel replicationem non numeratæ pecuniæ. Nam etsi soluta obligatione personali, non semper solvatur hypothecaria, ut duo superiores tituli proximi demonstrarunt; ubi tamen non consistit, sed excluditur personalis exceptione illa, & eadem etiam hypothecaria excluditur, vel replicatione: ut si is qui rem pignori dedit spe futuræ numerationis, quæ frustra fuerit, eam rem suam esse vindicet ab eo cui dedit, ut *l. 1.* vel adversus eum agat pigneratitia, ut *l. solutum §. 1. ff. de pign. act.* & opponitur hæc exceptio, si non ea res mihi pignori data, nec dum pecunia soluta est. Hanc enim exceptionem excludet replicatio doli mali, vel non numeratæ pecuniæ, quæ in reum transferet onus probandæ numerationis, & in *l. 1.* intentio, .i. exceptio. Quem locum sic docte Basilica interpretantur secundum veteres formulas exceptionum, οὐκ ἀντιτίθεται παραγραφὴ ἡ λέγουσα, ἀλλὰ εἰ μὴ δέδωκας τὸ χρέος.

XXXII. Enarratio.

INtentio, id est, exceptio] Sic Basilica in *l. 1. sup. de non num. pec.* μὴ ἀντιτιθεμένης αὐτῷ τῆς ὑποθήκης: *nec exceptio dati pignoris ei opponetur,* pro his verbis *d. legis 1. nam intentio dati pignoris, &c.*
Οὐκ ἀντιτιθεμένης] Non opponitur exceptio ita concepta: At si non dedisti pecuniam. Libro 25. Basil. tit. 7. cap. 55.

TIT. XXXIII. *De jure dominii impetrando.*

CReditor qui pignus jure suo distrahit, de quo convenit inter eum & debitorem, id sibi addicere non potest, *l. 10. sup. de dist. pign.* sed decursis proscriptionum & hastarum solemnibus, si non inveniat emptorem, id ei postulanti à principe addici potest, *l. eleganter in pr. ff. de pign. act. l. si is qui in aliena, §. ult. ff. de adq. rer. dom. l. debitor, ff. ad Treb.* quod fit

etiam

etiam in pignore capto ex causa judicati, *l. ult. sup. Si* A *in causa jud.* & ut opinor, etiam in prætorio. Solus princeps hoc tribuere potest, si specialis fuerit hypotheca, ex generali nunquam addicit omnia bona, sed pro modo debiti, *l. 1.* Verum qui hoc impetravit à principe, recessisse ab eo videtur, si postea usuras creditæ pecuniæ, ut solebat, pergat à debitoribus exigere, *l. 2.* nec rursus variare potest, & ad beneficium principis reverti, quia jam variavit semel, *l. pen. ff. de leg. com.* Post addictum autem dominium, luendo pignori adhuc olim dabatur annus debitori, hodie datur biennium ex Constit. Justiniani, & ex eadem non addicitur ante biennium post condemnationem, vel denuntiationem debitoris, videlicet si de distrahendo pignore nihil convenerit. Nam quod convenerit in primis tuendum est, sive quo tempore veniret pignus B convenerit, sive quo pretio, qua lege, quo loco, *l. 5. ff. de pig. act. l. 3. hoc tit.*

XXXIII. Enarratio.

LEge eleganter in princ.] Vide Observ. 26. 22.
Si specialis fuerit hypoth.] Creditor exprimere debet *εἰ περὶ ἰδικοῦ ἐνεχου αἰτεῖ*, Basilica, *an speciale pignus sit, quod jure dominii possidere postulat.*

TIT. XXXIV. *De pactis pignorum & de lege commissaria in pignoribus rescindenda.*

IN hoc titulo agitur de pactis justis vel injustis aliquot, quæ in pignoribus contrahendis fieri solent. C Justum est, si debitor pacisatur ut pecunia ad diem non soluta, pignus cedat creditori. Quo hoc actum *l. 1.* interpretatur, ut creditor suo jure distrahat, non etiam ut habeat emptionis jure, quod tamen jure agi posset, & hoc modo liberaretur debitor, *l. 3. sup. de luit. pign.* qui cessione pignoris non liberatur, *l. 1 sup. de pign.* Justum etiam est si convenerit, ut pignus quod dedi evictionis nomine emptori, cui quis faciebat controversiam rei quam ei vendideram, re judicata secundum emptorem mihi restituatur, nec teneatur in omnem evictionis causam, *l. 2.* At justa non est lex commissoria, puta si convenerit ut ad diem pecunia non soluta, creditor pignus sibi habeat, quæ fiducia dicitur, quia huic sæpe inest fraus intolerabilis maxime, ut fit pro ære modico debitore opponente pretiosa monilia, *l. 3.* D & tamen justa est conventio, si convenerit ut quod ex venditione pignoris redigeret creditor, id omne sibi haberet, *l. ult. sup. de dist. pign.* propter incertum eventum venditionis, quam recte sortem hastariam vocat, *l. pen. Cod. Th. de præd. nau.* sicut è contrario, ut si minimum redegerit, eo sit contentus in crediti vicem, *l. à Divo, §. si pignora, ff. de re jud.*

XXXIV. Enarratio.

UT id creditor suo jure distrahat] Auctores Basilic. videntur legisse in *d. l. 1.* cessurum creditori hypothecam, *ἐὰν συμφωνηθῇ τις πρὸς τὸν δανειστὴν, ὥστε εἰ καταβάλλῃ ἐντὸς τοῦδε χρόνου παραχωρεῖν τὰς ὑποθήκας, οὐ δοκεῖ πιπράσκειν αὐτῷ, ἀλλὰ τὸ τῶν πάντων δίκαιον δεδόσθαι αὐτῷ τουτέστι τὸ ἐξεῖναι πιπράσκειν αὐτῷ*. E *Si quis cum creditore pactus sit, ut pecunia ad diem certam non soluta, pignoribus cedat creditori, non videtur ipsi pignus vendere, sed commune jus ipsi concedere, id est, facultatem distrahendi pignoris.* Sententia dictæ legis hæc est: eo pacto venditionem pignoris contractam non esse, sed id tantum comprehendi, quod jure suo creditor pignore contracto habiturus esset: id est, ut ei pignus distrahere liceat, sicut creditoribus licet non exsoluta pecunia. Hæc lex pacti interpretationem continet. In Menagii Codice ita legitur: se cessurum creditoribus, hypothecæ venditionem non contraxit. Quod licet eodem recidat, magis tamen placet, ut legatur, *hypotheca*: maxime quod eâ lectio Basilicôn auctoritate confirmetur. Pactum illud justum est, ut debito non soluto intra certum tempus, debitor pignus creditori cedat: nam ad jus commune pertinet, non ad legem commissoriam, quæ improbata est, & ita Fulgosius.

Quæ fiducia dicitur, Paul. *Sent. l. 11. t. 13.*

TIT. XXXV. *De exceptionibus sive præscriptionibus.*

V. lib. 4. Inst. tit. 13. & 14. & l. 1. & seq. l. 44. ff.

PRopositis variis negotiis & actionibus civilibus, priusquam dicat de criminalibus, quibus reservat librum sequentem, dicere instituit de exceptionibus, quibus actiones civiles excludi solent, & de generali actione ex stipulatu, quæ omnibus aliis subservire solet, deque aliis actionibus civilibus, quas superiores libri non habuerunt, ut, profligato absolutoque omni tractatu rerum civilium, expeditior veniat ad criminales libro sequenti. Exceptio est intentio rei opposita intentioni actoris. Vel, defensio justa, quæ objicitur actioni: Defensio juris, quæ eludit, elidit, excludit actionem: Actio est telum. Exceptio clypeum. Exceptio aries, quo actio infringitur. M. Tull. in Top. *Aries ille subiicitur in vestris actionibus, si telum manu fugit*: Qua exceptione actio legis Aquiliæ inefficax constituitur. Et subiici dicitur actioni exceptio, quod utraque simul atque conjunctim à prætore detur, quodque actioni uno tenore, & contextu addatur exceptio, *l. ult. sup. quib. ex cau. ma.* hoc ferme modo, L. Titius judex esto, Si paret G. Sejum L. Titio ex causa crediti C. dare oportere, nisi de non petenda ea pecunia inter se pepigerint, G. Sejum L. Titio judex condemna: qua de causa in *l. exceptio, ff. de excep.* recte exceptio definitur esse conditio insita, scilicet in actione, ut & replicatio in exceptione, *l. 6. hoc tit.* & recte Cornificius: *In privata actione prætoria exceptiones sunt*, & M. Tullius: *Is qui agit judicium purum postulat. Ille qui cum agitur exceptionem addi ait oportere.* Nulla autem est differentia inter exceptionem & præscriptionem. Utrsque appellatio idem potest, & conjunctio. Sive, in hac rubrica connexio est vocum idem significantium. Cætera quæ sunt præcipua in Constitutionibus hujus tit. aliis locis exposuimus.

XXXV. Enarratio.

DEfensio juris quæ eludit] ut apud Grecos *παραγραφὴ ἀντὶ τοῦ παραγγέλλεσθαι καὶ ἐκβάλλειν τὸν ἀγῶνα*, ut ait Syrianus in Hermogenem.

Exceptio clypeum] Neutraliter. Vide Sosipatrum Charisium libro 1. Grammaticæ.

Actio legis Aquiliæ] Vide quæ diximus ad *§. 3. Instit. de lege Aquil.*

Uno tenore & cont.] Vide ad tit. *de exception. Instit.*

Et recte Cornificius] 1. Rhetoricorum ad Herennium.

Inter exceptionem, & præscript.] Vide ad *d. tit. de except.*

Marcus Tullius] 1. de inventione.

TIT. XXXVI. *De litigiosis.*

Vide tit. 6. eodem libro.

HIc titulus est de exceptione litigiosi. Et litigiosi appellatione non res tantum continetur mobilis vel immobilis de cujus proprietate is, qui eam in alium transfert, litem habet cum alio, ut definit *Nov. 112.* Sed etiam nomine debitoris, de quo lis est, & actio in judicium deducta, sive chirographum ambi-

ambiguum, ut loquitur *l. 5.* Et licet ipso jure teneat A venditio, vel pigneratio, vel donatio, vel quæ alia alienatio rei, aut cautionis litigiosæ, *l. 17. & 18. ff. de rei vind.* tamen ad irritum constituitur, & proinde ac si non intervenisset, re eodem loco restituta, quo fuit ante, per eosdem lis peragitur, per quos inchoata fuit, *l. 2. & ult. hoc tit.* & emptor, vel donatarius, vel creditor, si rem persequatur, repellitur exceptione litigiosi, *l. 1. §. 1. ff. eod. l. 1. §. ult. ff. quæ res pig. obl. l. bona, §. 1. ff. ad Vell.* & hoc indistincte, sive sciverit rem esse litigiosam, sive ignoraverit, quia debuit esse curiosus, quæ res sibi venderetur, nec temere emere ab improbo venditore, qui in hoc solum rem litigiosam divendit, ut deteriorem faciat condicionem adversarii sui, opposito fisco, vel alio potentiori adversario. Qua ratione etiamsi rem non litigio- B sam alienet prospectu litis futuræ, adversario tenetur in id, quod interest ex edicto de alienatione jud. mut. cau. fac. itemque si rem litigiosam in sacrum dedicaverit ex 12. tab. adversario tenetur in duplum, *l. ult. ff. eod.* quia dedicatio vix rescindi, & resecrari potest, cum religioni judices, & pontifices favent, & eadem ratione si servum litigiosum manumiserit, ut *leg. 18. Digest. de rei vindic.* dicerem eum adversario teneri in duplum, quia vix poterit manumissio rescindi: libertatibus enim prætores favent, *leg. 3. §. 1. ff. de al. jud. mut. cau. fac.* Sed si alio genere rem litigiosam alienaverit, non tenetur adversario, quia satis adversario est, quod alienatio irrita constituitur, & emptor repellitur exceptione litigiosi. Re autem non litigiosa vendita, tametsi prospectu futuri judi- C cii, emptio non rescinditur, nec emptor ulla exceptione repellitur. Exceptio autem litigiosi locum habet, non tantum, si quis ex causa emptionis rem litigiosam acceperit ab eo, qui de ea re litigabat; sed etsi ex causa donationis, vel permutationis, vel pignoris, ususfructus, emphyteuseos, non si cui testamento, vel codicillis res litigiosa relicta sit, quia hujus alienationis occasio est mors litigatoris, non cupiditas vexandi adversarii, *l. 3. & ult. hoc tit. Nov. 112.* Non si ex causa transactionis, & divisionis rerum hereditariarum factæ inter coheredes res litigiosa in alium transferatur, quia ut ait *d. Nov.* inter coheredes facta divisio non videtur alienatio esse, cum ad eos res litigiosa jure hereditario pervenit: & in lege ultima hæc verba: Traditionis, & divisionis, pro uno eodem- D que negotio accipio. Nihil etiam pertinet ad exceptionem litigiosi causa dotis, vel donationis propter nuptias, *l. ult.* quia & occasio hujus alienationis est nuptiarum affectio, dum forte non suppetit alia res, quæ in dotem detur, non cupiditas vexandi adversarii. Ex aliis causis, qui rem litigiosam accepit sciens, vel ignorans, repellitur exceptione si agat, & rem redhibere cogitur. At non tantum est exceptio litigiosi, sed etiam pœna litigiosi quædam, *l. 2. ff. eod.* quæ fisco præstatur, *l. 1. ff. de Jur. fisc.* & definitur *l. ult. hoc tit.* Exceptio nocet scienti. & ignoranti. Pœna scienti tantum, ita ut qui sciens rem litigiosam emit, vel ex donationis, aliave causa superius non excepta accepit, pretium quanti emit præstet fisco, cui etiam tantumdem venditor præstat duplum, exemplo domus venditæ demoliendi causa, *l. ult. ff. de dam. inf. l. Senatus, ff.* E *de contrab. empt.* Donator quoque, & donatarius, qui sciebant rem esse litigiosam, fisco conferunt duplum veri pretii. Ignorans autem emptor, vel donatarius, vel quis alius, qui à litigatore rem accepit, tantum abest emptione rescissa, ut teneatur in pœnam, ut litigator, qui in eum rem transtulit in fraudem adversarii sui, damnetur potius emptori reddere pretium conventum, aut donatario pretium verum, & hoc amplius tertiam partem, fisco autem duas partes, ut ita litigator plectatur in duplum propter improbitatem, & reticentiam suam: & ita accipienda est *l. ult.*

XXXVI. Enarratio.

NOv. 112.] Capite 1.

Et proinde, ac si non intervenisset] ut apud Cornelium Nepotem in Alcibiade: *Proinde ac si solus advenisset.* Sic habent libri meliores.

Sive ignoraverit] *l. ult. in princ.*

Resecrari potest] Resolvi religione. Festus.

Emptio non rescinditur] sed venditor tenetur in id quod interest.

Rem redhibere cogitur] reddere, Basilica, *ἀναδιδόναι.*

Venditor præstat duplum] emptor nihil.

Et donatarius] Petrus, & Cynus putabant, donatarium nullam pœnam pati, quos reprehendit Fulgosius heic.

Ut donatarius] Azo in Summa: Sin autem ille, qui accepit, ignoret rem litigiosam, redhibitio quidem fit omnino, & pretium ei redditur, vel ipse ab eo liberatur. Item tertiam partem pretii recipit à venditore, qui reticere non debuit rem esse litigiosam. Sed & venditor alias duas partes fisco præstare debet, & hæc pœna locum etiam habebit in donationibus, ut vera æstimatione facta multetur.

Et hoc amplius] præterea tertiam partem.

TIT. XXXVII. *De contrahenda, & committenda stipulatione.*

V. lib. 3. Inst. tit. 16. & lib. 45. ff. t. 1.

SEquuntur vincula, & remedia juris, quæ negotiis, & obligationibus civilibus adminiculari solent: hæc juris remedia stipulationes sunt legitimæ, *l. licet sup. fam. erc.* hæc vincula, & catenæ, ut est in Satyra Horatii, stipulationes sunt. Omnes obligationes sunt vincula, sed omnibus longe plurimum valent vinculorum vincula, quæ stipulationes sunt inductæ à jurisperitis, adstringendarum, & firmandarum aliarum obligationum gratia, tam civilium, veluti ex negotiis civilibus, quam naturalium, velut ex pactis conventis: unde & nomen traxerunt. Stipulum enim veteres firmum appellaverunt, forte à stipite descendens, quod non de quolibet stipite accipi debet (nec enim firmi sunt omnes) sed de eo, cui argilla vel creta, vel cera superimposita figuli simulacra, aut vasa, quæ fingunt firmare solent: nam & hac in re verbo firmare Festus utitur, & is stipes Polluci, & Hesychio *κάναβος*, Tertulliano crux, & patibulum in Apol. c. 12. & 16. Stipulationes igitur per se non consistunt, sed aliarum obligationum fulcimenta, & accessiones sunt, ut id de quo prius inter aliquos convenit, mox verbis quoque stipulationis concludant, *leg. si dominus, ff. de præs. verb.* Et quæ ex priori conventione, vel causa non competit actio, competat ex stipulatione, vel ut præter eam, quæ ex priori causa competit, competat etiam ex stipulatu, vel ut prior causa novetur: & ita stipulatio legati solvendi interponitur, vel quod ex testamento peti non possint, *l. si fideicommissum, ff. de cond. indeb.* vel ut etiam ex stipulatu peti possit, *l. Titius in fi. ff. ad Trebell.* vel novandi causa, *l. 8. §. 1. ff. de novat.* Et placet, quod ait Gajus in Instit. *Verborum obligationem contrahi ex interrogatione dantis, & responsione accipientis:* nam verba illa, Dantis, et Accipientis, demonstrant stipulationem pendere ex alia causa, quæ præcedat stipulationem, vel etiam sequatur, ut si crediturus pecuniam stipuletur sibi reddi, quam nondum adnumeravit. Denique stipulationes inventæ sunt, ut alias conventiones adstringant, et inde strictæ dicuntur, vel etiam quod et ipsæ strictam interpretationem recipiant, *l. quidquid, ff. de verbor. obligat. l. stipulatus es, ff. de fidejuss.* Boetius 6. Com. Top. Ciceronis, *In bonæ fidei judiciis*, inquit, *judices*

non

non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonam fidem quærunt. Contrahitur autem stipulatio verbis, ut olim directis, aut velut directis hodie quibuscunque. Committitur cum ex ea agi potest, qua de re *l.5. & 12.*

XXXVII. Enarratio.

IN Sat. Horatii] Sat. III. libri II.

Stipulationes sunt inductæ] Justinianus *tit. de inoffic. testam.* ait, inductum esse, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, id est, à jurisperitis. Sic Paulus 5. *Sentent. tit.7.* Stipulationes inductas esse obligatiouum firmandarum gratia.

Firmandarum] Divus Hieronymus in Hieremiam cap. 32. *Emitur possessio, scribiturque in libro atque signatur, & adhibentur testes, argentumque diligenter appenditur, ut omnia venditionis, & emptionis jura serventur, & sit certa possessio, stipulationibus, & sponsionibus roborata.*

Festus utitur] In voce *stipulatores*.

Polluci] Libro 7. cap. 33.

Competat ex stipulatione] Paulus *Sentent. lib. II. tit. 32. §. ult.*

Directis] Solemnibus, legitimis, Latinis.

Aut velut directis] Fac quem Latine interrogare, responsum autem Græce, vel Punice. Utilis est stipulatio, si modo uterque alterius linguam intelligat, & congruenter responsum sit, *l.1. §. ult. ff. de verb. oblig.* Hæc opinor velut directa verba appellat.

TIT. XXXVIII. *De inutilibus stipulat.*

V. tit. 10. lib. 3. Instit.

SUperior titulus fuit de stipulationibus, quæ pro utilibus semper habitæ sunt, vel quæ inutiles olim fuerunt, hodie sunt utiles, ut *l.11. & l. ult.* vel quæ etsi inutiles sint, non tamen inutilem faciunt obligationem ex qua pendent, ut *l. 3.* Hic titulus proprie est de inutilibus, id est, quæ obligationem non pariunt, vel quæ infirmantur per exceptionem doli, aut metus, ut stipulatio dolo, aut metu expressa, *l. pen.* de qua etiam actum est titulo superiore *l. 9.* sed respectu alterius utiles, ut & *l.8.* de inutili agitur ex adverso utilis stipulationis. Hæ autem sunt inutiles stipulationes, quæ in hoc titulo proponuntur. Qua pupillus sine tutoris auctoritate spopendit aliquid, *l. 1.* Qua libertas matrimoniorum constringitur pœnæ vinculo *l.2.* cujus propositio generalis, est libera .i. nullius pœnæ metu constricta matrimonia esse debere, tam in contrahendo scilicet, ut *l. Ti. C. §.1. ff. de cond. & dem.* quam in distrahendo. Species autem subjecta est de distrahendo matrimonio, ut si convenerit, ne liceret viro, aut uxori matrimonium distrahere subjecta stipulatione pœnali, si quis eorum faceret divortium, quæ conventio, & stipulatio inutilis est, si excedat quantitatem pœnæ legitimæ, quia legibus severiores esse non possumus, sed contenti esse debemus legum pœnis: quod non tantum in hac specie prodidit *l. 19. ff. de verb. obl.* sed & generaliter, *l. 1. sup. de sent. quæ pro eo, quod int. prof.* ut plane stulti sint, qoi à fure manifesto quadruplum, aut quintuplum nos stipulari concedunt. Item *l.3.* docet inutilem eam esse, quæ sit inter absentes, & eadem simul ac *l. ult.* eam quæ fit alteri, extraneo scilicet, non sit is, qui est in nostra potestate, vel quem in potestate habemus, & ita demum si nostra oon intersit, non etiam si intersit nostra alteri dari: nam hoc casu stipulatio valet, non ut alter agat qui absuit; sed ut stipulator agere possit in id, quod interest, sive subjecerit stipulationem quanti ea res est, ut *l.3.* sive omiserit, *l.stipulatio ista, §. si stipuler, & seqq. ff. de verb. obl.* Dico, qui absuit, ut proponitur in *l.3. hujus tituli, & l. 3. tituli superioris:* unde ex diverso dicendum videtur alteri præsenti non inutiliter nos stipulari: & verum est ex ea stipulatione alteri esse utilem actionem, *l. si procuratori, ff. de verb. oblig. l. si dictum, §. si præsente, ff. de evict. & arg. l. donationes, §. 1. ff. de donat. l.41. ff. de mort. caus. donat.* quia ipse præsumitur stipulatus, licet stipulatus non sit, quæ præsumptio de absente sumi non potest, quia convenire naturæ præsumptionem juris oportet. Præsumptione sola contra veritatem etiam sustinetur stipulatio in specie *l. 1. & l. pen. sup. tit. prox.* Lex quarta hujus tituli est de pactione, & stipulatione mutuæ successionis, sive ἀλληλοκληρονομίας, quia constringitur libertas testamentorum, quæ est etiam inutilis.

XXXVIII. Enarratio.

PEndent, ut *l.3.*] quæ scripta est ad Isidor. ut emendat Coj. in recit. & ita legitur in veteri Menagii.

Qua pupillus sine tut. auct.] Et recte pupillus: nec enim puberi masculo curatoris auctoritate opus est, *l. 101. ff. de verbor. obligat.* Cujac. ad *§. pupillus 9. Inst. eod.* Idem tamen statuunt interpretes in adulto, qui curatorem habet: vide eundem ad *l.101.*

Quam in distrahendo] Matrimonia non debent contrahi, aut contracta metu retineri. Cujac.

Quæ conv. & stipul. inutilis est] utilis est, si sit intra modum pœnæ legitimæ. Cujac.

Quem in potestate habemus] ipse sibi filius stipulari videtur, *l. quod dicitur 30. ff. de verb. oblig.* & pater sibi.

Videtur alteri præsenti] Et ita ipse *§. alteri, Instit. de inut. stipulat.* interpretatur, in quo dicitur, alteri stipulari neminem posse: ut inquam absenti nemo stipuletur recte.

Quæ est etiam inutilis] Legem quartam de mortua successione acceperunt auctores Basilicōn libro 43. tit.6. cap.4. ex quo Harmenopulus libro primo tit. 9. §. 29. Inter commilitones tamen cum in procinctu sunt ejusmodi stipulationes valent, tit.19. *sup. de pact.* Harmenopulus *d. tit.9. 30. & tit.16. 6.*

TIT. XXXIX. *De duobus reis stipulandi, & promittendi.*

V. tit. 17. l.3. Inst. & tit.2. lib.45. ff.

DUo vel plures rei stipulandi sunt, qui ab unn, vel à pluribus eandem rem, vel pecuniam ex uno eodemque contractu suo nomine singuli in solidum, & in partem virilem stipulati sunt: vel, apud quos commune stipulati jus est, ut *l. si rem, §. ult. ff. de novat.* Duo vel plures rei promittendi, qui eandem rem, vel pecuniam ex eadem causa singuli in solidum, & in partem virilem suo nomine uni, vel pluribus stipulantibus promiserunt. In solidum & in partem virilem, ut *l.inter eos, ff. de fidejuss.* quod olim necesse non erat exprimi, sed agi satis erat, & creditorum singulorum personas in solidum intueri, *l.his verbis, ff. de duob. reis, l. cum appareat, ff. loc.* Hodie exprimi necesse est ex Nov. XCIX. ex qua electio, quæ datur creditori *l. 1. & 2. hoc tit. & l.3. §. 1. ff. eod. l.si divisa, sup. de loc.* tollitur, si id non fuerit expressum: vel etiam eo expresso, si omnes solvendo, & præsentes fuerint, ad exemplum epistolæ D. Adriani. Et notandum numerationem uni factam omnibus factam videri, *l. 3. hoc titulo, l.5. sup. si cer. pet.* sicut ex *l. ult.* agnitio debiti ab uno facta ab omnibus facta videtur, & conventio, sive interpellatio unius, interpellatio omnium.

XXXIX. Enarratio.

LEx 1.] Lex quæ incipit ab his verbis, *Si duo*, non est in antiq. Menagii, & Brodæi, & omnino delenda est.

Ad exemplum epistolæ D. Adr.] Adrianus beneficium divisionis dederat confidejussoribus, & mandato-

datoribus ; Justinianus conreis constitutæ pecuniæ. Dat, & idem conreis principalibus. Cujacius ad Novell. 99. Sed hoc jure utimur, ut duo rei beneficio divisionis renuntient.

Ab omnibus facta videtur] Quia una, & eadem res est: Basilica: *ὡς ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ὄντος.*

TIT. XL. *De fidejussoribus, & mandatoribus.*

V. tit. 21. lib. 3. Instit. & tit. 1. lib. 46. ff.

SUperiores tituli fuerunt de his, qui quid suo nomine principaliter promittunt. Hic titulus est de his, qui pro altero stipulante, vel stipulantibus quid adpromittunt, salva manente obligatione rei principalis: hi sunt fidejussores, quibus adfines mandatores sunt: nam & qui promisit fidejubere, satis promisso facit mandando credi pecuniam, vel quid aliud dari fierive, *l. ult. §. ult. ff. mand.* & ut eleganter ait *l. si hereditatem, eodem titulo*, quicunque contractus tales sunt, ut quicunque eorum nomine fidejussor obligari possit, & mandati obligatus consistit: nec multum refert præsens, quis interrogatus fidejubeat, an absens mandet. Sed ex eo loco etiam intelligimus hanc esse differentiam inter fidejussorem, & mandatorem, quod non præsens tantum, ut *l. 22. §. si curator, eodem titulo*, sed etiam absens mandet, quia mandatum solo consensu contrahitur: fidejubeat autem præsens duntaxat, quia hoc fit per stipulationem interrogato fidejussore, ut ... *d. leg. si hereditatem, & leg. 3. §. ult. ff. de adm. rer. ad civit. pert. leg. 12. hoc titulo*, quæ ex re etiam olim dicebatur præs, quo nomine respondens interroganti fidejussor significabat se præsentem, atque adeo auctorem credendi esse. Non quicunque præsens fuit in contrahenda obligatione, pro fidejussore habetur, ut *l. 6. hoc titulo, l. 15. sup. de adm. tut.* Sed qui præsens interrogatus est an præs, esset, atque respondit præs, quo verbo fidem suam satis astringit. Porro quam adfinis sit fidejussor mandatori, ex eo etiam apparet, quod plerumque mandator est is, pro quo fidejussor intercedit, & inter eum, & fidejussorem mandati obligatio constituitur, ut *l. 14. hoc titulo*. Et commune in toto hoc titulo jus fidejussoris, & mandatoris.

XL. ENARRATIO.

SEd etiam absens mandet] Per epistolam: Achilles Tatius de Clitophont. & Leucipp. amor. lib. 5. *τὰς δὲ δισχιλίας ἃς ὁ Σωσθένης ὑπὲρ ἐμοῦ κατεβάλλετο, πίστευσον μοι, καὶ ἐγγύησαι πρὸς τὴν Μελίττην ὅτι πέμψομαι: Duo millia dracmarum, quæ pro me Sosthenes exolvit, sponde, & pro me apud Mel. fidem tuam obliga.*

Fidejussor significabat se præsentem] Festus Pompejus: *Præs est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu si præs sit, ille respondit, præs.* Si præs sit, hoc est, si præsto est. Sic exponit Josephus Scaliger in Varronem, & Festum, & Ausonianarum lectionum libro 51. cap. 21. Vide tamen Salmasium de modo usurar. cap. 16.

TIT. XLI. *De novationibus, & delegationibus.*

V. tit. 2. eod. lib. ff.

HIc titulus est de stipulationibus interpositis novandæ, et tollendæ prioris obligationis causa: fidejussio stipulatio est, quæ accedit priori obligationi, non etiam perimit eam. Novatio, et delegatio perimit priorem obligationem: quam differentiam quibus eæ obligationes distinguuntur etiam propriæ appellationes demonstrant, cum fidejussio dicitur fieri per adstipulationem, et adpromissionem, novatio et delegatio per exstipulationem, et expromissionem. Illo enim sermone obligationis additamentum significatur, in hoc exortus novæ. Novatio igitur, & delegatio per stipulationem fit, & voluntaria est, quia nemo promittit invitus. Alia est novatio, & delegatio, quæ fit per litis contestationem, judicio accepto, de qua proprie hic titulus non est: hæc necessaria est, quia judicium datur in invitum; ut si is, cui nomen L. Titii vendidi, mandatu meo litem contestetur cum L. Titio, vel si creditor litem contestetur cum debitore suo, cumque condemnet, *l. 1. hoc titulo, l. 11. & 29. ff. eod. l. 2. sup. de obl. & act.* Novatio voluntaria, est stipulationis veteris, vel alterius obligationis veteris, in novam stipulationem translatio, atque confusio: quo genere, ut dixi, vetus obligatio ipso jure perimitur, *l. si unus, §. pactus, ff. de pac. l. 2. & 3. in fi. hoc titulo*. Delegatio autem est mandatum in stipulatinnem novandæ, & transferendæ prioris obligationis, quod fit exempli gratia, creditore jubente debitorem suum, id quod sibi debet, creditori suo promittere, vel alii cui donatum velit, unde inter deleg. & delegatorem nascitur actio mandati, *l. 12. ff. eod.* Perficitur autem delegatio secuta novatione, hoc est, novandi causa delegato promittente ei, cui delegatus est, sive debitor delegatus sit, sive non debitor: nam, & non debitor delegatus ex stipulatu conveniri & exigi potest, *l. 5.* et quod ait *l. 11. ff. eod.* delegationem per stipulationem fieri, hoc est perfici atque compleri: nam origo, & causa delegationis est mandatum, executio & exitus stipulatio novandi causa interposita: & hæc est delegatio debitoris, de qua hic titulus. Alia est delegatio, sive mandatum, & cessio actionis, ut cum aliquem procuratorem facio in rem suam, vel meam, ut agat cum alio nomine, *l. 11. in fin. inf. de donat.* Alia est mandatum, non ut agat, quis sed ut alii promittat, delegatio debitoris: et inter hanc, et illam delegationem, id est, inter hæc duo mandatorum genera multum interest: nam, ut supra attigi, delegatio actionis fit invito debitore, debitoris non item, *l. 1. & 6.* Delegatione actionis tollitur obligatio, vel actio, quæ deleganti competit. Delegatione debitoris tollitur *leg. 3.* Delegatio debitoris novatione legitime perfecta non potest revocari à mandatore, etiamsi is cui delegatus est debitor, eum nondum exegerit, aut nolit exigere. Delegatio, sive cessio actionis potest revocari re integra, id est, si is, cui delegata est actio, litem contestatus non sit, vel si nihil exegerit, vel si non denuntiaverit debitori, ut solveret, *d. l. 3.* Item is, cui quis specialiter delegaverit actionem in rem suam, non in rem delegati, invito mandatore non potest novare, vel alio modo solvere obligationem, *l. 4.* Is cui delegatus est debitor, et promisit, contra. Est et aliud genus delegationis, si non mando, ut quis agat in judicio, vel ut stipulanti promittat; sed ut solvat alii, quod mihi debet: qui multum distat ab eo, qui delagatus est, ut promittat: nam hic si prnmittat, novatur obligatio, ille vero si promittat, non novatur, *l. 22. ff. eod.* Ad hæc sciendum est novationem voluntariam quatuor modis fieri, et primo quidem sine delegatione, cæteris præcedente delegatione. Primo igitur mutata causa, vel statu prioris obligationis non mutata persona debitoris, vel creditoris, ut si de te stipuler novandi causa, quod mihi debes ex crediti, vel ex legati causa, vel si quod mihi debes ex stipulatu, idem rursus de te stipuler, quod quemadmodum rite fiat *l. ult.* exponit, et latius Obs. 14. cap. 36. Secundo autem modo novatio fit mutata persona creditoris, ut si quod tibi debeo alii creditori tuo promittam: quod fit, si tu me delegaveris, ut id alii promitterem. Tertio modo fit mutata persona debitoris, ut si quod tibi debeo stipuleris ab alio non debitore meo ultro suscipiente nomen meum: quod etiam fit, si ego alinm non debitnrem meum tibi delegavero, qui tibi promitteret, quod debeo. Et ultimo fit mu-

tata

tata persona utriusque ; quod etiam fit remedio delegationis , si debitorem meum tibi creditori meo delegavero , qui tibi promitteret , quod debeo : nam & tu mutas debitorem , & ille mutat creditorem.

XLI. Enarratio.

PEr adstipulationem , & adprom.] Per adstipulationem creditoris , & adpromissionem fidejussoris. Adpromissor est fidejussor , *l. in omnibus 43. ff. de solution. l. si vero 64. ff. sol. matrim.* ubi recte Græci ἐγγυητὴν vertunt. Adpromissores dicti quasi proximi à promissoribus , & ob id Græci ἐγγυας vocant , ut ait Cujacius, ad *l. 5. ff. de verb. obligat.* ἀπὸ τῦ ἐγγὺς , quod est prope , proxime.

Per exstipulationem] exstipulari dicor , si quod mihi debes ex stipulatu , idem ab alio stipuler : expromittere autem dicitur , qui in vicem ejus , qui ex stipulatu debebat , se substituit debitorem.

Eumque condemnet] Sic loquuntur auctores juris, & alii. Quintilianus declamat. 313. *Qui accusaverit, nec damnaverit :* per judicem scilicet , Cicero pro Roscio Comœdo.

Creditore jubente debitorem suum id , quod sibi d.] Græci ad *legem quartam §. 2. ff. de pact.* Delegare , est dare debitorem aliquem , qui vice sua creditori obligetur , aut cui creditor jusserit. Seneca de Benefic. 4. c. 11. *Debitores nobis Deos delegat , precaturque illi pro se gratiam referant.*

Eum nondum exegerit] pro , nondum ab eo exegerit. A. Gellius lib. 15. c. 14. *Exegit me pecuniam.* Spartianus in Adriano : *Mesopotamenses non exegit tributum.* Sic legitur in Cod. Palatino , Salmasio teste.

Sed ut solvat alii] Seneca de Beneficiis lib. 6. cap. 5. *Quamvis non intervenerint nummi , sed delegatione , & verbis solutio fit.*

Lex ultima exponit] Cujacius d. c. 36. in *d. l. ult.* legit , *mutaverit , & cautionem juniorem.* Denique *ἀσφαλείας* : & ita legitur in vetusto Brodæi Codice. In libro Menagii , Latinis litteris , ut in Codice Brodæi , exaratum , *anovatentos.*

TIT. XLII. *De solutionibus , & liberationibus.*

Vide tit. 3. eodem libro.

NOvationi , & delegationi , quæ per stipulationem tollit priorem obligationem , ut dictum est tit. superiore , inde rapta occasione , adjungit alias rationes , sive modos , quibus & citra stipulationem tollitur obligatio , mox rediturus ad stipulationes. Et summa quidem ratio tollendæ obligationis est solutio .i. præstatio ejus , quod debetur, vel alterius rei æstimatæ volenti creditori facta , vel ei , qui exigendi potestatem habet à debitore, vel ab alio, nomine debitoris. Ex solutione liberatio sequitur , ut ex contractu obligatio. Solutio est causa , liberatio effectus. Solutio facti , liberatio juris : solutio species tollendæ obligationis , liberatio genus: Nam & aliis, quam solutione modis plerisque liberatio contingit , ipso jure , vel per exceptionem, veluti novatione , pacto , transactione , donatione, compensatione , capitis deminutione debitoris , acceptilatione, obsignatione pecuniæ, confusione, venditione pignoris , apocha, interitu rei sine culpa debitoris , quos ego modos veluti in quendam acervum contraxi , quia nimis magna esset mora in singulis , si acervum diruere vellem. Et quod dicitur in *l. solutionis , ff. eod.* conjuncta *l. liberationis , ff. de verb. sign.* idem utroque nomine significari , non pertinet ad hunc titulum ; sed ad titulum de re judicata , quo à judicato exigitur, ut solvat , *l. 4. §. solvisse, ff. eod.* ubi solvendi verbum eandem vim habet , quam liberandi.

XLII. Enarratio.

PRæstatio ejus , quod debetur] *Inst. quib. mod. toll. oblig. in princ.*

Æstimatæ] *l. 17. & l. pen. hoc tit.*

Qui exigendi potestatem] *l. 3. hoc tit.*

Vel ab alio] *l. 5. hoc tit.*

Veluti novatione] Dictum & tit. super.

Pacto] per exceptionem , *§. præterea , Institut. de exception.*

Transactione] *l. 6. & 21. hoc tit.*

Donatione] *d. l. 6.*

Compensatione] *l. 7. hoc tit. & l. 4. supra de compensat.*

Capitis deminut. deb.] Debitor maxima & media capitis deminutione liberatur, *l. 2. ff. de cap. minut.*

Acceptilatione] *d. l. 6. & l. 13. hoc tit.* in qua verbum *hominem* , non agnoscunt libri veteres Antonii Loiselli , & Menagii.

Obsignatione pecuniæ] *l. 9. hoc tit.*

Confusione] quæ per aditionem hereditatis contingit : vide Cujacium ad *legem 33. ff. de solut. matrim. tract. 7.* ad Africanum.

Venditione pignoris] *l. si creditor 26. ff. eod.* quia pro solutione cedit.

Apocha] pecuniæ solutæ professione , *l. 14.* quæ ἀποχὴ Græci ibidem, vel ἀμεριμνία, ut Bas. lib. 58. t. 8. Johannes Climacus in Scala Paradisi : *καὶ ἐτήλων ἀμεριμνίαν τῦ χάρτου μοι γράψαντας.*

TIT. XLIII. *De acceptilationibus.*

V. tit. 4. eod. lib.

REdit ad stipulationes: nam acceptilatione ea tantum obligatio tollitur , quæ ex stipulatione nascitur. Aliæ obligationes , quæ re , vel consensu , vel literis contrahuntur , non possunt tolli acceptilatione , nisi prius novatione facta , transferantur in stipulationem Aquilianam , cujus formulam condidit Gallus Aquilius, *l. 2. & 3. h. t. l. 13. sup. tit. prox. l. 4. 15. 32. 40. sup. de trans.* quia acceptilatio verbis fit , & verbis tolli id tantum potest , quod verbis contractum est.

XLIII. Enarratio.

OBligatio tollitur] Si acceptilatio facta sit ab eo , qui facere potuit : nam si facta sit à pupillo sine tutoris auctoritate , nihil actum est , & ideo si debitor per errorem pecuniam pupillo solverit , quasi indebitam non condicet , nec enim sublata est obligatio. Sin autem acceptilatio tutore auctore facta fuerit , solutum perperam condici poterit : quod enim debitor per acceptilationem liberatus solvit , indebite solvit.

Sic legem primam interpretantur auctores Basilicôn lib. 26. t. 6. capite penultimo.

TIT. XLIV. *De evictionibus.*

V. tit. 2. lib. 21. ff.

HIc titulus est de stipulatione , qua plerunque venditor emptori cavet pro evictione , id est , in casum, quo genere vindicationis in judicio emptorem , quam accepit ex causa emptionis , vel æstimationem ejus amittat. & eam ei rem habere non liceat, his fere verbis stipulante emptore , ut formulam componam : Eum hominem , quem de te emi , & accepi, mihi per te , heredemque tuum , & per omnes habere recte licere , & si is homo , qua de agitur parsve ejus à me petita erit , vel si eum hominem , partemve ejus ego ab alio petiero , tum de ea re agenda adesse cum tibi heredive tuo denuntiavero , & eam rem recte defendere , & si is homo parsve ejus mihi per judicem

evi-

evicta erit; vel si enim hominem ego à possessore per judicem evincere non potuerim, tum duplam mihi recte præstari, hæc spondesne? Plerunque evictionis nomine stipulatur emptor duplam, non quanti res est in veritate; sed quanti emit, ut Accursius docet recte in *l. 2. ff. eod.* & nonnuoquam plus, aut minus, si ita pacti sint, *l. si dictum*, *l. si plus*, *ff. eod.* nec enim huic rei modum, finemve ullum ulla lex imposuit. Porro ex formula stipulationis apparet, eam committi, id est obligationem evictionis contrahi, non tantum si alio agente in rem adversus empturem, judex emptorem condemnet atque compellat rem restituere actori, vel æstimationem, sed & si agente emptore in rem adversus possessorem, judex possessorem absolvat, *l. 9. hoc tit. l. evicta*, *§. 1. ff. eod. l. qui absentem*, *ff. de procur.* Evictionis enim nomine significatur judicio in rem efficax, & plena victoria ejus, qui agit adversus emptorem, vel cum quo agit emptor. Efficax, inquam, & plena, id est, quæ ad emolumentum perducatur, re abducta, vel ablata, vel possessione retenta. Plus enim est evincere, quam vincere: nec quod vicerit adversarius, emptor regressum habet ad venditorem, nisi etiam pervicerit, hoc est evicerit, *l. habere*, *ff. eod.* Omissa autem stipulatione evictionis, bonæ fidei, vel etiam malæ fidei, si ita pactus sit, emptori adversus venditorem superest actio ex empto, *l. 6.* quæ modo dicitur competere in simplam, & id quod interest, id est ad pretium recipiendum, & utilitatem omnem, *l. 60. & 70. ff. eod. l. Titius*, *§. ult. ff. de act. emp.* modo in id, quod interest, ut *l. 9. 17. 21. 25. 29. hoc t.* quod tamen ita debet intelligi, ut in eo, quod ioterest insit pretium rei, quod emptor venditori adnumeravit, modo in id, quod interest, non in pretium, quod adnumeravit, ut *l. 23. hoc tit.* quod etiam ita intelligi debet, ut non in pretium tantum, sed in id omne, quod interest, quod plerunq; pretium egreditur, *l. 1. in pr. ff. de act. emp.* Modo deficiente stipulatiooe duplæ, quod valde videtur pugnare cum superioribus legibus, dicitur ex empto agi in duplum, *ut l. 2. ff. eod.* & apud Paulum 2. *Sent.* tanto damnari venditorem, quanto si stipulatione pro evictione cavisset: quo pertinet etiam *l. quod si nolis*, *§. quia adsidua*, *ff. de ædil. ed.* quia etsi non de stipulatione loquatur, quæ de evictione interponitur; sed de ea, quæ interponitur de sanitate, & noxa hominis venditi, & cæteris, quæ ædilitio edicto continentur, qua ex causa etiam promitti constat ex *l. 11. §. ult. & l. quia dicitur*, *ff. eod.* & ex Theophilo, in tit. *de divis. stip.* tamen ratio ejus *§. quia adsidua* etiam ad stipulationem de evictione accommodari potest, ut scilicet, quia frequens est pro evictione duplæ stipulatio, idcirco ex empto agi possit in duplam, deficiente stipulatione duplæ, ut ea, quæ sunt moris, & consuetudinis veniant in bonæ fidei judicium, in quo etiam proditum est tantumdem valere officium judicis quantum stipulationem, *l. quia tantumdem*, *ff. de neg. gest.* Sed omnes ii loci quibus dicitur si duplam venditor non caverit, re evicta ex empto duplo tenus agi posse, sic accipiendi sunt, si cum dictum, vel actum esset, ut dupla promitteretur emptori, dupla ei promissa non fuerit, vel si per errorem omissa fuerit stipulatio duplæ, ut *l. emptori*, *§. ult. l. si dictum*, *ff. eod.* & hoc est, quod ait *l. 2. eodem*, si dupla non promitteretur, puta stipulatione omissa per errorem, vel eo tantum pacto, ut de dupla venditor teneretur, & eo nomine agetur, actione scilicet ex empto, quod res evicta sit, vel quod dupla promissa non sit, dupli condemnandum esse venditorem, scilicet ut re evicta, præstet duplam, vel nondum re evicta, ut promittat duplam. Sed si de dupla non sit actum, nec per errorem, sed consulto consilio omissa stipulatio duplæ, certum est de evictione esse ex empto actionem in simplam, & in id, quod interest, *d. l. 60.* quod interdum minoris est, quam dupla, & si quando pluris est, non tamen in condemnatione excedit duplam, ma-

A ximae si venditor dolo careat, *l. cum forte*, *& l. seq. ff. de act. emp.* Non est omittendum de evictione stipulationem plurimum, ut dixi, interponi in duplam, sed & aliquando in simplam, ut *l. hoc jure*, *ff. de evict.* In duplam, si homo vel prædium, vel quæ alia res pretiosa veneat, *l. emptori §. 1. ff. eod.* In simplam si ita pacti sint, vel si veneaot frivola, unde venditionis aliæ dupliariæ, aliæ simplariæ dictæ sunt. Et aliquando id, quod interest, ut *l. 22. hoc tit. l. 102. ff. de verb. obl.* sicut de sanitate, & ooxa stipulatio, quam ante dixi concipi in duplam, nonnunquam concipitur in id, quod interest, *l. 16. §. si servus*, *ff. eod.* Ex his igitur apparet de evictione emptori præcipue duas actiones esse: Unam ex empto, non interposita stipulatione, nisi nominatim actum sit ne venditor evictionem præ-

B staret, *l. 21. hoc tit.* quo tamen casu sciens rem alienam esse nihilominus ex empto tenetur in id quod interest, ignorans vero in hoc tantum, ut pretium reddar, *l. ex empto*, *§. ult. ff. de act. emp.* Alteram ex stipulatione duplæ, quæ usitatior est. Hæc vero est auctoritas venditionis, ut re jure judicioque evicta emptori, emptor per hanc, vel illam actionem regressum habet ad auctorem suum, id est, venditorem, & emptori venditor auctoritatis nomine teneatur. Alioquin sine ista auctoritate nulla emptio veoditio est. M. Tull. 13. Epist. *Si ea prædia dividentur, quæ ipse Cæsar vendidit, quæ tandem in ejus venditionibus esse poterit auctoritas?* qua tamen in re recte monet *l. 6. ff. eod.* puta si quæratur, an pro evictione caveri oporteat, vel in quantum, aut quomodo, consuetudinem ejus regio-

C nis, & civitatis, seu populi in quo emptio venditionis contrahitur, spectandam esse. Ergo & legem ejus, ut in populo Judaico ex lege Mosis venditis prædiis urbanis pro evictione venditor emptori obligatur, non etiam venditis prædiis rusticis, quia & ipse venditor quandoque prædia rustica redimere, & evincere potest in pretii rationem imputatis fructibus ab emptore medio tempore perceptis: & anno quoque Jobel, vel ut Græci dicunt anno *ἀφέσεως*, ea prædia jure suo recipi, & evictionis, vel auctoritatis nomioe eum non teneri illa verba 70. demonstrant Levit. 25. *ἡ γῆ οὐ πραθήσεται εἰς βεβαίωσιν*: Nam *βεβαιώσεως* nomine significatur auctoritas, & evictionis causa, & *βεβήλωσιν*, quod alii habent, non potest sustineri. Ex consuetudine igitur, sive lege regionis, in qua negotium

D contrahitur, vel ex conventione contrahentium venditor non omnium rerum quas vendidit auctoritatem, sive evictionem præstat, ideoque non omnium est auctor, non omnis venditor auctor: Nam et mancipio datarum, olim non erat auctor; sed mancipio non datarum tantum, ut Varro scribit 11. de rust. c. de pastoribus, quia soli nomini ex jure Quiritum mancipio dare poterant, tradere, etiam non domini. Verum, qui quid mancipabant, præstabant satis secundum mancipium, de qua satisdatione M. Tullius initio V. ad Atticum: nisi lege venditionis dictum esset, ne satisdarent, ut Varro V. de ling. lat. scribi cœptum ait in lege mancipiorum, vadem ne posceret nec dabitur. At qui traditione, vel mancipatione, & traditione, ut apud Paulum 2. *tit.* 17. (nam eæ duæ species nonnun-

E quam conjunguntur ut *l. 7. Cod. Theod. de donat.*) non mancipatione sola rem venditam transferunt in emptorem: hodie non satisdat de evictione, nisi aliud nominatim actum sit; sed repromittunt tantum duplam, vel simplam pretii, non veri, sed ejus, quod acceperunt. Nec enim de evictione ulla actio est nisi pretio, aut pretii parte soluta, et merce per traditionem translata in emptorem, ac postea jure judicioque evicta.

XLIV. Enar.

XLIV. Enarratio.

Sed quanti emit] Azo etiam in Summa nu.13. scribit, duplum referendum esse ad pretium conventum, non ad rei bonitatem, quæ pluris est, quam pretium, ex *l. cum fundus* 48. *& l. si fundo* 53. *ff. eodem*.

Vel æstimationem] *l. evicta re* 16. *ff. eod.*

In judicio] *l. non tamen* 24. *ff. eod.*

Re abducta] ut *leg. habere* 37. *§.1. & l. emptori* 67. *eodem*.

Vel ablata] *d. l. habere, & l. vindicantem* 17. *eodem.*

Vel possessione retenta] *d. l. evicta §.* 1.

Evincere] Sulpitius Severus sacræ historiæ lib. 1. *A Rege Mesopotamiæ evicti, & subacti*. Vide Cujac. ad *legem* 24. *ff. eod.* tract.6. ad Afric.

Si ita pactus sit] *l. si fundum* 27. *hoc tit.*

Ut non in pretium tantum] & ita Glossa, & Fulgosius.

Apud Paul. 2.] *Sent. tit.* 17.

Vel si veneant frivola] Glossæ Græc. Lat. *ευευδεια ὑοτῶν σκευ*, *frivola*, res minuscularіæ: adde Senecam, & Juvenalem. Aldhelmus de laudibus virginitatis cap. 28. *Quid mirum, si Apostolorum oracula, & jurisperitorum scita profanas frivolarum nænias abominantur?*

Ad auctorem suum] Glossæ: *πρατης, venditor, auctor.*

M. Tullius 13. Epist.] Epistola 8.

Quia & ipse venditor] aut donator. Vide Petrum Cunæum libro primo de Republica Hebræor. cap.11.

Ea prædia jure suo recipit] *Diuturna possessio pro pretio reputatur*, Procopius Gazæus in Leviticum. Sanctus Hilarius in psal. 11. *In Jubilei quoque anni, id est, quinquagesimi lege, per quam & laxatis pactionibus debitorum, & agris omnibus ad dominorum, si qui forte venissent, jura redeuntibus, nova & cælestis rerum omnium, & remissio, & reformatio prænuntiatur.*

Nam *βεβαιώσεως* nomine] Glossæ: *auctoritas, βεβαίωσις.*

Et *βεβαίωσις*, quod alii hab.] Septuaginta interpretes *βεβαίωσιν* habent.

Ut Varro scr. 11. de re rust.] capite 10.

Ad Atticum] Epistola prima. Aliter accipit Simeo Bosius ibidem, & Claudius Salmasius de modo usurarum capite 16. Vide Heraldi animadvers. in Salmasii Observationes ad jus Atticum libro 4. capite 11.

Nisi precio] venditor evictionis nomine tenetur, si emptor pretium solverit, aut eo nomine satisfecerit, *l. ex empto* 11. *ff. de action. emp.* veluti expromissore, aut pignore dato. Quintilianus declam. 336. *Quo jure vindicare potest eam rem, cujus pretium non dedisti?*

Aut pretii parte] *l. Julianus* 13. *§. unde quæritur, ff. de action. emp.*

Et merce per tradit. transl.] Si res tradita non sit, emptori ex empto actio est adversus venditorem, ut rem tradat, *l.* 5. *hoc titulo*. Sed res emptori evicta non dicitur, quia ante traditionem, rei emptæ dominus non est, *§.* 3. *in fine, Instit. de empt. & vend.* & res non tradita, ablata ei, vel abducta dici non potest, sed magis venditori.

Jure judicioque] Si non judicio, vel si judicio, & non jure, emptori non est regressus ad venditorem, Cujacius ad *l.1. & 8. hoc tit.*

TIT. XLV. *Creditorem evictionem pignoris non debere.*

Multæ quæstiones superiore titulo definitæ sunt; an venditor hereditatis, an donator, an apparitor judicis teneatur de evictione, & quibus casibus

A venditor rerum non teneatur, & quid veniat in actionem ex empto pro evictione, & aliæ quædam, præter quas hæc adhuc supererat, an creditor qui pignus vendidit, teneatur de evictione, cui hic tit. proprie dicatus est. In ea ita distingui solet: aut vendidit jure communi, aut jure creditoris. Si jure communi .i. si cavit de evictione, ut solent venditores, proculdubio tenetur de evictione, quam si prestiterit, debitor tanquam non liberatus, quod patefecit evictio, creditori tenetur actione creditæ pecuniæ, vel contraria pigneraticia, propterea quod apparuit eum rem alienam pignori obligasse, per quam si duplam cavit, & præstitit, consequetur duplam; si modo aliter tanti quanti vendidit pignus vendere non potuit, quam promissa dupla: vel debiti quantitatem tantum, si
B etiam non promissa dupla alii tanto pignus vendere potuit, quia culpæ suæ & imprudentiæ adscribere debet, quod duplam promisit, & præter debiti quantitatem, si debitum usurarium fuit, usuras medii temporis, licet pretio fruitus videatur medio tempore, .i. à die venditionis rei pigneratæ in diem evictionis; quia effectu & re ipsa non potest intelligi pretio fruitus esse qui altero tanto amplius emptori præstitit evictionis nomine. Quod si cavit & præstitit simplam, per eandem actionem consequetur tantum debiti quantitatem non interusurium; quia hoc casu verissimum est eum medio tempore pretio fruitum esse, *l. si pignore, §. ult. & l. seq. ff. de pig. act.* & hæc si jure communi vendidit. Si jure creditoris & pignoris lege, id est, non promissa evictione, non tenetur de evictione,
C nec ad pretium restituendum (nisi dolo malo sciens rem esse alienam, vel sibi non obligatam eam vendidit, *l.* 2. *hoc titul. l. ex empto, §. sententiam, ff. de act. emp.* quo casu nec regressus ei est ad contrariam pigneratitiam, *l. tutor, §. pen. ff. de pig. act.*) sed debitor ipse eo nomine re evicta emptori tenetur utili actione ex empto, quasi ipse vendidisse videatur qui venditionem permisit creditori, ne alioquin cum damno emptoris sibi liberationem adquirat. Re autem non evicta, domino rei ratam facienti venditionem tenetur pretii nomine, quo liberatus est, utili neg. gestorum, *d. l. rescriptum, §.* 1. Quantum ergo attinet ad creditorem, debitor liberatus est, & fidejussor ejus sive mandator, *d. l. rescriptum, l. si mandato Titii, §. creditor, ff. mand.* quia creditor ex pretio pi-
D gnoris debitum consecutus est, nec emptori ex empto tenetur de evictione; sed in hoc tantum, in quo nihil dispendii facit, ut ei cedat contrariam pigneratitiam adversus debitorem, *l. in creditore, ff. eod.* si quidem eam sibi malit emptor cedi, eaque directo agere potius, quam utili ex empto: & ideo cedere eam cogitur creditor, quia ut dixi, sine ullo suo dispendio hoc est facturus, qui jam suum consecutus est; & nihilominus tamen intelligitur habere eam actionem, .i. contrariam pigneratitiam, ut eam postulanti cedat emptori, non ut ea ipse agat; quia debito percepto nihil ejus aliud interest, nisi ut eam habeat quam postulanti cedere possit, *l. cum is, ff. de fidejuss. l. heredem, ff. mand.* Ad hæc, notandum est adeo verum esse, quod dicitur, eum qui auctor laudari, & de evictione conveniri potest, si emptori faciat
E controversiam, repelli exceptione doli mali, *l.* 11.13. 14. *sup. tit. prox.* cui locus est etiam in specie *l.* 25. *& l. ult.* ut patet ex *l. Seja, ff. eod. & l.* 3. *sup. de reb. al. non al.* ut & venditor repellatur, qui de evictione non tenetur: ut puta creditor, qui vendidit pignus jure pignoris, licet non teneatur de evictione; tamen ex alia causa facere controversiam emptori, & rem evincere non potest, ne mutet factum suum: ideoque si creditor, qui pignus vendidit lege pignoris, postea successerit in jus & nomen alterius creditoris, cui eadem res obligata est, non potest facere controversiam emptori ex persona defuncti creditoris, non tantum si ipse qui pignus vendidit, in eo pignore fuit antiquior

& potior ; ſed etiam ſi fuit inferior , & infirmior , defunctus potior privilegio temporis , quia etſi inferior fuerit is , qui pignus vendidit , tamen ſe potiorem eſſe præſtare debet , *l.* 1. *hoc tit. l. & ſi is , ff. de diſtr. pign.*

XLV. Enarratio.

AN venditor hereditatis] *l.* 1.

An donator] *l.* 2.

An apparitor] *l. ſi pignora* 50. *ff. eod.*

Venditor rerum non teneatur] *l.* 8. & ibi Cujac. & ad *legem* 5.

Vel contraria pigneratitia] *l. cum debitore* 32. *ff. de pignerat. act.*

Liberationem adquirat] *l. reſcriptum*, §. 1. *ff. de diſtract. pignor.*

Repelli exceptione doli m.] Et hoc eſt , quod vulgo dicitur , quem de evictione tenet actio , eundem agentem repellit exceptio .

TIT. XLVI. *De patria poteſtate .*

V. lib. 1. *Inſt. tit.* 9.

SUperioribus libris , & titulis hoc ſemper egit conditor Codicis jam inde à parte fere media libri tertii , ut varias actiones proponeret in rem , & in perſonam , quæ de proprietate , vel de poſſeſſione , vel de jure pignoris . vel de ſtatu hominum in judicio civiliter inſtituuntur , & varias exceptiones , quæ his actionibus ſubjici ſolent , quæ & ipſæ, quaſi quædam actiones ſunt , ac deinde generalem actionem ex ſtipulatu, quæ etiam omnibus actionibus ſubjicitur . Nullum enim fere negotium geritur cui non contrahentes ſubjiciant ſtipulationem , quam ob eam rem appello *παραδέκτην* . Et his quidem omnibus peractis atque præſtitis , quia ſup. lib. 7. tractans de ſtatu perſonarum , de eo tantum præjudicio , eave tantum præjudiciali actione egit , qua quæritur , an aliquis liber , an libertus ſit ; illud vero præjudicium omiſit , quo quæritur an aliquis filiuſ. ſit , iden nunc de eo ut tractet dat hunc titulum , & ſtatim *l.* 1. agit de præjudicio , quo quis in ſua poteſtate filium eſſe adſerit , ut *l.* 1. *§. per hanc , ff. de rei vind.* ait liberos , qui ſunt in noſtra poteſtate , à nobis peti præjudiciis , quæ in rem quidem non ſunt actiones , ſed eſſe videntur , *§. præjudiciales , Inſtit. de act.* 1. veluti proprietatis cauſam continent , nempe cum ago ſervum meum , aut libertum meum , aut filium meum eſſe , ſicut interdictum de liberis exhibendis , quo etiam petuntur liberi , qui ſunt in poteſtate noſtra, dicitur quaſi proprietatis cauſam continere , *l.* 2. *§. quædam , ff. de interd.* Eſt enim patria poteſtas quaſi proprietas , quam patres jure civili habent in liberos ſuos juſte procreatos . Eſt etiam *l. pen. hujus tit.* de præjudicio , de partu agnoſcendo , de qua ſatis ſcripſi in extremo 19. Obſ.

XLVI. Enarratio.

QUæ & ipſæ quaſi quædam actiones ſ.] In exceptionibus enim reus partibus actoris fungitur , ipſeque exceptionem velut intentionem probat , *l. in exceptionibus* 19. *ff. de probat.*

Apello *παραδέκτην*] In Parat. *ff. de verb. oblig. & ad leg.* 16. *eod. tit.*

Juſte procreatos] Ulp. *tit.* 5. *in princip.* vide ad caput 9. Inſt. t.

Lex pen.] In qua libri veteres quos vidi , habent *petendi* .

XIX. Obſerv.] cap. ult.

TIT. XLVII. *De adoptionibus .*

V. lib. 1. *Inſt. tit.* 11. *& tit.* 7. *lib.* 1. *ff.*

HIc tit. eſt etiam de patria poteſtate , quia non tantum beneficio naturæ, & procreationis ex juſtis nuptiis ; ſed etiam beneficio adoptionis patria poteſtas adquiritur . Adoptio eſt imago naturæ , & civilis ratio quærendorum liberorum , qui in noſtra poteſtate ſint , perinde atque liberi procreati ex juſtis nuptiis . Vel , actus legitimus , quo quis patremſ. vel filiumſ. non contradicentem auctore patre ſibi adſerit in locum filii vel nepotis naturalis & legitimi . Actus legitimus , Theophilo *νόμιμος πρᾶξις* initio ejuſdem tit. quo ſermone hodie ſolemnibus adoptionis ſublatis , nec relata adoptione in *l. actus , ff. de reg. ju.* intelligam civilem rationem , & ita accepiſſe Theophilum pater ex eo , quod ſcripſit in *§. adoptivi , de exh. lib.* Jure antiquo intelligerem actum ſolemnem ex *l.* 4. *hoc tit. & l.* 5. *ſup. de ſuis & leg. lib.* ſive legis actionem , quæ peragatur ſolemniter , vel per magiſtratum trina mancipatione , & bina manumiſſione adoptando filioſ. & una mancipatione ſine manumiſſione adoptandis cæteris liberis , *l. ult.* vel per populum adoptando patriſ. curiatis comitiis , & adhibitis Pontificibus Romæ tantum : illa commune nomen fecit ſuum , hæc adrogatio dicitur , hac paterſ. illa filiuſ. adoptatur . Hæc fit auctore ſeipſo , illa auctore patre , hæc Romæ , illa etiam in provinciis , & illo loco Auli Gellii : Neque pupillus , neque mulier , quæ in parentis poteſtate eſt , adrogari poſſunt , una negatio deeſt , quia nec mas , qui in parentis poteſtate eſt , adrogari poteſt . Verum hodie omnes eæ ſolemnitates obſolverunt , & in adoptione acta publica ſufficiunt , in adrogatione reſcriptum principis . Duo vero ſunt caſus quibus adoptione patria poteſtas non adquiritur : Si mulier aliquem adroget ; quia à patre , cui ſoli competit hæc poteſtas, aſſumit appellationem , qua & avita & proavita continetur , non materna , quæ nulla fuit unquam. Denique filium mulier habere poteſt , non filiumſ. Item ſi pater naturalis filium extraneo in adoptionem det , quem caſum Juſtin. introduxit *l. pen.* de qua ſcribam alio loco . Digna certe eſt & egens commentario aliquo amplo atque dilucido .

XLVII. Enarratio.

PAtria poteſtas adquiritur] ſive , ut ait Modeſtinus , filiosſamilias , non ſolum natura , verum & adoptiones faciunt , *l.* 1. *ff. eodem* . Quintilianus declamat. CCCXLVI. *Dando in adoptionem jus omne translatum eſt.*

Adoptio eſt imago naturæ] *l. filio* 23. *ff. de liber. & poſtum* .

Et civilis ratio] ut capitis deminutio dicitur civilis ratio in *§. ult. Inſtit. de legit. adgnat. tut.*

Civilis ratio] qui adoptantur , liberi lege fieri dicuntur . Sic opinor interpretandum Syneſium in epiſtola 22. ad Anaſtaſium : *ἀπὸ βάθους τῆς γνώμης ἥσθην , μαθὼν τὰ χρυσᾶ παιδία τῇ τοῦ βασιλέως φωνῇ , νόμιμα παιδία γενόμενα: intimo corde gaviſus ſum cum didici aureos Imperatoris voce liberos lege tuos eſſe filios factos*: id eſt, te eos adoptaſſe, quos Imperator ipſe aureos liberos vocarit, ſive eximie pulchros. Sic aurei pueri in epiſtola 23. & epiſtola 82. *τοῦ χρυσοῦ Χείρωνος* . Qui aliter interpretantur, à Syneſii mente longe aberrare videntur .

Quo quis patrefamilias] & adrogatio dicitur.

Vel filiumſ. non contrad. auct. p.] *l.* 5. *ff. eod. l. pen. & ult. h. t.*

Sibi adſerit] Vide quæ diximus Inſtit. eod. in explicanda adoptionis definitione .

Per magiſtratum] Apud quem legis actio eſſet ; Gellius lib. 5. cap. 19.

Trina mancipatione] Gellius d. cap. 19.

Adbibitis Pontificibus] M. Tullius in Orat. pro domo ad Pontifices, Cornelius Tacitus Hist. lib. 1. Nam comitia arbitris Pontificibus præbebantur, Gellius d. cap. 19.

Auctore seipso] d. cap. 19.

Et illo loco A. Gellii] d. cap. 19. In edit. Stephani, sic legitur : *quæ in parentis potestate non est*, & in Gronoviana.

Acta publica sufficiunt] d. l. ult.

In adrogatione rescriptum principis] Ut ex principis rescripto nuptiæ petuntur, de quo specialis tit. datus est sup. rub. 8. l. 5. Sic etiam adoptio patrisfam. in filiumfam. ut hoc loco. Utrumque est è Lacedæmoniorum jure apud quos facultas est maritandarum puellarum, quæ paternorum bonorum heredes forent, ut eo titulo 8. docui, & vero adoptionis, sive adrogationis concedendæ fuit. De hoc quidem Herodotus lib. 6. Erato : *δικάζειν δὲ μούνους τοὺς βασιλέας τοσάδε μοῦνα πατρούχου τε παρθένου*, &c. P. Faber.

Rescriptum princ.] *l. 6. h. t.*

Si mulier aliquem adroget] Ex indulgentia principis, *§. 10. Instit. eod. l. 5. h. t.*

TIT. XLVIII. *De emancipationibus liberorum.*

V. lib. 1. Inst. tit. 12. & d. tit. 7.

Hic tit. est etiam de patria potestate non adquirenda quidem, sed resolvenda. Resolvitur certis modis lege finitis. Casu, ut ait *l. 3.* .i. morte patris, vel deportatione, & jure antiquo si filius flamen Dialis inauguretur, aut filia virgo Vestalis capiatur, auctore Ulp. lib. Reg. tit. x. & jure novo si filius augeatur dignitatibus quibusdam, *Nov.* 18. non monachismo, ut Doctores volunt sine lege, qua deficiente recte dicam integram esse patri vindicationem filii, qui inconsulto patre, devovit se monasterio. Nam & monachismus capitis deminutio non est. Resolvitur etiam datione in adoptionem, si parenti detur, & emancipatione, de qua proprie est hic titulus. Et bis quidem duobus posterioribus modis maxime jure legitimo filius capite minuitur, qui per venditionem imaginariam deducitur in servilem causam, superioribus capite non minuitur. Emancipationis, sive emancipationis nomine (utrumque nomen idem potest) si nudam & simplicem nominis proprietatem spectas, significatur venditio imaginaria, quæ in jure fit solemniter per æs, & libram certis verbis, libripende, & quinque testibus præsentibus, non adnumerato pretio, sed adpenso uno nummo sestertio assium quatuor : quod etiam ob discrimen alterius nummi in mancipatione exprimi solebat, *l. ult. inf. de donat.* Aliud est precio emere, aliud nummo uno, *l. si quis ante, ff. de adq. poss.* At si non proprietatem nominis, sed rei exitum, & finem spectes, emancipationis nomine significatur, vel quæ per eam fit alienatio rerum mancipi, vel testementum, quod per æs, & libram appellatur, vel datio in adoptionem, vel, ut in hoc titulo, resolutio patriæ potestatis. Et emancipatio quidem per quam res mancipi alienantur, vel testamentum fit per æs, & libram, prisco more, una est: itemque ea qua præter filium cæteri liberi in adoptionem dantur, una emancipatio est, quam nec sequitur manumissio ulla : qua vero solvuntur patria potestate, una mancipatio, & una manumissio. At qua filius in adoptionem datur jure legitimo trina est mancipatio, & bina manumissio : qua vero solvitur patria potestate, trina mancipatio, & trina manumissio, præter quam & in manumittendo liberos potestate parentum liberandos circumduci, circumagi, circumverti in orbem, ut acta ista vertigine liberi abeant quo velint, & pulsari rapismate, hoc est expalmari ostendit *l. ult. & Nov.* 81. & hæc est legitima emancipatio ex XII. tab. Alia ex constitutione

A Anastasii, si quis ea uti malit, quæ detractis illis solemnitatibus fit ex rescripto principis ad preces patris edito, & insinuato Judici competenti, *l. pen.* ut adrogatio hodie fit ex rescripto principis, ad preces adrogatoris, edito, & insinuato judici, *l. 2. sup. tit. prox.* Et hæc nudum nomen emancipationis retinet, re ipsa submota, quam denotat .i. venditione imaginaria, & nomine emancipationis relato ad emolumentum, & effectum rei. Alia est ex Constitutione Justin. quæ etiam nudum nomen retinet, & fit apud judicem competentem sine rescripto, *l. ult.* Omnes fiunt inter volentes. unde voluntariæ jurisdictioni nomen, nisi si qua sit justa causa inviti emancipandi, & hoc solo casu causa probata, *§. cum autem, Instit. de adopt. l. 3. & 4. hoc tit.* & donato plerumque patrimonio filio emancipato, B quo vitam toleret suam, *l. 2. & ult. hoc tit. l. ult. C. Theod. de revoc. don. l. 8. inf. de bon. prosc.* & vicissim patri dato præmio emancipationis Constitutionibus definito, & secundo genere etiam absens emancipatur, primo & tertio præsens tantum.

XLVIII. Enarratio.

Regul. tit. 10.] vide ibid. Cuj.

Nam & Monachismus] vide Cujacium ad Novell. 5.

Si parenti detur] vide *§. sed hodie, Instit. de adopt.*

Quia per venditionem] *l. 3. §. 1. ff. de cap. min.* vide Theophil. t. 12.

Superioribus cap. non min.] *l. 3. §. ult. ff. de Senat. Mac.* Vide Cujac. ad d. tit. Ulp.

C Utrumque nomen idem potest] Ulpian. *tit.* 19. *§. mancipatio*, Theophil. *d. tit.* 12. *§.* 6. Valerius Maximus lib. 8. cap. 6. 3. *Dissimulandique gratia dimidiam partem filio emancipavit* : pro mancipavit : post emancipationem scilicet, dimidiam partem filio vendidit. Titus Livius 7. 16. *Emancipandoque filium, fraudem legi fecisset*. Sic editio Gruteri, Gronovii aute, *mancipandoque* : Suidas : *μαγκιπᾶτον, ὁ χειρόφορτος παρὰ Ῥωμαίοις*. Nec ergo dicas cum Joanne Meursio manifestum esse errorem, *χειρόφορτον* enim esse emancipatum : nam utrumque nomen idem potest.

Adpenso uno nummo] vide Observat. lib. 10. capite 37.

Alienatio rerum mancipat.] Ulpian. *tit.* 19. *§. mancipatio*.

D Vel testamentum] de quo Ulpianus *tit.* 20. *§.* 1.

Vel datio in adoptionem] dictum tit. super.

Trina mancipatio, & trina manumissio] Cujacius ad *leg.* 10. *ff. de suis, & legitim. lib.* Libro 6. Different. Modestini : Porro illæ tres mancipationes, & manumissiones, quæ & hodie, quod mirum est, frequentantur in Moscovia, ut scribit optimus, & doctissimus vir Sigismundus liber Barn, qui librum optimum scripsit de rebus Moscovitarum. Et inter cætera refert, eos qui volunt filium sui juris facere ter alienare per imaginariam alienationem. Verba Sigismundi hæc sunt : *Si pater filium, ut mos est, vendit, & is quocunque tandem modo liber factus, aut manumissus fuerit, pater hunc rursus, atque iterum jure patriæ potestatis vendere potest. Post trinam autem venditionem, nil juris am-* E *plius in filium habet*.

Hoc est expalmari] Glossæ : *ῥαπίζω, expalmo alapo*. Expalmare igitur, est, os hominis manus suæ palma verberare. quod depalmare, Gellio lib. 20. cap. 1. Idem est exalapare. Aldhelmus de laudibus virginitatis capite 23. *Quæ dum crudis nervorum flagris truciter cæderetur, & crebris palmarum concussionibus exalaparetur, &c.*

Et donato plerumque patrim.] Peculio quod filiifamilias quasi patrimonium est : vel datis quibuscunque rebus, quæ patrimonium novi patrisfamilias constituant.

Constitutionibus definito] vide *§. hoc quoque, Instit.*

stit. per qu. pers. nob. adqu.

Secundo genere] ex Anastasii constitutione etiam absens emancipatur, *l. penult.* legitima emancipatio, & Justiniana inter præsentes tantum celebrantur.

TIT. XLIX. *De ingratis liberis.*

QUantum sit beneficium emancipationis hic titulus ostendit, quo patri datur actio ingrati adversus filium, quem emancipavit: per quam rescissa emancipatione, in ejus potestatem redit, si ingratus sit; quod non est, si non reddat, aut si neget, vel dissimulet se beneficium accepisse; sed si patrem contumeliis adficiat, si pulset, si verberet, & ait Constitutio hujus tituli, leges emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Leges cum dicimus per eminentiam duodecim tab. dicimus. Itaque legem Regiam significari arbitror, cujus verba hæc sunt: SI PARENTES PUER VERBERIT, AST OLOE PLORASSINT, PUER DIVIS PARENTUM SACER ESTO. SI NURUS SACRA DIVIS PARENTUM ESTO. Nam filium aut nurum, sacrum, aut sacram Divis parentum fieri quid aliud est, quam in sacra, quibus soluti sunt, & parentum potestatem reverti, ut ab eis impune occidi possint, videlicet si impias manus eis intulerint; illi autem imploraverint jus publicum, idque lex statuit in filio æque, & uxore ejus, .i. nuru, quæ in manu filii est, quæ semper sequitur familiam in qua filius est. Fuisse autem eam legem translatam in duodecim tabul. ut & cæteras leges regias de patria potestate non est dubium. Item ait Constitutio, emancipatione rescissa. Alias emancipatio rescinditur post mortem patris à prætore data bonor. possessione contra tab. filio emancipato præterito, *l. sed cum patrono, ff. de bon. poss. l. 3. §. si emancipatus, ff. de bon. poss. con. tab. l. si aliquis, C. Theod. de bon. pros.* Alias vivo patre. Hæc filio fraudi est, illa usui. Regula est, emancipatos liberos in patriam potestatem invitos non reverti, *l. ult. ff. de his, qui sunt sui, vel al. jur.* Sed excipitur causa ingratitudinis: sicut regulariter inviti non emancipantur; sed excipitur justa causa, ex qua si quis invitus emancipatus sit, posset dici ob causam ingratitudinis non posse eum redigi in potestatem, quia nemo invitus intelligitur accepisse beneficium, & regulam juris: Invito beneficium non datur, sic accipi, ut nolenti accipere, neque detur, si non accipiat, neque sic accipiat, quia Seneca ait, non accipere, se parere videtur: & nemo accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. Sed in aliam sententiam me vocat pietas paterna, & ingrati definitio supra relata.

XLIX. ENARRATIO.

SI parentes puer verb.] apud Festum Pompejum in v. plorare.

Oloe] pro illi. Quidam legunt, *ole*, & plorasint per unum, s. *& unum s.* quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo, ut ait Festus in Solitaurilia, vide Scaligerum ad Festum.

Justa causa] *§. cum autem. Instit. de adopt.*

Quia nemo invitus intell. accep. benef.] & ubi non est beneficium, nec ingratitudo esse potest. Cujac. in recit.

Me vocat pietas] Et qui igitur invitus ex justa causa emancipatus fuit, ob causam ingratitudinis in potestatem patris redigi potest.

TIT. L. *De postliminio, & redemptis ab hostibus.*

V. tit. 15. lib. 49. ff.

PErtinet etiam hic titulus ad causam patriæ potestatis. Nam in eo intelligimus patrem ab hostibus captum desinere habere filios in potestate; postliminio vero reversum, tam filios, quam omnia sua in potestatem recipere, quia fingitur retro in civitate fuisse, .i. nunquam ab hostibus captus fuisse, & hæc est, quæ dicitur fictio postliminii. Alia est fictio legis Corneliæ, qua captivus defunctus apud hostes eo momento fingitur defunctus in civitate, quo captus est, ac proinde in ipso articulo captivitatis filius morte ejus intelligitur sui juris effectus. Intelligimus etiam ex hoc titulo filium captum ab hostibus desinere esse in potestate patris; sed reversum jure postliminii reverti in ejusdem potestatem, *l. 10. & 12.* ibi mortuum: ex lege Cornelia pro eo haberi, ac si mortuus fuisset cum caperetur. Itaque captivitas patris, aut filii non in plenum resolvit patriam potestatem, quamdiu pater vivit, propter suspensi juris Constitutionem, .i. propter spem postliminii, *l. pen. ff. de suis & leg. her.* cujus ratione & respectu, ut opinor, in edicto ex quibus causis ma. servitus separatur ab hostium potestate, quia captivitas non est plena, aut certa servitus. Postliminium est Constitutio juris gentium, quæ suspendit omnia jura captivi, non abrumpit, *l. illa Institutio §. 1. ff. de her. Inst.* & plenius *l. postliminium, ff. de capt. & postl.* jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ inter nos ac liberos populos, regesque moribus, legibus constitutum. Moribus, .i. jure gentium, ut *l. 8. ff. de rit. nup.* legibus, .i. jure civili. Et ab extraneo, quia non tantum cum hostibus, sed etiam cum extraneis non hostibus postliminium est, *l. 5. §. in pace, ff. eodem*, non cum fœderatis & liberis, licet extranei sint, *l. 7. eod.* quod tamen Ælius Gallus non probat apud Festum, & quemadmodum explicandum sit, docui Observ. xt. unde hoc & repetam, sic esse legendum illo loco Festi, quo ex Ælio Gallo scribit de postliminio: *Æqui & muli, & navis eadem ratio est postliminio recipiendi, quæ servi.* & cætera explicanda, ut docui eodem loco. In supradicta definitione, inter nos ac liberos populos regesque, ut Ælius Gallus, *Reciperatio est cum inter populos & reges, nationesque & civitates peregrinas convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, recipianturque.* Illud animadvertendum tria genera captivorum, tresve casus potissimum in hoc titulo proponi. Eorum qui ab hostibus redeunt in patriam, non commercio redempti, sed vel ultro dimissi ab hostibus, vel fuga elapsi, vel virtute militum recuperati, & hi illico omnia jura pristina jure postliminii recipiunt, quæ modo integra manserunt: ad ea vero, quæ interim amiserunt, in integrum restituuntur, itemque hi qui ex eis apud hostes concepti, & editi sunt. Et eorum qui apud hostes moriuntur, ad quos pertinet lex Cornelia, de qua *l. 1. & 9.* lata contra fiscum. Et eorum quos ejusdem civitatis civis suo ære redimit ab hostibus, qui non fiunt redemptoris servi, ut si eos extraneus à dominis redemisset, sed revera liberi fiunt. Verum reversi non illico postliminium habent, quoniam non ante pro liberis habentur, quam pretium sui solverint redemptori, aut ei quinquennio servierint: denique plenæ libertati statim non restituuntur: nec tamen interim eos esse servos redemptoris argumentum est, quod filii ex eis post redemptionem suscepti, non eodem quo ipsi vinculo redemptori tenentur, *l. 8.* & quod in sua potestate habent, quando desinant redemptori addicti, sive obligati esse soluto pretio: quod etiam invito solvunt, sicut quilibet debitor creditori per judicem, *l. 6.* aut deponunt, & obsignant, & quod manumissi à redemptore vel liberati soluto aut remisso pretio inter libertinos non sunt, *l. 2. & 13.* Videbatur redemptori non deberi pretium, non magis quam victus, aut vestitus alii, quod & communi humanitate, & misericordia hæc captivo præstentur, quæ ratio certe prævalet in matre, *l. 17.* Sed non in extraneis, in quibus potior est communis & publicæ utilitatis

tatis

tatis ratio, ut ait *l. 6. & ult.* ne non data repetitione pretii, tardiores fiant homines ad majora humanitatis officia, redimendosque captivos.

L. Enarratio.

Licet extranei sint] Cujacius sequitor Florentinam lectionem, spreta vulgata, & Haloand. & male Budæus d. legi negationem injecit. Cujac. Obs. xi. cap. 23.

Docui Observ. xi.] d. cap. 23.

Illo loco Festi] in v. postliminium.

Postliminio recipiendi] Cujac. in d. c.23. legendum putabat: *eadem ratio, quæ servi*. Hugo Grotius de jure belli, & pacis libro 3. cap.9. num. 3. levi mutatione ea retineri posse censet hoc modo: *eadem ratio est in postliminii receptu*.

Ut Ælius Gallus] apud Festum in v. reciperatio.

Vel ultro dimissi ab hostibus] *l. nihil 26. ff. eodem*.

Vel virtute militum] *l. in bello, l. si quis 21. ff. eod. l. 12. h. t.*

Quam pretium sui solverint redemptori] *vel pretium qualicumque indicio remissum sit*. Sic legitur in Codice Menagii, in aliis judicio, ut in quibusdam editionibus. Jure Attico redemptus ab hostibus ejus fiebat, qui redemerat, nisi pretium sui exsolveret. Demosthenes adversus Nicostratum: *οἱ νόμοι κελεύουσι τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδιδῷ λύτρα: Lex jubet, ut redemptus ab hostibus ejus sit qui redemit, nisi pretium redemptionis persolverit*. Eademque permittit redemptori, ut ea, quam redemit, arbitrio suo utatur, Lysias in oratione tertia.

Aut ei quinquennio] *l. ult. h.t.* quæ plenior exstat in Appendice Cod. Th. num. 16.

TIT. LI. *De infantibus expositis liberis, & servis, & de iis, qui sanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperunt.*

Hic titulus pertinet ad eam causam patriæ potestatis, quam amittit, qui filium à partu recentem projicit inhumaniter, & quodammodo ad mortem exponit, quod Græcis est χυτρίζειν, & eadem ratione dominus servi dominium, & generaliter, nemo præjudicio suum esse recte vindicat, quem pereuntem contempsit, *l. 2. hoc tit.* ad quem in C. Theod. additur: Si modo testes Episcopalis subscriptio fuerit subsecuta, i. ut Anianus interpretatur, si contestationi de collectione ejus Episcopus, & clerici subscripserint: quamobrem eam legem significari opinor Vasensis Concilii c. 9. his verbis: *Ut secundum statuta piissimorum Augustorum quisquis expositum colligit Ecclesia contestetur*. At, ut cœpi dicere, utque est in *l. 7. Cod. Theod. de expos.* nulla est differentia inter dominum, & patrem, qui sciens volensque servum à partu recentem, aut filium exponit: nam & cum prima pars hujus tituli, in qua liberis, i. filiis, jungat filios servis, consequens est, & dominis jungendos esse patres, & in utrisque idem jus constituendum. Nec obstabit *l. patrem, sup. de nupt.* si propria ei, & congrua reddatur species, puta non impietate adductum, sed egestate, & fame compulsum patrem filiam, quam tueri non poterat, exposuisse alienæ misericordiæ, ut *l. 2. sup. de patr. qui fil. dist.* quo casu æquum non est patrem suum jus amittere, & arbitrium collocandæ filiæ, qui necessitati succubuit, quam ne Dii quidem superant. Sed si educatore desiderante puellam, quæ suis sumptibus crevit, filio suo collocari, pater renuat, tum ab eo, ut ingrato, educator alimentorum sumptum repetet, quem non repeteret, si pater libens filiam filio educatoris in manum conventione nuptui collocaret; quia eo genere filia transiret in familiam educatoris; alioquin educatori semper competit alimentorum repetitio: & alia est ratio victus, aut vestitus dati in transitu, ab hostibus pergenti ad suos, qui sumptus exiguus est, *l. ult. sup. tit. prox.* & hæc de prima parte hujus tituli. Secunda est de iis, qui sanguinolentos &c. nec tamen alii sunt infantes in prima, alii sanguinolenti in secunda; sed in utraque recentes à partu, rubentes à matre, vel ut *l. 3.* pueri parvuli, atque ita infantium nomine non significatur integra prima ætas, quæ usque ad septennium perducitur, sed primæ cunæ, quibus qui ejiciuntur proprie, exponi dicuntur, grandiores non exponi, sed pro derelicto haberi, non ἔκθετοι, sed ἀπερριμμένοι. Expositi servuli liberi fiunt. Habiti pro derelicto liberi non fiunt, nisi tædio medendi neglecti sint. At prima pars hujus tituli est de his qui sanguinolentos exponunt, secunda de his qui accipiunt, de quibus *l. 3.* abrogato jure veteri definit, ut non possint expositorum ingenuorum, vel servorum parvulorum dominium sibi, vel patronatum vindicare, vel patriam potestatem, sive legitime emptos acceperint, sive nutriendos sustulerint: & primam partem *l. 3.* accipio de his qui emptos, secundam de his, qui nutriendos acceperunt: nam cum in antiquis libris, & in Cod. Theod. secunda pars hujus tituli ita conscripta sit: Et de his qui sanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperunt, necesse est, ut de emptis aliquo loco agatur, & his nullus apparet, qui accommodari possit, præterquam in prima parte: ac præterea secunda, quæ est de his, qui nutriendos sustulerunt evidenter scripta, argumentum præbet, primam esse de his qui emptos acceperunt. Expositos autem lex definit esse liberos, & ingenuos, licet servi nati sint, nec vindicari posse ab eo, qui exposuit, nec ab eo qui emit, vel sustulit, ne ex pietatis officio lucrum faciat, nec alimentorum nomine, ut *l. 2. sup. de ing. man.* & in epist. quadam Trajani ad Plinium, quorum tamen repetitio ei non denegabitur, & alius tantum casus est, quo vindicatio non aufertur patri, vel domino, vel patrono si non ipsi, sed alius citra ipsorum voluntatem, parvulos exposuerit.

LI. Enarratio.

Quam amittit, qui filium] cap. *un. ext. de infant. expos.*

Ad mortem exponit] θανάτῳ παραδιδόντες, Novel. 153. Quintilianus declamat. 306. *Rarum est, ut expositi vivant*. Plautus in Cistellaria act. 4. sc. 1. *Crepundia hæc sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolam ad necem*. Seneca de consolat. ad Helviam cap. 2. *Ad vitam quodammodo exposita es*. Qui tamen mos apud plerasque gentes invaluit. Philo in libro de spec. ll. διὰ ταύτης τῆς προστάξεως καὶ ἕτερόν τι μεῖζον ἀπαγορεύεται, βρεφῶν ἔκθεσις, ὃ παρὰ πολλοῖς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἕνεκα τῆς φυσικῆς ἀπανθρωπίας, χειρόηθες ἀσέβημα γέγονεν. Hac etiam gravius quiddam prohibet, expositionem infantium, quæ apud multas gentes propter nativam inhumanitatem vulgaris est impietas.

Quod Græcis est χυτρίζειν] ὅτι ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ παιδία: ut ait Scoliastes Aristophanis in Ranis: quod infantes in fictili exponerent. Hinc χυτρισμὸς pro expositione infantis in fictili. Hesychius: χυτρισμὸν, ἡ τῶν βρεφῶν ἐν ταῖς χύτραις ἔκθεσις.

Vasensis Concilii can. 9.] Quem vide tomo primo Conciliorum Galliæ.

Non impietate adductum] ἢ ἀστοργεῖν: & tamen qui non necat, sed exponit, genere quodam pius est. Cœlius Lactantius v. 9. *Qui natos ex se pueros strangulent, aut si nimium pii fuerint, exponant*. Quæ falsa pietas, est, ut idem ait lib. 6. cap. 20. Quidam liberos exponebant, παίδων προγενεστέρων ἅλις ἔχοντες: *quod jam sat vetustiorum natu liberorum haberent*. Cyrillus 4. in Julianum.

Sed egestate] ut Quintilian. libro 4. cap. 2. Pau-

pér-

pertatem sibi caussam exponendi fuisse.

Exposuisse alienæ misericordiæ] Tertullianus Apolog. cap. 9. *Filios exponitis suscipiendos ab aliqua prætereunte misericordia extranea*. Minutius Felix in Octavio: *Dum etiam domi natos alienæ misericordiæ exponitis:* τῷ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καταλειφθέντες ἐλέει, Nov. 153. cap. 1. *aliorum hominum pietati relicti*.

Qui necessitati succubuit] In *l. pen. §. ult. ff. de excusat. tut. necessitati erit succumbendum*. *Huic necessitas ad excusationem deputatur*, ut ait Tertullianus de idolat. cap. 10.

Ne Dii quidem superant] ἀνάγκῃ βιαιότερον οὐδέν, ut ait Eunapius in Juliano: *necessitate nihil violentius*. Synesius in Catast. ἰσχυρὸν ἀνάγκη χρῆμα καὶ βίαιον. *fortis, & violenta res est necessitas*. Anna Comnena Alexiados 12. ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοί, φασί, μάχονται: *Cum necessitate ne dii quidem, ut ajunt, pugnant*: quæ totidem verbis profert Scholiastes Anthologiæ Græc. epigr. lib. 1. cap. 4. Est autem Pittaci apud Diogen. Laertium libro 1.

Tum ab eo ut ingrato] Illud odio patris constitutum tradunt interpretes: & hoc quoque regulariter non obtinere scribit Thalelæus ad *d. l. patrem*.

Semper competit alimentorum repet.] Quintilianus declam. 278. *Recipere illam nisi solutis alimentis non potest*.

Rubentes à matre] vide librum 4. tit. 42. & Cujac. ad *Novel.* 153.

Pueri parvuli] τὰ ὑπερῶντα εὐθὺς ἐκ κοιλίας βρέφη, *Infantes statim atque ex utero progressi sunt*, d. *Novel.* 153.

Prima ætas, quæ usque ad septenn.] *l. si infanti* 18. *sup. de ja. delib.* aliter in *l.* 30. *sup. de episc. aud.*

Non ἐλεύθεροι] qui & θρεπτοί, Plin. 10. epist. 71. & χαμοτρεφεῖς, d. *Nov.* Sic eos etiam appellat Poeta nescio quis apud Suidam.

Αἰτηθέντες] Vide Harmenop. Epitom. 1. 18. 30. Cujac. ad dictam Novellam.

Expositi servi liberi f.] *l. 2. h. t. & d. Nov. cap. 1.*

Nisi tædio medendi negl. sint] Suetonius in Claudio, capite 25. *Cum quidam ægra, & affecta mancipia in insulam Æsculapii tædio medendi exponerent, omnes, qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in potestatem domini si convaluissent*.

Abrogato jure veteri] Jure antiquo licebat excipienti expositum sibi habere, vel ut servum, vel ut filium, *l. 1. Cod. Theod. de exposit.* Eo pertinere videtur quod scribit Anonymus interpres ad τετράβιβλον Ptolomæi: εἶτα δεῖ ζητεῖν, εἰ ἐπὶ δουλείαν ἀναιρεθήσεται ἐκτεθὲν ἢ ἐπὶ τεκνωσίαν: *Deinde quærendum est, an fœtus expositus ad servitutem sit tollendus, an loco filii educandus*. Lactantius de vero cultu cap. 20. *Qui etiam si contingat ei, quod voluit, ut alatur, addixit certo sanguinem suum, vel ad servitutem, vel ad lupanar.* Suetonius de illustribus Grammaticis: *M. Antoninus Gnipho ingenuus in Gallia natus, sed expositus à nutritore suo manumissus, &c.* Adde Sen. cont. 33.

Trajani ad Plinium] Epistola 72. lib. 10.

Sed alius] *L. 1. hoc t.*

TIT. LII. *Quæ sit longa consuetudo.*

Referendus est hic titulus ad legem ult. tit. 48. qui propius abest, in qua dicitur apud eum magistratum filios emancipari posse, cui lex, vel longa consuetudo legis actionem dedit, & ejusdem tituli etiam *l. 1.* de consuetudine accipitur: quam ob caussam, ut opinor, in hoc titulo definitur, non quid sit longa consuetudo, sed quæ sit .i. quam vim, & efficientiam habeat. Quid tamen sit, si quæras, dicam jus esse non scriptum, quod usus populi frequens, & inveteratus communi adsensione comprobavit: & rursus si quæras, quot annorum usus consuetudinem faciat, non dicam decennii, ut glossæ, quæ hoc solo ar-

A gumento ducuntur, quod dicatur consuetudo longa, & diuturna, quasi scilicet his verbis non significentur etiam trigesimi, & quadragesimi anni, ut *l. 2. & 3. sup. de præscript. 30. ann. l. 1. Cod. Theod. de act. cer. temp. fin.* sed hujus rei certam definitionem non esse, hujus rei decennium finem non esse, quandoquidem plurimorum annorum observationem requirit, *l. sed ea*, *quæ*, *ff. de legibus*, & Aristoteles 2. Polit. τὸ χρόνῳ πλῆθος, antiquam, & tenacem adprobationem, *l. 3. h. t.* usum longævum, *l. 2.* inveteratum populi consensum, *l. de quibus*, *ff. de legibus*; consuetudinem semper observatam, *l. sine herede*, *§. penult. ff. de admin. tut.* quibus verbis sane significatur spatium decennio amplius, & tempus incertum infinitumque, quod sensim sine sensu labitur, quoad morem fecerit, & habi-

B tum in animis civium: cujus quidem habitus comparandi ratio, ut non finitur certo tempore, ita nec in populo ex longa consuetudine, inducendi inferendique moris ratio certo tempore finiri potest. Consuetudo morem facit, vel ut Aristoteles ait 11. ad Eudemum, τὸ ἔθος ἀεὶ ἔθος ἔχει τὴν ἐνέργειαν, Sed his nominibus plerunque otimur promiscue, & Varro semper consuetudinem accepit pro eo, quod morem diximus creatum ex consuetudine, ut cum ait, morem esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem faciat; & alio loco, dum ait, morem esse in judicio animi, quem sequi debeat consuetudo. Vires autem longæ consuetudinis eæ sunt, ut si non vincat legem, quam ratio non commendat, quæ nulla, aut parva ratione constat, aut quæ nondum

C penitus inolevit, nondum consensu omnium recepta, inveterata, stabilita, judicio comprobata est, ut *l. pen. sup. de legibus*, *l. quod non ratione*, *ff. eod. l. 2. hoc titulo*; ea tamen, quam ratio suasit, ut ait *l. 1.* ratio quædam major, & publica utilitas, & longum tempus tacito, & illiterato omnium consensu, & rerum judicatarum firmavit auctoritas, sane abrogat legem, cujus ratio, vel cessavit, vel minor est, vel minus confert Reipublicæ; quia & deficere videtur lex tanquam obliterata supra quam usus invaluit, & deficiente lege consuetudo sola dominatur, & legis vim obtinet, *l. 3. hoc titulo*, *l. diuturna*, *ff. de legibus*, *l. ult. supra de testament. §. sine scripto*, *Insti. de ju. Nat.* Gregorius Nazianzenus 11. de Theol. τὸ ἔθος χρόνῳ βεβαιωθὲν ἐνομίσθη νόμος. Lex autem jacet, & silet in-

D terim quoad restituatur, ut Trajanus apud Plinium restitui legem Pompejam, contra quam longa consuetudo usurpata erat. Sed & nulla lex aliter nos tenet, quam si & consuetudine recepta sit, *l. de quibus*, *ff. de legibus*: Aristotel. 2. Polit. ὁ νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι πλὴν παρὰ τὸ ἔθος. Et eum de interpretatione legis quæritur, optima interpres est consuetudo, *l. si de interpretatione*, *ff. de legibus*. Dionysius septimo: παντὸς ἀμφισβητουμένου δικαίου κριτὴς οὐδεὶς ἐστὶ ἕως τοῦ καλλίονος ὁ χρόνος.

LII. Enarratio.

Lex prima de consuetudine accipitur] Ita Fulgosius eam accipit.

E Quam vim, & efficientiam habeat] δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, vim, & efficacitatem. Lactantius de opificio Dei c. 20. *Si astra efficientiam rerum continent*. D. Chrysostomus ad cap. 2. prioris ad Corinth. ἔστι γὰρ ὡς οὐδὲν ἴσον ἰσχυρὸν παρ' ἀνθρώποις, ὡς συνηθείας τυραννίς, *Scitis nihil esse æque validum apud homines atque tyrannidem veteris consuetudinis*. De tyrannide consuetudinis Nilus in epistola 247. μή μοι τὴν τυραννίδα προβάλλε τῆς συνηθείας: *Ne mihi tyrannidem obtendas consuetudinis*.

Dicam jus esse non scriptum] Consuetudo est lex non scripta. Artemidorus Daldianus libro tertio capite quarto, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον ἔθος ὅτε δὲ ὡς φασι λέγω, νόμος ἄγραφος: *& hoc vocatur consuetudo; est autem, ut vulgo dicitur, lex non scripta*. Consuetudo legis ap-

pel-

pellatione continetur. Interpres Hermogenis: *νόμον δὲ λέγω πάντας τῶν ἐγγράφων κείμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγράφων: πλεῖστα γὰρ ἔθνη ἀγράφοις νόμοις διοικοῦνται: Legem autem dico non utique quod scripto constat, sed & quod sine scripto: nam pleræque gentes non scriptis legibus reguntur.*

Aristotelem 2. Politic.] Capite 6.

Consuetudinem semper observatam] *Diutina usurpatione firmatam.* Valerius.

Quod sensim] Sensim pro paulatim. Priscianus libro decimo quinto. Petrus Chrysologus sermone 79. *Rudis miles ad aciem concurrit, qui causam belli nescit, vim bellatoris ignorat. Peritia est, non est segnities, cum sensim miles veteranus incedit.*

Ratio certo tempore finiri potest] Quidam interpretes dicunt, eam consuetudinem esse longam, cujus non extat memoria, quo referri potest illud sancti Basilii de Spiritu Sancto capite 29. *ἔθος πάσης μνήμης ἀνθρωπίνης πρεσβύτερον: Consuetudo omni hominum memoria vetustior,* Quæ tamen sententia Azoni in Summa non placet.

Et Varro semper] Apud Servium in 7. Æneidos.

Alio loco] Apud Macrobium libro tertio Satur. cap. 13.

Ea tamen, quam ratio suasit] Divus Augustinus de baptismo libro quarto capite quinto. *Plane verum est, quia ratio, & veritas consuetudini præponenda est: sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.*

Tacito & illit. omn. consensu] Ex Gellio libro 2. cap. 18. Velut tacita civium conventione, *l. 35. ff. de legibus.* Lex est expressa civium conventio *συνθήκη*: consuetudo tacita, sive ut ait Ulpianus, tacitus consensus populi. Per contrarium in *l. 32. eodem*, tacito consensu omnium per desuetudinem leges abrogari dicuntur, & consensu exolescere, Plin. epist. 10. 115.

Rerum judicatarum] *δοκιμασμένη ἐν δικαστηρίῳ καὶ κυρωθεῖσα: probata in judicio, & firmata.* Johannes Episcopus Cytri in responsis ad Constantinum Cabasilam.

Sane abrogat legem] Vide Cujacium libro secundo de Feudis titulo primo.

Legis vim obtinet] Donatus in illud Virgilii: *Mos erat Hesperio 7. Aneid. Observationes,* inquit, *aut legibus, aut assensibus hominum sunt. Mos longo tempore custoditur legem facit, quæ etiam ad posteros transit.* Johannes Tzetzes in Jambis,

Ἔθος δ' ἂν αὐτὸς τοῦτο φῇς, καὶ μὴ νόμον.
Ἰσοσθενοῦν ἔθος τε καὶ νόμον νόει.
Morem sed illud ipse non legem vocas.
Scito utriusque comparem potentiam.

Χρόνῳ βεβαιωθέν] Ἔθος γάρ ἐστι τὸ ἐν συνηθείᾳ κρατῆσαν, καὶ ὅπερ ὁ χρόνος ἐκύρωσεν: *quod consuetudine invaluit, & quod tempus firmavit.* Syrianus in Hermogenem. D. Augustinus de vera religione: *Leges instituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus utentium approbantur: sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullæ leges hodie obrogatæ sunt: ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur:* vide leg. de quibus, *ff. de legibus.*

Apud Plinium] Libro decimo epist. 83. & seq.

TIT. LIII. *De donationibus;*

V. lib. 1. Inst. tit. 7. & tit. 5. lib. 39. ff.

Titulus superior ad titulum 48. hic vero ad 49. referendus est, quo data est actio ingrati adversus emancipatum, cui nunc additurus etiam ingrati actionem adversus donatarium tit. 55. prius instituit generaliter tractare de donationibus, & hanc horum titulorum connexionem confirmat Codex Theodosii, in quo tit. de rev. don. subjicitur statim tit. de ingratis lib. Donatio autem Aristoteli in quarto Topicorum est, *δόσις ἀναπόδοτος*, datio ita profecta ab aliquo ut nullo casu revocetur. Datio est genus, quo continetur etiam dos, & donatio propter nuptias, & manumissio, & mutuum, & permutatio, & legatum, aut fideicommissum, & donatio mortis causa, & donatio vera, absoluta, directa, de qua in hoc titulo agitur, quæ irrevocabilis est: illæ dationes repeti, & revocari possunt, & si quæ donationes dicuntur, non sunt veræ, & absolutæ donationes, ut ait *l. Senatus, §. 1. ff. de mor. cau. donat.* sed mortis causa factæ, aut revocabiles donationes. Perficitur autem jure antiquo donatio stipulatione, vel traditione: & traditione non tantum vera, sed etiam fictitia, veluti traditione instrumenti auctoritatis, *l. 1. hoc titulo*, vel retentione ususfructus, *l. 28. & 35. §. sed si quidem*, vel conductione rei donatæ, *l. quædam, ff. de rei vind.* & aliis modis, ut docui Observat. 19. cap. 18. Perficitur etiam legis actione, ut significat *l. 25. hoc titulo*, veluti cessione in jure, *l. 1. C. Hermog.* eodem titulo, item mancipatione, *l. 4. Cod. Theod. eodem*, vel utroque interveniente mancipatione, & traditione, *l. 7. eod.* quod & *l. ult. hujus tituli* demonstrat, dum ait, in donatione hæc usu verba fuisse recepta, Dono tibi rem illam, vel addico sestertio nummo uno assium quatuor: nam quis non videt eam originem ducere à mancipatione, quæ olim fiebat per imaginariam venditionem nummo uno sive asse Cajano, & ita Suetonius in Othone, *Totum agrum redemit, emancipavitque*, quod Tacitus eadem de re scribens, *dono dedit*. Perficiebatur ergo donatio per emancipationem, quod utique verum est inter extraneos. Inter liberos autem, & parentes ex Constitutione D. Pii nuda voluntate, *d. l. 4.* & hodie quoque inter omnes ex Constitutione Justiniani perficitur nuda voluntate, consummatur traditione. Nec idem est in ea, ut fuit olim, perfectio, & consummatio. Rerum autem incorporalium veluti nominum, sive obligationum donatio perficitur cessis actionibus, *l. 2. hoc titulo*. Ac præterea ad perficiendam donationem necessaria est insinuatio, si excedat modum legitimum, exceptis casibus certis, & acceptio donatarii.

LIII. Enarratio.

Aristot. 4. Topic.] Capite 4.

Δόσις ἀναπ.] Donatio irrevocabilis.

Ut nullo casu revoc.] ex *l. Senatus 35. §. 1. ff. de donation.*

Quo continetur etiam dos] *Dos est donatio propter matrimonium*, ut ait Vincentius in speculo doctrinali, quem profert Cujac. ad lib. 1. de Feudis cap. 1.

Donatio stipulatione] Donatio jure novo perficitur stipulatione, *l. 35. §. sin autem hoc*, ut & olim obtinuit, vel nuda voluntate.

Traditione instrum. auctoritatis] quod Græci *αὐθεντικὸν* vocant.

Nummo uno] vide Observat. 10. 37.

Sive asse Cajano] unde illa formula: ubi tu Cajus, ego Caja, de qua Plutarchus in Quæstion. Rom. capite 30.

Suetoniut in Othone] Capite 4.

Tacitus] Histor. lib. 1.

L. 11. hoc tit.] nomina ibi Græci interpretantur, *γραμματεῖα*, cautions, instrumenta.

Inter liberos, & parentes] id est, conjunctissimas personat, *in l. data 27. hoc tit.* Sic habet Menagii codex; *conjunctissimasque personas.*

Si excedet modum legitimum] *l. 34. & l. penul. §. ultim.* Interpretes quidam dictam legem 27. sic accipiunt, ut donatio facta inter parentes, & liberos exigat insinuationem, etiamsi non excedat modum legitimum. Recte Fulgosius ad *d. leg.* donationes, quæ insinuationem exigunt, insinuari debere, etiamsi fiant inter conjunctas personas; & ita etiam Patricius

cius referente Theodoro ad *d. leg.* vide Obſervat. libro 20. 2.

Exceptis caſibus certis] quos recenſet Cujac. in recitat. ad *legem ult. ſup. de ju. dot.* & ad *l.34.h. t.*

Et acceptio] Veſtius Valens : *Attribuit etiam ædilitia munera, menſuras, pondera, mercaturas, officinas, donationes, & acceptiones*. Vide Obſervat. 12. 28.

TIT. LIV. *De donationibus, quæ ſub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conficiuntur.*

DOnatio ſub modo ita fit, Dono tibi fundum illum, ut me alas, *l.* 1. Donatio ſub conditione ita, Dono tibi fundum illum, ſi à patre emancipatus fueris, *l.*5. Modus contrahit, conditio ſuſpendit. Donatio autem ex certo tempore ita fit, Dono tibi fundum illum eo pacto, eaque lege, ut proprietas ejus fundi ad me redeat poſt quinquennium, vel ut redeat ad L.Titium, ut *l.*3. ſi ut redeat ad L.Titium, tibi dono ad tempus, L. Titio ex tempore : ideoque finito tempore quinquenii, licet Titio veteri, & ſtricto jure, qui ſibi reddi ſtipulatus non eſt, non competat actio, datur tamen utilis ex Conſtitutione Divorum fratrum, eadem ſcilicet, quæ donatori competeret, puta præſcriptis verbis, vel condictio ob rem dati, *d. l.* 3. *& arg. l. peu. ſup. ad exhib.* Ergo in hac rubrica, ex certo tempore, ſic accipio, vel ad certum tempus, & ſubaudio, aut ex incerto tempore, vel ad incertum tempus, veluti ut poſt mortem donatarii proprietas redeat ad donatorem, *l.* 2. *hoc titulo, l. Seja, ff. de mor. cau. don.* Conditiones, pactiones, leges donationibus imponuntur à donatore ſolo, & à donatario recipiuntur ſi placeant, vel rejiciuntur ſi diſpliceant, *l.* 25. *ſup. tit. prox.* & imponuntur initio perficiundæ donationis, non poſt perfectam donationem : nec quidquam attinet donatarii poſtea impoſitas recipere, vel ejicere, *l.* 4. At initio, ſi donationi dicta ſit lex, & impoſitus modus aliquis, & receptus à donatario, eo non impleto, donatori competit condictio ob rem dati, *l.* 2. 6. 8. *ſup. de cond. ob cau. l. ult. tit. ſeq.* vel præſcriptis verbis, *l.* 9. *&* 22. *ſup. tit. prox.* non vindicatio rei donatæ, niſi in caſu *l.* 1. admodum ſingulari propter cauſam alimentorum, quem & ſingularem, & ſpecialem eſſe ſatis demonſtrant ter inculcata illa verba, in hoc caſu. Denique ſingulares ſunt ſpecies *l.* 1. *&* 3.

LIV. ENARRATIO.

VEteri, & ſtricto jure] nec enim legem dicendo quiſquam alteri cavere poteſt, *l. quo tutela* 73. *ff. de div. reg. jur.*

Non poſt perf. donation.] & puram. Græci:

Et non impleto] quia *quæcumque ſub conditione traduntur, ita demum fieri poſſunt propria ac peculiaria, ſi conditio conſummata eſt*, ut eſt in Quintiliani declamat. 336.

Niſi in caſu l.1.] principaliter, *προηγουμένως*, ut ajunt Græci, habet condictionem ob cauſam dati conditione non ſecuta : ſed & utilem in rem actionem, id eſt, reſciſſoriam, & reſtitutoriam, per quam dominium reſtituitur. Cujacius in recit. & Fulgoſius.

TIT. LV. *De revocandis donationibus.*

IN hoc titulo proponitur actio ingrati, cujus reſpectu inſtitutus eſt hic tractatus de donationibus, ut ſcilicet actioni ingrati, per quam beneficium emancipationis reſcinditur, de qua actum eſt paulo prius tit. de ing. lib. adjungeretur alia actio ingrati, per quam jure perfecta donatio reſcinditur, & reſcinditur ex certis tantum ingratitudinis cauſis judici approbatis. *leg. penult. & ult.* Superiori titulo una cauſa poſita eſt conditionis non impletæ, quæ etiam inculcatur *leg. ult.* hujus tituli, ob quam donatori competit condictio ob rem dati, re non ſecuta. Hoc titulo proponitur alia, nempe ingratitudinis, ob quam donatori, datur actio ingrati perſonalis, *l.* 7. & perpetua, *l.* 1. quæ tamen heredi, & in heredem non datur, *l.*1.7. *ult.* quia magis vindictæ perſecutionem habet, & in *l.*7. vindicationis, i. vindictæ. Et datur cuilibet donatori, non tamen matri propudioſæ, vel iterum nubenti, *l.* 7. niſi ex graviſſimis, & compertiſſimis cauſis ingratitudinis notatis in *Nov. de nupt.* Et per eam revocantur, quæ habet ingratus, non quæ alienavit, *d.l.*7. Porro huic cauſæ additur etiam alia in *l.*8. Si orbo, qui donavit omnia bona, vel partem bonorum, poſtea adnaſcantur liberi, de qua Obſ. 20.

LV. ENARRATIO.

BEneficium emancipationis] emancipatio beneficium dicitur, in *l.* 1. *ff. ſi à par. quis manum. ſit.*

Et ult.] in qua liber Menagii habet, *fragilitatem*; & Græci *ἀσθένειαν*. Deſiderius Heraldus legendum putabat, *facilitatem*, quod diſplicet Salmaſio in lib. de jure Attico capite 16. Heraldus defendit ſe ipſum in Animadverſionibus cap. xi. Hugo Grotius putat ſcriptum fuiſſe, *prodigalitatem*.

Actio ingrati perſonalis] hæc actio ſoli donatori competit, & ſolus donatarius coercetur.

Vindicationis, id eſt, vindictæ] gloſſæ *ἐκδίκησις*; *ultio, vindicatio*.

Vel iterum nubenti] emendandus eſt Theodorus ad dictam legem ſeptimam hoc modo : *οὔτε ἡ αἰσχρὰ ἢ δευτερογαμοῦσα μήτηρ οὐδὲ* &c. *mulierem propudioſam, aut iterum nubentem, neque ex cauſa, &c.*

Novella de nuptiis] capite 35.

Si orbo] gloſſæ : *ἄτεκνος, orbus, ſine liberis*. Orbo igitur liberis. Ulp. *Reg. tit.* 13. Quo caſu donatio revocatur in ſolidum. Quid ſi donator tempore donationis liberos habuit ? Dico nec ipſum poſſe revocare donationem prætextu aliorum, qui poſtea nati ſunt, quia pietatis conjectura ceſſat in eo quem ſatis apparet extraneum anteferre liberis, neque liberos ipſos in ſolidum : ſed ſi donatio ſit inofficioſa, ſive collata ſit in extraneum, ſive in unum ex liberis, eam liberi, quibus fraus facta eſt, reſcindunt, mortuo non vivo patre per querelam inofficioſæ dunationis pro modo legitimæ portionis, ſive ſuperſtites fuerint tempore donationis, ſive poſtea editi ſint. Cujac. Obſervat. libro 20. cap. 5.

Obſervat. 20.] *d. cap.* 5.

TIT. LVI. *De mortis cauſa donationibus.*

V. tit. 6. lib. 39. ff.

SUperiores tituli ſunt de donatione inter vivos, quæ ſi jure perfecta ſit, pœnitentia nullo modo revocari poteſt, *l.* 2. 3. 4. 6. *ſup. tit. prox.* Hic titulus de donatione cauſa mortis, quæ pœnitentia revocari poteſt, *l. qui mortis cauſa, ff. eod.* ſicut donatio ob cauſam, *l.* 3. *§.* 2. *l. ſi pecuniam, ff. de cond. cau. da.* & donatio precaria, *l.* 1. *&* 2. *de prec.* Revocatur etiam donatio cauſa mortis per fideicommiſſum, *l.* 1. & finito periculo, cujus metu facta donatio eſt, & morte donatarii, quæ modo vivo donatore contingat, *l. non omnis, ff. de rebus cred.* Eſt autem datio veluti fiduciaria, quæ confertur in caſum mortis donatoris : nec ante perfecta eſſe intelligitur, quam ea contigerit. Inſinnatione non eget, ſed teſtibus quinque tanquam ultima voluntas, *l.* 4. cum tamen donatio inter vivos, quibus caſibus non requirit inſinuationem, ſcripto contenta ſit à donatore ſubſcripto, nec requirat ullos teſtes, *l. in donationibus, ſup. de donat.* De

Con-

Constitutionibus hujus tituli scripsi in eadem Observatione.

LVI. Enarratio.

Revocatur etiam don. cau. m. per fideic.] Pro parte temporis possum velle, ut donatio causa mortis valeat, & pro parte revocare, ut scribit Fulgosius ad legem primam in *fi. hoc tit.* Itaque revocari creditur, si ea lex donationi dicta sit, ut altero mortuo portio deficiens ad superstitem pertineret, & fideicommissum est, quia fideicommissum relinqui potest à donatario causa mortis, *l. ab eo 9. sup. de fideicommiss.* ut ait Cujacius in recitat. & Fulgosius heic num. 1. Recte autem additur in *d. l. 1. Si mortis causa donatio perficiebatur*, id est, ut recte Basilica, si mortis causa donabatur, *θανάτου αἰτίᾳ δωρεὰ ἦν* & interpr. ibidem, *οἱ mortis causa ἐποιοῦντο τὴν δωρεάν*.

Et finito periculo] si donator sit *vivus, salvus & sospes*, ut in Plaut. Captiu. Act. 4. Sc. 2.

Est autem datio veluti fiduciaria] Vide dicta nobis Instit. eod.

Nec ante perfecta] *l. non videtur 32. ff. eod.*

Insinuatione non eget] *Sive juxta mortem facientis fuerint celebratæ, sive à longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt*. Sic legitur in veteri Menagii codice, id est, ut recte Isidorus interpres Basilicon, sive morte imminente, sive ipsius mortis cogitatione quandocunque facta fuerit.

Tanquam ultima voluntas] Interpres Græcus: *ἡ mortis causa δωρεὰ τελευταίαν μιμεῖται βούλησιν*. Ultimam voluntatem imitatur, sive, ut ait Isidorus: hodie mortis causa donatio ad ultimam voluntatem redacta est.

A donatore subscripto] *Vel alio, voluntate ejus*. Sic legendum, ut in veteri Menagii, & in Basilicis: *ἢ γνώμῃ αὐτοῦ*. Non recte in editis quibusdam, *voluntatem ejus*.

TIT. LVII. *De infirmandis pœnis cœlibatus, & orbitatis, & decimariis sublatis.*

Potest etiam recte hic titulus referri ad mortis causa donationes, quæ si conferantur in eum quem lex Julia & Papia prohibet capere, velut cœlibem, aut orbum, ex Senatusconsulto in eadem causa sunt, qua legata ei relicta essent, *l. Senatus, ff. de mor. cau. don.* quod congruit omnino cum fine tituli superioris, quo generaliter constituitur mortis causa donationes legatorum instar obtinere, Et ut ex Ulpiano intelligere licet, *lib. Reg. tit. 16. 17. 22.* & Sozomeno 1. c. 9. prohibuit lex Julia & Papia cœlibem quidquam capere ex aliorum testamentis, nisi post mortem testatoris intra C. dies matrimonium contraheret, præterquam ex testamentis cognatorum, ut opinor, usque ad sextum gradum, ad quem usque etiam qui inter se contrahunt matrimonium ex eadem lege solidi capacitatem habent, & prætor ab intestato detulit bonor. possessionem. Orbum autem liberis lex voluit eorum quæ sub testamento relinquerentur, non capere plus quam semissem, altero semisse, multari, cœlibem asse, & semissem assemve fisco cedere. Major est cœlibatus, quam orbitatis pœna, quia matrimonium contrahere in potestate nostra est, liberos suscipere non est in nobis, sed in majestatis providentia, & eodem Ulpiano auctore in orbo masculo lex definivit ætatem 25. an. in fœmina 20. ut qui ea ætate esset sine liberis, relictorum semisse multaretur. Unde cum Sozomenus scribat in cœlibe masculo eam legem definisse ætatem 25. quia cœlebs qui esset jus capiendi non haberet, præsumo fœminæ etiam cœlibi fuisse præscriptam ætatem 20. an. Ea enim lex tam fœminas coercebat, quam mares cœlibes & orbos, ut & Dio scribit 54. eam legem graves pœnas irrogasse *τοῖς τε ἀγάμοις καὶ τοῖς ἀτέκνοις*, & ita esse argumentum præstat *l. 1. hujus tituli*, quæ his pœnis liberat utrumque sexum, de quibus est intelligenda *l. si is qui heres, ff. de vulg. subst.* & in orbo ponenda species *l. 42. ff. de leg. 2. l. cogi, §. hi qui solidum, ff. ad Treb.* & similibus. De his pœnis proculdubio Ulpianus tractaverat eodem libro tit. de cœlibe, orbo & solitario patre, ubi solitarium patrem vocat, qui unicum & solum filium habet, *μοῦνον τηλύγετον ἤ γε μοναχόν*, ut Aquila loquitur, qui orbi quidem pœnam non sustinebat, sed forte leviorem, aut certe tanta præmia non habebat, quanta pater plurium liberorum. Mittam loca ex Juvenale, Tacito, Panegyrico Maximiano & Constantino dicto, Ambrosio, Tertulliano, quæ in hanc rem proferre possem, & Tertulliani unum tantum locum satis obscurum explicare conabor, quo ait, Severum Imperatorem leges Papias exclusisse, quæ ante liberos suscipi cogebant, quam Juliæ matrimonium contrahi. Qua vero ætate lex Papia liberos exigit, eadem lex Julia matrimonium contrahi voluit. Fieri autem non potest, ut simul uno tempore existant, liberi & nuptiæ, sed prius nuptias contrahere oportet, marem intra vigintiquinque, fœminam intra 20. deinde liberos suscipere, cui rei à contractis nuptiis forte Severus præstituit tempus, cujus mentionem facit Ulpianus *tit. 16.* puta annum & sex menses, hoc est, bis novem menses: quia novem mensibus plerumque partus absolvitur: non sustulit autem Severus pœnam cœlibatus & orbitatis. His erat locus etiam solutis primis nuptiis adversus viros, qui non properabant ad secundas, fœminis à morte viri, & à divortio licebat esse vacantibus certo tempore lege Julia & Papia definito, ut idem Ulpianus scribit *tit. 14.* At hodie Constitutione Constantini eæ pœnæ sublatæ sunt, generaliter omnibus hac in re data vacatione legis Juliæ, & Papiæ, *l. 1.* Verum in Cod. Theod. ubi hæc lex plenior extat, Constantinus profitetur, se non tollere quod iisdem legibus cautum erat, ne vir & uxor inter se solidum capere possent, ut inter eos reprimeretur mutuus nimiusque favor, *l. ult. C. Theod. de leg. her.* quem conjugum exprimunt blanditiæ, quas plerumque nec rigor legis Juliæ & Papiæ cohibere potest, lege illusa per tacita fideicommissa. Dixi, solidum; nam ut Ulpianus scribit tit. de decimis, ex lege Papia vir & uxor inter se in honorem matrimonii decimam bonorum capere possunt, cujus rei exemplum suppeditat *l. qui uxori, ff. de au. & arg. leg.* Et quæ leges Digestorum mentionem faciunt, qui ex unius testamento solidum capere non potest, ex alterius potest: ut *l. 6. ff. de vulg. subst.* his de marito vel uxore exemplum apponi potest. At præter decimam matrimonii nomine si ex alio matrimonio liberos superstites habebant, quot liberos habebant, tot decimas capere poterant. Item communis filius post nonum diem amissus unam decimam; duo post nonum diem, id est, post Nominalia amissi duas decimas abiiciunt. Defuncti autem ante nominis assumptionem pro non susceptis habentur, & ex ea quidem re Thalelæus in *l. 1. sup. unde vir & uxor*, legem Papiam decimariam cognominavit, cujus vacationem quam ante Constantius dederat navicularis Orientis, *l. 7. Cod. Theod. de navic.* Honorius & Theodosius *l. 2.* dant generaliter omnibus, sublatis legibus decimariis, & data conjugibus inter se licentia si relinquatur capiendi assis.

LVII. Enarratio.

Altero semisse multari] Quod scribit Libanius in declamatione 38. *οὐ γὰρ ἐθέλεις, φησὶ, γαμεῖν; τίς τοῦτο νόμος εὐθύνει; τίς δ' ἀγάμων ἀδικεῖ; τίς ἐνεκλήθη πώποτε; τίς δίκας δέδωκε τοῦ τοιούτου βίου, ἢ νῦν ἢ πρότερον, ἢ παρ' ἡμῖν, ἢ παρὰ τοῖς προσχώροις;* Non vis, inquit, *uxorem ducere, & quænam lex hoc coercet? quis uxorem non ducens jus violat? quis ad id unquam coactus est? quis pœnas dedit cœlibis vitæ, aut nunc, aut antehac, aut apud nos, aut* apud

apud finitimos? Hoc ad jus Romanum non pertinet.

Ubi solitarium patrem vocat] Solitarium patrem ἔρημον Græci vocant. Isocrates in Æginet. ad fin. τοὺς ἐρήμους τῶν ἀνθρώπων, ἀντὶ παίδων ἢ τὰς ὄντας ὀνόμασ. P. Faber ad tit. Ulpiani 13. *de cælibe, orbo, & solitario patre.*

Adde: Dositheus libro tertio de Grammatica, in sententia, quæ incipit ab his verbis, ἐν τοσούτῳ καὶ φοβοῦμαι μή τι πλεὸν τοῦ καθήκοντος ποιήσωσι, καὶ ἔρημόν με καταλείπωσιν. Dositheus: *Timeo ne quid extra ordinem faciant, & miserum me relinquant.* Fortasse legendum, *eremum.* Josephus 6. ἀρχαιολογ. φίλων καὶ συγγενῶν ἔρημον: Rufinus Aquileiensis ita vertit: *ab amicis, & cognatis propriis desolatum.*

Τηλύγετον] utitur Homerus Il. 3. versu 175. παῖδα τε τηλυγέτην. Etymologicum M. τηλυγέτην, καταχρηστικῶς ἀγαπητὴν, μονογενῆ.

Ut Aquila loquitur] Psalmn 21. 22. τὴν μονογενῆ μου. Aquila: μοναχήν. psal. 23. 18. ὅτι μονογενής: Aq. μοναχός. ps. 24. 21. τὴν μονογενῆ μου. Aquila: μοναχήν.

Tertull.] Apologetici cap. 4. V. Rigalt. ib.

Lege illusa per tac. fideic.] B. Hier. ad Nepotianum: *Per fideicommissa legibus illudimus.*

At præter decimam matrimonii] ex Ulpiano d. tit. de decim. & tit. seq.

Post nominalia] Septima vel octava die à nativitate nomina imponebant Græci, nec multo aliter Latini. Isaacus Casaubonus ad Capitolinum in M. Antonino, & in Clodio Albino: Septimo autem die, inquit, suis liberis nomina plerique imponebant Græci, Latinique. Adde Josephum Scaligerum Ausonianar. lect. 1. 22. Claudius Salmasius ad Capitolinum: Nomen & prænomen, inquit, & cognomen imponebantur simul in ipsis Nominalibus. Casaubonus autem scribit, Nominalibus non fuisse imposita cognomina; sed postea ex occasione captatum omen, aut decus, ad Suetonii Aug. cap. 7. Dissentit à Casaubono, & Scaligero Cujacius, qui nono die nomen impositum putat: puellis enim octavo, pueris nono imponebantur nomina, Festus in v. lustrici: vide ibidem Scaligerum.

TIT. LVIII. *De jure liberorum.*

QUam apte cohæreat hic titulus superiori ex eo apparet, quod *l. 1.* sit portio *l. ult.* tituli superioris, ut probant inscriptiones, & subscriptiones, & quod ex lege Papia, de qua in *d. l. ult.* olim vir, & uxor inter se solidum capere poterant, si unum filium superstitem habebant; vel si cum puberem amisissent, quoniam satis erat eum educasse usque ad pubertatem, & cætera, quæ Ulpianus exequitur *tit. 16.* Item solidum inter se capere poterant, qui neque haberent, neque amisissent liberos, si oblatis precibus jus liberorum à principe impetrassent, tot scilicet liberorum quot sufficiunt obtinendæ capacitati essis, & hæc impetratio etiam dabat matribus jus succedendi filio ab intestato ex Senatusconsulto Tertylliano, *l. 7. Cod. Theod. de leg. her. l. 8. Cod. Theod. de bo. prof. l. 9. Cod. Theod. de instr. his quæ sub Tyr. & Nov.* Valentiniani *de testam. At l. 1.* jus liberorum concedit ultro, & generaliter omnibus etiam non petentibus, ut solidi capaces sint conjuges inter se, & *l. 2.* ut matres succedant filio, ex Senatusconsulto Tertylliano.

LVIII. Enarratio.

AT l. 1.] De hoc jure liberorum vide Cujac. ad Ulp. *d. tit.* 16. & ad Paul. 4. *Sent. tit.* 9.

Ut matres succedant] etsi non ter enixa fuerit, vel quater. Quid enim peccavit si non plures, sed paucos peperit? ut ait Justin. in *Instit. de Senatusconf. Tertull.* ut apud Philonem in tertio de vita Mos. εἰ μὴ ἄρα ἐν ἁμαρτίᾳ θετέον τὸ γονέων ἄρρενος ἀμοιρῆσαι: *nisi forte parenti vitio dandum sit, quod caruit mascula sobole,* quod Justinianus constituit respiciens ad naturam, & puerperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam, ut idem Justin. ait, in *Instit. de Senat. Tertull.* χαλεπὴ γὰρ, καὶ βαρεῖα λίαν ἡ κατάστασις τῆς γυναικὸς, ὅταν τίκτῃ: *acerbus enim, & valde gravis est labor mulieris cum parit,* Scholiastes Oppiani. V. ad Instit. lib. 3. cap. 3.

CODICIS



CODICIS JUSTINIANI LIBER NONUS.

TITULUS PRIMUS.

Qui accusare non possunt.

OST civiles actiones dantur criminales, quæ proprie accusationes dicuntur. Ut vero lib.6. sup. Digestorum 38. prius egit de his, qui testamenta facere non possunt, quam de testamentis ipsis, ita hoc libro primum agit de his, qui accusare non possunt, deinde de accusationibus: qui non est quidem ille ordo docendi secundum quem prius de re, quam de circumstantiis dicendum est; sed est ordo respondendi de jure, & in foro exercendorum judiciorum, ut prius quæratur de personis, quam de regulis, & solemnitatibus juris, *l.4. ff. qui test. fac. poss. l. quidam, ff. de in. cod.* Et hos vero in hoc titulo ostenditur accusare non posse, primum qui in reatu sunt, quia neque alium quemquam, nisi suam, vel suorum injuriam persequantur, neque accusatorem suum eo crimine, cujus relatione neque relevantur ipsi, neque nncrant, & pœnæ subjiciunt accusatorem suum, accusare possunt. Item alio, quam pupilli, vel adolescentis nomine, neminem accusare posse, sed suo tantum de professo, & comminus. Item accusare eum non posse, qui non edidit libellum inscriptionis, quod est accusatori periculum calumniæ, ut judici libellus ex quo sententiam recitat, periculum famæ, & existimationis. Item qui post inscriptionem non satisdedit se perseveraturum in crimine usque ad sententiam. Inscriptionem, & delationem accusatione, & litis contestatione, & vocatione in jus esse priorem. Mulierem quoque & militem accusare non posse, nisi suam suorumve injuriam persequatur, quo casu mulier ex S.C. sine inscriptione admittitur propter fragilitatem temeritatemque naturæ, miles non nisi cum inscriptione: Item qui ab accusatione destitit, & alium fere quemcumque infamem accusare non posse, nisi suam suorumve injuriam persequatur, familiares, libertos, servos, dominum suum criminaliter accusare non posse, nec si suam injuriam persequantur: Eum qui duos reos delatos habet, tertium deferre, & accusare non posse, nisi propriæ injuriæ causa: Fratrem à fratre graviori crimine accusari non posse, nisi alter alterius vitæ fecisse dicatur insidias.

Tom. II. Prior.

A

I. Enarratio.

QUæ propriæ accusationes dic.] Accusationes proprie dicuntur in publicis judiciis, & accusatores publici criminis delatores, ut etiam notant Græci ad legem 1. tit. 44. lib.9. Ut prius quæratur de persona] S. Hilarius in libro advers. Arrianos, vel Auxentium Mediolanensem; *Quibus rebus permotus, audiri nos à Quæstore, & Magistro præcepit confidentibus una nobiscum Episcopis fere decem: primumque, ut in foro solet, de persona calumniatus est, damnatum quondam me à Saturnino, audiri ut Episcopum non oportere.* Et in Epistola Auxentii ad Valentinianum, & Valentem Impp. quæ sequitur. *Jussit vero pietas vestra cognoscere de his viros laudabiles Quæstorem, & Magistrum, & sicut*

B

prædixi, non eos personam habere accusatorum, aut judicare, qui semel depositi sunt.

Nisi suam, vel suorum] *l. 19.*

Cujus relatione] Si extraneus quem maritus reum fecit adulterii, postquam in reos relatus est, objiciat marito lenocinium, non audietur: quia neque opposita exceptione lenocinii relevat se, neque onerat accusatorem, *l.2. §. qui hoc dicit, & §. extraneus, ff. ad l.Jul. de adult.* Sed si uxor quam maritus ream fecit adulterii, dicat se peccasse lenocinio mariti, recte opponitur exceptio lenocinii: quia licet objectio hæc uxorem non relevet, tamen maritum onerat, & pœnæ subjicit, *d. l.2. §. si publico.* Cujac. Obs. lib.20. 7.

C

Item alio, quam pupilli] *l. 2.* in qua Cujac. legit, *pupilli nomine*, ad Paulum 5. *Sent. tit.12. §. 4.* & heic. Codex tamen Menagii vulgatam retinet.

Comminus] id est, *συντόμως, ἤτοι παρόντων ἑκατέρων μερῶν: cognitionaliter, sive præsente utraque parte,* Græci ad *leg. 19.*

Qui non edidit libellum] *l. 3. hoc tit.* Libellorum inscriptionis conceptio talis est: Consul & dies, &c. *l.3. ff. de accusat. & inscription.* Lucianus δίκη φωνηέντων: ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμη, &c.

Periculum calumniæ] *l. 15.*

Ut judici] vide Cujac. ad tit. 44. lib. 7.

Non satisdedit se perseveraturum] *d. l. 3. & l. si cui 7. §. 1. ff. de accusation.*

Vocatione in jus esse priorem] Cujac. ad *d. l. 3.*

Mulierem quoque] *l. 5. & 12.*

Et militem] *l. 8. & 10.* in qua Gordianus rescribit, *Mutatrando militi*. Sic ibi habent libri veteres. Quoniam autem in *l. 4. sup. de hæreticis* dicitur, Manichæos à quolibet accusari posse: Theodorus ad *leg. 15. hoc tit.* scribit, videndum, num infamis, & mulier, & miles eos possint accusare.

Item qui ab accusatione destitit] Qui destitit, amplius accusare non potest, *l. 2. ff. ad Senat. Turp. d.* ut recte Græci: *οὐ δύναται περαιτέρω κατηγορεῖν τινος: de cætero quemquam accusare non potest*.

Familiares] *l. 17. & 20.* Familiares sunt, qui in domo nostra versantur, & agunt. Basilica: *οἱ διάγοντες ἐν τῷ οἴκῳ.* Glossæ: *οἰκεῖος, domesticus, familiaris.* Interdum tamen familiares accipiuntur pro servis. Ammianus libro decimo nono, *Familiarem suum perquam fidum dimisit.*

Libertos, servos] *l. 8. ff. de accus. l. pen. & ult. hoc t.* M. Tull. pro Dejotaro: *De servis in dominum ne tormentis quidem quæri licet*. Cajus tamen Caligula servos ad dominorum accusationem impellere tentavit, quorumcumque criminum reos eos agere vellent, Josephus lib. 19. *ἀρχαιολ.* cap. 5.

Eum qui duos] *l. 16. h. t.*

Graviori crimine] *l. 13. 14. & 18.* si magnum, & capitale crimen sit, frater exilii pœna plectitur, *d. l. 13. ἐξορία ὑποκειται, relegatur*, Basilica.

TIT. II. *De accusationibus, & inscriptionibus.*

A Personis transit ad rem ipsam, id est, ad accusationes, & inscriptiones. Inscriptiones, quæ & delationes, denuntiationes, querelæ, testationes accusationum præcedunt, accusationes sequuntur. Quod ratio exigendæ inscriptiones demonstrat *in l. 5. Cod. Th. eod.* in qua supremam actionem, accusationem vocat, & *l. 3. l. 5. l. pen. hoc tit. l. 7. ff. eod. l. x. inf. ut intra cer. temp.* At in hoc tit. prius dantur leges de accusationibus, quam de inscriptionibus. Nam de inscriptionib. sunt *l. 13. §. pen. et ult.* & de eis quoque est nonnihil in *l. 8.* ut vel ex libello fiant, vel apud acta deponantur. Cæteræ sunt de accusationibus publicorum judiciorum, itemque extraordinariorum, ut de termino moto, cujus criminis executio extraordinaria est, *l. 5.* & de vendito, vel empto eventu sententiæ, *l. 10.* vel sunt de notoriis, & relationibus apparitorum præsidis provinciæ, vel aliarum publicarum personarum, quæ etsi accusationes non sint proprie, nec exigant apparitoris inscriptionem, tamen accusationibus proximæ sunt, quia non minus subit periculum calumniæ, qui ex eis denuntiat crimina, quam qui defert ex inscriptionibus, *l. 7. et 14.*

II. Enarratio.

AD accusationes] *Judicis non est sine accusatore damnare, quia & Dominus Judam cum fur esset, sciebat, sed quia non est accusatus, minime abjecit*. Accusatio definitur ab Aristotel. in Rhetorica ad Alexandrum *ἁμαρτημάτων καὶ ἀδικημάτων ἐξαγγελία*.

Delationes] Cornelius Tacitus Ann. 2. cap. 27. *Libo Drusus defertur moliri res novas*, & Ann. 3. cap. 22. *Defertur simulavisse partum*. Deferre nomen Ciceroni pro Cœlio, & pro Roscio. Glossæ Græco-Lat. *κατηγορῶ accuso, crimino, defero nomen.*

Inscriptiones] Recte Cujac. ad *l. 3. t. sup.* in recitat. Libello, inquit, inscriptionis is, qui crimen intendit subscribere debet sua, vel alterius manu si litteras nesciat, ut ait *lex tertia, ff. de accusat.* quo fit, ut hanc professionem modo inscriptionem nominemus, modo subscriptionem. M. Tull. de invent. 2. *Cum venefici cujusdam nomen esset delatum, & quia parricidii causa subscripta esses, extra ordinem esset acceptum*. Vide Heraldum adversus Salmasii Observat. ad jus Atticum libro 7. 16. ubi in *l. 3. inf. tit. 20.* legendum monet, *in crimen*, recte, ut in veteri Codice Menagii,

A non in crimine, ut vulgo. Subscribit autem accusator, *passurus similem non victo crimine pœnam*, ut ait Guntherus Ligurini 7. *ne quis facile calumnias adfigat insontibus*, ut Marcellinus. Eunapius in Juliano: *ἀλλ' ὁ ἀνθύπατος ὑπολαβών, ἀλλ' οὐ τοῦτό γε, εἶπε, Ῥωμαῖοι δοκιμάζουσιν ἀλλ' ὁ τὴν πρώτην εἰπὼν κατηγορίαν, κινδυνευέτω περὶ τῆς δευτέρας: At proconsul subiiciens: Istud, inquit, Romanis non probatur: quia is, qui prior accusat de secunda accusatione periclitetur*. Prætermittendum non est Salmasium pertinaciter negare, inscribere, & subscribere in crimen rem eandem esse: Speciminis Confut. Animadversion. Heraldi cap. 25. Apulejus in Apologia, sub initium: *Pontianum fratris sui filium, quem paulo prius occisum à me clamitarat, postquam ad subscribendum compellitur, illico oblitus est de morte cognati*
B *adolescentis*.

Et de vendito, vel empto] uterque crimen contrahit venditor, & emptor. Cujac. in recitat. scribit, Græcos interpretes non intellexisse legem 10. hoc titulo: putant enim ex hac lege mandatorem perinde puniri, atque homicidam, quod licet verum sit, *l. 5. hoc tit.* Paul. *Sentent. lib. 5. 23.* vide epistolam Romani cleri ad Cyprianum, quæ 31. est inter ejus epistolas. Non tamen ex *d. l.* 10. id elici potest.

Vel sunt de notoriis] hoc tantum moneamus, in codice Menagii legi *notariis*, & tamen superscriptam litteram o, & numero multitudinis notoria dicunt auctores nostri. Sic etiam Apulejus 7. Metamorph. *Falsa de me notoria pertulerat*, ita enim legitur in codice Oxoniensi, & alio MS. Pricæo teste, cum vulgo le-
C gatur, *falsam de me notoriam pert.* De notoriis vide Cujac. Obs. lib. 1. 33. & lib. 11. 3.

TIT. III. *De exhibendis, vel transmittendis reis.*

Vide tit. 3. eod. libro.

POst inscriptionem delatoris, sequitur, ut judicio reus exhibeatur, quo accusari, & lis cum eo contestari possit. Quamobrem si peregre comprehensus sit, præmisso libello inscriptionis, ad suum forum cum delatore transmittendus est, ut ibi exhibeatur, & accusetur. Priorem esse inscriptionem exhibitione ostendit *l. 2. hujus tituli*. Exhibitionem autem accusatione solemni, & litis contestatione esse priorem argumentum est, quod absens non accusatur, & quod ad exhi-
D bendum cum domino agit, qui servum accusaturus est, *l. 2. sup. ad exhib.* Non fit autem exhibitio rei sine speciali præcepto judicis, *l. 3. hoc titulo*, quoniam apparitoris hac in re solius nulla potestas est. Denique exhibendus est reus, quem judex sisti, produci, exhiberi jubet commotus certis indiciis, *l. 7. inf. ad l. Cor. de fal.* trasmittendus, quem ad se transmitti jubet, misso plerunque aliquo ex officio suo ad deducendum, & exhibendum eum, ut *l. 2.* vel literis ad collegam scriptis, ut in *l. solent, ff. de custod. reor.* dicitur præsides privinciarum in quibus delictum commissum est, solere scribere ad collegas suos (omnes præsides provinciarum invicem collegæ sunt) ubi rei agere dicuntur, & desiderare, ut ad se reos transmittant cum prosecutoribus, vel cum prosecutione idonea, ut ait *l. 7. inf. de def. civ.* Ultro etiam præsides nonnunquam reos re-
E mittunt ad proprium forum, veluti ad præsidem alterius provinciæ in qua crimen admiserunt, *l. si cui, §. ult. ff. de accus.* vel unde ii homines sunt, *l. non dubium, ff. de cust. reor.* Vel militem, qui in provincia crimen admisit, ad magistrum militum, si hoc personæ, vel criminis qualitas exigere videatur, *l. 5. hoc tit.*

III. Enarratio.

ABsens non accusatur] Absens capitali crimine accusari non potest, *l. 6. hoc tit.* neq; damnari, *l. absentem 5. ff. de pœn.* Paulus v. *Sent. tit. 5. §. penul.* Theodoretus epist. xcviii. *μὴ ἐρήμην κατηγορείτω, ἀλλὰ παρόντας ἐξεταζέτω, τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς θείοις νόμοις, καὶ τοῖς ἀνθρώποις.*

θρασύ'ιαι δονῆ; *absente, ne accuset, sed præsentes coarguat: hoc enim, & divinis legibus cautum est, & humanis*. V. D. Chrysostom. to. 4. p. 683. editionis Græco. Lat. Boetius de consolatione Philosophiæ prosa 4. *Si inflammare sacras ædes voluisse, si sacerdotes impio jugulare gladio: Si bonis omnibus necem struxisse dicerentur, præsentem tamen sententia, confessum, convictumve punissset. Nunc quingentis fere passuum millibus procul moti, atque indefensi, ob studium propensius in Senatum morti proscriptionique damnamur*. Sed absens adnotatur inter reos, *d. l. 6.* Post litem tamen contestatam, qui per contumaciam abest, condemnari potest, ut notant Græci ad *d. leg. 6.* nisi quis ejus absentiam excuset: absens enim per procuratorem defendi potest, *l. 3. hoc titulo*, non aliud dicente procuratore; quam justam esse causam propter quam abest, ut Græci ibid. & Fulgosius heic: qui etiam legem *servum 33. §. publice, ff. de procurat.* post Johannem ita accipit, ut quilibet justas absentiæ causas allegare possit.

Sine speciali præcepto judicis] Πολλάκις γὰρ ὁρῶμεν [illegible] ταξεῶτας ἐρχομένους [illegible] ἐκ τοῦ ἐγγράφου παραστῆσαι: *nam sæpe videmus officiales, qui volunt reos scripto exhibere*, ut ajunt Græci ad *d. leg. 3.*

Vel unde ii homines sunt] Theophylactus in Lucæ caput 23. scribit, Pilatum secundum legem Romanam Dominum nostrum velut Galilæum remisisse ad Herodem Galileæ præsidem: Ῥωμαϊκῷ νόμῳ ἑπόμενος ὁ Πιλᾶτος πέμπει τὸν κύριον πρὸς Ἡρώδην, τῷ κελεύοντι, ἕκαστον παρὰ τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ κρίνεσθαι διὸ καὶ ὡς Γαλιλαῖον τὸν Ἰησοῦν πέμπει τῷ τῆς Γαλιλαίας ἄρχοντι.

TIT. IV. *De Custodia reorum*;

Vide d. tit. 3.

Titulus est de custodia reorum, qui rei postulati, & judicio exhibiti sunt, nec tamen de qualibet custodia, sed de carcere tantum vinculisque publicis, quæ est summa, & diligens omnium maxime custodia, *l. 6. §. ejus, ff. de in. rup.* Alia est custodia officii, *l. 1. inf. ad S.C. Turpil. l. 3. inf. de abolit. l. 1. sup. tit. prox.* conjuncta *l. 2. C. Th. eod.* quæ non est reo impedimento comparanti se intra XXX. diem juxta beneficium *l. 2. tituli superioris, & l. ult. C. Th. eod.* ad sistendum judicio competenti. Alia est custodia militum, vel servorum publicorum civitatis, ut in epist. Plinii de custodiis ad Trajanum, vel lictorum, vel mancipum carceris. Aliquando etiam rei fidejussoribus committuntur, vel etiam sibi ipsi .i. fidei & religioni suæ, maxime pro innocentia sua, *l. 5. ff. eod.* ut puta si manifesta, & jure prodita suppetant argumenta, & præsumptiones innocentiæ, sicut è contrario si præsumptio adversus reum faciat, carcere potius eum cohiberi, & celari placet, *l. ult. hoc tit.* ac similiter carcere, & vinculis continetur, qui graviorum criminum reus est, *l. 1. hoc tit. l. 3. ff. eod.* vel qui convictus, aut confessus, atque adeo diligentius adservandus est, *l. 2. sup. titul. prox. l. 2. hoc tit. l. 5. ff. eod. l. 4. §. pen. ff. ad l. Jul. ma.* vel servus, qui à domino indefensus relinquitur ex lege Julia, *l. 2. ff. eod.* quibus tamen omnibus casibus etiam opus est speciali præcepto judicis, *l. ult. hoc tit.*

Diligens custodia] vide Cujac. observat. XIV. 34.

IV. Enarratio.

Alia est custodia officii τῆς τάξεως, apparitionis. Divus Augustinus tract. XLIX. in Johannem: *Alios jubentur custodire lictores: alios humanum, & mite officium atque civile. Alii traduntur optionibus. Alii mittuntur in carcerem*, & epistola CLXII. *Reliquos ab officialibus custoditos*.

Se intra 30. diem] Divus Augustinus in epistola 228. ad Florentinum: *Omnis potestas sub imperio constituta imperatoris sui legibus servit. Quamvis ergo jam per fratrem, compresbyterum meum Cœlestinum miserim legem, quam quidem, & antequam mitterem, ignorare utique non deberes, qua concessum est eis, qui præcipiuntur ab aliqua potestate judiciis exhiberi, ut ad gesta municipalia perducantur, atque illic interrogentur, utrum velint triginta dies in ea civitate ubi tenentur, agere sub moderata custodia, ad parandos sibi sumptus, vel rem suam, sicut necesse fuerit ordinandam*. Idem repetit epistola sequenti, & 230. Intelligit autem *leg. ult. Cod. Theod. eodem*.

Alia est custodia militum] *l. sed etsi quis 4. ff. si quis caution. l. 5. quibus ex causis maj.*

Ut in epist. Plinii] Epistola 30. libri 10.

Vel lictorum] Qui & virgarii dicti. Glossæ: ῥαβδοῦχος, *lictor, virgarius*, & statores, vel stratores, ut in codice Menagii, *l. 1.* vide Cujacium lib. 12. tit. 24.

Vel mancipum carceris] Carceri præpositorum, *l. 8. ff. eod.* qui & claviculatii. Passio SS. XL. martyrum, *Jussit enidam Aglaico claviculario, revelatis eorum nexibus, diligenter eam custodiri*. Eulogius Cordubensis Memorialis sanctorum libro 2. cap. 2. *de quodam eunucho vocabulo Nazar claviculario*. Martyrologium Hrabani mense Martio: *In cujus locum clavicularius, qui sanctos martyres custodiebat, credens Christo substitutus est*. Iidem carcerarii dicti. Epist. Synodica concilii Alexandrini: *ubi spiculator apparebat, & commentariensis sive carcerarius pro diaconis ecclesiæ adventantes introducebat*: vide Cujacium ad tit. *C. de excusat. artific. l. 1.* Cujacius ad *l. unic. inf. de pistoribus*. Mancipem carceris Prudentius dixit pro Commentaciensi, Peristeph. hym. 11.

Tunc ipse manceps carceris,
Et vinculorum janitor.

Vel qui convictus, aut confessus] Cujacius heic scribit, ut quis damnetur sufficere, vel ut convincatur, vel ut confiteatur, ex *l. qui sententiam 16. inf. de pœn.* & quod quædam nationes observant, ut nec convictus quidem damnetur, nisi confiteatur, jus nostrum non admittere: de confesso, aut convicto vide locum Boetii sup. tit. 115.

TIT. V. *De privatis carceribus inhibendis*.

Custodiæ nomine titulo superiore intelligitur tantum publica custodia, ut *l. vinculorum, ff. de ve. sig.* quia, ut hic titulus ostendit, privata illicita est, & tanquam læsæ majestatis rei puniuntur privati homines, qui se pro magistratu gerentes, privati carceris custodiam exercuerint, simul ac judices, & principes appatitionis judicum, qui hæc crimina dissimulaverint. Pœna in *l. 1.* definitur esse ultimum supplicium, at in *l. 2.* Justinianus mitiorem pœnam statuit, infamiæ scilicet, & periculi litis propter quam adversarium privato carcere cohibuerit, & ut pœnam carceris publici tot diebus sustineat, quot privatum exercuerit. Constitutio est Græca ad Menam PP. cujus sententia in Bas. his verbis expressa est. Ἡ διάταξις κελεύει μὴ γίνεσθαι ἰδιωτικὰς φυλακάς, τοὺς δὲ τοῦτο πράττοντας ὑποκεῖσθαι καὶ ἐπιτίμια, καὶ διάγειν ἐν τῇ δημοσίᾳ φρουρᾷ τοσαύτας ἡμέρας ὅσας δῆποτ' ἂν γένοιτο ὁ ἐγκλεισθεὶς ἐν τῇ γενομένῃ παρ' αὐτῶν φυλακῇ, ὁποίας ἂν εἴη τύχης, ἢ ἀξίας, ἐκπίπτειν δὲ καὶ τῆς δίκης τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς κατὰ τῶν ἐγκλεισθέντων, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος· εἰ δὲ ῥᾳθυμήσει ὁ ἄρχων, ὑφίσταται κίνδυνον καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν. *Constitutio jubet privatas custodias non fieri, & eos, qui fecerint, pœnæ subjici, & tot dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in privato ab eis inclusus, cujuscunque sint conditionis, vel dignitatis: amittere etiam eos causam, quam habent adversus inclusos providentia Episcopi, & Præsidi. Quod si neglexerit Præses, & honorum, & salutis periculum sustinebit*.

V. Enar-

V. ENARRATIO.

PRivato carcere cohibuerit] Vestigia privati carceris extant apud Beatum Gregorium epist. xciv. libri II.

In Basilicis] Libro 60. tit. 55. vide Collectionem Constitutionum Ecclesiasticarum, quæ Theodoro Balsamoni tribuitur in scriptis codicibus in Paratitlis ad tit.4. libri 1.

TIT. VI. *Si reus, vel accusator mortuus fuerit.*

EX hoc titulo intelligimus morte accusatoris accusationem extingui, *l. ult.* non crimen, *l.3. §. ult. ff. de accus. l. sed si maritus, ff. qui & à quib. man. l. pen. C. de pub. jud.* At morte rei extingui crimen, vel mortalitate, ut loquitur *l. ult. ff. ad leg. Jul. ma.* quia non qualibet morte, non morte sibi adscita in reatu capitali, *l. pen. hoc t.* ut in reatu Libonis apud Cornel. Tacitum lib. 2. Mortalitas mors est communis, & naturalis. Verum Constitutione Divi Marci excipitur crimen perduellionis, *l. pen. & l. ult. inf. ad l. Jul. ma. l. ult. ff. eod. l.4. sup. de hæret. l. 1. in fi. ff. de req. nec absdam.* quod morte non extinguitur. Et alia quoque crimina occidunt cum persona rei defuncti tantum, non in conreorum, *l. 1.* & in rei principalis defuncti persona, ut puta, qui instrumentum falsum fecit, non ejus, qui postea sciens eodem instrumento utitur, *leg.* 4. An etiam post condemnationem pendente appellatione morte rei prorsus extinguatur aliorum criminum causa, quæstio est *l. ult.* jam profligata lib. 8. tit. 67.

VI. ENARRATIO.

AT morte rei extingui] Symmachus epist. lib. 10. 47. *Nam quomodo clementia vestra vim veteris comminationis in mortuum tetendisset, cum gravium etiam noxarum pœna fine vitæ solvatur?*

Morte sibi adscita] nam bona ejus heredi auferuntur, & confiscantur, ut heic notant Græci ex *l.3. ff. de bon. eor. qui ante sentent. mort. sibi consciv.*

In reatu capitali] *d. l.3.*

Occidunt cum persona] Crimina occidunt cum personis, ut ait lex 1. *C. Theod. de liber. cau.* Extinguuntur. Plautus in Aulularia act. 4. sc. 9. *Perii, interii, occidi:* & in Trucul. act. 11. sc.5. *Dolus ne occidat morte pueri.*

Non ejus, qui postea sciens] Græcus interpres notat constitutionem non loqui de sciente, idque mirum, ξένον, esse ait: utique enim intelligenda est de eo, qui sciens prudens falso instrumento utitur.

Legis ult.] Cujacius heic distinguit, an specialiter bona sententia publicata sint, an tacite, ut auctores Basil. lib. 40. t. 56. cap. 4.

TIT. VII. *Si quis Imperatori maledixerit.*

JAm à tit. V. cœpit agere de crimine læsæ maje. ad quod nec male dicam etiam respicere t. 6. propterea quod ab ejus definitione excipitur crimen perduellionis, quod summum est, crimen læsæ majest. Sed quia & ex aliis quamplurimis causis crimen majest. committitur, & vel dicto, vel facto, de eo, quod dicto agitur in h.t. de quo etsi aliquando fuerit judicium majestatis, tamen ex Constit. hujus tit. nullum judicium, nullave pœna temere constituitur, inconsulto principe. Ubi remittendum Græcis recte est condonandum, non remittendum ad principem, ut ipse de eo statuat, etiamsi ab injuria processerit, quia nec bonus princeps, ut Titus dicebat, injuria adfici potest.

VII. ENARRATIO.

DE quo etsi aliquando fuerit judicium maj.] Arnobius 4. adversus Gent. *Majestatis sunt apud vos rei, qui de vestris sequius obmurmuraverint aliquid Regibus.* Cyrillus Alexandrinus in epistola ad quosdam Clericos CP. exstat autem in concilii Ephesini parte 2. act.1. εἰ γὰρ καὶ ὁ μίαν ἀφιεὶς δύσφημον φωνὴν τολμήσας, καὶ κατὰ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων δικαίως ὑπομένει τὴν ἐκ τῶν νόμων ἀγανάκτησιν, &c. *Etenim si ille, qui vel unicam infamem vocem contra piissimos Christianissimosque Imperatores depromere ausus fuerit, merito legum indignationem non evadit.* De eo, qui Principi maledixerit, vide Cod. LL. Wisigothorum libro 2. cap. 8. Prudenter igitur Gregorius Thaumaturgus in Metaphrasi in Ecclesiast. cap. 10. βασιλεῖ δὲ καὶ ἄρχουσι καὶ δυνάσταις ὑπακούειν πρέπον, καὶ οὐκ ἀπεχθάνεσθαι, οὐδ' ὅλως λυπηρόν τι εἰς αὐτοὺς ῥῆμα ἀπορρίπτειν, δέον γὰρ μὴ τὸ καὶ τὸ καταμόνας εἰρημένον, εἰς φανερόν ποτ' ἔλθῃ, τῷ γὰρ μόνῳ καὶ πλουσίῳ καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ, ἄγγελοι ὀξεῖς καὶ ὑπόπτεροι ἅπαντα διακομίζουσι, πνευματικὴν ὁμοῦ καὶ λογικὴν τελοῦντες ὑπηρεσίαν. *Regi autem, & præfectis, aut proceribus audientes esse convenit, ac non ipsis in offensam venire, nec molestum ullum verbum in eos projicere: periculum enim est, ne id etiam, quod occulte ac remotis arbitris dictum fuerit, in lucem forte veniat. Etenim soli, & diviti, & magno regi nuncii celeres, & pennati omnia perferunt spirituali simul, & rationali ministerio fungentes.* Vide Tertullianum de pallio cap. 4. Sed & qui tempora incusat, tacite & ipsum Principem incusare creditur, *l. un. hoc t.* ut solemus dicere tempora prava, & non prava à rebus, quæ in iis accidunt, aut ab hominibus, ut ait Theophylactus in posteriorem ad Timotheum c. 3. Græca si malis hæc sunt; ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ οὕτω λέγομεν καιροὺς πονηροὺς καὶ δυσκόλους ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς συμβαινόντων, ἢ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Theodoretus in epistolam Pauli ad Galatas cap. 1. οὐ τοίνυν φύσει πονηρὸς ὁ παρὼν αἰών, ἀλλ' ἐν αὐτῷ παρά τινων πονηρὰ τολμᾶται. *Præsens itaque sæculum non est natura malum, sed in eo nonnulli improbe versantur.* D. Hieronymus in eandem epistolam: *Seculum, quod est spatium temporum, non per semetipsum, aut bonum, aut malum est: sed per illos, qui in illo sunt, aut bonum appellatur, aut malum.*

Nullum judicium] Jam ergo non verba punienda sunt, aut linguæ temeritas: Quoniam si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum, si ab injuria, remittendum, ut est in lege septima hoc titulo. Basilica, συγχωρητέον: *condonandum:* eamque interpretationem sequitur Scholiastes Harmenopuli in Epitom. SS. canon. t.2. recte: & ita Fulgosius. Glossæ, Azo, Joannes Faber, & alii, remittendum ad Principem, male.

Ut Titius dicebat] Græca verba Dionis adscripsi in recitat. Cujac. ad hunc titulum. Bonus igitur Princeps, aut dissimulat, aut obliviscitur. Cyrillus Alexandrinus in Apologia ad Theodosium Imperatorem: πρέπον ἐστὶ γὰρ ὡς ἔοικε, καὶ μίμησιν ὡς πρὸς Θεόν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει τὸ ἀμνησίκακον. *Habet hoc majestas vestra ex divina imitatione, ut offensarum obliviscatur.* Vide ejusdem epistolam 20. ad Comarium, & Potamonem. Q. Curtius lib. 8. cap. 8. *Clitus utinam non coegisset me sibi irasci: cujus temerariam linguam probra dicentem mihi, & vobis diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tulisset.* Hebræorum moribus, qui regi familiæ Davidicæ maledixisset, mortis reus erat; ut observat Seldenus de successión. ad LL. Hebræorum cap. 25.

TIT.

TIT. VIII. *Ad legem Juliam majestatis.*

Vide t.4. lib.48. D.

IN hoc tit. & ex aliis causis ostenditur, bonos principes non admittere quæstionem læsæ majestatis, puta quod per imprudentiam judex pronunciaverit contra Constitutiones principis, *l.* 1. vel quod inconsulte quis perjurio violaverit principis nomen, *l.*2. vel ex aliis causis levioribus. Et cætera omnia sunt de crimine perduellionis, quod & rebellionis, & impietatis, & sacrilegii dicitur, crimen summum, & maximum, *l. 7. Cod. Theod. de ind. cr.* in quo hæc singularia recepta sunt, ut morte nocentium non extinguatur, ut alienationes, vel manumissiones, vel emancipationes factæ à nocentibus non valeant, si memoria eorum damnata sit post mortem, *l. quisquis, l. pen. & ul.* ut ex ea causa servi torqueantur in caput domini, *d. l. pen. & ult.* quæ leges sunt ex Paulo, & Martiano non ulli Constitutioni Græcæ (nullam enim in hoc tit. desiderari Basilica patefaciunt) sed Constitutionibus Latinis à Triboniano subjectæ, quod in Digestis prætermissæ essent: & eleganter *l. 2. Cod. Theod. ne præt. cr. ma. ser. &c.* in hoc crimine etiam in servis honestam proditionem esse, Nam & hoc facinus tendere in dominos, dominos rerum scilicet, ut *l.3. sup. de epis. aud.* pro domino igitur rerum in dominum, ut *l.* 13. *inf. de quæst. l.*17. *§. pen. ff. eod.* Item ut damnati ex hac causa non lugeantur, *l. liberorum, §. non solent, ff. de his, qui not. inf.* Ut non petantur sepeliendi, *l.*1. *ff. de cad. pun.* & ut eo crimine omnes omnino, qui postulantur si convicti sint manifestis indiciis, quive accusant si reos non convicerint manifestis indiciis, & hi quorum consilio accusationem instituerunt, torqueantur, cujuscumque ætatis, vel conditionis, vel dignitatis sint, *l. 3. & 4. hoc t. l. decuriones, inf. de quæst. l. de minore, ff. eod.* Chrysostomus Hom. 12. ἔνθα ἂν ᾖ καθοσίωσις, ἔγκλημα οὐδὲν ὠφελεῖ. Item ut filii nocentium masculi excludantur non tantum hereditate patris, quam fiscus occupat totam, abrogato sextante, de quo *l.8. Cod. Theod. de bon. pros. c.* sed etiam matris, & avi, & propinquorum, & extraneorum, ut miseri vivant, & egeni, infames, & intestabiles, *l. quisquis hoc tit. l. ul. inf. de bon. prof.* nec jus sepulchrorum habeant, *l. 1. §. suos heredes, ff. de suis & leg. her.* quod & olim fuisse legibus comparatum M. Tullius scribit, ut charitas filiorum amiciores parentes Reip. redderet. Nec vero quidquam est in *l. quisquis*, quod non etiam olim obtinuerit. Filiabus tamen in bonis maternis servator portio legitima. In Cod. Theod. ut habent ingratæ potius filiæ, &c. scribendum opinor, non ingratæ.

VIII. ENARRATIO.

QUod per imprudentiam] V. ad tit.5. libri 4. Inst.
Inconsulte] Tacitus Ann. 6. *Inconsulte utatur*, & in *l.2. hoc tit.*

Ex aliis causis levioribus] mali Principes etiam ex levioribus causis judicium majestatis admittebant, & per simulationem tuendæ majestatis imperatoriæ multa, & nefanda perpetrabantur, ut ait Marcellinus libro 16. ubi de Antonino Caracal. de quo Ælius Spartianus: *Damnati sunt*, inquit, *eo tempore, qui urinam in eo loco, in quo statuæ, aut imagines erant Principis, & qui coronas imaginibus ejus detraxerant, ut alias ponerent*, quasi ipsis Principibus injuria facta esset, sicut Diis ipsis injuriam facere videtur, qui Deorum simulacra injuria adficit: ὁ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν ὑβρίζων, αὐτοὺς ὑβρίζει τοὺς θεούς Proculus in Hesiodum.

De crimine perduellionis] D. Hieronymus in Matthæum cap. 27. *Ego quidem innocentem volui liberare, sed etiam seditio oritur, & perduellionis mihi contra Cæsarem crimen impingitur*, & ipse sævi criminis reus perduellio. Glossæ: ἀντάρτης, *perduellio, rebellio.*

Quod & rebellionis] ipse etiam reus rebellio, ut in Gloss. supra citatis.

Et impietatis] ἀσεβείας, Dio in Tiberio. Vide Procopium Gazæum ad cap.27. Numer. pag.424.

Et sacrilegii] Dio libro 44. ἢ ἔργῳ, ἢ λόγῳ αὐτὸν (de Julio Cæsare) ὑβρίσῃ ὑπεύθυνος τε ἐκ τοῦ ἀγοστέως εἶναι. Tertullianus Apologetici cap. 35. *Velim tamen in hac quoque religione secundæ majestatis, de qua in secundum sacrilegium convenimur Christiani, non celebrando vobiscum solemnia Cæsarum, &c.* & ad Scapulam cap.2. *Colimus ergo & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à Deo secundum, & quicquid à Deo consecutum, & solo Deo minorem.*

Crim. summ.] ultimum scelus, Q. Curtio lib.6. Χαλεπώτατον πάντων ἁμαρτημάτων Nov.22. cap.15.

Dominos rerum] Sidonius Carmin.5.

. . . . *mea Gallia rerum*
Ignoratur adhuc Dominis.

Symmachus epistol.] libro 10. 36. *Scivi meliorem esse judicum causam, quæ rerum Dominis reservatur*: vide Cas. 1. var.4. & lib.12. epist. 6. 7. 11. & 13.

Ut non petantur sepeliendi] nam publica animadversione perculsos, & insepultos, ferarum, vel canum, aut alitum facient morsibus dissipari, ut Firmici verba usurpem è lib.8. cap. 11. Matheseos. Sic Æschylus in Septemtheb. Πολυνείκους νεκρὸν ἔξω βάλλειν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν. De cæteris autem postquam leges pœnam capitis exegerunt, ultra nihil inquirunt, ut ait Chrysostomus homilia 35. in epistolam D. Pauli ad Corinthios: vide quæ diximus ad *t. de publ. jud.*

Chrysost.] Homilia 13. ad popul. Antiochenum.

Καθοσίωσις] Majestatis crimen καθοσίωσις à Græcis dicitur. Theodoretus in Danielem cap.6. τὴν τῆς καλουμένης καθοσιώσεως πλέξαι αὐτῷ βουλόμενοι: *impietatis crimen illi impingere volentes.* Ducas historiæ Byzantinæ cap. 5. καθοσίωσιν κατ' αὐτοῦ πλάττουσι: *Crimen majestatis in illum confingunt*: vide Suidam in καθοσίωσις.

Quam fiscus occupat totam] excepto crimine læsæ majestatis, liberis, & parentibus damnatorum usque ad tertium gradum servabantur omnia bona, cum antea publicarentur, *l. 2. Cod. Theod. de bon. proscript. t.* quod jus reducitur *Nov. Justin.* 134. *cap. ult.* Itaque Mogaldum Scotorum regem 23. legem per iniquam condidisse scribit Geor. Buchananus rerum Scoticarum lib. 4. his omnino verbis: *ut damnatorum bona fisco addicerentur, nullam in partem liberis, & uxoribus admissis. Eam leg. etsi omnes iniquam, & inhumanam, & tum intelligerent, & nunc intelligant, tamen à fisci procuratoribus, qui Regum cupiditatibus lenocinantur, hac etiam ætate defenditur.* Sed veterum quoque Francorum legibus damnatorum bona publicata fuisse constat ex capitul. Caroli M. lib.3. cap. 47.

M. Tullius] Epist. ad Brutum 12. 15. & 16.

Portio legitima] Εἰ μὴ αἰτίαν ἐξερεδατίονος παρέσχον: *nisi causam exheredationis præbuerint*. Græcus interpres ad *d. l. quisquis, §.* 3. Filii autem nihil accipiunt, licet ingratitudinis causa non appareat, ut ait Græcus interpres ibid.

TIT. IX. *Ad legem Juliam de adulteriis, & stupro.*

Vide tit. 5. eod. lib.

A Crimine læsæ majestatis, quod omnium maximum est, transit ad crimen adulterii, & stupri. In adulterio est vir, & mulier aliena. In stupro vel vir vel mulier non est, vel esse vir, & mulier vacua. Dico in adulterio esse mulierem alienam .i. alii nuptam. Non dico virum alienum: Nam in viro alieno, qui fuerit cum muliere vacua, lege Julia crimen ut stuprum, non ut adulterium vindicatur. Nec enim lex permit-

tit

tit uxori adversus virum accusationem adulterii. Ex quo efficit *l.* 1. nec in alieno matrimonio violato mulierem publico judicio adulterii accusationem instituere posse: nimirum, quia nec lecti sui injuriam persequi potest. Alio judicio publico mulier suam injuriam persequi potest. Hoc judicio, neque suam, neque alienam. Vindicatur adulterium in muliere alii nupta, & in adultero, qui alii nuptam corrupit, etiamsi vulgo se præbuerit, agente marito, ut opinor, non agente alio. Alioquin vindicatio ex lege Julia patet omnibus, ex lege Constantini quinque personis tantum, nisi junctum sit vi, inter quas maritus primum locum obtinet, intra 60. dies utiles, intra quos nec servi mulieris, & viri, & parentum eorum manumitti, vel alienari possunt. Multæ vero in hunc titulum quæstiones cadunt. nec ulla lex est publicorum judiciorum, quæ à jurisconsultis vigilantius tractata sit: de jure occidendorum deprehensorum, de pœna adulterii, de multa dotis, de præscriptionibus, quæ accusantibus adulterii objici possunt, de ordine instituendæ, & exercendæ accusationis, de transactione habita inter reum, & accusatorem, & aliæ quædam magna ex parte jam à nobis profligatæ 20. Observ.

IX. Enarratio.

OMnium maximum est] Culmen criminum tenet, ceu loquitur Tertull.

Transit ad crimen adulterii] Quod & summum crimen est, & sacrilegio non inferius. Sopater in Hermogenem δεινὸν γὰρ ἡ μοιχεία καὶ τῶν μεγίστων ἀδικημάτων, οὐκ ἔλαττον: Interpres Aphtonii: μηδὲν ἔλαττον κακὸν μοιχεία ἱεροσυλίας. ἄμφω γὰρ θεῖοις πατοῦσι νόμοις: οἱ δὲ δεινὸν ἀληθὲς εἰπεῖν καὶ μεῖζον, ὁ μὲν γὰρ περὶ χρήματα: ὁ δὲ περὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον: sic leg. Denique adulterium πρῶτον ἀδίκημα, *primum locum inter peccata obtinet*, μέγιστον ἀδίκημα, *gravissimum peccatum*. Philo de Decalogo.

In adulterio est vir, & mulier aliena] In adulterio est vir, si cum aliena uxore fuerit: quo casu tenetur lege Julia, *Nov.* 134. Sed si cum virgine, aut vidua fuerit, non tenetur lege Julia de adulteriis. Cujacius ad *Nov.* 22. vide Zonar. & Balsamonem ad canon. 48. Apostolorum.

Nec enim lex permittit uxori adversus vir.] Quam legem improbarunt sanctissimi Patres quos profert Exercitatio 7. quibus adde S. Athanasium quæstione XCIV. ad Antiochum, & Cœlium Lactantium divin. Instit. c. 6.

Quia nec lecti sui injuriam pers. pot.] τοῦτο τὸ ἔγκλημα οὐδέποτε γυνὴ δύναται κινῆσαι: *Crimen hoc mulier omnino intendere non potest*. Græci.

Etiamsi vulgo se præbuerit] *l. si uxor* 13. *§.* 1. *vers. sed & in ea*, *ff. eod.* & ita Glossa ad *leg.* 22. *&* 29. *hoc t.* vide Fulgosium ad t. 13. inf. Non recte igitur Græcus interpres ad *d. leg.* 22. scribit, in uxorem vulgarem adulterium non committi: non enim loquitur de muliere alii nupta, sed de innupta, quæ vulgo se præbet.

Quinque personis tantum] Marito, patri mulieris, fratri, patruo, & avunculo. Raphael Fulgosius ad avum paternum, vel maternum producendam videri constitutionem putat. Extranei autem non admittuntur ad accusationem, ne cuilibet liceat infamare aliena matrimonia, puta adultero accusato constante matrimonio, sive, ut ait Græcus interpres, ἐκ τῷ κατηγορεῖν τῶν συνεστώτων γάμων. Sed & idem juris est, si matrimonium solutum sit, ex Glossæ sententia. Cujacius Observ. 20. 22. accusationem etiam hodie publicam esse putat.

Nisi junctum sit vi] vide ad titulum 13. inf.

Intra 60. dies] vide Eustathium, & Cujac.

Nec servi mulieris] *l. ult. h. t.*

De jure occidendorum] His quæ dixi in Institution. adde hunc locum sancti Cypriani ex epistola 62. *Si superveniens maritus sponsam suam jacentem cum altero videat, nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem fortassis, & gladium sumit?*

De pœna adulterii] de pœna adulterii, & de multa dotis, vide Exercitationem 12. de utraque Achilles Tatius de Clitophontis, & Leucipp. amor. libro 8. τὴν μὲν καὶ τὸν νόμον ἀφαιρεῖσθαι, τὴν προῖκά φημι δεῖν ἐμοί: τὸν δὲ ὑπέχειν τὴν ὁρισμένην τοῖς μοιχοῖς τιμωρίαν θάνατος δέ ἐστιν αὐτῷ: *Illam quidem secundum legem dote multari: hunc vero morte, quæ pœna adulteros manet.* De pœna adulterii vide S. Chrysostomum in epistolam D. Pauli ad Corinthios homilia 9.

20. Observ.] cap. 16. & tribus sequentibus.

TIT. X. *Si quis eam cujus tutor fuerit corruperit.*

POst titulum generalem de stupro, datur specialis de stupro, quod tutor infert pupillæ suæ, quia id Constitutio hujus tit. punit gravius, quam quod quis alius alii infert lex Julia, quæ infligit tantum relegationem, aut publicationem dimidiæ partis bonorum, ut est in Instit. Hæc autem Constitutio infligit deportationem, & publicationem omnium bonorum, quæ & tacite deportationem sequitur, & pœnam hanc quoque Constitutio ait citeriorem esse, quam stuprum, quod debuerit clementia deposita tam infandi stupri raptori per eam princeps infligere pœnam legis Juliæ de vi publica, quæ in raptorem est ultimum supplicium, quia insidiæ, quæ fiunt huic ætati, & illecebræ vi comparantur, imo secundum Solonis legem majori pœna digna est vis, quæ verbis, quam quæ viribus fit, quoniam hæc corpus tantum corrumpit, illa animum quoque. Turpius est stuprum in tutore, cui mores pupillæ informandique boni commissi sunt, qui si id committat, non tutor, sed proditor pupillæ est. Nec enim ineleganter duci proditori comparatur violator pupillæ tutor, Quintilian. declam. 284. Turpius, inquam, est stuprum in tutore, maxime si per matrimonium contractum non sit. Nam si tutor pupillam ducat uxorem, sufficit pœna legis Juliæ de stupro, *l.* 7. *ff. eod. l. libertum*, *ff. de rit. nup.* Si corruperit citra matrimonium, pœnæ locus est constitutionis hujus longe majoris, quæ in hoc tantum mutata est *Nov.* Leonis philosophi 34. quod non publico ex ea, sed pupillæ bona tutoris addicuntur, ut bona raptoris raptæ si ingenua fuerit, ex *l.* 1. *inf. de rap. virg.*

X. Enarratio.

INfert pupillæ suæ] Quæ forte immatura, nec adhuc injuriæ idonea.

Citeriorem esse, quam stuprum] Quintilianus decl. 299. *Citerior tamen est pœna, quam scelus:* pœnam graviorem infligi debuisse pupillæ vitiatori. *La peine est au dessous crime.*

Vis quæ verbis: quam quæ viribus fit] vide quæ dixi ad §. 8. *Inst. de public. judic.*

Quod non publico] bona non publicantur, non eripiuntur à fisco, sed pupillæ addicuntur.

TIT. XI. *De mulieribus, quæ se servis propriis junxerunt.*

HIc etiam titulus est specialis de stupro; quod mulier libera committit cum servo proprio, quod longe turpius, & gravius esse, quam superius, pœna, quam infligit Constitutio hujus tituli demonstrat, quæ est in muliere capitis amputatio, in servo concrematio. Superius non vindicatur in utroque; sed in tutore tantum, & deportatione, non morte. Hoc in utroque, morte. Ac præterea illud deferentes servi non audiuntur, hoc deferentes audiuntur, & pro præmio, si reos peregerint, libertatem consequuntur.

Utrum-

Utrumque tamen est publicum crimen: Nam *l.30. sup. tit. 9.* adulterium tantum eximit numero publicorum judiciorum, non stuprum, Et ut illud, ita hoc lenius punitur, si per matrimonium contractum sit, puta servo manumisso, ut patet ex *Nov.* Leonis & Anthemii *eod. tit. & l. 3. sup. de nup.* & Paulo *2. Sent. eod. tit.* Quod autem sequitur in hac Constitutione, Filii etiam quos, &c. nimium quantum differt ab eo sensu, quem eadem verba habent in Cod. Theod. & à jure communi. Nam utriusque bona damnati damnatæque pœna capitali simul ac filiorum ex eo contubernio procreatorum addicit legitimis heredibus mulieris, non fisco, quod tamen pœnæ capitali consentaneum, & consequens erat. Sed idem etiam in raptus causa longe pejore admittit Constitutio tit. seq. ut vel nulli, vel alii, quam publico addicantur bona reorum.

XI. Enarratio.

Committit cum servo] quem verberonem vocat constitutio hoc tit. ut *l. cum servum 6. sup. de serv. fugit.* & Plautus passim.

Capitis amputatio] in *d. leg. un. capitali sententiæ subjugetur.* Baldus ait, dominam decapitari. Paulus diceret, *decollari*, v. ad tit. 28.

Addicit legitimis heredibus] vide leges Wisigothorum lib. 3. t. 1. 2.

TIT. XII. *Ad legem Juliam de vi publica, seu privata.*

V. tit. 6. & 7. lib. 48. ff.

Tres tituli superiores sunt de stupro, vel adulterio contracto sine vi, quod punitur lege Julia de stupro, vel Constitutionibus factis ad eam leg. Stuprum aut adulterium, quod vi contrahitur, non punitur ea lege; sed lege Julia de vi publica, *l. mariti, §. ult. l. vim, in pr. ff. ad leg. Jul. de adult.* de qua dicere instituit, ut exposita ejus potestate, quæ latissime patet, & pœnis, deinde tit. sequenti specialiter dicat de stupro, vel adulterio vi contracto. Pœnæ autem legis Juliæ de vi publica, vel privata longe mitiores sunt, quam Constitutionum pœnæ: Nam de vi publica lege Julia est deportatio, de privata relegatio, & publicatio tertiæ partis bonorum. Constantini lege vis privata, ut puta si quis per vim ingressus sit possessionem alienam, est capitis pœna, quod & cædes si qua interveniat auctori vis inferendæ imputanda sit, & cæde quidem interveniente æquum est huic pœnæ stari. Alioquin ex alia ejusdem Constantini lege sufficit deportationis pœna, vis scilicet privata plectitur ex ea Constitutione pœna legis Juliæ de vi publica. Et severiores etiam esse Constitutiones quam leges Julias ostendit aperte, *l. servos, hoc tit.* quæ dominis, qui per servos suos vim fecerunt, si honestiores sint, infligit pœnam legis Jul. si humiliores pœnam Constitutionum. Vim autem publicam legimus in Institutionibus esse vim armatam, privatam, quæ sine armis fit, quam non esse veterem distinctionem publicæ à privata ad Paul. ostendi: & illam non esse veram, nisi quatenus omnis vis armata publica semper, privata nunquam censetur. Nam ex diverso, qua ratione armata publica est, quod motu armorum offendatur, & turbetur publica securitas, eadem inermis publica esse potest, ut si vis fiat libero corpori, quia libertatis tutela publica est, *l. 2. ff. ne de sta. def.* Si nova vectigalia exerceantur, quia vis Reip. inferri videtur, cui soli competit vectigalium exactio, vel si quid ex incendio rapiatur, qua in trepidatione maxime publicæ utilitas vindicanda est, *l. 1. §. merito, ff. depos.* vel si quid aliud fiat, quod sit contrarium rei jurive publico principaliter, aut per consequentias: adeo ut quod cadit in legem Jul. de vi privata, possit si quis velit severiori judicio agere, venire in legem Juliam de vi publica; sicut è contrario si quis mitiore, quod in hanc, non in illam.

XII. Enarratio.

Lege Julia est deportatio, &c.] *l. 2. 6. & 7. hoc titulo.*

Sufficit deportationis pœna] *l. 2. & 3. Cod. Th. ad l. Jul. de vi publ. & priv.*

In Institution.] *§. item lex Jul.*

Ad Paulum ostendi] *lib. 5. tit. 26. §. pen.*

Ut si vis fiat libero corpori] *l. 3.* in hac specie, inquit Græcus interpres, lex Julia de vi publica locum habet.

Si nova vectigalia exerceantur] *l. ult. ff. ad l. Jul. de vi publ.*

Quod in hanc &c.] quod in legem Jul. de vi privata cadit, non quod in legem Juliam de vi publica.

TIT. XIII. *De raptu virginum, vel viduarum, vel sanctimonialium.*

Stuprum, vel adulterium vi commissum vindicatur lege Julia de vi publica, itemque Constitutionibus, & his quidem multo severius. Leges Juliæ mitiores sunt constitutionibus, Est autem proprie constitutio hujus tit. de stupro vi commisso in virginem, aut viduam cujuscumque conditionis, aut sectæ: at venit etiam in eam, & quidem multo magis adulterium vi commissum, quo casu jus est marito, vel sponso deprehensum in flagranti crimine quemlibet sine ulla exceptione jugulare, sicut raptorem virginis, aut viduæ parentibus, fratribus, tutoribus, curatoribus patronis, dominis. Et publicum est utrumque crimen, & ejus pœna ultimum supplicium, & ademptio omnium bonorum, ut cedant raptis, si ingenuæ fuerint, vel monasterio, aut Ecclesiæ, si devotæ virgines, aut diaconissæ, in quibus etiam scelus si citra exitum subsederit, punitur; raptis autem ancillis, vel libertinis ex hac constitutione raptori irrogatur quidem ultimum supplicium; sed bona non auferuntur, sicut nec consciis, & ministris hujus criminis, quod est ultimo supplicio inconsequens, nec ita solet fieri. Item ex hac causa rei postulati non audiuntur opponentes præscriptionem fori, vel appellantes, quod Justin. sumit ex *l. 1. Cod. Theod. eodem*, cujus pars est *l. pen. sup. quib. ex causis ser. pro præ.* Interdicitur nuptiis raptoris, & matrimonio raptus scelere contracto, non petita muliere à parentibus, vel aliis à quibus eam peti decet more majorum, etiamsi volens abducatur, quia nec velle intelligitur, quæ circumvenitur, & seducitur, *l. 1. §. si quis volentem, ff. de lib. ho. exh.* nec minus habetur pro raptore, qui eam volentem ducit clam, inconsulto parentum, aut cognatorum ejus. Et idem Johannes usu sque trahit non male ad adolescentes ad matrimonium illecebris, & conciliaturis pessimarum mulierum insciis parentibus, & cognatis illicefactos.

XIII. Enarratio.

Aut sectæ] ut apud Tertullianum Apologetici cap. 5. & 40. *Christianorum*, vel *Christiana secta*, & alibi: *secta Christi*.

Deprehensum in flagranti crimine] in ipso facinore. *ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀδικήματι.* Demostheni. Cujacius in recit. ad tit. 15.

Quemlibet sine nulla except. jugul.] Si vis absit; marito non licet quemlibet compertum in adulterio occidere, *l. marito 24. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 4. sup. eodem.*

Devotæ virgines] vide *sup. tit. 1. tit. 3.*

Si citra exitum subsederit] Seneca controvers. 7. libri quarti in Excerptis: *Scelera quoque quamvis citra exi-*

exitum subsederint, *puniuntur*: etiamsi conata non perfecerit.

Punitur] *l. 53. sup. de Episc. & cler.*

Ministris] Qui συμμαστροπούς, Græcis, *stupri sequestres*, Apulejo Milesia 9. Hæc enim fere explicantur per ministros, per internuncios, per conscios.

Non audiuntur opponentes præscr.] In criminibus cessat omnis præscriptio fori, ut heic notat Thalelæus.

Interdicitur nuptiis raptoris] Hermogenis interpretes legis meminere, qua virgo vitiata nuptias indotatas, vel mortem raptoris eligere poterat, ἢ ζῆν ἢ γάμον ἀπροίκων, ἢ θάνατον αἱρουμένης τοῦ βιασαμένου pag. 270. Sed in raptores severius animadverti suasit utilitas publica: irrogatur enim supplicium novissimum raptori, ut apud Lacedæmonios. Marcellinus in Hermogenem: νόμον τὸν βιασάμενον αὐτὴν χιλίας δεδόναι, καὶ νόμος ἐν Λακεδαίμονι τὸν βιασάμενον θανάτῳ ζημιοῦσθαι De his qui devotam virginem sibi matrimonio sociarint, vide Sirmondum ad epistolam Aviti Viennensis 49.

Etiamsi volens abducatur] Ut apud Heliodorum Æthiopic. 4. τὴν βίαν ἑκοῦσαν ὑφισταμένην ἀναρπάζουσι: *Uim sponte sustinentem rapiunt*.

Quia nec velle intellig. quæ circumvenitur] Seneca: *Rapuisti volentem, sed fecisti ut vellem*: est coacta voluntas.

Inconsulto par.] Fortasse scripserat Cujacius, *inconsultu*, Plautus in Trinummo Act. 1. Scen. 2. vers. 130.

Me absente, atque insciente, inconsultu meo.

Ad adolescentes] Vis committi in adolescentes vix potest. Eusebius Pamphili de Resurrectione libro 1. *Cum autem non valuisset mulieris blandimentum, transtulit blandimentum ad vim. Nova quippe tragœdia in primo fiebat Joseph forte & solo. Siquidem vim pati mulieres natura ipsa mulierem suadet. Joseph autem solus à muliere periclitatur sustinere*, &c.

Conciliaturis] Hinc conciliatrix ancilla apud Plautum. Suetonius Vitellii cap. 2. *Cujus filius sectionibus & conciliaturis uberius compendium nactus*, &c. Sic legit Muretus in variis.

Illicefactos] Suetonius Vitellii cap. 14. *Blanditiis allicefactos*. Utrumque dicimus, allicere, & illicere.

TIT. XIV. *De emendatione servorum*:

VIm & raptum sæpe comitantur homicidia, ut & *l. 6. tit. 12.* notavit; & Constitutio tituli superioris, ideoque post legem Juliam, & Constitutiones de vi & raptu, consequenter dicturus de homicidiis quæ vindicantur lege Cornelia, & Constitutionibus factis ad eam legem, prius vult dato hoc tit. ab ejus legis tractatione semovere homicidia servorum commissa à dominis, quoniam lege Cornelia non vindicabantur, imo & per eam dominis in servos jus est vitæ necisque. At ex Constitutione hujus tituli dominus reus est homicidii, qui servum occidit animo occidendi; non etiam si servus forte à domino virgis aut loris castigatus, aut vinctus, mox, vel paulo post, interierit: hic enim casus domino non imputatur, nec, ut ait Constitutio, in eo dierum distinctio observatur quibus post emendationem aut vincula supervixit servus: quod recte Azo notavit respicere ad legem Dei Exodi 21. pro tempore datam Judæis. His autem Constitutionis verbis, Ictu fustis, apparet eam fustem separare à virgis, ut *l. 2. Cod. Theod. de cur. pub.* & virgam minus esse, quam fustem.

XIV. ENARRATIO.

JUs est vitæ necisque] Jure gentium dominis in servos vitæ necisque potestas fuit. Cælius Lactantius divinarum institutionum Epit. cap. 3. *Habet in nos non modo ut pater, verum etiam ut dominus licentiam*

A *verberandi, & vitæ ac necis potestatem*. Salvianus de Gubernat. D. 4. *Cum occidunt servulos suos, jus putant esse non crimen*, vide quæ diximus Institut. 1. c. 8.

Quam fustem] Itaque recte Græci verba illa constitutionis, *ictu fustis*, sic interpretantur, παχυτέρῳ ξύλῳ, *crassiori fuste*.

TIT. XV. *De emendatione propinquorum*.

UT superior Constitutio dominis in servorum emendatione permittit tantum moderatam castigationem, ita hæc senioribus propinquis in juniores, si mediocre sit delictum quod admiserint, quod possit intra privatos parietes de communi sententia propinquorum etiam mediocriter coerceri: nam si res B graviorem animadversionem desiderat, offerendi sunt judicibus, ut *l. 4. sup. de patr. pot.* ut servi quoque à dominis, *lege circumcidere in fi. ff. ad l. Cor. de sicar.* quo exemplo dicam etiam hodie non licere propinquis mulierem adulteram coercere majorum more, de quo in Tiberio Suetonius, post rescriptum D. Marci, quo non licet domino statuere in servum suum non deprensum, quem dicit cum uxore sua adulterium commisisse, *l. servos, ff. de accus.* idemque hoc argumento comprobabo. Propinquis senioribus hæc Constitutio hoc tantum dat, ut stultos juvenes patrio jure corrigant: atqui pater in filium infamem in novercam statuere non potest; sed eum offerre judici debet puniendum, *l. 2. ff. ad l. Corn. de sicar.* quam ita esse accipiendam inscriptio arguit, imo nec in fi- C liam adulteram nisi deprensam in flagranti crimine ex lege Julia, ergo nec ex hac causa propinquis senioribus in minores natu quidquam statuere licet.

XV. ENARRATIO.

MOderatam castigationem] Paulus *Sentent. lib. quinto tit. 21. Modum castigandi & in servorum coercitione placuit temperari*.

Senioribus propinquis] Non omnibus, sed senioribus, Thalelæus, heic.

In Tiberio Suetonius] Capite 35.

Ut stultos juvenes] ἀτακτοῦντας, καὶ διαβεβλημένως βιοῦντας, in Basilicis. ἀσώτως βιοῦντας, interpr. ibidem, *dissolutos & infamem vitam traducentes, nec pudice vi-* D *ventes*.

Patrio jure corrigant] Quemadmodum patres liberos delinquentes coercere possunt, Basilica. Et emendationis igitur magis quam animadversionis gratia, mitiusque, ut parentibus mos est πρᾳότερον σωφρονίζειν, Dio 44. *mitius coercere*. Eustathius ad Moral. Aristot. libro 10. cap. 9. οὐδεὶς γὰρ τὸν υἱὸν διὰ τὴν φυσικὴν στοργὴν βιάζεται, καὶ κολάζειν ἐπιχειρεῖ, ὡς ὁ νόμος, ἀλλὰ πολὺ ἐλάττονας τὰς ἐπιτιμίας ἐπιφέρει: *Nemo enim ob ingenitum affectum in filium suum violentia utitur, & puniri sustinet, sicut lex cavet, sed longe benigniores liberis suis pœnas irrogat*. Libanius in Declam. 35. οὐ γάρ ἐστιν ὅπου καὶ νομοθέτης τὴν γνώμην πεφόβηται μή τι καὶ δεινὸν πάσχωσιν ὑπὸ τῆς τοῦ πατρὸς δυναστείας οἱ παῖδες: *Non enim unquam legislator patris animum timuit, ne quid liberi pate-* E *rentur dici ex patriæ potestatis jure*. Ipse quidem pater etiam liberorum dominus est. Manuel Paleologus orat. 7. ἄρχων ὁ πατήρ ἐστι τοῦ καὶ δεσπότης ἐξ αὐτῆς φύσεως, utitur tamen magis patrio jure quam dominico.

Infamem in novercam] Adulterio infamem; qui cum noverca peccarit.

Imo nec in filiam] *l. quod ait 23. ff. ad l. Jul. de adult.*

Nisi deprensam] Pro deprehensam: Glossæ: *deprendit*, ἐπιλαμβάνεται. Sic prendi apud A. Gellium 7. 17. ita enim scripti codices.

TIT.

TIT. XVI. *Ad legem Corneliam de sicariis.*

V. tit. 8. lib. 48. ff.

SEquitur lex Cornelia de sicariis, quæ homicidia capitali pœna coercet. Lex ait: *Qui hominem occiderit dolo malo*, quæ verba generaliter comprehendunt qualemcumque occisorem puberem, vel impuberem doli capacem, ut alio capite ejusdem legis, *Qui venenum malum fecerit*, M. Tullius pro Cluentio, omnes ait viros, fœminas, liberos, servos in judicium vocari, ac similiter occisum qualemcumque etiam servum & peregrinum, *l. 1. §. & qui hominem, ff. eod.* & infantem imperfectum hominem, *l. pen. hoc titulo*, & ait, dolo malo, ut excludat casum fortuitum, vel improvisum, *l. 1. & 5.* & suæ vitæ tuendæ causam, *l. 2. 3. 4.* Post addit, etiam eum perinde atque homicidam teneri, qui cum telo ambulaverit, hominis occidendi causa, *l. 7.* lege Julia de vi publica tenetur, qui vel cum telo in publico ambulaverit, *l. 3. §. 1. ff. ad legem Jul. de vi publ.* lege Cornelia, qui occidendi hominis causa tantum.

XVI. ENARRATIO.

LEx ait] *l. 1. ff. eod.*

Doli capacem] Innocens enim ætatula; sive ἀπειρόκακον τῶν νηπίων ἡλικία, ut loquitur Nilus in Narratione 2. ad finem, legum pœnis eximitur.

Ut excludat casum fortuitum] *l. aut facta 16. §. quantitas, ff. de pœn.* puta si in venando telum in feram missum hominem interfecerit, *l. perspiciendum 11. §. pen. eod.* Quod sæpe accidisse notavi alibi, ut Diodori Sic. lib. 14. nisi culpa præcesserit casum, *§. item is cui, Instit. quib. mod. re contrah.* vel delinquendi propositum, ut in Nili epistola 308. ἔγνων ποτέ τινα ἄνθρωπον ἐξ εὐθείας ῥίψαντα κατὰ τοῦ ἐχθροῦ λίθον, ὁ δὲ λίθος λοξῶς παρενεχθεὶς κατὰ τοῦ τέκνου τοῦ ῥίψαντος ἐν τινι τόπω ἀμελήμονος ὄντος τὸν ὀφθαλμὸν πατάξας τοῦ παιδὸς ἐξετύφλωσεν: *Novi alias quendam hominem, qui recta jacto in inimicum lapide à scopo aberrans in proprii filii oculum vicino forte loco nihil tale metuentis ictum pertulerit, quo is excæcatus est.* Nam ut idem ait in epistola 252. *In delictis non species solum criminis quæritur, sed præterea quid mentis, quidque propositi habuerit, qui deliquit*, ἐν γὰρ τοῖς πταίσμασιν οὐ τὸ εἶδος ζητεῖται μόνον τοῦ ἁμαρτήματος, ἀλλὰ καὶ ἡ γνώμη τοῦ ἁμαρτήσαντος. Tunc enim *casus in culpam transit*, ut ait Vellejus libro 2. Non igitur fortuita statim ad culpam trahere debemus, ut vulgus solet, Tacitus Annal. 4. cap. 64. Denique involuntas, vel ignorantia delinquentem excusat. Theodoretus quæstione LXX. in Genesin: τοῖς ἐξ ἀγνοίας πλημμελημένοις καὶ οἱ ἄνθρωποι συγγινώσκειν εἰώθασιν. *Homines quoque solent illis ignoscere, qui per ignorantiam delinquunt.* Vide Cujac. Obs. l. 6. 22. & Exercitat. nostram de delictis impuberum.

Qui venenum malum] *l. 3. ff. eod.*

Et infantem] Vide Cujacium d. lib. 6. 21. & quæ diximus in titulo de public. judic. §. 5. Instit.

Imperfectum hominem] οὐ τέλειον ἄνδρα, Eustathius apud Cujac. d. cap. 21.

Dolo malo] nam qui hominem occidit, ἀψυχῆ καὶ προαιρέσει τοῦ ἀνελεῖν, *citra animum, & propositum occidendi*, ut ajunt Græci, non tenetur.

Suæ vitæ tuendæ causa] Publicola in epistola ad Divum Augustinum: *Si Christianus videat se à barbaro, vel Romano velle interfici, debet ne eos ipse Christianus interficere, ne ab illis interficiatur: vel si licet sine interfectione eos repellere, vel impugnare?* Respondet Beatus Augustinus epistola 154. *De occidendis hominibus, ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si ejus congruit personæ.* De insidiatore vide quæ diximus in Instit. de lege Aquilia, quibus adde hoc Q. Curtii lib. 6. cap. 4. *Darium quoque cum occidisset Bagoan, hac excusatione satisfecisse popularibus, quod insidiantem sibi interemisset.* De milite & aliis vide D. Augustini serm. CXI. de divers. de S. Laurentio.

Hominis occidendi causa] Cicero pro Rabirio: *Nisi vero interesse aliquid putas inter eum qui hominem occidit, & eum qui cum telo hominis occidendi causa fuit.*

Qui vel cum telo in publico amb.] Juxta legem veterem, μὴ ξιφοφορεῖν, ut ait Cujac. in recit. de qua dixi ad titulum de servitutib. Inst. vide lib. 12. 47.

TIT. XVII. *De iis, qui parentes vel liberos occiderunt.*

IN quibusdam libris additur ad legem Pompejam: nam etsi alia lex Cornelia fuerit de parricidiis, *l. 2. §. capta, ff. de orig. ju. l. ult. Cod. Theod. ad legem Corneliam de fals.* tamen lex Pompeja magis recepta est tanquam novissima, & latissima, quæ pro parricidio etiam habet cædem cognatorum ex transverso, & adfinium, & patronorum, & conjugis. Proprie enim parricidium committitur tantum inter parentes & liberos, quod Constitutioni hujus tituli magis placet, puniri more majorum primitus virgis sanguineis cæso parricida, *l. penult. ff. eod.* quales virgas lictorum esse apud Plinium legi, ex fruticibus sanguineis, qui arboribus infelicibus adnumerantur, ut quemadmodum alii criminosi more majorum arbori infelici suspenduntur, ita parricidæ ante supplicium cædantur, fustibus ex arbore infelici decerptis, deinde insuantur culleo, juvenalis corio bovis, Cedrenus δέρματι βοείω νεοδάρτω, cum impiis animalibus impii homines, ut inter sententias Imperatoris Adriani legi, quæ referunt etiam parricidam insutum culleo cum illis animalibus plaustro juncto bobus atris in mare deportari & abjici in profundum. Nova hæc pœna dicitur in Institut. quæ est vetustissima, quia non erat in usu ante hanc Constitutionem, non erat solemnis, ut hæc ipsa Constitutio ait. Valde notandum est, quod Suetonius scribit in Augusto, hoc acerbissimo supplicio nec convictum, & manifesti parricidii reum adfici solitum, nisi ultro confiteretur.

XVII. ENARRATIO.

APud Plinium legi] Libro 14. cap. 10. & lib. 16. cap. 31. & 37.

Alii criminosi] Tertullianus libro 11. advers. Marcionem cap. 24. *Consequens est invidiosam potius intelligi, non criminosam.* Vide locum Firmici tit. seq.

Juvenalis] Sat. 13.

Δέρματι, &c. Recenti corio bovis.

Cum impiis animalibus] refert Dositheus libro tertio Grammaticæ his verbis: *Fuit lex, ut qui parricidium fecisset, publice in culeum missus consueretur cum vipera & simia, & gallo, & cane, impiis animalibus impius homo, & in plaustrum junctum nigris bobus deportaretur ad mare, & in profundum mitteretur.*

Nova hæc pœna] Ex Leonis Imperatoris constitutione parricidæ igni absumuntur: quo tamen supplicii genere nullum velocius esse scribit Lucianus de morte Peregrini.

In Augusto] Capite 33.

Acerbissimo supplicio] Asperrimo, *§. alia deinde, Instit. de public. judic.* Parricidium, hoc est, *scelerum principatus*, S. Ambrosio libro 2. de Abel & Cain capite ult. acerbissimo supplicio dignum luit, crimen acerbissimum. De quo Nicolaus Damascenus: *Scis parricidium non privatum esse crimen, sed publicam vitæ ac naturæ injuriam, quod cogitatum etiam non minus*

quam perpetratum contamines : imo qui non punit, & ipse in naturam parentem est injurius : aut si Græca malis, hæc refert Josephus Antiquit. libro 17. cap. 7. *γνοὺς ὅτι πατροκτονία κοινὸν ἐστιν ἀδίκημα καὶ τῆς φύσεως καὶ τοῦ βίου πεφυκυῖα οὐδὲν ἧττον ὡς τοῦ βουλευομένου καὶ ὁ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν φύσιν.*

TIT. XVIII. *De maleficis, & Mathematicis, & cæteris similibus.*

LEx Cornelia fuit conjunctim de sicariis, & veneficis: unde quod quæri solet, quæ sit umissa quæstio publica in *l. 2. §. capta, ff. de orig. ju.* non refero ad quæstionem de veneficis, quam lex Cornelia conjunxit eum quæstione de sicariis, utrique adjecto prætore uno, qui de utroque scelere ex ea lege quæreret, quia non in solo ferro homicidium est, sed etiam in veneno: verum id refero ad quæstionem de injuriis, quæ ex lege Cornelia publica fuit, *l. hos accusare, §. ult. ff. de accus.* & omissa si forte est, quod in desuetudinem abjisset, & jam ut dicitur in *l. 7. inf. de injur.* injuriam quæstio privati non publici judicii esset. De sicariis autem satis dictum est supra. Hic titulus est de veneficis: nam maleficorum appellatione venenarii continentur, quod *l. s.* statim indicat, qua monemur, plus esse veneno neci dare, quam occidere gladio, ac proinde non esse mirum, si venerarius eadem qua sicarius, aut majori pœna plectatur. Continentur etiam magi, qui carminibus, diris, devotionibus defigunt alios, qui fingunt cereas imagines, hominis necandi causa. Hi proprie sunt malefici. Mathematici autem sunt impostores, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias suas, profiteotur se fata cujusque nosse, & natalitias syderum observationes. His similes arioli, augures, aruspices, vaticinatores, somniorum interpretes falsi, qui omnes ex Senatusconsulto subjiciuntur pœnis legis Corneliæ, *l. ex Senatusconsulto, ff. ad leg. Corn. de sicar.* facto scilicet auctore Tiberio Pomponio, & Rufo Coss. ut Ulpianus scribit 7. de off. procons. Cor. Tacitus Statilio Tauro, & Libone Coss. & tam discipuli, quam magistri, *l. pen. Tertull. de idolat.* Eadem pœna est exitii discipulis, & magistris. Et libri corrumpuntur, *l. 10. sup. de Episc. aud. l. 3. §. 1. ff. fam. ercisc.* Phocylides, *φάρμακα μὴ τεύχειν, καὶ μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.*

XVIII. ENARRATIO.

OMissa si forte est] Tertullianus Apologetici cap. 16. *Ad Persas, si forte, deputabimur* : & cap. 34. *Nostra injuria est, si forte, non vestra* : adde cap. 42. ibid.

Venenarii continentur] Svetonius Neron. cap. 33. Julius Firmicus : *Cum maleficis, & venenariis criminosæ vitæ consortia ineunt.* Optatus Milevit. libro 2. *Innocentem se, & venenarius judicet, si in solo ferro est homicidium.* Tertullianus de pudicitia cap. 5. *Sciunt hodie venenarii.* D. Hieronymus libro 5. in Hieremiam cap. 27. *Maleficos, quos vel veneficos possumus appellare*, &c.

Continentur etiam Magi] Amphilochius in orat. de pœnitentia magos, & venenarins conjungit.

Qui carminibus, diris, devotionibus defigunt] Plinius libro 26. 1. 2. *Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.* Virgilius in Cir.

Regis Iolchiacis animum defigere votis.

Glossæ : defixiones, *κατοχάς*. *Defigunt* : Sic quidam legunt in *l. 4. hoc titulo* : pudicos animos ad libidinem defigere, Græci interpretantur deflectere : sic enim vertunt, *ἕλκειν εἰς ἔρωτα*. Hi sunt, qui pocula amatoria dant, de quibus in *l. 3. §. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. & l. si quis 38. §. qui abortionis, ff. de pæn.* vide Galenum libro decimo de simplic. medic. facult. sub init. Achillem Tatium de amoribus Clitoph. & Leucip. v. S. Irenæum adversus hæres. libro 1. cap. 9. S. Basilium epist. s. ad Amphiloch. can. 8.

Qui fingunt cereas imagines] Tertullianus de resurrectione carn. cap. 16. fictricis, vel Archigalli. Rigaltius : *φαρμακίδος*, sage, simulachra cerea fingentis. Glossa ad *l. 6. in §. non dubitant* ; pingendo imaginem ceræ. Antonius tamen Loisellus V. C. & doctissimus, in codice suo correxerat, pungendo. Ovid. Amo. lib. 3. eleg. 7.

Sagaque Phœnicea defixit nomina cera,
Et medium tenues in jecur urget acus.

Hi propriæ sunt malefici] Lactantius libro 11. cap. 16. *Sed eos magi, & ii, quos vere maleficos vulgus appellat*, &c. D. Hieronymus in Danielem capite 2. *Consuetudo, & sermo communis magos pro maleficis accipit.* Vide eundem in epistolam ad Ephesios capite 6. Hincmarus Remensis de divortio Loth. & Tetb. Responf. ad Interrogat. 15. *Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur.* Sic videtur accipere Firmicus Matth. 4. cap. 12. *Ob maleficia, & illicita sacra*,

Mathematici sunt impostores] Sveton. Vitell. cap. 14. Gellius 1. 9. *Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.* D. Augustinus 11. de doctrina Christiana cap. 21. *Qui Genethliaci propter dierum natalium considerationes, nunc autem vulgo Mathematici vocantur.* D. Hieronym. in d. cap. 2. *In Chaldæis γενεθλιαλόγους significari puta, quos vulgus mathematicos vocat.* Hincmarus loco citato : *Sunt & qui dies natalium considerant, & qui syderum cursum in nascentibus observant, qui vulgo Mathematici vocantur.* Iidem dicti Astrologi, & Chaldæi : Juvenalis Sat. 6.

Chaldæis, sed major erit fiducia, quidquid
Dixerit Astrologus. Dio 49. *τοὺς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγε, Astrologos, & magos urbe ejecit.* Tacitus Annal. 2. cap. 32. *Facta, & de Mathematicis, Magisque Italia pellendis.* Astrologis Magos jungit, & Gregorius Nazianzenus pag. 61. Epiphanius Panarii libro 2. D. Chrysostom. in Paneg. ad Theodor. laps. Tertul. de idolat. *Scimus Magiæ, & Astrologiæ esse inter se societatem.* Gentis scilicet vocabulum artis esse cœpit, & futurorum præscii Chaldæi dicti, quod illa gens hujus *ματαιοτεχνίας* esset peritissima. Themistius orat. 16. *ἐν Αἰγύπτῳ δὲ μόνον ἐφιλοχώρει τὰ μαθήματα.* Julius Firmicus Mathes. 8. 25. *Divinus erit, Astrologus, vates, artisque Chaldaicæ valde peritus.* Ulp. apud Rufin. in Collat. jur. Mos. cum Rom. sæpissime interdictum est fere ab omnibus principibus ne quis omnino se hujusmodi ineptiis immisceret.

Ineptias suas] Sanctus Basilius homil. 1. in Hexaem. *ἡ πολυτελὴς ἀληθῶς ἀστρονομία, ἡ πολυάσχολος ματαιότης : vulgi sermone decantata Astronomia, vanitas negotiosissima.* Vide auctorem Anonymum homil. de edicto Abrahami, *pone manum tuam*, &c. tomo 6. operum D. Chrysostomi.

Se fata cujusque nosse] A. Gellius libro 14. 1. *Homo nascens fatum accipis* : & apud Tacitum Annal. 16. 14. *Fata scrutari.*

His similes arioli] de ariolis, aruspicibus, & auguribus, vide Hincmarum loco citato. Divus Hieronymus in d. cap. 2. *Quos nos ariolos, cæteri ἐπαοιδοὺς interpretati sunt* : id est, *incantatores.*

Aruspices] Danielis d. cap. *aruspices θύτας Symmachus interpretatus est, quos Græci solent ἡπατοσκόπους appellare, qui extra inspiciunt, & ex his futura prædicant.* Hieronymus ibidem. Q. Curtius lib. 7. cap. 7. *Tibi autem, quam potest denuncio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris, &c.*

Vaticinatores] qui se Deo plenos adsimulent, Paulus 5. Sentent. tit. 21. Minutius Felix in Octavio; *Pleni, & mixti Deo vates.* Julius Pollux lib. 1. *πλήρεις θεοῦ.*

Som-

Somniorum interpretes falsi] *l. etsi 7. h. t.* Cornelius Tacitus Ann. 11. cap. 27. *Ad Chaldæorum promissa, Magorum sacra, somniorum etiam interpretes impulit.* A

Libro septimo de off. Proconf.] Apud auctorem collationis LL. Mosaic. & Roman.

Cornel. Tac.] Libro secundo Annalium.

Tertull. de Idolol.] cap. 9.

Et libri corrumpuntur] Libri magicæ artis, Paulus *d. tit.* 21. *&* *t.* 23. ars magica & ars mathematica in *l.* 2. *h. t.* artis appellatione censeri non debent. Joannes Philoponus de mundi creatione libro 4. cap. 20. οὐδὲ τέχνην ὅλως αὐτὴν ὀνομάζειν χρή. *Neque ipsam omnino artem appellare decet:* & ibidem: μηδὲ τέχνην τὴν γενεθλιαλογίαν ὑπάρχειν ἀλλὰ δαιμονιώδη, καὶ μόνον ἀπάτην. *genethliologiam ne quidem artem esse, sed rem dæ-* B *monacam, meramque imposturam.* Q. Curtius l. 7. cap. 4. *Erat in eo convivio Cobares, natione Medus, sed magicæ artis, si modo ars est, non vanissimi cujusque ludibrium.*

Phocylides] In νουθετικῷ. *Lex ult. hoc tit.* lucem capit ex Amphilochii epistola ad Seleucum vers. 162. quod ibi observatum.

TIT. XIX. *De Sepulchro violato.*

V. tit. 12. lib. 47. ff.

MAleficis adfines sunt sepulchrorum violatores, læsarum religionum rei, ut ait *l.* 1. & Cornelius Tacitus 3. *Grave crimen læsarum religionum:* C nam & magi infames sunt sepulchrorum violatione. Apulejus 2. *Ne mortuorum quidem sepulchra tuta dicuntur, sed & bustis & rogis reliquiæ quædam & cadaverum præsegmina ad exitiabiles viventium fortunas petuntur.* Culpabantur eo nomine clerici potissimum, quo tempore remissa est à Theodosio Nov. de sepulchris. Crimen est publicum in *l.* 4. possis dicere, & ex lege Julia de vi, *l.* 8. *ff. eod.* & civilis actio popularis ex edicto prætoris, qui nihil derogat *d. l.* 4. & utriusque pœna pecuniaria, criminalis 20. pondo auri, *l.* 3. 10. pondo ex *l.* 4. Sed ibi etiam Basil. habent 20.

XIX. Enarratio.

SEpulchrorum violatores] in *l.* 3. sepulchrum violatu- D rus, in *l.* 4. qui sepulchra violant. Glossæ: τυμβωρύχος, *sepulchrorum violator.* Sepulchrorum violatores dicuntur, qui de sepulchris auferunt saxa, marmora, columnas, qui lapides movere, & terram evertere, & cespitem evellere audent, *d. l.* 4. quod est, βῶλον, ἢ λᾶαν ὀχλίσσαι, in consecratione templi in agro Herodis Attici: quique corpora sepulta, aut reliquias attrectant, *d. l.* 4. sive ut ait Paulus receptarum Sentent. lib. 1. tit. ult. *Qui corpus perpetuæ sepulturæ traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverint, & solis radiis ostenderint.* S. Gregor. Nyss. in epist. ad Letojum ad fin. ὡς μὴ ἐναδειχθῆναι ἡλίῳ τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως: *ut nec Soli ostendatur turpitudo corporis,* quem vide. Sic Imperat. Theodosius & Valentinianus in Novella de sepulchris violat. E *monstrare cælo corporum reliquias humanorum.* S. Methodius in libro de libero arbitrio: ὁ μὲν γὰρ συλήσας νεκρὸν, καὶ τὸ κρυφθὲν ἤδη σῶμα γῇ πάλιν ἐδείκνυεν ἡλίῳ. *Hic siquidem deprædatus est mortuum, corpusque jam terra occultatum iterum exhibuit Soli.* qui omnes Phocylidem imitari videntur, cujus hi versus sunt:

Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ᾽ ἀθέατα δείξῃς ἠελίῳ:
Ne sepulchrum mortuorum aperias, neque non aspicienda ostendas Soli. An huc pertinet quod scribit Proclus in Hesiodum, νόμος παρὰ Ῥωμαίοις, ὅστις φησί, τάφον μὴ κινεῖν, τουτέστιν, ὀρύττειν? *Lex est apud Romanos, qua dicitur, sepulchrum movendum non esse, id est, effodiendum.*

Læsarum religionum rei] Impietatis rei: τὰ γὰρ περὶ τοὺς κατοιχομένους γινόμενα οὐκ ὀρθῶς, ἀσεβήματα κέκληται: *Nam circa defunctos perperam facta, impietates vocantur.* Dio Chrysostomus in Rhodiaca.

Sepulchrorum violatione] Quintilianus declamat. 15. *Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaveribus, ipsas in scelus armare manus, fieri non potest, ut auctorem suum non statim primo prodat aspectu.*

L. 3.] In qua recte liber Menagii: non minus nota, quam 20. lib. auri pœna; &c.

Criminalis) Johannes secundus Papa in epistola 1. *Violatores vero sepulchri, licet Augustorum Principum capitaliter damnet sententia, tamen si qui in hoc facinore fuerint reperti superstites, ab Ecclesiastica communione priventur: quia nefas est, ut eis Christianorum non offeretur consortium, qui temeritatis ausu humatorum cineres reddere præsumpserint inquietos.* Capitula Karoli Hludovici Imp. F. num. 21. *Nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulchro suo ejicere, aut sepulturam temerario ausu quoquo modo violet, sed unumquemque in loco sibi ideo præparato, atque concesso adventum sui judicis præstolari concedat: maxime cum non solum divinæ leges, sed etiam, & humanæ apud humanam Rempub. sepulchrorum violatores, mortis dijudicent.*

Basilica] Libro 60. tit. 23. cap. 13. & 14.

TIT. XX. *Ad Legem Fabiam de plagiariis.*

V. tit. 15. lib. 48. ff.

ALia fuit lex Cornelia de plagiariis, teste Apulejo octavo Metam. Crimen, inquit, Corneliæ, legis incurram, si civem Romanum pro servo vendidero: nam venditio Civis Romani plagium est, *l.* 12. *sup. de ing. man. l.* 2. *sup. ubi de crim. agi op.* Sed in legis Corneliæ locum novissime successit lex Fabia, qua plagiarii, qui & lavernæ, & fraganæ, judicio publico (lege Cornelia erat privatum) & pœna pecuniaria coercentur. Sed hodie ex Constitutionibus longe graviore, *l. ult. hoc tit. l. ult. ff. eod.* Hi sunt, qui sine vi dolo malo scientes abducunt ingenuos, aut liberos homines, & vendunt pro servis, aut supprimunt; vel qui servos alienos abducunt sine vi, & plerumque sine furto, & fugam persuadent, aut fugitivos celant, De Senatusconsulto facto ad hanc legem scripsi Observ. 17. cap. 10. Modesto, & Probo Coss.

XX. Enarratio.

QUi & lavernæ, & fraganæ Glossæ Isidori, *Laverna, latro, aut qui filios alienos seducit.* Glossæ: πλαγιάριος, *plagiarius, fragana, plagiator.* Tertul. lib. 1. in Marcionem cap. 23. Magnum Etymologicum: ἀνδραποδιστὴς, οὐ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ, καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν: Plagiarius est, qui liberos homines in servitutem abducit, ut servorum numero sint; sed & qui servos dominis suis eripit.

Privat] *L. plagii* 13. *h. t.*

Pœna pecun.] *L. ult. ff. eod.* Interdum plagii pœna mors, *l.* 7. *& l. ult. h. t.*

Aut liberos homines.] Libertinos, *l. penult. §. 1. ff. eodem.*

Vel qui servos alienos] Lysias orat. 1. οὐδ᾽ εἰ τὸν παῖδα ἐξαγαγὼν ληφθείη, οὐκ ἂν φαίης αὐτὸν ἀνδραποδιστὴν; *an si quis servum suum traduxisse convincatur, eum plagiarium non esse dices?*

Aut fugitivos celant] Apulejus 6. Metamorph. *Legibus, quæ servos alienos profugos invitis dominis vetant suscipi probibeor:* & paulo post; illicitæ occultationis crimen dicitur. Corrippus de laudibus Justini libro tertio ad finem,

----pro-

- - - - profugis damus ostia servis :
Legibus hoc nostris non convenit arguo factum.

TIT. XXI. *Ad legem Viselliam.*

LEx Visellia publico judicio tuetur ingenuorum dignitatem, & privilegia, ne honorea debitos ingenuis libertini temere usurpent, & gerant, neve se libertini dicant esse ingenuos, nisi natalibus restituti sint, vel donati jure anulorum aureorum, vel adoptati ab equite Romano, ut apud Suetonium in Claudio cap.24. *l.1. inf. tit.31. l.1. inf.si ser.*vel *lib. ad dec. asp.* Recte autem hic titulus est medius inter præcedentem, & sequentem titulum, quia lex Visellia participat ex utroque, legi Fabiæ, qua tuetur ingenuorum dignitatem, ut lex Fabia personas; legi Corneliæ, qua libertinos coercet, qui se falso agunt pro ingenuis. Ait lex, damno cum infamia .i. multa,ut lege Julia de ambitu : nam & hic ambitus quidam libertinorum est.

XXI. ENARRATIO.

NE honores debitos] Puta, ne Senatores fiant, vel aliam dignitatem adipiscantur, Græci ad titulum trigesimum inf.

Neve se libertini dicant esse ing.] Non modo si dicant se ingenuos, sed etsi ea, quæ ingenuorum sunt, faciant. Græci ad legem unicam d.tit.30. Liberti hodie decuriones fiunt impune contra legem Visselliam. Cujacius ad novellam 78. quod notatur etiam in Glossis Basilic. in v. *Βισέλλιος.*

Ut lege Julia] vide infra tit.28. in fine.

TIT. XXII. *Ad legem Corneliam de falsis.*

V. tit.10. lib.48. ff.

SEquitur lex Cornelia de falsis, quæ dicta est testamentaria, quia de testamentis fuit, quæ quis falsa scripsisset, aut vera ne apparerent, suppressisset, aut subripuisset, *l.* 14. & de confirmandis his, quæ irrita facta essent testatore capto ab hostibus si ibi decederet, de quo capite frequens mentio est in titulis de testam. & de capt. In hoc autem tractatu publicorum judiciorum de illo tantum agitur, quo publicum judicium lex Cornelia constituit in eum, qui sciens dolo malo testamentum subripuit, suppressit, interlevit, subjecit, resignavit, quive falsum testamentum scripsit, cœlavit, recitavit, *l. 2. ff. eod.* & qui signum obsignandis testamentis anulumve adulterinum fecit, sculpsit, *l. 30. ff. eod.* & pœnam capitalem, *l. 1. & 5. hoc titulo*, quæ postea facta est non capitalis, *l.22. hoc titulo, l. transigere, sup. de transf.* lege Cornelia dico fuisse capitalem : nam quod est in Institut. legis Corneliæ testamentariæ pœnam esse deportationem, tam est falsum, quam quod lege Julia adulteros capite puniri, si ipsas, & nudas leges publicas spectas, ut ab initio conditæ sunt, non etiam Senatusconsulta, & Constitutiones factas ad eas leges, quibus quæ pœna cauta, vel subrogata est, eam ipsis legibus Justinianus accommodat,& attribuit : nam id etiam, quod ait lege Cornelia testamentaria puniri eum, qui aliud instrumentum falsum scripsit, vel signavit, non est ex ipsa lege Cornelia, quæ non de alio instrumento, quam de testamento fuit. Sed ex Senatusconsulto Liboniano facto sub Tiberio Statilio Tauro, & Libone Coss. ut Ulpianus scribit 8. de off. proc. quo pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui aliud quam testamentum dolo malo signavit, signarive curavit, & ut dicemus titulo sequenti, testamentario etiam, qui sibi aliquid adscripsit. Post factum est aliud Senatusconsult. sub eodem Imperatore Licinio V. & Tauro Coss. quo ejusdem legis pœna irrogatur ei,qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda, aut

A consignanda dolo malo curaverit. Et aliud Cotta & Messala Coss. quo eadem pœna coercetur, qui ob instruendam advocationem, testimoniave, pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem cojerit, aut aliquam obligationem interposuerit, & qui cojerit ad accusationem innocentium. Et aliud Geminis Coss. quo eadem adficitur, qui ob denunciandum, vel non denunciandum, remittendumve testimonium pecuniam acceperit : & hæc sunt Senatusconsulta de quibus loquitur *l. 2. ff. de concuss. & l. 1. ff. ad leg. Cor. de fals.* non Senatusconsult. Volusianum, quod ad legem Juliam de vi pertinet, non ad Corneliam de falsis. Et ex his quidem perinde atque ex lege Cornelia judicium publicum constitutum est; sed non de subrepto alio instrumento, *l. 16. ff. eod.* quia nec Libonianum hujus B meminit casus, neque ex Constitutionibus de supposito partu, *l. 30. eod.* Crimina tamen sunt hæc omnia nullo clausa tempore nisi longo, .i. 20. an. Falsum Paulus in Sent. scribit esse quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur. Augustinus in Soliloquiis, quidquid ad similitudinem alicujus accommodatum est, nec id tamen est, cuius simile apparet. Imperfectius, & *ἀνεύθυνον*, *l. quid sit, ff. eod.* Si quis alienum chirographum imitetur, si libellum vel rationes alienas intercidat, aut describat, ut à falsariis sejungat eos qui in suis rationibus mentiuntur, qui non incidunt in pœnam legis Corneliæ, ac si diceret in alieno instrumento falsum commissum vindicari, non in proprio, in aliena re falsum testimonium, non in propria.

C

XXII. ENARRATIO.

QUæ dicta est testamentaria] Paulus 5. *Sentent. tit.* 25.ita dicta, quia de testamentis lata est, *l.1. ff. de public. jud.*

Quæ quis falsa scripsisset] De his qui *ῥᾳδιουργοῦντες, καὶ παραποιοῦντες χειρογράφων γραμμάτων εἰδοποιίαις*, Sanctus Basilius in Esaiam capite decimo. Hos etiam *ῥᾳδιουργοὺς* vocat Plutarchus de fuga. Glossæ : *ῥᾳδιουργὸς falsarius, ῥᾳδιουργία, falsum.*

Qui sciens dolo malo, &c.] Paulus 4. *Sentent. tit.* 7. *&* *d. tit.* 25. Hinc emendandus Hincmarus Remensis de divor. Loth. & Tetb. in Respons. ad interrog. 12. *Inseruerunt etiam*, inquit, *in eisdem legibus ad legem Corneliam testamentariam, de his qui testamen*D*tum quodve aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit, suppresserit, admoverit* (lege, *amoverit*) *designaverit* (lege *resignaverit*) *deleverit, honestiorem quidem in insulam deportari, humiliorem autem in metallum damnari, aut in crucem levari, servum vero capite puniri.*

Pœnam capitalem] Sanctus Cyprianus in epistola prima. *Hic testamentum subiicit : ille falsum capitali fraude conscribit.*

Lege vigesima secunda h. t.] Nisi quid maximum admissum sit, *d. l.22.in fine*, vide Basilica & Exercitationem 12. ad finem. Illis autem quæ ibi dicuntur, ot qua parte quia peccavit, eadem multetur, adde illud Anastasii bibliothecarii ex historia Ecclasiastica : *per quæ namque quis peccat, per ea quoque & corripitur.* E Theophanes dixerat: *δι' ὧν γάρ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων παιδεύεται.*

Ut Ulpianus scribit] Tit. 8. Collation. LL. Mos & Rom.

Testamentario] *διαθηκογράφῳ*, scriptori testamenti.

Qui ob instruendam advocationem] Ulp. *d. tit.* 8, *l. falsi 20. ff. eod.*

Pecuniam acceperit] Uulp. d. tit.

De supposito partu] Crimen suppositi partus publicum non est : nam soli parentes agunt, aut hi ad quos ea res pertinet, id est, hi quorum interest.

Nisi longo, id est, viginti annis] Græcus interpres id quod dicitur in *l. 19. ff. eod. accusationem suppositi partus nulla temporis præscriptione depelli*, scribit, non ita

ita accipiendum esse, quasi tricennio extinguatur accusatio, sed .... ibi lacuna est: innuit autem breviori tempore concludi: & vicennio igitur, aliter quam adulterium, quod quinquennio clauditur, ut scribit Cujac. in recitat.

Falsum Paulus in Sententiis] d. Collationis tit. 8.

Augustinus in Soliloquiis] Augustini verba hæc sunt cap. 16. *Num falsum non est, quod ad similitudinem alicujus accommodatum est, neque id tamen est, cujus simile apparet?*

TIT. XXIII. *De his, qui sibi adscribunt in testamento.*

Vide d. tit. 10.

EX Senatusconsultis, quæ facta sunt ad legem Corneliam testamentariam est Senatusconsultum Libonianum, de quo in hoc titulo agitur, quatenus pœna legis Corneliæ testamentariæ adficit eum, qui cum adhibitus, & advocatus esset ad scribendum alienum testamentum, in eo sibi vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel libertatem, vel quod aliud emolumentum adscripsit, dictante, volente & jubente testatore, qui eam partem testamenti bona cum venia testatoris aliis scribendam dare debuit, qua re non vitiaretur testamentum, *l. D. Claudius*, *§. ult. ff. eod.* nec testatori in ea re, quæ falsi suspicionem importaret, obtemperare. Falsum est, si invito, & ignorante testatore sibi adscribat, & legi Corneliæ locus. Falsum non est si hoc faciat volente, & jubente testatore, sed quasi falsum, & Senatusconsulto Liboniano locus, quo utique punitur, tametsi id, quod sibi adscripsit, pro non scripto habeatur, & cedat heredi scripto, vel substituto, vel coheredi legitimo. Delictum punitur, etiamsi delinquenti nihil profuerit. At sunt casus, quibus testamentarius à principe, vel Senatu veniam impetrare potest, non etiam jus capiendi. Sunt quibus ipso jure securus est, ut *l. 1. & 2. in fin. l. 1.* functus dulci officio .i. mortuus, functus vita, functus morte; nec enim res contrariæ dicuntur. Isidorus in Glossis: Functus officio, qui officium vitæ implevit. Igitur dulce officium, dulceve munus vita dicitur. Seneca in Hippolyto, cur dulce munus redditæ lucis fugis? (*) Nun est omittendum hac de re, qua de primum factum est Senatusconsultum Libonianum, auctore Tiberio, etiam postea factum fuisse aliud Senatusconsult. ex edicto D. Claudii, *l. 3. hoc titulo*, *d. l. D. Claudius*, quod Senatusconsultum Claudianum dicitur: Sunt igitur hac de re duo Senatusconsult. quod & inscriptio probat libri singularis Pauli ad Senatusconsultum Libonianum, seu Claudianum, & quod *l. 10. ff. eod.* hoc provisum fuisse ait Senatusconsultis, non Senatusconsulto, & ita quod sub Tiberio apud Cornelium Tacitum factum fuisse Senatusconsultum de Mathematicis, & Magis Italia pellendis idem apud eundem sub D. Claudio alio Senatusconsult. repetitum, vel reductum fuisse legimus. Quod autem *l. 3. & d. l. D. Claudius*, Divum Claudium dicit, plane probat illud edictum Suetonium tribuere perperam Claudio Neroni; qui nunquam Divus factus, vel nuncupatus est.

XXIII. ENARRATIO.

AT sunt casus quibus testamentarius] ut si dicant jus ignorasse, seque à relicto discedere, *l. 3.* in qua dicitur, *Senatum. & DD. Principes raro veniam dedisse*. Sic habet τὸ ῥῆ πλάτ, & ait Thalelæus: quia jus ignoraverunt, non facile iis ignosci. Menagii tamen codex non habet v. *raro*. Item pœna legis Corneliæ militi remittitur *l. 5. hoc tit.* in qua Menagii liber habet, *secuto tenore in d.* Quidam tamen, *secutus tenorem, &c.*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 17.*

A Datur, & venia marito, si petatur, *l. 4.* Nam præsumptio est pro marito, uxorem ei tale legatum dictasse, ut ait Thalelæus; & tamen quasi falsum est. Cujacius in recitat. apud quem vide alios casus.

Non etiam jus capiendi] nullo casu relictum capere conceditur.

Seneca in Hippolyto] Actu II.
Apud Cornelium Tacitum] Annal. 2.
Apud eundem] Lib. 12.
Suetonium) Claudii capite 17.

TIT. XXIV. *De falsa moneta.*

LEx Cornelia alia fuit testamentaria, de qua ante dictum est, alia nummaria, ut Cicero appellat, de B qua in hoc titulo agitur. Hæc est de falsa moneta .i. de nummis adulterinis. Monetæ nomen est multiplex nam vel eo significantur nummi, vel locus in quo formantur, ut *l. 2.* & Macrobii 1. in Somn. Scip. Semen locari intra formandi hominis monetam, vel *ἀργυροπρατεῖον*, ut Harmenopulus ait v. 1. Epit. sive iconium, ut est in historia Antonini Florentini, & apud Suetonium in Caligula, aureum iconium. Cæterum hac lege tenentur, quicunque adulterinam monetam flant, feriunt, vel probam vitiant, minuunt, exscindunt, adrodunt privatim, vel publice; imo & qui privatim probam feriunt ex permissu principis *l. 3.* nam neque arma, neque monetæ, nisi publice à certis publicisque personis fabricari, aut percuti possunt. Et ex hac causa etiam servi dominos suos deferre possunt, *l. vix cer-* C *tis, ff. de judic.*

XXIV. ENARRATIO.

ALia nummaria, ut Cicero appellat] 3. in Verrem. Asconius Pedianus: *Lex Cornelia nummaria, quæ de moneta, ne quis privatus monetam faceret.*

Significantur nummi] Ascon. loco cit. Onomastic. vetus: *νόμισμα, moneta*. Ovid. Fastorum 1.

Victaque concessit prima moneta novæ.

Et apud Paulum 5. Sentent. tit. 25. *Signata moneta.*

Macrobii] capite 6. D. Augustinus lib. 2. contra epistolam Parmeniani cap. 13. *Si aliqui furtim, & extraordinarie non monetis publicis aurum, vel argentum, sed æs percutiendo signaverint, &c.*

D vi. Epitomar.] tit. 14. §. 4. Glossæ Basilicōn: *μονήτα, τὸ τυπάριον νομίσματος: cuneus monetæ*. Paulinus Nolanus ep. 16. ad Delphinum. *Sed si piscis tuus sum, debeo ore pretioso præferre denarium in quo non Cæsaris figura, & inscriptio; sed Regis æterni viva, & vivificans imago præfulgeat: fidem scilicet veritatis, quæ doctrinæ tuæ monetam, & annuli tui symbolum nummo cordis mei, & ceræ mentis impresserit:* imago, Tertullianus de idololatria cap. 15.

Apud Suetonium in Caligula] capite 22. hodie vero, *aureum iconicum* legitur.

Flant, feriunt] *l. 8. & 9. ff. de leg. Corn. de fals.* Paulus 5. *Sentent. tit. 25.* Firmicus Matheseos 4. cap. 12. gladio puniri ait. *Ob adulteratas pecunias publice accusatos faciet gladio perire*. Ex *l. 2. hoc tit.* igne absumun- E tur, quam pœnam Tertullianus summam vocat ad Martyr. cap. 4.

Vel probam vitiant] & quasi *παραχαράκται*, adulteratores monetæ puniuntur, Basil. *l. ult. hoc tit.*

Adrodunt] qui nummos radunt, vel circumcidunt, sive ut est in Basilicis *οἱ τὰ νομίσματα ξέοντες καὶ περικόπτοντες*, *l. quicunque 8. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Tertullianus de Pœnitentia cap. 6. *Si ergo qui venditant, prius nummum quo paciscuntur examinant, ne scalptus, neve rasus, ne adulter*. Suidas: *παραχαράκται, περικόπτοντες, paracharattas, qui nummos circumcidunt.*

TIT. XXV. *De mutatione nominis.*

AD legis Corneliæ de falsis pœnam redigitur etiam is, qui dolo malo seipsum adoptat, & novum sibi nomen imponit, quo quid alienum intercipiat, ut Paulus ait in *Sent. tit. ad leg. Corn. & l. falsi, ff. eod.* Si dolus malus absit, unicuique libero homini liberum est, quodcumque volet sibi nomen adsumere, nec ex eo solo, quod novum sibi nomen adsumpserit, ulla actione tenetur; sed ita demum si alium ea re in fraudem induxerit, arg. *l. ult. ff. quod fal. tut. aur.* Dico libero homini: nam servi nomen in domini est potestate, non servi: qua de causa, & libero homini redacto in servitutem dominus mutat nomen, ut Josepho Pharao, ut Danieli Nabuchodonosor rex notus etiam ex profanis Straboni.

XXV. ENARRATIO.

QUi dolo malo] Exemplum in Philocomasio meretrice, quæ se Glycerem adoptatitio nomine appellat, apud Plautum in Milite glorioso Act. 2. Scen. 2. & in Ceryllo liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque jus fisci, ingenuum se, & Lachetem mutato nomine cœperat ferre, ut scribit Suetonius Vespasiani cap. 23.

Seipsum adoptat] Cicero in Bruto scribit, C. Stalenum seipsum adoptasse, & de Staleno C. Ælium Petum fecisse.

Ut Paulus ait in Sent.] Libro 5. tit. 25.

Dominus mutat nom.] Johannes Philoponus de mundi creatione libro 6. cap. 6. *ἡμεῖς γοῦν οἱ κατὰ τὸ ἐν ἀρχῇ κτώμεθα τὰ πρότερα ἀμείβοντες εἰς ἕτερα τὸ πλεῖστον ὀνόματα, ἕτερα τιθέμενα αὐτοῖς: καὶ τοῦτο τῆς κατ' αὐτῶν δεσποτείας ποιούμενοι σύμβολον. Nos servis quos primum adquirimus, priora nomina mutantes, plerumque alia nomina imponimus: idque agimus in signum dominii, quod in ipsos habemus.*

Ut Josepho Pharao, ut Dan. N.] vide Josephum Antiq. libro 2. cap. 3. & lib. 10. cap. 11.

TIT. XXVI. *Ad legem Juliam de ambitu.*

V. tit. 14. lib. 48. ff.

EXpositis legibus Corneliis, redit ad Julias; & proponit hoc titulo eam, quæ de ambitu est, quæ olim obtinuit in urbe cum populi suffragiis deferebantur honores, & magistratus, non ut hodie nutu principis, *l. 1. ff. eod. l. quidam, ff. de re jud.* nam petitores honorum .i. candidati clam sæpenumero ingentem pecuniam consumebant, corrumpendorum suffragiorum causa, quæ corruptela, & effusio pecuniarum ambitus dicitur, & hac lege judicio publico coercetur, Trajanum quoque lego apud Plinium 6. Epistol. eam repressisse candidatis tertiam patrimonii partem in ea, quæ solo continentur conferre jussis, ut similiter Senatusconsulto fœneratores jubentur duas partes patrimonii in solo collocare, & confiscantur, qui partem dimidiam rei familiaris in pecunia habent, apud Suetonium in Augusto. Post autem ad instar legis Juliæ ex Senatusconsulto ambitus coerceri cœpit in municipiis, ubi Duumviri, & sacerdotes provinciarum creantur decreto populi, vel curiæ, & creabantur etiam Episcopi, & presbyteri, *l. 49. Cod. Theod. de decur.* quorum ambitio coercetur *l. si quemquam, sup. de Episc. & cleric.* Præsides autem in provinciis creabantur judicio principis, vel præfecti prætorio, *l. ult. titul. seq.* At ex Constitutione hujus tituli coercetur ambitio etiam in principibus officiorum, & aliis beneficiariis, qui antequam rationes suæ administrationis reddiderint, repetunt officia eadem, atque continuant: quem esse sensum hujus Constitutionis illa verba demostrant, *Ad solutionem debiti primitus urgeatur*, &

A conjunctim *l. si aliquid, inf. de susc. & arc.* & quod ita Græci adnotant in hanc legem, *πολλάκις φεύγοντο δοῦναι ἅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐχρεώστησαν, ἐπιτηδείως ἀναδεῖν ἐντυγχάνων τῇ τάξει.*

XXVI. ENARRATIO.

NUtu principis] Solus jura, magistratusque facit; sanctumque Senatum. Claudianus.

Apud Plinium 6.] Epistola decima nona.

In Augusto] in Tiberio capite 49.

Ambitio coercetur Constitut. Marciani, cujus meminit Glycas pag. 66. editionis Regiæ. Vide etiam Appian. Civil. 2. pag. 441. & seq. a.

Coercetur ambitio] de pœna ambitus dixi ad tit. de B publ. jud. Instit.

In principibus officiorum] Principes officiorum, qui inter sui ordinis viros principem locum tenent. Vide Scriptores Historiæ Augustæ.

Et aliis beneficiariis] Beneficiarii dicuntur, quibus beneficii loco cura committitur mansionum cursus publici, vel quod aliud officium munusve publicum. Cujacius ad librum primum de Feudis, & ad *legem tertiam, C. de can. largit. titul.* Vide Notas ad eosdem scriptores.

Πολλάκις] *Sæpe dum vitat solutionem eorum, quæ debet ex administratione, dat operam ut rursus in eodem officio constituatur.*

TIT. XXVII. *Ad legem Juliam repetundarum.*

Vide tit. 11. eodem libro.

SEquitur lex Julia repetundarum, certissimum argumentum summæ avaritiæ Romanorum, ut D. Hieronymus ait in Esaiam c. 13. Superior lex ambitionem coercet, quæ etiam in eis fuit incredibilis. Hæc coercet avaritiam, utraque in judicio publico, quod hac quidem lege constituitur in eos, qui cum in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio publico in provinciis essent, provincias spoliaverunt ablatis, captis, coactis, conciliatis, aversis pecuniis, quo & suum, & suorum factum præstant, apparitorum puta, & ministrorum, D & militum à gregario ad domesticum protectorum usque, *l. 1.* & accusantur publice, ut Verres, & alii plerique nomine totius provinciæ, vel civitatis per actorem, quem ipsa provincia, vel civitas delegerit, ut Cicero ait in Divinatione, quo loco etiam ostendit hanc legem tantum nationum exterarum, sociorum, provincialium fuisse. In urbe autem captarum pecuniarum, à magistratu civilem fere actionem, privatumque judicium, seu recuperatorium. Itaque superior lex primum valuit in urbe, hæc in provinciis tantum. Damnatos interdum sequebatur exilium, frequentius damnatio in quadruplum *l. 1. & ult.* cum infamia, *l. judices, inf. de dignit.* ut plane Visselliæ, & Juliarum de ambitu, & de repetundis una fuerit pœna damnum cum infamia, & *l. ult.* hujus tituli est communis utrique legi Juliæ. Nam & quadrupli pœnæ sub- E jicit præsidem, si quid dederit ambitu honoris, & si quid sordide tempore gerendi honoris acceperit præter salaria publica. Ambitus crimen exerceri potest ante susceptam, vel post depositam administrationem; Repetundarum post depositam administrationem tantum, excepto casu *l. 4.* quo & in ipsa administratione exerceri potest, si præsides provinciarum in litibus, & judiciis improbe, aut sordide se gerant, velut mercatores litium, ut ait *l. 3.* quo casu etiam pedanei judices iisdem legibus tenentur, d. *l. 3.* At præterea utrumque crimen finitur viceennio, & hoc uno casu anno, quo & simpli tantum repetitio est *l. pen.* & altero item casu anno in heredem rei scilicet, quod et quadrupli repetitio

tio est *l.2.hoc titulo,l.2. ff.eod. l.ex judiciorum, ff.de accusat. l.ult. ff. ad legem Jul. pec.* Plinius 3. epist. *Batica etiam in defuncti* (de repetundis) *accusatione perflabat. Provisum hoc legibus, intermissum tamen, & post longam intercapedinem tunc reductum*:& paulo post: *Senatui placuit, bona defuncti qua habuisset ante provinciam, à reliquis separari, illa filia, hac spoliatis relinqui.* Additum est, ut pecuniæ quas creditoribus solverat, revocarentur, quod omnino congruit cum *d.l.ex judiciorum*.

XXVII. ENARRATIO.

AVersis pecuniis] Marcus Tullius 3. in Verrem: *Is aversa pecunia aufugit.* Et: *In Quaestura pecuniam publicam avertit.* Asconius Pedianus in Verrem de prætura urb. *Pecunia qua avertebatur.*

A gregario] Ut χυδαίου σ̓τρατιώτου in veteri Glossario Gr. Lat. exponitur *gregarius*, vel manipulario, qui infimi gradus miles. B

Ad domesticum protectorem] προτήκτορα, εὐμαρῆ φύλακα, qui summus est militiæ gradus.

Sociorum] Lex socialis est & tota sociorum causa constituta, ut ait Cicero.

Provincialium] Accusabantur κλοπῆς ἐπαρχιῶν; Plutarchus in Dolabella.

Damnatos interdum sequeb. exilium] *L.7. §. ultim. ff. eodem.* Asconius Pedianus in procem. act. in Verrem: *Dua res consequebantur damnationem, altera redditio pecunia iis ad quos pertinebat: in quo vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur. Altera, exilii.* Et in eam de præt. urb. *Æstimatione litis & exilio.* C

Si quid fordide] Suetonius Domit. c.9. *Ne quid fordide facerent.* hinc fordidus ibid. cap.8.

Plinius 3.epist.] Epistola nona ad Minutianum.

TIT. XXVIII. *De crimine peculatus.*

Vide tit. 13. eod. lib.

ET repetundarum crimen, & peculatus est crimen captarum pecuniarum, sed repetundarum, quod captæ sunt pecuniæ privatorum, peculatus quod captæ sint pecuniæ publicæ, nec relatæ in ærarium. Utrumque est ex legibus Juliis publicorum judiciorum: & hoc etiam in magistratu provinciales post depositam administrationem, & in magistratibus quidem gravius quam in cæteris. Nam ex hac Constitutione irrogatur judicibus pœna capitis & vitæ, ut *l.5. Cod. Th. ad leg. Jul. rep.* quæ extenditur ad socios & ministros, & ad eos, qui scientes subtractas ab eis pecunias publicas receperunt, quia, ut est in *l.penult. sup. ad leg. Jul. de vi.* quæ sumpta est ex *l.2. Cod. Th. de cr. pec.* non est dissimile crimen rapere, & ei qui rapuerit rapta servare. Ante hanc Constitutionem etiam in judicet erat tantum pœna legis Juliæ peculatus, quæ eadem initio fuit, quæ Juliæ de ambitu, & repetundarum, & Viselliæ, i. multa cum infamia, *l.1. Cod. Theodoit.* & reducitur Nov. Leonis 105. Hujus criminis abolitio, accusatori non datur; *l.3.infr. de abol.* Sicut nec atrocium & capitalium criminum. D E

XXVIII. ENARRATIO.

QUod captæ sint pecuniæ publ.] Glossæ: Ἱεροσυλία, ἐπὶ δημοσίων χρημάτων, depeculatio. Isidorus Originum lib.5. cap.26. *Peculatus judicium in eos datur, qui fraudum ærario faciunt, pecuniamque publicam intervertunt.* Glossæ Juris, πεκουλάτος, νοσφισάμενος δημόσια πράγματα, lege, πεκουλάτωρ, peculator, qui res publicas avertit. Tacitus hist. cap.53. *Mox compertum pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit.* Hesychius: νοσφίζεται. ὑφαιρεῖ, κλέπτει, ἀποστερεῖ, ἀφαιρεῖ,

A *Fraudat, sua facit, furatur, privat, aufert, separat.* Hinc fures ærarii dicti Sallustio in Catilin. qui pecunias publicas intervertunt. Sed & crimen peculatus contrahitur, εἰ ᾗ μὴ ἴδια χρήματα, ἀλλ' ἕτερα πολιτικά: *quamvis nummi non fuerint, sed alia res ad civitatem pertinentes,* Græcus interpres heic, quem vide.

Capitis & vitæ] *Capitali animadversioni subduntur* in *Lun. hoc tit.* Anatolius: τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνονται: *caput eis amputatur.* Petrus Faber hæc adnotaverat ad interpretationes Cujacii in Pauli v. Sentent. titul.25. Sentent.1. in fine, ibi: *aut capite puniuntur*, ut in 1. sententia & ult. Sed quod ais capite puniri, tu videris Cujaci ad amputationem capitis referre, quod & Leonis Philosopho visum explicanti capitalis supplicii vocabulum, cujus meminit Lubi, C.de fals. in Novel.77. de pœna falsariorum: utitur enim verbo ἀποτέμνεσθαι Leo: quem ego ac te quoque falli arbitror, vera enim falsariorum pœna & legitima circa humiliores quidem servis cruciarii comparatos fuit furca sive laqueus: & videatur in hanc rem Am. Marcellinus quem io hoc citatum à Berterio relatore memini, ac dein à Protopræside Durantio in Arrellis publice pronuntiatis sub festum Magdalenes anno 1586. Nam quod de suspenso Vigentio falsario traditur in Constitutione Imperatoris relata ab Augustino epistola sexagesima octava nomine clericorum Hipponensium: hoc ad suspensionem ab ordine Decurionum pertinet, non ad laqueum, ut apparet ex eo quod subjicitur, eundem ipsum Vigentium sub idonea prosecutione ad Comitatum meum Constantini Augusti hæc (duo esse à glossemate verbi meum, arbitror) mittas, &c. Sane ut ex Tacito & aliis colligi potest, Senatores falsum committentes ordine duntaxat moti: Ex sententia igitur Petri Fabri capitalem animadversionem, pro animæ ammissione quocumque genere, non pro capitis amputatione accipiemus, & Anatolius quem supra adduximus, Leonis interpretationem secutus videtur, vide *sup.tit.12.*

Novella Leonis cv.] Qua magistratus ordine moventur, & dupli pœna coercetur: ministri sceleris si solvendo non sint, eadem pœna afficiuntur, sin minus verberibus cæsi & ignominiose tonsi exulare jubentur.

Sicut nec atrocium] Vide *infr tit.42.*

TIT. XXIX. *De crimine sacrilegii.*

Vide dict. tit.13.

EAdem lex Julia coercet furtum pecuniæ publicæ, quod peculatus dicitur, & furtum pecuniæ sacræ, quod sacrilegium, & sacrilegium certe gravius, quam peculatum. Cui Constitutiones hujus tit. adjungunt, quæ sunt proxima & affinia crimina, non quidem majestatis crimen omne, vel maximum, de quo dixit ante, quod proximum sacrilegio dicitur, *l.1. ff. ad leg. Jul. maj.* & sacrilegium, *l. 1. Cod. Theod.si quis pec. consil.* & in Bas. *l.1.sup.de priv. car. inh.* ubi pro majestatis,est ἱεροσυλίας, sed quod inferius sacrilegio esse videbatur, contemnere & violare sacras Constitutiones principum, *l.ult. infr. de priv. cor. qui in sac. palmil. l.1. infr. ut dig. ordo ser.l.15. infr.de erog. mil. ann. l.penult. Cod. Theod.de relat.* quod & majestatis crimen dicitur, *l.1. sup. ut omn. Jud. l.19. Cod. Theod.de Judæis.* & quod est nefandissimum crimen, confundere & offendere legem Dei omnipotentis, de quo majores nostri acceperunt; *l.1. hujus tit.* utpote cum eam posuerint in *Cod. Theod. sub. tit. de Epis.& cler.* & in Basilic. hoc modo transtulerint, ὅσοι τῆς τοῦ θείου νόμου ἁγιότητος, ἢ ἐν τῷ ἀγνοεῖν συγχέουσιν, &c. ex quo patet etiam Græcos, ut in C. Th. in hac lege prima legisse, negligendo confundunt, non, omittunt. Vet. etiam male, committunt. Additur in hoc tit. etiam sacrilegii instar esse tractare, an is sit idoneus judex, quem princeps elegit, ut *l.5. sup. de div. res.* vel petere ejus provinciæ administrationem ex qua originem ducimus, qua de te libro 1. tit. *ut nulli pat. sua adm.* Sed hæc

hæc hodie ne in minimo quidem vitio ponuntur.

XXIX. ENARRATIO.

FUrtum pec. pub.] Glossæ: *peculatus*, διαρπαγή. Vetus Onom. *Peculatus*, κλέμμα.

Furtum pecuniæ sacræ] Qui privatam pecuniam in æde sacra depositam abstulit, fur est, non sacrilegus, *l. Divi 5. ff. ad leg. Jul. peculat.* de quo tamen quæri poterat, quia scilicet ὁ τόπος καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας τοῖς χρήμασι μεταδίδωσι: *Locus dignitatem suam pecuniis communicat*, ut ait Sopater in divisione quæstionum. Vide Cujac. Observ. 13. 19.

Quod sacrilegium] Servius in 10. Æneidos: *Legere, furari: unde & sacrilegi dicuntur, qui sacra legunt, hoc est, furantur.*

Quam peculatum] An peculatum, ut anfractus & anfractum apud Nonium, nisi heic operarum mendum est. Furtum igitur inferius sacrilegio & peculatu, Tertullianus ad Scapulam cap. 2. *Tamen nos, quos sacrilegos existimatis, nec in furto unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. Omnes autem qui templa despoliant, & per Deos jurant, & eosdem colunt, & Christiani non sunt & sacrilegi tamen deprehenduntur.* Sacrilegi extra ordinem puniuntur, *l. 4. §. 1. ad leg. Jul. peculat.* Apud Græcos omnes insepulti abjiciuntur: παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸν νόμον εἶναι ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους, Diodorus Siculus 16.

TIT. XXX. *De seditiosis, & his qui audent plebem contra quietem publicam colligere.*

SAcrilegii crimine recte dixeris etiam reos agi posse auctores seditionis & tumultus, cum & superioribus legibus teneantur de vi, & læsæ majestatis, & propria lege de sodalitiis, maxime hi qui coacta multitudine magna vociferatione quid petunt à populo, vel principe, de quibus est *l. 2.* Pacata seditione, multitudini parcitur, & unde orta culpa est, ibi pœna consistit, ut apud Titum Livium 28.

XXX. ENARRATIO.

DE vi] *l. 3. ff. ad leg. Jul. de vi publ.*

Et læsæ majestatis] *l. 1. ff. ad l. Jul. majest.*

Pacata seditione] Ammianus Marcellinus libro 21. *Nigrinus ut acerrimus belli instinctor exustus est vivus. Romulus vero post eum & Sabostius curiales, convicti sine respectu periculi studia sevisse discordiarum, pœnali consumpti sunt ferro, residui omnes abierunt innoxii, quod in certaminum rabiem necessitas egerat, non voluntas.* Titus Livius in d. libro 28. cap. 29. *Albius Calenus, & Atrius Umber, & cæteri nefariæ seditionis auctores sanguine luerunt quod admiserunt.*

Ut apud Titum Livium 28.] Capite 26. *Vicit*, inquit, *sententia lenior, ut unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret: ad multitudinem castigationem satis esse.* Auctores igitur pro qualitate dignitatis coercentur. Paulus libro quinto Sentent. 22. §. 1. *l. si quis aliquid 38. §. auctores, D. de pœn.* vide *1. q. 1. can. hi, qui.*

TIT. XXXI. *Quando civilis actio criminali præjudicet, & an utraque ab eodem exerceri possit.*

HIc titulus concludit tractatum de publicis judiciis, proposita regula communi omnibus, ut cum publicis privata concurrant, quæ sunt de re familiari, id est, de damno pecuniario, ut *l. 4. D. de pub. jud. l. 6. D. de sep. viol.* quibus verbis excluditur actio injuriarum, & quæcumque vindictæ privatæ, non pecuniæ persecutionem habent. Qua ratione, ut opinor, & ab hac regula in Cod. Theod. excipitur actio de moribus, qua prius non agit, aut si egerit maritus, amittit accusationem adulterii: Publica judicia vigorem continent publicæ disciplinæ, privata utilitatem privatorum, *l. locatio §. quod illicite, D. de public.* Cætera quæ ad hunc titulum spectant, exposui Observ. 20. cap. 25. 26.

XXXI. ENARRATIO.

DE damno pecuniario] Περὶ ἰδικῶν ζημιῶν, *de privato damno.* Basilica.

Excluditur actio injuriarum] Quæ non est de damno pecuniario: nam magis vindictæ quam pecuniæ habet persecutionem, *l. 2. §. emancipatus, D. de collat. bonor.*

TIT. XXXII. *De crimine expilatæ hered.*

Vide tit. 9. lib. 47. D.

AB hoc titulo incipit tractare de privatis judiciis, quæ ex maleficiis oriuntur, ex quibus alia sunt forensia & civilia, alia criminalia, & hæc autem & illa pœnalia. Et privata quia non patent omnibus, ut publica criminalia, de quibus ante dictum est, vel ut publica civilia, quæ popularia dicuntur, de quibus nihil hoc in libro, sed patent his tantum quorum interest. Hoc vero inter se distant, quod civilia sint ordinaria, criminalia extraordinaria, quod civilia pœnam, & legem certam habent, ut furti nec manifesti legem duodecim tabularum habent, qua furto nec manifesto duplici pœna constituitur, furti manifesti & vi bonorum raptorum edictum prætoris, injuriarum legem Corneliam, partim edictum prætoris, damni injuria legem Aquiliam, quibus delictis privatis pœna imponitur certa, perinde atque publicis æque legibus certis. Criminalia autem privata judicia pœnam non habent certam, sed arbitrariam, hoc est Constitutionibus aut Senatusconsultis relictam in arbitrio judicantium, *l. 1. D. de effrac.* Quamobrem & crimina quæ persequuntur, dicimus non esse legitima, *l. 3. §. penult. ff. de crim. stell.* nimirum quia non est eis constituta certa & legitima pœna. Item quod civilibus exercendis additur specialis judex more judiciorum cæterorum. Criminalia extra ordinem exercentur apud præf. urbi, aut præsidem provinciæ, *l. 3. ff. exp. her.* quod in civilibus non est necessaria inscriptio actoris, in criminalibus est necessaria, *leg. ult. ff. de pr. del.* quod leviora sunt civilia, quam criminalia, *l. penult. in fin. sup. ad leg. Cor. de fal.* vel, ut Justinianus ait in Constitutione Græca *de vet. jur. enucl.* civilia μετριώτερα, criminalia σφοδρότερα: quod quo ex maleficio est civilis actio, deficiente publica, non erat olim etiam privata criminalis extra ordinem, ut *l. ultim. ff. de fur.* ostendit, dum ait, de furto nunc plerumque esse. Erat, & est sæpe publica, exempli gratia, de vi lege Julia, de injuriis, aut damni injuria, aut testamento suppresso lege Cornelia, quia scilicet alia de re est publica, alia civilis, hæc de re aut vindicta privata, illa de vindicta publica. At extraordinaria & civilis eandem causam, & rem spectant, nempe privatam, nec utraque experiri licet. Contra vero qua de re est accusatio extraordinaria, non semper etiam est civilis actio, quæ scilicet pœnam inferat reo, ut de expilata hereditate. & de stellionatu, quæ crimina vindicantur extra ordinem, nulla prodita est civilis actio, quæ pœnam persequatur. Quamvis autem tot sint differentiæ inter civilia & extraordinaria judicia, tamen quia omnia sunt privata, conditori hujus libri magis placuit ea collocare alternato quam distincto ordine, proposito primum crimine & judicio extraordinario expilatæ hereditatis, deinde, civili actione vi bonorum raptorum, tum crimine extraordinario stellionatus, post civili actione injuriarum, mox crimine extraordinario abigeatus, omissis civilibus actionibus furti & legis

Aqui-

Aquiliæ, quoniam de eis jam è re nata anteverterat di- A cere lib. 3. & 6. Primum igitur proponit crimen expilatæ hereditatis, cui locus est, si post mortem defuncti ante aditam hereditatem, vel etiam post aditam, & ante adprehensam possessionem rerum hereditariarum, res quædam hereditariæ mobiles subreptæ sint. Quod propriè furtum non est: Nam rerum, quæ à nemine possidentur furtum non fit, *l. 1. §. Scævola, ff. si quis test. lib.* ideoque heredibus eo nomine non competit actio furti, *l. 2. ff. eodem*, sed competit extra ordinem accusatio compilatæ hereditatis privata, non publica ex Senatusconsulto & Oratione D. Marci, *l. 1. ff. eod. l. 3. ff. de extr. crim.* loco deficientis actionis, ut ait *l. ultim. hujus t.* id est, loco pœnalis actionis, loco actionis furti, qua ratione famosa etiam est perinde, atque furti actio in cujus locum succedit, *l. infamem, ff. de publ. jud. l. si te, sup. ex* B *quib. causis non irr. inf.* Et datur etiam privigno in vitricum, & novercam, qui, quæve expilavit hereditatem extranei ei delatam, *l. 2. & 3.* sicut furti, *l. 3. & 11. supr. de furt.* & vi bonorum raptorum, *l. ultim. t. seq.* quia his personis honos non debetur tantus, ut parcere debeamus famosis judiciis adversus eos. At non datur privigno in novercam, quæ expilavit hereditatem mariti. Puto nec in vitricum, qui expilavit hereditatem uxoris, quia nec expilare videtur, qui attrectat, quod vivo conjuge societas vitæ in sua potestate fecit, nec post adprehensam possessionem daretur actio furti, cujus instar hæc accusatio obtinet: eademque ratione non dabitur heredi extraneo in maritum, vel uxorem, quæve compilavit hereditatem defuncti, *l. 4. hoc tit. l. pen. ff. eodem, l. heres, ff. de neg. gest. l. quamvis supr. de fut.* C Eadem ratio societatis facit ut non detur coheredi in coheredem, *l. 1. hoc t. l. 3. supr. famil. erc. l. merito, ff. pro socio*, qua de re Observatione vicesima.

XXXII. ENARRATIO.

UT publica civilia, quæ pop. dic.] Nam judicia popularia civilia sunt, de his vide Cujac. ad *l. & eleganter 7. ff. de do. ma.*

Ut furti nec man. leg. 12. tab.] Furti manifesti actio in quadruplum est à jure prætorio. Vide Cujac. ad *§. 4. Inst. de noxal. act.*

Et vi bonorum rap.] Vide ad tit. seq.

Injuriarum] *§. Pœna 7. & §. seq. Inst. de inj.*

Damni injuria] Ut in *l. impuberem 23. ff. de furt.* D *ἐνεστὶ ζημία ἀδίκως γινομένη, damnum non jure factum.* Theop. *Inst. de injur.* vide Cujac. ad *tit. de leg. Aqu. Institut.*

Nunc plerumque esse] Criminalem extraordinariam, & privatam, tacite significans, ante non fuisse nisi solam civilem in duplum, vel in quadruplum. Cujac. in recitat.

De vi lege Julia] *l. un. inf. t. prox.*

Crimen expilatæ hereditatis] Quid sit expilare, vel compilare hereditatem scire est ex hac Glossa Philoxeni: *expilat, ἀποδύει, λῃστεύει, συλᾷ, &c. compilat, συλεῖ.* Glossæ Isidori: *expilatore, alienæ hereditatis surreptores.*

Ante aditam hereditatem] *l. 2. §. 1. ff. eod.*

Quæ à nemine possidentur] Res hereditaria interim dum jacet hereditas, nullius est, *l. 1. ff. de rer. divis.* E

Loco actionis furti] Græci: Quia non est furti actio: nondum rebus possessis ab herede, est expilatæ hereditatis.

Vel uxorem] Quia vir & uxor socii invicem sunt divini & humani juris: *κοινωνοῦσι ἀλλήλοις θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου*, ut ait Græcus int. ad *l. 1. ff. de ri. nup. citata lege 4. hoc tit.* ad quam Antonius Loisellus in Codice suo notaverat, legendum, *domum suscipitur*, ut & Cujacius legit.

Observat. 20.] Capite 27.

A TIT. XXXIII. *De vi bonorum raptorum.*

Vide lib. 4. Inst. tit. 2. & tit. 7. l. 47. ff.

IN hoc titulo proponitur civilis actio vi bonorum raptorum, quæ ex edicto prætoris datur in eum, qui rem alienam rapuit si mobilis fuerit: Nam de immobili, neque hæc actio est, neque furti, sed interdictum unde vi, vel actio in duplum ex Constit. *l. si quis in tantam.* Dari vero dicitur hæc actio modo in triplum, ut *l. locatio, §. quod illicitæ, ff. de publ.* modo in quadruplum, ut in Constitutionibus hujus tit. & alibi passim, modo in triplum & quadruplum; ut *l. pen. Cod. Theod. de pag. sacr.* & hujus varietatis causa, quia mista est actio, quæ scilicet cum pœna tripli persequatur, etiam rem vi ereptam, qua B confusione quadruplum efficitur, & intra annum utilem. Nam post annum rem solam persequitur, non triplum: & singulari casu, cujus excipiendi auctor est Tribonianus in duplum confectum ex re & pœna, *l. 6. supr. de pag. sacr.* sed perpetuo, ut opinor, hujus moderationis pensandæ gratia. Neque vero existimare debemus mitius agi cum raptore quam cum fure, quod in raptorem sit actio mista & annalis, in furem tota pœnalis, & perpetua. Nam sive raptor sit manifestus, mista actione vi bonorum raptorum conveniri potest actione furti manifesti, quia & hic fur manifestus est, *l. si vendidero, §. cum raptor, ff. de fur.* sive non sit manifestus, ut *l. 52. §. ultim. ff. eodem*, sane hoc casu gravior est intra annum utilem actio vi bonorum raptorum quam furti nec manifesti, & in hunc proprie casum hæc actio C comparata est, quod prætori non videretur sufficere actio furti nec manifesti, qua tamen si prius non sit actum vi bonorum raptorum intra annum, licet experiri post annum in duplum, vel si hac actum sit prius, necdum annus exierit, adhuc experiri licet vi bonorum raptorum in id quod amplius in ea est, *l. 1. ff. eodem, l. si quis egerit, ff. de fur.* & observandum in jure agi sæpe de isto concursu actionis furti, nec manifesti & vi bonorum raptorum, nusquam de concursu actionis furti manifesti, & vi bonorum raptorum, quia ad hunc casum, neque necessaria est, neque proprie pertinet actio vi bonorum raptorum, ad illum proprie pertinet, & necessaria est.

XXXIII. ENARRATIO.

D QUi rem alienam] Qui suam rem rapuit, vi bonorum raptorum actione non tenetur, sed aliter multatur, *l. 2. §. hac actione is demum, ff. eodem*, id est, rei suæ dominio cadit, *ὡς αὐθάρχως ἁρπαζόμενος*, ut ajunt Græci, quod absque magistratus auctoritate, sua auctoritate rem auferat, ex *l. si quis in tantam.*

Si mobilis fuerit] *l. 1. h. tit.*

Nam de re immobili, &c.] Plautus in Aulularia act. 1. sc. 11. *Ego intus servem: an ne quis ædes auferat? Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus.*

Ex constit. si quis in tantam] *l. 7. sup. unde vi.*

Intra annum utilem] Intra annum quo experiundi potestas fuit, *l. 2.* Thalelæus ibid. Nota inquit, actionis vi E bonorum raptorum annum utilem esse.

Nam post annum] *l. 2. 4. & 5. h. t.*

Et perpetua] *l. 1. sup. de ann. excep.*

Et in hunc proprie casum] Idem scribit ad *tit. de bon. vi rap. Inst.*

De isto concursu actionis] Ut in *lib. 1. ff. eodem.*

TIT. XXXIV. *De crimine stellionatus.*

Vide tit. 20. eod. lib.

SEquitur crimen extraordinarium stellionatus; quo nomine continetur fallacia, impostura, dissimu-

 latio

latio omnis, & quicquid turpiter fit in fraudem alterius, quod proprii criminis nomen non habet. Cum eo non concurrit quidem ulla actio civilis, quæ pœnam persequatur; sed quæ rem persequantur variæ possunt concurrere: & si quidem famosa sit, quæ concurrit, veluti de dolo, aut depositi, etiam famosum erit crimen stellionatus, quia absurdum est civilem actionem esse famosam & criminalem non esse. Finge debitorem in solvendo pro auro debito ex stipulatu, vel ex causa depositi, æs subjecisse, vel pro veris gemmis vitreas, ex hac causa est civilis actio de dolo, vel depositi, quæ famosa est. Erit igitur ex his causis crimen stellionatus famosum, ad quas tantum dico respexisse *l. quid ergo, §. ultim. ff. de his, qui not. infa.* & erit famosum, ut ait, quamvis publicum non sit. Nam & crimen expilatæ hereditatis est famosum, licet publicum non sit. Subjicere autem aliud pro alio, est quod *l. 3. ff. eodem*, ait imposturam facere Trebellius Pollio in Gallienis: *Cum quidam gemmas vitreas vendidisset pro veris, surripi, quasi ad leonem jussit, deinde e cavea emisit caponem, & jussit per curionem edici, imposturam fecit, & passus est.* Cæterum si in pignore dando, aut in vendendo subjecerit quis æs pro auro, vel statuliberum pro servo, vel vitreum sardium pro vero, dissimulata veritate rei, crimen stellionatus non est famosum, ut ait *l. 2. ff. eodem*, quia nec actio pigneraticia contraria, vel ex empto, quæ cum eo concurrit, est famosa, *l. si quis in pignore, ff. de pig. act. l. statuliberum, §. 1. ff. de statul.* idem si quis sciens ignoranti creditori rem alienam, vel alii obligatam simulans rem esse suam, vel esse liberam, pignori obligaverit, *l. tutor, §. 1. ff. de pig. act. l. 1. & 2. hoc tit.* idem si produxerit aliquem creditorem simulans eum esse antiquiorem in causa pignoris prioris creditoris fraudandi causa, ut *l. 4. hoc titul.* nullo prolato chirographo falso, quo sit prælatus dies obligationi, alioquin crimen falsi committitur, *l. 15. sup. ad leg. Cor. de fal. l. si à debitore, ff. eodem*, & cessat crimen stellionatus, quia non aliter ei locus est, quam si deficiat aliud crimen. Nemo autem est, qui nesciat translatum hoc esse nomen à lacerto quodam ad hominem vafrum, & decipiendi peritum, ut apud Apulejum Venus irata Cupidinem stellionem vocat, quo plerique capiuntur omnes. In Glossis stellionator est *ἐπιθέτης*, & in Basil. Ex quo dictum illud in Christianos pallio coopertos, Græcus ἐπιθέτης, Cypriano, *implanator*.

XXXIV. Enarratio.

QUod proprii criminis nomen non h.] *leg. 2. ff. eodem.*

Famosum erit crimen stellionatus] Vide Observ. libro 10. 26.

Surripi quasi ad leonem jussit] Casaubonus legit, *surrigi*, ut apud Vopiscum in Aureliano: *surrectos ad stipitem.*

Si in pignore dando aut in vend. &c.] Quod Græcis interpretibus est, *ἀντιβαδίζεται*. Ulp. in *l. 2. ff. eodem. Si quis merces suppofuerit, vel obligatas averterit, vel corruperit, stellionatus reus erit*, quæ Basilica ita reddunt, *ὁ ἀντιβαδίζων, ἢ διαφθείρας τὸ ἐνεχυριασμένον*: qui avertit & corrupit rem obligatam. Græcus interpres ad *leg. qui ergo 13. §. ultim. ff. de his qui not. infam.*

Dicit Stephan. ad lib. 14. cap. 29. t. 4. Stellionatus crimen intendi, cum deficit privatum, vel publicum crimen: privatum quidem, ut cum debitor avertit pignus subjiciens æs pro auro: *ὅταν ὁ δεβίτωρ ἀντιβαδίζων τὸ ἐνέχυρον χρυσοῦν ἐπιδείξας, καὶ παρασχὼν χαλκοῦν* ostendens aureum, & æreum tradens. Nec igitur quid esset *ἀντιβαδίζειν* intellexit Salmasius de modo usu[rarum] cap. 14. ut jam præmonui ad tit. 23. lib. 8.

Ut apud Apulejum] Metamorph. lib. 5.

Stellionem vocat] Glossæ Basilic. *στελλίων, κακοῦργος, κακότροπος*.

In Glossis stellionator est *ἐπ*.] Glossæ Græc. Lat. *ἐπιθέτης, impostor, stellionator.* Item: *ἐπίθεσις ἢ χλεύη, impostura, stellionatus.* Item: *κακοῦργος maleficus, stellionatus.* lege, *stellio*, aut *stellionator*. Excerpta ex vet. lex. *Stellionatus, ἐπίθεσις, κακουργία*. Idem in Glossis Basilicῶν.

Dictum illud] Apud Hieronymum in epistol. ad Furiam.

Cypriano implanator] S. Cyprian. de singularitate clericor. *Se ipsum implanat.* Vetus Onom. *implano, ἀποπλανάομαι*: implanare est decipere, ut Sirachidis cap. 15. 12. *Ipse me implanavit: αὐτός με ἐπλάνησεν.* Inde planus. Glossæ Philoxeni: *planum, fallacem, ἀπὸ τοῦ πλανᾶν.*

TIT. XXXV *De injuriis.*

Vide tit. 10. eod. libro.

EXtraordinariis executionibus criminum interferit civilem actionem injuriarum, quæ competit ex duodecim tabul. vel ex edicto prætoris, vel etiam ex lege Cornelia, ut *leg. Constitutionibus, ff. eodem*, id est, ex causis *l.* Corneliæ comprehensis, quod pulsatus quis verberatusve, domusve sua vi introita sit, & de omni injuria atroci, *l. 7. §. posse. ff. eodem*, cujus exemplum est in *leg. 4.* si facta sit sacerdoti procedenti cum infulis & ornatu suo. Hac actione superbia coercetur ex duodecim pœna certa, hodie æstimatione judicis cum infamia, & ex quacunque causa finitur actio anno continuo, *l. 5.* hoc est, breviori tempore quam actio vi bonorum raptorum, quia & facillime tollitur, veluti dissimulatione. i. si contestatus non sit illico is cui injuria facta est se eam accipere & revocare ad animum, *l. 31. supr. de lib. caus.* & pacto & jurejurando, *l. 5. §. hac lege, l. non solum, §. 1. ff. eodem. l. si tibi, §. 1. ff. de pact.* sive directo fiat, sive per consequentias, ut filio, vel servo, vel uxori, *l. 2. & 8.* At non tantum civiliter de injuriis agi potest, sed etiam criminaliter, ita tamen, ut non utraque via uti liceat, *l. 6. ff. eodem*, quia utraque hodie ad ultionem privatam spectat. Nam criminaliter quidem olim fuit publica accusatio ex lege Cornelia, *l. hos accusare, §. ultim. ff.* de *accus.* & est etiam hodie in casu 1. seq. & in casu *l. si quis in hoc supr. de Episcop. & cler.* si facta sit injuria sacerdoti, dum sacra facit. Videtur & de injuria facta illustribus viris publica accusatio esse. Salvianus 8. *Deum incuriosum & negligentem vocas? Si quemlibet ingenuorum hominum hac contumelia læderes, injuriarum insolentium reus esses: certe illustriorem quempiam aut sublimiorem, etiam censuram juris publici sustineres.* Cæteris casibus hodie est extraordinaria, *l. ult. ff. eod.* cum inscriptione, *l. ult. hoc titulo.* Nam & extraordinaria crimina inscriptionem exigunt, *l. ult. ff. de fur. l. 1. inf. de abig.* Speciale vero est quod constituitur in *l. ult. hujus tit.* ut viri illustres, sive sint honorarii, sive legitimi, & sive extra ordinem criminaliter agant, sive conveniantur de injuriis, causam agere possint per procuratorem (quod & Episcopis & Presbyteris dat *Nov. Valentiniani de Episp. jud.*) his tamen conditionibus, ut per semet ipsi si agant, subscribant in crimen, & ut in eorum persona nominatim condemnatio fiat, quam non video cur non possim dicere infamiam irrogare condemnatis, quia etsi judicio absuerit, absentibus eam irrogari nihil vetat, ut *l. ultim. infr. de req. reis*: idemque esse puto quocunque casu procuratori voluntario, aut mandatario permittitur exercitio capitalis causæ, ut non alius damnetur, & notetur quam auctor criminis. At in civilibus causis sententia concipitur in personam procuratoris, *l. 1. supr. de sent. & interl.* videlicet si lis cum eo contestata fuerit. Nam si cum domino, aliud dicendum est: & quod ait *l. nihil supr. de procurat.* hoc tantum vult, etiam post litem à domino contestatam procuratorem dari posse, qui causam peragat.

XXXV. Enar-

XXXV. Enarratio. A

CIvilem actionem injuriarum] Quæ γραφὴ ὕβρεως Græcis. Isæus in oratione 7.

Ex duodecim tabulis, &c.] §. 7. & 8. *Institut. de injur.*

Cum infulis, & ornatu suo] Quandiu indutus est sacris vestimentis. Græci.

Hac actione superbia coercetur] superbia pro contumelia. Plautus in Cistellaria act. 1. Sc. 1. *Neque ego hanc superbiæ causam repuli ad meretricium quæstum.* Sic enim superbiæ verbum ibi acceptum est.

Anno continuo] Mutat sententiam: Anno enim utili finiri scribit ad legem, *item si cum 14. ff. qu. met. caus.* Glossæ etiam variant: vel enim sequuntur sententiam Bulgari existimantis anno utili finiri: vel Martini existimantis anno continuo tolli. B Odofredus, & Fulgosius Martinum sequuntur. Actio igitur injuriarum anno continenti finitur.

Infamiam irrogare condemnatis] Non convenit inter Græcos interpretes an condemnatis irrogetur infamia. Quidam dicunt eos infamari, sed procliviores sunt in eorum sententiam, qui negant infamari, μηδὲ ἢ ἐνώπιον αὐτῶν τὴν ψῆφον ἐνεχθῆναι: *cum nec coram eis sententia feratur:* qua ratione utitur Cujac. in recit. Heic tamen discessit ab illa sententia, & ei magis placuit, condemnato infamiam irrogari.

TIT. XXXVI. *De famosis libellis.*

C

Vide d. tit. 10.

INjuria aut fit in corpus, aut extra corpus. In corpus veluti verberibus. Extra corpus, veluti convitiis, vel famosis libellis. Convitiis, ut sycophantam dixerit, *l. 3.* si homicidam, *l. 5.* si servum, *l. 9. & 10. tit. superioris.* Famosis libellis, si quid scripserit, quod pertineat ad injuriam alterius, de qua est publica accusatio ex Senatuscons. *l. 6. ff. eodem:* & pœna capitalis ex *l. 1. & 2. hujus tit.* una Græca, altera Latina, non tantum in auctorem libelli famosi; sed etiam in eum, qui invenit, nec combussit, sed evulgavit: quia ipse auctor præsumitur esse libelli, qui eum sparsit in vulgus non prodito auctore.

D

XXXVI. Enarratio.

INjuria aut fit in corpus, &c.] Ex Paulo v. *Sent. t. 4. in princ.* Est autem famosus libellus charta, quæ injurias & opprobria continet: sive, ut ajunt Græci, χάρτης φλυαρίας περιέχων, lib. 60. Basil. hoc t. De famosis libellis. Julianus in Misop. τὸ δ' ᾆσμα πεζῇ μὲν λέλεκται, λοιδορίας δ' ἔχει πολλὰς καὶ μεγάλας, οὐκ εἰς ἄλλους μὰ Δία: πῶς γὰρ ἀπαγορεύοντος τοῦ νόμου.

Pœna capitalis] Anna Comnena Alexiados libro 13. ὁ νόμος τοὺς φαμώσους βιβλιδάρια κολάζει, αὐτὰ μὲν (τὰ φαμοῦσα) ἀναλίσκων πυρὶ, τοὺς δὲ ταῦτα τολμῶντας ποιναῖς καθυποβάλλων παλαμναιοτάταις: *Lex de famosis libellis lata ipsos quidem exuri jubet, auctores vero eorum gravioribus pœnis subjicit.* E

TIT. XXXVII. *De abigeis.*

Vide tit. 1. 4. eodem lib.

SEquitur crimen extraordinarium abigeatus in latrones pecorum, quod Constitutio hujus tit. ait intendi modo cum inscriptione, ut si grex ovium abductus sit, modo sine inscriptione, hoc est civiliter tanquam in fures, ut si una tantum ovis abducta sit: Nam ob rem modicam criminaliter agi non potest, *l. causas, C. Th. de jurisdict.*

A

XXXVII. Enarratio.

LAtrones pecorum] V. *Nov. 22. cap. 15.*

Cum inscriptione] Vide librum 1. Observat. cap. 20.

Nam ob rem modicam crim. agi non potest] Vide quæ diximus ad *§. gallinarum, Inst. de rer. divis.*

TIT. XXXVIII. *De Nili aggeribus non rumpendis.*

ESt etiam extraordinarium crimen in Ægypto si quis ruperit Nili moles & aggeres, qui aquam Niloticam continent, coercent, dispensant, *l. pen. ff. de extr. cr.* qua irrigatur terra Ægyptiaca: Nam & Deuteronomii xi. legimus, eam ut hortum irrigari humana opera: B hi aggeres chomata dicuntur, *d. l. pen.* qui aliis περιχώματα: certe, quæ Arriano chomata, Curtio sunt moles. Quamvis autem hic t. sit de aggerib. tamen de eis expressim non loquitur Constitutio hujus tit. sed tacite duntaxat. Nam in ea non est certe legendum valla fluenta; sed ut in Cod. Theod. ulla fluenta, hoc sensu, ut si quis ruptis, apertis vel dissolutis aggeribus Nili intra duodecimum cubitum, intra .i. κατωτέρω cum incrementum Nili nondum excessit duodecimum cubitum, ut Græci recte πρὸ τῆς ἀναβάσεως τοῦ δωδεκαπήχεος ulla fluenta, ullosve rivulos derivarit & usurparit sibi, capite puniatur. Male autem Græci legunt, valla, qui vertunt ἀνατάφρειν: quia huic voci, neque respondet bene verbum, usurpaverit, neque congruit, fluenta, quod adjungitur.

C

XXXVIII. Enarratio.

HI aggeres] *Moris Ægyptiorum est propter inundationem Nili excelsos aggeres construere ad ripas Nili,* ut scribit Hieronymus in Ezech. cap. 30.

Chomata dicuntur] Herodotus lib. primo. Julianus Imperator Orat. 1. Achilles Tatius de Clitoph. & Leucip. amorib. lib. 4. ἔχει γὰρ οὕτω τὰ τοῦ Νείλου ῥεύματα: καθ' ἑκάστην διώρυχα χῶμα ἔχουσιν Αἰγύπτιοι, ὡς ἂν μὴ πρὸ καιροῦ τῆς χρείας ὑπερέχων ὁ Νεῖλος τὴν γῆν ἐπικλύσῃ: ὅταν δὲ δεηθῶσι μεθεῖναι τὸ πεδίον, ἀνοίξαντες ὀλίγον τοῦ χώματος οἷς ἐπαλεύεται: *Nili defluxus ita habent. Singulæ fossæ aggeribus obstructæ sunt, ne antequam tempus postulet, effusus fluvius terram inundet: quos cum irriganda planicies est,* D *Ægyptii demoliuntur, ac tum aqua effunditur.* Quæ παραχώματα Basilic. libro sexagesimo t. 22. cap. 10.

Quæ Arriano] De rebus Indicis.

Curtio sunt moles] Justinus lib. 2. cap. 1. *Ægyptum autem, quæ tot regum, tot sæculorum cura impensaque munita sit, & adversum vim incurrentium aquarum tantis structa molibus, tot fossis conscissa, &c.*

Valla fluenta] In Codice MS. qui alias penes me fuit, legebatur, *vada, fluenta.*

TIT. XXXIX. *De iis, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultaverint.*

E

Vide tit. 16. lib. 48. ff.

ESt etiam extraordinarium crimen in eos, qui latrones, vel aliorum criminum reos recipiunt & celant, ut *l. 1. ff. de recep.* Quintilianus declam. 255. Proximos existimo esse eos transfugis à quibus transfugæ recipiuntur. Hoc natura simile est facere scelus & probare. Latrones dicit, non fures: Nam qui furem recipit, forte civiliter tantum tenetur, ut *l. qui vas, §. qui furem, ff. de fur.* nisi & res furtivas simul recipiat sciens, ut l. *si quis uxori, §. si fugitivum, ff. eodem, l. 12. sup. ad leg. Fab.* Phocylides: φωρὸν μὴ δέξῃ κλοπίμων ἀδίκων παραθήκην: ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. Plato duodecimo legum:

ἐάν

ἀλλ' εἰς κλεμμάτων αὐτοῦ ὑποδέχεται γιγνώσκων τὴν αὐ-λὴν ὑπέχεται δίκην ὡς κλέψαντι

XXXIX. Enarratio.

Qui latrones recipiunt] Gelasius PP. in epist. 10. *Legibus recte vestris criminum conscios, susceptoresque latrocinantium par judiciorum pœna constringit, nec expers facinoris æstimatur, qui licet ipse non fecerit, facientes tamen in familiaritatem fœdusque receperit.* Latrones autem furcæ figuntur, *l. capitalium 28. §. pen. ff. de pœn.* Julius Firmicus Math. 6. cap. 31. *Homicidam, latronem efficit istis facinoribus comprehensus patibulo suffixus in crucem erigitur.* Famosi latrones flammis consumuntur. Divus Augustinus libro tertio de libero arbitrio, cap. 9. *At vero crudelissimi latronis membra cum tali supplicio confici aspicimus, approbamus ordinem legum.* Jam antea dixerat, ignibus concremati.

Vel aliorum reos] Qui celat criminum reos, ostendit se socium esse criminis. Græci. Tertullianus de oratione cap. 11. *Nemo adversarium recipit, nemo nisi comparem suum admittit.*

TIT. XL. *De requirendis reis.*

Vide t. 17. lib. 48. ff.

De reis dixit, qui præsentes rei fiunt litis contestatione, postquam etiam absentes damnari possunt, *l. inter, ff. de publ. jud.* Nunc dicit de reis, qui fiunt requirendi, nec damnari possunt; quod lis cum eis contestata non fuerit, quodque judicio semper abfuerint. Hi adnotantur inter reos ut requirantur, non ad pœn. sed ad purgandam innocentiam suam, & edictis evocantur, bonis eorum obsignatis, nondum publicatis: Nec enim damnari possunt, videlicet si gravia crimina objiciantur, ut ait *l. 1. quæ l. 1. ff. eodem*, interpretatur esse crimina, quæ mortem inferunt, vel servitutem damnato, ut *l. absentem, ff. de pœn.* Requirendis factis datur annus, intra quem si purgaverint se, vel si mortem obierint, bona sua ipsi recipiant, vel heredes eorum, *l. 3. hoc t. l. 2. sup. si pe. app. mort int.* Post annum bona publicantur, & ipsi infames sunt ipso jure, nec si quandoque postea purgaverint se, cui rei nulla tempora præscripta sunt. Nam & quocumque tempore venientes audiuntur, *l. pen. ff. eod. l. unius, §. pen. ff. de quæst.* bona sua recipiunt, *l. 2. & 3. hoc t.* quia quod cecidit semel in fiscum, vix unquam restituitur, *l. 1. ff. ad leg. Jul. de amb. l. 4. inf. de bon. prof. l. 2. hoc t.* Famæ restitui possunt beneficio principis.

XL. Enarratio.

Lex inter ff. de public. judic.] Ad quam vide Cujacium lib. 20. Observ. cap. 11.

Nec enim damnari possunt] Sive lis sit contestata, sive non, ut heic Glossa sentit. Imo post litis contestationem damnari possunt. Vide sup. & ad tit. 3. sup.

Infames fiunt ipso jure] Ita & Fulgosius contra Glossam: quam tamen servandam esse scribit idem Fulgosius, quod maxima sit ejus auctoritas, adeo ut Doctoribus omnibus præferenda sit: & hoc de auctoritate Glossæ maxime notandum puto.

Nulla tempora præscripta sunt] Audiuntur usque ad annos triginta. Græcus interpres ad *leg. 1. ff. eod.* vide *l. si unius 18. §. pen. ff. de quæst.*

TIT. XLI. *De quæstionibus.*

Vide tit. 18. eodem lib.

Exposita ratione faciendorum reorum, & exhibendorum, & custodiendorum, atque etiam ad extremum, ubi absunt; adnotandorum inter reos, expositisque variis judiciis, quibus varia crimina coercentur, tempus erat dicere proprio titulo de quæstionibus, de quibus obiter sæpius ante cum ea exponerentur, facta mentio est. Hæ sunt strictiores inquisitiones criminum, *l. 3. sup. ad leg. Jul. ma.* severæ indagationes, *l. 10. inf. de dign.* quia non nudæ interrogationes sunt; sed quæ fiunt per vim, & tormenta cruciatusque corporis reorum, vel testium, & quandoque accusatorum, ut *d. leg. 3.* efficacissimæ ad requirendam veritatem, *l. edictum, ff. eodem.* De quibus & adversus quos non sunt habendæ, hic titulus ostendit. Servos posse torqueri alienos & quandoque proprios, qui vocantur in testimonium in nos, vel alios, aut qui accusantur, etiam in pecuniariis causis, si aliter veritas inveniri non possit: liberos homines in pecuniariis non torqueri vocatos in testimonium, quia nec statuliberos, qui nondum liberi, nec deportatos, qui jure Quiritium liberi non sunt, *l. Divus, §. ult. ff. eodem.* In criminalibus statuliberos torqueri, *l. edictum, §. ult. ff. eod.* & quandoque liberos, ut puta pro testimonio vacillante, *l. ex libero in pr. ff. eod.* vel si infames sint, *l. ob carmen, §. si ea res, ff. de testibus*, aut participes sceleris fuisse dicantur, *leg. 3. & sequen.* Accusatos autem liberos homines si plebes sint, judice commoto certis indiciis, torqueri, *l. 3. & 8.* vel post damnationem, ut prodant sceleris participes, *l. 1. sup. de fal. mon.* si secernantur è plebe dignitate, vel splendore generis, vel militia, vel emerita militia non torqueri, nisi in crimine majestatis vel alio crimine ei proximo, ut *leg. 16. hoc t. leg. 7. inf. de malef. & math.* vel nisi decurio arguatur falsa instrumenta scripsisse ante decurionatum, cum esset tabellio & res exigat per eum ipsum probari scripturæ fidem, *l. 21. sup. ad leg. Cor. de fal.*

XLI. Enarratio.

Vel testium] Testes vilissimæ conditionis tormentis subjiciuntur, *l. ob carmen 21. §. 2. ff. de testib. Novel. de testibus 90. cap. 1.* Hincmarus Remensis Opusc. 33. cap. 28. *Quæ (leges) etiam & illud sanciunt, ut vilissimis testibus etiam sine corporali discussione credi non debeat.*

Et quandoque accusatorum] In crimine majestatis etiam accusator torquetur, si manifesta indicia non habeat: Græci notant, jure singulari, eum cujus instinctu accusatio majest. instituitur, torqueri.

Efficacissimæ ad requir. veritatem] Ad veritatem vi tormentorum eruendam. Q. Curtius lib. 6. cap. 11. *Hephæstion & Cœnus tormentis veritatem exprimendam esse dixerunt.* Isocrates in Trapezitico: ὁρῶ δὲ καὶ ὑμᾶς, καὶ περὶ τῶν ἰδίων, καὶ περὶ τῶν δημοσίων, οὐδὲ πιστότερον οὐδ' ἀληθέστερον βασάνου νομίζοντας: *Video vos quoque, neque privatis in rebus, neque in publicis quidquam tormentis fide majore dignum, aut verius existimare*, Synesius epi. quadrag. quarta ad finem: δεινοὶ γὰρ ἐξελέγξαι προσποίησιν οἱ βασανισταί, &c. *Mirabiles enim ad convincendam simulationem sunt tortores, &c.*

Servos posse torqueri alienos] *l. 3. hoc t.*

Et quandoque proprios] Servos proprios in dominos torqueri tradunt Rhetores. Quintilianus in declam. 312. *Frequenter indicia hujusmodi exercentur, ut si res in notitia dicitur esse servulorum, torqueri mancipia videamus.* Sopater in Hermogenem: ἐνίοτε γὰρ καὶ οἰκέτας κατὰ τῶν οἰκείων δεσποτῶν εἰς μαρτυρίαν παράγουσιν. Interdum enim servorum testimonium adversus dominos suos producimus. Vide Lycurgi oration. advers. Leocrat. Ulpianum in oratione de falsa legat. Servos tamen in dominos, οἳ πεφύκασι κακονούστατοι, *Quibus solent esse inimici & malevoli.* ut ait Lysias in oratione de sac. oli. trunco: iidem alias non admittunt Marcellinus in Hermogenem: οἱ δοῦλοι ἀεὶ οἱ μάρτυρες τὴν καθόλου διαβάλλειν: πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, καὶ

αἰεὶ

ὅτι πονηροὶ τῶν τρόπων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὅτι ἀκόλαστοι: A οὐχ ἥκιστα, ὅτι δεσπόταις ἀεὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, κἂν χρηστοῖς δεσπόταις δουλεύωσιν: *Servorum testimonium omnino rejiciendum est, quod plerumque male morati sint: & intemperantes, hostesque mitiorum etiam dominorum.* Sed neque servum alienum adversus non dominum temere audiendum tradunt, sive torqueatur, sive non. Sopater loco supra citato: τῶν μὲν ἔξωθεν ἐκβαλοῦ μοι τὰς τοιαύτας τῶν μαρτυριῶν: οἱ μὲν γὰρ κατὰ βασάνων μαρτυροῦσι, φέρομεν ὡς οὐδὲν φροντίζουσι τῶν βασάνων: κατεπήγγελται γὰρ αὐτοῖς ἐλευθερία ἀντὶ τῶν ἐνταῦθα πληγῶν, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον· εἰ δὲ ἐκτὸς βασάνων, ἐρῶ μοι: ὅτι οὐδὲ κατὰ βασάνων ἀληθὴς ἡ μαρτυρία. *Quod scilicet si libertas eis promissa sit, tormenta facile passuri sint: Si vero non torqueantur, dubiæ quoque fidei futurum sit eorum testimonium.* Legibus nostris servus adversus dominum non B torquetur, præterquam in crimine adulterii, fraudati census, & majest. *l. 1. hoc tit.* In cri. adulterii, *l. extrario 17. ff. de quæst. l. si postulaverit tit. 27. §. haberi, ff. ad leg. Jul. de adulter.* Achilles Tatius de Clitoph. & Leucip. amor. libro octavo, ἐν τῇ τῶν θεραπαινῶν βασάνῳ τὴν ἐξέτασιν γενέσθαι δέδοκται; *torqueri ancillas, ut veritas ab eis exprimeretur, placuit.* Sunt enim plerumque ancillæ adulterii sequestræ, conciliatrices, peccati consciæ herilis, vel servuli medii, aut conscii. Liban. in decl. 35. Valerius M. lib. 6. cap. 8. 1. *Marcus Antonius incesti reus agebatur, cujus in judicio accusatores servum in quæstione perseverantissime postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam prælatam contenderent.* In quæstione stupri servi adversus dominum non torquentur, *d. leg. 17.* Cujacius ibid. locum Amm. Marcelli- C ni ex lib. 28. profert. Si tamen stuprum incesto jungatur, de servis habetur quæstio adversus dominos, quia duplex crimen est, cæterum non torquentur, *l. 4. & 5. eod.* ut & ibi agnoscunt Græci interpretes: βασανίζονται, inquiunt, ἐν τῷ θέματι τούτῳ, in hac specie torquerentur, propter adjunctum incestum stupro. Fraudati census: si quis in censum non deferat omnia, quæ habet fisci fraudandi causa, cui pro modo eorum, quæ possidemus debentur tributa in quibus sunt nervi Reipub. ut est in *l. 1. §. in causa, ff. eod.* Cujac. in recit. *His Respublica sustinetur.* Tacitus Ann. 13. cap. 50. *Nam neque quies gentium, sine armis, neque arma, sine stipendiis, neque stipendia, sine tributis haberi queunt*, ut idem scribit Histor. 4. cap. 74. Adde Quintil. declamat. 341. Divum Augustinum contra Faustum Manichæum D libro 22. cap. 74. Novellam 149. cap. 11. Et majestatis, *l. 6. infra de delatorib. In hoc crimine etiam servis est honesta proditio: nam & hoc facinus tendit in dominos*, *l. 2. C. Theod. ne præt. cr. maj. ser.* dominos, rerum scilicet. Cujacius ad titulum octavum supra, & ad *d. leg. 6.* At Tacitus Imp. ne in causa quidem majestatis servos in dominorum capita audiendos censebat, auctore Vopisco, nec Trajanus, auctore Plinio. His tribus casibus addamus quartum, si mulier venefici postuletur, si mulier marito venenum porrexisse dicatur: in eam enim non modo de alienis servis criminis consciis; sed & de propriis, ut addunt Basilica, quæstio habetur, *d. l. 3.*

Aut qui accusantur] Servi ex suo facto torquentur tam in criminalibus, quam in pecuniariis causis, *leg. 15.* E quamvis responsum servi domino noceat, vel prosit, ut addunt Basilica.

In pecuniariis causis si alii &c.] In pecuniariis causis tam de servis alienis, quam de propriis quæstionem habere licet, *l. Divus 9. ff. eodem.* Cum alia probatio ad eruendam veritatem non est, ut in *l. servi 7. ff. de testib.* ἐν σπάνει τῶν μαρτύρων, Psellus in Synopsi LL. *cum testium copia non est: ex inopia probationum*, ut est in *l. 1. hoc titulo*: si Haloandri editionem sequamur cum Cujacio Observat. 11. 33. & libro 20. 28. Imo in veteri, qui olim penes me fuit, sic legebatur. In scripto tamen Menagii legitur, *nec inopia*, quam scripturam sequuntur Basilica.

A Accusatos autem liberos hom.] Eleganter Hilarius Pictaviensis in psalmum 118. *Cum natura humanæ infirmitatis proclivis ad vitia sit, refugit tamen, vel sub teste peccare: quod ipsum docet nos communis consuetudinis ratio. Quis enim furari sub teste non metuit? quis ad scelus nisi secretum elegit? quis ad adulterium, non aut solitudinem, aut noctem optavit?* Hi igitur torquentur si judex certis indiciis ductus ad tormenta putet esse veniendum, *l. 8. hoc titulo*, ut torti victique quasi sua sententia damnentur. Ælianus apud Suidam: στρεβλοῦσι, καὶ καταπονούμενος ἀληθῆ λέγει: *torquent, & discentus veritatem dicit.* Sanctus Cyprianus in tractatu ad Demetrianum: *Sicut in cæteris quæstionibus torquentur rei qui se negant crimine quo accusantur teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur.* B Non torquentur igitur accusati, si de amisso liquido constet, Achilles Tatius Clitoph. & Leucipp. libro septimo, οὐκ οἶδα τί δεῖ βασανίζειν, περὶ πράγματος οὕτω σαφῶς ἐληλεγμένου: *Quare quæstionibus opus sit in re tam manifesta plane non video*, Nisi ut prodant conscios, & sceleris participes, de consciis enim quæstio exerceri solet, ut mox dicetur.

Quæstioni tamen non semper fidem habendam constitutum est, *l. 1. §. quæstioni, D. eod.* Quintilianus declamat. 379. *Tortus dixit. Eo minus credo: mentiuntur plerumque torti.* Cornelius Tacitus Ann. 14. capite sexagesimo, *Actæ ob id de ancillis quæstiones, & vi tormentorum victis quibusdam, ut falsa annuerent, &c. Etenim res est fragilis, & periculosa*, ut ibi ait Ulpianus, *& quæ veritatem fallat: nam plerique patientia, sive duri-* C *tia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit. Alii tanta sunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint.* Ait, *sive duritia tormentorum*, ut in *l. unius 18. §. 1. si in tormenta animum corpusque duraverit.* Tacitus Annal. 4. cap. 45. *Cum tormentis edere conscios adigeretur, voce magna, sermone patrio frustrata sese interrogari clamitavis, adsisterent socii ac spectarent: nullam vim tantam doloris fore, ut veritatem eliceres*: ait, *ut exprimi eis veritas*, &c. Apulejus metam. 111. *Tormentis veritas exprimenda est.* Ait, *alii tanta sunt impatientia.* Quintus Curtius libro 6. cap. ult. *Tortores in conspectu Philotæ omnia credulitatis instrumenta proponunt, Et ille ultro: Quid cessatis, inquit, regis inimicum, interfectorem, confitentem occidere? quid quæstione opus est? cogitavi, volui.* Adde Valerium li- D bro 8. cap. 4.

Si plebei sint] Nam ipsos quoque plebejos tormenta notant. Bonifacius PP. epistola 11. *Quem furore suo, & insana temeritate ad sæcularium quoque judicum tribunalis subditum quæstioni, quod in vili quoque persona turpissimum est, objicerent pervenisse.*

Vel post damnationem, ut prodant scel. participes] De consciis per tormenta quæritur. Q. Curtius lib. 6. cap. 8. *Omnes igitur quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse decernunt.* Tacit. ann. 14. c. 24. *Ordinem insidiarum, seque auctorem, & socios per tormenta edidit.* Achilles Tatius libro 7. καὶ μὲ δεῖ, ὡς ἤδη κατάδικον, βασανισθεῖσαν περὶ τοῦ Μελίτῃ τοῦ φόνου συνεγνωκυῖαν: *de me autem, ut jam damnato per tormenta quæri oportere, an Melite cædis conscia extitisset.*

E Si secernantur è plebis dignitate] Senator tormentis eximitur, vide Cujacium ad *legem decimam, infra de dignitat.*

Vel militia] Quintilianus in declamat 312. *Si mos civitatis, & conditio militiæ peteretur, se in tormenta obtulisset.*

Vel emerita militia] Suetonus in Cal. cap. 44. *Commoda emeritæ militiæ.*

Nisi in crimine Majestatis] Ammianus Marcellinus libro decimo nono ad finem: *ubi majestas pulsata defenditur, à quæstionibus, vel cruentis, nullam Corneliæ leges exemere fortunam.* Hunc locum adducit Cujacius in recitat. Vide sup. ad tit. 8.

TIT.

TIT. XLII. *De abolitionibus.*

Vide t. 16. eodem lib.

OBiter etiam sæpius ante dictum est de accusatorum temeritate, & calumnia, quæ lege Remnia coercetur, & de abolitiooibus sine quibus institutam accusationem deserere non possunt ex lege Petronia, & & SC. Torpill. qui rei debebatur proprius specialis tit. sive tractatus, & vero nunc ei datur: hic tit. & quatuor, qui sequuntur. Hic est de Abolitionibus, quarum una est specialis, & privata, altera generalis, & publica; & primum agit de speciali: ea est venia omittendæ accusationis, quam petit accusator à judice, in cujus officio accusationem instituit, *l. 16. sup. ad leg. Jul. de adul. l. 15. ff. de jur. fisc.* nomenve detulit ut *l. 10. §. ult. ff. de jur. patr.* Nec enim ad eam obtinedam necesse est accusatori adire principem; sed judicem pro tribunali, præsente reo exposita causa omittendæ accusationis, veluti errore, vel calore juvenili, ut est apud Symmachum ult. epist. lib. 1. accusator abolitionem petit per causam incautæ adolescentiæ suæ pariter atque militiæ. Justa etiam causa est, si quis propinquos suos in reatum deduxerit, quorum postea miseratur, *l. 2. hoc titulo*, vel si quis suæ, vel suorum injuriæ gratia accusationem instituerit, *d. l. 2. l. quamvis, supr. ad leg. Jul. de adult.* quia privatam causam agit, quam cur non omittat, si velit petita venia? At qui agit publicam causam, id est, qui accusat publico jure judicioque, legem temere prodere, atque omittere non potest. Datur abolitio à judice perpenso consilio, & causa cognita, etiam invito reo, si res sit integra, & intra trigesimum diem, ex quo reus factus est sub custodia officii, interim dum se comparat ad sistendum in judicio juxta *leg. 2. supr. de exhib. reis*. Manifesto calumniatori non datur, *l. 3. hoc titulo, leg. pen. infr. de calumn. l. 15. ff. de jur. fisc.* nec capitalium criminum, *d. leg. 3.* nec tortis ingenuis hominibus testimonii gratia. Ingenuis, inquam, quia servi non sunt tanti. Impetrata autem abolitione, non potest ab eodem in eundem renovari crimen, nutu principali, *leg. 1. hoc titulo, leg. 3. infr. ad Senatusconsultum Turpil.* & nutu principali quandocunque, nedum intra triginta dies, qui generali non speciali abolitiooi subditi sunt reo repetendo, ipso jure. Quin & qui plura crimina intulit, singulorum abolitionem petere debet, *l. 1. hoc tit. l. 1. §. si plura, ff. ad Senatusconsultum Turpil.* aut eorum, quorum non petiit, integra ei executio est.

XLII. ENARRATIO.

INtra trigesimom diem] *l. 3.* vide sup. t. 111.

Nec tortis] *d. l. 3.*

Renovari crimen] Sic legitur io veteribus: *κινηθῆναι πάλιν: rursus moveri*, Basilica: *ἀνακαινίζεσθαι, τὸ κατὰ πόδας*, quod est *renovari*. In libro tamen Menagii *revocari*, legitur, ut vulgo.

Nisi nutu principali] Cujacius in *leg. 1. hoc tit.* pro *nutui principali*, ut habetur io vett. & in Basilicis, *τῷ νεύματι τοῦ βασιλικῷ*, legit, *nutu principali*. Certe auctores Basilicōn, sic accipiunt, ut porrecta supplicatione principi crimen rursus intendi possit: ut nutui priocipali supplicatio porrigi dicatur .i. principi.

TIT. XLIII. *De generali abolitione.*

Vide dict. tit. 16.

NUnc agit de abolitione generali, communi & publica, quæ vel ipso jure pro tempore certo feriarum solemnium datur, ut indulgentia paschalis celebritatis, *l. 3. supr. de epis. aud.* & apud Cassiodorum in fin. 11. vel pro tempore extra ordinem indictarum indulgeotia promissa edictis propositis. Hæc reis leviorum criminum datur principaliter, & consequenter accusatoribus, quia finitis feriis impune possunt noo repetere crimen, *l. si interveniente, ff. ad Senatusconsultum Turpill.* illa datur principaliter accusatoribus, ut impune desistant petentibus, hæc neque reo petente, oeque accusatore. Hæc finitis feriis post triginta dies utiles impunitatem plenam tribuit: nam iotra triginta dies ab eodem repeti reus potest. Alia est indulgentia, quæ fit specialiter per adnotationem principis, ut *l. 5. supr. ad leg. Corn. de sicar. leg. 9. supr. ad leg. Cornel. de fal.* & indicit accusatori perpetuum sileotium, & statim plenissimam impunitatem tribuit, quæ ab abolitione separatur, *l. pen. inf. de calum.* Potest & generalis fieri eadem conditione, veluti lege oblivionis.

XLIII. ENARRATIO.

DE abolitione generali] Ennodius de vita Epiphanii. *Cui præcepit ut generalis indulgentiæ pragmaticum promulgaret.* Orosius 7. 11. *Joannes Apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit.*

Communi] *l. 5. infr. tit. ultim.*

Indulgentia promissa edictis propositis] Prioceps proponit edicta, *τὰ περιέχοντα ταύτην τοῦ βασιλέως τὴν φιλανθρωπίαν: edicta quæ continent ejusmodi indulgentiam*: Theodorus ad leg. 1.

Repeti reus potest] Suetonius in Augusto cap. 32. *ut si quem quis repetere vellet, &c.*

Plenissimam impunitatem] D. Chrysostomus homilia in Domini incarnationem: *ὁ νόμος τὸν ἁμαρτήσαντα κολάζει· φιλανθρωπία πολλάκις βασιλέως τὸν ἁμαρτήσαντα ἐλεεῖ, καὶ ἐξαρπάζει τῆς τιμωρίας: Lex delinquentem punit: indulgentia autem principis eundem pœnæ eripit.* Julius Firmicus Matheoseos lib. 4. c. 14. *Judicum sententiis, aut indulgentiis principalibus liberantur.*

Veluti lege oblivionis] *τῆς ἀμνηστίας.*

TIT. XLIV. *Ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.*

POstquam dixit de abolitione speciali & generali, qua ioterveniente, accusator, qui omittit accusationem, non videtur desistere, ut pœnam desertionis possit iocurrere ex Senatusconsulto Turpilliano, *d. l. si interveniente*, nunc docet ea non interveniente, desistere videri eum, qui post inscriptionem, aut litis contestationem negligens est in peragendo reo intra tempus legibus constitutum, quod hodie est biennium ex *l. 3. hujus tituli*, videlicet reo non dicente causam ex vinculis, *l. ultim. supr. de cust. reor.* Et ex *l. 3.* ad *l.* io *Senatusconsul. §. qui post, ff. ad Senatusconsul. Turpill.* Tribonianus addidit, vel biennio. Olim fuit annus, ut constat ex titulo *Cod. Theod. ut intra annum cr. quæs. ter. & l. 2. C. Theo. ad legem Corn. de fal. & d. §. qui post, & l. reus, ff. de mun. & hon.* & hodie quidem biennium numeratur ex die litis contestatæ, *l. 3.* olim annus oumerabatur à die inscriptionis; *l. 2. C. Theo. eodem, tit.* quæ est *l. 2. hujus tit.* in qua tamen Tribonianus mutavit illa verba, à die inscriptionis, & reposuit, præsentibus inscriptionibus, sicut in *l. ubi, supr. ad legem Cornel. de falf.* hæc verba testatæ actionis, id est inscriptionis, quæ erant in Cod. Teod. mutat io contestatæ accusationis, propter *l. 3. hujus tituli*, quæ vult tempus terminandæ quæstionis crimioalis numerari à contestatione litis. At Basilica in *l. 2.* retinent illa verba, à die inscriptionis: & potest dici à die inscriptionis tempus legitimum computari, si lis contestata non fuerit, ut *d. l. in Senatusconsulto, §. qui post*, à die litis contestationis, si contestata fuerit. Punitur ergo negligentia ejus, qui intra tempus legiti-

mum

mum non agit, aut peragit reum; quem detulit semel, & multo magis qui obdurat in hac negligentia usque ad extremam diem legitimi temporis, quia tunc palam est eum rem non distulisse, sed plane destitisse, ut *l.* 2. ait, quia distulit. Pœna vero hujus negligentiæ est infamia, & multa quartæ partis bonorum, *l.* 1. *hujus tituli*, videlicet si honestior persona fuerit, humilior & pauper, cui ut ait *l.* 2. damnum famæ injuria non est, ut *l. si quis injuriam*, *ff. de injur. l.* 22. *C. Theod. de hæret.* datur in exilium, quod sic interpretor ut Græci, & in *l.* 4. *supra ad leg. Jul. de adult.* relegatur. Hæc tamen pœna gravior est pœna Senatusconsulti Turpilliani, ut majus quoque crimen neglectæ, quam desperatæ accusationis, tamen qui hac parte tenetur, in Senatusconsultum Turpillianum dicitur incidisse, *d.* §. *si post* .i. quasi Turpillianum, ut destitit, hac nimirum culpa proxima culpæ notæ Senatusconsulto Turpilliano, cui jungitur lex Petronia, *l. abolitionem*, *supra ad legem Jul. de adult.* quia eam legem Nerone imperante tulit Petronius Turpillianus Consul, Senatus approbavit, juris auctores Senatusconsulto ex nomine Consulis nomen dederunt Turpilliani consonantius quam Petroniani. Sed jam ad ipsius Senatuscons. pœnam veniamus.

XLIV. Enarratio.

QUod hodie est biennium] Sic eo quidem consulitur, ne diutius vexetur, sed mora plerumque ei prodest, & pœnæ eum eripit. Quintilianus declamat. 249. *Per illas omnes moras judiciorum longas nimium & pro nocentibus compositas.* Hanc legem senio obliteratam revocavit Manuel Comnenus *Novel. de divers. caus. de judic. & advoc.*

Præsentibus inscriptionibus] Sic legitur in vetusto Menagii, quam lectionem probare heic videtur Cujacius.

At Basilica] Imo & τὸ κϳ πόδας.

Relegatur] Basilica, ἐξορίζεται.

TIT. XLV. *Ad Senatusconsultum Turpillianum.*

Vide tit. 16. lib. 48. ff.

POena legis Petroniæ, & Senatusconsulti Turpilliani est infamia, & multa v. librarum auri cogenda in fiscum, *l. spurii* §. *qui judicii*, *ff. de decur. l.* 3. §. *ult. ff. de prævar. l.* 5. *ff. de ju. fisc.* & hodie, ut cæterarum legum extraordinaria, *l.* 2. *hoc titulo.* Irrogatur autem accusatori non cunctanti & negligenti, ut superiore titulo; sed qui animo ab accusatione destitit sine abolitione post delationem rei, & solemnium, implementa intra constitutum tempus finiendæ causæ criminalis, *l. ult. hoc titulo*, qui proprio nomine tergiversator dicitur & desertor. Proinde pœna Senatusconsulti irrogatur tergiversatori. Pœna quasi Senatusc. id est tituli superioris moratori. Pertinet etiam ad pœnam Senatuscons. qui postquam implevit solemnia accusationum intra præfinitum à judice diem litis contestandæ edictis evocatus judicio non adest, *l. ab accusatione*, §. *destitisse*, *ff. eod. l.* 3. & 7. *supr. qui acc. non poss.*

XLV. Enarratio.

CÆterarum legum extraordinaria] Judice scilicet suo arbitrio pœnam indicente, sive, ut ajunt Græci, ὡς ἂν δικαστῇ ἐξεταθῇ, ὁρίζοντι τὴν τιμωρίαν.

TIT. XLVI. *De calumniatoribus.*

Vide tit. 6. lib. 3. ff.

TErgiversatoribus, aut veluti tergiversatoribus ad quos respiciunt, vel pertinent tres tituli superiores adjunxit calumniatores. Hi sunt accusatores, qui scientes dolo malo falsa crimina intendunt, quorum irriti abeant. Calumnia irrita accusatio est, *l.* 9. Si enim irrita non fuerit, puta reo condemnato, jam de accusatoris calumnia amplius quæri non potest, *l.* 1. Non dico calumniatores esse qui crimina, quæ intendunt, judici probare non possunt, ut crasso filo Demosthenes in Neæram, αἰτιάσασθαι μὲν, ἐξελέγξαι δ' οὔ. Nam possunt plerique non probare, nec calumniatores esse, *l.* 3. *hoc titulo*, *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* ideoque nec absoluto reo, utique semper accusator damnatur de calumnia. Hi vero præter pœnam, cui se ipsimet subjiciunt per inscriptionem, quæ talio est .i. similitudo supplicii intentati & formidati reo, *l.* 7. & *ult.* etiam lege Remmia in publicis judiciis puniuntur, *l.* 1. §. 5. *ff. ad Senatusconsultum Turp. l. quæsitum*, *ff. de testibus.* Cicero pro Roscio Amerino: *Ita quæstus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem & legem Remmiam putares aliquid valere oportere.* Ex ea lege Calumniatoris fronti inscribitur litera K. ut jampridem docui in *l. cui lege*, *ff. qui test. fac. poss.* quod hodie non licet ex *l.* 17. *tit. seq.* nam & eodem loco paulo post Cicero ait, ad caput calumniatoris literam adfigi, & inustionem hanc literæ, inustionem esse infamiæ, ut postea neminem alium nisi fortunas suas accusare possit. Pœna igitur legis Remmiæ notatur *l.* 3. his verbis, *Detrimentum existimationis*, & *l.* 8. *his*, Infamiæ supplicium, quam recte dixi irrogari in publicis judiciis: nam in privatis & extraordinariis calumnia officio judiciis coercetur sine periculo infamiæ, *l.* 5. *hoc tit. l.* 3. *ff. ad SC. Turp.* ut pœna quoque legitima tergiversatoris habet tantum locum in publicis judiciis, *l.* 5. §. *suspecti*, *l.* 7. §. 1. *ff. eod. l.* 1. *sup. eod. l.* 3. *sup. qui acc. non poss.*

XLVI. Enarratio.

AUt veluti tergiversatoribus] Vide titulum 44. ad finem.

Αἰτιάσασθαι, &c. Accusare, & non probare.

Similitudo supplicii] Par periculum pœnæ, Suetonium Augusti cap. 32.

Fronti inscribitur littera K.] Ut fugitivis litt. F. Vide Cujacii Observat. lib. 7. 13. & P. Pithoeum in Collat. LL. Mosaic. & Roman. vide tamen Gunther. Ligurini p. 134. & seq. 256. 300. & Not. p. 137.

TIT. LVII. *De pœnis.*

Vide tit. 19. lib. 48. ff.

SÆpius ante habita mentio pœnarum exigit ut proprio titulo ostendatur, quæ sint genera pœnarum, quibus adficere judices quemque possunt, & quæ de eis constituendis vel exequendis legibus definitiones proditæ sint. Pœna est æstimatio delicti, *l. sanctio*, *ff. eodem*, vel supplicium peccati, ut contra in Pisoniana supplicium dicitur esse pœna peccati, vel, ut quidam ait, pœna est τῶν παθημάτων ἰατρεία. Imponitur vero, vel ut sublatis malis cæteri vivant securiores, vel ut is, qui punitur, emendetur, *l. si pœna*, *ff. eodem.* Plato: σωφρονιστύος ἕνεκα; vel ut pœna ejus cæteros meliores reddat, *l.* 7. *sup. ad l. Fab. l.* 1. *sup. ad leg. Jul. rep.* Demosthenes in Neæram, ἵνα ἄλλοι προνοῶσι πολῖται καὶ φοβῶνται, ut cæteri terreantur exemplo, *l. capital.* §. *famosos*, *ff. eodem*: quæ ratio efficit ut & in animalia nonnunquam pœnæ consumantur, ut apud Plinium 8. cap. 16. & ex ipso verbo Dei Genes. 9. Exod. 21. Levit. 20. imo & in ea, quæ anima carent Draconis lege. Pausanias ἠλιακῶν 2. ὑπερόριζεται καὶ τὰ ἄψυχα εἴγε ἐμπεσὸν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον. Sunt autem hodie fere omnes pœnæ positæ in arbitrio judicantium, & ab eis convicti & confessi rei appellare possunt. Olim erant certæ & legitimæ quas nec necesse erat judices sententia sua exprime-

re, quia de facto tantum judicabant, *l. 1. §. nam si* A *quidem, ff. ad Senatusconsultum Turpill.* nec de facto prolatam sententiam non sequi poterant, *l. non poterit, ff. de fur.* aut si quando pœnam legitimam sententia sua exprimebant, ab ea tanquam à lege convicti aut confessi appellare non poterant, *l. si qua pœna, ff. de verb. signif.*

XLVII. Enarratio.

Τῶν καθ' ἑαυτ.] Alcinous de doctrina Platonis capite trigesimo, *πᾶσα γὰρ κόλασις ἰατρεία τίς ἐστι ἁμαρτησάσης ψυχῆς: Omnis enim animadversio peccantis animæ quædam est medicina.* Plutarcho, *ἰατρεία ψυχῆς: medicatrix animæ.* correctionis medicina in *l. un. sup. de emendat. propinq.* B

Cæteri vivant securiores] Seneca de Clementia libro 1. cap. 22. *Transeamus ad alienas injurias in quibus vindicandis hæc tria lex secuta est, quæ princeps quoque sequi debet: aut ut eum quem punit emendet: aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat: aut sublatis malis securiores cæteri vivant.* Joannes Philoponus de mundi creatione lib. 7. c. 11. *εἰ γὰρ εἰ πολλῶν κακῶν αἴτιον ὁ νόμος φονεύειν ξ ... ταύτῃ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μέλλοντας πάσχειν κακῶς. Si quidem lex multorum criminum reum neci tradit, atque ita liberat eos, qui ab ipso lædendi erant.*

Ut is qui punitur, emendetur] Plato 11. de legibus: *τὸν γὰρ κακὸν ἀεὶ δεῖ κολάζειν, ἵνα ᾖ ἀμείνων.* Methodius apud Epiphanium Panarii libro secundo. *Τιμωρεῖται γὰρ αὐτὸν οὐ τοῦ παρεληλυθότος ἐγκλήματος ἕνεκα ὁ δικαστής, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος, ὅπως μὴ ξ αὖθις ποιῇ:* C *Non enim præteriti delicti gratia coercet eum judex, sed futuri, ut ne rursus faciat.* Vide Clementem Alexandrinum Pædag. lib. 1. cap. 8. & Strom. 1. & 4. Sic Deus ad salutem emendare dicitur Tertull. 2. adversus Marcion. v. Libanii declamat. 30. ad fin.

Ut cæteri terreantur exemplo] *l. bona fides 31. ff. depos.* v. Gellium 6. 14. Lysias orat. in Alcibiadem: *ὥστε τούτῳ παραδείγματι χρώμενοι βελτίους ἔσονται οἱ πολῖται: Itaque cives hoc exemplo admoniti meliores evaderent:* Sanctus Cyprianus de Lapsis: *Plectuntur interim quidam, quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omnium, tormenta paucorum.* Itaut apud Michaelem Apostolium Prov. Cent. 47. *ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσι. Qui injustos puniunt, alios ne injusta faciant prohibent.* S. Ambrosius in Lucam D cap. 7. *Unius exemplo plurimi corriguntur.* V. Andocidem *περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης.* Liban. d. declam. 31. Sallustii locum sup. lib. 4. 17.

Anima carent] Vide Dionem Chrysostomum in Rhodiaca.

Ἀνθρώπων] Idem scribit in Atticis. Meminit & Demosthenes advers. Aristocrat. Æschines contra Ctesiphon. Schol. Æschyl. in Septemb. Clement. Alex. d. libro 4.

TIT. XLVIII. *Ne sine jussu principis certis judicibus liceat confiscare.*

Etiamsi pœnæ legibus non improbatæ sint; ut sunt illæ de quibus *leg. 6. & 17. sup. titulo prox.* E tamen non omnibus judicibus eas licet irrogare, ut ecce ex hac constitutione præfectis prætorio & vicariis, & præfecto urbi publicationem omnium bonorum irrogare, sive proscribere licet inconsulto principe, præsidibus provinciarum non item. An & hac ratione in insulam deportare non possunt, quia deportationem sequitur tacita omnium bonorum publicatio, *l. 8. sup. tit. prox.* Minime: alioquin nec jus gladii, & jus dandi in metallum haberent, quia & hanc pœnam sequitur confiscatio omnium bonorum, & tamen constat eos habere jus gladii, & jus dandi in metallum, & per consequentias tacite publicandi omnia bona, ut Joannes dixit, non directo & expressim. Vera ratio hæc est, quia in his, quæ pertinent ad delictorum coercitionem; quæque meri imperii sunt, A quod lege datur, atque finitur, nec omnibus semper ad plenum, ea tantum magistratus habent, quæ specialiter eis lex dedit. Præsidibus lex Augusti, ut est apud Dionem quinquagesimo tertio, dedit jus gladii, & jus dandi in metallum, datum etiam eis est jus relegandi, *l. 2. sup. tit. prox. l. relegatorum, §. 1. ff. de interdict. & rel.* Jus deportandi inconsulto principe, vel confiscandi datum non est, *l. inter §. 1. ff. eodem*, ergo nec deportare, nec confiscare possunt: quæ eadem ratio redditur in procuratore Cæsaris, *l. ult. ff. de off. proc. Cæs.*

XLVIII. Enarratio.

Ex hac constitutione] Præfecto prætorio & magistro jus confiscandi datum est, Græci heic. B

Præf. præt. & vic. & pr. v.] Hi deportare possunt, *l. 1. §. 2. ver. à præfectis, ff. de legat. 3.*

Confiscatio omnium bonorum] Utitur hoc verbo Suetonius in Calig. cap. 41. Sanctus Cyprianus in epistola 82. *Cæsariani quicunque vel prius confessi fuerint, vel nunc confessi fuerint, confiscentur.* Et mox: *Bona eorum fisco vindicentur.* Glossæ Philoxeni: *Confiscat, δημεύει.* Excerpta ex vett. Glossis *confiscatio, δήμευσις.* Idem est fiscare. Aldhelmus de laudibus virginitatis: *Ne ab Imperatoribus locuples gazarum opulentia cum vitæ ejus detrimento funditus fiscaretur.* Vide ad tit. seq.

Quæ specialiter eis lex dedit] Divus Augustinus in epistola sexagesima prima. *Non enim tu in eos jus gladii ullis legibus accepisti, aut Imperialibus constitutis, quorum tibi injuncta est executio; hoc præceptum est,* C *ut necentur.*

TIT. XLIX. *De bonis proscriptorum seu damnatorum.*

Vide tit. 20. libro 48. ff.

Quod est confiscare titulo superiore, hoc in isto proscribere, nimirum publicare omnia bona, quod fit expressim, vel tacite: quorum expressim, hi proscripti dicuntur, quorum tacite, damnati, veluti capite damnati, aut deportatione, aut metallo, aut simili pœna, quam qui sustinent sicut omnia pristina jura, ita & bona tacito jure amittunt, nec in his D quæ postea adquirunt, alium habent heredem quam fiscum, *l. 2. hoc titulo*: nec obstat *l. si mandavero, §. is cujus, ff. mand.* quia non de capite minutis loquitur, sed de his quorum bona publicantur sine capitis deminutione, ut si qui relegati sint bonis publicatis, *l. 7. §. ult. ff. eodem*, vel etiam tantum confiscati ex causa administrationis actusve fiscalis, ut *l. 9. §. ult. hoc titulo, l. 3. inf. de sent. pas.* Notandum publicationem omnium bonorum cadere tantum in eos, qui sui juris sunt, quia hi soli habent bona. Servi aut filiif. non habent bona, quæ damnatione publicari possint, quia peculia si qua habent, his damnatis domini parentesve, in quorum sunt potestate, occupant, etiam castrensia, & quasi castrensia: nam quod in castrensibus filiisfam. privilegium constitutiones dederunt, E id capite minuti amittunt, periode ac mortui intestati, *l. 1. & 3. hoc titulo.* In *l. 1.* quod Accursius notat alias legi dispunguntur, sane rectius est, & probatur vet. li. & Basil. in quibus est *ἐὰν ὁ λόγος δοθῇ, ... θαρρηθῇ*, addita interpretatione, *διαστιχθῇ.* Notandum etiam ex *l. 7.* bonorum proscripti, vel damnati fieri inquisitionem primam, & inventarium per officium judicis, qui pœnalem sententiam dixit. Secundam autem per catholicum, rationalem, sive procuratorem Cæsaris, vel etiam specialem procuratorem ad bona damnatorum, ut in antiqua inscriptione.

Q. Val. Q. F. Postimo proc. ad bona damnatorum.

XLIX. Enar-

XLIX. Enarratio.

Hoc est in isto proscribere] Glossæ, ταμίευσις; *fiscatio, proscriptio*, ταμιεύω, *fisco, proscribo*.

At quid si damnati sunt in hoc titulo, quos judicum quorumcumque: proscripti quos principis sententia percutit. Sane damnatorum à principe proscribebantur nomina, jam inde ab Imperatore Claudio, in ejus vita Dio libro octavo, τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ Γαΐου καταψηφισθέντων τὰ ὀνόματα ἐξετίθετο, ὥσπερ φοβούμενος αὐτοῦ μὴ διαλάθωσι: καὶ ὅτοι τε ἐκολάζοντο, οἱ μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ: οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ καπιτωλίου κατακρημνιζόμενοι. Domitianus reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos crimine liberavit, teste Suetonio in ejus vita, capite nono. Petrus Faber.

Alium habent heredem, quam fiscum] Quamdiu vivunt, rebus utuntur: morientes in eis heredem non habent, ut scribit Thalelæus, ex *l. 5. de interd.*

Mortui int.] Nam deportatus mortui loco habetur; *l. 4. §. 2. ff. de bon. lib. l. 1. §. filium, ff. de bon. poss. cont. tab.*

Et probatur vet. lib.] In libro Menagii: *diffungantur*, corrupte pro, *dispungantur*.

Διεστιχθῇ] In Glossa interlineari: quod est, *dispungantur*. Glossæ: διαστίζω, *dispungo*.

Inquisitionem primam] Bonorum indaginem, investigationem.

Per catholicum rationalem] Julius Firmicus Matheseos libro tertio cap. 4. *Faciet procuratores regum, rationales*: & ibidem. *Procuratores regum, aut rationales*: Basilica: καθολικόν, Glossæ: καθολικὸς, *rationalis*. Vide Cujac. ad tit. *de jure fisc. l. 5.*

TIT. L. *De bonis eorum, qui mortem sibi consciverunt.*

Vide tit. 21. eodem libro.

Non tantum proscriptorum seu damnatorum; sed etiam eorum, qui in reatu capitali perculsi conscientia criminis sibi mortem consciverunt, bona publicantur, si postea de crimine probatum, & pronunciatum fuerit, *l. 3. §. ult. ff. eod.*

L. Enarratio.

Conscientia criminis] Nam si tædio vitæ, miseratione digni sunt, Thalelæus ad *leg. 1. hoc tit.*

TIT. LI. *De sententiam passis, & restitutis.*

Vide tit. 23. eod. lib.

Hic titulus est de damnatis; qui beneficio, & indulgentia principis speciali, vel generali, & communi plurium, in integrum restituuntur: quæ restitutio plerumque liberat tantum pœna, & calumnia, ne quis scilicet restituti statum possit in dubium revocare, ob pristinam pœnam, sive deportationem; & adnotationem præsidis, ut ait *l. 10.* nec enim præses deportare, sed deportandum adnotare potest, quam adnotationem plerumque sequitur princeps, *l. inter, §. 1. ff. de interd. & rel.* Non restituit autem bonis indulgentia, quæ damnatum revocat in patriam, aut famæ & honori, aut patri, vel domino, vel filio, nisi hoc specialiter comprehensum sit, vel nisi quibusdam expressis generaliter subjiciatur, & cæteris omnibus, ut *l. 1.* aut nisi generali verbo sit concepta, Restituo illum in integrum: quia beneficium principis, quod à divina scilicet ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus, *l. pen. ff. de const. princ.* & ita accipere oportet, quod est in Institutionibus, restitutos ex indulgentia principis per omnia recipere pristinum statum, & quod *l. sive libertus, ff. de ju. patr. l. 3. §. si deportatus, ff. de bon. liber.* recipere jus patronatus. Notandum ex *l. ult.* restituto in integrum deportato plena restitutione, atque adeo restituta patri potestate in filium, testamentum, quod interim fecit, & quæcunque interim gessit filius, qui jam venerat in ætatem, non rescindi, & filio impuberi interim datum tutorem non mutari, si pater, qui restitutus est, non sit homo frugi: quæ Constitutio non multum abhorret à jure communi: nam & initio jure datus est tutor patrisfam. jureque factum testamentum à patrefam. qui postea quamvis redeat in potestatem patris, non ideo irritum fit testamentum, *l. 7. ff. de jur. codicil.* quia in ejus potestatem redit, sine capitis deminutione. Recte igitur Anianus, & Cyprianus, & Irnerius testamentum hoc casu non rescindi, sicut nec cætera gesta; male Basilica, & Joannes testamentum rescindi, non cætera ἰδοὺ τὸ τέρμα τῆς χάριτι Θεοῦ βίβλου.

LI. Enarratio.

Et communi] *L. 5. hoc tit.*

Revocat in patriam] Julius Firmicus Mathes. libro 7. cap. 26. *Imperatoris judicio ex prædictis damnationibus libertati, & dignitatibus suis restituentur, & patriæ.*

Aut famæ] Solius Principis, & famæ restituere: vide Libanii Orationem 7. pro Aristophane pag. 215.

Restituo illum] Idem sentit Odofredus heic.

In Institutionibus] Libro 1. cap. 12.

Qui jam venerat in ætatem] Justam. Ætatis nomine significantur anni 25. quo sensu dicimus, suæ ætatis esse eum, qui est major annis 25. Cujac. Obs. lib. 6. cap. 3.

Non sit homo frugi] Sed libidinum omniumque vitiorumque servus, *l. ult. hoc tit.* Clemens Alexandrinus Strom. lib. 2. ad fi. τὸ ὑπείκειν οὖν καὶ ἐγκεχειρηκέναι τοῖς πάθεσιν ἐσχάτη δουλεία: *Succumbere itaque, & cedere vitiis, & animi perturbationibus est extrema servitus.* S. Ambrosius in epistola 7. *Intra se dominos habent: intra se servitium intolerabile patiuntur tot dominorum quot vitiorum servi.* Faustus Regiensis in instructione ad Monachos: *Non bene ingenuus appellatur, qui misera vitiorum servitute deprimitur.*

Non ideo irritum] Irritum enim fit ejus testamentum, qui capite deminuitur, *§. alio autem, Instit. quibus modis testam. infirm.*

Recte igitur Anianus] Ad *l. un. C. Theod. eodem.*

Et Cyprianus] In Glossa ad *d. l. ult.* in v. rata sint.

Et Irnerius] Cujus sententiam non probat Odofredus.

Male Basilica] Libro 60. tit. 68. cap. ult.

Et Joannes] In d. Glossa, & Azo ad *d. l. ult.* quia putabat filium capite minui, quod verum non est. Bulgarus etiam eadem ratione motus existimabat testamentum rescindi, ut heic scribit Odofredus.

FINIS.

JACOBI
CUJACIJ
J.C. PRÆSTANTISSIMI
OPERUM PRIORUM
Quæ de Jure fecit,
TOMI II. PARS ALTERA.
SIVE AD TRES POSTREMOS
CODICIS JUSTINIANI
LIBROS
COMMENTARIJ
Ex autographo ipsius CUJACIJ emendati
Opera & studio CAROLI ANNIBALIS FABROTI J.C.

IN HAC TOMI II. PARTE CONTINENTUR.

Illuſtriſſimæ & optimæ Principi

MARGARITÆ VALESIÆ,

DUCI SABAUDIÆ ET BITURIGUM,

JACOBUS CUJACIUS S.



Uod reliquis diſciplinis, idem & noſtræ accidit olim, OPTIMA ET ILLUSTRISSIMA PRINCEPS, ut traderetur & tractaretur male ab omnibus. Tum quæ lux cæteras extulit, eadem & huic affulſit noſtræ. At non idem vindex. Cæteris Franciſcus rex parens tuus nunquam laudatus ſatis, noſtra parum abfuit, ut vindice careret, niſi quod ſuperat opere paterno, ei explendo te Deus reſervaſſet. Nam certiſſimum hoc & compertiſſimum eſt, principem extitiſſe adhuc nullum, qui puræ Juriſprudentiæ profeſſores foverit, ut tu facis. Qua ex re (dicam quod ſentio, & mecum ſentiunt ſani omnes, fremant licet obſtipæ mentes quædam) nulla etiam adhuc ſchola huic tuæ ſimilis, in qua omnes jus docent caſte, pure, cordate, ſine fuco, ſine fallaciis: aut ſi quis tenet ſequius, non ſedilia, non ſolia, non, ut paucis omnia complectar, Genius ſcholæ ferat: transferat potius ſtatim mutetque illum, quiſquis ſit, in meliorem formam. Genius hic proprie tuus eſt: quamobrem merito etiam ad te omnia referuntur quæcunque hæc ſchola parit. Sua tibi Baro, ſua Duarenus, ſine exemplo Juriſprudentiæ maximi duces. Mea & ipſe peſſimus ſim, ſi alii quam tibi: non omnia tamen, quia non omnia te digna, ſed hoc novum in tres poſtremos Conſtitutionum Codicis opus expectatum, & expetitum nimis, quod non te indignum forſitan homines judicaturi ſint, vel quod perfecerit nondum ſimile alius quiſquam, vel quod totum ſit de rebus ad principes pertinentibus. Qua maxime ratione, ut arbitror, veteres Franci, qui principum ſuorum valde amantes fuerunt, miſſis novem aliis libris, hos tres duntaxat Francos fecerunt, quos equidem amici beneficio habui in manibus ſemper dum huic operi operam dabam, ſed uſui profecto fuere non multum, nec minus tamen ideo eos legebam libenter. Juvabat ſatis veterum Francorum ſtudium, & diligentia, & principum cura. Eos quibus ſum uſus potiſſimum, illuſtriſſima & potentiſſima Reginæ Catherinæ Mediceæ locupletiſſima bibliotheca mihi ſuppeditavit. Tu obſonia: illa, inſtrumenta dedit, nec viris plane jam hoc debetur opus. Te igitur primum adeo, quia prima abs te fero, altera ratione, quod illi repenſetur brevi curaturus. Vale, Biturigis VI. Id. Jul. M. D. LXII.

JACOBI

JACOBI CUJACIJ J.C. AD LIBROS X. CODICIS DOM. JUSTINIANI, COMMENTARIJ.

DE JURE FISCI,

TITULUS PRIMUS.

JUS fisci cum dicimus, etiam privilegium fisci comprehendimus, *l. Æsianus, ff. de manumis. l. 2. sup. de priv. fis.* & ideo dubitari potest quid hic tit. *de jur. fis.* distat à titulo de privilegio fisci: quod quæri etiam potest de titulo, de jure dotium, & titulo de privilegio dotis. Ego animadverti in tit. *de priv. fisc.* de eo tantum privilegio tractari, quo fiscus tacitam hypothecam habet, & præfertur cæteris creditoribus chirographariis, vel hypothecariis. Præfertur vero omnibus etiam privilegiariis: & chirographariis quidem etiamsi antiquiores sint, hypothecariis vero non aliter, quam si antiquiores non sint, quo etiam jure fit, si alii creditores priores egerint, & pecuniam acceperint, ut eam fiscus eis omnimodo pecuniam auferre possit. Cætera fisci jura, & privilegia in hoc titulo, & in proximis titulis explicantur. Fiscum interpretantur esse cophinum sive sportam, & inde suffiscum Festo, eoque distare principem à fisco, quo sui cujusque loculi distant à seipso: recte. Et consequenter Græci interpretes ita: *φίσκος κόφινος ἐν ᾧ τὰ τῶν δημευομένων ἐτίθετο χρήματα: καὶ ταῦτα δὲ ταμιεῖον γέγονε Καίσαρος ἐν ᾧ παρεφυλάττετο τὰ φισκάλια χρήματα, καὶ ἐγένοντο ταμιακὰ ἅπερ τὸ παλαιὸν ἅπερ τοῦ δήμου μετωχετεύθησαν εἰς τὸ τοῦ Βασιλέως ἴδια.* Quapropter existimo fisci appellatione non tantum sacrum ærarium contineri, id est, sacras largitiones sive thesauros, de quibus tamen proprie fiscus dicitur, *l. 3. sup. de quadr. præscr. l. 6. C. Th. quor. ap. non rec.* Sed & privatum, id est, res sive largitiones privatas Augusti, vel Augustæ. *l. 1. inf. de loc. præd. civil. l. 1. inf. de collat. fun. fisc.* ideoque *l. 9. inf. hoc titulo*, quæ loquitur de rerum dumtaxat privatarum susceptoribus, non male sub hoc titulo posita est. Continetur etiam fisci appellatione arca præfectoria, *l. 6. inf. de exact. trib.* Eodem nomine, & pleraque alia significantur, veluti princeps, procurator fiscalis, officium fiscale, statio fiscalis. Habet & plura syoonyma, ærarium, *ταμεῖον, δημόσιον*, publicæ rationes, publicum: quanquam initio publicum sive ærarium ad aliquid separatum fuerit à fisco, ut dicemus in *l. 2. infra de petit. bon. supra.*

I. IMPP. SEVERUS, ET ANTONINUS AA. ATTICO, ET SEVERO. Si prius quam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam prædiorum donationem fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur.

Ait, Si prius quam, ex contractu scilicet vel ex administratione. *Perfectam donationem*] Perficitur vulgo traditione vel mancipatione, collata in filios, ut in specie proposita, etiam nuda voluntate ex constitutione D. Pii, *l. 4. C. Th. de donat.* At hic insuper fingamus secutam traditionem, & dominium à patre recessisse, quo genere ea etiam donatio, quæ ex nuda voluntate consistit, perfici dicitur exemplo venditionis, *l. Titius, ff. de resc. vend. l. contractus, sup. de fide instrum.* *Fuerit probatus*] Donaverat pater filiis emancipatis, hi si donationem obligatione priorem esse probaverint, non tenebuntur actione Pauliana. *Non rescinditur*] Quia dicit, rescinditur, manifestum est Imperatorem loqui de Pauliana, non de hypothecaria, quæ rescissoria non est. Ad hæc fraudationem creditorum si tollas, ideo recte Paulianam quoque actionem tollas, hypothecariam non item. Non loquitur etiam de actione in factum, qua fraudator vexatur ita quibusdam

bonis dissipatis, ut nusquam appareant. Nam hæc etiam rescissoria non est.

II. Imp. Gordianus A. Sereno. Instar rei judicatæ obtinere minime potest computatio à tabulariis facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata.

Tabularii eorum quæ publico inferuntur & debentur rationes conficiunt, *l. 1. & l. missi, inf. de exact. trib. l. 2. inf. de numer. l. 1. inf. de immu. nem. conc. l. 1. inf. de censib.* Sidonius IIII. Habes procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabularium in tributis. At quia ob errorem calculi retractari computatio non potest, si res ita judicata fuerit errore in sententia non expresso, ne non tam computatio quam res judicata retractari videatur, *l. 2. sup. de re jud. l. 1. sup. de er. calc.* ideo dubitari potest an computatio à tabulariis civitatum vel provinciarum facta, rei judicatæ instar habeat, idest, an retractari non possit. Imp. ait, non habere, idest retractari posse, nisi si comprobata fuerit sententia Rationalis. Et generaliter, nisi res judicata, vel transacta sit, etiam post longum tempus error calculi retractari potest, id quod de Reip. rationibus tractans Modestinus tradit in *l. calculi, ff. de admi. rer. ad civ. per.* Hæc tamen verba subjungit: Sed si gratiose expunctæ dicentur, non retractabuntur: ubi existimo legendum, sed si rationes expunctæ: hoc scilicet sensu, ut dispunctæ rationes ob errorem calculi retractari possint etiam post longum tempus, expunctæ non item, *l. in omnibus, §. Reip. ff. de diu. temp. præs.* Non est legendum Gratiose: nam quodcunque fit gratiose in perniciem Reip. nullius momenti est, *l. præses, C. de transac.* denique nisi sic legas, non est quo verbum, Expunctæ, referri possit.

III. Idem A. Atticae. Si minore pretio, quam res est, aperta fraude emptoris, vel gratia, quæ obligata sunt fisco venierunt: aditus procurator meus debitam quantitatem inferenti restitui ea prædia jubebit.

Ait, *Fraude*] Collusione. *Vel gratia*] Sive fraude emptoris. *Quæ obligata sunt*] Sunt autem tacito jure obligata. *Fisco.*] Omnes vet. lib. à fisco venierunt. A fisco idest à procuratore, aut officio ejus. *Procurator meus*] Non is qui vendidit, sed is qui nunc est procurator meus, *l. ult. C. si adver. fisc.* *Procurator meus*] Imo præses, *l. pen. ff. de resc. vend.* Non facio differentiam inter proconsulares & præsidales provincias; quæ ab Augusto diu non stetit. Sed in quibus non fuerit procurator Cæsaris, in eis dico adeundum esse præsidem quoties de fiscali causa agitur. Errat Alciat. in lib. de magistratib. dum in Proconsulares maxime procuratores missos scribit. Imo indifferenter εἰς τὰ ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου, auctore Dione LIII. In eodem sunt & hæc falsa: tria genera provinciarum Augustum fecisse, Non easdem populo & Senatui provincias attribuisse, procuratorem privatæ rationis Ægyptium magistratum esse. *Debitam quantitatem*] Non dicit pretium, sed debitam quantitatem. Infert igitur fisco debitor debitam quantitatem non prætium emptori. Fiscus venditionem resolvit & emptori pretium restituit. Quid fiet si privatus creditor æque dolo malo aut gratiose pignora minoris vendiderit? Et placet in eo idem observari, ut scilicet offerenti debitori debitam pecuniam is in hoc teneatur, ut rem vel id quod interest præstet, nisi si is solvendo non sit, quo casu oblato pretio res ab emptore revocatur, *l. 1. & 3. C. si vend. pig.* quod in fisco dici non potest qui semper est solvendo.

IV. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Mucatraulo. Certa forma super metœcis data est, qui jussu principis in aliam civitatem translati sunt. Nam prædia eorum, quæ antequam demigrarent, habuerunt, si ab eis distracta non sunt, fisci rationibus vindicari jampridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto augusta majestas decreverit. Ut igitur à principibus salubriter statutum est: ita salvis his quæ utiliter placuerunt, parentibus heredes eos existere non oportere, nulla legis sanctione statutum est.

Mucatraulo] Antea male, Niceti Est & in eodem nomine erratum in *l. 10. sup. qui ac. non pos. l. 7. sup. de resc. vend. l. 15. sup. de post. & redemp. ab host. l. 8 sup. de pact.* *Metœcis*] Μέτοικοι sunt coloni, qui ex una civitate in aliam migrant, quod non fit nisi jussu principis, *l. idem Ulp. §. ult. ff. de exc. tut.* Auctor Panegyrici Flaviensium ad Constantinum Imperatorem: Divus pater tuus Flaviam civitatem Heduorum voluit erigere metœcis undique transferendis. Apollonius Tyaneus in Epist. ἅπαντες ἀστοὶ καὶ οἱ μέτοικοι. Alii enim sunt in eadem civitate originarii, alii μέτοικοι, qui & incolæ dicuntur. Posterior ætas advenas quoque eos appellasse videtur, unde vox Gallica orta est, *Aubains*, & in Basilicis Gallicis, *avenage*. Sed non ita Latini, quibus advena is est, qui in aliena civitate moratur ad tempus, *l. heres, §. proinde, ff. de jud. l. pupillus, ff. de verb. sig.* Constituitur autem in hac lege, ut τῶν μετοίκων prædia in fiscum redigantur, quæ ab eis distracta non fuerint, nisi specialiter id eis princeps concesserit, ut ea sibi retinerent, ut tamen non arceantur à successione parentum in ea civitate relictorum ex qua migrarunt. Igitur postea sibi ex successione in eadem civitate bona adquirere possunt. Ex alia causa forsitan non æque, arg. *l. milites, ff. de re milit.* Hoc vero jus Nicephorum Imp. exercuisse adversus Christianos Codrinus auctor est.

V. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum. Prohibitum est cujuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi prius, quam à nobis forma fuerit data. Et ut omni provisionis genere occursum sit Cæsarianis: sancimus, licere universis quorum interest, objicere manus his, qui ad capienda bona alicujus venerint, qui succubuerit legibus: ut etiam si officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis privatis resistentibus, à facienda injuria arceantur. Tunc enim is cujus interest bona alicujus non interpellari, officialibus volentibus ea capere, debet adquiescere: cum literis nostris cognoverit, non ex arbitrio suo Cæsarianos ad capiendas easdem venisse facultates; sed justitiæ vigorem id fieri statuisse.

Cæsariani bona caduca occupare non possunt sine auctoritate principis. Occupantes manu, & viribus eorum quorum interest propulsantur impune: quod & aliis casibus fit jure licito, *l. pen. inf. de exec. l. de votum. inf. de metatis, l. ult. inf. de discus.* Huc pertinet, quod Paul. scribit v. Sent. tit. de jur. fisc. Quotiens sine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant vel describunt, &c. Cæsariani sunt officiales procuratoris Cæsaris, qui & Catholiciani dicuntur in *l. pen. §. ult. sup. de bon. prof.* & ab auctore Paratitli, quem librum habet P. Faber vir divinarum largitionum dote locupletissimus, ad *l. 4. sup. de episc. & cleric.* ἔνθα οἱ ταξεῶται ἢ οἱ καθολικιανοί, &c. Sicut & procurator ipse Catholicus sæpissime in lib. Βασιλικῶν appellatur, & hoc ipso loco: οἱ δὲ καὶ οἱ ὀφφικιάλιοι τοῦ καθολικοῦ ἐπιχειρήσωσι

τοῦ παραβῆναι τὸν νόμον, & in *l. 2. sup.* εἰ μὴ ὁ καθολικὸν αὐτὸν βεβαιώσῃ, & in *l. 9.* κινδύνῳ τῶν καθολικῶν. A Alii quidam sunt speciales, veluti vicesimæ hereditatum, metallorum, caducorum. Provinciales sunt catholici. Ideoque in constit. quadam Constantini apud Euseb. lib. x. καθολικὸν Africæ procuratorem interpretari oportet, non præf.præt.& similiter lib. IV. de vita Constantini, τῶν τῆς διοικήσεως καθολικῶν Theodor. Hermopolites ad *l. ult. sup. si à non comp. jud.* Ὁ καθολικὸς ἤγουν ὁ προϊστάμενος καὶ φροντίζων τῶν δημοσιακῶν πραγμάτων. Idem Euseb. VIII. τῆς μαγιστρότητος καὶ καθολικότητος nomine procurationem fisci proculdubio intelligit: nam magistri etiam dicebantur, *l. 5. sup. ubi cau. fisc. l. dudum, C. Theod. de dec. l. 2. C. Theod. de jur. fis.* & in *l. 1. sup. de anno. & cap.* magister æris, id est, rationalis sive procurator thesaurorum. *Qui succubuerit*] Vet. lib. *qui succubuerint*. B Unde suspicor legendum, *quæ succubuerint*, id est, quæ ceciderint in casum.

VI. Imp. Constantinus A. ad provinciales. Justas etiam & quæ locum habent, fisci actiones præcipimus concremari ob hoc solum, quod suis temporibus prolatæ non sunt: ut jam calumniæ, privatorum eo saltem arceantur exemplo, quo justas fisci lites silere præcipimus. Dat. III. Kal. Jul. Constantino A. V. et Licinio cæs. Coss.

Pertinet hæc lex ad eas actiones, quæ moventur post C tempus legitimum, non ad eas, quæ moventur ante tempus. Ut igitur privatorum actiones in rem præscriptione longi temporis excluduntur, ita & fiscales. Quod uti accipiendum sit ostendimus in πραγματείᾳ de legitimis temporibus. Et actio redhibitoria, ot in causa privatorum sex mensibus, æstimatoria anno finitur, ita & in causa fisci, cum quid emit fiscus. *Ut jam*] Legendum, *Jam*. Sententia hæc est: Si abolentur justæ fisci lites præscriptione temporis, quid fiet de injustis, & calumoiosis privatorum litibus?

VII. Idem A. ad Volusianum P. U. Defensionis facultas danda est quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, cum facultates eorumdem, adhuc controversia pendente, inquietari de- D scribique fas non sit. Ubi ergo controversia extiterit fisco alicujus patrimonium vindicante, apud eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur: ut cum rei exitus debere eas vindicari probaverit, tum demum res persequi liceat, & super modo facultatum, ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales servos investiganda est: ut si quid subtractum fuerit, exigatur, & extrinsecus integrum tantum aliud multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. Sane in hujusecmodi quæstione si Cæsariani nomen inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere, siquidem consuetudo fraudum, E quibus prædicti omnia temerare consueverunt, exceptionem eorumdem meruerit. Dat. prid. Kal. Jan. Sirmio Constantino A. VII. et Constantio cæs. Coss.

Bona quæ sibi possessor defendit, & ad fiscum minime pertinere cootendit, fiscus possidere, vel distrahere, vel describere non potest, antequam re disceptata locum esse fisco probatum, & pronunciatum fuerit. Pendente igitur lite, apud possessorem bona remanent, Si quid tamen postea re secundum fiscum judicata interversum fuisse interim apparuerit, id à possessore in duplum repetitur. Excipiuntur Catholiciani, quorum A bonis si fiscus moveat controversiam, à fisco statim bona possidentur, vel describuntur: qoia consuetudo fraudum mala fide possessionis præsumptionem inducit. *Defensionis facultas*] Reclamandi copia, *l. ult. inf. de bo. vac. Ventiletur*] Apud rationalem. *Conditionales*] Hi sunt tabularii huic condicioni addicti, & mancipati, adeo ut non possint ad aliam adspirare militiam, vel dignitatem, *l. scripturas, sup. qui pot. in pig. hab. l. 3. 5. 7. 8. C. Th. de num. act.* qua forma adscriptitii etiam coloni, & capite censiti, & alii quilibet certæ condicioni addicti condicionales dici possunt. *Si Cæsariani nomen inciderit*] Si Cæsariano fiscus moveat controversiam bonorum. *Fraudum*] Cæsariani fraudibus sunt, & rapinis infames, atque ideo pendente lite non teme- B re bona, quibus de agitur, eis permittuntur, *l. 2. C. Th. de bo. vac.* quinimo κατὰ πρόληψιν ea mala fide possident. Ex hac Cæsarianorum appellatione certo deducta est vox gallica, *Sergent*, & Germanica, *Scharientheu*, qua & Anna Alexii utitur lib. 13. φυλαττόμενοι ὑπὸ σεργεντίων ἑκατόν.

VIII. Impp. Valentinianus, et Valens AA. ad Dracontium vic. Africæ. Qui in contractibus scelestis, ac fisco perniciosis interversorum maculosis se fraudibus implicuerint, quadrupli redhibitione teneantur. Dat. XV. Kal. Dec. Adaumeto Valentiniano, et Valente AA. Coss.

C

Interversores sunt administratores, qui dolo malo dilapidant rem pecuniamve fiscalem. Eversores in *l. 2. inf. de palat. sac. larg. l. 1. C. Th. de suscept.* eadem ratione, qua, & in schola Rhetorum quidam olim Eversores dicebantur auctore Augustino III. Confessionum c. III. & l. V. XII. Decoctores in *l. quilib. inf. de decur. l. si aliquid, inf. de suscep.* Hi in quadruplum tenentur, *l. 1. inf. de iis, qui ex pub. rat. l. 1. inf. pæ. fis. cred. præf. l. in fraudem, §. pen. ff. de ju. fis.* Imo in duplum, *l. prox. sup. l. aufertur, §. 1. ff. eod.* in iis scilicet, quæ fisco nondum adquisita sunt. In adquisitis locus est actioni in quadruplum. *Implicuerint*] Cassiodorus IX. Variarum. Qui se quoquo modo scelestis contractibus miscueruot, *l. 3. C. Th. de cont. emp. l. 9. de conf. tut.*

D

IX. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Patricio C. R. P. Super creandis susceptoribus periculo procuratorum rei dominicæ dispositionem tuæ sublimitatis firmam esse præcipimus: ita ut omni ambitione cessante, quæ statuta sunt, quæque antiqua consuetudine commendantur in pabulis, vel sumptu familiæ ministrando intemerata permaneant: super Irenarcha, & Optione omni antiqua consuetudine observanda. Dat. III. Kal. Jan. CP. Theodosio A. VIIII. et Constantino II. Coss.

E Susceptores rei privatæ creantur ex dispositione Comitis rerum privatarum, & periculo procuratorum rei privatæ, ideoque si solvendo susceptores non sint, omne damnum spectat ad procuratorem rei privatæ, qui in susceptoribus creandis attentior esse debuit. Comes rerum privatarum, sive privati ærarii, per procuratorum curam gubernat privatam substantiam principis. Theodoritus III. cap. XVI. Ἐλπίδιος τῶν ἰδίων τῶν βασιλικῶν χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος· κόμητα δὲ περιβαλέσθαι τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι Ῥωμαῖοι. Græci VI. Βασιλικῶν, τὸν κόμητα τῆς ἰδικῆς περιουσίας, τουτέστι τὸν φροντίζοντα τῶν πραγμάτων τῶν ἀφωρισμένων εἰς τὰς ἰδίας χρείας τοῦ βασιλέως. Fuit & alius Comes sacri ærarii, sive sacrarum largitionum,

five thesaurorum, *l. 1. inf. de quæstor. l.2. inf. ut dig. or. ser. l.2. inf. de pal. sac. larg. l.3 sup. ubi senat. vel clar.* qui, & ταμίας, & præpositus regalium thesaurorum dicitur ab aliis auctoribus: quam dignitatem Rutilius Numatianus intelligit, dum ait. A

Nam neque opum curam, quamvis sit magna sacrarum.

Nec jus quæsturæ grata fuisse magis.

Idem qui in *l. senatus, ff. de jur. fisc. Præf. æra.* In græca metaphrasi Comes Thesaurorum: uterque Comes est illustris. *Rei dominicæ*] rei privatæ. *Ambitione*] Gratia. *In pabulis*] Pabula sunt animalium, Annonæ, familiæ dominicæ sumptus. Et pabula quidem etiam capita vocantur in tit. de annonis, & capitu & alibi sæpe. Marcellinus XXII. *Pabula jumentorum, quæ vulgo dictitant capita.* Cassiodor. VII. *Ad equos capitum definitum.* Hesych. καπιτὸν, παραβόλημα ἀλόγων. Ait igitur lex nostra in capitibus, & annonis præstandis familiæ dominicæ, & rei privatæ susceptoribus creandis, dispositionem Comitis rerum privatarum, & priscam consuetudinem servandam esse. Eandem quoque servari in Irenarcha, & Optione creando. Creantur Irenarchæ periculo decurionum, & ex dispositione præsidum, *l. 1. inf. de Irenarchis*: & ad *l. Divus, ff. de cust. reor.* ita definiuntur: εἰρηνάρχαι οἱ τῆς τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστατοῦντες. Adjici possunt, quæ de eis scripsimus Ob. 1. cap. 33. non tamen, quod alias nobis docentibus excidit, præpositos pacis eosdem dici in *l. 49. C. Th. de decur. l.1. C. Th. de pign.* ubi legendum pagis, ut apud Eusebium lib. IX. cap. 1. & *l.2. inf. de suscep. l.1. C.Th. de erog. mil. an.* qui in No. de Alexandrinis, παγάρχαι. Optio est erogator annonæ militaris, de quo dicemus in *l.7. inf. de exact. trib.* B C

X. Iidem AA. Palladio PP. Or. Eorum patrimonia mortuorum, qui vitæ suæ tempore diversis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere, vel ab eo alienari censemus: nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse convictos. Dat. VIII. id. Jul. Ravennae, Eustathio, et Agricola Coss.

Hujus constitutionis partes aliæ sunt in *l. 4. inf. de bon. vac. l. pen. C. Th. de bon. proscr. l. 30. C. Th. de petit. & ultro da.* Hujus hæc sententia: Mortuorum ante condemnationem bona fisco non vindicari: quod utique verum est, etiamsi post accusationem decesserint: pœna enim publicationis bonorum in heredem non transit, excepto crimine perduellionis. At certe convictorum, & condemnatorum ex publicis judiciis bona fisco vindicantur. An & si post appellationem decesserint? quod aperte *l. ult. sup. si reus, vel accus. mor. fuer.* explicat. Verum etsi mortuus fuerit reus ante accusationem, vel condemnationem, bonorum scelere quæsitorum quæstio morte non solvetur, *l. si quis cum l. cum falsi, ff. ad l. Corn. de fal. l. Lucius, ff. de jur. fisc.* atque ideo repetundarum, peculatus, de residuis actio morte non finitur, *l. ult. ff. ad leg. Jul. pec.* nec adulterii crimen ubi dotis quæstio est, *l. ult. sup. ad leg. Jul. de adult.* eademque ratio est suppositi partus, *l. 2. ff. de Carb. edic. Convictos*] Id est, condemnatos: nec enim ante convicti videntur, quam condemnati fuerint, quemadmodum nec ante probatum videtur, quam pronuntiatum fuerit: quamobrem hæc verba, Si probatum fuerit, in libris nostris ita sæpe accipiuntur, Si pronuntiatum fuerit. Porro desiderator hoc loco ultima constitutio, cujus sententiam proponam ex XVII. βασιλικῶν. D E

XI. ΠΑΣΑ δημοσία δίκη ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν μετρουμένων πληρούσθω, εἰ μὴ ἄρα συμβῇ ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ πρόσωπα, ἢ δικαιώματά τινα ἔτερα ἐξ ὑπερορίων ἀχθῆναι ἢ τὴν βασιλίδα πόλιν, ἢ αὐτοὶ οἱ ἐναγόμενοι τὴν αἰτίαν ὑπερθέσεως παρέχοιεν ὡς ἀπαγγέλλοντες.

Fit hujus mentio in libro Eustathii περὶ χρονικῶν διαστημάτων tit. de mensibus sex, iis verbis, Πᾶσα φισκαλία δίκη ἤτοι τοῦ δημοσίου ταμείου ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν περαιοῦσθαι, εἰ μὴ ἄρα ὑπόθεσις ἀναγκαία ἐστὶν, ὡς β'. ι'. τοῦ κωδ. τ'. α'. δ'. ια'. Ergo in *l. properandum, sup. de judic.* merito excipiuntur causæ fiscales, quoniam eæ intra sex menses à lite contestata finiendæ sunt ex hac constitutione (olim intra annum, *l. 4. C. Th. eod.*) nisi rei necessitas exegerit personarum, aut instrumentorum causa, longius proferri litem, vel reus in mora fuerit. Causæ autem pertinentes ad publica munera, quæ in eadem lege excipiuntur, finiendæ sunt intra tres menses, *l. generali, infra de decur.* quod Græci ad *l. properandum* notant iis verbis: αἱ γὰρ τοῦ δημοσίου δίκαι ἐντὸς ἓξ μηνῶν τελειοῦνται: αἱ δὲ περὶ δημοσίων λειτουργιῶν ὑποθέσεις ἐντὸς τριῶν μηνῶν τέμνονται: δημοσία δὲ λειτουργία ἐστὶν ὡς τὸ γίνεσθαί τινα σιτώνην ἐπὶ τῷ ἀγοράσαι σῖτον τῷ στρατοπέδῳ.

De Conveniendis fisci debitoribus.

TIT. II.

I. IMP. GORDIANUS A. SATURNINO, ET ALIIS. Non injusta ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate eos priore loco conveniri, qui reliqua contraxerunt: mox ad vos perveniri, qui ab his quædam mercati estis.

Ex Novella Justiniani primum conveniendus est reus, tum intercessor, deinde possessor hypothecarum. At jure antiquo creditor eligere potuit, cum quo mallet experiri, *l. ult. sup. de obl. & act.* Fiscus tamen hanc electionem sibi non adrogabat: reum namque prius excutiebat, quam fidejussorem, aut possessorem hypothecarum, *l. Moschis, ff. de jur. fisc. Repromissa*] Utrum repromissa à principalibus personis? An à vobis? & hoc Græcis placet magis. Si igitur vobis relictis fiscum vultis agere cum principali, cavere ei debetis de indemnitate. *Eos*] Principales debitores. *Priore.*] Emendatiores Codices, principali, ut & in *l.3. sup. Perveniri*] Per actionem hypothecariam. *Mercati estis*] Si posteaquam illi cum fisco contraxerunt, mercati estis, *l. si debitor, sup. de privil. fisc.*

II. IMPP. VALERIANUS, ET GALLIENUS AA. ET VALER. CAES. PATROPHILO. Fisco quidem contra te manet actio, quamvis argentum, quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem, quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotaverit. Æquum tamen est, ut prius de bonis ejus, qui exactor fuit, si solvendo est, & conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fisci satisfaciat: tunc si servari hic modus non possit, reposcatur à te.

Quamvis in rationes publicas relatum sit te solvisse, non tamen liberaris nisi apochis tabularius subnotaverit. Cæterum prius exactorem, quam te conveniri æquum est. Alias vero amissa apocha illationis fides ex polyptychia, id est, publicis rationib. sumitur, *l.2. inf. de discus. l. illatæ, sup. de fid. instr.* in quibus etiam apochæ referendæ, vel regerendæ sunt cum subnotatione tabulariorum. *Cautionem*] Vet. cautioni. Est autem exposita cautio ab exactore. *Exactor fuit*] Nunc desiit esse. Exactor dat apocham, Tabularius subnotat, & subscribit, *l. 1. inf. de can. larg. tit.*

III. IMPP.

III. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. et CC. Januario et aliis. Quoniam Agerio, ac filio ejus ad exigenda reliqua consortes vos, atque consocios esse dicatis, eisque certorum dumtaxat nominum exactionem mandatam, nec inter eum, & cæteros, qui exactores fuerant nominati, confusæ exactionis mutuum periculum constitutum, sed separato muneris obsequio discretam sollicitudinis rationem fuisse adseveratis: à jure non discrepat, ut prius ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: postque eos, si solitum debitum exsolutum non sit, nominatores conveniri. Rationalis igitur noster B juris ordinem sequetur, excussisque exactorum facultatibus, nec non etiam nominatorum, si fiscus in universi debiti quantitate securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet.

Plures nominati, & creati sunt exactores fiscalium. Multum interest utrum exactio divisim eis mandata sit, an pro indiviso: hoc enim casu etiamsi postea inter se administrationem diviserint, prius convenitur collega, quam nominator. Illo casu nominator prius quam collega. Utroque casu is qui exegit prius quam vel collega vel nominator sive creator: quæ omnia fusius demonstrabuntur in *tit. quo quisque ord. con.* *Certorum*] C Alii, cæterorum, male, ut & in P. Flor. *l. si emancipato, de leg. præst.* *Inter eum*] Quidam codices, Inter vos: quod rectum est, ut in fine, Etiam vos. *Confusæ*] pro indiviso.

IV. Impp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Archelaum com. o. r. Hi qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione teneantur: ut quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exsolvere: servatis, cum compleverint, allegationibus propriis, si quas adversus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex jure crediderint: ita ut adversus eos, quos sibi obno- D xios adseverant, legibus, & judiciis experiundum esse cognoscant. Dat. III. No. Jul. Novioduno, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.

Fiscus utiles actiones habet in debitores debitoris, *l. 3. & 4. sup. quan. fisc. vel priv. deb. sui deb. co. post l. 3. §. multa, ff. de jur. fisc.* maxime si ex ratione fiscali debitor fisci alia nomina fecerit. Eas vero fiscus omittere potest, imo debet ex *Nov.* 128. nec differtur actio fiscalis quoad ipse debitor fisci suos debitores exegerit. *Frustratione*] ἀνυπερθέτως. Frustrari est trahere moram & tergiversari. *Compleverint*] Solverint. Dicimus creditorem adimplere pro solvere creditori, *l. cum post §. ult. ff. de admin. tut. l. ult. sup. de testam. man.* & L. E *Βασιλικῶν* tit. IIII. ἢ πληρώσαντός σοι, idest, tibi soluta pecunia, & hoc loco, μεθ' ὅ πληρώσωσι τὸ δημόσιον.

V. Impp. Valens, Gratianus, et Valentinianus AAA. Fortunatiano com. r. p. Inter chartulas confiscati brevis quidam adseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum, seu contractuum, cum tamen neque testibus credita pecunia probaretur, neque cautionibus ea, quæ brevi inserta sunt, ostenderentur, iniquum esse perspeximus, ut sub propriæ adnotationis manu unusquisque faciat debitorem. Occasionis igitur hujusmodi calumniam præsenti volumus jussione cohiberi, ut brevis vanitate rejecta, nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conscripta sunt, urgeatur, quod & in aliis similibus causis observandum esse censemus. Dat. prid. Non. Jul. Hierap. Gratiano A. IIII. et Merobaude Coss.

Confiscati] In Cod. Th. *Deportati*. Tribonianus, ut opinor, maluit scribere Confiscati: quoniam latius patet confiscati quam deportati nomen. Omnes enim deportati & confiscati sunt, *l. deportatorum, sup. de pœn.* non omnes tamen confiscati, deportati. *Brevis*] B Breves, Brevia, Brevicula, chartulæ sunt sive libelli breves. Zonaras in Carth. concilio: βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται ἢ σύντομον γραφή. Anna Alexiade VI. καὶ τὰ βιβλία εἰς μέσον τηνικαῦτα προὐτίθετο, βρέβια ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμένει ὄντα κειμήλια. Eandem vocem Julianus retinuit in Epistolis Græcis ad commune Judæorum: τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα, & Paulo post: πυρὶ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις ἀποκείμενα, & est frequens in libris *Βασιλικῶν*, dum rationes, volumina, vel corpora rationum significantur, quæ quidem per se sola fidem non faciunt, *l. instrumenta, l. exemplo, sup. de probat.* & ideo non potest fiscus ex breviariis confiscati rationibus quenquam convenire quasi confiscati debitorem: & hoc lex ista constituit. Alias C vero brevitas chirographi non minuit fidem, *l. si aliquid, sup. de donation.* *In aliis similibus*] Ut si privatus alii successerit, & brevia hujusmodi invenerit.

De Fide, & jure hastæ fiscalis, & de adjectionibus.

Tit. III.

Antea perperam legebatur *De fide instrumentorum & de addictionibus*. Hoc titulo ostenditur quanta sit fides, quantum & quale sit jus hastæ fiscalis, id est auctionis quæ fit à fisco de bonis caducis, vel commissis, vel obligatis, cujus signum est hasta in foro posita, atque ideo quæ ita veneunt, sub hasta venire dicuntur, ut sub corona captivi, quod eorum venalium signum esset corona capiti imposita. Festus. *Hastæ subiiciebantur ea quæ publice venundabant, quia signum præcipuum est hasta*. Tertullian. in Apol. *Sub eadem voce præconis, sub eadem annotatione quæstoris divinitas addicta conducitur*. Adjectiones autem sunt licitationes sive promissiones offerentium majus pretium, ut in *l. 1. inf. de vend. reb. civ. l. 2. inf. de loc. præd. civ. l. pen. inf. de om. agro def.* Addictiones sunt penes eos qui pluris licitati sunt rerum subjectarum voci præconis collationes, has προκηρύττοντα, illas ὑπερθεματίζοντα vocant.

I. Imp. Antoninus A. Cutiæ. Quod in libellum contulisti, procuratori meo, ad cujus officium desiderium tuum pertinet, allega: cui si probaveris, non auctore procuratore, vel eo, cui vendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine peracto, venditas res esse, & id quod ex causa judicati debes, exsolveris: rescissa venditione mala fide facta, easdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide pervenisse, vel pervenire debere constiterit. PP. Non. Jan. Antonino A. IIII. et Balbino Coss.

Fiscus pignora cepit ex causa judicati, & distraxit hastarum solemnitatibus prætermissis. Lex ait, venditionem

nem rescindi, & debitori offerenti debitam quantitatem pignora restitui cum fructibus mala fide perceptis aut percipiendis, quod & in *l.3. sup. tit.* 1. traditum est de eo qui minore pretio à fisco emerat per fraudem vel gratiam. Adde venisse non videri quod sine hasta venit. M. Tul. 11. Philip. *Fundum quis venisse dicit? quis hastam illius venditionis vidit? quis vocem præconis audivit? Non auctore procuratore*] Illius anni, vel illius rei. *Habitis hastis*] Ut *l. 1. C. Th. de dom. ad rem pr. pert.* Decursis hastis in *l. ult. inf. hoc tit. l. 1. C. Th. de fis. deb.* & similiter decursis solemnibus, *l. 2. sup. de his qui in Ecc. man. Vel pervenire*] Malæ fidei possessor de percipiendis fructibus semper tenetur: neque obstat *l. si fundum, C. de rei vind.* Lex ait, malæ fidei emptorem de fructibus perceptis teneri: ergo de percipiendis non tenetur: vitiosa est collectio.

II. Imp. Gordianus A. Heracleoni. Duplex ratio desiderium tuum juvat: & quod prætermissa hastarum solemnitate possessiones tuas ex officio distractas suggeris: & quod pretii vilitate ob exiguum debitum gratiosam emptionem in fraudem tuam utilitatemque rationum mearum adversarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quam tuæ securitati opem laturus. Dat. v. Kal. * Gordiano A. et Aviola Coss.

Desiderium] Desideria sunt preces quæ libello continentur. *Ex officio*] Ab exactore vel officiali. *Gratiosam*] *l. si quos, sup. de resc. vend. Utilitatemque*] Legendum, inutilitatemque: ut sit una dictio, Inutilitas, *l. ult. in fi. sup. de ser. & aqua*, & ita legendum opinor in *l. 1. §. hæc autem, ff. depos. Indemnitati*] Oblato integro debito. *Securitati*] Receptis possessionibus.

III. Idem A. Crispo. Etsi instrumenta emptionis non extent, quibuscunque tamen probationibus uxor tua ostenderit ad se eam domum pertinere, quam à fisco ejus nomine dicis comparatam, pretiumque ab ea exsolutum, & in eam dominium translatum, frustra fiscum ex persona matris ejus referre quæstionem procurator meus non sinet. pp. v. Kal. Nov. Gordiano A. v. et Aviola Coss.

Emptio fiscalis non exigit instrumenta, ἀσυνδ. Itaque si uxor tua testibus vel aliis probationibus legitimis docere possit se à fisco auctionante emisse, temere non rescindetur emptio, licet instrumenta emptionis nulla supersint. Docere autem id debet procuratorem Cæsaris. *Matris*] Cui fiscus successit publicationis jure.

IV. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. et CC. Marcellinae. Si tempora, quæ in fiscalibus auctionibus, vel hastis statuta sunt, patiuntur: cum etiam augmentum te facturam esse profitearis: adi rationalem nostrum, ut justam uberioris pretii oblationem admittat. pp. iii. Id. Jan. Ipsis iiii. et iii. AA. Coss.

Post addictionem factam à fisco adjicere licet intra certa tempora, *l. 1. inf. de vend. reb. civ. l. ult. ff. jur. fisc.* quod in Rep. non obtinet, ut ostendi Obs. 2. Melior est condicio fisci, quam reip. *l. 1. §. illud., ff. de ædil. edic. Auctionibus, vel*] Hæc non sunt in veter. libris.

V. Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA. ad Viventium pp. Galliarum. Quæcumque pro reliquis prodigorum in annonario titulo cæterisque fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur: ut perpetuo penes eos sint jure dominii, quibus res hujuscemodi sub hastæ solemnis arbitrio fiscus addixerit, & si quidem unquam, ut à fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis addicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat. iii. Id. Mar. Ravennae, Valentiniano nb. p. et Victore Coss.

Prodigorum] Prodiga sunt annonæ, ποδίσματα, quibus opponuntur corpora. *Fisco auctore*] Procuratore fisci, *l. 1. sup. Ut perpetuo*] Hæc est vis, & fides hastæ fiscalis, *l. si hypothecas, sup. de remis. pig.* nam si rite facta sit, nec rescripto principis, nec beneficio ætatis, nec alia ulla ratione convelli potest, nisi minor fuerit indefensus, *l. ult. sup. si prop. pub. pens. Cum etiam minoribus*] In hoc proposito fiscus quasi creditor vendidit. At si rem alienam quasi suam fiscus vendidit, à minore etiam post quinquennium revocari venditio potest. A majore non nisi intra quinquennium ex edicto Marci & Commodi, *l. ult. sup. si adv. fis. l. neque, sup. de test. mil.* Ex constitutione autem Zenonis non revocatur venditio, sed domino intra quadriennium jus est experiundi cum fisco. Dat. iii. Id. Sic. vet. libri. Aliter Cod. Th.

VI. Iidem AAA. ad Felicem Com. Sac. Largo. Si qui proscribente, ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates pro earum rerum tantum pretio obnoxii sint, quas eos patuerit decursis hastis, & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conventionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire jacturam. Dat. iiii. Id. Novemb. Marcianopoli Valentiniano nb. p. et Victore Coss.

Proscribente] Proscriptio fit de futura auctione propositis libellis in celeberrimis locis, ut Cicero ait pro Quintio, Theopilus. ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι, & Imp. in *l. ult. de delat. & l. pen. sup. de defens. civit.* quod in alienationibus Ecclesiarum fit per dies xx. scripto proposito, No. 120. Multa ergo exiguntur in auctione fiscali, Proscriptio, auctoritas procuratoris, Hasta, Præco, Quæstor, Addictio, quæ fiat justo pretio.

Nam ita eos munimus] Fisco auctionante is, qui emit, ad pretium quanti licitatus est, tenetur, non ad reliqua fisco debita, *l. 2. in fi. inf. de fun. rei pr. l. ult. in priv. inf. de censib.* Obstat *l. Impp. ff. de publican.* vero non de venditione fiscali ea lex loquitur, sed de venditione à privato facta: quo casu reliqua omnimodo emptorem sequuntur, ut est in titulo *sine cen. vel. rel. fun. comp. non pos.* Plus obstat *l. Prædiis, ff. de ju. fisc.* Lex ait, *Placuit*: & vero id aliquandiu obtinuit. Sed cum id plerique refugientes nollent à fisco emere, facilius inveniendi emptoris causa ab Imperatoribus Valentiniano, & Valente remissum est, *l. 1. C. Th. de fis. deb. Dat. iiii. Id. Sic. vet. lib. Aliter C. Th.* Deest autem ultima Constitutio Zenonis, quam subjiciam.

VII. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ζήνων τῷ Σεβαστῷ. Ἐὰν δημευθέντων τινὸς ἡ οὐσία πιπράσκηται, ἔξεστι δὲ τῷ μέρει

ἀδείᾳ τῶν ἐπισκεπτῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, καὶ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας, μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα. PP. III. KALEN. AUGUST. POST. CONS.

Ergo ex hac constitutione sicut tutor ex pupilli auctione emere potest, *l. 2. §. tutor, ff. pro empt.* ita & Comes patrimonii sive rerum privatarum, &. Palatini, & patronus fisci ex auctione fiscali, non aliter, *l. ult. sup. de resc. vendit.* Quæ publicantur rei privatæ quæruntur, *l. 3. Cod. Th. unde vi*, & ideo ad curam pertinent Comitis rerum privatarum, & procuratorum provincialium, qui sunt sub ejus dispositione. Palatinos etiam vere Juliani interpres ait Novel. 30. pertinere ad Comitem patrimonii, vel rerum privatarum, vel thesaurorum: de quibus suo titulo inferius.

De Venditione rerum fiscalium cum privatis communium.

Tit. IV.

I. IMP. ALEXANDER A. EPICTATO. Forma est, quoties ad fiscum, vel minima portio rei pertinet, ut universa à procuratoribus meis distrahantur, sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum judicem conveni, usurum defensionibus, si quæ sibi competunt. PP. VII. KAL. OCTOB. FUSCO, ET DEXTRO COSS.

Potest fiscus solidum vendere invito socio, sed pars pretii socio reservanda est, *l. 2. sup. de com. rer. alie.* Sic enim facilius inveniet emptorem. *Forma*] Lex, ut in *l. Divi, ff. de adm. tut.* *Vel minima*] Nam si major portio, idem licet privato: Plautus Pœnulo: Impunissime tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet: majorem partem minore habitas mea. *Emptorem*] Qui emit solidum à fisco, à socio utili actione convenietur, ut ei pretii partem exsolvat. Res autem ab emptore nullo modo revocari potest. Est utilis actio ex vendito, quasi & ipse videatur vendidisse partem suam fisco solidum distrahente.

Nam Fiscus rem quam vendidit evincat.

Tit. V.

I. PARS EPISTOLÆ ALEXANDRI A. AD RATIONALEM. Gravissimum verecundia mea duxit, ut cujus rei pretium, cum bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, ejus controversiam referat. Non solum ergo emptorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cum etiam in his venditionibus, emptore non inquietato, officia inter se possint experiri. DAT. XV. KAL. MAII, MODESTO, ET PROBO COSS.

Ne fiscus, quod bona fide addixerit retrahat, & ut si vna statio addixerit, ne alia retrahat. Stationes sunt mansiones in quibus officia fiscalia consistunt, *l. 1. sup. de compens. l. 2. sup. de solut.* ubi pro rationibus, legendum, stationibus, ut & Accursius legit, qui tamen male fingit fiscum in ea specie debitori suo eidemque creditori successisse, cum sit ponendum, duobus fiscum successisse, debitori & creditori, ex diversis tamen stationibus. Et in *Nov. 91.* duo fiscalia debita sic accipiuntur, duarum fisci stationum debita. Ad *d. l. 1.* Græci ita rectissime, Ὁ δημόσιος ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις ἔχει τοὺς προνοοῦντας τῶν αὐτοῦ πραγμάτων, καὶ λέγεται ἑκάστη φροντὶς στατίων. *Bona fide*] Non per fraudem, aut gratiam, *l. 3. sup. de jure fisci*. *Statione*] Quæ vendidit. *Cum etiam*] Venditionibus factis non ex usu fisci, officiales ipsi, sive stationarii puta novi cum præteritis, aut unius stationis cum alterius stationis hominibus, qui perperam vendiderint emptore non inquietato invicem experiri possunt.

II. IMP. MARTIANUS A. PALLADIO PP. OR. Retractare fiscum, quod semel vendidit æquitatis honestatisque ratio non patitur. DAT. V. KAL. JAN. C. P. MARTIANO A. ET ADELPHIO COSS.

Alibi dicunt retrahere, *l. 1. inf. de fun. rei pri. l. 5. inf. de locat. præd. civ.* Huic autem constitutioni locus non est, si bonorum actores venierint, *l. bonorum, ff. de jur. fisc.* nam cum ii noverint omnia, quæ ad bonorum rationem spectant, evertitur plane, & perturbatur ratio omnis eorum distractione. Eleganter in *l. ult. ff. de off. præf.* actoris amissionem ad totius domus eversionem pertinere. Zonaras in Clem. c. 82. εἰς οἴκου ἀνατροπήν. Addatur *l. interdum, ff. de publicanis.*

De Iis, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperint.

Tit. VI.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD PROBUM PP. Si quis ab exactoribus, tabulariis, arcariis, officiisque rationum fœnebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem, ad quadrupli pœnam ex hac auctoritate teneatur. DAT. IIII. ID. MART. TREVER. VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS.

Ut in quadruplum teneatur, qui ex publicis rationibus fœnebrem pecuniam sumpserit: quod pertinet ad *l. 8. sup. de jur. fis.* De arcariis dicemus in tit. de susceptoribus.

II. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. PALLADIO COM. SAC. LARG. Sciant omnes accipiendi mutuo ex sacris largitionibus auri non patere cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro ærario, privatis commodis profuturum, occulte aut cautionis, aut sponsionis fide, ut debitor redditurus, sine nostra auctoritate acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodaverit, ac dederit, capitali sententiæ subjugetur. DAT. XII. KAL. AUG. HERACLEÆ. EUCHERIO, ET SYAGRIO COSS.

Lex superior pertinet ad præfectoriam arcam, atque ideo ad præf. prætorio scripta est. Hæc ad comitem thesau-

nem rescindi, & debitori offerenti debitam quantitatem pignora restitui cum fructibus mala fide perceptis aut percipiendis, quod & in *l. 3. sup. tit.* 1. traditum est de eo qui minore pretio à fisco emerat per fraudem vel gratiam. Adde venisse non videri quod sine hasta venit. M. Tul. 11. Philip. *Fundum quis venisse dicit? quis hastam illius venditionis vidit? quis vocem præconis audivit? Non auctore procuratore*] Illius anni, vel illius rei. *Habitis hastis*] Ut *l. 1. C. Th. de dom. ad rem pr. pert.* Decursis hastis in *l. ult. inf. hoc tit. l. 5. C. Th. de fis. deb.* & similiter decursis solemnibus, *l. 2. sup. de his qui in Ecc. man. Vel pervenire*] Malæ fidei possessor de percipiendis fructibus semper tenetur: neque obstat *l. si fundum, C. de rei vind.* Lex ait, malæ fidei emptorem de fructibus perceptis teneri: ergo de percipiendis non tenetur: vitiosa est collectio.

II. Imp. Gordianus A. Heracleoni. Duplex ratio desiderium tuum juvat: & quod prætermissa hastarum solemnitate possessiones tuas ex officio distractas suggeris: & quod pretii vilitate ob exiguum debitum gratiosam emptionem in fraudem tuam utilitatemque rationum mearum adversarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quam tuæ securitati opem laturus. Dat. v. Kal. * Gordiano A. et Aviola Coss.

Desiderium] Desideria sunt preces quæ libello continentur. *Ex officio*] Ab exactore vel officiali. *Gratiosam*] *l. si quos, sup. de resc. vend. Utilitatemque*] Legendum, inutilitatemque: ut sit una dictio, Inutilitas, *l. ult. in fi. sup. de ser. & aqua*, & ita legendum opinor in *l. 1. §. hæc autem, ff. depos. Indemnitati*] Oblato integro debito. *Securitati*] Receptis possessionibus.

III. Idem A. Crispo. Etsi instrumenta emptionis non extent, quibuscunque tamen probationibus uxor tua ostenderit ad se eam domum pertinere, quam à fisco ejus nomine dicis comparatam, pretiumque ab ea exsolutum, & in eam dominium translatum, frustra fiscum ex persona matris ejus referre quæstionem procurator meus non sinet. PP. v. Kal. Nov. Gordiano A. V. et Aviola Coss.

Emptio fiscalis non exigit instrumenta, ἀνεκαί. Itaque si uxor tua testibus vel aliis probationibus legitimis docere possit se à fisco auctionante emisse, temere non rescindetur emptio, licet instrumenta emptionis nulla supersint. Docere autem id debet procuratorem Cæsaris. *Matris*] Cui fiscus successit publicationis jure.

IV. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. et CC. Marcellinae. Si tempora, quæ in fiscalibus auctionibus, vel hastis statuta sunt, patiuntur: cum etiam augmentum te facturam esse profitearis: adi rationalem nostrum, ut justam uberioris pretii oblationem admittat. PP. III. Id. Jan. Sirmii ipsis IIII. AA. Coss.

Post addictionem factam à fisco adjicere licet intra certa tempora, *l. 1. inf. de vend. reb. civ. l. ult. ff. jur. fisc.* quod in Rep. non obtinet, ut ostendi Obs. 2. Melior est condicio fisci, quam reip. *l. 1. §. illud., ff. de ædil. edic. Auctionibus, vel*] Hæc non sunt in veter. libris.

V. Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA. ad Viventium PP. Galliarum. Quæcumque pro reliquis prodigorum in annonario titulo cæterisque fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur: ut perpetuo penes eos sint jure dominii, quibus res hujuscemodi sub hastæ solemnis arbitrio fiscus addixerit, & si quidem unquam, ut à fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis addicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat. III. Id. Mar. Ravennae, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.

Prodigorum] Prodiga sunt annonæ, πρόϊμα, quibus opponuntur corpora. *Fisco auctore*] Procuratore fisci, *l. 1. sup. Ut perpetuo*] Hæc est vis, & fides hastæ fiscalis, *l. si hypothecas, sup. de remis. pig.* nam si rite facta sit, nec rescripto principis, nec beneficio ætatis, nec alia ulla ratione convelli potest, nisi minor fuerit indefensus, *l. ult. sup. si prop. pub. pens. Cum etiam minoribus*] In hoc proposito fiscus quasi creditor vendidit. At si rem alienam quasi suam fiscus vendidit, à minore etiam post quinquennium revocari venditio potest. A majore non nisi intra quinquennium ex edicto Marci & Commodi, *l. ult. sup. si adv. fis. l. neque, sup. de test. mil.* Ex constitutione autem Zenonis non revocatur venditio, sed domino intra quadriennium jus est experiundi cum fisco. Dat. III. Id. Sic. vet. libri. Aliter Cod. Th.

VI. Iidem AAA. ad Felicem Com. Sac. Larg. Si qui proscribente, ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates pro earum rerum tantum pretio obnoxii sint, quas eos patuerit decursis hastis, & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conventionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire jacturam. Dat. IIII. Id. Novemb. Marcianopoli Valentiniano NB. P. et Victore Coss.

Proscribente] Proscriptio fit de futura auctione propositis libellis in celeberrimis locis, ut Cicero ait pro Quintio, Theopilus. ἐν τοῖς προγράμμασι τῆς πόλεως μένειν, & Imp. in *l. ult. de delat. & l. pen. sup. de defens. civit.* quod in alienationibus Ecclesiarum fit per dies xx. scripto proposito, No. 120. Multa ergo exiguntur in auctione fiscali, Proscriptio, auctoritas procuratoris, Hasta, Præco, Quæstor, Addictio, quæ fiat justo pretio.

Nam ita eos munimus] Fisco auctionante is, qui emit, ad pretium quanti licitatus est, tenetur, non ad reliqua fisco debita, *l. 2. in fi. inf. de fun. rei pr. l. ult. in prin. inf. de censib.* Obstat *l. Impp. ff. de publican.* vero non de venditione fiscali ea lex loquitur, sed de venditione à privato facta: quo casu reliqua omnimodo emptorem sequuntur, ut est in titulo *sine cen. vel. rel. fun. comp. non pos.* Plus obstat *l. Prædiis, ff. de ju. fisc.* Lex ait, *Placuit*: & vero id aliquandiu obtinuit. Sed cum id plerique refugientes nollent à fisco emere, facilius inveniendi emptoris causa ab Imperatoribus Valentiniano, & Valente remissum est, *l. 1. C. Th. de fis. deb. Dat.* IIII. *Id. Sic. vet. lib. Aliter C. Th.* Deest autem ultima Constitutio Zenonis, quam subjiciam.

VII. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ζήνων τῷ Δομνίνῳ. * Ἐὰν δημευθέντος τινὸς ἡ οὐσία πιπράσκηται, ἔξεστι δὲ τῷ μέλ-

αἰτήματι τῶν ἰλλουστρίων τοῦ βασιλέως καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, ἢ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας, μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα. PP. III. KALEN. AUGUST. POST. CONS.

Ergo ex hac constitutione sicut tutor ex pupilli auctione emere potest, *l. 2. §. tutor, ff. pro empt.* ita & Comes patrimonii sive rerum privatarum, &. Palatini, & patronus fisci ex auctione fiscali, non aliter, *l. ult. sup. de resc. vendit.* Quæ publicantur rei privatæ quæruntur, *l. 3. Cod. Th. unde vi*, & ideo ad curam pertinent Comitis rerum privatarum, & procuratorum provincialium, qui sunt sub ejus dispositione. Palatinos etiam vere Juliani interpres ait Novel. 30. pertinere ad Comitem patrimonii, vel rerum privatarum, vel thesaurorum: de quibus suo titulo inferius.

De Venditione rerum fiscalium cum privatis communium.

Tit. IV.

I. IMP. ALEXANDER A. EPICTATO. Forma est, quoties ad fiscum, vel minima portio rei pertinet, ut universa à procuratoribus meis distrahantur, sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum judicem conveni, usurum defensionibus, si quæ sibi competunt. PP. VII. KAL. OCTOB. FUSCO, ET DEXTRO COSS.

Potest fiscus solidum vendere invito socio, sed pars pretii socio reservanda est, *l. 2. sup. de com. rer. alie.* Sic enim facilius inveniet emptorem. *Forma*] Lex, ut in *l. Divi, ff. de adm. tut. Vel minima*] Nam si major portio, idem licet privato: Plautus Pœnulo: Impunissime tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet: majorem partem minore habitat mea. *Emptorem*] Qui emit solidum à fisco, à socio utili actione convenietur, ut ei pretii partem exsolvat. Res autem ab emptore nullo modo revocari potest. Est utilis actio ex vendito, quasi & ipse videatur vendidisse partem suam fisco solidum distrahente.

Nam Fiscus rem quam vendidit evincat.

Tit. V.

I. DARE AVIATOLAE ALEXANDRIA. AD RATIONALEM. Gravissimum verecundia mea duxit, ut cujus rei pretium, cum bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, ejus controversiam referat. Non solum ergo emptorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cum etiam in his venditionibus, emptore non inquietato, officia inter se possint experiri. DAT. XV. KAL. MAII, MODESTO, ET PROBO COSS.

Ne fiscus, quod bona fide addixerit retrahat, & ut si una statio addixerit, ne alia retrahat. Stationes sunt mansiones in quibus officia fiscalia consistunt, *l. 1. sup. de compens. l. 2. sup. de solut.* ubi pro rationibus, legendum, stationibus, ut & Accursius legit, qui tamen male fingit fiscum in ea specie debitori suo eidemque creditori successisse, cum sit ponendum, duobus fiscum successisse, debitori & creditori, ex diversis tamen stationibus. Et in *Nov. 91.* duo fiscalia debita sic accipiuntur, duarum fisci stationum debita. Ad *d. l. 1.* Græci ita rectissime, Ὁ δημόσιος ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις ἔχει τοὺς πενθοῦντας τῶν δύο πραγμάτων, καὶ λέγεται ἑκάστη φροντὶς στατίων. *Bona fide*] Non per fraudem, aut gratiam, *l. 3. sup. de jure fisci*. *Statione*] Quæ vendidit. *Cum etiam*] Venditionibus factis non ex usu fisci, officiales ipsi, sive stationarii puta novi cum præteritis, aut unius stationis cum alterius stationis hominibus, qui perperam vendiderint emptore non inquietato invicem experiri possunt.

II. IMP. MARTIANUS A. PALLADIO PP. OR. Retractare fiscum, quod semel vendidit æquitatis honestatisque ratio non patitur. DAT. V. KAL. JAN. C. P. MARTIANO A. ET ADELPHIO COSS.

Alibi dicunt retrahere, *l. 1. inf. de fun. rei pri. l. 5. inf. de locat. præd. civ.* Huic autem constitutioni locus non est, si bonorum actores venierint, *l. bonorum, ff. de jur. fisc.* nam cum ii noverint omnia, quæ ad bonorum rationem spectant, evertitur plane, & perturbatur ratio omnis eorum distractione. Eleganter in *l. ult. ff. de off. præf.* actoris amissionem ad totius domus eversionem pertinere. Zonaras in Clem. c. 82. εἰς οἴκου ἀνατροπήν. Addatur *l. interdum, ff. de publicanis*.

De Iis, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperint.

Tit. VI.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD PROBUM PP. Si quia ab exactoribus, tabulariis, arcariis, officiisque rationum fœnebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem, ad quadrupli pœnam ex hac auctoritate teneatur. DAT. IIII. ID. MART. TREVER. VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS.

Ut in quadruplum teneatur, qui ex publicis rationibus fœnebrem pecuniam sumpserit: quod pertinet ad *l. 8. sup. de jur. fisc.* De arcariis dicemus in tit. de susceptoribus.

II. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. PALLADIO COM. SAC. LARG. Sciant omnes accipiendi mutuo ex sacris largitionibus auri non patere cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro ærario, privatis commodis profuturum, occulte aut cautionis, aut sponsionis fide, ut debitor redditurus, sine nostra auctoritate acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodaverit, ac dederit, capitali sententiæ subjugetur. DAT. XII. KAL. AUG. HERACLEAE EUCHERIO, ET SYAGRIO COSS.

Lex superior pertinet ad præfectoriam arcam, atque ideo ad præf. prætorio scripta est. Hæc ad comitem thesau-

saurorum scripta est, & ad thesauros duntaxat pertinet: A
ἢ οὕτως συμβιβάζονται τὰ ἐναντιοφανῆ. Corrigitur quidem in *Cod. Th. l.* 1. *à l.* 2. Sed hoc Tribonianus, ut à suo Codice removeret ex *l.* 1. verba idem statuentis in thesauris merito sustulit. *Privatis*] Quod tameo publicis destioatum est. *Cautionis*] Tacite, vel palam chirographo, aut fidejussore dato.

Pœnis Fiscalibus creditores præferri.

TIT. VII.

I. IMP. ALEX. A. MARCELLO. Rem suam persequentibus pœnæ exactio postpo- B
nitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est, ita in triplo, quod pœnæ nomine adjectum est, propria forma servanda est. PP. KAL. JUL. JULIANO, ET CRISPINO COSS.

Fiscus in actionibus personalibus rei persecutoriis πρωτοπραξίαν habet. In pœnalib. non item. Pœnæ enim fiscalis persecutio creditoribus postponitur, *l. in summa*, *l. quod placuit*, *l. Statius*, *§. ult. ff. de jur. fisc. In triplo*] Exemplum sumatur ex *l.* 1. *sup. tit. prox.* In ea enim specie quadruplo simplum inesse crediderim. *Servanda*] Vet. ferenda.

C

De Fiscalibus usuris.

TIT. VIII.

I. IMP. ANTONINUS A. ANTIOCHO. Ejus summæ, quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, usuræ non exigentur: nec enim multam sibi procurator meus irrogavit ultra quam placitum est, sed pœnam se jussit inferre. PP. XV. KAL. DEC. SABINO, ET ANULLINO COSS.

Pœnarum usuræ oon debentur, *l. ult. ff. de mag. con.* D
usuræ enim pœna veluti quædam est. Iniquum autem est pœnæ pœnam adjici: quo fit ut & usuræ usura non sit. At multæ deberi possunt usuræ, videlicet si intra tempora judicati non solvatur. *Nec enim*] Corrigit Imp. errorem proponenti in libello multam pro pœna. *Ultra quam*] Contra quam placitum est: nec enim procuratori Cæsaris multæ dictio est, *l.* 2. *sup. de mo. mult.* cum tamen pœnam infligat legibus definitam.

II. IMP. ALEXANDER A. VICTORINO. Si sub pignore creditum fuit, etiam fiscum, qui successit in locum debitoris usuras præstare oportet, si eas dependi saltem pacto placuit. PP. III. NON. SEPT. JULIANO, ET CRISPI- E
NO COSS.

Fiscus ex contractibus usuras accipit, noo dat, sicut edictum ædilium exercet non patitur. Sed cum fiscus in privati debitoris locum succedit, etiam usuras dat, modo si privatus ille debitor usuras debuit. Privati autem ex stipulatione usuras debent, non ex pacto, quanquam si in eas usuras, quæ pacto condictæ sunt, acceptum sit pignus, retentione pignoris servari possint, idest, per exceptionem doli, *l. per retentionem*, *l. pignoribus*, *sup. de usur.* Igitur si sub pignore fœnori pecunia occupata sit, & fiscus debitori successerit, usuræ à fisco servabuntur per pignoris retentionem, etiamsi pacto nudo promissæ sint, & hæc est sententia hujus constitutionis.

III. IMP. JUSTINIANUS MENNÆ P. P. Fiscum etiam nostrum parere sanctioni nostri numinis jubemus, per quam usque ad dimidiam centesimæ usuras stipulari creditoribus, exceptis certis personis, permisimus: ut ipse etiam fiscus ultra dimidiam centesimæ partem à debitoribus suis minime exigat, sive principaliter ei promiserunt, sive à prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocunque modo devolutæ sunt. DAT. VIII. ID. APR. C. P. DEC. V. C. COS.

Usuræ majores semissibus privatis non debeotur ex constitutione Justiniani, quæ edita est ipso II. Cos. Sed neque fisco ex hac constitutione. Semisses Justiniaoo, et civiles, & moderatæ visæ sunt. Ex hac constitutione semisses forsitan Tribonianus subscripsit in *l.* 1. *sup. de iis quib. ut indign.* & *l. cum quidam*, *§. si debitores*, *ff. de usur. Exceptis*] Si agricolis, trientes: olim senatoribus semisses ex constitutione Alexandri, ut Lampridius scribit, & *l.* 4. *C. Th. de usur.* Illustribus non nisi trientes, argentariis besses; vel si Ecclesiis crediderint, quadrantes. *Devolutæ sunt*] Et hoc casu fisco ex quo debitorem convenerit semisses debentur, etiamsi ei cui successit, leviores debitæ fuerint; quod & Accursius notat recte.

De Sententiis adversus fiscum latis retractandis.

TIT. IX.

I. IMP. ANTONINUS A. ARISTÆO. Causas in quibus contra fiscum judicatum est, intra triennium retractari posse, & post id tempus, si prævaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur, notum est. DAT. NON. JUL. DUOBUS ASPRIS COSS.

Res judicatæ facile non retractantur, nec ulla est fæ eis probabilis retractationis species: in re tamen fiscali ex causa retractantur intra triennium, & post triennium si prævaricatio vel manifesta fraus arguatur, *l.* 1. *ff. de jur fis.* Item prævaricator si reperta sint nova iostrumenta, *l. Impp. ff. de re jud.*

De Bonis vacantibus, & de incorporatione.

TIT. X.

I. IMPP. DIOCLET. ET MAXIMIAN. AA. ET CC. SIBIDNI RATIONALI. Scire debet gravitas tua intestatorum res, qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas, nec civitates audiendas, quæ sibi earum vindicandarum jus veluti ex permissu vindicare nituntur, & deinceps quæcunque intestatorum bona civitatibus obtentu privilegiorum suorum occupata esse compereris, ad officium nostrum eadem revocare non dubites. DAT. PRID. ID. APR. ANNIBALIANO, ET ASCLEPIODOTO COSS.

Intestatorum res] Hæc sunt bona vacaotia, nempe ἀκληρονόμητα, quæ ad fiscum pertinent, *l. pen. inf. de præp. sac. cub.* ex lege Julia, *l. quidam §. quotiens*, *ff. de leg.*

de leg. 1. *Veluti ex permissu*] Ex privilegio, ut Nicenses qui ab Augusto se hoc privilegio donatos Trajani temporibus contendebant, auctore Plinio lib. x. Epistol. Hæc vero lex ejus generis privilegia omnia infirmat. *Ad officium*] Quidam Cod. ad fiscum, quod valde probo.

II. Imp. Constantinus A. ad Æmilium rationalem rei privatae. Si quando adnotationes nostræ contineant, possessionem, sive domum, quam donaverimus, integro statu donatam: hoc verbo ea vis continebitur, quam ante conscribebamus, cum adjacentibus, & mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni jure suo, ut ea quæ ad instructum possessionis, vel domus pertinent, tradenda sint. Dat. vi. id. Mart. Mediolani, Constantino A. iii. et Licinio Coss.

Domum] Vacantem, alioquin nihil hæc lex facit ad titulum, *Donaverimus*] Ex liberalitate, ut in *l. 1. inf. si lib. imp. soc. Integro statu*] ὁλοκλήρῳ. Hujus verbi eadem vis est, ac si dixisset, sicuti instructa est, puta cum adjacentibus, & mancipiis, & pecoribus & fructibus & omni jure suo. Instructum latius patet quam instrumentum. Adiacentia dicimus veluti hortum aut insulam domui adjacentem.

III. Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA. ad Florentium com. r. p. Si quando aut alicujus publicatione, aut ratione juris aliquid rei nostræ addendum est, rite atque solemniter per comitem rerum privatarum, deinde per rationales in singulis quibuscunque provinciis commorantes, incorporatio impleatur, & diligens stylus sigillatim omnia scribat: tituli vero, quorum adjectione prædia nostris sunt consecranda substantiis, nonnisi publicata testificatione proponantur: gravissimis statim subdendis suppliciis, qui hujusmodi aliquid propria usurpatione tentaverint. Dat. iv. Kal. Apr. Valentiniano nb. p. et Victore Coss.

Ratione juris] Ut puta ex legibus caducis, quæ quales sint exposui in fragmento Ulpiani, & Commentario de usucapion. emendata *l. 4. ff. de fideicom. liber.* ubi mendose legitur, caducis legionis: quem errorem interpretes Græci retinuerunt, quippe cum forsitan tale nobis mendum conflasset Tribonianus ipse, qui & quodam loco cujus indicium debeo Petro Pithœo viro doctissimo, & ingeniosissimo, pro Pontifex Maximus pater patriæ, scripsit Princeps maximus proposuit: & alia pleraque deformia. Iidem Græci ea verba perperam explicant ex *l. 6. ff. de inj. rup. testam.* ut si legio intestato militi successerit, libertates competant. Certum enim est existente ab intestato herede, libertates non competere. Tum etiam verba eam interpretationem non ferunt. *Addendum est*] Addere rei privatæ est ea, quæ fisco delata sunt capere, & incorporare, id est, quasi in corpus fisci redigere. Marcellinus xvi. accorporare dixit, quod fit solemniter ex dispositione comitis privatarum, & cura Catholicorum summa, cura descriptis omnibus bonis, & titulis publice adfixis, *l. si quis intra, sup. de bo. prof. l. 2. inf. de aquæd.* Theodoricus rex apud Cassiodorum: *Casas ejus appositis titulis fisci nostri juribus vindicabis*, & alio loco: *Fixis titulis publico debes applicare*. Solius fisci est, titulos alienis prædiis imponere, nec licet privato, vel suis rebus potentiorum, alienisve proprios, aut publicos imponere titulos, imprimere signa, σήμαντρα, σφραγῖδας, suspendere regia vela, sive ut Ambrosius loquitur in Epistola 33. lib. 5. cortinas regias: qua de re extant multi loci in Novellis, & in hoc constitutionum Codice. Quinetiam Ecclesiæ titulorum impositio interdicitur Synodo à Gregorio, Mauricii Augusti tempore habita. A fisco igitur solo jure imponuntur, videlicet testato publicis personis præsentibus, & solemni juris ordine servato. Athalaricus apud Cassiodorum: Si quis legum ordine prætermisso nomine publicos titulos præsumpserit affigere, &c. Gregorius quoque ad Constantiam Augustam lib. iv. Epist. quæritur de Stephano quodam chartulario, quod nomine fisci loca singulorum invaderet, & titulos imponeret indicta causa. Libet etiam hoc loco de iis, qui titulos potentiorum suis prædiis adfigunt hæc Augustini verba adscribere è Psalmo xxi. Ne domum, inquit, ipsius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mandaces: ipse vult esse possessor, & frontem domus suæ de titulo alieno muniri, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat se ab invasione. *Qui hujusmodi*] Id est, qui hoc ordine prætermisso alienis prædiis titulos imposuerint, qua de re, & in *l. ult. inf. tit. prox.*

IV. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Palladio pp. Vacantia mortuorum bona tunc ad fiscum jubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo, legitimum reliquerit intestatus heredem. Dat. viii. id. Jul. Ravennae Eustachio, et Agricola Coss.

Jus sanguinis est jus cognationis, non agnationis; *l. qui in adoptionem, ff. de adoption. l. jura, ff. de divers. reg. jur.* Ut tamen cognatio quandoque generaliter accipitur, ita & sanguis. Ex qualibet igitur sanguinis linea, id est, supra, vel infra, vel ex latere agnatum, aut cognatum. *Vel juris titulo*] Veluti conjugem, consortem, patronum. Hi si deficiant, fiscus heres est ab intestato, & ob id eo casu ab eo fideicommissum relinqui potest, *l. filiusfam. §. 1. ff. de leg. 1.*

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Hermocrati Com. r. p. Si vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur, certi palatini electi, & jurejurando obstricti mittantur, ut eorum instantia præses provinciæ præsente fisci patrono, diligenter inquirat, cujus vacans cadensque fuerit patrimonium, quantumque vel quale videatur: ut eum data reclamandi copia nullum id jure possidere, vel vindicare, locumque ærario factum esse, tam ipsius relatione, quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, ut jussu nostro vacantia, vel aliæ res nomine occupentur ærarii. Quæ forma etiam in parte bonorum, vel in una alterave re, seu actione una, vel etiam pluribus servetur: nam si quid per fraudem in dispendium ærarii fuerit admissum, missi quidem executores non evitabunt indignationem, præses autem facultatum parte dimidia multabitur, fisci vero patronus detrimentum, quod pro vitio ejus fisco ingeritur, resarcire urgebitur. Dat. vii. id. Oct. cp. Theodosio xv. et Valentiniano iv. AA. Coss.

Ut publicata, ita & caduca, & vacantia bona, & commissa, rei privatæ principis addicuntur, & ideo pertinent ad curam Comitis rerum privatarum, qui

per scholam Palatinorum sive executorum suorum urgere debet præsides provinciarum, ut ea diligenter inquirant, & describant, præsente patrono fisci: quo peracto auctoritate Comitis incorporatio fit. Et hoc quidem ita fit in provinciis, quæ catholicum non habent, *l. 3. sup.* pertinet ad provincias, quæ catholicum habent. *Mittantur*] Ut in *l. 2. inf. de ca. larg. tit.* *Vacans cadensque*] Cicero de Oratore *Possessio quasi caduca, & vacua.* *Notitia*] Inventarium, ἀναγραφή.

De Delatoribus.

Tit. XI.

DELATOR is est, qui rem ad fiscum pertinentem ei ultro præmii causa denunciat, ut puta, qui crimina publica, bona caduca, ereptitia, vacantia, commissa, tacita fideicommissa, vaga mancipia, thesauri inventionem nuntiat. Idem etiam accusator dicitur, *l. Senatus, l. deferre, §. iidem decreverunt, ff. de ju. fis.* maxime si crimen publicum deferat. Quidam alios defert, quidam seipsum. Quidam sua sponte defert, quidam ex alieno mandato, quidam ex officio, veluti Palatinus.

I. Imp. Alexander A. Basso. Si ei qui capere potest tacitum fideicommissum relictum est, cessat delatio. His enim prohibetur tacite relinqui, qui palam relictum capere non possunt. pp. xiii. Kal. Maii Maximo ii. et Æliano Coss.

Non omnia tacite fideicommissa fisco deferuntur: Quid enim si capaci tacite relinquantur? quo quidem casu legi fraus nulla fit. Tunc vero fraus legi fit cum tacita fide interposita fideicommissum incapaci relinquitur. Quod igitur palam possum relinquere, possum, & tacite. Quid item si quod tacite rogavi, idem rogavero palam? *l. 3. §. si quis palam, ff. de ju. fis.* Possunt ergo esse tacita fideicommissa sine fraude, sicut, *& tacite pecunia credi potest* sine fraude. At plerumque tacita cum dicimus, fraudes dicimus: ut tacitum mutuum apud Gellium lib. xxi. & tacita pactio in *l. pen. §. 1. ff. de bon. lib. &* apud Plinium initio v. Epist.

II. Imp. Gordianus A. Eutichemo. Monente officii solicitudine, quinimo jussu procuratoris, ut causam ab alio delatam convenienti diligentia instrueres, non ipsum voluntarium delatoris munus suscepisse te, actorum lectio, quæ precibus intexta sunt, manifeste declarat. Ea propter ne quid in persona tua, quod est sectæ temporum meorum alienum, attentetur: præses provinciæ vir clarissimus ad solicitudinem suam revocabit. pp. viii. id. Sept. Pio, et Pontiano Coss.

Delatorem probare oportet ea, quæ intendit. Si probavit, præmio adficitur, quod plurimum videtur olim fuisse quarta eorum, quæ delata essent, & inde quadruplatorum nomen, atque ideo cum ingentia essent tacitorum fideicommissorum, & caducorum, id est, legis Papiæ delatorum præmia, ea Suetonius auctor est Neronem ad quartas, utpote vulgares reduxisse. Si nec probaverit delator nec obtinuerit, inter infames, & improbos aliis quibusdam pœnis affectus numeratur. His pœnis non adficitur Cæsarianus, qui jussu procuratoris causam ab alio delatam instruxit: idemque est in advocato fisci, *l. post legatum, §. advocatum, ff. de iis, quæ ut ind.* nam neque delator est, neque sua sponte ad causam instruendam accedit. His etiam adjunge servos fiscales ex Paulo v. Sent. tit. de delatoribus. *Jussu procuratoris*] Lib. lvi. Βασιλικῶν tit. vii. κατ' κέλευσιν τοῦ κεφαλικοῦ. Sed legendum, καθολικοῦ. *Actorum*] Acta inserebant precibus, & relationibus,

III. Idem A. Caecilio. Nulla macula, vel crimine delatoris aspergitur is, qui cum ab officialibus fundum, seu domum fisci possidere contenderetur, non se, sed alium ejus rei possessorem esse monstraverit. pp. prid. Kal. Jul. Gordiano A. ii. et Pompeiano Coss.

Non est etiam delator, qui quasi possessor fundi fiscalis, cum à Cæsarianis conveniretur, alium possessorem esse affirmavit, quoniam id non tam fisci, quam sui causa, ut scilicet dimitteretur, fecit, *l. delator, ff. de jur. fisc.* ideoque ex ea causa non timet infamiam, etiamsi eum, quem dixit possessorem, non fuisse postea liqueat.

IV. Imppp. Carus, Carinus, et Numerianus AAA. Candido. Ex varia statutorum diversitate ad id decursum est, ut hi, qui Reipublicæ causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur, cum omnibus notissimum sit, eos solos exsecrabiles nunciatores esse, qui fisco deferunt. pp. iii. Kal. Sep. Carino, et Numeriano AA. Coss.

Ut qui propriam, ita qui patriæ suæ causam agit, quæ nobis omnibus carior esse debet, quam nosmetipsi, delatorum numero non habetur: & ideo si non obtinuerit, infamia non notatur, *l. 2. in princ. ff. de jur. fisc. l. neminem sup. ex quib. cau. inf. irrog.* At qui fisci causam agit & nunciat non nisi præmii consequendi causa, is verè delator est, atque adeo exsecrandus & detestandus: nihil enim est in Rep. tam pestiferum, quam delator aut sycophanta curiosus. *Statutorum*] constitutionum, *d. l. 2.*

V. Imp. Constantinus A. ad Provinciales. Omnes judices invigilare præcipimus, delatores sine fisci advocato denunciantes pœnis afficere: apertissimi enim juris est, ut quod ex cujusque patrimonio ceciderit in casum, & legibus, & recto juris ordine, fisci advocatis agentibus, vindicetur. Sed quia nonnulli præcipites secundum jus possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus licentiam, qui se læsos existimant, contra delatores severitatem judicum implorare ferro districtam. Dat. xi. Kal. Apr. cp. Constantio, et Albino Coss.

Ferro puniuntur qui sine fisci advocato deferunt bona caduca. Evellendam linguam esse ex Cod. Theod. Accurs. tradit, quod auditione didicerat, non lectione, neque enim legendi ejus studiosus fuit: cui similes sunt stupidi hodie complures. Vere tamen id Accursio perlatum est, *l. 2. C. Th. de petit. & ultro da.* Hoc etiam in eodem Codice invenitur constitutum in odium delatorum, ut si idem delator etiam in bonis causis tertio fuerit inventus, capite puniatur, *l. 12. 13. 28. C. Th. eod. tit.* quod scilicet jam deferendi studium quasi artem exercere videatur, *Ceciderint in casum*] & inde caduca. Simili forma cadere in commissum dicimus. Strabo xvii. πίπτειν εἰς κάτοχα *Præcipites*] Sine advocato fisci, sine quo ne à præside quidem recte fit bonorum vacantium perquisitio, *l. ult. sup. tit. prox.* nec à catho-

lico

lico vel comite privati ærarii, qui judices sunt causarum fiscalium, *l. ult. sup. de adv. fisc. l. ult. inf. hoc tit.* Hunc primus instituit Adrianus, non M. Antoninus. Procuratores Augustus, ut Dio scribit, quos ἐπιτρόπους vocat lib. LIII.

VI. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. PANHELLENIO CONSULARI LYDIAE. Servum domini delatorem jubemus in exemplum omnium proditorum severissimæ sententiæ subjugari, etiamsi objecta probaverit, excepto crimine majestatis. DAT. VII. KAL. NOVEMB. c. P. ANTONIO, ET SYAGRIO COSS.

Servus deferens dominum proditor est potius quam delator: ideoque ut illius exemplo cæteri terreantur, gravissima is pœna, veluti igne consumendus est, etiamsi vera detulerit, *l. ult. inf. Excepto*] *l. pen. sup. qui acc. non poss.* At Tacitus Imperator ne in causa majestatis quidem servos in dominorum capita audiendos censuit auctore Vopisco, nec Trajanus auctore Plinio. Desunt hoc loco duæ constitutiones Græcæ. Primæ sententia ex libris βασιλικῶν hæc est.

VII. *Οὔτε οἰκέτῃ, οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν: ὅθεν μηδεὶς εὐλαβείσθω, μήτε θάνατον, μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν: εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πῶς καταμηνύσει τινά, ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβάλοι, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρί, καὶ μάλιστα εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ: ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων καὶ τῆς οὐσίας ἐκπιπτέτω καὶ τῆς πολιτείας ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας.*

Neque servo, neque libero licet deferre: unde vitæ, vel bonorum amissionem nemo pertimescat. Quod si quis alia quavis ratione quem deferat, puta quod thesaurum invenerit, servus quidem confestim tradatur igni, præsertim si dominum deferat, liber bonis ademptis deportetur.

Valde sunt hac constitutione recisæ delationum causæ, quæ recensentur in l. 1. ff. de jure fisc. & est huic similis quædam lib. VI. βασιλικῶν tit. I. cap. LIX. quæ desideratur l. 1. Ea porro cautum est, ut ne Comes rerum privatarum, vel alius quivis magistratus urbanus vel provincialis quenquam admittat deferentem alium quendam thesaurum invenisse. Ut tamen eum admittat qui rem vel hereditatem ad fiscum pertinentem ab alio detineri nuntiat dato fidejussore ad summam V. librarum auri, quo caveat se rem executurum & probaturum. Et ut ne ante sententiam ex scripto latam sigilla rebus delatis imprimantur vel aliud quidquam innovetur. Eam proponam συνοπτικῶς, ut est in eo libro. *Μήτε ὁ κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας, μὴ τέ τις ἕτερος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων τὸν περὶ θησαυροῦ καταμηνύοντα προσδεχέσθω: εἰ δὲ περὶ τινος ἑτέρου φισκαλίου προσαγγέλλει, ὑπὸ ἐγγυητὴν εὐθὺς ἕως ε' λιτρῶν γινέσθω, καὶ μήτε σφραγὶς ἀνάγραφος, ἢ καινισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προστιθέσθω πράγμασι πρὸ διαγνώσεως ἐγγράφου.* Sequuntur alterius Constitutionis, quæ in hoc titulo desideratur: verba.

VIII. *Μὴ ἐξέστω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν ὡς προσηχθησαν τινὰ κατέχειν δημόσια, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφανοῦς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέστω, καὶ ἡ ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω, καὶ μηδὲ υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύθερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίαις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίας ὑπομείνας, ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ καταχρεωθείς, ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος: μηδὲ ἕτερον πρόσωπον ἀπὸ νόμου εἰργόμενον ἀκουέσθω. Οἰκέτης δὲ ἢ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ, ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν ἐν αὐτῷ τῷ φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν ἀποτεμνέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύοι κατὰ τοῦ δεσπότου: τῶν ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινὸς (μόνη γὰρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν, καὶ ἀναγκάζεται,) ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγκεχωρημένος μνημονευέτω τοῦ καταμηνύσαντος ὁ τοῦ δημοσίου προεστώς, καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς Βασιλίδος πόλεως ἐστὶν ὁ καταμηνυθεὶς ἐκ διαλαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω, καὶ μηδὲν πλέον πάσῃ τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν πριμικηρίῳ, καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδόσθω τῶν τεσσάρων Ν' Ν' μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως, μήτε ὑπὲρ προβολῆς τῶν ἐντολέων: καθεκάστην δὲ διάγνωσιν τὰ νενομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέσθω, καὶ ὑπὲρ τῆς διαγνώσεως αὐτῆς, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκλήψεως, καὶ ἀνεύθυνος μὲν ὡς ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης: εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη μὴ αὐτὰ μόνα ἅπερ ἔχων ὀφείλεται πράγματα, ἢ τὸ χρέος ὅπερ ἐχρεώστει ἀποδιδότω, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβάντα τῷ ταμείῳ δαπανήματα ἐν διπλασίονι διδότω ὑπὲρ ὧν μάτην ἐδικάσατο. Ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ, ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν, καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα, ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν ἢ ἀκίνητοις μὲν ὦσιν αὐτοῖς μὴ ἐπιβαλλέτω τελτινις, ἡ σχολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐπιβαινέτω αὐτοῖς, ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς Βασιλίδος, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διάκειται, ἐντρεπέτων ἑκάστῳ ἀντιποιεῖν μέσῳ τούτων τῶν πραγμάτων εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνίστασθαι τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις, εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀπαντῆσαι, εἴτε φίλος αὐτοῦ, εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος, ὅταν ἄπεστιν ὁ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων πληρουμένων, καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς ἐνομοθέτηται. Ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἕτερός τις αὐτοῦ νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν, καὶ τοῦτο αὐτὸ γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι γινέσθω μὲν ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων τὸ ταμεῖον, μηδενὸς προκρίματος ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις: εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκινητα εἴη τὰ καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τις προπετῶς, ἀλλ' ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος, καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι, καὶ ὅρκοις. Διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων, καὶ ἀποδείξεων ἐγγράφων, ἢ καὶ ἀγράφων ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα, καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώ-*

πον εἰδότος τοῦ ἐναγομένου, ὡς ἐὰν ἡττηθῇ οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτηθήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα παρ' αὐτοῦ φανέντα, καὶ τὴν τούτων διατίμησιν. ταῦτα καθόλου περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα ἐπιφέρει λοιπὸν ἰδικὴν νομοθεσίαν περὶ τῶν διὰ τυραννίδα δημευομένων λέγουσα τὸν ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντα μηδὲ μηνυτὴν καλεῖσθαι, ἀλλὰ ἑτοίμως προσίεσθαι, καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προσαγγείλαντες ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. Ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα, μὴ μόνον ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ἐγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοὺς κομίζεσθαι, τοὺς δὲ καταγγελθέντας ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα, ὅτε ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν πρὸς τὴν διατίμησιν αὐτῶν τὰς ἐγγύας διδόναι: εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν, καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ἐπὶ δὲ τῇ λοιπῇ ποσότητι διομνύσθαι προστιθέντας ἐν τῇ ἐξωμοσίᾳ ὡς προσεδρεύσωσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοί, ἢ οἱ τούτων ἐντολεῖς, καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως. Ἐὰν δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθῶσιν ἑκάστης κλήσεως ὑπὲρ δέκα ἡμέρας γινομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα, καὶ μήτε οὕτως φανῶσιν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν, ἢ διεκδικηταί, ἐμβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμεῖον, φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀνέγκλητον τοῖς ἀπολελειμματισμένοις: εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διάκειται, καὶ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξετάζει τὴν ὑπόθεσιν, μηδὲν ταραχῶδες, μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. Ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων, ἢ τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν γινωσκέτω, ὡς εἴτε ἐπιμείνας τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης, εἴτε ἀποστῇ τῆς κατηγορίας καὶ ἀφανὴς γένηται συμμετρίαν μὲν ἔχων περιουσίαν, καὶ μὴ δεδιὼς τὴν ἐν αὐτῇ τιμωρίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομένει, καὶ δεσμωτικῶς ἐξορίζεται: ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ, ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα, ἢ περιουσίαν ἀρκοῦσαν, ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας, καὶ τῆς οὐσίας, καὶ οὐδὲ τὴν βασιλίδα πόλιν, οὐδὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκῆσαι συγχωρεῖται, παραφυλαττόντων τὸν νόμον τοῦ τε κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς, καὶ τοῦ παραβαίνοντος αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσοῦ λίτρας πρόστιμον ἀπαιτουμένου: εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθείη τι τούτων ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσοῦ λίτρας καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν: ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων τούτων μὴ λανθάνῃ, ἔξεστιν καὶ αὐτοῖς τοῖς ἠδικημένοις καταμηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον, καὶ προσαγγέλλειν τῷ εὐτυχεστάτῳ βασιλεῖ, ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ ἀζημίως, ἵνα ταῦτα δι' αὐτοῦ μανθάνων ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν προστίμων εἰς πρᾶξιν ἐπιτρέψῃ.

Ne liceat fisci patronis dicere ad se perlatum quemdam detinere bona fiscalia, atque ita non apparente accusatore alios insidiis appetere: sed delator exhibeatur, & ejus qualitas spectetur: & neque filius patrem, aut matrem, aut libertus patronum ex causa bonorum fiscalium deferat, neque exul, vel calumniæ causa damnatus, vel fustibus à præside cæsus, vel alius quilibet jure prohibitus
B audiatur. Servo autem, vel in fiscali causa, vel in alia qualibet dominum accusanti in ipso loquendi conatu vox interdicatur, etiamsi vera deferat. Schola palatinorum si quem detulerit (hæc enim sola deferre potest, & cogitur) vel etiam alius cui id jure conceditur, meminerit deferentis fisci præpositus, & si quidem est in regia urbe is, qui delatus est, ex interlocutione Comitis privatarum conveniatur, nec amplius, quam solidos quatuor det Palatinorum scholæ, & pro tempore primicerio, & fisci patronis pro conventione, vel productione procuratoris. In singulam vero cognitionem solemnes sumptus supradicto judicio, &
C pro cognitione ipsa præbeat, & pro actorum exceptione, & si quidem obnoxius non sit, absolvatur: obnoxius vero non solum res quas debet reddat, sed & sumptus à fisco factos in duplum cum quo frustra litigavit. Sed si res solæ deferantur quasi pertinentes ad sacratissimum ærarium, nec sciatur, qui eas detineat, sintque in hac regia urbe, vel continentibus, & immobiles, ne eis schola Palatinorum titulos imponat, nec eas occupet, sed edicta proponat Comes rerum privatarum in celeberrimis locis urbis, & in quibus res consistunt, permittens adversario cuilibet iis de rebus apud se judicium suscipere intra dies xxx. & sub
D jam dictis sumptibus de suo jure contendere, sive ipse possessor voluerit judicio occurrere, sive eo revera absente amicus ejus, vel servus, vel libertus, impletis etiam hac in re omnibus, quæ de custode possessionis lege cauta sunt. Quod si neque ipse dominus litis neque procurator ejus possidens neque possessionis custos compareat intra dies xxx. idque actis fiat manifestum, mittatur fiscus in possessionem rerum, nullo præjudicio domino inferendo quantum pertinet ad allegationes sibi competentes. At si res illæ mobiles, vel moventes sint, non occupentur etiam temere, sed requiratur earum possessor, & admonitus causam suam
E agat sumptibus, & legibus supradictis. Omnibus autem legitimis modis, & probationibus scriptis, vel non scriptis perscrutari res oportet, & ab iis personis, qui veritatem scire possint, sciente reo si succubuerit, non modo litis sumptus à se exactum iri, sed & res quas habere eum patuerit, & æstimationem earum, id est, duplum. His summatim de fiscalibus rebus constitutione comprehensis, subjicit postea legem specialem de his, quæ ob crimen majestatis confiscata sunt, ut eorum nunciator, delator non vocetur, sed prompte suscipiatur, si calumniatus fuerit, ut perinde puniatur, ac cæteri de-

ri delatores, si objecta probaverit, non solum A pœna liberetur, sed & octavam partem bonorum, quæ denunciavit ferat, & eorum qui denunciati sunt si substantia omnis minor sit I. librarum auri, ut de æstimatione ejus fidejussores dent, si major, ut etiam usque ad eam summam I. librarum fidejussores denr: in reliquam quantitatem jurijurando committantur, adjicientes se, vel procuratores suos adfuturos in judicio Comitis privatarum, neque id deserturos. Id post juratoriam cautionem deferentes, trinis edictis vocari decem dierum spatio intermisso, ac tum si nec ipsi, neç procuratores, vel defensores eorum adfuerint, bona fiscum occupare, reservata absentibus defensionis faculta- B te. Cæterum si res in provincia constitutæ sint, litemque Præses provinciæ ultro, vel ex præcepto Comitis privatarum disceptet, nihil turbide, nihil violenter fieri oportere, sumptus qui fiunt in regia urbe pro tertia parte in litem præberi. Quisquis vero defert Comiti privatarum, vel scholæ Palatinorum, vel clarissimis fisci patronis, vel clarissimis præsidibus provinciarum, ut sciat, sive in lite perseverans calumniator apparuerit, sive destiterit, & latitaverit, mediocres quidem facultates habentem, nec de earum amissione sollicitum, gravissimis verberibus subditum se perpetuo relegatum iri. Sin vero militiam, vel honestum ali- C quod vitæ institutum, vel idoneas facultates habuerit, ei militia & bonis ablatis, regia urbe, vel provincia interdictum iri. Ut hanc legem conservet Comes privatarum, & quæ ei obsequitur schola. In singula capita, quæ quis violaverit multam esse I. librarum auri, in provincia autem si quid horum neglectum fuerit, in singulas causas xxx. auri libras præsides provinciarum, & eorum officia sigillatim exigi. Hanc multam ne quis effugiat, licere injuria affectis legis violatores ad pissimum principem deferre, vel ad gloriosissimum magistrum sine damno, ut hac re cognita, princeps magistro multæ exactionem committat.

Quod initio proponitur summe notandum est, ne cuiquam fisci patronus quasi possessori rerum fiscalium molestiam inferat non exhibito delatore. Patronus fisci, & delatoris quodammodo est patronus, *l. 5. §. advocatum, ff. de iis quæ ut ind. auf.* sine delatore si agat, ipse delator est potius, quam fisci patronus. De eo scribentes citant *l. ult. ff. de jur. fisc.* quæ est de Procuratore Patroino non de patrono. Quod de iis qui deferre non possunt, congruit cum *l. deferre, ff. de jur. fisc.* & aliis quibusdam: quibus adiiciendi sunt conductores, procuratores, actores prædiorum fiscalium, *l. 1. inf. de conduc. & proc.* Quod de servo, cum *l. pen. sup. qui acc. non pos.* Quod de xxx. diebus, idem relatum est in Eustathii libro de temporibus adduct: hac lege, iis verbis; E διὰ λ' ἡμερῶν ὀφείλει παρασταθῆναι ὁ διὰ κατεχομένων ... ἀνήνυτα πράγματα, ὡς β. ί. τ. κωδ. τ. ιά. δι', τελευταία. Quod de octavæ partis præmio, idem ex hac lege Harmenop. scripsit lib. 1. Epit. tit. v. Quod de x. dierum intervallo, congruit cum *l. per intervallum, ff. de judic. l. properandum, sup. eod.* Est tamen Nov. immutatum. Quod de custode possessionis, pertinere videtur ad *l. ult. sup. de adq. pos. l. meminerint, sup. unde vi. l. 1. sup. si per vim vel alio modo.* In fine puto magistrum officiorum significari.

De Petitionibus bonorum sublatis.

Tit. XII.

VEteres libri, De petitis, non male, nam & petita dixere pro petitionibus, sicut indicta & æstimata & nota. Sudas, παιτίτα ῥωμαϊκὴ λέξις: σημαίνει δὲ γνώρισμα αἰτήσεως.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodos. AAA. Eutropio pp. Quisquis in crimine majestatis depræ- B hensus fuerit, & punitus, bonaque ejus (sicut plectendi consuetudo criminis habet) fiscus invaserit: nullus eadem sub specie munificentiæ principalis audeat proprio juri poscere: qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed quoniam plerumque ita in nonnullis inverecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus: ne rescripto quidem nostro adversus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro judicio, nullo tamen desiderante, atque poscente, concedi cuiquam voluerimus, hujusmodi tantum C valeat liberalitas. Dat. xvi. Kal. Decemb. Thessalonicæ Gratiano v. et Theodos. AA. Coss.

Proscriptorum bona peti non posse, ultro dari posse. Tantum igitur abest, ut viventium qui nondum damnati sunt bona peti possint, ut nec mortuorum & damnatorum bona honeste petantur. *Sub specie*] legendum, sub spe. & ideo mox, *Qui contra legem* inquit, *id ausus fuerit sperare. Violatæ legis*] Sacrilegii, *l. 1. inf. ut dig. ordo ser. l. 33. inf. de erog. mil. an.*

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Florentio pp. Omne D semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiam. Et si intestatus quisquam quædamve, ac nullis ex numero propinquorum existentibus, vel uxore, vel marito, fati munus impleverit, cujuscunque sit condicionis, aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem rerum defuncti, defunctæve, cujuscunque fortunæ, aut sectæ sit: si fisco nostro locus pateat, aspirari: cum ne illis quidem, quorum actu, atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat sanctionibus nostris adversari. Sed vir illustris quidem cujuscunque temporis quæstor, si oblatæ petitioni subscripserit, vel E etiam responsum dederit, virque illustris comes rerum privatarum, si vel instrui permiserit, vel petitionem, si qua insinuatur, admiserit: indignationem nostri numinis sustinebit, cæterisque fiet vindictæ, & temeritatis exemplum. Memoriales vero, qui excipienda hujusmodi rescripta, vel implenda curaverint: & Palatinos, qui instruxerint, vel gesta admissæ petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. Pari firma res etiam civiles, ad jus publicum pertinentes ab omni petitione muniendas esse censemus. scilicet, nec pragmatica jussione, vel sacra adnotatione,

ne, vel quolibet oraculo divino, seu mandatis (si qua contra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata) quodcunque roboris habere valituris. DAT. XI. KAL. MAII. THEODOSIO A. VIII. ET ALBINO COSS.

Hæc est Constitutio Valentiniani de competitionibus, qua definitur, vacantia bona, & generaliter res fisci, aut reipubl. peti non posse. Puniri quæstorem, comitem rerum privatarum, memoriales, palatinos, quorum interventu, vel opera tales petitiones admissæ, & instructæ fuerint. Quæstor sacri palatii petitionibus subscribebat, vel etiam responsa reddebat, &, ut hoc loco omne ejus officium paucis exequar, leges dictabat, precesq; ac responsa subnotabat, ut constat ex Notitia Rom. Imp. & *No. 53. & 114. l. ult. sup. de div. resc.* Symmacus ad Auson. *Quæstor es, memini: consilii regalis participem, scio: precum arbiter, legum conditor, recognosco* & alio loco: *Te magis quæsturæ honos & condendarum sanctionum usus exercuit*. Procop. 1. de bel. Pers. εἰ μὴ πρόσθεν ἐκώλυσεν ὡς βασιλεῖ τότε παρεδρεύων τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων αὐτὸς δίκαιος, ὅσα δὴ τοῦ νόμου τινὰ ξυντιθέναι ἔγραφεν, & alio loco: Τριβουνιανὸς βασιλεῖ πάρεδρος, κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, & alio Φιδέλιος δὴ Ἀταλαρίχῳ παρήδρευε, κοιαίστορα δὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. His vero de causis Quæstor justitiæ, & legum custos appellatur, & thesaurus famæ publicæ, & armarium legum in *Nov. Valentin. de homic. cas. fac.* & à Cassiodoro duobus, aut tribus locis: denique is plane est Quæstor, quem in aula Cancellarium appellamus: quod iis si jungatur, quæ ad *l. ult. inf. de discus.* rejicimus, liquido constabit. His porro verbis Quæstor rescriptis, & constitutionibus subscribebat, QUAESTOR LEGI, addita die, ut in Constitutionibus Justini, & Tiberii de adscriptitiis. Præcedebat subscriptio principis addita etiam die, quod iis verbis significatur in Nov. Valentiniani de homic. cas. fac. ET MANU DIVINA. DIVINITAS TE SERVET PER MULTOS ANNOS, & Nov. *de ind. relig.* quod tamen deest in impressis. ET MANU DIVINA. OPTAMUS VOS FELICISSIMOS, &c. Addebatur etiam dies, quo is ad quem dirigeretur constitutio, eam accepisset, & quo fuisset antelata, id est, programmate proposita, *l. 27. C. Th. de iis, qui super rel. cont.* ideoque in una nonnunquam, & eadem Constitutione quatuor dies iis verbis subnotatos invenias, Data, Subscripta, Accepta, Antelata, vel Lecta, vel Allegata. Etiam illud adjiciam, eundem morem posteriores Imperatores retinuisse, ut & ipsi subscriberent constitutionibus, & cartulariis cubiculi, quem vocarunt τὸν ἐπὶ κανικλείου. Habemus sane constitutionem quamdam Manuelis hac subscriptione. εἶχε τὸ σύνηθες κανίκλωμα καὶ τοῦ βασιλέως τοῦ κῦρ Μανουὴλ ἐν Χρ. τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς πορφυρογέννητος, καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνός: καὶ κάτωθεν ἀποσημείωσιν ἄλλην χρονικὴν διὰ μέλανος ἐξ ἰνδικτιῶνος καὶ ἔξωθεν τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ κανικλείου ... Sed ad rem. Ad Quæstorem pertinebant memoriales, id est, ut Græci interpretantur hoc loco, οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, & ad *l. 10. inf. de exc. mun.* οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων, & ad *l. 5. inf. qui mil. pos.* τῶν κελευσμάτων φύλακες, qui leges, & rescripta excipiebant, & implebant, id est, perscribebant, aut perscribi curabant. Eorum obsequio res quæstoria agi dicitur in *l. ult. inf. de prox. sac. scr.* recte: erant namque adjutores quæstoris, & ex diversis scriniis assumebantur, ut in eo titulo fusius demonstraturi sumus. Comes rerum privatarum judex erat, & gubernator privatæ substantiæ principis, ex qua censebantur vacantia, caduca, & iis similia, *l. ult. sup. tit. prox. l. 3. l. ult. sup. de bon. vac. l. ult. sup. de fide hastæ fisc.* Ejus apparitores Palatini appellantur, quorum interventu competitiones instruebantur, & insinuabantur comiti: quod hæc lex in posterum fieri vetat. *Quisquam quædamve*] Vet. quisquam quæquamve. *Rei etiam civiles*] Res civiles sunt, quæ ad Rempubl. vel civitatem pertinent, veluti opera publica, *l. si aliquando sup. de op. pub.* secundum, quam est apud Cassiodorum lib. VII. formula de Competitoribus. Earum vero rerum arbitrium Imperatores sibi vindicabant, atque ideo petebantur ab imperatore priusquam hæc Novella competitiones sustulisset, & ita cum olim fuisset ærarium divisum à fisco, qua ex causa Frontinus de aquæductibus, commoda publicæ familiæ ex ærario, Cæsaris ex fisco dari ait, ærario tamen, & primus omnium Imp. Augustus abutebatur, atq; ut Dio scribit lib. LIII. λόγῳ erant hæc duo distincta, non ἔργῳ: *Pragmatica*] Pragmatica fit de consilii sententia solemniter suggestione aliena precibusve, *l. ult. inf. de prox. sac. scr.* Adnotatio ad libellum breviter annotato nomine principis, ut in Nov. Valenti. de hom. cau. fac. in qua illud singulare est quo utimur, sine adnotatione principis cædem casu, vel sui tuendi causa factam non purgari, quod confirmatur hoc Philonis loco 1. de vita Mosis: ὁ κτείνων ἄνθρωπον εἰ καὶ δίκαιον, ἢ ἀμυνόμενον, καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν. Sic vero judex alias per adnotationem, alias cognitionaliter lites disceptat, Nov. 86. Adnotationem ita definit Theodorus: παρασημείωσίς ἐστιν ἢ τὰ κυριώτερα τῶν λαλουμένων περιλαμβάνοντα καὶ γράφοντα ταῦτα ὡς ἐν συντόμῳ καὶ δι' ὀλίγων, ὁποῖα οἴδαμεν ὄντα παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. *Oraculo divino*] Simplici jussione principis subnotata à quæstore solo, vel magistro scriniorum. *Mandatis*] hæc citra suggestionem, aut libellum dantur, *l. ult. inf. de colla. don.* & quidem si ultro, recte, *l. 1. sup.* si tacita alterius competitione, non recte.

De Iis, qui se deferunt;

TIT. XIII.

I. IMP. CONSTANTINUS A. RATIONALI HISPANIARUM. Is cujus tacitæ fidei commissa fuerit hereditas, statim officio gravitatis tuæ nunciet, & gesta prodat, & continuo quod actum fuerit renunciet: & post hanc fidem, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quod si ab uxore defuncti istud ad officium devotionis tuæ fuerit revelatum: ipsa etiam quam defunctus esse voluit heredem, (si gesta apparuerint) tali præmio mancipetur, ut ex omni patrimonio medium consequatur, & cum fisco nostro celebret divisionem, id etiam habitura privilegium ut prior eligat optionem, & tunc occultator ille gestorum fisci, & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo, ac fisco vindicato, in insulam deportetur. DAT. 10. MART. GALLICIANO, ET BASSO COSS.

Delatores, aut alios deferunt, aut seipsos. Si alios deferant neque calumnientur, pro præmio eorum, quæ denunciarunt certam partem ferunt, veluti quartam, aut octavam. Si seipsos deferunt, ut si is cui tacite fideicommissaria hereditas relicta est profiteatur se capere non posse, ei datur pro præmio dimidia pars ex edicto Trajani, vel assis si nondum quicquam restitutum sit, vel dodrantis, si restitutus sit dodrans: quam distinctionem comprobat *l. edicto, & l. cum tacitum, ff. de jur. fisc.* Quod si heres, à quo tacite incapaci relicta est fideicommissaria hereditas, pœnitentia actus se detulerit, tertiam partem assis habet pro præmio. Majus est præmium eorum qui se, quam qui alios deferunt: quo enim difficilius quisque seipsum defert, eo majore præmio invitandus est: qua ratione etiam fideicommissario

rio plus tribuitur præmii, quam heredi. *Statim*] Post apertas tabulas, *l. edicto*, *§.cum ante*, *ff.de ju. fis. Post hanc fidem*] Quam fisco præstitit. *Ab uxore*] Dixit de herede, nunc dicit de uxore fideicommissaria. Uxor vero est incapax ex lege Papia decimaria, ideoque tacitum fideicommissum ei perperam relinquitur: quod etiam indicat *l. ult. in prin. ff. de his quæ ut ind.* At certe ex constitutione *l. a. sup. de infirm. pæn. cælib.* non est incapax. *Ad officium*] vet. officio, ut *sup. Ipsa etiam, quam defunctus esse voluit*] Per interpositionem tacitæ fidei. *Apparuerint*] vet. *aperuerit*: hoc est, si seipsam detulerit. Non potest mulier nisi seipsam deferre, *l. ait, ff. de ju. fis. Ex omni*] Ex asse. Imo non nisi ex dodrante, si dodrans uxori jam restitutus sit. Quadrans autem deductus ab herede, in fiscum redigitur. *Occultator*] Heres administer secreti fideicommissi.

Si Liberalitatis imperialis socius sine herede decesserit.

T i t. XIV.

IN Cod. Th. sic titulus conceptus est, Si petitionis socius. At quia petitiones postea sublatæ sunt, non liberalitates, ita eum invertit Tribonianus, Si liberalitatis imperialis socius: quod idem eadem ratione fecit in *l. pen. sup. de ju. fis. & l. pen. de bon. vac.* quemadmodum constat ex *l. 30. C. Th. de petitionib.* & multis aliis.

I. Imp. Constantinus A. Orions Com. r. p. Jubemus ut si quis forte ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum sit, nullo herede relicto decesserit: ad consortem potius solatium, quam ad personam aliam pars decedentis perveniat. Dat. xv. Kal. Jul. Mediolani Philippo, et Salia Coss.

Consors consorti in eo, quod donatum est, sine competitione succedit excluso fisco: quod etiam in naviculariis, decurionibus, cohortalibus, militibus fabricensibus, clericis locum obtinet, *tit. de her. dec. l. si quis presbyter, sup. de episc. & cler.*

De Thesauris.

T i t. XV.

I. IMpp. Leo, et Zeno AA. Epinico Consulari. Nemo in posterum super requirendo in suo, vel alieno loco thesauro, vel super invento ab alio, vel à se, effusis precibus pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis unicuique, dummodo sine sceleratis, ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa, thesaurum (id est condita ab ignotis dominis tempore vetustiore mobilia) quærere, & invento uti, liberam tribuimus facultatem, ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur: cum superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est, & postulanda imperatoriæ majestatis videatur prævenire liberalitas. In alienis vero terrulis nemo audeat invitis, imo non volentibus, vel ignorantibus dominis, opes abditas suo nomine perscrutari. Quod si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter hujus legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus invenerit: totum hoc locorum domino reddere compellatur, & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Quod si forte vel arando, vel alias terram colendo, vel quocunque casu, non studio perscrutandi in alienis locis thesaurum invenerit: id quod repertum fuerit dimidia retenta, altera dimidia data cum locorum domino partiatur: ita enim eveniet, ut unusquisque suis fruatur, & non inhiet alienis. Dat. vi. id. Octob. Leone juniore A. Cos.

Id est condita] Cassiodorus vi. thesaurum definit depositivam pecuniam, quæ longa vetustate competentes dominos amisit. *Mobilia*] Legendum *monilia*, ut in *l. a. C. Th. de thesaur. Dei beneficium*] Fortunæ donum in *l. si is qui, ff. de adqu. rer. dom. Calumnia*] Fisci: nam inventos thesauros sibi fiscus vindicabat, nisi inventor eorum retinendorum facultatem impetrasset à fisco. *Imo non*] Quidam Cod. Id est non: quod probo. Sic enim tollitur ambiguitas verbi, invitis. Nam inviti sunt, qui nolunt, vel qui non volunt. *Altera dimidia*] Quid opus fuit hac constitutione, cum jam id esset ab Adriano clare constitutum? nempe, quod deinde post Adrianum dimidiam loci domino concessam, ad quartam Imppp. Gratianus, Valent. & Theod. redegissent, d. l. a. Est & hac de re Leonis Nov. 11.

De Annonis, & tributis.

T i t. XVI.

ANNONÆ in speciebus consistunt veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, sale. Tributa in corporibus, veluti auro, argento, ære, equis, vestibus, quæ & intributiones, & contributiones dicuntur: & sunt duplicia, soli & capitis, *l. ult. ff. de cens.* Capitis sunt qui stipendia vocent. Tertul. in Apologet. *Si agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliore.* Conferunt autem, & annonam, & tributa possessores, id est, domini prædiorum provincialium quotannis, vel ipsi prædiorum conductores, *l. sine herede, §. Lucius, ff. de adm. tut.* per caosam tuendi exercitus, *l. 2. inf. de exact. trib.* Exulabat autem hujus tituli prima Constitutio, ut et cæteræ, quod Græca esset, quam ex lib. LVI. *βασιλικῶν* restituimus.

I. *Αἰσχυλλάζοντας τὸ λοιπὸν ἀνύεσθαι καὶ τοὺς κεφαλαιωτὰς τοῦ δημοσίου διεκδικεῖσθαι, καὶ μὴ διασπᾶσθαι παρὰ τῶν ἀρχόντων ἐντεῦθεν, ἢ εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου, καὶ τὴν δόσιν, καὶ τὸν τρόπον τοῦ δαπανήματος διορίζοντος, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν, ἢ δημόσιον ἔργον ὕλας μεταφέρεσθαι, ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα δίδοσθαι ἄνευ θείου τύπου, τοῦ παραβαίνοντος οἴκοθεν τὸ δημόσιον πληροῦντος, καὶ τοῦ προσφόρου σκευαρίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.*

Capita vocat veluti fœnum, paleas, ut diximus in *l. 9. sup. tit. 1.* quæ una cum annonis, magistratibus diversisque officiis præstantur, *l. 2. inf. de cur. publ. l. 8. & 2. sup. de off. præf. prat. Afr. Nov. 27.* & sequentibus. Vacantes autem, quod fit illis sine successore defunctis, ut cetera bona ad fiscum legibus caducis redeunt, *l. 1. Cod. Th. de anno. civ.* nec sine sacra forma à præsidibus impendi in opera publica possunt. Sed neque ex fiscali cano-

canone materiæ vel pecuniæ in eadem opera à judice transferri queunt, vel si temere transferantur de suo cogetur fisco satisfacere, competens etiam scrinium quod ea transferri concesserit, gravissimis pœnis subjicietur. Longe alia est ratio multarum, *l. pen. sup. de mod. mult.*

II. Impp. Valerianus, et Gallienus AA. et Valerianus Caesar, Antiocho. Æs quidem alienum pro portione, ex qua quisque defuncto heres extiterit, præstari oportet: annonas autem is solvere debet, qui possessiones tenet, & fructus percipit. PP. *Seculare, et Donato Coss.

Si plures defuncto heredes extiterint; æs alienum præstabunt pro hereditariis portionibus ex XII. tab. Species annonarias is præstabit, qui possidet prædia & percipit fructus. Sunt enim hæc prædiorum onera non personarum. Prædiorum obligatio inter heredes non dividitur. Personalis obligatio dividitur.

III. Imp. Decius A. Giticio. Indictiones non personis, sed rebus indici solent, & ideo ne ultra modum earumdem possessionum, quas possides, conveniaris, præses provinciæ prospiciet. Dat. XVII. Kal. Nov. Æmiliano, et Aquilino Coss.

Indictionis nomine continetur annonaria & tributaria functio. Plinius ad Trajanum: *Nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt*. Onera hæc sunt possessionum non personarum, & ideo eorum nomine quæ non possideo, ea non agnosco, *Nov. 128. l. Impp. ff. de public.*

IV. Imp. Constantinus A. ad Proclianum. Omnes pensitare debebunt, quæ manus nostræ delegationibus adscribuntur: nihil amplius exigendi, vel remittendi potestatem esse: nam si quis vicarius, aut rector provinciæ aliquid jam cuiquam crediderit remittendum: quod alii remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. Dat. XV. Kal. Jul. CP. Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.

Ait, *Delegationibus*] Sudas, δηλεγατίων κατὰ Ῥωμαίους ἡ ἐκταγὴ τῶν σιτοπομπῶν, καὶ ἡ αὐτῶν μετακομιδή. Delegationes igitur descriptiones sunt quibus exigendorum tributorum, & annonarum modus continetur, quæ & delegatoriæ dicuntur, quod delegari mittique in provincias solent, διατυπώσεις, ὑπομνήματα, ἀπογραφαί. Manant autem à principe, nec quidquam à vicariis, aut præsidibus amplius exigendum est, quam eis contineatur. Sed neque remittendum ex eis quidquam. *Vel remittendi potestatem esse*] Hæc absunt à vet. lib. & C. Th. quod sequor proboque. *Nam si quis vicarius*] Vicarii sunt præf. præt. vicarii viri spectabiles, qui ex mandato principis in diœcesem aliquam sive tractum mittuntur multas habentem provincias, *l. 1. inf. de prox. sac. sc. l. 1. sup. de off. vic. l. 1. sup. ut omn. jud. l. 1. §. à præfecto, ff. de leg. 3.* Propriam igitur jurisdictionem habent non à præfecto mandatam, quod & de legatis proconsulum vere possim affirmare, & si, quod opto, erit otium, quandoque comprobabo. Quot fuerint vicarii cum in Oriente, tum in Occidente, Notitia Romani imperii indicabit. Præsides sunt clarissimi, & sub eorum cura una tantum provincia est, & proprie ii sunt, qui ordinarii, & ἔμβαθμοι dicuntur, *l. ult. sup. de mo. mul. l. omnes, sup. de episc. & cleric. l. 2. inf. de prox. sac. scri. Nov. 20. 31. 103. 112.* quasi infimi ordinis, ut ordinarii milites, hoc est, gregales, & manipulares.

V. Imp. Constantinus A. ad Uranium. Omnes omnino ad obligationem functionum publicarum oportet urgeri: lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria, nec vocari, quæ solemniter à provincialibus devotissimis conferenda sunt. Dat. III. Non. Feb. Constantio A. II. et Constante Coss.

Canon proprie est pensio, quæ ex emphyteuticariis prædiis redigitur. Sed & obligatio, & indictio pro canonicis, & ordinariis habentur: & ideo ab eis nemo excusatur. Ab extraordinariis plerique excusantur.

VI. Impp. Valentinianus, et Valens, AA. ad Dracontium Vic. Africæ. Pro locis, ac proximitate possessionum annonam ad limites transvehi præcipimus. Dat. XV. Kal. Jul. Mediolani Valentiniano, et Valente AA. Coss.

Ut transvehendæ ad limites, & conferendæ annonæ militaris opus proximis possessoribus imponatur, *l. 4. inf. de erog. mil. an.*

VII. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodos. AAA. ad Principium PP. In fraudem annonariæ rei, ac devotionis publicæ elicitum damnabili subreptione rescriptum, manifestum est jure non posse vires sortiri: circa omnes igitur par, atque æqualis illationis forma teneatur. Dat. VIII. Kal. Octb. Aquil. Arcad. A. I. et Bautone Coss.

Ne ex rescripto quidem principis potest quisquam canonicas illationes subterfugere, quum sit contra utilitatem publicam. Unius enim immutas onerat alios.

VIII. Imppp. Valentin. Theodos. et Arcad. AAA. Cynegio PP. Nemo possessorum ad instruendas mansiones, vel conferendas species longius delegetur: sed omnes itineris, ac necessitatis habita ratione delegentur. Dat. X. Kal. Jan. CP. Arcadio A. I. et Bautone Coss.

Mansiones vocant ἀλλαγὰς sive diversoria, in quæ se recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam sacer comitatus. Posteriores dixere Mansus: utrumque à manendo: & inde manentes in Historia Helmodii, & Gallis, *Maisons*. Villæ sic possunt appellari, συνοικίαι Clementi in Petro, κωμοπόλεις ἢ καὶ συνοικίαι. Separantur à civitatibus, & oppidis in *l. 9. C. Th. eod. t. l. 2. inf. de cond. in publ. hor. l. modios, inf. de suscep. l. 2. inf. de luc. adv. l. Claudiopolis, C. Th. de decur.* Ex annonis, & pabulis instruuntur ex collatione vicinorum, non ex collatione eorum, qui procul disjuncti sunt.

IX. Iidem AAA. Cynegio PP. Mediterraneæ civitates antea maritimis, & maritimæ mediterraneis onerabantur expensis, ut plus haberet dispendii translatio, quam devotionis illatio: hoc non solum in præsenti verum etiam in posterum prohibemus ea lege, ut se ultimo noverint supplicio puniendos, qui ista commiserint. Dat. III. Non. Sept. Valentiæ Honorio NB. P. et Evodio Coss.

Ad

Ad limites; & ad mansiones annonarum transvectio finitimorum est, quia & collatio. Quorum igitur est collatio, eorum est etiam transvectio, nec quas contulerint mediterranei, transvehent maritimi, vel contra. Alii sunt maritimi, alii ripenses, alii mediterranei, id est, à mari fluminibusve remoti. Cicero de suppliciis: *Centuripinos homines maxime mediterraneos*;

X. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Minervio comiti s. p. Obsistere commodis publicis, & statutis necessitatibus non possunt privilegia dignitatum. Unde ut quisque de prædiis emolumentum consequitur, si non is evoluto anni spatio intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos, qui sunt domini prædii, exactionem volumus pertinere. pp. Roma Honorio a. iiii. et Eutychiano Coss.

Dignitates ab extraordinariis muneribus excusantur, ab statutis, id est, canonicis, non item: & ideo si coloni, vel emphyteuticarii eorum, qui in dignitate positi sunt, annonarum, tributorum onera non præstant, uti oportet, eis eorum præstatio incumbit. Deficiente colono, dominus convenitur, etiam si dignitate aliqua præditus sit, non quidem statim, sed post sex menses ab anno cujus indictiones colonus debet.

XI. Iidem aa. Adriano pp. Judices, quos circa profliganda ærarii nostri compendia negligentes, ac desides fuisse constiterit, omnia, quæ in administratione positi perceperunt emolumenta, reddere compellantur. Dat. xiii. Kal. Mar. Mediol. Vincentio, et Fravita Coss.

Judices, id est, præsides, quorum munus est tributorum exactioni incumbere, *l. in fiscalibus, inf. de exac. tri. Nov. 116.* Cassiodorus in formula rectoris provinciæ: *Tibi fiscalium tributorum credita monstratur exactio.* Idem & Catholicorum munus est, & ex Constitutione Augusti jam ab initio Proconsulum. Dio lib. 53. τὸν φόρον οἱ ἐκδίδοντες παρ' ὧν ἄρχουσιν εἰς πρᾶξιν ... *Circa profliganda*] Græci vertunt, εἰς ἀπαιτησία *Emolumenta*] Annonas, capita, *l. peræquatores, inf. de censibus.*

XII. Imp. Theodosius a. Isidoro pp. Illyrici. Id ab una quaque provincia censuimus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum tua sublimitas indicavit: ut nullus vero de cætero ad possessiones eorum (quod maxime formidant) inspector accedat Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed hi, qui protestati sunt nihil à se ultra tertiam partem posse conferri, illud exolvant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum observabitur, sacro-sancta Thessalonicensis civitatis ecclesia excepta: ita tamen ut aperte sciat, propriæ tantummodo captionis modum beneficio nostri numinis sublevandum, nec extraneorum gravamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam, Dat. vi. id. Octob. c. p. Victore v. c. Cos.

Duplex fuit Illyricum, Orientale, & Occidentale; quod Beatus Rhenanus observavit ad librum de Notitia Romani Imperii, Hæc lex pertinet ad Illyricum Orientale, cujus duæ sunt diœceses, Dacia, & Macedonia, Daciæ provinciæ quinque, Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Mœsia prima, Dardania, Prævalitana, & pars Macedoniæ Salutaris, Macedoniæ sex, Achaja, Macedonia, Creta, &c. Id vero constituitur hac lege, ut singulæ provinciæ Illyrici ea conferant, quæ obtulerunt, & promiserunt tantum, & ne augendi tributi causa quisquam inspector, vel peræquatuor provincialium possessiones accedat, id est, dimidiam canonis partem. Soli Achæi præstant tertiam partem, quod testati sint se amplius facere non posse: legendum in hac lege, ut in Vet. & Theod. pro, *Sed hi Achivi*. Excipitur etiam Thessalonicensis ecclesia, quod & ante fuit propositum. *l. sacrosancta, de sacrosanct. eccl.* Huic remittitur capitatio. Cæteris ecclesiis non item. Non licet abuti nomine ecclesiæ evitandorum canonum causa, *l. placet, l. omne, sup. de sacro. eccles.* ne gravetur Respub. quæ quo pluribus datur immunitas, eo certe majora tributa pendit, *l. 4. inf. de exact. trib. l. 1. inf. de colleg. l. 2. inf. de pri. do. Aug. Nov. 43.* Quid sit capitatio, mox dicam. Sequitur ultima Constitutio, quæ hactenus defuit.

XIII. *Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. Ἐὰν μὲν αἰτήσῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν τυχικῆς συντελείας, ἢ ἐπόπτην, ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ δέησις αὐτῶν εἰς βασιλέα, καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τοῦτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδοὺς, καὶ ἐάν τι μηνύσῃ τοῖς ἐπάρχοις, μηδεὶς τύπος διδόσθω ἐπὶ τὴν μήνυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα, καὶ οὕτως θεῖος ἐκφωνηθῇ τύπος ὀφείλων πᾶσι τρόποις παραφυλάττεσθαι: ὁ δὲ καθόλου ἄνθρωπος δεήσεως περὶ τούτων ἐπιδοθείσης, μὴ ἐπιδιδότω: μήτε δὲ κουφισμὸς: ἢ μείωσις δικαστικῶς, ἢ προσκαίρως, μήτε ἐπόψια, μήτε ἐξίσωσις γινέσθω, χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως, ἀλλὰ μήτε διαταγὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι ὑπὲρ χρόνων προλαμβανόντων τὴν αὐτῶν ἀρχὴν, μήτε συνηθείᾳ τινὶ ἀφαιρείτωσαν, ἢ ἄλλως πῶς χρήματα, ἢ μὴ παρεχόμενα τὴν ἀρχὴν, ἢ παρεχόμενα μέν; Διὰ δὲ τὴν ἔλληψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα, ἢ διὰ τὸ παυθῆναι τὴν αἰτίαν σχολάσαντα δι' ἣν παρέσχοντο τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἐγγράφον τύπον. Οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ δεδόμενον οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν, καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν, ἣν ἂν ὑποστῇ τὸ δημόσιον μήτε δὲ ὑπερθέσεις, ἢ προθεσμίας ἐπὶ τούτοις ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐκδιδότω τις, ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. Ὁ δὲ τοῦτο κατὰ αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ κεχρεωστημένα τῷ δημοσίῳ, μήτε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα ὅσα, ἢ τῷ δημοσίῳ εἰσφέρεται, ἢ ταῖς πόλεσιν ἀφώρισται εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας, ἢ προσώποις τισὶν ἀφαιρείσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. Καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐπάρχων εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταύτῃ παραφυλάξῃ καὶ διδάξῃ τοὺς ἐπάρχους, καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες οἱ ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσοιεν, οἴκοθεν διδότωσαν τὴν συμβαίνουσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην, καὶ ὡς τῶν νόμων καταφρονήσαντες*

τὰς πεντήκοντα χρυσίῳ λίτρας προστιμᾶσθωσαν: τεμμοιρῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τάτε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ, τουτέστι καλάνδαις Ιανουαρίαις, καὶ καλάνδαις Μαΐαις, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἐξίσου τελῶν μερῶν διαιρεμένων τῶν δημοσίων, καὶ μηδεμιᾶς καινοτομίας ἐν τῷ μεσογενομένης παρὰ τῶν συντελῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀρμενιακὰ τελέσματα ἐν δυσὶ καταβολαῖς συντελοῖντο ἐξέστω τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν εἰ βούλονται τὴν προτέραν συνήθειαν προτιμᾷν, καὶ ἐν δυσὶ καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν. * καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ Σεπτεμβρίῳ τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως καταβάλλειν. Εἰ δὲ καὶ τριμοιρῶς βούλονται τὰ ἀρμενιακὰ δημόσια καταβάλλειν, ἐχέτωσαν τὸν Σεπτέμβριον μῆνα τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς δεδομένον: τὸ δὲ προαπεσταλμένον κατὰ σύνθεσιν εἰσφερέσθω ἐν τῷ προοιμίῳ ἑκάστης ἐπινεμήσεως, ὅπερ δὴ τοῦτο δηλοῖ, καὶ ἡ προσηγορία αὐτοῦ. DAT. KAL. APRIL. PAULO V. C. COS.

Interpretatio Latina.

Si provincia, vel civitas revelationem petat animalis functionis, vel in inspectorem, aut peræquatorem, referatur petitio ad principem, ejusque arbitrio idoneus mittatur prius jurejurando præstito: ex cujus tamen relatione facta præfectis prætorio non aliter forma ulla detur, quam si præfecti ea omnia, quæ ab eo didicerunt, & quæsierunt principem edocuerint, atque ita sacra proferatur forma modis omnibus observanda. Privati autem iis de rebus preces ne porrigant. Nec relevatio, vel deminutio perpetuo, vel ad tempus, nec inspectio, nec peræquatio fiat aliter, quam ex scripta jussione principis. Sed neque præfecti delegationes faciant pro tempore præcedenti, neque annonas, vel pecunias quibusdam seorsim addicant, non præstitas initio, vel postea defectas causæ præstationis accipientiumve corporum defectu: verum hæc omnia fiant ex sola auctoritate principis scripto comprehensa: quod qui non observarint, & data & omne damnum, quod fiscus senserit, ei de suo resarcient. Is etiam qui debitoribus fisci dederit dilationes, præscripseritve terminos alios, quam legitimos sua auctoritate sine jussione principis, quæ debentur fisco de suis facultatibus exsulvat. Sed neque pecunias civiles fisco inferendas, vel civitatibus deputandas, in alios usus transferat, vel quibusdam personis deputet sine auctoritate principis. Et officium præfectorum nisi omnia, quæ constitutione continentur, observaverit, instruxeritque præfectos, & præsides provinciarum obsequentiaque illis officia, & cæteri, qui res fiscales tractant, nisi iis jussionibus paruerint, fisco contingens damnum de suis facultatibus præstabunt, & legis contemptores 2. libris auri multabuntur. Tripertito autem omnia fiscalia inferantur, ea etiam quæ Armeniaca vocant, videlicet Kal. Januariis, & Kal. Maiis, & ad finem indictionis in tres æquas partes divisa, nulla in medio collatoribus innovatione facienda. Quia vero Armeniacorum tributorum præstatio duabus pensionibus dividitur, liceat collatoribus, si velint, priorem consuetudinem huic Constitutioni præferre, & duabus pensionibus solvere, * & aliud dimidium Septembri futuræ indictionis. Quod si velint tripertito solvere, habeant ad dilationem totum Septembrem mensem futuræ indictionis. Antemissum vero ut convenit inferant in exordio cujusque indictionis: nam & hoc ejus significat appellatio.

Pro τυχικῶν lego ψυχικῶν nam & ad *l. ult. ff. de mun. & hon.* pecunias pro capitibus animadverti Græcos interpretari ψυχικὰ δημόσια, Animales functiones in *l. cum satis, in fi. inf. de agric. & cens. l. eorum, C.Th. de col. don. pos.* Census capitum alibi, & capita, & capitationes, quæ vetustissimæ indictiones sunt. Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς: καὶ τῶν ἐθνῶν κατὰ κεφαλὴν εἰσφερόντων ἀργύριον. At videntur etiam capitationes de prædiis dici, *l. si minor, sup. de act. emp. l. ult. C. Th. sine cens. vel relig.* & Sidonio dum à Majoriano Imperatore terras suas relevari postulat scribenti: *Hic capita, ut vivam tu mihi tolle tria*. Sed hoc ideo, quia colonorum, mancipiorum, quæ in prædiis sunt nomine præstantur. Privatorum autem postulationes ejusmodi hæc Constitutio non admittit; Reip. vel provinciæ admittit. Reservat ea quoque sibi Princeps hæc omnia, relevationis formam, inspectoris, vel peræquatoris missionem in rem, Annonarum, vel pecuniarum largitionem, & alienationem, Dilationem solutionum. Quo in loco scriptum est: εἰ ταῖς τοιαύταις, lego εἰ μή. Ἐκταγὰς delegationes, sive dispositiones præf. prætorio interpretor, ut in *Nov. 147. & l. ult. inf. de exact. trib.* Suidas: Delegatio, ἡ ἐκταγή.

De Indictionibus.

TIT. XVII.

INDICTIONES nihil aliud sunt, quam annonæ, vel tributa, *l. 3. sup. tit. prox.* Quid igitur hic titulus distat à superiore? Superior est de iis, quæ indicuntur. Hic de indictionum ratione, & forma. Porro indictiones cum essent anniversariæ, inde cœperunt anni per indictiones numerari, quas vocant ἐπινεμήσεις, ita ut earum numerus non excederet xv. sed idem semper revolveretur. Cœpit hic mos Theodosii magni temporibus, ut Cedrious scribit, vel Constantini potius, ut ex Fastis quibusdam Græcis Onuphrius vir doctus, & diligens prodidit, in quibus sub Cos. Constantini II. & Licinii II. ita est. Ἰνδικτιόνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή. Eas vero incipere mense Septembri indicat *l. ult. sup. tit. prox. & l. 1. inf. de mil. veste, & Nov. 128.* & species, quam Græci ponunt ad *l. 13. ff. de jurisd. omn. jud.* de Gajo magno Drungario, cui princeps Titium successorem dedit, ut ab initio mensis Septembris sexta indictione magistratum inhoaret: non posse Gajum Sempronium jubere judicare post mensem Augustum quintæ indictionis: si tamen jussus judicare mense Aprili quintæ indictionis cœperit, necdum veniente Septembri pronunciaverit, judicium non solvi. Hæc tria sunt paria, Anno quinto, Indictione quinta, Fusione quinta, *l. 6. C. Th. de indul. deb.* ex quo apparet ratio nominis. Onuphrii etymologia non placet. Sed neque Georgii Cedrini, qui in Theodosio ab Actiaca pugna eam deducit.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PALLADIO PP. Omnes omnino, quocunque titulo possidentes, quod delegario superindictione videbitur amplexa velut canones cogantur inferre: & ut ne qua sit dubietas, hac aperta definitione decernimus, ut id potius canonis vocabu-

cabulo postuletur. Nulla igitur domus, vel sacri patrimonii, vel emphyteutici juris, vel hominum privatorum (etiamsi privilegium aliquod habere doceatur) ab hac necessitate sejuncta sit, quæ jam non extraordinarium (ut hactenus) sed ipsis facientibus canonicum nomen accepit. Dat. vii. id. Jan. Ravennae Theod. a. vii. et Pallad. Coss.

Male *Superindictione*: legendum, *Superindicti nomine*. Græci ὀνόματι ὑπὲρ τὸν κανόνα. Superindictio ergo pro indictione canonica habetur, ideoque ab ea nullus excusatur. Imo vero ecclesia excusatur patrimoniumque resve privata principis, & viri illustres, atque alii quidam in dignitate positi. Quamobrem puto hanc legem de speciali quodam superindicto accipiendam esse, quod impetraverint Honorius, & Theodosius, non de quolibet.

II. Impp. Theodossus, et Valentinianus aa. Dario pp. Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis, collationis modum à possessoribus multo ante prospectum devotionis solitæ, non subditis calumniis tua sublimitas faciat imputari: ut & provincialibus subeundi dispendii necessitas auferatur, & officiis inferendi damna licentia denegetur. Dat. v. Kal. Sept. Apamiae Issdoro, et Senatore Coss.

Devotionis] Legendum, *devotioni*, τῇ καθοσιώσει. *Calumniis*] Calumniæ species quædam est subdito exigere provinciales nec præmonere. Est igitur præmittenda delegationis formula ante indictionis tempus, quod & Justinianus constituit *in Nov.* 128. *Dispendii*] Propter improvisam exactionem.

De Superindicto.

Tit. XVIII.

I. Imppp. Gratsanus, Valent. et Theodos. aaa. ad Procoss. Vicarios, et omnes Rectores. Nihil superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisquam provincialis exsolvat, neque ullius omnino indictionis titulus etiam solemnis immineat: nisi cum nostro confirmata judicio, & imperialibus nexa præceptis sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. Dat. vii. Kal. Jun. Med. Antonio, et Syagrio Coss.

Superindictum est augmentum indictionis, *l. 3. C. Th. de col. fun. pa. Augmenti*, inquit, & *Superindictitii*. Marcellin. xxvii. *Indictionale augmentum*. Athalaricus Rex ix. *Quod à nobis augmenti nomine quærebatur, illustrem virum Comitem patrimonii nostri nunc jussimus removere*: & alio loco: *Quidquid supra consuetudinariam functionem augmenti nomine petebatur*. Est autem munus extraordinarium, à quo excusantur plerique, ut diximus *in l. 1. sup. tit. prox.* Porro constituitur in hac lege, ne quid præf. prætorio injussu principis indicat, vel superindicat. Princeps emittit delegationem, tum ea insinuatur apud acta præf. præt. deinde mittitur præsidibus, ut exigant, *Nov.* 128.

De Exactionibus tributorum.

Tit. XIX.

I. Imp. Constantsnos a. ad Ælianum Proconsulem Africae. Ducenarii, & centenarii, sive sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam à tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum, quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet. Dat. Kal. Novemb. Trev. Constantsno a. iiii. et Licsnso iiii. Coss.

Ducena, & centena dignitates sunt in schola agentium in rebus, & in officio sacrarum largitionum, *l. 1. C. Th. de Cæsar. l. 1. C. Th. de murileg. l. 5. C. Th. de decur. l. 3. C. Th. de cohor. princ. cor. l. 3. & 4. inf. de agent. in reb. l. 5. inf. de princ. ag. in reb. l. 1. sup. de offi. mag. offic. l. 1. inf. de luc. ad.* Eusebius vii. de Samosateno: καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι. Procuratores ducenarii dicuntur à Cypriano in Epistolis. *Actis*, inquit, *publice habitis apud procuratorem ducenarium*. Et à Suetonio in Claudio cap. 24. An igitur sic videntur appellati ducenarii, & centenarii, itemque sexagenarii (de quibus alterum dumtaxat locum observavi in *l. 2. C. Th. de anno, & trib.* quam huic esse conjungendam inscriptiones, & subscriptiones probant satis) à numero pecuniarum eis commmissarum, qua ratione procuratoribus Cæsaris indita fuisse nomina Dio scribit lib. liii. καὶ τότε γε ἐπιτρόπους καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀξιώματος ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγίγνεται. Exegisse eos fiscales pecunias hæc lex ostendit, non tamen nisi ex brevi debitorum tabulario confecto.

I. Idem a. ad Populum. Nemo carcerem plumbatarumque verbera, aut pondera, aliaque ab insolentia judicum reperta supplicia in debitorum solutionibus, vel à perversis, vel ab iratis judicibus expavescat: carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est, & officialium, & cum denotatione eorum judicum, quorum de officio certiores esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint. Securi juxta præsidem transeant solutores: vel certe si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur, contineatur aperta, & libera, & in usu hominum instituta custodia militari. Si quis in obdurata nequitia permanebit, ad res ejus omnemque substantiam exactor accedat, solutionis obsequio eum substantiæ proprietate suscepto, qua facultate præbita exactori, omnes fore credimus proniores ad solvenda ea, quæ ad nostri usus exercitus pro communi salute poscuntur. Dat. Kal. Februar. Const. a. vi. et Con. Caes. Coss.

Plumbatarum] Nemo melius hoc genus verberum expressit, quam Prud. περὶ στεφάνων,

Tunditur tergum crebris ictibus,
Plumboque cervix verberata extuberet:
Pulsatus ergo martyr illa grandine,
Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos;

Ambrosius de passione Gervasii: *Jussit eum plumbatis contundi, l. 1. sup. de his qui pot. nom. l. quilibet, inf. de decur. l. 2. C. Th. de exact. Pondera*] Ammianus Marcellinus xxix. *Expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & ver-*

& verberibus . Victor de perſ. Vand. *Ingentia pondera pedibus colligantes* . *Carcer*] * Locus eſt valde depravatus : cum ſi qua ratione reſtituere poſſem ſæpius fruſtra tentavi . Sententia hæc fuit : Carcerem eſſe propoſitum noxiis, non debitoribus : Puniri judices, & officiales qui contra hanc legem admiſerint. *Juxta præſidem*] Melius in C. Th. *juxta eam ſolutores* , id eſt, collatores. *Indulgentia*] Summa hæc indulgentia eſt : nam ob debita privata carcerem patimur, *l. 1. ſup. qui bo. ced. poſſ. Exactor.*] Vet. *Exactor ejus* , melius C. Th. *Cives ejus accedant* , nam & paulo poſt à vet. abeſt vox, *Exactori* , & cives admitti probat *l. pen. inf. hoc tit.* & bona eis addicuntur cum onere illationum debitarum.

* Hanc legem admodum juvenis tentavi reſtituere, neque hilum profeci, ſtromate 1. l. c. 25. Imo *lex 6. ff. de action. emp.* quam volebam emendare operarum culpa omiſſa eſt : quo factum eſt, ut Pandectis Florentinis adſcriberetur quod minime debuit. Delenda igitur ſunt quæ præter mentem meam irrepſerunt, & ita reponendum inductis omnibus, quæ ibi leguntur, exceptis his quæ de plumbatis inſeruntur. Non occurrit igitur emendatio dictæ legis *nemo* , quæ animum meum expleat. Apponam tantum verſionem Gallicam, quæ feliciori conjectori poterit eſſe ſubſidio. Hanc debeo (& plerique alii multa ei ſe debere profitentur ingenue) Nubleo cauſarum patrono cum humanitate ſingulari prædito, tum elegantiori doctrina perpolito, libros tres poſteriores Codicis in linguam Latinam converſos utendos mihi dedit. Sic igitur habet vetus verſio Gallica : *Car chartre* (priſon) *appartient as malfaicteurs & à ceulx qui ont de ſervir peine. & li officials qui metteront contre ceſte loy deuront ſuffrir tel peine, que ils ſoint mis hors de leur office* .

Ex Conſtantini igitur indulgentia debitores tributorum carcerem non patiuntur. cum tamen ob debita privata debitores in carcerem detrudantur : carcer enim pœnalium, carcer, hominum noxiorum eſt, de quibus dici poteſt Lucretii illud IV. — *Sceleriſque luella* , *carcer* . Illud autem non videtur ſemper obtinuiſſe. Rufinus Aquilejenſis de Vitis Patr. 1. 16. *Mihi enim infelici eſt maritus, qui debiti fiſcalis gratia ſæpe ſuſpenſus, & flagellatus, ac pœnis omnibus cruciatus ſervatur in carcere, nec aliam ob cauſam producitur niſi ut tormenta patiatur. Tres autem nobis filii fuerunt, qui jam pro ejuſdem debiti neceſſitate diſtracti ſunt. Ego quoque miſerrima, quia ad ſimiles pœnas inquiror, de loco ad locum fugitans inedia miſeriaque confecta per hæc nunc latitans oberro loca.* Vide Palladium Lauſiacæ cap. LXIII.

Quod attinet ad *l. 6. de act. em.* ſic legitur Florentiæ, *etiamſi agnoverit* . Alii habent, *ignoraverit* . Puto legendum, *ignoverit* . A. Gellius libro 1. 3. *Hoc profecto nemo ignorit* . Sic legitur in MSS. quibuſdam, vetus Onomaſticon, *Ignoſco, ἐπιγινώσκω* , videtur legendum, *ἀπογινώσκω* , quod eſt, non agnoſco. C. A. FABROTUS.

III. IMP. CONSTAN. A. NEMESIANO COM. SAC. LAR. Quoties quis & privati debitor invenitur, & fiſci, & abreptus ab uno officio tenetur : ad univerſi debiti ſolutionem, qui eum abſtulit coerceatur, ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eundem avellendum abſtrahendumque crediderit. DAT. IIII. ID. MAI. NIC. AMAN. ET ALBI. COSS.

Debitor privati ærarii & fiſci ab uno officio abreptus & cuſtodiæ militari traditus eſt. Ab uno officio, hoc eſt à largitionalibus vel à privatianis. Lex ait ei utriuſque debiti exactionem incubere. Pro *coerceatur* , legendum *coarctetur* , ut in *l. 3. inf. de apo. pub. l. pen. in fi. inf. de agr. & cenſ.*

IV. IIDEM AA. AD EUSTACHIUM PP. Actores cæterique rei privatæ noſtræ ad ſolutionem ſpecierum ſolemnium debiti vigoris auctoritate cagantur, ne provinciales rei privatæ noſtræ fatiget immanitas. DAT. VIII. ID. MARTIIS ROMAE LIMENIO, ET CATULINO COSS.

Actores, procuratores, conductores rei privatæ ad ſolutionem canonum compelli poſſunt manu militari, aut miſſione in poſſeſſionem, *l. miſſi* , *l. pen. inf.* ne horum immunitas cæteros gravet. Græci, *ἵνα μὴ ἡ τῶ βασιλέως ἀτέλεια ἐπιβλαβὴς γίνηται ταῖς ἐπαρχίαις* : itaque vulgo male legitur *immanitas* .

V. IMPPP. THEODOSIUS, ARCADIUS, ET HONORIUS AAA. RUFINO PP. Apparitores quicunque in collationem auri præcepti fuerint officii ſui adhibere ſervitium, titulorum debita, & collationum ſummas relationis ſuæ fide, & adnotatione perſcribant : ſitque ex officialis inſtructione officium conſcium, quid exactum, quidve prælatum eſſe videatur : ne longinqui itineris diverſitate ſuſceptor abductus, & curiæ ſuæ deſit, & rei familiaris detrimenta ſuſtineat. DAT. PRID. ID. APR. CP. THEODOSIO A. IV. ET ABUNDANTIO COSS.

Si quando jubeantur præfectiani aurariæ functionis exactioni operam dare, neceſſe eſt eos acceptorum, & reliquorum rationem principali ſuſceptori reddere, ut eorum inſtructione, & relatione ſuſceptor intelligat, quid ſolutum quidque reliquum ſit. Pro, *prælatum* , legendum, *prolatum* , id eſt, dilatum. Græci : *τί μὲν ἀπῄτησε, τί δὲ ἔτι λοιπάζεται* . Sic in *l. 3. inf. de exeut. & exact. quid exactum fuerit, quidve in debitis habetur. Curiæ ſuæ*] Creatur enim ſuſceptor aurarius ex curialibus, *l. 1. de apoch. publ.*

VI. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. THEODORO PP. In fiſcalibus debitis, hoc eſt annonariis, cæteriſque titulis, qui ad arcam eminentiſſimæ pertinent præfecturæ, nec non in iis debitis, quæ rationale uſurpat officium : rectores provinciarum conſtringantur, & ad eos neceſſitas maneat, exigendi, à quibus expectatur auctoritas. DAT. KAL. JUNII MEDIOL. HONORIO A. IV. ET EUTYCHIANO COSS.

Canones, aut ærario inferuntur, aut arcæ ſive menſæ præfect. prætor. ex qua emolumenta ſolemnia, & penſiones præbentur. Fit hujus arcæ mentio in *l. 9. C. Th. de indul. deb. l. duos, inf. de ſuſcep. l. ult. inf. de app. præf. præt. l. pen. inf. de cur. pub.* Fuit & arca quæſtoria quædam. Symmachus in Epiſt. *Ex arca quæſtoria, itemque ex formarum conditis* . Et arca theatralis præf. urbi, auctore Juliano in *Nov.* LXCIX. Varii autem ſunt illationum tituli, veluti annonarum, tributorum, veſtium, quibus omnibus exigendis præſides provinciarum vim, & auctoritatem ſuam interponere debent, *l. 11. ſup. de an. & trib. l. prox. in fi.*

Rationale] Rationalis ſacrarum largitionum, aut rerum privatarum, & rationalium officiales.

VII. IIDEM AA. ADRIANO PP. Miſſi opinatores cum delegatoriis, judicibus, eorumque officiis inſiſtant, ut intra anni metas id, quod debetur, accipiant : nihil his ſit cum poſſeſſore commune, cui non militem, ſed exactorem, ſi ſit obnoxius, convenit imminere. Judices itaque qui pro-

provinciales passi fuerint opinatoribus delegari, ejusdem quantitatis duplex pœna retinebit: & apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos voluerint delegare militibus: & curiales temporale manebit exilium, si eos quos solemniter exigere consueverunt, opinatoribus putaverint esse tradendos: cum judicem oporteat inquirere debitores, tabularios fideliter providere nomina debitorum, & apparitores, sive curiales consuetudine servata regionum convictis debitoribus imminere, ut perceptis congruis emolumentis, opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare. Qui si ultra annum protracti fuerint, judices & officia absque ulla mora de proprio cogantur exsolvere militibus, quod debetur, ipsis adversus obnoxios repetitione servata. Quod si ad nos aliqua de retentis ab opinatoribus querela pervenerit, in duplum ab his protinus exigetur: ut partem debitam miles, reliquam fiscus accipiat: judicibus quoque eorumque officiis eatenus subveniemus, ut in contumaces debitores cujuslibet dignitatis auctoritatem suam exerant: ac si impudenter solutio differatur, actores, procuratoresque, eorumque prædia persequantur, de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi. DAT. III. ID. JUL. MED. VINCENTIO, ET FRAVITTA COSS.

Opinatores sunt milites, qui in provincias mittuntur petendæ militaris annonæ causa, *l.* 11. *&* 54. *inf. de erog. mil. an.* sic, ut opinor, dicti, quod exigant opinionem, id est censum agri. Glossæ Philoxeni. *Opinator*, ὁ τῆς στρατιωτικῆς ἀννώνης ἀπαιτητής. Male Haloander legit hoc loco, Optiones. Hi sunt, qui annonam militibus dividunt, *l.* 9. *inf. eod. tit. l.* 3. *inf. de apoch. pub. & Nov. Martiani de indulg. rel. Nov. Justiniani* 529. & ideo recte ad *l.* 1. *ff. de mun. & hon.* Græci lib. 54. *Βασιλικῶν* annonæ divisionem interpretantur optionem militum. Procopius III. de bel. Vand. ὅς ἐπιμελητὴς τοῦ τῆς περὶ τὴν δίαιταν δαπάνης, ὃν ὀπτίωνα Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Nominis ratio hæc, quod duces eos sibi optent dividendæ annonæ causa quasi adjutores, quo facilius cætera munia militaria obeant: qua ratione auxilia fœderatorum Optiones etiam dicuntur, *l. ult. sup. de loc. Nov.* 116. *&* 557. Duces illorum proprin nomine Phylarchi nam in *Nov.* 102. rectissime Julianus φύλαρχον interpretatur Saracenorum ducem, quos ex fœderatis fuisse constat. Procopius I. de bell. Pers. οὐδεὶς δὲ ἔτι Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἀρχων ὃν δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενος οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται: ubi Volaterranus perperam legit Chiliarchi. Idem paulopost: καὶ αὐτὸν βασιλεὺς φυλαρχοῦντα ἐν παλαιστίνῃ σαρακηνῶν κατεστήσατο. Theodorus Anagnostes 2. Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου σαρακηνῶν. Verum, ut ad opinatores redeamus quibus de agitur in hac lege, missi in provincias non fugentur exactorum officio, sed instabunt præsidibus, & officiis eorum, & curialibus tantum, quibus titulorum fiscalium exactio competit, ut intra anni spatium annonas accipiant, *l.* 11. *inf. de erog. mil. ann.* idemque de palatinis constituitur in *l.* 2. *inf. de can. larg. tit. & l. ult. inf.* & in *l. nullum, sup. de off. rec. pro.* ad quam ita Theodorus, ἐπιτρέπει τούτοις ὀχλεῖν καὶ κατεπείγειν τοὺς ἄρχοντας εἰς ἀπαίτησιν τῶν δημοσίων, μᾶλλον δὲ καὶ συμπονεῖν τοῖς τούτων ταξεώταις εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν τελῶν. Præsides potentiores exigunt, Curiales sui ordinis viros, *l.* 52. *C. Th. de exact. trib.* & interdum omnes possessores secundum consuetudinem regionum. *Exactorem*] Lenior est appellatio exactoris quam militis. *Judices*] Præses qui provincialem patitur exigi ab opinatoribus, in duplum damnatur, officialis deportatur, curialis exulat ad tempus. In duplum etiam damnatur præses, qui opinatorem ultra annum potrahit, forte opinatori, pœna fisco rel cta. Debet itaque omnimodo intra annum, vel de suo annonas, quæ efflagitantur, opinatori præstare, ne fiat longiur mora, ac deinde à provincialibus eas repetere. Præstituitur, & palatinis, præfectianisque annus in *l.* 3. *inf. de execut. Delegari*] Exigendos tradi. *Congruis emolumentis*] Competentibus annonis. *Nominibus*] Interest principis nomina eorum nosse, qui indevoti, & inobedientes sunt.

VIII. IMPP. LEO, ET ANTHEMIUS AA. NICOSTRATO PP. Si divina domus, aut quælibet alia, cujuscunque dignitatis atque fortunæ, re vera fundos extra metrocomias, non patrocinii gratia, sed emptionis jure, vel quolibet alio titulo legitimo possederit, & non impositas Reipublicæ functiones agnoverit, quemadmodum prior dominus dependebat: omnibus modis possessiones eorum publico vindicentur, & curiæ ejusdem civitatis, sub qua vici sunt, adsignentur, ut publicis commoditatibus circa tributarias functiones undique nostra provisione videatur esse consultum. DAT. KAL. SEPT. ANTHEMIO A. II. COS.

Coloni capitationem præstant, *l.* 1. *inf. ne rustic. ad ul. obs. dev.* exceptis Thracensibus, & Illyricanis, *l.* 1. *inf. de col. Tra. & colonis ecclesiæ Thessalonicensis*, *l.* 52. *sup. de annon. & trib.* Plebs urbana non item, *l.* 5. *inf. de capit. civ. cens. exim.* Sed neque μητροκωμῆται. Qualis est metropolis inter urbes, talis est metrocomia inter vicos. Metropolis, caput, materve provinciæ, vel ut Solinus, Florus, Marcellinusque loquuntur, mater urbium. Metrocomia, mater vicorum. Ut urbes à capitatione immunes sunt, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici. Huic vero legi conjungenda est *l.* 1. *inf. non lic. hab. & l.* 1. *inf. ut nemo ad suum pat.* quæ eandem inscriptionem, & subscriptionem habent. *Si divina*] Privata principis domus: idem in ecclesia, *l.* 5. *&* 6. *sup. de sacros. eccles. Extra metrocomias*] Extra muros, *l.* 5. *inf. ne rustic. ad ult. obs. Non patrocinii*] Quod patrocinii gratia possidetur, vere non possidetur, *d. l.* 1. *inf. ut nemo ad suum pat. Et curiæ*] Possessores igitur cujuscunque dignitatis atque fortunæ si non solvant debitas capitationes, dominio prædiorum excidunt, eaque cum capitationis onere curiæ urbis, sub qua vici sunt, adsignantur: male vulgo legitur, *Sub qua vincti sunt*. Sequitur Constitutio Græca, quæ deerat.

IX. Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. Ἵνα μὴ πολλῶν ἀπαιτούντων τὰ δημόσια, καὶ οἱ συντελεῖς βλάπτωνται, καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος εἰς μόνος κανονικάριος εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ τοῦ πραιτωρίου πεμπέσθω σκρινίου, ὀφείλων κατεπείγειν τὴν εἴσπραξιν τῶν κεχρεωστημένων τίτλων τοῦ ἰδίου σκρινίου: ἐξπελευστὴς μέντοι μὴ πεμπέσθω εἰ μὴ μετὰ παραδρομὴν τῆς ὁρισμένης προθεσμίας, καὶ ἑτέρου μηνός: τότε δὲ τοῦ χρόνου διατρέχοντος πεμπέσθω ὁ ἐξπελευστὴς προστιμωμένου καὶ τοῦ ἄρχοντος, καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ κανονικαρίου πρὸς τὸ οἰκεῖον τῶν μὴ ἀπαιτηθέντων χρημάτων, καὶ πρὸς τὴν τῆς ῥαθυμίας ποσότητα, ὥστε τὸν αὐτὸν ἐξπελευστὴν, καὶ τὰ λειπάζοντα δημόσια, καὶ τὸ πρόστιμον μεθοδεύειν: μόνῳ δὲ τῷ ἄρχοντι, καὶ τῇ τάξει, καὶ τῷ κανονικαρίῳ ὁ ἐξπελευστὴς ἐπικείσθω ἀφορίζομένης αὐτῷ παραμυθίας, καὶ πρὸς τὴν ἐπαρ-

ἐπαρχίαν τὴν χρεωστοῦσαν, καὶ πρὸς τὰ διατυπώματα: τὴν δὲ παραμυθίαν ταύτην ὁ ἄρχων ἐπιγινωσκέτω, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ, καὶ ὁ κανονικάριος ὡς αἴτιοι γενόμενοι τοῦ πεμφθῆναι τὸν ἐξπελλευτήν: ἐξπελλευτὴς δὲ ἕτερος μηδέποτε πεμπέσθω μὴ δὲ ἄλλος τις μετὰ τὸν ἐξπελλευτήν: ἐὰν δὲ νομίσωσιν οἱ ἔπαρχοι χρεῶδες εἶναι τὸ καὶ ἕτερον ἐκπέμψαι μετὰ τὸν ἐξπελλευτὴν, τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τούτῳ κρατείτω, καὶ τὴν ὁριζομένην αὐτῷ παραμυθίαν ὁ αἴτιος τοῦ πεμφθῆναι αὐτὸν παρεχέτω, τουτέστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ, καὶ ὁ κανονικάριος, καὶ ὁ ἐξπελλευτής: ἡ γὰρ ἀφορισθεῖσα τῷ κανονικαρίῳ παραμυθία πᾶσι τοῖς μετ' αὐτὸν πεμπομένοις ἀπαιτηταῖς ἀρκεῖ, καὶ μηδὲν περαιτέρω, μήτε τὰ συστήματα τῶν πόλεων, μήτε οἱ συντελεῖς ἀναπειθέσθωσαν, εἰ καὶ πλείονες πρὸς ἀπαίτησιν ἐκπεμφθῶσι προστιμωμένων ἑκάστοτε πάντων τῶν ἐκπεμπομένων, καὶ μὴ ἀνυόντων τὰ δημόσια: καὶ ὅσαι δὲ γίνονται ἐκταγαὶ τῷ κανονικαρίῳ πεμπέσθωσαν, ὥστε δι' αὐτοῦ καὶ ταύτας ἀνύεσθαι, μὴ αὐξάνεσθαι δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀφωρισμένην αὐτῷ παραμυθίαν: ἑβδοματικὰ δὲ μηδεὶς λαμβανέτω, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα παντελῶς ἀπαλειφέσθω: ἃ δὲ κατά τι παραβαθείη τὰ νομοθετηθέντα, πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν ποινὴ ἐπιτίμιον ἔστω, καὶ κατὰ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων, καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τῶν τάξεων αὐτῶν, καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν δημοσιευόντων τῶν προσώπων. DAT. XII. KAL. AUG. CP. PAULO V.C. COS.

Interpretatio Latina.

Ne exactorum multitudo cum fisci rationibus rum collatoribus damnum inferat, unus tantum in singulas provincias ex competenti scrinio canonicarius mittatur, qui eorum, quæ proprio scrinio debentur, exactionem urgeat: Compulsor plane non mittatur, nisi post diem quo solvi debuit, & hoc amplius mensem alterum. At eo tempore elapso compulsor mittatur, qui non tantum reliqua fiscalia, sed & pro modo culpæ multam à præside, & officio ejus, & à canonicario exigat. Soli autem præsidi, & officio, & canonicario compulsor immineat, & pro ratione provinciæ atque itineris spatio solatium ab eis ferat, per quos factum est, ut mitteretur. Verum alius compulsor nequaquam mittatur, nec alius quisquam. Si tamen præfecti ex usu esse existimaverint alium compulsorem mitti, eadem in eo serventur, & definitum solatium ei is præstet, qui mittendi causam præstiterit, hoc est, præses provinciæ, & officium ejus, & canonicarius, & compulsor. Constitutum namque canonicario solatium omnibus exactoribus post eum missis sufficit, nec eo amplius quidquam corpora civitatum, vel collatores præstare coguntur, etiamsi plures mittantur, iis qui missi sunt sigillatim multandis, nisi publica tributa expedierint. Quæcunque autem fiunt delegationes canonicario mittantur, ut eas per se expediat, nec ob eas augeatur canonicarii solatium. Ἑβδοματικὰ nullus accipiat, sed & nomen illud penitus aboleatur. Quod si qua ex parte quis legem transgrediatur, & adversus officia præfectorum, & adversus præsides provinciarum, & officiales eorum, cæterorumque publica tractantium personas, L. librarum auri pœna constituta esto.

Huic Constitutioni derogat *Nov.* 128. quæ vetat post canonicarium, compulsorem mitti. Mittitur autem ex hac Constitutione post mensem, quam solvi debuit: quod ita ex hac lege in libro ῥοπῶν Eustathius magister urbis Romæ notavit. Μετὰ μῆνα τῆς ὡρισμένης προθεσμίας πέμπεται ὁ ἐξπελλευτής. Et canonicario quidem, quod datur salarium, à collatoribus præstatur: Compulsori, & aliis, qui post compulsorem mittuntur à præside, & officio ejus, & canonicario, & primo compulsore, qui in expediendis fiscalibus debitis negligenter versati sunt. De canonicariis memini me scripsisse aliquid Obs. 111. Græci ad *l. nullum, sup. de off. rec. pro.* palatinos, canonicarios vocant. Hi sunt palatini qui mittuntur ex scrinio canonum: & ideo recte iidem ad *l.* 10. *inf. de murileg.* Ὀκνοῦν ὁ διδόμενος ἀπὸ σκρινοβλαίτω καὶ μετάξης καθαρὸς εἰσαγέσθω ᾳ': λέγεται παρεχόντων τῶν κανονικαρίων, &c. De iis Majorianus *Nov. de ind. rel.* Ἑβδοματικὰ sunt quæ dat collator exactori in hoc ut aliquid de exigendi severitate instantiaque temittat. Justinianus in *edicto de Alexandrinis*: καὶ τοῖς μὲν τῶν ὑπευθύνων ἐνδιδόναι καὶ τὰ καλούμενα ἑβδοματικὰ κομίζεσθαι.

De Superexactionibus.

TIT. XX.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. APOLODORO PROCONS. AFRICAE. Quidquid ultra debitum fuerit elicitum à curialibus, vel cohortalibus, vel aliis exactoribus, in duplum eruatur, quod provincialibus restitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum superexactionis crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas ejus amovenda atque prohibenda est, si in iisdem sceleribus perseveret. DAT. PRID. ID. MAR. MED. STILICONE, ET AURELIANO COSS.

Superexactores provincialibus tenentur in duplum. Obstat *l. peræquatores, inf. de cens.* quæ quadruplum statuit, in peræquatores scilicet, aut discussores, qui pecunia corrupti demunt uni, quod transferant in alium, vel etiam pecunia redempti abstinent ab injuriis, ut *l. ult. inf. de discuss.* De superexactoribus non loquitur. Obstat *l. placet, inf. de exc. mu.* quæ de eo loquitur, qui quid exigit extra ordinem ex descriptione præf. prætorio, non de superexactore, cui non dupli tantum hac lege, sed & si perseveraverit, capitis pœna proposita est: quod tamen mutavit *Nov. Leonis* 61.

De Capiendis, & distrahendis pignoribus tributorum causa.

TIT. XXI.

I. IMP. CONSTANTINUS A. AD AFROS PROVINCIALES. Res eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur: comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. DAT. XV. KAL. JUN. SEX-

Serdicae, Constantino v. et Maximo Coss.

Tributorum non solutorum causa pignora capiuntur, & distrahuntur, *l. 8. sup. de furt.* Imo curiæ adsignantur, *l. 2. l. pen. sup. de exact. trib.* quod equidem fieri existimo non invento emptore. Vel utrumque est indifferens, ut aut bona contumacium distrahantur sine reliquorum onere, aut curiæ addicantur cum reliquorum onere. Non male Accursium adjecisse, post duos menses à die capionis, probat *l. 1. C. Th. de dist. pig. qui trib. cau. ten.* Emptorum securitatem, *tit. si prop. publ. pensit. sup.*

II. Impp. Constantius, et Constans aa. Restituto Praesidi Sardiniae. Satis sit debitorem annonarum adsolvendi, necessitatem capione pignorum conveniri. Dat. viii. Id. Dec. Thessalonicae Constantio vi. et Constante iii. aa. Coss.

Sufficit pignorum capio, nec vincula, aut tormenta adhibenda sunt.

De Apochis publicis, & descriptionibus curialibus.

Tit. XXII.

Apocha est professio solutæ pecuniæ. Autapocha est exemplum apochæ subscriptum à debitore, & creditori datum: & hanc esse veram definitionem antapochæ probat *l. plures, sup. de fide instr.* si modo, ut auctores sunt libri scripti, deleantur hæc verba, *vel antapocham suscipere*, quam Jacobus, & Fulgosius sequuntur. Apocha debitor probat se solvisse, ut creditoris actionem excludat. Antapocha creditor probat sibi reditus, pensiones, usuras solutas fuisse, ut præscriptionem temporis summoveat, vel ut repellat colonum sese in libertatem asserentem. Apocha securitas etiam dicitur, ἀμεριμνία, & ἀπόδειξις sæpissime in Novellis, & in libris βασιλικῶν. Petronius Arbiter in Satyrico: *Redde mihi apodixim defunctoriam*, id est, remissionem senilis ætatis. Cassiodorus xi. *Merito testimonium solutionis securitas dicitur, de quo non solum animus, sed substantia communitur.* Sidonius v. *Contra tributa securitatibus consule.* Dicuntur, & Recauta in Nov. 130. ubi Græci vertunt ἐν τρεπτέσματα, non minus male, quam delegatores μινυτάς. August. de cura pro mortuis, *Ubi esset recautum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicavit.* Posteriores dixere Evacuatoriam in formulis Marculphi, ab evacuanda obligatione, ut quandoque Græci, ἀκυρωτικόν. Hic titulus est de apochis publicis, id est, de securitatibus, quibus functionibus publicis satisfactum esse comprobatur. Sequitur, *Et descriptionibus curialibus*. Descriptio fit adscripto singulorum collatorum nomine, & collationis modo, de qua est *l. 1.* Vellem additum fuisset, *Et de quadrimenstruis brevibus*, quod forsitan addi etiam oportet, de quibus agitur in eadem *l. 1.* Sunt autem quadrimenstrui breves, qui de singulis pensionibus conficiuntur à chartulariis, & ad officium palatinum, aut præfectum prætorio transmittuntur, *l. 2. inf.* Constat enim tribus pensionibus anni cujusque indictiones solvi, *l. ult. sup. de annon. & tribut. l. 15. & 16. Cod. Theod. eod. tit.* Cassiodorus: *Ut trina*, inquit, *illatione devotus possessor suam compleat functionem.* Et inde singularum pensionum breves quadrimenstrui sunt. Idem Cassiodorus xii. *Expensarum fidelem notitiam quaternis mensibus comprehensam, ad scrinia nostra dirigere maturabis, ut totius erroris caligine detersa, rationibus publicis veritas elucescat:* quæ Cassiodori verba Accursius usurpavit in *l. 1.* Majorianus *Nov. de ind. rel. Quadrimenstruis illationibus annuæ functionis celebretur exactio.*

I. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Anthemio pp. Ad inferiorum curialium relevandas fortunas, & impressionem potentium itidem curialium cohibendam, placuit, ut descriptiones (si quæ per singulos ordines cogentibus diversis negotiis agitentur) non sumant ante principium, quam apud acta provinciarum rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ sententiis. Sed & aurum quod ex hujusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa & summa comprehendantur, quo & descriptionis, æquitas illustretur, & descriptio documentis evidentibus fulciatur: hoc etiam observando, ut quadrimenstruis quoque brevibus, qui ad excellentiæ tuæ officium solemniter diriguntur, celebratæ descriptionis dispositio societur: ut omnes vestræ potestatis scientiam formidantes, nihil ad relevationem locupletum atque inopum perniciem audeant pertentare. Quod & tunc optimum est custodiri, cum lucrativæ facultates ex bonis curialium curiæ obvenerint, ut & inopes, & locupletes fructu provisionis simillimæ potiantur: quam dispositionem si quis judicum, numerariorum, vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi, quam vestra sedes statuerit, subjacebit. Dat. vii. Kal. Sept. cp. Varana Cos.

Descriptiones, sive ἀπογραφαὶ Curialium, non ante effectum habent, quam insinuatæ fuerint, & receptæ à præsidibus provinciarum. Ita vero fieri debent servata proportione Geometrica, ut tenuiores decuriones à potentioribus subleventur, non onerentur. Puto legem accipiendam esse de collatione auri coronarii, quod curalium munus esse constat. *Per singulos ordines*] Decurionum, per singulas civitates. *Et descriptio*] Legendum, *& descriptus*, id est, decurio, qui aurum intulit. *Quod & tunc*] Res ipsa exigit, ut sicuti est in C. Th. absit hac parte verbum *Curiæ*: nam vel auri, vel lucrativorum descriptionem curiales faciunt. De auri descriptione dictum est supra. Nunc dicit de lucrativorum descriptione, quam sustinent non curiales, quibus curialium bona obvenerunt ex causa lucrativa, ut constat ex tit. *de imp. luc. desc.* In utraque servari debet proportio Geometrica. *Judicum numerariorum*] Judices præsides sunt. Numerarii, officiales, qui numeros agunt, proximi tabulariis, de quibus in *tit. de susceptor. infr.*

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Celeri Procons. Africae. Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio judice non liceat refricari: & ideo spectabilitas tua, saluberrimæ ac justissimæ præceptionis formam secuta, prohibebit in posterum eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit accepta securitatis prosperitate lætari. Dat. v. Kal. Maii, Ravennae post cons. Felicis, et Tauri vv. cc.

Non esse retractandam ejus illationis rationem, de cujus fide satis ex apocha constat. Quia ad proconsulem scribit, ait, *Spectabilitas tua*. Omnes proconsules sunt spectabiles.

III. Imp.

III. Imp. Martianus A. Constantino pp. Quicunque de provincialibus, & collatoribus, decurso posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ solutionis exposcitur, si trium cohærentium sibi annorum apochas securitatesque protulerit, superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coartetur: nisi forte, aut curialis, aut quicunque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, sive compulsor possessorum, vel collatorum habuerit cautionem, aut id quod reposcit, deberi sibi manifesta gestorum adsertione patefecerit. Dat. xv. Kal. Aug. Varrone, et Johanne Coss.

Qui prolatis apochis ostendit se proximis tribus annis solvisse, præsumitur etiam solvisse superioribus, itaque exactori incumbit onus probandi, quod & ad emphyteuticarium trahitur vulgo: *Quicunque apparitor*] Ex quolibet officio, *l. missi, sup. de exact. trib.* Optio est erogator militaris anonæ. Optioni jungitur actuarius, ut *Nov. Martiani de ind. deb. & l. excellentia, & l. ult. inf. de erog. mil. an.* qui subscribendarius in *l. 1. C. Th. eod. tit.* Et annonario in *l. 3. C. Th. de numerar.* Zonaras in Acta Apostolorum c. 83. differentiam facit inter σιτηρεσίων στρατιωτικῶν διανομεῖς, & τροφῶν στρατιώταις ἀποταττομένων ὑποδοχέων, & στρατολογίαν. Sed de his in *tit. de erog. mil. an.*

IV. Imp. Justinianus A. Mennae pp. Securitatibus, quæ publicarum functionum gratia, sive in solidum, sive ex parte solutæ esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi concedimus. Dat. Kal. Jun. cp. dn. Justiniano. A. ii. Cos.

Contra chirographa intra biennium opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Contra apochas privatorum intra dies xxx. Contra apochas publicas, nunquam. Hæc lex pars est *l. in contractibus, sup. de non num. pec.* ex qua hanc sic emendo, *Securitatibus publicorum functionum sive, &c.*

De Canone largitionalium titulorum.

Tit. XXIII.

Canon largitionalium titulorum est, qui ex more infertur thesauris, vel privato ærario, ex quo princeps dona, & largitiones publice privatimve facit, necessaria comparat, *l. 2. inf. de cupres. l. 1. inf. de metal.* vel exequitur, *l. ult. inf. de pri. dom. Aug.* atque ideo idem dicitur Comes thesaurorum, sacrarum largitionum, sacrarum remunerationum, vel muneratinnum, *l. 2. inf. de commea. l. Palatinos, inf. de palat. sacr. larg. l. 41. C. Th. de appell.* & interdum παροχεῦς à Græcis, quem Cassiodorus lib. vi. ait, præsidere donis imperialibus, & per eum erigi supplicum fortunas, & Kal. Januariis affatim largitiones fieri, qui dies largitionum etiam notatur in *l. laudabile, sup. de adu. diu. jud.* & à Nicephoro lib. x. cap. xxiii. Est & alius Comes privatarum largitionum.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Loliano. Omnem summam auri, vel argenti, & reliquarum specierum, quæ sacris largitionibus ex more penduntur, statim ut exactio fuerit celebrata, ad thesauros uniuscujusque provinciæ, vel ad proximos referri sub obsignatione tabularii cæterorumque, quos sollicitos esse debere præcedentia jussa decreverunt, & thesaurorum præpositis consignari præcipimus, ut ex inde ad sacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur. Dat. xii. Kal. Aug. Merobaude ii. et Saturnino Coss.

Constituitur in hac lege, ut statim canon largitionum inferatur thesauris provinciæ, aut proximis thesauris, ne diu sit penes susceptores, *l. diu. inf. de suscep.* & ut inferatur sub obsignatione tabulariorum cæterorumque, quos hujus rei cura attingit, & obsignatus tradatur præpositis thesaurorum, cujusmodi multos fuisse sub dispositione Comitis sacrarum largitionum indicat Notitia Romani imperii, & *l. 14. inf. de muri-leg.* non nisi satisdato promoveri. *Ad sacrum comitatum*] Græci vertunt, ad urbem regiam. Porro ibi est, & urbs regia, & sacer comitatus, ubi opum dominus Imperator. Herodianus 1. ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. Aliter Sinesius: ὅπου ἂν ὁ βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ πᾶσαν τὴν τύχην εἶναι.

II. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Anthemio pp. Neque sacrarum, vel privatarum largitionum palatina officia, ex quacunque causa, vel ex quocunque titulo fiscalis debiti, cum ad provinciam mittuntur, possessores per se audeant convenire: sive id ex præterito reliquum trahatur, seu præsentis temporis tributa solvi conveniat: sed rectores provinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumque officiis incumbant. Quod si rector provinciæ imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quærens, vel qualibet alia ratione palatinis iisdem propria auctoritate publicæ exactionis permiserit curam: tam ipse, quam officium ejus vicena auri pondo fisco dependant. Dat. vii. Id. Dec. Basso, et Philippo Coss.

Platinos jam sæpe diximus supra largitionales, sive privatianos esse, qui pertinent ad Comitem sacrarum, vel privatarum largitionum, & quod hac lege constituitur in *l. 7. sup. de exact. trib.* non provincialibus eos, sed præsidibus imminere, ut ii maturent exactionem per se suave officia, non etiam delegatis his ipsis palatinis: quos si forte delegaveriot, ex hac lege punientur, lenius tamen, quam si opinatores delegassent, ex *d. l. 7. Mittantur*] A Comitibus, *l. 4. inf. de pal. sac. larg.* & inde Mittendarii dicti.

III. Impp. Leo, et Anthemius AA. Heliodoro Com. s. l. Præcepit nostra serenitas, neque veloci cursui, neque alii præter inveteratam consuetudinem gravamini subjacere chartularios, qui de cohortalibus officiis uniuscujusque provinciæ largitionales titulos retractare constituuntur: cum & idem amplissima præfectura dispsosuisse perhibeatur, ut his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quod si aliquo tempore nostra jussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata: tam rector provinciæ, quam apparitio ejus triginta librarum auri condemnatione plectentur. Insuper virum spectabilem Comitem Orientis, ejusque officium licentiam habere conatus nefarios inhibendi,

di, tam moderatorum, quam cohortalis officii, A
cum de ea re admoniti fuerint à palatinis: & eandem pœnam formidantibus, si non omnibus modis pietatis nostræ decreta congruum mereantur effectum. Illud etiam generali forma sancimus, ut in omnibus provinciis, tam nominatio specialium susceptorum largitionalium titulorum, quam defensio tractatorum, non tantum per viros clarissimos moderatores provinciarum, sed etiam per viros spectabiles proconsules, & præfectum Augustalem, ac laudabiles vicarios, una cum eorum officiis, admonentibus semper nec non imminentibus palatinis, procuretur: providentibus, ut post nominationem etiam specialium susceptorum largitiona- B
lium titulorum, nulla minuendæ exactionis ad sacrum pertinentis ærarium, aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos titulos, rectoribus provinciarum, aut eorum officiis, vel etiam curialibus licentia permittatur: quadrimenstruis brevibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum, super commendandis ratiociniis publicis, periculo rectorum provinciarum, ad sacratissimam urbem transmittendis: nam quacunque ex parte, quam jussit nostra tranquillitas, si minus fuerit procuratum: pœna superius designata tam ipsi judices, quam eorum officia se noverint esse plectenda. Dat. vii. Kal. Aug. cp. Anthemio C
a. ii. Cos.

In singulis provinciis sunt perpetui præsidum apparitores, qui Cohortales dicuntur, ac plurimum eis primipili necessitas, aut exhibitio cursus injungitur, ut non male Patricius definierit Cohortalinos esse Beneficiarios habentes curam mansionum equorum, referente Thalelæo lib. 45. Βασιλικῶν, tit. 1. cujus verba subjiciam, quod in eis & legendis, & intelligendis cæcutierit Hervetus ὁ δὲ μακαρίτης πατρίκιος τοὺς κορτα-λίνους καλῶ μὲν Beneficiarios, λέγει δὲ φροντίζειν αὐτοὺς τῶν ἀλλαγῶν τῶν ἵππων, quod confirmatur *l. 14. inf. de cur. pub.* item *l. 7. C. Th. de cohor.* ex qua est *l. officiales sup. de episc. & cler.* *Beneficiarii*, inquit, *vel officiales rationales si exhibitione cursus, seu primipili necessitate neglecta*. Ex D
hoc cohortalium grege plerumque assumuntur, qui tabulas, vel chartas fiscalium debitorum tractent, agant, administrent, *l. 10. inf. de cohort.* Qui chartas tractant. Chartularii dicuntur eadem ratione, qua & chartularii divinarum domuum, magistrorum equitum, & peditum, vel numerorum, sacri cubiculi, defensorum civitatum, fabricensium, ecclesiarum. Et illis quidem id hac lege datur, ut ne sicut cæteri cohortales veredariæ necessitati, sive exhibitioni cursus obligentur, si ad tractandas chartas largitionalium titulorum ex eo corpore assumpti fuerint: pœna proposita in rectores provinciarum, & eorum officia, si quem ex chartulariis ad ea munera adegerint, quos defendere potius, & servare immunes debent, & hoc est, quod paulo post ait, defensionem tractatorum eis incumbere. Tractatores enim, & char- E
tularios pro iisdem dici arbitror, ut in *l. nulli, inf. de numerar. l. ult. inf. de execut. Novell.* 28. 30. 128. 129. 147. nam & supra dixit, chartularios retractare largitionales titulus. Itaque vere possis dicere à chartulariis confici quadrimenstruos breves, de quibus in fine legis. *Comitem Orientis*] Sub Comite Orientis sunt xv. provinciæ Orientis, quarum præsides, aut correctores si quid conentur illicite, coercitio Comitis erit, ut Zosimus scribit lib. 5. Palatinorum autem, qui sunt sub Comite sacrarum largitionum partes eæ sunt, urgere, instare, monere, ne quid tale adversus chartularios attentetur. Videtur hoc in provinciis tantum Orientis ita constitui, verum porrigitur mox genera-

liter ad cæteras omnes. *Tam nominatio*] Ad nominatores periculum susceptionis spectat. *Præfectum Augustalem*] Qui in Ægypti provinciam mittitur proconsulari potestate, specialiter dictus est præfectus Augustalis, *l. 1. ff. de offic. præf. Aug.* Eum habere Strabo τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν scribit, Tacitus regis loco esse. Ammianus Marcellinus xxii. *Ægyptus, quæ jam inde, ut Romano imperio juncta est, regitur à præfectis.* Sub eo sunt sex provinciæ Ægypti, Lybia superior, Lybia inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia, & Augustamnica, in cujus postremæ provinciæ nomine, ut hoc obiter dicam, error est in *l. 9. sup. de vectig. & com.* sicut & inscriptione, *l. 3. C. Theod. de decur.* *Nulla minuendæ*] nec minuendi sunt tituli, nec permutandi, sive confundendi: ut puta, quod ærario debetur, arcæ præfectoriæ inferendum non est, quanquam sint revera omnes tituli fiscales, nec largitionalium susceptores rationes arcæ attingere debent, *l. duos, inf. de suscept.* *Seu etiam*] Omnes lib. vet. *Sed etiam*, ut in *l. verba, sup. ad l. Jul. de adult. l. intra, ff. de diu. temp. præsc.* Ait autem, *Sed etiam curialibus*, quod eos quoque tangat exactio, & susceptorum nominatio.

IV. Iidem aa. Heliodoro Comiti s. l. Præcipimus, ut si forte delegatio, quæ ab amplissima præfectura in diversas provincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quomodo exactio eorum debet procedere: nihilominus competentem exactionem eorum à viris spectabilibus tam proconsulibus, quam vicariis, & viro spectabili Comite orientis, & præfecto Augustali, nec non rectoribus provinciarum eorumque officiis, & curialibus procurari: vicenarum librarum auri condemnationem præ oculis habentibus, si quid minus exactum, vel illatum fuerit sacro ærario, quam prisca, & inveterata consuetudo sacris largitionibus inferri constituit. Dat. Kal. Jul. cp. Anthemio a. ii. Cos.

Delegatio manat à principe, insinuatur apud acta præf. præt. ac deinde ab eo mittitur in singulas provincias. Solus ipse delegationes vel indictiones non facit, *l. 1. sup. de superindicto* Constituitur autem hac lege, ut solemnes canones præsidum & curialium cura exigantur, etiamsi per non curantiam forte omnes in delegatione comprehensi non sint: ut igitur suppleant præsides quod delegationi deest.

Ne operæ à collatoribus exigantur.

Tit. XXIV.

I. Impp. Valentinianus, Valens, et Gratianus aaa. ad Viventium pp. Operarum præbitionem, quæ illicite à provincialibus hactenus expetita est, synceritas tua cessare præcipiat. Dat. x. Kal. Mar. Trev. Valentiniano nb. p. et Victore Cos.

Cessare præcipit operarum præbitionem eam tantum quæ exigitur illicite, non omnem, *l. ad portus, sup. de oper. pub.* veluti equorum prosecutionem, *l. 1. inf. ne rustic. ad ult. obs. deu.* non tamen equorum prosecutoribus ministerium, *l. 1. inf. de tract. & stat.* Operæ sunt quæ à Gallis dicuntur, *Corvees*, quasi opera corporalia, nam & Lugdunensibus *Vee*, operam significat. Sunt igitur veluti angariæ quædam. At angariarum nomen latius patet, & separantur ab operis in *l. pen. inf. de aquæd. l. 4. C. Th. de ext. mun.*

De Immunitate nemini concedenda.

TIT. XXV.

I. IMPPP. GRATIANUS VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. AD POPULUM. His nostræ serenitatis edictis civitatum tabulariis erit flamma supplicium, si cujuspiam fraude, ambitu, potestate, injusta cujusquam profiteretur immunitas: ac non secundum præcedentem definitionem omnes omnino, abolita specialium immunitatum gratia necessitas tributariæ functionis, firmata censitorum, peræquatorum, provincialium judicum peræquatione constrinxerit. DAT. III. NON. MART. MEDIOLAN. MEROBAUDE II. ET SATURNINO COSS.

Tabularii civitatum qui rationes tributorum tractant, si iniquæ cujusquam immunitatis professionem admittant, vivi exuruntur. Tollit hæc lex immunitates à quibusdam perperam impetratas, & *l. immunitates, inf. de agr. & cens.* quæ huic conjungenda est, & revocantur omnes ad pristinam rationem census, censitorum, peræquatorum & præsidum judicio confirmatam.

II. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ANTHEMIO PP. Per Bithyniam cæterasque provincias possessores in reparatione publici aggeris, & cæteris hujusmodi muneribus, pro jugorum numero, vel capitum, quæ possidere noscuntur, adstringi cogantur. DAT. VII. KAL. NOV. CP. HONORIO VIII. ET THEODOSIO V. AA. COSS.

Ait, *Cæterasque provincias*, videlicet Ponticæ diœcœseos, veluti Galatiam, Cappadociam, Armeniam. Ait, *adstringi cogantur*, abolitis scilicet immunitatibus, *l. 1. sup. de oper. publ.* Sic emendavi ex Cod. Th. & ex vet. (nec enim solus Codex Theodosianus sufficeret) & ex Græcis qui sic vertunt: *ὑπομεῖναι ἀναγκαζέσθωσαν*. Antea legebatur, *Dare cogantur*.

De Conditis in publicis horreis.

TIT. XXVI.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD VOLUSIANUM P. V. Omnia quæ in horreis habentur, expendi volumus: ita ut non prius ad frumentum extendatur expensio, quod sub præfectura tua urbis horreis infertur, quam vetera condita fuerint erogata, & si forte vetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querela non possit: eidem ex nova portione misceatur, cujus adjectione corruptio velata damnum fisco non faciat: Ad istud autem negotium arbitratu, ac judicio tuo nobis prudens, fidelis, optime sibi conscius pro integritate mentis apponatur custos, ac mensor, qui vel frumenta modio metiatur, vel jussis æstimationibus colligat, quanta habeantur in condito. DAT. VI. ID. APR. DIVO JOVIANO, ET VARRONIANO COSS.

Populo cura præf. urbi & præfecti annonæ in dies præbentur annonæ, & panes qui gradiles dicuntur, quod è gradibus qui in unaquaque regione urbis erant ad pistrina, ut constat ex descriptione antiqua urbis, præbeantur. Inde in *C. Th. tit. de annonis civicis & pane gradili*. Prudentius adversus Symmachum: *Et quem panis alit gradibus dispensus ab aliis*. Cassiodorus IX. *Ut sive in gradu, sive in aliis locis frumentorum condita potuerint invenire*. Dantur frumenta pistoribus ex publicis horreis, tum deinde populo panes. Cavetur autem hac lege ut expendantur vetera primum, deinde nova, & si forte vetera corrupta sint, ut novorum admistione id vitium corrigatur. Item ut custodiendis, admetiendis, æstimandis conditis arbitrio præf. urbi idonei custodes & mensores præponantur. Hi vacationem habent munerum personalium, *l. his oneribus, §. 1. ff. de vac. mun. l. mensores, ff. de excus.* Fuere in portubus Tyberinis horrea, & in his annonæ urbicæ causa mensores portuenses, quibus junguntur caudicarii, id est, nautici frumentarii, *l. 1. C. Th. de can. frum. urb. Rom. l. 9. C. Th. de suar.* Et Romæ in veteri inscriptione ita: *Hinc etiam factum est, ut mensores, nos portuenses, quibus vetus fuit cum caudicariis diuturnumque luctamen, voti compotes abiremus, ut utrumque corpus & beneficio se & victoria gratularetur affectum.*

II. IIDEM AA. ANTHEMIO PRÆSIDI. Cum ad quamlibet urbem mansionemve accesseris, protinus horrea te inspicere volumus, ut devotissimis militibus depuratæ, & incorruptæ species præbeantur: nam si per incuriam officii gravitatis tuæ sartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluviis infecta perierint, ad damnum tuum referantur. DAT. VII. KAL. SEPT. ARELATI, DIVO JOVIANO, ET VARRONIANO COSS.

Sunt alia in provinciis horrea, ex quibus militibus erogantur annonæ, ea præses provinciæ inspicere debet, an sarta tectaque sint, *l. si in aliquam, ff. de offic. proconf.* ne horreariæ species corrumpantur. *Depuratæ* Omnes libri vet. *Defloratæ*. Græci, ἀνθηρὰ καὶ ἀδιάφθορα.

III. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. ANATOLIO PP. PER ILLYRICUM. Nulli posthac horreaticas species contingendi copia præbeatur, si vero quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat usurpare: hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam, ut deportationis pœnæ subjectus, totius substantiæ cogatur subire jacturam. DAT. VII. ID. JUL. CP. CÆSARIO, ET ATTICO COSS.

In insulam deportari eos, qui horreaticas species præsumpserint. Deportationi juncta semper est publicatio bonorum omnium. Huc pertinet *l. 2. inf. de iis, quæ ex pub. col. il. sunt non usurp.*

Ut nemini liceat in coemptione specierum se excusare, & de munere sitoniæ.

TIT. XXVII.

OSTENDI Observationum 1. legendum esse, *Coemptione*, & quid sit coemptio, quam Græci συνωνὴν, male interpres *Nov. Tiberii de divinis domibus*, contributionem, vel onus. Coemit autem undique fiscus à provincialibus etiam invitis species annonarias usui publico, vel exercitui necessarias. Boetius

I. de

1. de consolatione : *Cum acerbæ famis tempore gravis, atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam videretur, certamen adversum præf. prætorii communis commodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi, & ne coemptio exigeretur, evici*. Cura autem coemendi frumenti sitonia, vel sitonicum appellatur : itaque hoc tit. sitoniæ, an sitonici legas, nihil refert.

I. IMP. ANASTASIUS A. MATRONIANO PP. Quoties urgente necessitate comparationes frumenti, vel hordei, aliarumque specierum quibuslibet provinciis indicuntur : nulli penitus possidentium sese sub cujuscunque privilegii occasione excusandi tribui facultatem censemus : omnique cuicunque possidentium, quocunque modo, quocunque tempore per sacros apices, vel etiam Pragmaticam sanctionem, aut judicialem forte dispositionem hujusmodi excusatio data est, vel postea data fuerit, licentia minime unquam contra tenorem nostræ legis saluberrimæ valitura. Adeo namque hujusmodi onera cunctis, pro qua singulos portione contigerit, volumus irrogari, ut ab iisdem comparationibus, nec sacratissimæ nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ conjugis, domum patiemur subtrahere. DAT. III. KAL. AUG. CP. OLYBRIO V. C. COS.

Non nisi urgente aliqua necessitate συνωνὴ indicitur, veluti exercitus, aut urbis inopiæ sublevandæ causa, ac tum ab eo onere nemo excusatur, sed coguntur omnes species fisco vendere. *Hordei*] Forte, *olei*, ut in *l. 2. inf. de can. frum. urb. Rom.* Curator frumenti, σιτώνης, Olei, ἐλαιώνης appellatur, *l. ult. ff. de mun. & hon.* *Sacros apices*] Sacras adnotationes, quæ quidem fiunt encausto, de quo in *l. sacri, sup. de divin. rescript.* Græci dixere σεβάσμια κεφάλαια, & σεβασμίας κ. θεοπνεύστους κεραίας. *Ne sacratissimæ*] Indicto synoneto actores etiam, & procuratores divinarum domuum species annonarias fisco detrahere coguntur. Desiderantur sub hoc titulo aliæ duæ constitutiones Græcæ, quarum sententiam proponam ex lib. LVII. βασιλικῶν.

II. Οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες, ἢ ἐν αὐταῖς κεκτημένοι μὴ ἀναγκαζέσθωσαν εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν εἴδη χορηγεῖν : εἰ δὲ κ. τις ἀπαραίτητος αἰτία καταναγκάσῃ τοῦτο γενέσθαι τοῖς δικαίοις τιμήμασι τοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει κρατοῦσιν ἐξ ὧν τὰ εἴδη παρέχεται πιπρασκέτωσαν ἐκείνων ταῦτα μετακομιζόντων τῶν δεομένων τῶν εἰδῶν : ὑπολογιζέσθω δὲ τοῖς πιπράσκουσι τὰ τιμήματα τῶν εἰδῶν εἰς τὰ συντελέσματα ἐν χρυσῷ παρ' αὐτῶν δημόσια : οὐδὲ γὰρ δίκαιον νῦν μὲν ἀπαιτεῖσθαι τινὰ παρέχειν εἴδη, μετὰ χρόνον δὲ αὐτῷ τὰ τιμήματα λογίζεσθαι, ἤτοι εὐθυνίας γινομένης, τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος ἑκάστης ἐπαρχίας ἐγκινδυνεύοντος εἰς τὸ καταλογίζεσθαι τὰ τῶν εἰδῶν τιμήματα κ. τὰς ὡρισμένας προθεσμίας ὑπὲρ αὐτῶν ἐκπέμπεσθαι : μηδεὶς δὲ ἀναγκαζέσθω πιπράσκειν πᾶσαν χρείαν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰ ἐκ περιττεύοντα εἴδη : ἄτοπον γὰρ ἐστιν ἀποστερεῖσθαί τινα οἰκείων, κ. ἑτέροις ταῦτα χορηγεῖν ρ. χρυσίου λίτρας ὑφισταμένου ζημίαν, κ. κινδυνεύοντος εἰς τὴν ἀξίαν, κ. τὴν ζώνην αὐτοῦ τοῦ παραβαίνοντος τὸν νόμον, ἢ συγχωροῦντος αὐτὸν παραβαθῆναι : μηδεὶς ποτὲ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης ἐπιταττέσθω τοῖς κτήτορσι συνωνὴν, κ. ὅτε δὲ γίνεται κ. θείαν μόνον κέλευσιν γινέσθω 'φ' ᾧ τε τοῦ τῆς συνωνῆς χρυσίου ἐκ τῆς συντελουμένης παρὰ τῶν κτητόρων ἐν χρυσῷ συντελείας παρακατέχεσθαι, ἐὰν ὅλως αὐτῆς οἰκείας αὐτῶν συντελείας ἀρκῇ πρὸς τὴν συνωνήν : ἐὰν δὲ μὴ χρεωστῶσι δημόσια οἱ τὴν συνωνὴν ἐπιταγέντες, ἢ μέρος χρεωστῶσιν, ἐν νομίσμασιν εὐσταθμοις πρότερον τὸ χρυσίον λαμβανέτωσαν, κ. οὕτως τὸ εἶδος ἀπαιτείσθωσαν μηδενὸς τολμῶντος, ἢ παράσταθμα δοῦναι τὰ νομίσματα, ἢ ἐλλειπῶς ταῦτα καταβαλεῖν, ἢ ἄλλως πῶς ζημιῶσαι τοὺς ὑποτελεῖς, ἀλλὰ κ. τὸ τετραπλάσιον παντὸς τοῦ παρ' ἀλλήλων, κ. τῆς ζημίας ἀπαιτουμένου, κ. τοῦ ἐλλειπῶς καταβάλλοντος. Εἰ δὲ κ. τὶς συνωνὴν ἐπιτάξαι τολμήσῃ, ἢ τὴν ἐπιταγεῖσαν παρανόμως ἐκβιβάσει πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθω, κ. πρακτείας κ. τῆς ἀξίας ἐκπιπτέτω, ὑποκείμενος κ. μείζονι κινήσει : κ. ὅτε δὲ κ. θείαν κέλευσιν γένηται ἐπιβολὴ συνωνῆς, ἕκαστος τῶν κτητόρων πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζυγῶν, ἤτοι ζυγοκεφαλῶν ὑπομενέσθω τῇ συνωνῇ, μηδενὸς αὐτῆς ἐξαιρουμένου. Ὁ δὲ ὑπὲρ ταύτην τὴν ἀναλογίαν ἀπαιτῶν τινὰ τῶν συντελούντων προφάσει τῆς συνωνῆς, κ. ζημίᾳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν ὑποκείσθω, κ. ζώνης κ. ἀξίας ἐκπιπτέτω, κ. ἑτέραν μείζονα προσδοκάτω κίνησιν. Ἀλλὰ ταῦτα χωρὶς τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως συνομοθετήσθω : ἐν Θρᾴκῃ γὰρ ἐπειδὴ οὐκ εἰς ὁλόκληρον εἰσφέρεται τὰ δημόσια διὰ τὸ προφάσει τῶν βαρβαρικῶν ἐφόδων ἐλαττωθῆναι τοὺς γεωργοὺς, κ. μὴ ἀρκεῖν τὴν ἐν εἴδεσι συντέλειαν τοῖς κατ' αὐτὴν ἱδρυμένοις στρατιώταις, κ. παντοὺ μᾶλλον ἀποτρέφεσθαι εἰς αὐτὴν στρατιωτικὰ τάγματα, ἀνάγκη ἐστὶ συνεχῶς πάνυ γίνεσθαι, ἐπειδὴ μὴ ἐνδέχεται δίχα συνωνῆς ἀποτρέφεσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ στρατιώτας. Ἐπεκείνη τοίνυν τῇ διοικήσει ἡ μέχρι σήμερον κρατείτω συνήθεια, ὑποκειμένων κ. τῶν ἐμπόρων τῇ συνηθείᾳ, πρότερον μέν τοι κ. τοῖς συντελουσι, κ. τοῖς ἐμπόροις καταβαλλομένου τοῦ τῆς συνωνῆς χρυσίου ἐν εὐσταθμοις νομίσμασι, κ. ὀβρύζοις, κ. μηδενὸς αὐτῶν ἀπαιτουμένου ἀδιαστρόφως, κ. ἀζημίως τὸ εἶδος εἰσφέρειν, τοῦ δὲ ταῦτα παραβαίνοντος τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου. Βέλτιον γὰρ ἀντὶ τῆς ἰδιωτικῆς ἐμπορείας μᾶλλον τοῖς στρατιώταις, κ. τοῖς ἐμπόροις χορηγεῖν τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν ἀποτροφάς. Ἐὰν δέ ποτε διά τινας πόλεις μὴ ἔχουσας σιτωνικὰ χρήματα, μήτε ἑτέρωθεν εὐπορούσας ἀνάγκη γένοιτο συνωνὴν ποιήσασθαι, ἐξέστω μὲν τοῖς ἄρχουσι ταύτην ποιεῖν, ἐν μόνῃ δὲ τῇ ἐνορίᾳ τῆς πόλεως τῆς τοῦ σίτου δεομένης, κ. ἐν τοῖς αὐτῆς ὅροις, κ. κ. τὰ ἐν τοῖς τόποις κρατοῦντα κ. καιρὸν τιμήματα : τοῦτο δὲ παραφυλαττέτωσαν, κ. οἱ πατέρες τῶν πόλεων, κ. πᾶς ἕτερος, τῆς συνωνῆς προνοούμενος. Εἰ δὲ κ. ἀνάγκη γένηται πολιτικὴν γενέσθαι συνωνὴν ὡς ἐπιζητουμένων εἰδῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, κ. ἐν ταύτῃ κ. θείαν μόνην κέλευσιν προβαινέτω, τοῦ χρυσίου πρότερον κ. τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ὤνια παρεχομένου ἀδιαστρόφως κ. ἀζημίως μετὰ τοῦ κ. τὰ ναῦλα ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχεσθαι ὥστε τὸν συντελεστὴν πιπράσκειν μόνον τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος, κ. πληρωθῆναι τοῖς δεομένοις τὴν χρείαν.

A Μηδὲν δὲ ἐκ ταύτης τῆς διατάξεως καινιζέσθω τὰ ἐπὶ τῇ συνωνῇ τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως διατετυπωμένα: ἀλλὰ κρατείτω καὶ ὁ θεῖος τύπος ὁ διατυπώσας τὰ περὶ τῶν ἐπικτάντων στρατιωτῶν ἀποστροφῆς: ὑποκείσθω δὲ τῷ προστίμῳ τῶν πεντήκοντα τῆς χρυσίου λιτρῶν, καὶ τὸν εἰς ζημίαν καὶ ἀξίαν ὑπομένειν κίνδυνον, ἥτε μεγίστη τάξις τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες μετὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, καὶ οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, καὶ ἄλλοι οἱ δημοσιεύοντες παραβαίνοντες αὐτὸν τὸν νόμον, ἢ παραβαθῆναι συγχωροῦντες, ἢ μὴ μηνύοντες αὐτοπροσώπως, καὶ ἀληθῶς τῶν παραβαινόντων αὐτόν.

B Civitatum incolæ, vel qui in eis aliquid possident, non cogantur in aliam civitatem, vel metropolim species conferre. Sed & si inevitabilis quædam causa id fieri exigat, justis pretiis, quæ in ea civitate obtinent, ex qua præbentur species, eas indigentibus vendant. Compensentur autem venditoribus pretia cum auraria collatione: nec enim æquum est, qui nunc præbuit species, & annonæ copiam attulit, ei postea pretia computari: & hoc fiat cura, & solertia præsidis cujusque provinciæ. Nullus vero cogatur vendere omne id, quod sui usus gratia comparavit, sed superflua tantum, quandoquidem satis impium est suis quemque de- C fraudari, eaque in alios transferri, præside, qui legem violarit, violarive concesserit, c. lib. auri multando, & dignitate propria cinguloque spoliando. Nulla unquam citra ingentem necessitatem jussionemque principis possessoribus coemptio indicatur, nec aliter quam ut coemptionis aurum ex auri collatione à possessoribus debita, si quidem ea omnimodo ad coemptionem sufficiat, retineatur. Quod si nihil fisco debeant ii quibus coemptio indicitur, aut partem tantum, prius in nummis ponderis probi aurum accipiant, quam ab eis species exigantur, nemine audente, vel injusti pon- D deris, vel ex parte tantum nummos exsolvere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo, & eo quod pretio deest ab eo, qui fecus fecerit exigendo. Sed & si quis coemptionem indicere ausus sit, vel indictam illicite exegerit, 2. libris auri multabitur, & militiam, ac dignitatem amittet, majori etiam commotioni subdendus. At cum ex mandato principis coemptio indicitur, unusquisque pro rata jugorum, & capitum quæ possidet, coemptioni subjiciatur, nemine excepto, eo qui in exigendo hanc rationem non servaverit, 2. librarum auri multam subituro, & dignitatem, ac cingulum amissuro, & majorem aliam commotionem expectaturo. Excipimus ab hac lege Thraciæ E diœcesin. In Thracia enim quia tributa fiscalia in solidum non inferuntur, barbarorum incursibus colonis attritis, nec sufficiente specierum collatione ad alendos milites in ea consistentes, quod omnium maxime interest, nec tamen sine coemptione præstari potest, ideo eam frequentissime fieri longe necessarium est. In ea igitur diœcesi, quæ hactenus obtinuit, consuetudo servetur, ei subjectis etiam negotiatoribus, ut collatoribus, & negotiatoribus coemptionis aurum primum solvatur in nummis obryzis, & debiti ponderis, tum ab eis sine refragatione, & damno ullo conferantur species: illo qui hæc non servaverit, eisdem subdendo pœnis. Melius enim est instar privatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quod si quandoque ob civitates aliquas inopes necesse sit coemptionem fieri, liceat præsidibus eam facere in territorio duntaxat ejus civitatis, quæ frumento indiget, & in confiniis ejus, & eo pretio, quod in locis pro tempore obtinebit, quod & patres civitatum observabunt, & quilibet alius coemptionis curam gerens. At si necessitas exigat civilem coemptionem fieri in urbe regia, deficientibus annonis, ea vero procedat ex sacra jussione, auro prius sine damno, & dilatione præstito, ut in foro rerum venalium distrahuntur species, ita ut & naula ex publico præbeantur, & collator vendat solummodo suppediteturque egentibus necessarias species. Nihil vero hac constitutione innovatur eorum, quæ de coemptione magnæ Alexandrinorum civitatis disposita sunt sacra forma, de annona militum evocatorum. Subjiciantur multæ 2. librarum auri, & periculo dignitatis, ac singuli, tam maximi apparitores gloriosissimorum præfectorum prætorio, quam clarissimi præsides provinciarum, & eis obsequentia officia, & locorum defensores, & alii publicorum tractatores, si hanc legem violaverint, aut violari concesserint, aut confestim & vere ejus violatores minime detulerint.

Præcipua constitutionis capita hæc sunt: Non fieri coemptionem sine auctoritate principis, nisi si qua municipia annonæ caritate laborent: Reputari pretia specierum venditarum in collationem fisci inferendam, sicut & de sumptibus factis in transitu militum constituitur *Nov.* 129. vel etiam statim adnumerari. Coemptionem exigi pro numero jugorum, & capitum. Ait, πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζευγῶν, ἤτοι ζευγῶν κεφαλῶν, ut in *Nov.* 17. & ad *l.* 2. *inf. de veste mil.* Græci ζυγοκέφαλα. Sunt qui jugationem tantum præstant. Sunt qui ζυγοκέφαλα, id est, jugationem & capitationem. Ex eadem *Nov.* 17. in *Nov.* 128. lego ἰσγαλίων, pro ἰταλίων, in Basilicis ἰταλίων. Alii metiuntur jugis, alii jugeris, ut Varro scribit. Aliud ergo jugatio, aliud jugeratio. Legatur pragmaticum Justiniani ad petitionem Vigilii, cap. *ne pro comparatione specierum collatores graventur.*

III. Οταν ἔν τινι πόλει σιτώνη γένηται χρεία, καὶ δοκιμασίᾳ καὶ ἐπιλογῇ καθεκάστην πόλιν ἐπισκόπου, καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων γινέσθω ἡ ἐπ' αὐτῷ προβολή, εἰ καὶ τὸ δοκοῦν τοῖς προβαλλομένοις, οὐδ' ἐφ' οἷς ἂν βουληθείησαν πενσώποις, ἀλλὰ μόνων τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἐκείνης ταξεωτῶν τῶν στρατευομένων, καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν διὰ τῶν εἰρημένων προσώπων πρὸς τὴν σιτωνίαν προβαλλομένων: ἐπειδὴ εὐχερέστερον οὗτοι ταῖς δημοσίαις χρείαις ἐντετριμμένοι ἐκ μακρῶν χρόνων τὸ τῆς σιτωνίας διοίσουσι βάρος πάσης δὲ ζημίας ἀπαλλαττέσθωσαν οἱ σιτωνοῦντες καὶ πληροῦντες τὴν εἰρημένην χρείαν, καὶ τὸ δίκαιον λογοθετείσθωσαν: οὐ γὰρ δίκαιον αὐτοὺς ἀντὶ τοσούτων πόνων καὶ ζημιοῦσθαι: χορηγείτωσαν δὲ τὸν σῖτον καὶ τὰ ὑπ' ἀγορὰς ὤνια, καὶ μηδὲν περαιτέρω. Ο δὲ παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν τὸν νόμον, λ. χρυσίου λίτρας ἐπιτίμιον καταβαλλέτω,

Cum

Cum in civitate aliqua frumenti comparandi curatore opus est, ejus creatio fiat arbitrio, & electione episcopi, & primorum civitatis, non ut videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex regione illa officiales militantes, & dimissi ad munus illud sitoniæ ab eis promoveantur. Hi namque, qui in publicis negotiis diu sunt exercitati, facilius sitoniæ munus expedient. At omni damno liberentur, qui eam necessitudinem curamque sustinuerint, & secundum leges discutiantur, quandoquidem æquum non est, ut ex tot laboribus damnum ferant, frumentum autem præbeant non majore pretio, quam in foro distrahatur. Qui violarit legem, aut violari concesserit, triginta librarum auri multam sustineto.

Fit ex hac constitutione sitonæ creatio arbitrio possessorum civitatis & episcopi, non ex quibuslibet, sed ex cohortalibus. Et indemnes sitonæ servantur, ut ex *l. ult. §. item rescripserunt fuchas, ff. de adm. rer. ad civ. pert.*

De Collatione donatorum, vel relevatorum, aut translatorum, seu adæratorum.

T i t. XXVIII.

I. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. HERMOCRATI PP. Dispositionem amplissimæ recordationis Antiochi, qui certam quantitatem ante se relevatis possessionibus nomine canonis indixit, non imminui decernimus: id enim, quoniam in canonem cecidit, & anniversaria debet pensitatione persolvi, nec in præteritum, nec in posterum patimur esse concessum: indulgentiam vero memoratæ descriptionis, & in anteactum, & in posterum tempus, non solum in relevatis verum etiam in donatis, adæratis, translatisque, seu quodcunque aliud nomen novæ descriptionis excogitatum est, volumus observari, nullamque super his unquam exactionis molestiam formidari, quibus non tantum reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quidquam innovationis, aut oneris adjiciendum esse censemus, nullique licere deinceps contra divalia statuta relevare suas possessiones: noverit tamen amplissimæ tuæ sedis officium, quod si aliquando nobis suggestio huic nostræ sanctioni contraria porrigatur, vel si sacris mandatis (si qua forte citra suggestionem his piis dispositionibus adversa manaverint) obsequatur, & alios tanquam debitores ex hujusmodi titulo credíderit exponendos: ducentarum librarum auri se condemnatione multandum. DAT. XII. KAL. DEC. CP. THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO V. C. COSS.

Beneficia principum hæc sunt, donare possessiones dempto canone: relevare possessiones tributis: transferre possessiones in alíud jus aliamve functionem, veluti ex patrimoniali jure in privatum, vel ex una præstatione in aliam. Adærare, id est, æstimare & taxare pecunia, quod in annonis inferebatur. Cum hujusmodi pleraque principes contulissent, necessitate urgente postea eis derogatum est sæpe, & remissæ possessionibus quantitatis pars alia atque alia; descriptionibus indicta & imposita est *l. 15. C. Th. de ind. deb. Nov. Mart. de ind. rel.* quæ omnes hac Theodosii Novella tolluntur, & si quæ sunt ex eis reliqua remittuntur, deincepsque constituitur ut in talibus prædiis ea tantum descriptio locum habeat quam Antiochus præf. prætorio ordinavit, cujus definitio extat in *l. ult. Cod. Th. eod. tit.* (fuerat is præf. prætorio ante Hermocratem, ad quem hæc lex scripta est) & ut ei descriptioni posthac nihil adjiciatur, sicut ex *l. pen. inf. de om. agro. des.* quam huic esse conjungendam ex integra Theodosii Novella, quam habemus, didicimus: si quis de fundis patrimonialibus steriles sub certo canone susceperit: nulla etiam adjectione onerari potest. Ad hæc, ut in posterum relevationem possessionum suarum ex liberalitate principis nemo petat, petitave fruatur: atque adeo ut ne ex hujusmodi titulo, relevatarum scilicet possessionum posthac à præfectianis alii quam qui ante hanc Novellam fuerint quasi debitores exponantur. Legendum hoc loco pro, *Et aliquos, Et alios, tanquam debitores, &c.*

De Collatione æris:

T i t. XXIX.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. HILARIO PP. Æris pretia, quæ à provincialibus postulantur, ita exigi volumus, ut pro viginti libris æris unus auri solidus à possessore reddatur. DAT. V. KAL. JAN. MED. ARCADIO IIII. ET HONORIO IIII. AA. COSS.

Sunt quædam provinciæ quæ æs fisco inferunt veluti Cyprus, quam veteres ærosam dixerunt, quo exemplo utuntur Græci hoc loco, eodemque ad *l. 1. inf. de arg.* pretio, & Thessalonices metallorum. Cyprus itaque æs & argentum infert Pro utroque si malit aurum inferre, id hac ratione faciat, ut pro singulis libris argenti, inferat quinos solidos, & pro vicenis libris æris, singulos solidos.

De Discussoribus.

T i t. XXX.

DISCUSSORES sunt veluti cognitores & disceptatores rationum fiscalium ab aliis tractatarum, *l. cum post, sup. de appell. l. pen. sup. quor. ap. non rec.* quæ duæ leges conjungendæ sunt, vel etiam rationum publicarum, *l. ult. inf. hoc tit. l. 1. sup. de ratioc. op. pub.* Simmachus in epist. *Video basilicæ pontisque rationem recte quidem Bonoso præsidali viro esse mandatam, cui & vigilantia superest ad illuminandas publicæ rationis ambages, & fides ad persequenda quæ examen invenerit. Sed vereor ne ludificationibus res injuncta frigescat, obluctante eo quem socium discussionis accepit.* Hoc vero non quæratur in editis, multo certe plures restant non editæ quam editæ.

I. IMPPP. VALENTINIANUS, VALENS, ET GRATIANUS AAA. AD ARTHEMIUM VIC. HISPANIARUM. Quoties in disceptatione constiterit, inique discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit adprobare discussor: ipse in eodem titulo, & in eodem modo ad solvendum protinus urgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. DAT. PRID. ID. MAII VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

Ini-

Iniquus discussor sive λογοθέτης tanti damnatur A quanti provincialem fisco debere constiterit. *In eodem titulo*, puta in auro vel argento, & in eodem modo, id est, eadem quantitate.

II. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Messalae pp. Ne diutius easu amissa securitate publica quædam præda nascatur collatoribus: decernimus, ut quando securitates à discussoribus, seu apparitoribus expositæ ratiociniis publicis continentur, rursus per injuriam non petantur. Dat. v. Kal. Dec. cp. Stilicone, et Aureliano Coss.

Novella Valentiniani de indulg. reliq. valde pertinet B ad hanc legem: quæ discussores refert in provincias plerunque proficisci ambitione & suffragio potius, quam merito vel electione certa, & ingressos statim expetere cohortales atque etiam scholares, vulgo male legitur *sealares*, sicut & in vita Martini à Sulpitio Severo composita, *scalares alas & stipatus multiplici satellitio proferre jussiones sacras, expetere securitates annorum serie & vetustate consumptas, & eis non extantibus inde prædæ occasionem captare, extantium acceptilationem divendere, denique apud improbum rei arbitrum noscere chartulam cum periit, nihil proficere cum extat, ex quo sequuntur innumeræ clades* &c. Hac lege constituitur, nihil nocere securitatum amissionem, servari illationum fidem posse ex rationibus & regestis publicis, ut dictum est in *l. 2. sup. de con. fisc. deb. l. 2. §. ult.* C *sup. de quadr. præsc.* vel ex arca præf. prætorio, *Nov. 49.* sicut ex creditorum rationibus in privatis debitis, *l. 5. & 6. sup. de edendo*. *Ratiociniis*] Vide nostrarum Observ. IV. cap. 27.

III. Impp. Theodosius, et Valentianus AA. Apollonio pp. Per singulas provincias, vel civitates, honoratis usque ad comitivam consistorianam, nec non etiam militantibus, & suis obsequiis non adhærentibus advocatis, quin etiam fori provincialis, mandari di-discussionis jugorum sollicitudinem decernimus. Dat. v. Kal. Janua. Eudoxio, et Dioscoro Coss. D

Discussionis onus injungi posse non honorariis tantum Comitibus consistorianis, sed etiam in actu positis, si suis obsequiis non adhæreant, arg. *l. 1. inf. de colleg.* Item advocatis fori provincialis, quod cum *l.6. sup. de adv. diu. jud.* videtur pugnare, nisi eam ad illustrium & spectabilium judicum duntaxat advocationem referas, non ordinariorum judicum, quæ non nisi impleto hujusmodi munere, immunitate fruitur, *l.1. inf. quib. mun. exc.* Sequitur l. 4. ex lib. 56. *Βασιλικῶν* quæ exulabat.

IV. *Μηδεὶς γινέσθω λογοθέτης χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως ἰδικῶς μεμνημένης τῆς αὐτοῦ τοῦ λογοθέτου προσηγορίας, μήτε κατὰ κέλευσιν τῶν ἐπάρχων, μήτε ἐκ προστάξεως ἄλλου οἱουδήποτε δικαστηρίου γινέσθω τὶς λογοθέτης ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἢ πολιτικῶν ἔργων ἢ σιτωνικῶν χρημάτων, ἢ λιμενιτικῶν, ἢ τῶν περὶ τὰς δημοσίους ὁδοὺς τῶν πόλεων δαπανωμένων, ἢ περὶ τειχοποιΐαν, ἢ περὶ ὑδατοπορείαν, ἢ γεφυρῶν, ἢ μώλων κατασκευὴν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν λουτρωτικῶν χρημάτων, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν εἰς πολιτικὴν ζήτησιν ἀναφερομένων χωρὶς βασιλικοῦ τύπου: αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς εἴτε ἐκ δημοσίων χρήματα ἵνα πέμψῃ πρὸς τειχοποιΐαν, ἢ ἑτέρου παντὸς* E *ἔργου κατασκευὴν, εἴτε εὕρῃ παρ' ἑτέρου καταλελειμμένα χρήματα πόλισι πρὸς ἅπαξ, ἢ καὶ διηνεκῶς ὅτε ἂν αὐτοῦ παραστῇ, πέμπει τὸν λογοθέτην καὶ τὸ ἔργον ὀφείλοντα μετρῆσαι, καὶ ἀκριβῶς λογισμοὺς ποιήσασθαι, καὶ εἰς τὸ θεῖον ἄνευ κέρδους ἀναγαγεῖν, ἐφ' ᾧ τε γενομένης ὀρθῶς τῆς δαπάνης θείαν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ τοῖς δεδαπανηκόσιν ἀμεριμνίαν, καὶ μηκέτι δευτέραν ζήτησιν αὐτοὺς ὑπομένειν, ἢ κληρονόμους αὐτῶν, ἢ διαδόχους: οὐδὲ καὶ ὁ λογοθέτης πεμπόμενος ἐπιτρεπέσθω ποιῆσαι ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν τὰ χρήματα, καὶ μετὰ τῆς τῶν λόγων ἐρευνῆς ὀχθῆται αὐτῶν ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν,* B *ὥστε καὶ ἄνευ κυρίας, ὡς μήτε θείας ἀμεριμνίας δεῖσθαι τὸ λοιπὸν, μηδὲ ἑτέρας ἀσφαλείας τὸν δαπανήσαντα, ἢ τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ, ἢ διαδόχους, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ τοῦ λογοθέτου ἀσφαλείᾳ. Ἐπαγγελλέτω δὲ καὶ δαπάνας διδόναι τοῖς λογοθέταις ἡ διάταξις ἐφ' ᾧ τε ἀζημίως αὐτοῖς ποιεῖσθαι τὴν λογοθεσίαν: ὁ δὲ οἴκοθεν δαπανῶν, ἢ περὶ ἔργα τῆς πόλεως, ἢ περὶ ἄλλην κοινωφελῆ χρείαν μηδενὶ ὑποκείσθω λογοθεσίᾳ μηδὲ αὐτὸς, μηδὲ κληρονόμος, μηδὲ διάδοχος αὐτοῦ: μηδὲ ἐπὶ ζητήσει δημοσίων λογισμῶν, οἷον ἐπὶ ἀγρῶν, ἢ τῶν λεγομένων ἀγωγικῶν, ἤτοι παραπομπικῶν,* C *ἢ τῶν δαπανωμένων περὶ τοὺς δημοσίους ὄνους, ἢ ὀνηλάτας, ἢ τῶν ἱματισμητικῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀγροικῷ ὀνόματι καλοῦνται* Solemnia. *Μηδεὶς δὲ τῶν ἀρχόντων πεμπέτω λογοθέτην, ἀλλὰ ἀναφερέτω πρὸς βασιλέα ἐφ' ᾧ τε παρ' αὐτοῦ πέμπεσθαι οὐκ ἐπὶ σουσοῖς λογοθέτην, μηδὲ ἄχρις ἑνὸς ὀβόλου ὀφείλοντα κερδᾶναι, ἀλλὰ τῷ τε δημοσίῳ λόγῳ, καὶ τοῖς ὑποτελέσι φυλάττειν τὸ δίκαιον: ἐὰν οὖν εὑρὼν παρά τισι χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης ἀνύσῃ αὐτὰ, καὶ εἰς τὸ θεῖον* ornamentum *εἰσκομίσῃ, ἔξεστιν αὐτῷ καθ' ἑκάστην λίτραν ἓξ νομίσματα ὑπὲρ θεραπείας παρακατασχεῖν.* D *Εἰ δὲ παρὰ τῶν ὄντων ἐν ἐπαρχίαις, ἢ ὀνίνων, ἢ ἀπὸ τούτων ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ λάβῃ, αὐτὸς μὲν τὸ λαμβανόμενον ἀποδιδότω τετραπλάσιον ὀφείλων εἰσκομισθῆναι τοῖς δημοσίοις, καὶ ποινῆς βασιλικῆς πειράσθω ὡς τὸ δημόσιον προδεδωκὼς, ἢ τοὺς συντελεστὰς ἀδικήσας: ὁ δὲ ἀνασχόμενος παρασχεῖν, ὡς διὰ τοῦτο καθομολογῶν ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τοῖς δημοσίοις, ἀπαιτηθήσεται πάλιν τὰ περὶ ὅσων ὑπέμεινε ζήτησιν ὀφείλοντα εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἐπὶ ταύτῃ τῇ τῶν* Solemnium *ζητήσει ὁ βασιλεὺς μανθάνων τὸ γενόμενον λογοθέσιον, θείαν ἀμεριμνίαν ἐπιθεῖναι τοῖς λογοθετηθεῖσι μηκέτι δευτέραν εὐλαβουμένοις λογοθεσίαν;* E *αὐτῷ τῷ λογοθετοῦντι ἐπιτρέπει τοῖς λογοθετουμένοις παρέχειν ἀμεριμνίαν ἐφ' ᾧ τε τοὺς ταύτην λαμβάνοντας μηκέτι δευτέραν μένειν λογοθεσίαν: μήτε δὲ ὑπὲρ τῆς γενομένης ἀμεριμνίας λαμβανέτω τι παντελῶς ὁ λογοθέτης, ἀλλ' ἐὰν ὅλως ἐπιχειρήσῃ τι λαβεῖν ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ κτήτορες, καὶ πολῖται, καὶ ἀποθεῖσθαι τὸν ἐκβιασμὸν αὐτοῦ, καὶ δεήσεις ἐπιδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεῖ, ὥστε πεμφθῆναι τινὰ κατὰ χεῖρα τὸν ὀφείλοντα ποινὴν εἰσπρᾶξαι τὸν ἐπιχειροῦντα τι ἀπαιτῆσαι. Εἰ δὲ καὶ τὶς ἄρχων μετὰ τὸν*

παρόν-

παρόντα νόμον χωρὶς θείας ἐγγράφου κελεύσεως πρὸς A αὐτὸν πεμπομένης ἀποστείλῃ λογοθέτην ἐπὶ οἱονδή ποτε τῶν εἰρημένων, ἔστω αὐτὸς μὲν ὁ ἄρχων εἴκοσι χρυσίου λίτρας πρόστιμον ὑποστήσεται, ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ, πέντε καὶ δέκα: μήτε προφάσει ἀνακαθάρσεως ὀχετῶν, ἢ τῶν πρὸς τοῖς τείχεσιν οἰκοδομημάτων, καὶ τῆς αὐτῶν καταλύσεως, ἢ τῶν ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς γινομένων τῶν καλουμένων προβολαίων καὶ ἐργαστηρίων, ἢ τῶν ἐν ταῖς μεσαυλίοις τῆς πόλεως οἰκοδομημένων ὡς ὀφείλοντα ἀνατραπῆναι, ἢ περὶ εἰκόνων, ἤτοι ἀνδριάντων ὅλως ἐπινοιῶν, ἢ πολιτικῶν ζητήσεων ποιεῖσθαί τινας προστάξεις. Εἰ δὲ καὶ ποιήσει ἄδειαν ἐχέτωσαν B οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τὸν ἐντεῦθεν ἐκβιβασμὸν ἀπωθεῖσθαι, καὶ μηδεμίαν ἀπόκρισιν ποιεῖν ἐν τοιαύταις· προσήξει μετὰ τοῦ καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν, ἢ τοῦτο τὸ γινόμενον σιωπήσειν, καὶ πᾶσαν πολιτικὴν, καὶ δημοσίαν βοήθειαν τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἐπιτιμίοις, ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων δεήσεις ἐπιδιδόναι βασιλεῖ, καὶ δι' αὐτῶν διδάσκοντα τὰ γινόμενα ὡς ἂν ἐκ βασιλικῆς ἀγανακτήσεως ἐπακολουθήσῃ διόρθωσις, πρὸς τὸ καὶ τοὺς προστάξαντας ἄρχοντας γενέσθαι τῷ τοιούτῳ εἴκοσι χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι, καὶ μείζονα προσδοκᾷν βασιλικὴν ἀγανάκτησιν: τὰς δὲ πειθομένας αὐτοῖς τάξεις μετὰ τοῦ προστίμου τῶν πέντε καὶ δέκα τοῦ χρυσίου λι- C τρῶν, τὴν ἐν σώματι τιμωρίαν ὑπομένειν: μόνου γὰρ ἔξεστι τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποψίαν ἐπιτρέπειν ἀνδρὶ καθαρῷ, καὶ σὺν ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς ὠφέλειαν τῶν πόλεων τὰ τοιαῦτα ζητοῦντι, καὶ μηδὲν παντελῶς ὑπὲρ αὐτῶν κομιζομένῳ: προνοείτωσαν δὲ οἱ τῶν πόλεων πατέρες, καὶ οἱ τῶν αὐτόθι εὐυπόληπτοι, ὥστε μηδένα πολιτικὸν τόπον, ἢ δημόσιον, ἢ πρὸς τὰ τείχη, ἢ ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς, ἢ λαυραῖς, ἢ ὁπουδήποτε κείμενον ὑπό τινων ἀλόγως κατέχεσθαι, καὶ μὴ ἐκδίδοσθαι τόπον πολιτικὸν χωρὶς θείου τύπου: τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν μὴ ὀρθῶς ἐκδιδόμενα ἀνα- D τρέπεσθαι, καὶ ζημιοῦνται οἱ εἰληφότες: προνοείτωσαν δὲ οἱ αὐτοὶ ὥστε τοὺς ἐκ τύπου θείου ἔχοντας νομὴν ἐλάττονος μὴ πλεονεκτεῖν τοὺς ἑτέρους, καὶ τὸν μὲν πλεῖον, τὸν δὲ ἔλασσον λαμβάνειν, ἔργον δὲ ἔστω τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ παλατινῶν διερευνᾶν ταῦτα, καὶ προσαγγέλλειν, καὶ τὴν τῶν ἐπικειμένων προστίμων εἴσπραξιν ποιεῖσθαι, ἢ ἐὰν ῥᾳθυμήσειεν εἴκοσι χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι, τὴν δὲ τάξιν αὐτοῦ πέντε καὶ δέκα.

Nemo fiat discussor aliter quam ex jussione E principis specialiter discussoris faciente mentionem, non præfectorum jussu, non ex præcepto alterius cujusquam judicis, non civilium operum, vel pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum, vel eorum, quæ impenduntur in aquæductus murorumve constructiones, vel ad vias sternendas, vel ad pontium, & aggerum instructionem, sed neque pecuniarum ad lavacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad civilem rationem pertinentium. At princeps, sive ex ærario pecunias miserit ad mœnium, vel alterius operis constructionem, sive ab alio relictas civitatibus pecunia invenerit, semel, vel etiam sæpius cum ei sederit animo mittat discussorem, qui opus admetiatur, & rationes putet exacte, & ad se referat; ut si recte sumptus facti sunt, iis qui fecerunt sacra securitas conficiatur, qua freti nullam ii postea, vel heredes eorum, aut bonorum possessores quæstionem patiantur. Valeat & ab discussore post rationum discussionem emissa securitas, nec sacra apocha, nec alia qualibet cautione indigens. Sumptus autem discussoribus pollicetur constitutio, ut sine damno ratiocinia tractent. Eos vero, qui de suo impendunt in opera civitatis, vel alias publicas necessitates, heredesve eorum, nullam vult discussionem sustinere, vel lucrorum, vel eorum, quæ dicuntur ἀγωγικά, aut παραπομπικά, vel sumptuum, qui fiunt circa mulos fiscales, aut muliones, vel prosecutionum ratione, vel eorum, quæ generali nomine vocantur, solemnia. Cæterum præsidum nemo discussorem mittat, sed referat ad principem in hoc, ut ab eo mittatur, qui hæc discutiat, ac ne unum quidem obolum inde corrodat, sed tam fisco, quam collatoribus jus suum conservet: & si inventas apud aliquos pecunias fiscales exegerit, & sacro ornamento intulerit, licito jure sibi in singulas libras sex solidos pro solatio retineat. Quod si vel obolum invitis, aut volentibus provincialibus acceperit, is quidem quod accepit reddat, quadruplum fisco inferens, & criminaliter coerceatur quasi proditor fisci collatorumque concussor: Qui autem dedit quasi hoc ipso confessus se fisci rationibus obnoxium, rursus discutiatur, & exigatur: Discussione autem solemnium facta, & ad principem perlata: discussis sacra securitas detur: dari etiam ea potest à discussoribus, ita ut utroque casu nullam illi postea discussionem patiantur: neque vero ob securitatem à se expositam discussor quidquam accipere potest, vel si quid exigat, possessoribus, & municipibus cum propulsandi jus est, referendi etiam ad principem ut mittat aliquem, qui hoc genus concussionis coerceat. Præses, qui post hanc legem non accepta ex scripto jussione principis, discussorem quacumque ex causa miserit, xx. lib. auri, & officium ejus xv. pœnæ subjiciatur, qui nec occasione repurgationis eloacarum, vel ædificiorum muris adjunctorum, vel ruinæ eorum, vel ob factas in publicis porticibus προβολαίας ut vocantur, & areas, vel eorum, quæ in civitatis intercolumniis ædificata sunt, quasi destruenda sint, vel de imaginibus aliisve à se excogitatis modis, aut civilibus quæstionibus ullas jussiones facere potest. Sed si fecerit, licet civibus executioni earum obsistere, minimeque eis satisfacere, præsidibus provinciarum hoc silentio transmittentibus, & omni civili publicoque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis, qui voluerint preces principi offerre, & gesta perdocere, ut principalis indignationis correctio consequatur: præsidibus item talia jubentibus xx. lib. auri multandis, majoremque principis commotionem expectantibus: officio autem

autem obsecundante præter multam xv. lib. auri in corpus castigando. Soli enim principi licet horum inspectionem viro integro, & fideliter, atque ex usu civitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti mandare. Provideant autem patres civitatum possessorumque potiores, ne quis civilem, vel publicum ullum locum in muris, vel in publicis porticibus, vel obsequiis, vel alicubi injusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur quidquam ex publico sine sacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita, non recte rescindentur, & in damno versabuntur, qui acceperint. Iidem provideant ne qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, quid usurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. Hæc autem magnificus Comes privatarum, & ei obsequentes Palatini perscrutari, & deferre debent, impositasque pœnas exigere, vel si neglexerint, xx. lib. auri multantur, officium vero xv.

Præcipua legis capita hæc sunt, Non mitti in provincias discussorem sine auctoritate principis: discussis apocham sacram, vel à discussore dari: Sumptus solatiaque discussorem habere ex publico: nihil capere à collatoribus. De iis, qui vocantur παρακομμένα meminit Justiniani *Nov.* 128. Notandum, quod sacrum ærarium, ornamentum vocat, vestiarium Græci appellant ad *l. 2. sup. ne fisc. vel Resp.* & Nicetas vestiarium τῆς βασιλείας βασιλικὸν ταμεῖον, ἢ χρυσῶνα. Discussorem autem semel inspectorem vocat, ut in *Nov.* Valent. *de ind. rel.* & frequentius λογοθέτην. Procop. III. de bel. Goth. ἦν δὲ Ἀλέξανδρός τις ἐν Βυζαντίῳ τοῖς δημοσίοις ἐφεστὼς λογισμοῖς, λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι: quæ interpres omisit. Sed fortasse Catholicum potius intelligit, quam discussorem: nam & eodem nomine cœpit Catholicus appellari teste Harmenopulo. Novissime etiam Quæstor. Sic enim legimus scriptum in Notitia officiorum Constantinopoleos: μέγας λογοθέτης διατάττει τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα τε καὶ χρυσόβουλλα πρὸς τὸ ῥῆγας, συντάττει, καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπηρέτημα: quæ functio Quæstoris est. Mutavère etiam Latini Quæstoris nomen in Cancellarii. Nicetas VII. τὸν ὀπίσω ὡς ἡ Λατίνων βούλεται φωνὴ καγκελλάριον, ὡς δ᾽ Ἕλληνες εἴποιεν, λογοθέτην: quo de officio sup. tit. 12.

De Decurionibus, & filiis eorum, & qui decuriones habentur quibus modis à fortuna curiali liberentur.

Tit. XXXI.

Curia Senatum significat: duplex autem est Senatus, antiquæ Romæ, & Constantinopolitanæ Romæ, qui dicitur maximus, *l. ult. inf. hoc tit.* In aliis civitatibus est curia, ergo & senatus. Sed hic minor senatus dicitur, & qui in eum conscripti sunt consilii publici causa curiales, sive decuriones: quodammodo senatores sunt, *l. omnes judices, inf. hoc tit. Nov.* 38. Evagrius lib. III. ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν αὐτῇ βουλευτηρίοις ἀν τι συγκλήτου τινὸς ἐχούσης τε καὶ ὀνομαζομένης: Majorianus in *Nov. de Curialibus*. *Curiales*, inquit, *servos esse Reip. ac viscera civitatum nullus ignorat, quorum cœtum recte appellatum minorem senatum:* ubi pro *Servos* legendum *nervos*. Cassiodor. IX. Non inaniter appellavit minorem senatum, nervos quoque vocitans ac viscera civitatum. Intelligit autem Cassiodorus Novellam illam Majoriani. Hic titulus non est in Basilicis, quod Leonis auctoritate *Nov.* 46. sublati jam essent ordines decurionum.

I. Impp. Valerianus, et Gallienus AA. et Valerianus Caesar Carterio. Si cum te pater decurionem esse voluisset, & illo in rebus humanis agente, honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam heredes ejus reipub. nam in hac parte vice fidejussoris pater accipitur: sed non ante, nisi tuis propriis rebus excussis. PP. V. Kal. Dec. Æmilio, et Basso Coss.

Si filiusfamilias voluntate patris, & patre superstite decurio factus sit, lex ait heredes patris Reipublicæ teneri: patrem enim vice fidejussoris accipi: excuti vero prius filium oportere, *l. libertus, §. filium, ad mun.* Ut igitur fiscus, ita Respublica electionem non habet. Sed neque privati ex Novella Justiniani. At si filiusfamilias à patre decurio factus, post mortem patris honores, vel munera quædam civilia suscipiat, vel si voluerit cum pater decurionem fieri, eique decurionatus honor delatus sit post mortem patris, heredes patris eo nomine Reip. non tenentur, *l. Lucius §. hoc responsum, ff. ad municip. l. 3. §. ult. l. & si filium, ff. de mun. & hon.* Nec obstat *l. si filia, §. Neratius, ff. fam. erc.* quoniam ibi vivo patre filio delata est ἀγωνοθεσία, atque ideo pater eam filium suscepturum professus est: quamobrem merito heredes tenentur, etiamsi filius non nisi post mortem patris eo munere functus sit, *l. 1. inf. de per. suc. par.*

II. Exemplum Sacrarum Literarum Diocletiani, et Maximiani AA. Observare oportebit magistratus, ut decurionibus solemniter in curiam convocatis, nominationem ad certa munera faciant: eamque statim in notitiam ejus, qui fuerit nominatus, per officialem publicum perferri curent: habituro appellandi, si voluerit, atque agendi facultatem apud præsidem causam suam jure consueto, quem si constiterit nominari minime debuisse, sumptum litis eidem à nominatore restitui oportebit. Sine Die, et Consule.

Duumviri nominationem ad munera civilia faciunt ex more, vel lege municipali convocata curia. Ab ea nominatione est appellatio, *l. si ad scribatum, l. ii qui ad civilia, l. cives, sup. de appel.* vel querela potius, quam appellatio, *l. si nominatus, C. Th. eod. tit.* sine observatione dierum fatalium, *l. t. sup. de temp. ap.* Confirmari nominationem oportet judicio præsidum, *l. 59. inf.* qui & nominationibus interesse solent, *l. 1. §. sed & si præses, ff. quan. ap. sit*. Edita est hæc Constitutio sine die, & consule, ut & pleræque aliæ, quæ res vitii nihil adfert. Augustin. in Breviculo Collat. III. *Cognitor interlocutus est, evidentissime legibus definitum, imperialia Constituta, etiamsi Coss. non legerentur: in dubium non vocari.* Personalia certe beneficia sine die, & consule non valent, *l. si qua sup. de div. rescr.*

III. Idem AA. Julio. Cum decurionatus honorem sponte susceperis, ab albo eximi, licet annosum te esse dicas, non potes. PP. Id. Nov. Diocletiano A. II. et Aristobolo Coss.

Constitutionibus cautum est, invitos ad decurionatus honorem non vocari eos, qui majores sunt annis 55. Qui tamen sua sponte susceperint decurionatum licet

licet excesserint annos LXX. non eximentur decurionum albo.

IV. Iidem AA. Cassiano. Cum adoptivum ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit, pro atrocibus injuriis eum, quem ad vicem naturalis pignoris tibi adscribebas à præside provinciæ illicitis corporis cruciatibus affici non oportuit, hocque congruenti pœna coercebitur. PP. XI. Kal. Dec. Diocletiano A. II. et Aristobolo Coss.

Decuriones plebejorum pœnis tormentisve non adficiuntur. Sed nec filii eorum naturales, aut adoptivi: quam in rem pœna definitur in *l. omnes judices*, *inf.* Filios pignora vocat. Sunt enim ἀντίχυροι, ut Theophylactus scholasticus ait in epistolis, & Theophilus in Institutione prima. *Pignora pacis*, Seneca.

V. Iidem AA. Alexandro. Filios in potestate patris positos ad munera, seu honores non posse devocari falso tibi persuasum est. Sane si ad nominationem filii consensum non accommodaveris, ob administrationem ipsius minime conveniri poteris. PP. VI. Id. * Maximo II. et Aquilino Coss.

Filiusfa. civilia munera, & honores suscipere potest, nec pro eo pater invitus obligatur, nisi prætoriis actionibus, *l. 3. sup. Ne filius pro pat.*

VI. Iidem AA. Leontio. Expertes literarum decurionis munera peragere non prohibent jura. Dat. VIII. Kal. Mai. AA. Coss.

In decurionibus facultates magis spectamus, quam eruditionem literarum.

VII. Iidem AA. Diogeniano. Licet indivisa bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine civilibus tenentur muneribus. Dat. IV. Id. Mai. Paulino ipsis AA. Coss.

Qui munere aliquo functus est, certi temporis vacationem habet. At propter fratrem, qui munere functus est, frater vacationem non habet, qui munere functus non est, licet hereditatem paternam possideant pro indiviso: nec enim, ut indivisa sunt bona, ita, & munera civilia: indivisa sunt munera inter patrem, & filiumfam. & inter fratres, qui sunt sub patris potestate, quia omnes simul unius vice funguntur, atque ideo nonnunquam unus vacat propter alium

VIII. Iidem AA. Platoniano. Infamia quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum casus quæsitum tibi adimit honorem. Dat. XVI. Kal. Feb. Nicomediae CC. Coss.

Infamia, & nota quælibet adimit decurionatus honorem, cæcitas non item: quinimo cæcus, & senator, & decurio, & judex fieri potest, non tamen magistratus: nam in magistratu majestatem ampliorem exigimus. Persæ ne coclitem quidem ad regni principatum aliamve dignitatem admittebant, auctore Procopio.

IX. Iidem AA. * In albo decurionum describendo, patrem non habenti filios anteferri constitit.

Pro *describendo*, quidam Codices habent, *præscriptis*. Puto legendum, *proscribendo*; ut in *l. Herennius*, *ff. eod.* Præfertur in albo proscribendo is, qui liberos habet non habenti: & ita ex septimo capite legis Juliæ ex Coss. ei, qui liberos habet in potestate, aut bello amisit, priori fasces sumendi potestas fit, auctore Gellio lib. 2. qui liberos habent, plus sunt de rep. solliciti, quam qui non habent. Addatur *l. spurii*, *§. ultim. ff. eod.*

X. Iidem AA. Aurelio. Si ultra septuagesimum ætatis annum patrem tuum esse præses provinciæ perspexerit, cum personalium munerum vacatione perfrui providebit.

A personalibus muneribus excusat ætas LXX. annorum, nec tamen decurionatu solvit.

XI. Iidem AA. ad Maximum. Uxorem pro marito decurione conveniri non posse proculdubio est.

Dos tamen tenetur ob civile munus, vel honorem mariti, nec speciale hoc est in primipilatu. Parapherna non tenentur, *l. 3. sup. Ne uxor pro mar.*

XII. Iidem AA. Zotico. Nec infames immunitatem habere, cum hæc privilegii, non notæ sit, convenit. Dat. V. Kal. Dec. AA. Coss.

Infamia repellit ab honoribus. Immunitatem, & vacationem munerum, quæ ex privilegio tantum datur, non tribuit, *l. 1. inf. de iis, qui non imp.*

XIII. Iidem AA. * A muneribus decurionatus, nec sententia præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ valetudo præstat excusationem.

In perpetuum decurionatu prohibitus non excusatur à muneribus civilibus. Sed neque podagricus, chiragricus, ischiadicus: nam ii morbi cessationem, & intervalla habent. Pro L. mallem LV. Tot anni excusant à decurionatu, non à munerib. Eustathius tamen περὶ χειρῶν legit L.

XIV. Imp. Constantinus A. ad Evagrium. Nemo judex aliquem suo arbitrio de curia liberet: nam si quis fuerit hujusmodi infortunio depravatus, ut debeat sublevari: de ejus nomine ad nostram scientiam referri oportet, ut certo temporis spatio civilium munerum ei vacatio porrigatur. PP. Id. Mart. Constantino A. III. et Licinio III. Coss.

Præses provinciæ tribuere munerum vacationem non potest, etiamsi justa videatur dandæ vacationis causa subesse, veluti paupertas, aut eversio bonorum, aut morbus sonticus. Sed impetranda est à principe, *l. 1. inf. de iis, qui à prin. vac. acc.*

XV. Idem A. Hilariano Correctori Lucaniae, et Brutiorum. Universos decuriones volumus à tabellionum officiis temperare. Dat. III. Kal. Feb. Sabino, et Rufino Coss.

Decuriones tabellionum officio pro dignitate fungi non possunt. Tabelliones tamen ad decurionatum vocari possunt, *l. si quis decurio*, *sup. ad l. Corn. de fals.* cui hanc esse conjungendam inscriptiones, & subscriptiones suadent. Tabelliones sunt publici contractuum

scriptores, *l. 1. inf. ut nemo ad suum pat. l. 2. sup. de eunuchis*, *l. contractus*, *sup. de fid. instru.* vel testamentorum, *l. ambiguitates*, *sup. de testam.* Instrumenta ab eis conscripta ἔγγραφα dicuntur, *Nov.* 73. 52. 49. 117. 142. & *edicto* 7. Forensia sive publica, *l. comparationes*, *sup. de fide instr.* De eis specialis est *Nov.* 44. περὶ συμβολαιογράφων, ex qua intelligitur, habere eos stationes suas, quas & gradus, & scamna Græci vocant, & ministros, sive discipulos, itemque adjutorem, sive substitutum confirmatum apud acta magistri census. Et Leonis *Nov.* περὶ πολιτικῶν σημαντικῶν διατάξεων ex qua intelligitur, fuisse certum tabellionum corpus sub primicerio, à quo ex collegii sententia tabelliones quique creabantur, non nisi homines fidei probæ, & scribendi loquendique peritissimi, nec non & jurisperiti, qui tenerent libros LX. Βασιλικῶν, & haberent ἐπὶ στόματος, ut ait, XL. titulos Enchiridii, de quibus Harmenopulus in præfatione. Adjicitur, creationem eorum insinuandam esse præfect. urbi, creatoribus jurantibus se nec ambitione nec gratia ulla, sed sola virtutis conscientia ad novi tabellionis electionem adductos, atque ita in secretario præf. urbi annuli signatorii oblatione, ejus promotionem fieri. Duci autem eum ad præf. urbi indutum ephestridem, ac deinde promotione facta ad templum, cæteris tabellionibus eadem indumenta gerentibus, ibique pro ephestride, ei à sacerdote dari album φελώνιον superdicta prece. Adjicit & inepta quædam alia: & ad extremum, licere συμποσιάζειν μετὰ τῶν συμπαρόντων καὶ συνευφραίνεσθαι: quæ omnia in Doctoribus creandis plerique nunc observant diligenter. At in ea Nov. Tabularii appellantur. Posterior ætas multa mutavit vocabula. Tabularii in libris nostris sunt, qui civitatum, aut provinciarum chartas, & rationes tractant atque supputant, qui præsunt tabulario civitatum: in quo pleraque publica, & privatorum reconduntur, veluti debitorum obsignatæ pecuniæ, quod ex multis locis liquet, qui sunt infra supraque. In rebus tamen privatorum plerumque adhibebantur, vel ut pro imperitis literarum scriberent, aut subscriberent, vel ut pro stipulari nequeuntibus stipularentur, quasi personæ publicæ: qua de re sunt multi loci, quos nolo notare: eamus porro.

XVI. IDEM A. AD HILARIANUM PROC. AFRICAE. Si quis decurio, vel propriæ rei causa, vel reipublicæ, cogatur nostrum adire comitatum, is non ante discedat, quam insinuato judici desiderio proficiscendi licentiam consequatur, quod si pro sua audacia parvi aliquis hanc fecerit jussionem, indignationem competentem sortiatur. PP. VII. ID. JUL. CARTHAG. CRISPO III. ET CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO C. ABS. COSS.

Ne decuriones suæ, vel publicæ rei causa ad sacrum comitatum veniant sine commeatu præsidis. Obstare videtur *l. pen. inf. de legation.* Respondeas, præsidi decretum, & causam legationis non insinuari, commeatum tamen sive ἀπόλυσιν ab eo postulari.

XVII. IDEM A. AD EVAGRIUM PP. Qui derelicta curia militaverit, revocetur ad curiam. DAT. XVI. KAL. JUN. CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO C. COSS.

Qui militaverit in exercitu, vel officio magistratuum.

XVIII. IDEM A. * Si ad magistratum nominati aufugerint, requirantur: & si pertinaci eos animo latere patuerit, his ipsorum bona permittantur, qui præsenti tempore in locum eorum ad duumviratus munera vocabuntur: ita ut si postea reperti fuerint, biennio integro onera duumviratus cogantur agnoscere: omnes enim, qui obsequia publicorum munerum tentaverint declinare, simili conditioni teneri oportet. DAT. III. KAL. OCTOB. SERDICAE CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO IV. COSS.

Duumviri sunt magistratus municipales annui, refugæ biennales: fuere in aliis municipiis Quatuorviri, *l. 1. inf. de sol. & lib. deb. civ.* In aliis Ædiles, *l. 2. inf. tit. prox. l. qui insulam*, *§. Ædilis*, *ff. loc.* Juvenalis, Sat. III.

Sufficiunt tunicæ summis ædilibus albæ.

Arpinum habuit Ædiles. Cicero XIII. Epistol. *Ædilem filium meum fieri volui. Is enim magistratus in nostro municipio, nec alius ullus creari solet*, & XV. ad Attic. *Nummos Arpinatium si L. Fabius Ædilis petet.* Lanuvium Dictatores, in Orat. pro Milone. Capua Prætores II. Agr. Fundi, Horatio teste, nisi prætorem pro duumviro dixit, ut Acro interpretatur more Græcorum, qui Duumviros στρατηγοὺς vocant. Inde Spartianus in Adriano: *Per latina oppida Dictator, & Ædilis, & Duumvir fuit.* Alexandria Hypomnematographos, *l. 59. inf.* Qui abierunt Duumviratu, Duumviralitii dicuntur. August. de cur. pro mortuis: *Curialis pauper vix illius loci Duumviralitius.* Dicuntur, & Duumvirales, & Duumviratii.

XIX. IDEM A. AD LUCRETIUM. Vacuatis rescriptis, per quæ munerum civilium nonnullis est vacatio præstita, omnes civilibus necessitatibus aggregentur, ita ut nec consensu civium, vel curiæ præstita cuiquam immunitas valeat, sed omnes ad munerum societatem conveniantur. DAT. VIII. KAL. NOV. HERACLEAE CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO IV. COSS.

Non valent rescripta quibus nonnullis civilium munerum vacatio conceditur, etiamsi adsit consensus curiæ, vel civium, *l. nemo*, *sup. hoc tit.* & *l. 1. inf. de iis, qui à princ. vac. accep.* de temporaria vacatione loquuntur.

XX. IMPP. CONSTANTIUS, ET CONSTANS AA. ORDINI CIVITATIS ÆDESENAE. Circensium magistratus desertores ad eam gravitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut quascunque pro his expensas civitas prorogaverit, refundere protinus, ac repræsentare cogantur. DAT. XIV. KAL. FEB. NAISSO ACINDINO COSS.

Sic reposui iscriptionem, ut erat in vetustissimo libro, quem habemus. At Cod. Th. habet *Constantinæ.* Hæc urbs est Phœniciæ, Edessa Osroenæ. Scripta etiam videtur hæc lex fuisse ad præsidem Osroenæ: quoniam ait, *ad eam gratuitas tua.* Sententia legis hæc est, Duumviros non edentes ludos Circenses, protinus Reip. reddere compelli ea, quæ in eam rem Resp. prorogaverit. Similis est de prætoribus lex ejusdem Constantii lib. VI. C. Th. his verbis: *Pro eo, quem absentem tempus editionis invenerit, erogationem debitam fiscus expendat, post adventum cuncta, quæ prærogata fuerint soluturo.*

XXI. IIDEM AA. NEMESIANO COM. LARGITIONUM. Curiales omnium civitatum nullam pro re privata nostra debent inquietudinem sustinere, nec hujusmodi oneribus velut extraordina-

dinariis occupari, quoniam satis est si civitatum munera per eos congrue compleantur. Dat. prid. Id. Aug. Bessae Acindino, et Proculo Coss.

Curiales pro Rep. subeunt munera; non pro re privata principis, & generaliter clienis, humilioribus extraordinariis oneribus Reip. subducendi non sunt *l. pen. inf. de suscep. l. 17. §. exigendi, ff. ad munic.*

XXII. Imp. Julianus A. Juliano Comiti Orientis. Eos indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris conditio nullius vindicaret juri civitatis. Dat. v. Kal. Sept. Antiochiae Mamertino, et Nevitta Coss.

Partem patriæ nullam ducimus ex matre, licet ita Virgilius scripserit VIII. *Gnatum exhortarer ni mistus matre Sabella, Hinc partem patriæ traheret.* Ideoque patre non curiali natus, etiamsi mater sit ex curiali genere, non obligatur curiæ maternæ civitatis, *l. nullus 2. inf. hoc tit.* Excipitur hac lege curia Antiochena, quæ sibi vindicat etiam eos, qui nascuntur patre libero: matre decurionis filia, *l. 62. inf. hoc tit.* cujus privilegii gratiam Imp. Leo facit certis personis comprehensis, *l. 61. inf. hoc tit.* & hanc Juliani legem invenies à Zosimo relatam lib. 3. Est igitur hoc unum privilegium Antiochenæ civitatis, quam Am. Marcellinus XX. Orientis pulchrum apicem Herodianus IIII. *ἡ πάντη τῆς Ῥώμης μεγέθει ἀπολειπομένην.* Procopius I. de bell. Pers. *πλήθει τε καὶ μεγέθει καὶ πολυανθρωπίᾳ πόλεων πρώτην ἁπασῶν τῶν ἐν τοῖς ἑῴοις.* Dissimilia aliquantum sunt ea privilegia, quæ Iliensibus, & Delphis, & Ponticis concessa sunt, *l. 1. ff. ad municip.* Nec enim id eis datum est, ut editus matre curiali, & patre non curiali, curiam maternam sequatur, sed ut editus utroque parente curiali, matris Iliensis, aut Delphicæ aut Ponticæ potius curiam sequatur. Iliensibus id datum est propter inclitam nobilitatem civitatis, & originem civitatia Romanæ: qua ratione Claudii temporibus soluti etiam sunt omni publico munere, *l. non tantum, §. Iliensibus, ff. de exc. tut.* & Tacitus XII. & Strabo XIII. & Suetonius in Claudio. Delphis idem datum est propter religionem. Ponticis cur, nescio, qua lege scio nempe Pompeja, auctore Plinio X. Epist. Illis qua lege nescio. Dum sit quod scias, si quid ad hæc sit quod nescias, laus est, quam hac sola ex parte capto. Ex altera sibi pergant sumere, qui cœperunt. Undique enim sibi quisque vindicat nostra. Video, nec invideo: & malo, ut aliis bene sit de meo, quam mihi male de alieno.

XXIII. Idem A. Juliano Comiti Orientis. Providendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne præteritis debitis susceptorum onerentur: sed conventis propter hæc debita his, qui ea præcedentibus delegationibus contraxerunt, nullam eos molestiam pro sarcina nominationis alienæ sustinere patiaris pp. Beryto Kal. Nov. Mamertino, et Nevitta Coss.

Susceptores publicorum tributorum ex decurionibus creantur, *l. 5. sup. de exact. trib. l. 8. inf. de suscep.* quod tamen eis ademit Anastasius constitutis vindicibus. At novi decuriones non onerantur præteritis debitis susceptorum, quos ipsi non nominaverunt. Ait, *delegationibus*, quod susceptoris officio nemo fungatur sine delegationibus.

XXIV. Idem A. Leontio Consulari Palestinae. Si quis decurio pater sit duodecim liberorum, honestissima munerum quiete donetur. Dat. Kal. Mart. Antiochiae, Juliano A. IV. et Salustio Coss.

Pro XII. C. Th. & libri scripti habent, XIII. quod duobus II. mutatis in V. conjecturam facit esse legendum XVI. Tot enim desiderantur in *l. semper, ff. de jur. immun.*

XXV. Imp. Valentinianus, et Valens AA. ad Provinciales Byzacenos. Curiales ultra terminos propriæ civitatis non jubeantur à moderatoribus provinciarum exhibere sui præsentiam, nisi publica necessitas exegerit. Dat. Prid. Id. Sep. Aquil. Divo Joviano, et Varroniano Coss.

No. 45. inter alia decurionum privilegia hoc refertur, ne in aliam regionem pertrahantur: debent enim curiæ suæ assiduam & constantem operam.

XXVI. Idem AA. ad Modestum PP. Quidam ignaviæ sectatores, desertis civitatum muneribus captant solitudines, ac secreta, & sub specie religionis cum cœtibus monazonton congregantur: hos igitur, atque in hujusmodi deprehensos erui latebris, consulta præceptione mandamus, atque ad munia patriarum subeunda revocari, aut pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum carere illecebris: quas per eos censuimus vindicandas: qui publicarum essent subituri munera functionum. pp. Beryto Kal. Jan. Valentiniano, et Valente AA. Coss.

Pertinet hæc lex ad monachos Ægypti (quibus fuit Valens pertinaciter infensus) *l. 63. C. Th. de decur.* nec tamen ad omnes, sed ad eos tantum qui curia relicta Ægypti solitudines quæsissent: qua ex re capite minuti non censebantur: bona namque propria & testamenti factionem retinebant, *l. generaliter, sup. de episc. & cleric.* At ex ea vita non redeuntibus ad communem utilitatem, hæc constitutio adimit bona, quæ addicit iis qui eorum vice civilia munera gesserint, ut *l. 18. sup.* De monachis est locus singularis apud Hieronymum in Philone. Idem Valens dicitur legem dedisse, ut monachi inviti militiæ nomen darent. *ignaviæ sectatores*] *L. cum de indebito, De probat.* Valerius maximus: *qui per religionis simulationem alimenta inertiæ quærunt.*

XXVII. Iidem AA. Mauris Sitifensibus. Privilegio militiæ paternæ se non vindicet, quem assuetus curiæ nexus adstringit, quod si militari avo, & patre decurione nascetur, paternæ erit succedaneus functionis. Dat. XII. Kal. Mai Trever. Valentiniano, et Valente AA. Coss.

Qui natus est avo decurione, patre milite, avi conditionem sequitur. Qui patre decurione, avo milite, patris denique curiæ causa est potior. Pro *assuetus*, veteres habent, *habitus*, quod significat avitus, ut jam ante indicavi III. *Sent. Pauli tit.* IV. Sic apud Hieronymum de vig. ser. *Proba nunc habitas venundare dicitur possessiones*, & Tacitus 13. *Per luxum habitas possessiones dissipassent.*

XXVIII. Iidem AA. ad Volusianum P. V. Nullus qualibet prærogativa fultus, à debitis

muneribus habeatur immunis . DAT. IV. KAL. A
JUL. MAO. VALENT. ET VALENTE AA. COSS.

Nullus, decurio. *Prærogativa*, id est, dignitate aut militia.

XXIX. IIDEM AA. GERMANO PP. GALLIARUM. Nati ex inquilinarum nostræ domus matrimonio, & patre decurione, non patrum suorum, verum matrum conditionem sequantur. DAT. III. ID. OCT. VALENTINIANO, ET VALENTE AA. COSS.

Plures sunt casus, quibus qui nascuntur ex justis B
nuptiis, matris non patris originem sequuntur. Unum habuimus supra de Iliensibus, Delphicis, Ponticis, Antiochenis. Aristoteles III. Polit. *ὁ ἐκ πολίτιδος ἐν τισι δημοκρατίαις πολίτης ἐστί*. Est hic alius si qui nascantur ex inquilina vel colona dominica & patre curiali: hi namque coloniam vel inquilinatum sequuntur potius, quam curiam, quod videtur abrogatum *Nov.* 38.

XXX. IIDEM AA. AD MODESTUM PP. Procuratores reipublicæ actionibus publicis debere uti non venit in dubium.

Idem est procurator & curator Reip. Is judex est & censor rerum ad civitatem pertinentium, & ideo *λογιστὴς* appellatur, id est, ut Gr. interpretantur *κριτὴς*, C
δοκιμαστὴς, *l.* 3. *sup. de mo. mul. l.* 2. *sup. de sen. quæ sine cer. quant. l. ult. ff. de off. adf.* Et est ex decurionibus. Prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat, *l. ad curatores, ff. de dam. inf. l.* 3. *§. plane, l.* 5. *§. idem ait, & §. hæc verba, ff. quod vi aut clam, l.* 2. *&* 3. *ff. de adm. rer. ad civit. pert.* & ut est in hac lege causas Reip. agit apud præsidem aut principem. Dices, idem est procurator & curator Reip. Cur ergo cum scriptum esset in *l. pen sup. ne de sta. def. procuratorem vel curatorem Reip.* atque ita legerint Græci, emendasti, *procuratorem rei privatæ?* nimirum quia de servo fisci eo in loco agitur non civitatis, idque de procuratore rei privatæ traditum est *in l.* 2. *&* 5. *sup. ubi cau. stat.*

XXXI. IIDEM AA. ET GRATIANUS A. AD MODESTUM PP. Ex omnibus domibus producti, qui origine sunt curiales, ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur: quippe cum occultatoribus talium, præter jacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat, si ulterius progressi, utilitatem publicam privatis custodiis, & patrociniis postponant. DAT. III. ID. JUL. ANCYRÆ GRATIANO A. II. ET PROBO COSS.

Ne decuriones se ullius domus patrocinio tueantur, eujuscunque illa dignitatis sit vel fortunæ, *l.* 39. *inf.* pa- E
tronos & occultatores coerceri.

XXXII. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEOD. AAA. AD NEOTHERIUM PP. Fabricenses ordinibus restituuntur, qui originem curialem, & propriæ munera declinaverint civitatis: reliqui ne levi quidem inquietudine pulsentur. DAT. XVI. KAL. APR. THESSAL. GRATIANO V. ET THEODOSIO AA. COSS.

Fabricenses sunt qui arma fabricant in publicis officinis. In eorum corpus curiales assumi non possunt *l.* 4. *inf. de fabr.* assumpti retrahuntur in curiam: idem de militibus & monachis dictum est sup. At fabricenses qui curiæ obnoxii non sunt ne ad leve quidem munus publicum vocari possunt.

XXXIII. IIDEM AAA. EUTROPIO PP. Omnes judices provinciarumque rectores à consuetudine temerariæ usurpationis abstineant, sciantque neminem omnino principalium, aut decurionum sub qualibet culpæ, aut erroris offensa cruciatibus esse subdendum. Quod si quis forte judicium in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod audeat principalem, aut decurionem, & suæ curiæ (si sic dici oportet) senatorem tormentis subdere: viginti librarum auri illatione multatus, & perpetua infamia inustus, ne speciali quidem rescripto notam eruere mereatur: & officium quinquaginta librarum auri multam fisco nostro cogatur inferre: quoniam ut pertinaciæ judicis sui resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. DAT. XII. KAL. AUG. HERACLEÆ EUCHARIO, ET STAORIO COSS.

Hæc lex pœnam statuit in præsides, & officia; qui principales & decuriones pœnis aut tormentis plebejorum, veluti eculeo, ungulis, fidiculis subjecerint. In C. Th. de plumbatis hac lege nominatim cautum est: quod removit Tribonianus propter *l. quilibet inf.* In comstitutione Constantini, & Licinii, quæ extat in Augustini epistola 68. & lib. III. contra Cresconium, ita legitur: *Vigentium pervidimus ideo minime tortum, quod se decurionem Ziquensium civitatis esse asseverarit. Principalium*] Principales sunt decurionum primi, à quibus distributionum omnium forma procedit, ut est in *C. Th. tit. de iis quæ admi. vel off. publ. ger.* non tamen extraordinariarum ex *l.* 4. *C. Th. de ext. mun.* Hos intellexit Tertullianus de corona militis, dum ait, *Coronatur & vulgus nunc ex principalium proprietatum exultatione.* Hi vel x. erant, vel v. vel xx. pro curiarum amplitudine & numero. Inde decemprimi Curiales, *l.* 2. *C. Th. de quæst. l.* 44. *conjuncta l.* 42. *C. Th. de jis qui super rel. cont. l.* 39. *C. Th. de epis. & cler.* Ut
D autem in schola domesticorum vel notariorum est primicerius caput scholæ, quem sequuntur decemprimi, ita in curia est summo loco primus curiæ, *l. Alexandrinis inf. l.* 127. *C. Th. eod. tit.* ut in Senatu princeps senatus, qui primus sententiam rogatur, & inde ab eo sunt quinque aut decem aut viginti primi. Primo curiæ similis est qui à Gregorio major populi appellatur, Germanis *Mejer*, Gallis *Mere*, qui & *Vimere* dicunt, pro vi majore, & *Mermonstier*, pro majori monasterio, Principalibus, qui Scabini antiqua satis appellatione, vel Consules, vel Jurati, vel Capitolini, vel Pares. Reliquis, qui præter eos consilii publici causa evocari solent in curiam. *Aut erroris*] Quidam Codices, *anterioris*. *Quoniam ut pertinaciæ*] Tertullianus de anima: *Gravior invidia est in præsidem cum officia pulsantur, plus cæditur qui jubet quando nec qui obsequitur excusatur.*

XXXIV. IIDEM AAA. FLORO PP. Si quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, gravissima pœna plectatur: ille vero, qui immemor libertatis, & generis, infamissimam suscipiens vilitatem, existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, tradatur exilio. DAT. X. KAL. NOV. CP. ANTONIO, ET STAORIO COAS.

Ut indignum decurione tabellionis officium, quod dixi-

diximus sup. ita & alienarum facultatum procuratio: ergo & conductio, *l. curiales, sup. de loc.* nam conductio est procurationis species, *Nov. Th. ne cur. alt. præd. cond.* Sed nec publicorum vectigalium aut prædiorum conductor esse potest, *l. spurii, §. decurio, ff. eod. tit. l. 97. Cod. Theo. eod. l. 2. §. 1. ff. de admin. rerum ad civ. pertin.* quod Adrianum constituisse Xiphilinus scribit. Idemque obtinuit in Senatoribus. Asconius contra Antonium: *Præterea Antonius*, inquit, *redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem.*

XXXV. IIDEM AAA. POSTUMIANO PP. In filiis decurionum retinendis priorum præceptorum decreta sublimitas tua custodiat. Eos quoque, qui advocationis obtentu curialia onera declinant, agere universa compellat, quæ & si necessitas non exigit, tamen patria non remittit. Quin ipsos etiam filios magistrorum, qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat. DAT. VIII. ID. APR. CP. MEROBAUDE II. SATURNINO COSS.

Tria in hac lege eaque diversa proponuntur: Ut in filiis decurionum io curia retinendis præf. prætorio anteriores leges sequatur & custodiat: Ut ne quis decurio per causam advocationis civilia munera detrectet. Potest decurio fungi advocationis officio, *l. falsi, §. 1. ff. ad leg. Cor. de fal. l. 56. 57. inf. hoc tit.* nec tamen ideo, etiam si alii complures existant decuriones gerendis muneribus idonei, ipse ab eis excusatur. Ut filii magistrorum, id est, professorum artium liberalium ex curiali genere descendentium, à civilibus muneribus non excusentur, ut patres.

XXXVI. IIDEM AAA. AD BASILIUM. COM. S. L. Exemplo senatorii ordinis patris originem unusquisque sequatur, nec valeant specialiter delata rescripta, si quis se, matria origine defensa, à majore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit: neque ulla pro more provinciæ referri sinatur exceptio. DAT. XVI. KAL. JUN. ROMAE MEROBAUDE II. ET SATURNINO COSS.

Editus utroque parente curiali, regulariter patris curiam sequitur, auditur si opposita matris origine, à patris majore civitate ad maternam, quæ minor est, ut scilicet minoribus oneribus subjiciatur, transire velit. Excipiuntur civitates aut provinciæ, quibus contraria huic regulæ privilegia data sunt, de quibus diximus supra. Privilegia civitatibus aut provinciis hac de re concessa valent. Beneficia specialiter uni personæ delata non valent. Consuetudo etiam contraria non valet.

XXXVII. IIDEM AAA. POSTUMIANO PP. Quotiescunque se ex rescriptis nostris aliquid impetrasse contendunt hi, quos obnoxios curiæ vel origo fecerit, vel latum inter partes judicium designaverit: nullam prorsus spem curiam declinandi ex colore sacræ jussionis accipiant. DAT. XIV. KAL. AUG. CP. MEROBAUDE II. ET SATURNINI. COSS.

Curiæ subjicit nos origo vel res judicata; vel incolatus vel possidendi condicio. Improbat autem hæc lex speciali rescripta in fraudem curiarum impetrata, ut *l. 19. sup.*

XXXVIII. IIDEM AAA. GYNEGIO PP. Ne quis officialium pœnæ specie, atque æstimatione curiæ dedatur, nisi si quis forte curiam defugiens, ob hoc cœperit militare, ne ingenitis fungatur officiis. Omues itaque omnino judices tuæ censuræ subditos admonebis, ne quis eorum æstimet curiæ loco supplicii quemquam deputandum, cum utique unumquemque criminosum non dignitas debeat, sed pœna comitari. DAT. VIII. ID. NOV. CP. RICOMERE, ET CLEARCHO COSS.

Officiales presidum pœnæ specie io curiam non damnantur, alioquin pœna dignitatem tribueret. Pœna deteriorem non meliorem ejus qui punitur, condicionem facit, ideoque Urbaniciani recte damnantur in corpus pistorum, *l. 2. inf. de app. præf. ur.* monachi abjecta stola sive tribonio, vel clerici deserto ordine ecclesiastico in curiam vel in cohortem, quasi videantur à meliore condicione in deteriorem transferri, *Nov. 5. & 6.* Officiales in curiam non item. Sed neque suarii in corpus pistorum, *l. ne quis, sup. de pœnis*, quia hoc genere pœnæ rei condicio deterior non fit. *Ingenitis*] Originalibus. Hic vero non tam datur, quam redditur curiæ. *Censuræ*] Præsides subjecti sunt præf. prætorio, *l. quilibet inf.* Cassiodorus in Psal. 104. *Quæ potestas hodie retinetur à præfectis, qui & vice sacra judicant, & cunctarum provinciarum potestatem maximam habere nosounrur.*

XXXIX. IIDEM AA. EUSIGNO PP. Curiales, qui se privilegio domus nostræ defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, & propriis functionibus mancipentur, & publica damna sarciant. DAT. VIII. KAL. JAN. HONORIO NA. P. ET EVODIO COSS.

Ut curiales ex domo principis non secus atque ex domibus privatorum in curiam retrahantur.

XL. IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCHADIUS AAA. CYNE. PP. Quilibet principalium, vel decurionum, si vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inventus: juxta pristinam consuetudinem non solum à vobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verum, & à judicibus ordinariis plumbatarum ictibus subjiciatur. DAT. DIE KAL. APR. CP. VALENTINIANO A. III. ET EUTROPIO COSS.

Id primum moribus obtinuit, ut plumbatis castigari curiales possent, postea fuit mutatum, *l. 85. C. Th. de decur.* quod attigimus *sup. l. 33.* Nunc hac lege reducitur, maxime ex iis causis, si eversores pecuniæ publicæ, si iniqui descriptionum arbitri, si superexactores vel concussores fuerint. Quod in corona Romani decurionis Prudentius expressit eleganter, qui cum non posset fidiculis subjici, plumbatis subjectus est, ne virum clarum ut ait, plebeja pœna damnaret. Gradu reorum formam tormentis dari. Eversorem dixi, quem lex decoctorem, qui ita definitur à Græcis, ὁ χατευτῶν τοῖς διά τινος μηχανῆς παρασκευάσας ἐκποιῆσαι τὸ χρέος καὶ μὴ καταβαλεῖν τῷ δανειστῇ. Igitur decoctor est, qui quasi mutuatus sit contra S. C. cum tamen sit paterf. non solvit, vel qui quasi inops, cum sit dives, utitur novis tabulis, vel cedit bonis. Tertullianus in Apol. *Temporum vectigalia quotidie decoquunt. Rerum summa*] Marcellinus XVI. loquens de præf. præto. *Cui Augustus summam commiserit rerum.* *Constantinus A. ad Ablavium PP. Apud vos qui judiciorum summam tenetis.* Evagrius lib. III. c. XLII. Μαξίμου τὴν κοινωνίαν διέπτυσαν τῶν ἀρχῶν οὓς οἱ πάλαι ὑπάρχους τῆς αὐλῆς ἐκάλουν. quod Latine

einc sic reddi debuit, *Marini summam judiciorum tenentis, quem olim præf. prætorio vocabant*. Procopius malc, *ὃν πραίτωρα καλεῖ*, lib. 3. bel. Vand. Non enim prætorem vocant, sed prætorii præfectum.

XLI. Iidem aaa. Gyneoio pp. Decurio fortunam, quam nascendo meruit, suffragiis, atque ambitione non mutet: & si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem, quæ per plurimos cito definiri soler, curiam non relinquat. Dat. Prid. Non. Jul. cp. Valentiniano a. iii. et Eutropio Coss.

Ne quis emendicatis decurionum suffragiis segreget se à curia, veluti senex, qui decurio non sit invitus, si post decurionatum ad eam ætatem pervenerit, curia non solvitur ne cæterorum quidem consensu & emendicato decreto, quod fieri solet, & facile.

XLII. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. Abundantio comiti, et magistro utriusque militiae. Militaribus viris nihil sit commune cum curiis, nihilque sibi licitum sciant, quod suæ non subjectum est potestati: nullum injuria, nullum verbere, nullum gravi pulsatione tribunus, duxve, aut comes curialem principalemve contingat. Si quis posthac temerario, & inconsiderato ausu ullum ex principalibus viris usurpata attrectaverit injuria: sciat se decem libris auri esse multandum. Dat. Prid. Kal. Aug. cp. Arcadio a. et Rufino Coss.

In principales vel decuriones civilium magistratuum jurisdictio est, *l.* 47. *inf.* non militarium veluti tribunorum. Ait, *Duxve aut Comes*. Veteres libri consentientes cum Theodosiano, *Dux ille an Comes sit*, quomodo plerique latini auctores loqui solent.

XLIII. Iidem aaa. Rufino pp. Omnes qui curiali obstricti sanguine, diversis se officiorum privilegiis, & actuum præjudiciis aggregaverunt, reddendos muniis esse non ambiges: sed nec rescripta aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus. Dat. Prid. Id. April. cp. Theodosio a. iii. et Abundantio Coss.

Quod de officiorum privilegiis & actuum præjudiciis, congruit cum *l.* 17. 28. 32. 35. 39. Quod de rescriptis, cum *l.* 19. 36. 37.

XLIV. Iidem aaa. Rufino pp. Nullus filius materni sanguinis vinculis illigetur: quia mulieris infirmitas nunquam hujusmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipsa habetur immunis. Dat. v. Id. Aug. cp. Theodosio a. iii. et Abundantio Coss.

Dixi hac de re in *l.* 22. *&* 29.

XLV. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Ennoio Proc. Africae. Nominationum forma vacillare non debet, si omnes qui albo curiæ detinentur, adesse non possunt: ne paucorum absentia, sive necessaria, sive fortuita, debilitet, quod à majore parte ordinis salubriter fuerit constitutum: cum duæ partes ordinis in urbe positæ totius curiæ instar exhibeant. Dat. xvii. Kal. Jun. Med. Olybrio, et Probino Coss.

Huic legi conjungenda est *l. nominationes*, *sup. de appel.* quæ eandem inscriptionem & subscriptionem habet. Non possunt fieri nominationes sive creationes ad munera civilia citra consilium decretumque publicum, præsentibus omnibus decurionibus, aut saltem duabus tertiis totius ordinis, *l.* 3. *ff. de dec. ab. ord. fac.* *l. nulli*, *ff. quod cujusque univers.*

XLVI. Iidem aa. Theodoro pp. Ad subeunda patriæ munera dignissimi meritis, & facultatibus curiales eligantur, ne tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non possint. Dat. iv. Kal. Oct. Med. Olybrio, et Probino Coss.

Ad munera, veluti ad sacerdotium provinciæ, nominantur potiores, id est, locupletes, & de Repub. bene meriti, & hoc est quod ait *l. honoros*, *ff. eod. tit.* *honores, & munera non ordinationi, sed potioribus* injungi, hoc est, non tam vices spectari quam vires, quod de tutelis Paulus scripsit 2. recep. Sentent.

XLVII. Iidem aa. Caesario pp. Curiales, qui honorariam adepti sunt comitivam dignitatem, formidare debent eos, quorum moderationi sunt commissi; nec se existimare ideo meruisse dignitatem, ut judicum præcepta despiciant. Quod si in eadem culpa perseverent, quinque librarum auri multæ obnoxii subjugentur, honore quoque quem prodiderint, spoliandi. Dat. iv. Kal. Jan. cp. Olybrio, et Probino Coss.

Curiales sunt sub jurisdictione præsidis, etiamsi honorati sint titulo comitis consistoriani, vel ordinis primi aut secundi. Honorem prodit qui eo abutitur ad judicum contemptionem.

XLVIII. Iidem aa. Florentino p. u. In successione curialium decernimus, ut etiam si patres decesserint teneatur adgnatio. Dat. xii. Kal. Jan. Med. Caesario, et Attico Coss.

Agnasci dicuntur postumi. Hic igitur est legis sensus, non tantum natos, sed & postumos sequi curialem fortunam patris. Quia enim lex ait, *Patres*, de aliis quam de filiis accipienda non est. De agnatis certe haudquaquam, quandoquidem decurionum agnati, etiam si eis heredes existant, eorum conditionem non sequuntur.

XLIX. Iidem aa. Theodoro pp. Omnes qui quolibet curiæ jure debentur, cujuscunque superstitionis sint, ad implenda munera teneantur. Dat. Id. Feb. Med. Honorio a. iv. et Eutychiano Coss.

Quolibet jure, puta genere, actu, re judicata. *Cujuscunque superstitionis*, puta Judæi aut Hæretici. Theodosius ait cujuscunque sectæ in *l. curiales*, *sup. de heret.*

L. Iidem aa. Eutychiano pp. Omnes omnino curiales in originalibus, ac debitis perpetuo curiis perseverent, & qui ex his ad provinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione pervenerint, sciant se non solum in sua curia remansuros, sed etiam cunctis

rut-

rursus ab exordio muneribus servituros. DAT. VIII. KAL. NOV. CP. HONORIO A. IV. ET EUTYCHIANO COSS.

Qui fraude vel ambitione facti sunt rectores provinciarum, revocantur in curiam, ita ut omnia curialia munera, & si jampridem ex eis quædam obierint, ex integro obire & repetere cogantur. Ait, *Originalibus*, genere: *Debitis*, quolibet alio jure.

LI. IIDEM AA. MESSALAE PP. Quamvis provisum fuerat congruæ emendationis occursu, quemadmodum curiales, militiæ nomine, & honore suspenso, officiis redderentur: tamen quia hoc callido consilio repererunt, ut civitatis provinciæ suæ finibus, tanquam his eorum tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum latitandi spes, & solatium eos impunitatis exacuat: horum cupiditatibus obviamus, ut ex eorum bonis, qui se vel prosecutioni, vel muniis civitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ, vel qualibet fraude subtrahere conati fuerint: curiis quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis intra anni metas (hi tamen qui manifestis curiæ nexibus illigantur) latere potius, quam redire maluerint: sciant post emensum annum, interpellatis provinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis curiis, quas destituerunt, esse consulendum, neque enim de immaturo præjudicio temporis possunt brevitatem causari. DAT. XVII. KAL. SEPT. THEODORO V.C. COSS.

Qui relicta curia militiæ nomen dederunt, aut revocantur, aut post annum bona eorum addicuntur curiæ, vel etiam iis qui eorum vice munera subeunt, ut demonstratum est sup. Et non tantum in patria, sed & in peregrino solo decuriones militare prohibentur. Prosecutioni ait eos se subtrahere, longissime absunt. Huic conjungenda est *l. pen. sup. de resc. vend.*

LII. IIDEM AA. PROBINO PROC. AFRICAE, Quis tam inveniri iniquus arbiter rerum potest, qui in urbibus magnifico statu præditis, ac votiva curialium numerositate locupletibus, ad iterationem quempiam transacti oneris compellat: ut cum alii nedum pene initiati curiæ sacris fuerint, alios & continuatio, & repetitæ sæpe functiones abficiant. DAT. XVI. KALEND. APR. MEDIOL. CAESARIO, ET ATTICO COSS.

Nemo cogitur munera civilia iterare vel continuare, æquum enim non est, aliis idoneis existentibus, qui nondum munus ullum curiæ attigerunt, eos qui attigerint iterum prægravari. Si civium sit inopia, aliud dicendum est, *l. 3. inf. quemad. civ. mun. ind.*

LIII. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. EUCHARIO PROC. AFRICAE. Duumvirum impune non liceat extollere potestatem fascium, extra metas territorii propriæ civitatis. DAT. VI. ID. MART. RAVEN. HONORIO IX. ET THEODOSIO V. AA. COSS.

Duumviri imperium non habent, *l. ea quæ, ff. ad municip.* Jurisdictionem habent usque ad certam quantitatem, ut v. Sentent. Pauli diximus. quam tamen defendere pœnali judicio nequeunt, *l. 1. ff. si quis jus dic. non opi.* Pignoris capionem, *l. 29. §. magistratus, ff. ad l. Aquil.* Legis actionem, ut in 2. Sentent. diximus. In servos castigationem, *l. 12. ff. de jurisd. l. si privatus, ff. qui & a quib. man.* Tutoris & curatoris dationem, *l. 3. ff. de tut. & cur. dat.* quin & ordo ipse ipsum, magistratum, id est, Duumvirum jure tutorem dat, *l. decreto, ff. qui pet. tut.* Præfert fasces sive bacillos, ut in 2. Agraria. Potestate sua non utitur extra territorium, sicut nec urbani magistratus. Territorium à terra malo deducere, quam à terrendo, nam & pro fundo accipitur sæpe, *l. 3. sup. de natur. lib. l. nulli, sup. de episc. & cler.*

LIV. IIDEM AA. PALLADIO PP. Generali lege sancimus, ut si quis suum decurionem curiæ vindicare maluerit, si præsidis desit copia, in eundem manus injectione concessa, sciat ad examen cognitoris resultantem esse deducendum: ita ut moderator provinciæ (si quæstio fortasse fiducia defensionis ulla generatur) nisi intra tres menses causam originis competenti disceptatione cognoverit, atque convictum cum pœna restituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine pronunciaverit: decem librarum auri multam cogatur exsolvere: ejus etiam officium pari damni irrogatione teneatur. DAT. V. NON. MAIS RAVEN. DN. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO COSS.

Ordini in decurionem manus injectio est, si præsidis desit copia. Curialis conditionis quæstio apud præsidem agitur & peragitur intra tres menses, quod etiam tradidimus in *l. ult. sup. de jur. fisc.* Ait, *Ejus etiam*. Eustathius: καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ζημιοῦται.

LV. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ISIDORO PP. Si quis decurio, aut subjectus curiæ ausus fuerit ullam affectare militiam: nulla præscriptione temporis muniatur, sed ad conditionem propriam retrahatur, nec ipse, vel ejus liberi post talem ipsius statum procreati, quod patriæ debetur, valeant declinare. DAT. III. NON. APR. CP. ISIDORO, ET SENATORE COSS.

Filius decurionis subjectus est curiæ, nec dum decurio. Neque autem decurio, neque subjectus curiæ XXX. vel XL. annorum præscriptione tueri se à curiæ vindicatione potest, *l. præscriptionem, sup. de præs. 30. ann.* Obstat *l. si cohortalis, inf. de cobort.* quæ eandem inscriptionem, & subscriptionem habet, eadem verba, nisi quod hæc de curialibus, illa de cohortalibus loquitur. At in cohortalibus idem prorsus nullo tempore excepto, Theodosium constituisse constat ex *l. ult. Cod. The. de cohortal.* Verum Tribonianus ex Anastasii Constitutione, id est, ex *l. 4. sup. de præscr. 30. ann.* addidit in *d. l. si cohortalis*, hæc verba, *præter eam scilicet, quæ ex XL. annis colligitur* (sic enim auctoribus libris scriptis legendum est) quoniam à sua Constitutione Anastasius postea solos curiales excepit in *d. l. præscriptionem*.

LVI. IIDEM AA. ISIDORO PP. Alexandrinis principalibus etsi advocatione fungantur, nihilominus onus peregrinationis incumbat: nec publica cura, nisi in sua tantum civitate, committatur: & primus curiæ, cum muneribus universis expletis ad summum pervenerit gradum, comitivæ primi ordinis fruatur post biennium dignitate præstita,

in

in curialibus tamen permaneat. DAT. PRID. NON. JUN. CP. ISIDORO, ET SANATORE COSS.

Hæc lex & tres, quæ sequuntur, & *l. 1. inf. de Alex. princ.* pertinent ad curiam Alexandrinam, & sumptæ sunt omnes ex una eademque Nov. Theodosii. Hæc curia instituta est à Severo. Spartianus: *Alexandrinis*, inquit, *jus Buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus ante vivebant uno judice contenti, quem Cæsar dedisset*. Is vero judex, quo Spartianus ait Alexandrinos fuisse contentos, Juridicus est Alexandriæ ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος, ut Strabo ait XVII. de quo habemus specialem titulum. Datur autem primum hac lege Alexandrinis principalibus, etsi advocatione fungantur, quos tamen magis decere videbatur legatio, ut minime (sic accipio *nihilominus* non sine exemplis) legationis munus obire, aliave qua procuratione, vel cura extra suam civitatem fungi cogantur. Non dicit munus, sed cura. Principales expletis muneribus omnibus suscipiunt curas. Datur deinde aliud Primo curiæ, ut post biennium comitiva primi ordinis ornatus exeat, non quidem è curia, sed ex primicerio. De Primo curiæ diximus supra. De biennio, de primiceriis, de comitibus primi ordinis dicemus lib. XII. Nihil inexplicatum reliquimus. Uno loco si quid desideres, noli queri, tibi altero satisfiet: itaque male iis utetur, imo nihil plane percipiet, nisi qui omnia legerit.

LVII. IIDEM AA. ISIDORO PP. Quinque summates ordinis Alexandrini corporalibus injuriis immunes esse censemus, ut voce libera commoditates patriæ defendant: cum possint, si quid egerint criminose, pecuniariis coerceri dispendiis: æstimabuntur autem præsente curia viri spectabilis Augustalis judicio. DAT. PRID. NON. JUN. CP. ISIDORO, ET SANATORE COSS.

Datur & aliud hoc capite Alexandrinis principalibus, qui pro patria advocatione funguntur, ut ne ad libidinem præfecti Augustalis corporalibus adficiantur injuriis, quod & principalibus Vulsinensium in Hetruria datur, *l. urbis C. Th. eod. tit.* De præfecto Augustali dixi in tit. *de can. larg. tit.* Ait, *Quinque summates*, ut in *l. 4. inf. de navicul.* & Symmachus, *Summates Aricinæ urbis*.

LVIII. IIDEM AA. ISIDORO PP. Eum qui triginta annis in Alexandrina civitate civilibus inhæserit muneribus, corporalibus muniis non pecuniariis excusari convenit, habita consideratione videlicet meritorum: ut hoc bene cogniti privilegium consequantur, nec eo passim fruantur indigni. DAT. PRID. NON. JUN. CP. ISIDORO, ET SANATORE COSS.

Datur & aliud beneficium quasi pro emerito curialibus Alexandrinis, qui per XXX. annos functi in ea sunt civilibus muneribus, ut deinceps vacent à corporalibus, non etiam à patrimonialibus, sed hoc ita, si strenue, & serio per tot annos in eaversati sint, non negligenter, non scelerate, non defunctorie.

LIX. IIDEM AA. ISIDORO PP. Si quos sponteaneos hypomnematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, jubemus non expectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis Augustalis, qui fit plerunque venalis, sed utriusque partis sufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat: tunc ad memoratum judicem tam nominati, quam etiam creatoris consona relatione currente: quam si suscipere, vel confirmare distulerit, sciat se vigintiquinque librarum auri condemnatione plectendum. DAT. PRID. NON. JUN. CP. ISIDORO, ET SENATORE COSS.

A Strabone inter magistratus civitatis Alexandrinæ numeratur ὑπομνηματογράφος, lib. XVII. qui Latine dici potest Commentariensis. Videntur duo fuisse, ut in aliis civitatibus Duumviri, qui nominationes ad munera civilia facerent, quas ratas esse cavetur hoc capite, etiamsi sine consensu factæ sint præfecti Augustalis, qui & invitus eas confirmare cogitur, videlicet utriusque partis, id est, nominantis, & nominati concurrente consensu. Nominatorem creatorem vocat, ut in *l. 2. inf. quo quisque ord. con. l. 2. §. si eo tempore, ff. de adm. rer. ad civ. pert.* Addatur *l. ult. sup. de hered. decur.* ubi vulgo male, *creditores*, pro *creatores*, lib. 45. βασιλικῶν, χειροτονηταί

LX. IIDEM AA. THOMAE PP. Nullus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quamcunque personam curiales impleat functiones, sed ipse per se debitum patriæ munus exsolvat, & si spectabili dignitate decoratus sit: nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum: hi vero qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non vetentur. DAT. V. KAL. MAAT. CP. EUDOXSO, ET DIOSCORO COSS.

Ut is, qui origine est curialis, etiamsi spectabili dignitate veluti Comitiva primi ordinis decoratus sit, per se non per substitutum munera civilia obeat, nisi hoc ei princeps specialiter concesserit. Ut is, qui illustri dignitate honestatus est, veluti magisteria, eam per substitutum obire possit suo periculo: & hæc postrema legis verba repetita sunt in *l. ad similitudinem sup. de episc. & cler.* in qua idem significatur datum episcopis, presbyteris, diaconis. Alii clerici, ut puta hypodiaconi, lectores, cantores, exorcistæ, ostiarii retracti in curiam per se munera obeunt, *l. si quis curialis, sup. de episc. & cler.* nec obstat *Nov.* 123. quæ quod in præteritum indulget, in futurum vetat.

LXI. IMP. LEO A. JULIANO PP. Neque Dorotheum virum illustrem, & totam ejus substantiam, neque Irenæum virum spectabilem tribunum, & notarium, & si ante paternas illustres dignitates natus est, ullam inquietudinem pro curiali genere, & conditione sustinere decrevimus. Liberos quoque eorum, vel qui jam sunt, vel futuri sunt, eorumque posteros, quotiescunque continuata temporum, & successionum perpetuitate nascentur, à conditione curiali, & functione esse liberos: lege divæ memoriæ Juliani, quæ de materno curialium Antiochenæ civitatis genere promulgata est, nihil in persona viri illustris Dorothei, vel viri spectabilis Irenæi, vel adversus facultates eorum, vel adversus liberos eorundem, vel qui jam nati sunt, vel postmodum quoquo tempore nascentur, vel adversus substantias eorum roboris, vel juris habitura: circa alias sane universas personas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ civitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam firmitatem.

Age;

A generali constitutione, ut liberi ante illustratum patris suscepti curia retineantur, de qua dicemus, *inf.* & à privilegio *l.* 22. *sup.* hæc lex familiam excipit Dorothei viri illustris, & filii ejus Irenæi, viri spectabilis.

LXII. Idem A. Constantino pp. Si ille qui ex filia decurionis Antiochenæ splendidissimæ civitatis, & patre, qui nullius alterius civitatis muniis debeatur, procreatus est, sub examine provincialis judicis, vel sponte confessus, vel certe convictus, quod ex filia sit curialis progenitus, & albo decurionum adscriptus fuerit: nullam sibi superesse facultatem negandæ, vel evitandæ conditionis existimet, & curialem non adspernari fortunam avi materni sui pertentet, nec dubitet se muneribus curialibus subjacere. Quod si quem curia, de qua præsens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minime secundum præstitutam ordinationem sibi sociandum curaverit: prolem ejus pulsare nullo modo penitus poterit: nec enim patimur conventionem ejusmodi prætermisso filio, quem curialis filia ediderat, à nepote, vel pronepote, vel ulterius incipere.

Confirmatur *l.* 22. *sup.* hoc addito, ut à filio hujusmodi conventio incipiat, non à cæteris liberis. Filius igitur si non fuerit curiæ Antiochenæ vindicatus, non vindicabitur etiam nepos.

LXIII. Idem A. ad Senatum. Doctitii viri clarissimi jubemus fortunam super curiali conditione nullo modo esse inquietandam, nec facultatibus ejus, sed eo, qui hujusmodi conamen inierit, sacrilegii pœnam luituro: omnes qui post peractam illustrem administrationem, vel adhuc in ea posito patre suo gignuntur, à curialium intentione defendanrur una cum paternis sine dubio substantiis, quas cum persona patris à curiali nexu liberas esse nemo dissimulet.

De senatore ad feoatum scribit, ne Doctitio, vel facultatibus ejus ulla moveatur de curiali conditione controversia, legendum in contextu, *nec facultates scilicet eo, qui hujusmodi conamen inierit, sacrilegii pœnam luituro*. Quod sequitur, *Omnes*, initium est alterius sententiæ, quæ nihil commune habet cum re Doctitii. Ut nati ex illustribus, vel administrantibus, vel administratione persunctis, curiæ non teneantur. Ergo antea nati tenentur, idque innuit *l.* 61. *sup. l. prox. l. pen. l. ult. inf.* Proinde illustris filius non est, qui natus est ante illustrem dignitatem patris, qua ratione fortiter defendi potell, filium regis non esse eum, qui natus est antequam pater regno potiretur: qua Xerxes obtinuit adversus Darium fratrem natu majorem. At secus est tamen in decurionum, & senatorum filiis, ut dicemus in *l.* 11. *inf. de dign.* & in filiis patronorum fisci, ut in *l. ult. inf.*

LXIV. Imp. Zeno A. Sebastiano pp. Neminem ex his, qui obnoxii curiæ constitui, ab initio felicissimi nostræ pietatis imperii Comitum privatarum rerum nostræ, vel piissimæ Augustæ partis, seu Comitis sacrarum largitionum, vel Comitis domesticorum. Quæstoris, vel magistri officiorum ad actum administrationis gerendum provecti sunt, vel in posterum provehentur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus evitare: sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inservire: nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur: nam alia universa legitima, vel ex constitutionibus data privilegia, integra volumus illibataque servari. Ne tamen indulti honoris inane nomen retinere videantur, dignitatum titulis potiantur, & per substitutos suarum periculo facultatum curialibus muneribus respondentes, habeant integra illibataque privilegia dignitatis. Eos vero, qui præfatas dignitates ante initium nostri imperii consecuti sunt, cum facultatibus suis, & post eam dignitatum progenitis filiis, à curialibus nexibus, vel honore decrevimus liberari. Hos autem qui quocunque tempore patricii, vel consules, aut consulares facti sunt, aut in posterum fuerint, aut magistri militum, vel præfecti prætorio Orientis, vel Illyrici, vel urbis administrationem in actu positi quandocunque gessere, aut postea gesserint: omni modo cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis à curiarum nexibus, vel honore decernimus liberari.

In contextu legendum, *Comites privatarum nostræ, vel piissimæ Augustæ partis, sive comites largitionum, vel comites domesticorum, quæstores, vel magistri officiorum licet ad actum, &c.* quam lectionem confirmat *l. prox.* Hæ autem omnes, quæ hac lege recensentur initio, dignitates illustres sunt, & ex ea, qui eas ante Zenonis imperium administraverunt, curia liberantur una cum liberis post eas dignitates susceptis. Ante suscepti in curia retinentur. At post Zenonis imperium, qui eas dignitates administraverunt per se, vel per substitutum, curiæ satisfacere coguntur, sicut & honorarii illustres, *l.* 60. *sup.* & liberi eorum quandocunque suscepti. Recensentur in extremo aliæ dignitates æque illustres, quæ tamen curia absolvunt, etiamsi post Zenonis imperium administratæ sint, exceptis liberis ante eas dignitates susceptis. Loquitur de præfectis tantum prætorio Orientis, & Illyrici, quoniam hæc lex tantum pertinet ad Orientale imperium.

LXV. Imp. Anastasius A. Polycarpo pp. Divæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem, quæ de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata est, in hac parte tantummodo duximus corrigendam, qua cavetur eos etiam qui ante eandem constitutionem (ab initio tamen ejusdem divæ recordationis Zenonis imperii) Comites privatarum nostræ, vel piissimæ Augustæ partis, seu Comites sacrarum largitionum, vel Comites domesticorum, Quæstores, aut magistri officiorum, licet ad actum administrationis gerendum provecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc evitare, sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inservire: nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur: his etenim qui memoratas administrationes, vel unam ex his peregerunt, necnon liberis, & rebus eorum beneficium, quod ante per illustrem administrationem peractam eis adquisitum est, intactum illibatumque jubemus servari, ut relaxatione conditionis, & munerum curialium per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi quam liberi eorum post hu-

jusmodi administrationem adeptam procreati, una cum propriis substantiis potiantur, & si contigerit eos post divæ memoriæ Zenonis constitutionem, sive per se, sive per substitutos suos, curiæ competentia munera subiisse. Eadem videlicet constitutione divæ memoriæ Zenonis ex die quo promulgata est, suas vires obtinente: cum conveniat leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare.

In hoc Justiniani Codice ponuntur sæpe leges, quibus superioribus derogatur, vix quibus superioribus abrogetur. In Codice Theodosii non ita. Hæc lex derogat proximæ, in qua Zeno curiæ obligat eos, qui ab imperii sui auspiciis facti essent comites privatarum, Comites largitionum, Comites domesticorum, Quæstores, Magistri officiorum. In hac Anastasius solvit, modo si ante constitutionem illam Zenonis eas gessissent dignitates, nec vult sibi eosdem quidquam præjudicasse, quod aliquandiu paruerint Constitutioni Zenonis, idque merito. Debuit enim Zeno in futurum legem ferre, non in prætorium adempta libertate iis, qui jam ad eam jure pervenerant, ex *l. 63.* & aliis plerisque constitutionibus.

LXVI. Imp. Justinianus A. Demosthení pp. Curialibus consortiis consulentes, censemus, ut nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet, sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem sibi curialis competere condicionis: omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquandis. Si quis igitur vel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, sive infulis consulatus honorarii, aut ordinarii fuerit ampliatus, ut vel consul, vel consularis efficiatur, seu præfectorum prætorio infulas susceperit gubernandas, vel urbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, nec non magistri militum officium gerendum susceperit: is gaudeat se hujusmodi condicionis esse exsortem, & liberum cum suis facultatibus, suaque posteritate, quam postquam meruit dignitatem, vel actum gessit, ediderit: anterioribus filiis in conditione pristina remansuris. Sed & tam prælaturæ quæstoris, quam viri eloquentissimi fisci patroni, tam præfecturæ, quæ Orientalibus, & Illyricianis præsidet sedibus, quam urbicariæ, cum ad fisci patronatum pervenerint, nexibus curiæ liberantur, una cum substantiis, & liberis suis, quos vel ante habuerint, vel postquam ad eundem gradum provecti sunt. Viri etiam clarissimi principes agentium in rebus curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt, & viri spectabiles proximi sacri scrinii nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon sacri scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum, & dispositionum, cum substantiis, & liberis suis, quos per emerita stipendia susceperint: hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo, longo, prolixoque tempore pertulerunt, intactum illibatumque conservamus: ut hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia suaque sobole secundum ea, quæ prædiximus. Ex ævo autem sequente progenitos antea nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos, ut ne quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alii sibi audeant vindicare: sed progeniti filii ante quam ad fisci patronatum pervenerint, in conditione pristina remaneant. Aliis autem modis, quam his, quos singulatim enumeravimus, sive legibus antiquis comprehensi sunt (qualis erat is, quem ex tribus maribus concessum ante fuerat patri maximo senatui sociare) sive comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed sive pragmatica sanctio super hoc processit, sive sententia eminentissimæ præfecturæ, sive alius modus (quicunque excogitatus est) omnia ea penitus vacuari, & pro infectis haberi, & curialia corpora suis reddi civitatibus, & substantias eorum subjacere, nulla excusatione eis penitus competente.

Hodie Comitiva privatarum, vel largitionum, vel domesticorum, vel quæstura, vel magisterium officiorum curia non solvit. Patriciatus, Consulatus Consularitas, Magisterium militum, Præfectura prætoriana, vel urbicaria, Patronatus fisci, Principatus agentium in rebus, Proximatus sacrorum scriniorum curia solvit, Patriciatus, & Consularitas solo titulo honoris. Reliquæ non nisi administrationis merito, *Nov. 70. & 81.* Ait, *Sed & tam prælaturæ*. Locus est corruptissimus. Affirmo legendum, *Sed & viri eloquentissimi fori patroni, tam præfecturæ, quæ Orientalibus, & Illyricianis præsidet sedibus, quam urbicariæ*. Fuit certus advocatorum numerus in foro præfecturæ prætorianæ, & urbicariæ, qui Statuti dicebantur, sicut in quaque militia, & collegio certi statuti sunt, alii supernumerarii dicuntur, & fuit sub primiceriis, ut Balsamon scribit Nomocanonis 8. c. 13. Ex eis duo fisci patroni quotannis prodibant: qua ex re curiali, & cohortali fortuna liberabantur cum liberis omnibus quandocunque susceptis quod tamen illustres non habuerunt: nam liberi ex eis ante illustratum nati, non sunt illustres. Sed Justinianus hac lege idem statuit in fisci patronis, ut in posterum ii tantum cum patribus curia liberentur, qui fuerint post patronatum fisci procreati. Juris antiqui vestigium est in *l. 8. sup. de adv. div. jud.* ubi quod erat expressum de curiali conditione propter hanc legem Tribonianus immutavit. Ad extremum Justinianus abrogat omnes alios modos solvendi curialis vinculi, abrogat *l. 132. C. Th. de decur.* Abrogat & alibi quartam Sabinianam datam adoptato ex tribus maribus, *§. sed ea omnia, Instit. de her. quæ ab int. def.* Alciatus male censet legendum, *Tribus manibus*: quem ob id quidam alii etiam notarunt, sed rem non explicarunt. Erant hæc tres liberos mares habentium jura: Uni dato senatui, curiæ liberatio contingebat: Uni in adoptionem dato: quarta omnium bonorum adoptatoris ex S. C. Sabiniano deferebatur, sicut impuberi arrogato ex Constitutione Antonini. De principibus agentium in rebus, quod hac lege continetur, non caret difficultate, quam discutiemus in *l. 7. inf. de pri. ag. in reb.*

Si servus, aut libertus ad decurionatum aspiraverit.

Tit. XXXII.

I. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. et cc. Saturnino. Si libertus, vel jus aureorum anulorum adeptus non est, vel natalibus suis non est restitutus, præses provinciæ non tantum curiæ participare non permittet, sed juxta legis severitatem congruenti pœna ulciscetur.

Li-

Liberti in decurionum ordinem conscribi non possunt: libertinorum filii possunt, quia ingenui sunt: idque etiam in senatu maximo obtinet, *l.9.inf.de dignit.* quod tamen turpe, & invidiosum fuit, & Imperatori Claudio vitio vertitur, quod latum clavum tribuerit libertini filio: & Appio Claudio, quod in censura inquinarit senatum lectis libertinorum nepotibus. At impetrato jure anulorum aureorum, vel restitutione natalium, libertini in curiam admittuntur. Anulo utebantur ingenui: idcirco anulus libertinis datur, ut quasi ingenui vivant. Scribit Dio Musam medicum ab Augusto accepisse anulum aureum, & subjicit, *Erat enim libertinus*. Meliore autem conditione sunt natalibus restituti, quam anulo donati: hi honore augentur, conditionem non mutant, jura tantum, & munia, dum vivunt, ingenuitatis habent, *Nov. 74. l. falsa, ff. de cond. & dem. l. etiam, ff. de bon. lib. l. 2. sup. de ju. au. an.* ubi pro *libertinitatis*, legendum *libertinis*. Illi conditionem mutant, quippe cum eis natalibus restituantur, in quibus homines fuerunt, nondum neque naturali neque civili jure descripto, *l. 2. ff. de nat. rest.* ergo vere fiunt ingenui, *l. ult. sup. de bon. lib.* At ex *Nov. Justiniani* 78. ipso jure omnes liberti natalibus restituuntur, & jus habent anulorum, salvo jure patronatus. Possunt igitur omnes hodie in curiam admitti, & cessant pœnæ legis Visellliæ, quam intelligunt hoc loco Imperatores, dum ajunt *juxta legis severitatem*.

II. Iidem aa. Oricinae. Præses provinciæ si eum, qui ædilitate fungitur, servum tuum esse cognoverit, si quidem non ignarum conditionis suæ ad ædilitatem aspirasse prospexerit, ob violatam servili macula curiæ dignitatem, congruenti pœna afficiet. Si vero cum opinione publica mater ejus pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit: dominio tuo eum subjugabit.

Servus si sciens aspiraverit ad honorem curiæ, gravissima pœna adficitur: si ignorans, illæsus domino redditur. An & scienti domino? quod videtur: nam nec sciente domino decurio fit; etiamsi ea fini manumittatur. Sed magis est, ut addicatur fisco, arg. *l. generali, inf. de tabul.* Cur enim eo passus est dominus inquinari curiam? Præterea hæc lex ostendit, communem opinionem libertatem non tribuere servo ædilitatem gerenti potius, quam ædili: arbitror, & gesta per eum ipso jure nulla esse, utilitatis tamen causa sustineri, *l. Barbarius, ff. de off. præt.*

De Prædiis curialium sine decreto non alienandis.

Tit. XXXIII.

I. Imppp. Valentinianus Theod. et Arc. aaa. Cynaegio pp. Si quis decurionum, vel rustica prædia, vel urbana venditor necessitate coactus addicit, interpellet judicem competentem, omnesque causas sigillatim, quibus strangulatur, exponat: & ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma enim venditio erit, si hæc fuerit forma neglecta: ita enim fiet, ut nec immoderatus venditor, nec emptor (cujuscunque sit conditionis) inveniatur injustus. Denique nihil erit postmodum, quo venditor, vel circumventum se insidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat: quandoquidem sub fide actorum, & de necessitate distrahentis, & de voluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas cujuslibet loci, quem tamen ei decurio distrahat, comparator exstiterit, sciat se pretio, quod dedit, esse privandum: & locum quem comparavit, cum fructibus esse restituendum. Dat. viii. Kal. Decemb. cp. Honorio nb. p. et Evodio Coss.

Non valere venditionem prædiorum curialium, nisi fiat causa probata apud acta præsidis, *l. 2. sup. de off. ejus qui vic. ali. jud. obt.* vel præfecti prætorio ex *Nov.* Majoriani de curialibus, quam sequitur Cassiodorus lib. vii. formula ultima ad præf. prætorio, non ad præpositum: idemque lib. ix. consequenter huic constitutioni: *Prædia*, inquit, *curialium, unde maxime mediocribus parantur insidiæ, nullus illicita emptione pervadat, quia contractus dici non potest, nisi, qui de legibus venit. Cujuscunque sit conditionis*] Sive collega, sive non, *l. 2. Cod. Th. eod tit. Sciat se pretio*] Qui predium curiale emit sine decreto, curiali venditori restituit prædium cum fructibus, nec tamen ab eo pretium recipit, vel meliorationes: idemque fit si quis emerit capite censitos sine terra, *l. 7. inf. de agr. & cens.* nam & hoc casu Reip. interest, ut censiti terræ suæ adhæreant, & illo ut curiales sua teneant, ne patrimonii dissipatione ad munera civilia minus reddantur idonei. Utroque item casu æquum est, ut qui sciens (nec enim causari juris ignorantiam potest) ad eam emptionem accessit, pretium amittat, & sumptus. Idem quoque observatur, si quis dempto canone, quod fit illicite, prædium dominicum emerit, *l. ult. inf. de fun.* rei *priv.* nam, & domino rerum privata conservari publice interest, & temerario emptori pretium reddi rationis non est. Non idem observatur si non vicanus vicani prædium emerit. Hic enim pretii deductionem habet, *l. 1. inf. non lic. habit. met.* adversus, quam ex superioribus juris speciebus, quæ diversæ sunt, & in quibus emptorem majus damnum mereri visum est, non argumentamur recte. An igitur superioribus speciebus venditoris lucro pretium cedet? Minime vero, cum sit etiam ipse in vendendo mala fide versatus. Assentior Accursio, qui id multarum legum argumento ærario inferendum censet in *d. l. 7.* & in *l. pen. sup. de resc. vend.*

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Florentio pp. Nec venditio rei hereditariæ curiæ adquisitæ, aut debitoris hereditarii, qui solverit, liberatio aliter admittenda est: nisi apud acta totius, vel majoris partis ordinis intercedente decreto, ineundi contractus, vel dissulvendæ obligationis causa probetur. Ita enim & id quod ex ea redigitur, ad prædiorum jubemus comparationem expendi: quorum reditus omnes (sicut dictum est) ejusdem curiæ publicis muneribus, quæ solatio egere constiterit, justissime servabuntur: ex consensu omnium, maxime ditiorum, vel idonea fidejussione oblata, conductoribus eligendis. Dat. v. Id. Jun. cp. Felice, et Tauro Coss.

Lex prima est de prædiis decurionum. Hæc de rebus mobilibus, vel nominibus curiæ hereditario jure adquisitis. Res hereditaria jure non venditur, debitor hereditarius solvendo non liberatur, nisi venditio, aut dissolutio obligationis ex ordinis decreto fiat. Ex pecunia inde confecta prædia comparantur, quorum reditus curiæ oneribus serviant. Reditus plerunque sunt pecuniæ, quæ ex locatione prædiorum rediguntur, *l. li-*

berto, *l. fundi*, *ff. de usuf. leg.* Conductores autem idonei eligendi sunt. Quod ait, *sicut dictum est*, indicio est hanc legem partem esse amplioris cujusdam Theodosii Constitutionis, cujus & alia pars est in *l. 1. inf. tit. prox. & l. 1. C. Th. de imp. luc. desc.*

III. Imp. Zeno A. Sebastiano pp. Curiales vendere quidem res immobiles, vel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti: donationes vero, vel permutationes, vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus celebrare contractus: quoniam & sacræ constitutiones, quæ super hoc à retro principibus latæ sunt, in plurimis suis partibus de pretio non redhibendo locutæ sunt: ut ex hoc apertissime detur intelligi, solum emptionis decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum: cum tamen venditio intercedente (ut dictum est) decreto agitur, nullum eos, vel qui ab his comparant, dispendium cujuscunque personæ, vel causæ, vel theatralis liberalitatis nomine (quod frequenter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec ex tabella decretum recitari, sed curialium, vel majoris partis curiæ relatione currente, sine ulla malignitate referentium, vel damno contrahentium, ad confirmandam emptionem competentis judicis proferri sententiam.

Ait. *Mancipia rustica*. Olim quælibet, *l. 1. C. Th. eod. tit.* hodie merito sola rustica, arg. *l. lex, sup. de admin. tut.* Ait, *Donationes*. Sola venditio inhibetur, & ideo in rubrica, *Alienandis*, id est, vendendis, ut in *l. 1. sup. de jur. emph.* donatio vel permutatio non inhibetur: quam legem mirabilem Justinianus vocat *Nov.* 38. Sed causa ejus hæc est, quod facilius quisque vendat, quam donet: cujus etiam ratione S. C. obligatæ mulieri succurrit, non donati, lex Julia inhibet hypotecam fundi dotalis, non alienationem: Caninia familiæ manumissionem testamentariam, non inter vivos: mores Parisiorum largitionem omnium bonorum testamentariam, non inter vivos. At hæc causa Justinianum non movit, quominus idem ipse jus in donatione, quod in venditione constitueret, neutram valere sine decreto, ut ipse refert *Nov.* 38. & hanc ejus constitutionem sub hoc titulo desiderari: quodque in quibusdam veteribus Codicibus ad finem tituli de decur. in aliis ad finem tituli proximi, adnotatum est, deesse constitutionem Græcam: hujus tituli extremo adnotari debuisse puto. Quin & postea Justinianus *Nov.* 87. nec cum decreto donationem permisit. Decretum autem fieri hac lege constituit Zeno, consensu curiæ, & sententia competentis judicis viva voce, non ex periculo, sive tabella recitata, ne quid pro scriptura exceptoribus dare contrahentes necesse sit. Omnino enim vult decretum fieri sine damno, sine impendio ullo, adeout nominatim etiam caveat, ne quod frequenter fieri iis venditionibus solet, quidquam theatralium nomine contrahentes præstent. *De pretio*] Unus tantum est contractus in quo intervenit pretium, is est emptio venditio. Dicitur & merces locationis pretium, sed καταχρηστικῶς. *Relatione*] Sic *sup. de decur. l. 59. consona relatione currente*.

Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum.

Tit. XXXIV.

I. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Florentio pp. Si de-A curionum consortio sit alienus, qui curiali successit, competentis eidem juris (sive ex asse, sive ex parte heres sit bonorumve possessor) partem quartam jure optimo à curia peti decernimus. Dat. v. Id. Jun. cp. Felice, et Tauro Cos.

Si non curialis curiali successerit ex asse, quarta pars bonorum curiæ debetur, cum onere tamen æris alieni, *l. 2. §. æque diverso*. Si plures non curiales ei successerint ex partibus, singuli pro rata conferunt ad quartam curiæ debitam. *Eidem*] Successori.

II. Iidem AA. Apollonio pp. Meminimus nuper emissa lege divali, portionem B quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, quæ ex qualibet novissima voluntate, vel ab instato etiam, ad quemcunque (præterquam si ad filios curiales) deserantur, curiarum deputasse corporibus: sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata, uniuscujusque rei sibi particulam vindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque jura præcipitent. Quorum nimiam licentiam provida dispositione refrenantes, ipsis quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui copiam denegamus. Hêres autem ad quem ab intestato, vel ex postrema vo- C luntate directis, vel fideicommissariis verbis decurrit hereditas, omne patrimonium, quod relictum est, in partes quatuor dividi procuret: ut rebus totis in sortium casum deductis, vel curiæ quadrantis, vel heredi, aut fideicommissario per universitatem dodrantis electio ex sortis felicitate contingat: ita scilicet & præfati successores, & curia promiscui rerum dominii liberabuntur incommodo. Naturale quippe vitium est negligi, quod communiter possidetur: utque se habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ. Sed ubi quarta pars bonorum mortui curiæ debet D offerri, immobiles quidem res, quæ nec latere facile possunt, nec cuiquam (si divulgentur) officiunt, sub aspectu etiam curialium æstimari dividique concedimus: mobiles autem res, vel se moventes, vel instrumenta, vel si quid aliud in hujusmodi jure consistat, in medium proferri divulgarique non patimur, sed juratis successoribus cum apud se diligenter æstimaverint, quæ quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus: quid enim tam durum, tamque inhumanum est, quam publicatione pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & invidiæ patere divitias? In exigendis vero debitis, si pretium E quod pro quarta parte actionum curiæ competit, successores præstare noluerint, cautionibus jurata fide prolatis in medium, unusquisque à debitoribus convenientem sibi exigat portionem, èque diverso æs alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quam curia pro sua sorte restituere compellantur. Quod si sæpe dicti successores, sacramentum sibi crediderint excusandum, tunc vero, ac similitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago præbebitur: scilicet ut universis mortui facultatibus in aperto propositis, vel æstimatio rerum, vel divi-

tio

ſio ſub præſentia curialium celebretur. In omnibus autem caſibus, ubi quarta pars curiæ competit, tranſactiones interpoſitas firmas illibataſque manere decernimus. Ad filiorum vero curialium, vel nepotum, ac pronepotum ſcilicet decurionum ſimilitudinem, ad quos integras opes pervenire cenſuimus: filiam, quin etiam neptem, proneptemve principali ejuſdem civitatis, unde pater, avus, vel proavus oritur, nuptam: rerum vel ab inteſtato, vel diſpoſitione ultimæ voluntatis quæſitarum, integrum nullaque parte minutum dominium habere ſancimus. Quod ſi poſt parentum obitum inveniantur innuptæ, vel viduæ, impuberibus quidem, poſt tranſactam pubertatem: in aliis vero quæ pubertatem exceſſerint, vel etiam in viduis, poſt mortem parentis triennium duntaxat volumus expectari: ut interim quarta portio ſuſpenſa, aut apud eam, ſi in matrimonio curialis ejuſdem civitatis fuerit collocata perpetuo jure permaneat: vel ſi intra id tempus alienum eadem curia ſortiatur maritum, penituſve nupta non fuerit, memorata pars totius ſubſtantiæ curiæ cum triennii tam urbanorum, quam ruſticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur: ita tamen ut & optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis, vel dodrantis, & ſacramenti, tam de quantitate, quam de æſtimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis, vel excipiendis (ſicut in extraneis perſonis dictum eſt) ratio conſervetur. Sed & ſi mater mortui, vel avia tempore quo filius nepoſve moritur, in conjugio ejuſdem civitatis curialis inventa fuerit: ne ipſas quidem patimur quartæ portionis ſubire jacturam. Extraneum quin etiam heredem propinquitatis quidem jure diſcretum, tamen curiæ ejuſdem civitatis obnoxium, ſupradictæ portionis diſpendio liberamus. Dat. viii. Id. Mart. cp. Dioscoro, et Eudoxio Coss.

Ait, *Lege divali*, id eſt, *l. 1. ſup.* Ait, *Præterquam ſi ad filios curiales*. Ex Nov. Theodoſii ſi filius, nepos, pronepos, pater, avus, proavus non curialis curiali ſucceſſerit, quarta curiæ non debetur: Ex Conſtitutione Juſtiniani, id eſt, ex *l. prox. inf.* debetur. Hoc igitur loco non addiderat Theodoſius *Curiales*, ſed Tribonianus addidit, ut hæc lex congrueret cum Juſtiniani lege. Quibus autem caſibus debetur quarta, ex univerſo ea ſumitur, non ex ſingulis rebus: quamobrem heres bona dividit in partes quatuor, & is eligit cui ſors dederit. Forſitan & fratres in diviſione hereditatis, vel heres, & fideicommiſſarius jure Romano ſorti totam rem committunt, ut in multis aliis caſibus fit, vel inter fratres potius, ut ſolet hodie, major dividit, minor eligit: qualem legem Sulpitius Victor in Inſt. Orat. ponit, ut commune patrimonium dividat, qui eſt major ex fratribus, eligat minor, & Seneca Declamationum vi. *Sortium caſum*] Vet. *Sortium caſumque.* *Promiſcui*] Communio eſt promiſcuum rerum dominium. *Sed ubi quarta*] Rerum immobilium æſtimatio, & diviſio fit præſentibus videntibuſque curialibus: reliquorum æſtimatio fit jurejurando ſucceſſorum, vel ſi adeo ſuperſtitioſi ſint, ut jurare nolint, omnes proferantur in medium. Cautionibus item prolatis ſi nolint ſucceſſores pretium nominum curiæ præſtare pro quadrante, nomina inter curiam, & ſucceſſores pro dodrante, & quadrante dividentur, & è contrario pro quadrante, curia agnoſcet æs alienum defuncti. *Vel diviſio*] Ex Nov. Theodoſii, prout ſucceſſor elegerit: nam in arbitrio ſucceſſo-
A ris eſt dividere, vel quadrantis æſtimationem præſtare. Ex ſententia Juſtiniani prout inter ipſos convenerit. *Ad filiorum vero*] Hoc etiam loco Tribonianus addidit, *Curialium, &c. Scilicet decurionum*. Ex Triboniani igitur, ſive Juſtiniani ſententia ſi filius, nepos, pronepos curialis curiali ſucceſſerit, curiæ nihil debetur: idemque eſt ſi filia, neptis, pronepotis curiali nupta, patri, avo, proavo curiali ſuccedat. Idem ſi pater, avus, proavus curialis, aut mater, vel avia nupta curiali. *Principali*] Principalis pro curiali quolibet, & ſic quaſi generali vocabulo D. Auguſtinus Areopagita principales Athenienſium vocat. *Quod ſi poſt*] Si moriente curiali filia, ejus neptis, vel proneptis virgo ſit, aut vidua, expectatur triennium quoad nubat, & ſi curiali nubat, aſſem obtinebit: ſi non cu-
B riali, vel omnino non nubat, quartam curiæ reſtituet cum fructibus prædiorum tantum. Hæc quæ paulopoſt ſunt verba (*& optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis, vel dodrantis, &*) abſunt ab omnibus libris ſcriptis, & quantum ego ſuſpicor, ab Haloandro invecta ſunt ex integra Nov. Theodoſii, quod jamdiu oſtendi in Notis ad lib. iii. Inſtitut. tit. i. *Vel avia*] Idem proaviæ datum non eſt.

III. Imp. Justinianus a. Mennae pp. Si quis curialibus muniis obnoxius, uno forte vel pluribus filiis, vel filiabus derelictis, filio quidem, vel filiis ſuæ ſubſtantiæ partem minimam dereliquit (eam tamen, quæ excludere eos ab inofficioſi que-
C rela poteſt) aliis autem ſuam ſubſtantiam dereliquit, ut ex hac patrimonii diſtributione apud filium quidem, vel filios curiales minima pars ſubſtantiæ remaneat, totum autem curiale munus maſculis immineat, ſive filii ſint, ſive nepotes, vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxii: ſancimus hujuſmodi iniquitatem reſecari, & non minus quarta portione in maſculos poſſe teſtatorem tranſmittere, ſive unus eſt filius, ſive plures, nulla deminutione ex permiſtione ſororum eis facienda: ut non ſolum corporibus, ſed etiam ſubſtantiis laborantes poſſint curiale habere conſortium. Ad hoc ſancimus, ſi quis curialis filiabus pluribus de-
D relictis ab hac luce fuerit ſubtractus, quarum una curiali ejuſdem nupſerit civitatis, aliis filiabus, quæ ad hujuſmodi vota non migraverint, vel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis: non videri curiæ ex ſententia legis Theodoſianæ ad Apollonium ſcriptæ, ſatisfieri, ſed omnino quartam partem patrimonii curia conſequatur, ſive uni filiæ, quæ curialibus nuptiis copulata ſit, deputanda, ſive ex aliis heredibus colligenda: filia proculdubio, quæ curiali nupſerit, immuni ab hujuſmodi quartæ datione ſervanda: cum per maritum ejus, quantum ad ipſius perſonam, curiæ ſit ſatisfactum. Et hoc obſervari non ſolum ſi ultimo
E elogio condito teſtator curialis deceſſerit, ſed etiam ſi inteſtato ſuum diem obierit: ſed ſi quid minus fuerit, vel minime derelictum: hoc modis omnibus filio curiali, vel filiæ, quæ nupta eſt ejuſdem civitatis decurioni, ex ſubſtantia patris curialis vel deputari, vel adimpleri: nullo obſtaculo curiæ opponendo, ſi ſecundum prædictam legem filius, nepos, pronepos, pater, avus, proavus, curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque vel dignitate, vel occaſione fuerint abſoluti: in hoc etenim Theodoſianæ legi apertiſſime volumus eſſe derogatum. Et generaliter defi-

nimus

nimus ex omni causa, neque masculos liberos, ne- A que filias copulatas matrimonio curialis minus quarta parentis substantiæ habere: vel non extantibus filiis, vel filiabus, sed aliis heredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatium. Dat. Kal. Jul. cp. dn. Justiniano ii. Cos.

Constituitur hac lege, ut si curialis filium, vel filios, nepotes, aut pronepotes habeat curiæ obnoxios, filias item neptes, aut proneptes, masculis omnimodo relinquat quartam partem bonorum omnium, nec satis sit eis relinqui sortem partemve eam, quæ inofficiosi testamenti querelam excludit: ea est jure antiquo quadrans legitimæ partis, ex Nov. Justiniani triens, B vel semis legitimæ partis. Unus igitur si filius sit, & una filia, sescuncia jure antiquo, vel ex Nov. Justin. sextans bonorum omnium singulis relinquendus est querelæ excludendæ causa. Cæterum in casu proposito quadrans bonorum omnium filio relinquendus erit. *Vt non solum corporibus*] Personalia, & patrimonialia munera obeuntes. *Ad hoc sancimus*] Si curialis habeat tantum filias, & ex eis aliæ curialibus nuptæ sint, aliæ plebeis, vel etiam innuptæ, exemplo filiorum, iis quæ curialibus nuptæ sunt, omnimodo quadrantem bonorum omnium relinqui necesse est, nec satis est si eis, aliis filisbus, vel extraneis heredibus institutis, relinquatur minima ills portio, quæ querelam inofficiosi testamenti excludit: quod ait esse ex sententia l. 2. quæ filiabus non curialibus nuptiis negat integras C opes deberi sine quartæ deminutione. *Deputanda*] Imputatur filiæ quarta si tantum ei relictum sit judicio defundi. Colligitur ex aliis heredibus, si filia oihil, aut minus habeat quarta. Ipsa filia, quæ curiali nupta est, oihil confert filio curiali ad quartam conficiendam. *Secundum prædictam legem*] Ex prædicta Nov. Theodosii si filius, nepos, pronepos, pater, avus, proavus non curialis curiali successerit, curiæ nihil debetur: qua in parte Justininianus nominatim ait, se Novellæ Theodosii derogare: quamobrem insciencer Tribonianus Theodosianæ legis verba accommodat ad Justiniani Constitutionem: oam Theod. legis verbis ita conceptis, ei sane nihil derogatur. Ad hæc ineptum fuit in filiis id, & cæteris adscribere, quod Tribonianus adscripsit, cum in extremo legis idem generaliter D constituatur in omnibus extraneis. Illud prætermitteodum non est ex Justiniani *Nov.* 38. 18. 89. quadrantem debitum curiæ versum esse in dodrantem, & ideo liberis curialibus hodie omnimodo relinquendum esse dodraotem, nec sufficere trientem, vel semissem legitimæ portionis.

De Imponenda lucrativis descriptione.

Tit. XXXV.

I. Impp. Theodosius, et Valentianus AA. Apollonio pp. Descri- E ptionis onere siliquarum quatuor, quas ex lucrativis jugationibus tantum, non humanis, vel animalium censibus, neque mobilibus rebus jubemus indici, & si curiales non sint, majores, ac posteros liberamus, ut si pater, avus, proavus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ, nepti, proneptive (nec interest nuptæ sint curialibus, necne) in postrema voluntate, vel inter vivos etiam donatione quidquam de suis opibus largiatur: memoratæ descriptionis cessat indictio. Eque diverso, ut si posteri ad majores prædicta sibi consanguinitate devinctos præfatis titulis suas conferant facultates, nullius accessione gravaminis hujusmodi liberalitas oneretur: in tam enim necessariis sibi conjunctisque personis sub liberalitatis appellatione debirum naturale persolvitur, cujus auctoritatem juris pariter valere sancimus, & si ab intestato succedant præfati sibi generis ordine societati, ex his enim successionibus maxime debiti potius solutio, quam muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis, ipsa propinquitatis serie deferuntur. Cæteri vero, licet quadam inter se cognatione jungantur, nunquam tamen curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur: nisi forte is, cui lucro res cesserit, ejusdem civitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione, quod datum est, consequatur: nam cum personæ condicio mutetur, ne rei quidem statum convenit immutari. Lucrativas vero res eas tantum volumus appellari, & prædictæ descriptionis gravamen excipere, quæ hereditatis, legati, fideicommissi jure, mortis causa donatione, vel cujuslibet postremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio simplici liberalitate confecta, lucrativæ merebitur, & nomen, & sarcinam. Si vero vel socer futurus filii, vel nepotis, vel pronepotis sponsæ adfinitatis coeundæ causa donaverit, vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem curiali, seu extraneo nubentem donaverit, licet casus eventu, res ejus, cui data est, vertatur ad lacrum: nec inter lucrativas numerabitur, nec descriptionis oneri subjacebit. Nec enim juris optimi est matrimonium, cum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, adventiciis etiam cumulare ponderibus. Res vero, quæ memoratis causis lucrativæ semel nomen exordiumque sortita est, licet ab eo, qui susceperat, ad alterum emptionis, vel cujuscunque contractus jure migraverit: cum prædicto descriptionis gravamine proculdubio transferetur, ut vel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam, vel si ignoraverit, quod interest consequatur. Contraque si cujuslibet contractus exordio lucrativæ nomen evaserit, & si postea lucri titulo in dominium alicuius ceciderit: sarcinam memoratæ descriptionis effugiet: nulla enim in hujuscemodi causis confusionis intercedit occasio, si ad primordium tituli posterior quoque formetur eventus: nisi forte res decurionis, quæ ad eum cujuslibet mercimonii jure pervenerit, ad alterum fuerit postrema ejus voluntate, vel ab intestato, vel inter vivos donatione translata: tunc enim, quia semel in personam cecidit principalis, veterum titulorum nequaquam ratione perspecta, conditionem, & onus merebitur lucrativæ. Dat. vii. Id. Mart. cp. Dioscoro, et Eudoxio vv. cc. Coss.

Si non curialis curiali heres extiterit, curiæ debetur quadrans, heres retinet dodrantem cum hoc onere, ut in jugationes singulas quotannis curiæ inferat siliquas qoatuor, id est, sextam partem solidi, dimidiam tremissis, quam descriptionem præter heredem patitur, & qoivis alius non curialis, ad quem ex alia causa lucrativa bona curialis pervenerunt: & de hac descriptione tractatur hoc loco, & *l. 1. sup. de apo. publ.* & *l. 16. C. Th. de agen. in reb.* Cæterum hæc siliquatica,

ut

ut dixi, debentur in singulas jugationes, non ex capiribus, vel rebus mobilibus: qua in re derogatur *l.* 1. *C. Th. eod. tit.* Rursus ut ex Nov. Theodosii, liberi & parentes masculi non curiales quadrantem curiæ non debent, ita nec siliquarica. At ex Constitutione Justiniani quadrantem debent, non siliquatica: nam quod ad siliquatica attinet, Justinianus Nov. Theodosii non derogavit: ac similiter ex eadem Nov. filia, neptis, proneptis, cœlebs nuptave non curiali, quadrantem debet, siliquatica non debet: denique liberi, & parentes cujuscunque sexus siliquatica non debent: est enim hoc lucrativorum onus: parentes autem liberi non tam lucra, quam debita videntur percipere: qua ratione, & olim vicesimam non præstabant, nec eis heredibus institutis ulla caduca fiebant. Cæteri etiam cognati non curiales etiam extranei, ea non debent, sicuti nec quadrantem. Æque loca pietati, & Deo dedicata ab ejusmodi descriptione immunia sunt, *l. pen. sup. de sacros. eccles. Nov.* 131. *Consanguinitate*] Consanguinitas est fraternitas. Hoc loco cognatio, cui vix alium similem invenias. Ad majores igitur prædicta sibi consanguinitate devinctos, id est, ad patrem, avum, proavum. *Lucrativas*] Lucrativi tituli ii sunt, Hereditas, Legatum, Fideicommissum, Donatio causa mortis, Donatio inter vivos. Dos, Donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio non sunt tituli lucrativi. *Licet casus eventu*] Haloander addidit, *mortis vel divortii*: quæ interpretis verba sunt, non auctoris.

De Præbendo salario.

Tit. XXXVI.

I. IMpp. Constantius, et Constans aa. ad Marcellinum Comit. Orientis. Nulli salarium tribuatur ex viribus Reipublicæ, nisi ei qui jubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. Dat. v. Non. Octob. cp. Limenio, et Catullino Coss.

Series titulorum docet hanc legem sic esse accipiendam, ut non possint decuriones cuiquam salarium constituere injussu principis: excipiuntur tamen casus quidem, *l.* 4. *ff. de dec. ab ord. fac.* Salaria interpretamur τὰ διδόμενα εἰς τροφήν, sive ut plurimum Græci vertere solent, σιτηρέσια, & ὀψώνια. Suidas: ἀλλακτίοις, σιτηρεσίοις, pro, σαλλαρίοις. An igitur ratio nominis hæc, quod salaria percipientes inde se alant? Quæ salaria in *l.* 6. *inf. de profess. & med.* annonaria commoda in *l.* 9.

Si curialis relicta civitate rus habitare maluerit.

Tit. XXXVII.

I. IMpp. Arcadius, et Honorius aa. Eutychiano pp. Curiales omnes jubemus interminatione moneri ne civitates fugiant, aut deserant rus habitandi causa: fundum quem civitati prætulerint, scientes fisco esse sociandum; eoque rure se carituros, cujus causa impios se patriam vitando demonstraverint. Dat. xviii. Kal. Jan. cp. Arcadio iv. et Honorio iii. aa. Coss.

Curialibus interdicitur ne ruri habitent, sicut in tit. de decurionibus, ne captent solitudines, lauras, secreta. Rus fisco vindicari. Impios esse, qui patriam vitant, *l. pen. sup. de resci. vend.*

De Municipibus, & originariis.

Tit. XXXVIII.

TRia sunt, quæ municipes faciunt, Nativitas, Manumissio, adoptio, *l. cives, inf. tit. seq. l.* 1. *ff. ad mun.* quæ originis nomine continentur, *l. privilegio, inf. tit. sequ.* nam originales sive originarii sunt non nati tantum, sed etiam manumissi, & adoptati, *l. cum neque, inf tit. sequ.* quoniam, & ii pro natis habentur, & alienæ originis jure censentur. Quamobrem non male sic quidem Codices habent, *de municipibus originariis*. Alii sunt municipes voluntarii, *l.* 3. *inf. de iis, qui spon. mun. susc.* quos facit adlectio, vel incolatus, *l. cives tit. sequ. l. filii*, *§. municipes*, *ff. ad municipales*.

I. Imp. Antoninus a. Silvano. Cum te Biblium origine, incolam autem apud Berytios esse proponis: merito apud utrasque civitates muneribus fungi compelleris.

Biblus urbs est Phœniciæ Beryto finitima. Qui ortu est Biblius, incolatu Berytius, in utraque civitate munera facere cogitur. Proinde ad munera vocamur, vel ut originarii, vel ut incolæ.

II. Imp. Gordianus a. Frontoni. Si ut proponis, ea quæ ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatem justam fuerit consecuta, quæ originem ex provincia Aquitania ducebat: tu quoque ejus conditionis ejusque civitatis jus obtines, unde quæ te manumisit, fuit: eorum enim conditionem sequi ex causa fideicommissi manumissos pridem placuit, qui libertatem præstiterint, non qui rogaverint.

Libertus sequitur originem patroni. Patronus etiam is est, qui ex causa fideicommissi manumisit, *l. libertus*, *§. ex causa*, *ff. ad municip.* Manumissus ergo originem ejus sequitur: itemque manumissi filius, *l. filii*, *l. assumptio*, *§. ult. ff. eod.* Fuit autem olim Aquitania duplex, ut ex Itinerario Antonini constat: Prima, cujus metropolis Biturigæ: Secunda cujus metropolis Burdegala: quam divisionem etiam diœceses episcopales observant. *Libertatem justam*] Testamento heres scripta cum libertate.

III. Imp. Philippus a. Patroclo. Filios apud originem patris, non in materna civitate, & si ibi nati sunt (si modo non domiciliis retineantur) ad honores seu munera posse compelli explorati juris est.

Filii sequuntur originem patris, non matris. Domicilium patris non sequuntur, videlicet si alibi domicilium sibi constituerint, *l. libertus*, *§. patris*, *ff. ad municip.* quod & in libertis locum obtinet, *l. ejus qui*, *ff. eod.* alioquin patris, aut patroni domicilium sequuntur: denique domicilium proprium sequuntur, originem propriam non sequuntur: atque ita qui Tusculi natus est, nisi & pater ibi natus sit, vel domicilium habuerit, Tusculanus non est, sed patris originem domiciliumve sequitur.

IV. Impp. Diocletianus, et Maximianus aa. Secundo. Origine propria neminem posse voluntate sua eximi manifestum est.

Jus incolatus mutatur mutato domicilio. Jus originis

nis non mutatur, quia naturale est, nec igitur transla- A tione domicilii mutatur, nec adoptione: proinde is, qui adoptatur duarum civitatum est municipes: in patria sua, jure naturali: in patria adoptatoris, jure civili. Naturalis patria non amittitur. Civilis amittitur soluta adoptione. Hoc Græci significant, qui lib. LIV. *Βασιλικῶν* ad hanc constitutionem hanc rationem adjiciunt: *καὶ εἰκότως· οὐδὲ γὰρ οἴκησις ποιεῖ τὴν ἀρχαιογονίαν, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τόπου τινὸς ὁρμᾶσθαι· ὅθεν καὶ μὴ θελόμενος τὶς ἐκ τῆς ἀρχαιογονίας τῆς ἰδίας ἐστίν· τὴν μὲν τοι κατοίκησιν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς οἰκήσεως τῆς ἡμετέρας δείκνυται, ἔξεστιν ἡμῖν ὅτε βουλόμεθα αὐτὴν ἐναλλάσσειν.*

V. Imp. Constantinus A. ad Maximum Vic. Urbis. Si quis cum ex majore B vel ex minore civitate originem ducit, eandem evitare studens ad alienam se civitatem incolatus occasione contulerit, & super hoc vel preces dare tentaverit: vel qualibet fraude niti, ut originem propriæ civitatis eludat: duarum civitatum decurionatus onera sustineat, in una voluntatis, in una originis gratia. pp. VIII. Kal. Jan. Paulino, et Juliano Coss.

Hæc lex ostendit jure incolatus non perimi jus originis. Nec precibus id aliave, qua fraude obtineri posse.

C

De Incolis, & ubi quis domicilium habere videtur, & de iis, qui studiorum causa in alia civitate degunt.

Tit. XXXIX.

INcolas domicilium facit, non domus, non possessio sola. Interdum incola pro inquilino, qui proprie *ἔνοικος* dicitur, Incola *μέτοικος*, vel *πάροικος*, ut in *l. 1. sup. de sal. mon.* & apud Sophoclem, *μέτοικος ἀντὶ τοῦ ἔνοικος*, ut Demetrius notavit. Dorotheus ad *l. 27. §. Proculus, ad l. Aquil. τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν παροικούντων τῷ οἴκῳ*. Et alius: *εἰ οἱ οἰκέται τοῦ κολωνοῦ ἢ παροίκου*. Arnobius 1. *An in mundum veneritis alienis* D *ex regionibus Inquilini*.

I. Imp. Antoninus A. Paulo. Non tibi obest si cum incola esses, aliquod munus suscepisti, modo si ante quam ad alios honores vocareris, domicilium transtulisti.

Incolatui renunciari potest, Origini non item: quod his verbis notarunt Græci hoc loco: *τὸ γὰρ μεταστῆσαι τινὰ τὴν οἴκησιν, τὴν μὲν ἀρχαιογονίαν αὐτοῦ οὐκ ἐναλλάττει, τὸ δὲ μετοίκεσιν ἐναλλάττεται*. *Suscepisti*, id est, implevisti: nam qui susceptum munus nondum implevit: nam qui susceptum munus nondum implevit, renunciare incolatui non potest, *l. incola jam, ff. eodem*. E

II. Imp. Alexander A. Crispo. Nec ipsi qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur nisi decem annis transactis eo loci sedes sibi constituerint secundum epistolam Divi Adriani: nec pater qui propter filium studentem frequentius ad eum commeat. Sed si aliis rationibus domicilium in splendidissima civitate Laodicenorum habere probatus fueris: mendacium, quo minus muneribus fungaris, non proderit.

Non sunt incolæ, qui aliquo loci studiorum causa commorantur. Post decennium tamen si ibidem permanserint, ex epistola Adriani incolæ censentur. Quod ait, *mendacium*, id est, si falso adseras te in ea civitate studiorum causa commorari.

III. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Alexandro. Est verum, eos, qui in territorio alicujus civitatis commorantur, velut incolas ad subeunda munera, vel ad capiendos honores non adstringi.

Qui in territorio, & finibus alicujus civitatis sedes posuit, licet in civitate non moretur, incola est ejus civitatis, *l. pupillus, §. incola, ff. de verb. signif.* nec obstat *l. εἰδέναι, ff. ad municip.* Loquitur enim de eo, qui agrum tantummodo possidet, ut *l. prox. inf.* nec civitatis præcipuis utitur, id est, foro, balneo, templo, spectaculis. Hæc etiam non obstabit si affirmate legatur, quemadmodum Græci legunt LIV. *Βασιλικῶν*, quorum verba subjiciam. *Ἀληθές ἐστιν ὅτι οἱ οἰκοῦντες ἐν ἐνορίᾳ πόλεώς τινος, ὡς μέτοικοι λειτουργοῦσι, καὶ τὰς τιμὰς προβάλλονται: ἄρα οὖν ὁ μὴ οἰκῶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἀλλ' ἐν τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς οὕτως λειτουργεῖ, ὡς ὁ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει οἰκῶν*. Sic igitur consentiet hæc lex cum *d. §. incola*: & in sequenti, quæ ad eundem scripta est, continebitur exceptio, secundum quam *l. εἰδέναι* esse accipiendam reor.

IV. Iidem AA. et CC. Alexandro. Cum neque originales, neque incolas vos esse memoratis, ob solam domus, vel possessionis licet ex substantia decurionis adquisita est causa, publici juris auctoritas muneribus subjugari vos non sinet.

Sola domus, vel agri causa sine laris collatione incolam non facit, *l. 55. C. Th. de decur. l. libertus, §. sola ratio, & §. sola domus, ff. ad muni.*

V. Iidem AA. et CC. Maximo. Si in patria uxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixisti, incolatus jure te ultro ejusdem civitatis muneribus obligasti.

Incolatus jus est arbitrii cujusque, eo se quis nuda voluntate obligat, vel liberat, domicilio mutato.

VI. Iidem AA. et CC. Marcellino. Privilegio speciali civitatis non interveniente, tantum originis ratione, ac domicilii voluntate, ad munera civilia quemque vocari certissimum est.

Nisi specialiter privilegium civitati datum sit, ut ob solam possessionis causam, quis ejusdem civitatis muneribus obligetur, ut *l. libertus, §. sola ratio, ff. ad municip.* originis tantummodo, vel domicilii causa muneribus publicis obligamur, *l. 4. sup.* Hic male antea legebatur *tamen*.

VII. Iisdem AA. et CC. Aurelio. Cives quidem origo; manumissio, allectio, vel adoptio: incolas vero (sicut & Divus Adrianus edicto suo manifestissime declaravit) domicilium facit. Et in eo loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet, unde cum profectus est, peregrinari videtur: quod si rediit, peregrinari jam destitit.

Cives

Cives sunt qui, & municipes, & municipales dicuntur. Origo municipes facit, ut ortus ex patre Campano, Campanus est municeps, nec amancipatione, vel datione in adoptionem Campanus esse desinit. Sed & nepotes ex eo quandoque suscepti, Campani sunt: & hæc originis causa omnibus anteponitur, *l. libertus §. præscriptio*, *ff. ad municip.* Originem hoc loco accipimus stricte pro nativitate. Municipes etiam manumissio facit, veluti manumissus à Campano, Campanus est. Et adoptio, ut si quis adoptetur à Campano, quo tameo jure soluto, Campanus esse desinit. Item allectio, ut si quis in civitatem aliquam receptus sit. Quidam codices habent, *allectio*, *id est*, *adoptio*. Placet tamen magis, *Allectio*, *vel adoptio*, & ita Græci, τὸ ἐναπογραφῆναι τοῖς πολίταις, τὸ εἰς θέσιν ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ληφθῆναι. A municipibus separantur incolæ, qui domicilii jure municipii commodis, & præcipuis fruuntur. Ut autem quis plurium civitatum potest esse municeps, *l. 7. l. ejus qui*, *ff. eod.* ita & incolæ, *l. Labeo*, *l. assumptio*, *§. viris*, *ff. eod.* Ut sine civitate, qualis est is, qui dedititiorum numero est, ita & sine domicilio, *l. ejus qui §. Celsus*, *eod. tit.* Ait, *Et in eo loco*. Vet. *Et in eodem loco*: forsitan, *Et in eo demum loco*: quod pertinet ad illam rubricæ partem, *Ubi quis domicilium habere videtur*, qua de re quæri solet non solum, ut sciatur ubi quis monera faciat, verumetiam ubi conveniatur. *Summam*, id est, τὴν ἐμφάσιν.

VIII. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Archadius aaa. ad Senatum. Senatores in saeratissima urbe domieilium dignitatis habere videntur. Dat. Kal. Mart. Valentiniano a. et Neoterio Coss.

Senatores in antiqua, & Constantinopolitana Roma domicilium habent ratione dignitatis senatoriæ: quod eo pertinet, ut intelligamus eos in urbe conveniri posse, quod indicat *l. 2. sup. ubi sen. vel clar.* quæ huic conjungenda est. Possunt & in originali patria, *l. pen. ff. de senat.* cum in ea etiam honores retineant, *l. filii*, *§. senatores*, *& l. seq. ff. ad municip.* & in qua domicilium collocaverunt, *d. l. 2.* In eo *§. senatores*, sic lego, *Senatores*, *& eorum filii filiæque quoquo tempore nati natæve, itemque nepotes*, *& neptes ex filio origini eximuntur*.

IX. Iidem aaa. Martiano Comiti Orientis. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus: sin autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint priore dignitate privatæ, posterioris mariti sequantur conditionem, & domieilia mutamus. Dat. iv. Kal. Febr. cp. Arcadio ii. et Rufino Coss.

Ubi domicilium habet maritus, habet & mulier ratione matrimonii, quod & vidua retinet. Convenitur ergo ibidem, & munera personalia facit, *l. 12. C. Th. de navic.* Origini autem eximitur quantum ad munera, *l. 1. inf. de mul. in quo lo. mun. l. ult. ff. ad municip.* Domicilium matrimonii dicitur in *l. mulierem*, *ff. de rit. nupt.* & lar matrimonii in *l. 1. §. domum*, *ff. de lib. agnosc.* Eadem ratione matrimonii dignitatem mariti adipiscitur, & vidua retinet, *l. feminæ*, *sup. de senat. Nov. de Consul. l. mulieres*, *inf. de dignit.* ex qua in hac lege hæc postrema verba, *& domicilia mutamus*, priori parti applicanda videntur.

De Honoribus, & muneribus non continuandis inter patrem, & filium, & de intervallis.

Tit. XL.

I. Impp. Severus, et Antoninus aa. Septimio Zenoni. Sicut & honores & munera, cum pater, & filius decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet: ita vacationum concessa tempora non aliis prodesse possunt, quam his, qui ad eosdem, vel alios honores, eademque, vel alia munera denuo vocantur. Pro infante vero filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris: tamen interim onera sustinere non cogeris: cum ad ea, quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.

Nec honores nec munera quisquam continuare, repetere, iterare debet, nisi si idonei non existant, qui honoribus muneribusve fungantur, *l. honor*, *§. pen. & ult. ff. de mun. & hon.* Sed & inter patrem, & filium continuari honores ac munera non debent, quia unius personæ vice funguntur, ideoque si hoc anno pater Duumviratu functus sit, eodem sequenti anno filius non fungetur. De filiofam. loquor: in emancipato secus est, arg. *l. 3. inf. de filiisfam. & quemad. pat. pro iis ten. Decuriones*] Ex quorum ordine sumuntur, qui honores, & munera gerunt. Curia est seminarium honorum, & munerum. *Vacationum*] Vacationum tempora sunt, quæ in rubrica, intervalla dicuntur, & in *l. Divus*, *ff. ad municip. l. filio*, *ff. de legat. l. ult. inf. hoc tit.* Propter honorem, aut munus, quo defunctus sum ipse, certi temporis vacationem habeo: filius meus non habet propter me, in iis scilicet honoribus qui sumptu carent, vel in muneribus personalibus. *Pro infante*] Hæc rescripti pars relata est in *l. Lucius §. Impp. ff. ad municip.* Infans adscribi in ordinum potest ex causa, quod forte ab egregia indole, vel clara stirpe progressum annorum expectari non oporteat. Huic si consenserit pater, non cogitur interim, id est, quandiu infans est, pro eo onera sustinere: quia ad ea, quæ ei mandari possunt, videtur consensum accommodasse, & fidem suam adstrinxisse: porro infanti mandari nihil potest. *In posterum*] id est, post infantiam.

II. Imp. Gordianus a. Cyrillo. Ab honoribus ad honores eosdem quinquennii datur vacatio: triennii vero ad alios, legatione autem perfunctis biennii vacatio concessa est.

Hæc lex præscribit intervalla, quæ eadem magis est, ut dicamus non honoribus tantum, verum etiam oneribus esse præscripta, *l. navicularii*, *ff. de mun. & hon.* Sunt autem quiquennii ad eosdem honores eademve munera, triennii ad alia: fuit & quinquennium lege Augusti à magistratu urbano ad provincialem. Dio liii. μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μετὰ τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι κληροῦσθαι: fuit & olim lex, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, auctore Livio vii. & x. Inde Cicero hanc legem condit, Eundem magistratum ni interfuerint x. anni ne quis capito. De legatione dicemus in *l. 3. inf. de legat.*

III. Impp. Diocletianus, et Maximianus aa. et cc. Critiae. Intervalla temporum, quæ in unius persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minime

me prodesse frequenter constitutum est, Sane his missis, qui necdum functi muneribus ad hoc idonei constituti vocari debent, vos si ad obsequium civilium munerum repererit paruisse: ne interim interpellemini præses provinciæ providebit.

Propter fratrem, qui honore, aut munere functus est, frater non vacat, licet hereditatem paternam pro indiviso possideant, *l. 7. sup. de decur.* Dimissis autem idoneis, qui nullo adhuc munere functi sunt, qui semel functi sunt, iterum fungi non coguntur. Pro *ne interim*, perspicue legendum est, *Ne iterum*: quod & vet. lib. confirmant, *lib. 52. sup. de decur. l. 3. inf. quemad. riv. mun. indic.*

De Muneribus Patrimoniorum.

Tit. XLI.

Munus est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosque cives remque eorum imperio magistratus extraordinario pervenit. Ait, *privati hominis*: quod munus obeatur sine ullo honoris dignatisve gradu, nec honorem gerenti indicatur, *l. honorem, ff. de mun. & bon.* Ait, *imperio magistratus extraordinario*, quod extra ordinem jure suæ potestatis id magistratus injungat, alias ex lege, aut more, alias præter morem, id est, alias ordinarium, alias extraordinarium: rursusque alias patrimonio cum sumptu, vel periculo, alias personæ solo ministerio sine sumptu. Ad hæc patrimoniale, vel possessionibus, vel personis, hoc solis municipibus, vel incolis: illud etiam possessoribus, qui nec cives sunt nec incolæ. Est & mistum tam patrimonii, quam personæ.

I. Imp. Antoninus A. Tillio Prisino. Civilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

Per ordinem, id est, ut suo quisque ordine munera sustineat, *l. filius, l. vicarius, ff. de legat.* & per vices, *l. 3. §. eos, & §. præses, ff. de mun. & bon.* nec tamen ultra modum facultatum, *l. ult.* inf. *tit. prox.* Et non omnia, sed patrimonialia, ut ex tit. apparet, et illis verbis, *pro modo fortunarum*.

II. Idem A. Matrano. Munera quæ patrimoniis publicæ utilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda sunt.

Munera quæ patrimoniis publicæ utilitatis gratia, ex qua publicorum nomen acceperunt, indicuntur, ab omnibus etiam eis, qui immunitatem meruerunt, vel alio privilegio censentur, subeunda sunt.

III. Imp. Alexander A. Attilio. Qui immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent, in quibus causis, & hospites recipiendi sunt.

Immunitate legibus concessa corporalia munera remittuntur non pecuniaria, ex quibus est metatum, sive militis domum suscipiendi munus. Sed neque corporalia omnia: nam tutelæ remissæ non censentur, *l. exκουσα, §. οὐκ ἄλλων, ff. exc. tut.* quod eas necesse sit nominatim remitti, *l. non tantum, §. eos, & §. seq. ff. eod. l. legato, in fi. ff. de vac. & exc. mun. l. in honoribus §. 1. eod.* Capitolinus in Gordianis: *Familiæ Gordiani hoc Senatus decrevit, ut à tutelis atque legationibus, & à publicis necessitatibus, nisi si vellent posteri* *ejus, semper vacarent.* Eodem modo pecuniaria munera nominatim remitti oportet.

IV. Impp. Valerianus, et Gallienus AA. Zenoni. Non videtur abhorrere ratione sententia, qua præses provinciæ equos curiales alere, non personarum, sed patrimonii esse decrevit: & tamen si iniqua esset, omisso à te appellationis auxilio, necessario permanet.

Legendum in textu, *equos curules*, non *curiales*, ut in *l. pen. inf. de spect. l. 7. inf. de mun. ad. & C. Th. tit. de equis curulibus.* Apulejus 5v. *Equum curulem nimia velocitate refectum.* Circenses dicuntur in *l. 5. ff. de mun. & bon.* Munus ergo alendorum equorum curulium patrimoniale est, non personale, ut agasonis. Decretum sententiave iniqua valet, nisi provocationis remedio extinguatur.

V. Imppp. Carus, Carinus, et Numerianus, AAA. Pisto. Neque tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest.

Annus LXX. vel numerus quinque liberorum, non excusat à muneribus patrimonialibus.

VI. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Polinastro. Professio, & desiderium tuum inter se discrepant: nam cum philosophum te esse proponas, vinceris avaritia & rapacitate, & onera, quæ patrimonio tuo injunguntur, solus recusare conaris, quod frustra te facere cæterorum exemplo poteris edoceri.

Philosophia non excusat à muneribus patrimonialibus, *l. in honoribus, §. pen. ff. de vac. mun.* Pro *avaritia, & rapacitate*, vet. habent, *avaritiæ cæcitate*, quod placet, *l. ult. inf. de vet. num. pot.* Cic. *At quam cæca avaritia est.*

VII. Iidem AA. et CC. Alexandro. Etiam minores ætate patrimoniorum muneribus subjugari solent. Unde intelligis te frustra plenam immunitatem desiderare, cum munera, quæ impensas exigunt, subire te necesse sit.

Minor ætas non excusat à muneribus patrimonialibus. Plena immunitas est omnium munerum immunitas, personalium & patrimonialium.

VIII. Iidem AA. et CC. Longino. Nec protostasiæ, vel sacerdotii, vel decaprotiæ munera corporalia sunt, sed tantum patrimonii esse non ambigitur.

Hoc loco & *l. 3. inf. de filiisfam. & quemad. pa.* προστασίας, principalitates interpretor, quas, & πρωτοστασίας vocant, *l. 3. C. Th. de privil. eor. qui in sac. pal. mil. l. 2. C. Th. de protostas.* Inde principales πεντάπρωτοι, δεκάπρωτοι, εἰκοσάπρωτοι, de quibus *sup. de decurion. l. 33.* quæ sunt munera patrimonialia, quoniam eorum periculo exactiones & distributiones censuum fiunt, *l. 5. l. 3. §. decaprotos, ff. de mun. & bon. l. 7. C. Th. de tyron.* Modestinus & Charisius mista esse dixerunt, quod & corporale ministerium gerant, & pro oneribus delectorum (sic lego in *l. ult. ff. eod.* & si Florent. *omnibus* legatur, non *oneribus*, Græci ὑπὲρ τῶν ἀπόρων) fiscalia detrimenta resarciunt. At certe quia magis patrimo-

nii

nii sunt, si quis vacationem munerum impetraverit, non excusabitur à protostasia, vel decaprotia, vel icosaptotia. Malo autem hoc loco ita legere, ut est in Basilicis, *Nec protostasiæ, vel decaprotiæ, vel sacerdotii.* Sacerdotium autem interpretor veluti Alytarchiam, Asiarchiam, Syriarchiam, Phœniciarchiam, quo qui funguntur, ludis præsunt in honorem Deorum institutis cum sumptu aliquo. In Basilicis, *ἡ ἱερωσύνη, τουτέστιν τὸ ἐπιτελεῖν τὰ κυνηγέσια.* Ait, *Sed tantum ἀλλὰ μόνον χρηματικά*: quod pugnat cum Modestino & Charisio, Quidam Codices habent, *Sed tamen*.

IX. Iidem aa. et cc. Marciae. Patrimoniorum munera mulieres etiam sustinere debent. B

Sexus non excusat à patrimonialibus. At à personalibus excusat: alioquin frustra admonemur non excusare eum à patrimonialibus, qua de re alio loco dicetur inf.

X. Exemplum sacrarum litterarum eorundem aa. et cc. ad praesides provinciarum. Quantum ad extraordinarias indictiones pertinet, præsidibus significamus, ut omnes possessores, cæterosque sciant conveniri debere: quandoquidem ea patrimonii munera esse constet, meritoque ab omnibus agnosci debeant, quo facilius obsequiis publicis pareatur. C

Extraordinariæ indictiones sunt, quæ ad tempus ex improviso præter morem indicuntur, veluti angariæ belli tempore, aut equi, muli, veredi. His parere omnes possessores debent, etiam ecclesiæ, *l. neminem, sup. de sacros. eccles.* & cæteri municipes vel incolæ, *l. ult. §. patrimoniorum, ff. de mun. & hon.*

Quemadmodum civilia munera indicuntur.

Tit. XLII.

I. Impp. Carus, Carinus, et Numerianus aaa. Feliciano. Cum te curatorem ad cogendas angarias creatum, appellationem interposuisse proponas: præses provinciæ si alterius curiæ te esse animadverterit, ad alieni corporis munera vocari non sinet: quia ejus patriæ oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras. D

Munus cogendarum, id est, compellendarum & adigendarum angariarum, sive exhibendarum, ut in *l. 1. inf. sump. injun. mun.* quod personale est, ut diximus in *l. 2. inf. de præp. fac. cub.* si quis detrectet & appellaverit præsidem eo nomine, vincet, si se non jure creatum & ad nominationem alterius corporis pertinere docuerit. Pro *Curiæ*, vet. libri habent, *Creaturæ*, quod est nominationis, & pro, *Patriæ*, partis: quæ placent satis. E

II. Impp. Diocletianus, et Maximianus aa. Dionysio. Majoribus honoribus functos ad minores devocari non oportere rationis est.

Quidam Codices, *Majoribus oneribus*. Quod rectum non est: nam paulo post sequitur, ad *minores*, Frequens est eorum verborum commutatio, quod ut honoribus, ita oneribus solerent veteres scribere, auctore Gellio lib. 2. c. 3. At honoribus munera plerumque cohærent, *l. 2. §. 1. ff. de vac. mun.* & ideo aliena lex à titulo non est. Rationem Constitutionis Græci notarunt, quia videntur injuria affici: *δοκοῦσι γὰρ ὑβρίζεσθαι.*

III. Iidem aa. Eutichiano. Cum te omnibus muneribus functum esse adseveres: ad eadem munera, si aliorum civium copia est, qui obsequiis civilibus fungi possunt, præses provinciæ devocari te non permittet.

Eadem est sententia *l. 52. de decurion.*

IV. Iidem aa. et cc. Regino. Ultra modum sumptuum te muneribus civilibus gravari, levatis aliis, præses provinciæ non patietur: sed æquabilitatem, tam juris, quam censuræ memor, circa ordinem custodiet.

Ultra modum sumptuum, id est, nulla sumptuum habita ratione ex fortunarum modo, quod est æquabilitati contrarium, quam in muneribus indicendis præses tam juris quam censuræ memor, custodire debet. *Circa ordinem*, id est, *περὶ τάξιν*. Censuram, disciplinam, & judicationem publicam vocat, ut in *l. 3. sup. de cond. ob tur. cau. l. 1. inf. sum. injun. mun. l. 3. sup. de off. rect. prov.*

De Iis, qui sponte munera susceperunt.

Tit. XLIII.

I. Imp. Alexander a. Feliciano. Veterani, qui eum possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem quam reliquerunt, non possunt, nisi certa lege, & pacto servandæ immunitatis, vel partem ejus honoris agnoverint.

Veterani munerum personalium immunitatem habent, ut dicetur in titulo de veteranis: quæ labefactatur decurionatu sponte suscepto, servandæ immunitatis conditione non addita, non etiam si munus tantum aliquod municipale honoremve susceperint, *l. 2. l. ult. ff. priv. vet. l. 1. ff. de jur. immun.* Valde illud notandum est, in ingressu curiæ dictam conditionem servari oportere, ut si quis se det curiæ ea lege ne corporalia munera subeat.

II. Impp. Diocletianus, et Maximianus aa. Valerio. Qui publici muneris vacationem habet, si aliquem honorem, excepto decurionatu, sponte susceperit, ob id, quod patriæ suæ utilitatibus efferit, vel gloriæ cupiditate paulisper jus publicum relaxaverit, competens privilegium non amittit.

Qui decurionatum agnovit, immunitatem amittit, *l. pen. §. ult. ff. de jur. immun.* Qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item, *l. 1. hoc tit.* Jus publicum dicit, quo est concessa immunitas.

III. Imp. Leo a. PusEo pp. Qui conditioni non obnoxius curiali, quemlibet honorem, vel munus voluntate propria in quacunque gesserit civitate, nullum præjudicium circa fortunam suam

suam statumque sustineat: sed tam ipse, quam liberi eius, & qui ex his in posterum procreandi sunt ab omni hujusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alienique permaneant: ita tamen ut si aliqua functio volentibus eis fuerit injuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere: quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos mansisse consistiterit, solventes, sine ulla molestia, vel conditioni suæ formidine descendant. Si quis vero ex his omnia decurionum munera, vel functiones, vel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit: cum pro sua liberalitate patrem civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, si hoc ei libuerit, fieri constituique hac lege decernimus. DAT. V. ID. NOV. CP. BASILISCO, ET ARMERICO COSS.

Possessor qui neque in municipio natus est, neque in eo habitat, si sua sponte munera quædam civilia cœperit, non ideo vel se vel posteros obligat curiæ, rationibus tamen reddendis obligatur. Quod si sua sponte omnibus honoribus & muneribus civilibus perfunctus sit, fiet, pronuntiabiturque, si velit, pater civitatis. Is est quasi pater patriæ, discussor pecuniæ publicæ, operumque publicorum, *l. 1. sup. de rat. op. pub. l. ult. sup. de inf. exp. l. 1. sup. de aleat. l. 2. inf. quib. mun. exc. l. 2. de deb. civ. Nov. 17. 85. 128. 160.* Græci, ad *l. ad curatores, ff. de damn. inf. & l. 1. inf. de solut. & lib.* curatorem Reipublicæ patrem civitatis interpretantur. *Ὁ πατὴρ τῆς πόλεως ἀναγκάζει τοὺς διοικητὰς τῶν καταστάντων ἔχειν ἀπαντοῦν αὐτοῖς*

IV. IMP. JUSTINIANUS A. MENNÆ PP. Eos qui curiali fortuna liberi constituti, postea se curiæ cujuscunque civitatis obtulerint, confidere volumus, quod posteritas eorum non solum jam procreata, sed etiam post talem deditionem procreanda, hujusmodi fortuna libera remanebit: sive specialiter sub hac lege curiæ se obtulerint, ut ab his descendentes tali fortuna liberi permaneant, sive nullam hujusmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quod nati, vel concepti post talem deditionem paternam conditionem sequi debeant: hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam civitatibus hujusmodi opitulationem constituere properavimus: ita tamen ut nec occasione quartæ portionis bonorum hujusmodi decurionis quicunque successores ejus aliquam inquietudinem patiantur, utpote libera ejus substantia omni curiali gravamine conservanda, & si quid defunctus, vel ex administratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam semel vel sæpius devoluta, vel ex alia quacunque causa eidem curiæ debuisse probetur: hoc idem successores curialibus reddere minime dubitent: illis scilicet, quæ super naturalibus filiis, quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit, vel postea dederit, ut legitimo, tam ex testamento, quam ab intestato successores habeat, non solum veteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita sunt, præsenti lege excipiendis: ut non ipsi tantum filii naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam, vel maribus liberis minime subsistentibus, quarta pars substantiæ mortui curiæ deputetur.

Qui se sua sponte curiæ obtulit, atque ita decurio factus est, obligatur quidem ipse, liberi autem ejus vel bona non obligantur: ideoque quadrans sive dodrans hereditatis ejus curiæ non debetur. Si tamen ipse curiali heres extiterit, puta Mævio, hereditatis Mevii quadrans, vel hodie dodrans curiæ debetur, nisi liberi ejus eandem curiam sequantur. Aliud dicendum est si quis filium naturalem curiæ obtulerit *γνησιότητος* adipiscendæ causa. Hæc enim deditio personalis non est, sed & rem & posteritatem tenet. Idemque esse puto, si se filius naturalis post obitum patris non extantibus legitimis curiæ offerat legitimæ successionis obtinendæ causa. Quod ait, *vel maribus*, recte Accursius supplet, *Vel fœminis curialibus nuptis*.

De iis, qui à Principe vacationem acceperunt.

TIT. XLIV.

I. IMPPP. THEODOSIUS, ARCADIUS, ET HONORIUS AAA. RUFINO PP. Nullus vacationem temporariam curialis accipiat, nisi id forte veris, ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. DAT. PRID. NON. JUN. CP. THEODOSIO A. III. ET ABUNDANTIO COSS.

Curiali vacatio ad tempus recte conceditur ex veris & approbatis causis, puta ob morbum vel egestatem, rescripto principis, non in perpetuum, *l. 14. & 19. sup. de decur.* Legibus autem promissæ immunitates ratæ sunt.

De Vacatione publici muneris.

TIT. XLV.

I. IMP. GORDIANUS A. JANUARIO. Muneris publici vacationem ea continere, quæ non lege, non senatusconsultis, non constitutionibus principum injunguntur, merito responsum est, ad quam formam juris pertinens si cœperis ad munera extraordinaria à magistratibus devocari, appellatione interposita poteris apud præsidem juris rationibus protegi.

Rescripto si concedatur immunitas, ea tantum videntur remissa, quæ ad tempus extra ordinem indicuntur: nam quantum ad ordinaria munera pertinet, inane rescriptum est, *l. cui muneris, ff. de mun. & hon. Responsum est*] Intelligit *l. in honoribus, §. qui muneris, ff. de vac. mun.*

De Decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda.

TIT. XLVI.

I. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. URSINO. Exceptis qui liberalium studiorum antistites sunt, & qui medendi cura funguntur, decreto decurionum immunitas nemini tribui potest.

Magistris liberarium artium, & medicis decreto decurionum datur immunitas, & hoc est, quod dicitur probari eos decreto in *l. 2. inf. de profess. & med.* Alios autem decuriones immunes facere non possunt.

II. Idem

II. Iidem aa. et cc. Cassio. Ordinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur.

Ambitiosa, id est, gratiosa, ut si per gratiam professori, aut medico immunitatem, aut salarium constituerint, *l. 4. ff. de decur. ab ord. fac. αἱ κολακικαὶ ψῆφοι:* qua forma, & ambitiosas correctiones dixit Cicero ad Atticum, & ambitiosas sententias. Suetonius in Domitiano.

De Excusationibus munerum.

T i t. XLVII.

I. Imppp. Carus, Carinus, et Numerianus aaa. Dematrio. Etiam hi, qui nostra procurasse monstrantur, muneribus civilibus, quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent.

Pertinere videtur hæc lex ad eos, qui procuratores patrimonii Cæsaris fuerunt. Hi muneribus, quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent, non sordidis, ut puta capsarii, vel pistoris, quo exemplo Græci lib. LIV. utuntur in hunc locum, & *l. 9. inf.* & tractantes de immunitate ecclesiarum lib. v. Qui autem nunc sunt procuratores ab omnibus muneribus excusantur.

II. Pars Actorum Diocletiani, et Maximiani aa. et cc. Id. Febr. in nductis Firmino, et Apollinario, et caeteris Principalibus Antiochenasium adstantibus Sabinus Dixit. * Et cætera. Diocletianus Dixit. Certis dignitatibus data à nobis indulgentia est munerum civilium, & personalium, id est, his qui aut ex protectoribus sunt, aut ex præpositis: hi ergo ad munera personalia, aut civilia non vocabuntur.

Hæc acta habita sunt in consistorio. Inductis igitur in consistorium. Ammianus XVI. *Inductis quadam solemni die agentibus in consistorium.* Sabinus advocatus dixit græce quædam, quæ eruere ex libris manuscriptis non potuimus, nec fuere unquam integra, quoniam subjicitur, *Et cætera.* Sententia autem Imperatoris hæc est: Curiales, qui honorarias dignitates ex protectoribus, vel ex præpositis adepti sunt, vacationem habere personalium munerum: quod tamen Arcadius, & Honorius non admiserunt, *l. 153. Cod. Th. de decur.* Protectores, qui sint dicetur in *tit. de dom. & protect.* Præpositorum appellatio generalis est. Videntur tamen hoc loco significari præpositi laborum, qui erant ex protectoribus, *l. 1. C. Th. de præp. lab.* in qua ita est. *Qui ex devotissimis domesticorum scholis præpositi laborum nostro judicio, & stipendiorum sudoribus promoventur.*

III. Iidem aa. et cc. Mariano. Tutelæ sollicitudo à muneribus civilibus non excusat, utpote cum nec tres simul injunctæ diversarum domuum hujusmodi beneficium præstent.

Etsi tres tutelæ excusent à quarta tutela, non tamen excusant ab alio munere civili. *Domuum*, id est, patrimoniorum, in Græca mataphrasi, *οἰκετειῶν*.

IV. Iidem aa. et cc. * Hydraulæ munerum civilium immunitatem sibi jure concessam probare minime possunt.

Hydraulas Græci definierunt. *Ὑδραύλας οἱ τὸ ἐν αὐλοῦντας ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς μὴ ἀπὸ ἀσκῶν, ἀλλ' ἀπὸ ὕδατος διά τινος μηχανῆς τὸ πνεῦμα δεχομένοις:* de quibus & Athenæus, & Plinius, & Vitruvius, & Hero quidam Alexandrinus. In Glossis dicuntur organarii. Et his quidem Imperatores negant hoc loco datam esse immunitatem, licet profiteri videantur artem liberalem. Ajunt, *Probare*. Nota ei, qui se immunem dicit, proferendæ legis, quæ immunitatem tribuat, onus incumbere, ut & in specie *l. 5. ff. de probat.*

V. Iidem aa. et cc. Marcellino. Procuratores absentium reipublicæ causa munerum civilium vacationem non habent.

Qui absunt Reipublicæ causa vacationem habent, *l. 1. inf. de profess. & med.* Procuratores eorum non item.

VI. Iidem aa. et cc. Gaio. Venatoribus immunitas ob hanc professionem solam nullo jure concessa probari potest.

Obstat *l. ult. ff. de jur. immun.* Pertinet ea lex ad milites, qui à militiæ gravioribus muneribus excusantur: sumpta enim est ex libro Militarium Tarruntent Paterni, quem Vegetius diligentissimum vocat assertorem juris militaris: & non Tarruntenus, sed T. Arruntenus forsitan appellari debet, præf. præt. sub Antoninis. Itaque fateor milites venatores non esse munificos: cæterum alii venatores, qui feris provincias purgant, non ideo à civilibus muneribus excusantur.

VII. Imp. Constantinus a. ad Catulinum Vicarium. Negotiatores vestiarios, linteones, purpurarios, & parthicarios, qui devotioni nostræ deserviunt, visum est secundum veterem consuetudinem ab omni munere immunes esse.

Vestiarii, & lintearii, & purpurarii, & parthicarii negotiatores Imperatori deservientes à muneribus excusantur. Lintearios malo quam linteones. Sic vet. libri, sic *l. 5. §. 1. ff. de instit. act.* Linteones negotiatores non sunt. Parthicarios item quam parthiarios, qui pellium Parthicarum negotiatores sunt, ex quibus fiebant Zanchæ, de quibus *l. 2. & 3. C. Th. de hab. qui intra urb.* Trebellius in Claudio, *Zanchas de nostris parthicis*. Græci ita vertunt, *Οἱ πραγματευόμενοι τὴν ἐσθῆτα ἢ τὴν ὀθόνην, ἢ τὴν πορφύραν, ἢ τὰ παρθικὰ δέρματα.*

VIII. Idem a. et Julianus c. ad Tatianum pp. Placet nullum omnino judicem de cætero provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio pensitentur, quæ canonis instituti forma complectitur, vel nostra clementia decrevit inferenda, vel delegatione solemniter sanciente, vel epistolis præcedentibus. Sed si quid urgere forsitan cœperit, referri ad celsitudinem tuam statuimus, & auctore te fieri, & eo persoluto referri ad scientiam nostram, ut nobis jubentibus roboretur. Si quis autem usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur, quas severitas jussionis ad ordina-

rio.

riorum judicum officiorumque terrorem debebit A excurrere : ut si eorum, vel gratiosa conniventia, vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni simplicis pœna castiget. DAT. KAL. APR. MADIOL. CONSTANTIO A. IX. ET JULIANO C. II. COSS.

Ne quid præses extra ordinem provincialibus indicat sine principis, & præf. prætorio auctoritate : Ut canones dumtaxat pensitentur ex delegatione principali, vel epistolis, quæ canonicariæ dicuntur in formula Curæ epistolarum. *Persoluto*] Peracto, absoluto. *Si quis autem*] Hæc pars sumpta est ex *l. 11.* superior ex *l. 8. Cod. Th. de ext. mun.* ubi in fine rectius, *Similis* : quam *Simplicis*, arg. *l. pen. hoc tit.* De pœna quadrupli B jam ante satis diximus.

IX. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD CLAUDIUM PROC. AFRICAE. Illud convenit præcaveri, ne quis hanc, quæ personalis est functio, pretio putet esse taxandam. DAT. KAL. DEC. TREV. VALENT. ET VALENTE AA. COSS.

Munus personale non licet adærare, *l. æstimationem*, *ff. de mun. & bon.* non tamen oblatum, aut promissum pretium exigi etiam cum Accursio dicemus, & in *l. in privatis*, *ff. de pollicit.* sic legemus, *Cum quidam ne honoribus fungeretur opus promisisset, honores subire rogendum, quam operis instructionem*, id est, potius quam. C Pertinebat proprie hæc lex ad pistorum functionem, ut constat ex *l. 12. C. Th. de pistorib.*

X. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEOD. AAA. AD HYPATIUM PP. Privatæ rei nostræ privilegiis permanentibus, nihil extra ordinem prædia jure perpetuo consignata sustineant, neque adjectis sæpius, ac præter primum delegationis canonem postulatis adficiantur impendiis : quandoquidem neque aurario canoni sub privilegiis æstimato aliquid ex ea jubentibus nobis præbitionum diversitate decurritur : & pari cum cæteris æstimari sorte non convenit, quos D præter annonarias functiones æstimata perpetuo pensitationum prærogativa nexuerunt. PP. KARTH. ID. APR. POST CONSULATUM SYAGRII, ET EUCHERII.

Pertinet hæc lex ad fundos rei privatæ principis, qui plerumque in alios jure perpetuo transferuntur, & præter annonarias functiones etiam avaritiam pensitant, ex qua nihil unquam demitur quacunque ex causa. Privilegium autem hoc habent, quod hac lege confirmatur, ut ne ulla alia munera agnoscant sordida, vel extraordinaria, etiamsi ea cæteris indicantur. Nec enim sunt pari conditione, ac cæteri, cum plus etiam canonis titulo inferant, quam cæteri, *l. 2. inf. de col.* E *fun. pat. & tit. de privil. dom. Aug.* nempe taxatas perpetuo pensiones aurarias, à quibus cæteri immunes sunt. Pro *adjectis*, malim, *abjectis*, id est, sordidis, ut in Codice Theodosii, *l. pen. inf.*

XI. IIDEM AAA. AD SYAGRIUM PP. Eos, qui cum honore comitum nomine magistrorum memoriæ præfuere, vel epistolis, vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis signandisque responsis nostræ mansuetudini obsecundant, omnium civilium munerum fieri jubemus exsortes. Igitur qui ex eo gradu palatio nostro abscesserint, adesse sibi competentia privilegia glorientur : qui vero superioribus dignitatibus creverint, nihilominus ejus loci privilegia præsto sibi fuisse lætentur. LECTA III. KAL. SEPT. CAPUAE ANTONIO, ET SYAGRIO COSS.

Magistri scriniorum, & memoriales, de quibus suis titulis libro XII. tractaturi sumus, excusationem habent civilium, id est, personalium munerum, non patrimonialium, nisi extraordinaria sint, vel sordida : idemque datur exmagistris, & exproximis, etiamsi ampliorem dignitatem consequantur, ut si senatores fiant, aurum glebale non conferant, *l. 1. de mag. scr. l. 1. & 2. inf. de priv. eorum, qui in sac. pal.*

XII. IIDEM AAA. AD HYPATIUM PP. Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri, & cubicularii omnes, atque ex cubiculariis ab omnibus sordidis muneribus vindicentur : cæteros autem palatinos, vel militari intra palatium prærogativa munitos, ita demum privilegium simile contineat, si prioribus statutis se ad hujusmodi exceptionem docuerint pertinere : ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati, vel corpori hujusmodi beneficia doceantur fuisse concessa : circa Rhetores atque Grammaticos eruditionis utriusque vetusto more durante. Sordidorum vero munerum talis exceptio sit, ut patrimoniis dignitatum superius digestarum, nec conficiendi pollinis cura mandetur, aut panis excoctio, aut obsequium pistrini, nec paraveredorum hujusmodi viris, aut parangariarum præbitio mandetur : exceptis his, quibus ex more Rheticus limes includitur, vel expeditionis Illyricæ pro necessitate, vel tempore utilitas adjuvatur : operarum quoque artificum diversorum, excoquendæ etiam calcis obsequia nulla de talibus adjumenta poscantur : materiam lignorum atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non præbeant : carbonis quoque, nisi cum quem moneta solemniter, vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab hujusmodi viris præbitio desistat : publicis, vel sacris ædibus construendis atque reparandis, capituli atque temonis necessitas nulla mandetur : legatis atque allectis sumptus possessio hujusmodi privilegiis munita non conferat, hoc tamen his patrimoniis prosit, quæ dignitatem proprio videntur nomine possidere : eos etiam qui simili honore functi sunt, generali prærogativa à præbitione sordidorum munerum vindicamus. DAT. V. ID. DEC. ANTONIO, ET SYAGRIO COSS.

Culmina] Illustres senatores, *l. ult. hoc tit.* De Comitibus consistorianis, & iis qui sequuntur, lib. XII. commodius tractabitur. *Palatina*] Veluti apparitores comitum rerum privatarum. *Militari*] Veluti agentes in rebus sive magisteriani. *Eruditionis utriusque*] Græcæ & Latinæ, qui etiam à sordidis muneribus excusantur. *Superius digestarum*] Illustrium, comitum consistorii, notariorum, cubiculariorum. *Pollinis cura*] Ne fiant γυρμοὶ κ'ετοκοποί : tria paneficii onera sordida facit. *Panis*] Popularis vel militaris vel palatini. *Obsequium pistrini*] Quod Græci interpretantur προτοσμάζειν τοῖς ἀρτοκόποις τυχὸν ἀλήθειν : id est, molere. *Paraveredorum*] De paraveredis & parangariis dicetur *tit. de cur. pub.* Nihil vero hic de veredis & angariis dicitur, à quibus tamen excusandi esse videntur arg. *l. 3. inf.*

inf. de silent. & l. 2. inf. *de præp. sac. cub.* & sane eorum munerum promiscua conditio est: & paulopost nominatim excipit operas. Excipiuntur autem hac lege paraveredi et parangariæ quæ intra Rhoticum limitem præbendæ sunt, ut in *l. ult. C. Th. de colla. fun. pat. onera Rhetica*. Augustinus 18. de civitate Dei. c. 18. *Annonam inter alia jumenta bajulasse militibus, quæ dicitur Rhetica, quoniam ad Rhetias* (sic legendum ex vet.) *deportatur*. Excipiuntur etiam onera Illyricana, ut in *l. 1. inf. tit. prox. Vel tempore*] Tempore solemni, ut in *d. l. 1. Operarum*] Malo, *Operarum atque artificum*, ut in *l. 15. & 18. C. Th. de ext. mun.* Sensus est, exceptas dignitates, operas atque artifices non conferre, excoquendæ calcis onera non sustinere. *Materiam*] Recte in C. Theod. *materiam, lignum.* diversa enim hæc sunt, *l. ligni, ff. de leg. 3.* Ligna præbentur lavacris publicis, Materiæ operibus. *Vel fabricatio*] Vegetius lib. 4. c. 8. *Ad arma facienda ferrum utriusque temperaturæ, & carbones servantur in conditis*. Superiores ergo dignitates non nisi monetariis et fabricensibus carbones præbent. *Capituli*] Capituli atque temonis necessitas. Dicitur et functio, et onus, et injuria, et cura, et obsequium, *l. 2. inf. de privil. cor. qui in sac. pal. l. 4. inf. de prox. sac. scrin. l. 1. inf. de pal. sac. larg. l. 14. & 18. C. Th. de ext. mun.* et est patrimoniale munus, ut ex hac lege constat, quæ onera tantum patrimonialia recenset. Capitulum Græci interpretantur *ἀσφαλιστικὸν συντελεῖν*, de quo ac de temone plenius alio loco *inf. Allectis*] *τοῖς ὑπὸ βασιλέως καλουμένοις*. Allecti igitur sunt qui evocantur à principe publici negotii causa. Legati qui mittuntur ad principem. Aliter allecti susceptorum genus est, *l. 11. 12. 13. C. Th. de suscept.* Sidonius lib. 5. Epist. *Invident arcariis pondera, mensuras allectis*. Anianus ad *l. 1. C. Th. de epist. & cler. Clericos nec exactores nec allectos facere*. Aliter in *l. 11. inf. de præp. lab. Possessio hujusmodi*] Patrimonium illustrium et spectabilium comitum primi ordinis, et notariorum et cæterorum. *Proprio videntur nomine*] Recte proprio nomine, ut intelligamus uxorum patrimoniis hæc privilegia non dari: uxores enim non proprio, sed mariti nomine possident dignitatem. *Functi sunt*] Ante hanc constitutionem. *Simili*, eodem.

XIII. IIDEM AAA. ET ARCADIUS A. AD NEOTHERIUM PP. Sordidorum munerum excusatio delata personis ad heredem successoremve transire non potest: neque enim potest perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiæ indulsisse nos constat. DAT. XVIII. KAL. MAI. MED. ARC. A. I. ET BAUTONE COSS.

Privilegia concessa dignitatibus non transeunt ad successores: licet enim earum patrimoniis concedantur, personis tamen ipsa cohærent, non patrimoniis. Quod Accursius notat, ea ad suos heredes transire, defendi potest non legibus quas citat, sed *l. 1. & 2. inf. de privil. cor. qui in sac. pal. mil.* Privilegium item concessum certæ dignitatis certive corporis homini, non extenditur ad eos omnes qui eadem dignitate præditi, vel ex eodem corpore sunt, *l. prox. sup.*

XIV. IMPPP. VALENTINIANUS, THEOD. ET ARCAD. AAA. TATIANO PP. OR. Eam legem quam de extraordinariis sordidisque muneribus expressis vocabulis functionum, & insignibus dignitatum sine ulla ambage præscripsimus: ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus servandam, ut iisdem beneficiis, non quamdiu militaverint, sed quandiu vixerint, perfruantur. DAT. XI. KAL. APR. MEDIOL. TATIANO, ET SYMMACHO COSS.

Confirmat *l. 18. C. Th. de ex. mun.* illæ autem dignitates ex ea lege, & *l. 15. eod. tit.* non vindicantur ab extraordinariis, sed à sordidis muneribus tantum eadem lege comprehensis. Cæterum partem eam de extraordinariis omisit Tribonianus in *l. 12. sup. hoc tit.* quod extraordinariorum etiam excusatio data esset postea, *l. ult. hoc tit. Non quandiu*] Hoc fuit omissum in *d. l. 18.* non in *l. 15. C. Th.* sive *l. 12. hoc tit.* Ergo dum ait, *Eam legem*, non 15. sed 18. intelligit.

XV. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. MESSIANO COM. R. P. Evidenter atque absolute jubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo, seu perpetuo jure teneantur, aliquid præter ordinem superindicti, vel pretii nomine, vel de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant. Nam & hoc à divis principibus impetratum est, & à nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur judicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus suis, alia de officiis suis, totidem & de curialibus, qui exsequi male jussa festinant, noverit eruenda. DAT. XVII. KAL. JUL. MED. OLYBRIO, ET PROBINO COSS.

Conductionis] Temporalis, perpetuo autem jure, id est, emphyteutico, ut Græci interpretantur. Sic in *l. 3. inf. de fun. rei priv. Præter ordinem*] Extra ordinem. In *l. 10. sup.* præter canonem, & Græci hoc loco, *ὑπὲρ τὸν κανόνα*. *Pretii*] Græci legunt *petiti*. In C. Th. est utrumque, pretii petiti. Sensus hic est, ut ne quid pretii nomine ab eis quibus jure perpetuo ex liberalitate principis fundi patrimoniales concessi sunt, exigatur, *l. possessores, inf. de fun. pat. Impetratum*] *αἰτηθέν*.

XVI. IIDEM AA. ET THEOD. A. MELITIO PP. Ab illustribus personis sordida munera, & extraordinariæ necessitatis damna removemus. DAT. XV. KAL. MART. RAV. DD. NN. HONORIO IX. ET THEOD. V. AA. COSS.

L. 12. illustres vindicantur à sordidis muneribus, Hac etiam ab extraordinariis.

De quibus muneribus, vel præstationibus nemini liceat se excusare.

TIT. XLVIII.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. HERCULIO PP. ILLYRICI. Comparationi transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coartentur ad necessitates Illyricianas: nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam cessare privilegii velamento censemus: sed sub hac condicione, cum tempus exegerit, hujusmodi collationi succumbant, ut non tantum requiratur idoneus, verum universi pro portione suæ possessionis jugationisque ad hæc munia coartentur, & à summis sarcina ad infimos usque decurrat. DAT. III. ID. APR. CP. BASSO, ET PHILIPPO COSS.

Neminem à comparatione & transvectione specierum quæ militibus Illyricanis conferuntur tempore solemni excusari. Comparatio est quod *συνωνὴν* diximus in *tit. ut nem. lic. in coem.* nam & Græci ita vertunt,

Εἰς

Εἰς συνωνὴν εἰδῶν ϗ εἰς παρασκευήν. Transvectionis autem verbo intelliguntur angariæ, parangariæ, paraveredi, *l. 12. sup. tit. prox.* Patrimonii onera hæc sunt.

II. Impp. Theodosius, et Valentin. AA. ad Taurum pp. Cum ad felicissimam expeditionem numinis nostri omnium provincialium per loca, qua iter arripimus, debeant nobis solita ministeria exhiberi: neminem penitus ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus: sed omnes, sive ad divinam nostram domum, sive ad venerabilis augustæ, vel ad Sacrosanctas Ecclesias, vel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec divina adnotatione, sacrove oraculo excusatos, indictionibus magnificæ tuæ sedis tempore nostræ expeditionis obedire decernimus. Dat. xiii. Kal. Mar. cp. Valentiniano A. vi. et Nonio Coss.

Neminem expeditionis tempore excusari ab angariis, parangariis, plaustris. Putem & à coemptione tum neminem excusari, ne domum quidem Augusti vel Augustæ ex Nov. Tiberii *de divinis domibus*, *§. ult.* & hoc est quod ait hoc loco, *vel quolibet munere*, puta coemptione. Repetita est pars hujus legis in *tit. de sac. eccles. sup.*

III. Imp. Leo A. Dioscoro pp. Hac providentissima lege statuimus, omni excusatione cessante, nullaque persona, vel dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis administrationi sublimitatis tuæ commissis opus exegerit murorum constructionem seu comparationem frumenti, aliarumque specierum sine ullo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua prospexerit, fieri.

Comparationis verbo hoc etiam loco συνώνησιν significatur: inde Græci recte, ἡ συνωνὴ, ἡ ἄλλων εἰδῶν.

Qui ætate se excusant.

Tit. XLIX.

I. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Severino, et cæteris Scholaribus Arabiæ. Cum vos adfirmetis liberalibus studiis operam dare, maxime circa juris professionem, consistendo in civitate Berytiorum provinciæ Phœnicæ, providendo utilitati publicæ, & spei vestræ, decernimus, ut singuli usque ad vicesimum quintum annum ætatis suæ studiis non avocentur.

Minores xxv. annis in curiam conscribi non possunt, *l. non tantum*, *ff. de decur.* & ex lege Pompeja quæ Bithynis data est, auctore Plin. minores xxx. Sed neque ad munera civilia, vel honores admittuntur, *l. ad Remp. ff. de mun. & hon. l. 2. §. 1. ff. de vac. mun.* nisi ex causa, ut si urgeat necessitas penuriæ hominum, *l. 2. hoc tit. l. 1. sup. qui & adv. quos in int. rest.* & beneficio liberorum *l. 2. ff. de minor.* & beneficio principis, quod plerumque non est sine utilitate, cum sit aliquando melius, ut Plinius ait, honestorum hominum liberos quam è plebe in curiam admitti. Valet & hac in re longa consuetudo nonnihil, *d. l. non tantum in fin.* Sed an minores xxv. annis judices fieri possint, quæritur? Et probo quod scriptum vii. *Βασιλικῶν*, tit. v. non posse: nec obstat *l. cum lege*, *ff. de rec. qui arb. rec.* quæ non ita definit minorem xxv. annis judicare posse, sed si evenerit, ut minor xxv. annis judex aditus, vel electus sit consensu partium, vel datus, vel si quacunque alia ratione id acciderit, ex lege Julia judiciaria eum, si fuerit intra annum xx. judicare non cogi. Item non obstat *l. quidam*, *ff. de re jud.* quæ id etiam generaliter non definit, sed si forte aliqua ex causa evenerit, ut minor judicet, tuendam ejus sententiam esse modo si plena pubertate fuerit, quæ ætas decurionibus etiam definita est, *l. 19. C. Th. de decur.* Item non obstat *l. cum prætor*, *ff. de judic.* quæ solum impuberem judicare vetat: nam impubes plane prohibetur judex esse. Pubes judex esse potest ex consensu partium, sed excusatur si minor sit annis xx. & ita impubes testis esse vetatur, *l. 3. §. lege*, *ff. de testib.* minor xx. annis excusatur, *l. in testimonium*, *ff. eod.* Constituitur autem hac lege prima, ut minores xxv. annis ab studio juris civilis ob publica munera non avocentur: quod merito constitutum est: nam & si studiis dediti non sint, vix minores xxv. annis ad munera civilia admitti jam ante demonstravimus. *Berytiorum*] Hanc civitatem Justinianus nutricem legum appellat.

II Iidem AA. et cc. Theodoro. Cum filios tuos patria potestate liberatos, adhuc minores legitima ætate esse dicas, merito postulas, ut liberalibus studiis non avocentur. Et ideo muneribus personalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si civium inopia non est.

Filios patria potestate liberatos ponit ex facto, non quod idem non sit si in potestate fuerint. Et superior quidem constitutio est de studiis juris civilis, hæc de liberalibus, & ingenuis, veluti Rhetorices, Musices, Grammatices, Geometriæ, à quibus etiam minores non avocantur ob civilia munera, nisi sit penuria civium.

III. Iidem AA. et cc. Plautiano. Manifesti juris est, majores quinquaginta quinque annis invitos ad munera personalia vocari non posse: cum itaque septuagenario majorem te esse profitearis, si à nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione præsidis provinciæ potes concesso jure.

Puto pro lv. vel ut in libris *Βασιλικῶν*, l. licet Eustathius lv. lib. de temporibus, legendum lxx. quod verba sequentia indicant: cum itaque septuagenario, atque ita in libris scriptis adnotatum inveni. Ætas enim lv. excusat à decurionatu, *l. 2. §. ult. l. non tantum*, *ff. de decur.* non à muneribus civilibus, sed lxx. *l. 3. ff. de jur. immun. l. 3. §. quamvis*, *§. cura*, *ff. de mun. & hon. l. 2. §. numerus*, *ff. de vac. mun. l. si ultra, sup. de decur.* nec sufficiunt lxv. & tres liberi, quoniam utraque species excusationis imperfecta est, cum vel lxx. anni vel v. liberi exigantur, *l. 1. §. ult. ff. de vac. mun. l. 1. sup. qui mun. tut. se exc.* Olim in urbe lx. sufficiebant. Plin. iv. Epist. *Extrema tempora nobis impertire debemus, ut ipsæ leges monent, quæ majorem annis lxx. otio reddunt.* Varro iii. de vita P. Romani. *Cum in quintum gradum pervenerant atque habebant lx. annos, tum denique erant à publicis negotiis liberi atque otiosi:* ideo in proverbium quidam putant venisse, ut diceretur, sexagenarios de ponte dejici oportere, id est, quod suffragium non ferant.

Qui Morbo.

T i t. L.

I. IMP. GORDIANUS A. CASSIANO. Si ea cæcitate pater tuus oppressus est, ut utriusque oculi aciem prorsus amiserit, levamentum personalium munerum sentiet.

Cæcitas morbus est, qui excusat à personalibus muneribus.

II. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. JULIANO. Cum articulari morbo debilitatum te esse dicas: juxta juris publici auctoritatem à personalibus muneribus vacationem habebis.

Morbus articularis excusat à muneribus personalibus. Podagricus non item, *l. prox. inf. l. 13. sup. de decur.* Vehementior longiorque est articularis morbus, quam podagricus.

III. IIDEM AA. ET CC. CELAE. Podagræ quidem valetudo, nec ad personalium munerum excusationem prodest: verum cum ita te valetudine pedum afflictum dicas, ut rebus propriis intercessum commodare non possis: rector provinciæ, si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad personalia munera te vocari non patietur.

Podagræ valetudo, & pedum valetudo idem, & hæc sententia, podagram non excusare à corporalibus muneribus, nisi talis sit, ut propter eam ne suis quidem negotiis interesse possit.

IV. IIDEM AA. ET CC. REGINO. Casus corporis patris munerum personalium filio jure non præstat excusationem.

Morbus, aut debilitas patris filio non dat excusationem personalium munerum.

De iis, qui numero liberorum, vel paupertate excusationem meruerunt.

T i t. LI.

I. IMP. ALEXANDER A. VERECUNDO. Numerus liberorum ab oneribus non excusat.

Intelligatur numerus quinque liberorum, ut in *l. 2. §. numerus, ff. de vac. mun.* & pro *Oneribus*, substituatur *Honoribus*, ex eadem lege, & veteribus, & Græcis. Ab oneribus numerus quinque liberorum excusat, & interdum tres liberi, *l. 1. inf. de legation.* ut, & apud Laconas teste Æliano VI. var. histor. numerus trium excusat, ἀπὸ τῶν φορῶν: numerus quinque ab omnibus. Sed & quinque numerus non excusat ab oneribus, quæ honoribus cohærent, *d. l. 2.* At numerus XVI. plenissimam excusationem tribuit, *l. 24. sup. de decur. l. semper, §. demonstratur, ff. de jur. immun.* ubi notandum, quod ait varie nec abcise definitum fuisse numerum liberorum.

II. IMP. PHILIPPUS A. ET PHILIPPUS CAES. SEVERO. Filium ab hostibus captum, ac necdum reversum, ad excusationem munerum personalium patri proficere non posse magis placuit.

Ut filius defunctus, ita captus ab hostibus necdum postliminio reversus patri non prodest ad excusationem munerum personalium, quia & incolumem, & civem esse eum oportet.

III. IDEM A. NONO. Nepotes in locum parentum succedentes vice eorum prodesse consueverunt; ideoque si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur, à muneribus personalibus, is, quem patrem tuum esse dicis, juxta constituta excusatur.

Nepotes ex filio defuncto ejus locum supplent avo, & licet plures sint, unius loco habentur habita stirpis ratione, ut fit in hereditatibus, & bonorum possessionibus ab intestato, & in bonorum possessione contra tabulas. Nepotes ex filia defuncta, avo non prosunt, quia avi familiam non sequuntur.

IV. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. DOMNO. Cum facultates tuas omnes in filium tuum contulisse te, nec quidquam habere proponas, respectu ejus patrimonii, quod tuum esse desiit, muneribus civilibus non adstringeris.

Non sunt adstricti civilibus muneribus, qui omne suum patrimonium in filium emancipatum contulerunt donationis causa: quod jure ante constitutionem Justiniani non fiebat, nisi rebus singulis nominatim designatis, cum tamen in venditione bonorum omnium secus esset, qua de re ex Codice Hermogeniano duas habemus Diocletiani constitutiones. Strictius semper donationes habitæ sunt, & merito. Hoc igitur hæc lex ostendit, paupertatem excusare à muneribus civilibus.

V. IIDEM AA. ET CC. MARTINAE. De personalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur, exemplo marium quinque superstitum numero liberorum eas excusari, divi parentes nostri constituerunt.

Mulieres personalia quædam munera subire coguntur, *l. 1. inf. de mul. in quo lo.* Sed excusantur numero quinque liberorum.

VI. IMP. CONSTANTINUS A. DALMATIO. Eos qui cujuscunque sexus liberos quinque habent, impetrata semel vacatione potiri convenit: ita ut si in hoc numero ætatis legitimæ filius inveniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus qui filios, vel filias V. habuerint, promissa legibus immunitate servanda. Quod si quis propter censum tenuiorem vacationem meruerit, atque hoc probaverit, beneficio potiatur, nec propter rerum angustias ad personalia vocetur obsequia. DAT. XIV. KAL. FEB. SIANIO CRISPO, ET CONSTANTINO COSS.

Notandum ex hac lege vacationem promitti legibus, impetrari à principe. Numerum quinque liberorum excusare à muneribus civilibus, & pro patre filios majores XXV. ea subire. Paupertatem quoque extremam idem præstare, *l. paupertas, ff. de exc. mun. l. cura, §. ino-*

§. inopes, *ff. de mun. & bon. Si propter*] Si cum non possunt patrimonio, corpori indicantur obsequia, & ad hunc etiam modum in *l. 4.* hæc verba accipienda sunt. *Respectu patrimonii*] nec enim de patrimonialibus, sed de personalibus muneribus loquitur.

De Professoribus, & Medicis.

Tit. LII.

I. IMP. ANTONINUS A. NUMISIO. Cum te medicum legionis secundæ adjutricis esse dicas, munera civilia, quandiu Reipublicæ causa abfueris suscipere non cogeris. Cum autem abesse desieris, post finitam eo jure vacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinet, ea immunitate uteris.

Medici militum Reip. causa absunt, *l. inter eos §. ult. ff. ex quib. caus. maj.* & quandiu absunt, & post annum, quam abesse desierint, immunitatem habent: postea vero ita demum, si ex staturorum numero sint. Extat inter Græcas epistolas Juliani lex de medicis, quæ medicis vacationem tribuit curialium munerum, & eadem Latine reddita extat in *l. 4. C. Th. de med. & prof. Secundæ adjutricis*] Spartianus in Adriano: *Tribunus secundæ adjutricis legionis creatus.* Primæ fit mentio in *l. ult. inf. de cas. pec. l. ult. inf. de app. præf. prætor.* utraque fuit in Pannonia inferiori, una à Galba, altera à Vespasiano, ut Dio scribit LV.

II. IMP. GORDIANUS A. AURELIANO. Grammaticos, seu oratores decreto ordinis probatos, si non se utiles studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse incognitum non est.

Grammatici, & Rhetores decreto probati, & immunes facti, contrario decreto ex causa improbari possunt.

III. IMP. PHILIPPUS A. ULPIANO. Poetæ nulla immunitatis prærogativa juvantur.

Poetæ immunitatem non habent, non quod non sint ea dignissimi, sed quia lex deficit.

IV. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. ET CC. * Oratione divi Pii liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur.

Intelligit, ni fallor, epistolam D. Pii ad commune Asiæ, de qua in *l. ἐὰν δύο, ff. de exc. tut.* qua Grammatici, Rhetores, Medici, Philosophi continentur: non calculatores, qui ψηφισταί, & διαψηφισταί vocantur, ut ait *l. σπάδοντα, ff. eod. tit. τούτοις οἱ ψηφίζοντες ἡμᾶς, ἐκδιδάσκοντες*, ut scriptum est LIII. *βασιλικῶν*.

V. IIDEM AA. ET CC. FINITANO. Nec intra numerum præstitutum ordine invito medicos immunitatem habere sæpe constitutum est, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

Duo exigimus, ut medicis competat immunitas, ut sint intra statutum numerum, et ut decreto ordinis probati sint: idemque in professoribus dicendum est. Numerum definivit epistola D. Pii, qui in urbibus Roma, et Constantinopoli, in cæteris non idem est.

VI. IMP. CONSTANTINUS A. AD VOLUSIANUM. Medicos, & maxime Archiatros, vel ex Archiatris, Grammaticos, & professores alios literarum, & doctores legum una cum uxoribus, & filiis, necnon & rebus, quas in civitatibus suis possident, ab omni functione, & omnibus muneribus civilibus, vel publicis immunes esse præcipimus: & neque in provinciis hospites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad judicium deduci, vel exhiberi, vel injuriam pati: ut si quis eos vexaverit, pœna arbitrio judicis plectatur: mercedes etiam eorum, & salaria reddi jubemus, quo facilius liberalibus studiis, & memoratis artibus multos instituant. PP. KAL. AUG. SIRMIO CRISPO, ET CONSTANTINO COSS.

Archiatri sunt, qui in comitatu principis medendi cura funguntur, ut omnium optime probat *l. 2. supra quib. non ob. long. temp. præsc.* si modo ex vet. libris ita ejus legis inscriptio restituatur, IMPP. DIOCL. ET MAXIM. AA. ET CC. AURELIO ARCHIATRO. Ex Archiatris sunt, qui dimissi sunt è palatio sive comitatu. His adduntur Gammatici, & professores alii liberalium literarum, & doctores. Græci non agnoscunt, legum, qui sic vertunt, καὶ οἱ παιδευταί, καὶ οἱ ἄλλοι διδάσκαλοι τῶν γραμμάτων: quod placet: nam & in *l. prox. Magistros*, inquit, *studiorum doctoresque*. Hi vacationem personalium munerum habent, & patrimonialium sordidorum, *l. maximarum, sup. de exc. mun.* & metatorum, *l. archiatros, inf. de metat. l. ult. §. ult. ff. de mun. & bon. l. ab his §. angariarum, ff. vac. mun.* Et in jus vocari, vel exhiberi non possunt, sed per procuratores causas suas agunt. Gravissima pœna in eum proposita fuit, qui injuriam illis inferret, *l. 1. C. Th. de med. & profes.* quam Tribonianus mutavit in arbitrariam: itaque nihil hac in parte illi præcipuum habent: nam & cuilibet illata injuria arbitrio judicis coercetur. *Filiis*] Excipiuntur filii professorum, qui ex curiali stirpe descendunt, *l. 35. sup. de decur.*

VII. IMP. JULIANUS A. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia: sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum: jubeo, quisquis docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed judicio ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum consensu conspirante. DAT. XV. KAL. JUL. ACCEP. IV. KAL. AUG. SPOLETIO MAMARTINO, ET NEVITTA COSS.

Ut magistri decreto ordinis constituantur, qui bonis moribus præditi sint. Rectissime Justinianus, prius animas, & postea linguas eruditas fieri oportere. Galenus I. Meth. λέγων ὡς οὐκ ἐξῆν ταῖς πᾶσι δημοσίᾳ, ἐν οὐδεμιᾷ τῶν ὀνομαζομένων πόλεων, ἀλλ' ὅστις ὁ πρότερος ἐστὶ καὶ γένος ἔχει καὶ ἀναστροφὴν δείξας, καὶ παιδείαν ἀξίαν τοῦ δημηγορεῖν, τοῖς συγχωροῦσιν ἀγορεύειν οἱ νόμοι.

VIII. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD PROBUM PP. Reddatur unusquisque patriæ suæ, qui habitum philosophiæ indebite, & insolenter usurpare cognoscitur: exceptis his, qui à probatissimis approbati, ab hac debent collusione secerni: turpe enim est, ut pa-

triæ

triæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se ferre profitetur. DAT. XIV. KAL. FEBR. SIRMIO VALENTINIANO N. P. ET VICTORE COSS.

Philosophi vacationem non habent, nec Phavorinus ea de re ausus est agere apud Adrianum, ut Dio scribit. Excipiuntur illi, qui decreto ordinis approbati sunt: Pro *Collusione*, legendum, *Colluvione*, id est, fece Philosophorum, quos πωγωνοτροφίας, & τριβωνοφορίας solæ Philosophos non faciunt.

IX. IIDEM AA. ET GRATIANUS A. AD PRAETEXTATUM P. V. Archiatri scientes annonaria sibi commoda à populi commodis ministrari, honeste obsequi tenuioribus malunt, quam turpiter servire divitibus, quos tantum ea patimur accipere: quæ sani offerunt pro obsequiis, non ea quæ periclitantes pro salute permittunt. DAT. III. KAL. FEB. TREV. VALENTINIANO, ET VALENTE III. AA. COSS.

Pertinet hæc lex ad Archiatros urbium regiarum, in quibus, & comitatus consistit, ut pauperibus, & divitibus pariter obsequantur, & accipiant jure licito, quod qui è morbis evasere obtulerint, non cum ægrotis paciscantur, quæ pactio, nec jure valet, nec jurijurando Hippocratis congruit, *l. 3. de ext. cognit.*

X. IIDEM AA. AD OLYBRIUM P. V. Si quis in Archiatri defuncti locum promotionis meritis aggregandus est, non ante eorum particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, septem, vel amplius judicantibus idoneus approbetur. Ita tamen ut quicunque fuerit admissus: non in priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui cæteris ad priora subvectis ultimus poterit inveniri. DAT. VI. ID. MAR. VALENTINIANO, ET VALENTE III. AA. COSS.

In Archiatri defuncti locum, qui substituitur probandus est ante omnia judicio septem, vel eo amplius primorum ejus ordinis atque collegii. Ut autem ultimus quisque probatus fuerit, ita & ultimum in eo ordine gradum obtinebit, nec sibi eum, quem defunctus habuit, vindicabit: quod & si quis loco suo alteri cesserit, cur non ita plerique hodie censeant, miror. De hac autem lege Symmachus in epistolis: *Inter alia*, inquit, *quæ bonum publicum contulit, etiam medendi professoribus dedit ordinem successionis, si locum quempiam decedentis fortuna nudasset: qua lege cautum est, ut primi artis ejusdem de novorum scientia judicarent. Statim*] Non statim, sed paulatim prioribus decedentibus.

XI. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. MONACHIO PP. Grammaticos, oratores, atque philosophiæ præceptores, necnon etiam medicos, præter hæc, quæ retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt privilegia immunitatesque frui hac prærogativa præcipimus: ut universi, qui in sacro palatio inter Archiatros militarunt, eum comitivam primi ordinis, vel secundi adepti fuerint, aut in majoris gradum dignitatis ascenderint: nulla municipali, nulla curialium conventione vexentur, seu indepta administratione, seu accepta testimoniali meruerint missionem: sint ab omni functione omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicumque positæ militem, seu judicem suscipiant hospitandum, quæ omnia in filiis etiam eorum, & conjugibus illibata præcipimus custodiri: hæc autem, & professoribus memoratis, eorumque liberis deferenda mandamus. DAT. PRID. KAL. DEC. CP. CONSTANTIO, ET CONSTANTE COSS.

Addiderant Imperatores in hac lege, *Nulla senatoria, vel glebali collatione*, *l. 16. C. Th. eod. tit.* Sed hæc verba detraxit Tribonianus, quod jam senatoria, & glebalis collatio sublata esset, *l. 2. inf. de prætor.* neque animadvertit, iis verbis detractis, falsum reddi, quod initio Impp. edicunt, præter ea, quæ à retro principibus medicis, & professoribus privilegia data sunt, nova quædam se eis hac Constitutione deferre: nam quæ retinuit Tribonianus in hac lege: ea tribuuntur in *l. 6. inf.* Et id duntaxat hac constitutione Impp. introduxerant nove, ut quemadmodum comitibus, & archiatris remissa fuerat senatoria collatio, *l. 2. & 15. C. Th. eod. tit.* ita & liberalium literarum professoribus eadem comitiva ornatis remitteretur. *Seu indepta*] Sive archiatri gesta administratione, sive accepta testimoniali non acta administratione cum honore comitum dimissi sint. Testimoniales sunt missionis honorariæ epistolæ, *d. l. 15. l. pen. C. Th. de veteranis, & tit. de testim. exhibend. & prot. l. ult. C. Th. de honor. cod. l. 156. Cod. Th. de decur.* Vegetius II. *Contubernalibus completis stipendiis per testimoniales ex more dimissis*: & hæc sunt instrumenta de quibus in *l. si solemnibus, sup. de fide instr.* Epistolæ dicuntur in *l. 5. inf. de vet. l. laudabile, l. restituendæ, sup. de adv. div. jud. l. 45. C. Th. de decur.* Si quid præterea est in hac lege, quod desideret diligentiam nostram, id XII. liber expediet.

De Athletis.

TIT. LIII.

I. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. ET CC. HARMETI. Athletis ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri, in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ, merito coronati, non æmulis corruptis, ac redemptis, probentur: civilium munerum tribui solet vacatio.

Athletæ pro præmio coronantur, *l. spem, sup. quæ res pig. obl. l. commodis, ff. de re jud. l. ἰδίῳ βίῳ, §. athletæ, ff. de exc. tut.* Si ter vicerint, & coronati fuerint, & in iis vicibus semel Romæ, seu antiquæ Græciæ, civilium munerum immunitatem habent. Antiquam Græciam magnam sive majorem Græciam vocare videtur, id est, Italiam, ut Varro, dum ait, antiquam Græciam tauros vocasse ἰταλοὺς Græciam exoticam. Id etiam exigit, ut merito indipiscantur coronas, non corruptis æmulis, id est, antagonistis. Ad hæc facit, quod Suetonius scribit, Augustum athletis conservasse privilegia, & ampliasse: & Arnobius tv. Exoletis, & irrisoribus numinum dona instituuntur, & munera, ab officiis otium publicis, immunitas, & vacatio cum coronis.

De iis, qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt.

Tit. LIV.

I. IMP. ANTONINUS A. VANNO. Ignominiæ causa sacramento liberati, honoribus abstinere debent: à muneribus autem civilibus excusati non sunt.

Triplex est missio, honesta, causaria, ignominiosa. Ignominiosa excludit honoribus, non excusat oneribus, *l. 3. inf. de re mil.*

II. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. CARO. Cum ob provectæ ætatis senium sis dimissus, honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest: habebis itaque à civilibus muneribus necnon etiam honoribus vacationem, non tamen privilegia ea, quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te jus permittit, quando non profecto statuto militiæ tempore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.

Causaria missio honesta est, l. *οἱ πάλαι, ff. de excus. tut. l. causaria, inf. de re mil.* ut si quis ob prolixam ætatem sacramento solvatur, puta anno XLVI. vel L. quo plerumque finiebatur ætas militaris, qua ex causa dimisso immunitas datur, etiamsi nondum emeritus sit. Cætera emeritorum privilegia ei non dantur, in pœnis puta, vel in testamentis. Quod igitur ait *l. 3.* de causaria missione, ad hanc missionis causam non pertinet. Et quod de LXX. annis tradit Accursius, consistere nequit, cum & ignominioso ea ætas candem immunitatem largiatur,

III. IIDEM AA. ET CC. PHILOPATORI. Veteranis ita demum honorum, & munerum personalium vacatio jure conceditur, si post vicesimum annum militiæ, quam in legione, vel vexillatione militaverint, honestam, vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Unde cum te in cohorte militasse commemoras, intelligis supervacuo vacationem tibi velle flagitare.

Hæc lex ostendit pro justo tempore militiæ viginti annos haberi, & *l. veteranis, sup. quand. prov. non est neces.* quæ hujus mentionem facit, & *l. 1. sup. de excus. veteran. l. οἱ πάλαι, ff. eod. tit.* Tacitus lib. 1. *Tiberius edixit imparem oneri Rempubl. nisi xx. militiæ anno veterani dimitterentur: ita proximæ seditionis male consulta, quibus* XVI. *stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum.* Sudas: *βετερανὸς παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας: ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ ἔτος ἐδούλευον.* *In legione*] Pro *vexillatione*, Græci habent, *Numero*, ut in *l. contra, inf.* de re milit. A legionibus separantur numeri, id est, vexillationes. At contra à vexillationibus numeri, id est, legiones, *l. 8. inf. de erog. mil. an.* Numerorum appellatio generalis esse videtur, quæ Græci vocant *τάγματα*, apud Sozomenum lib. 1. cap. 9. corrupte *πράγματα*, & apud Josephum v. *ἁλώσεως* cap. 31. Hac vero lege his tantum, qui xx. annos in legione militaverint immunitas datur, non si in cohorte. Item in vexillatione: ergo non si in cuneo: quod pugnat cum Constantini *l. 1. Cod. Theod. de coh. prin. cor.*

Quibus muneribus excusantur hi, qui post impletam militiam, vel advocationem per provincias suis commodis vacantes commorantur, & de privilegiis eorum.

Tit. LV.

DEEST sub hoc titulo Constitutio Græca, cujus sententia iis verbis expressa est libro LIV. *Βασιλικῶν* tit. 7.

Οἱ πληρώσαντες στρατείας ἢ συνηγορίας πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς προνομίοις, μήτε σιτωνίας, ἢ ἐλαιωνίας, ἢ ἐποψίας ἔργων, ἢ λογοθεσίων, ἢ ἐκδικίας ἢ πατερίαν, ἢ λογιστείας, ἢ ἀγορανομίας ποιείτωσαν, ἀλλ' ἔνθα ἂν οἰκῆσαι βουληθῶσι, μήτε ὑπαντᾷν ἀναγκαζέσθωσαν τοῖς ἄρχουσι περαιτέρω πυλῶν: μὴ δὲ εἰς συλλόγους ἄκοντες καλείσθωσαν, μήτε ὀνομαζέσθωσαν, ἢ ὀνομαζέτωσαν, μήτε διαγραφὰς παρεχέτωσαν προφάσει συνηθειῶν, ἢ θεωρητικῶν, ἐχέτωσαν δὲ καὶ μίαν οἰκίαν ἐλευθέραν μιτάτου τῶν ἐπιδημούντων στρατιωτῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις διατριβόντων, δηλονότι, τῶν ἐχόντων ἀξίας τινὰς τὴν ἰδίαν ἀτέλειαν κεκτημένων: ἡ γὰρ διὰ τάξις αὕτη προστίθησι ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις, καὶ οὐκ ἀφαιρεῖται ἐξ αὐτῶν: παρεχέτωσαν δὲ τὰ δημόσια, καὶ τιμάτωσαν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τιμάσθωσαν παρ' αὐτῶν. Ὁ δέ τι τῶν ἐν τῇ διατάξει παραβαίνων, ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν, πεντήκοντα λίτρας χρυσοῦ προστιμηθήσεται.

Qui militiam, vel advocationem impleverunt præter ea privilegia, quæ jam adepti sunt, nec frumenti, aut olei comparandi curam, vel inspectione operum, vel ratiocinium, vel defensionem civitatis, vel patris civitatis munus, vel curationem Reipublicæ, vel curationem annonæ exerceant, sed & habitent ubi voluerint, nec præsidibus ultra portas occurrere cogantur, nec ad curias sive collegia vocentur inviti, vel nominentur, vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum, vel spectaculorum nomine. Unam quoque domum habeant liberam onere suscipiendorum militum supervenientium iis, qui in locis versantur dignitate aliqua præditis suam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Constitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiscalia tamen præbeant, & honorent præsides, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc constitutionem violarit aut violari permiserit, L. librarum auri multam sustineto.

Pro *ἀπόντες*, lego, *ἄκοντες*. Superior titulus est de iis, qui non impleverunt militiam: hic de iis, qui impleverunt militiam, vel advocationem, & nominatim exprimuntur munera quorum vacatio jure conceditur, quæ etiam non impleta advocatione datur advocatis illustrium, vel spectabilium judicum, *l. 6. sup. de adv. div. jud.* de qua diximus in *l. pen. sup. de discus.* Fiscalia vocat solemnes indictiones.

De

De Conductoribus vectigalium fisci.

Tit. LVI.

I. IMpp. Diocletianus, et Maximianus AA. et cc. Provinciae * Non alios à muneribus, & honoribus vacationem habere, quam qui mancipatum suo nomine vectigal à fisco conducunt, certum est. Quare eos, qui ab his quædam exercenda accipiunt, nullis privilegiis esse munitos haud dubii juris est.

Sumptum videtur initium hujus Constitutionis ex B *l. in honoribus*, *§. non alios*, *ff. de vac. mun.* in quo pro *præsentes*, lego *per se*, δι' ἑαυτῶν LIV. *βασιλικῶν*. Per se autem, id est, quod suo nomine in hac Constitutione.

De Libertinis.

Tit. LVII.

I. IMpp. Diocletianus, et Maximianus AA. et cc. Bucillo. Conditio libertinitatis de muneribus civilibus tribuere non potest excusationem, ne in ea quidem civitate; ubi domicilium libertinus habet.

Libertinus propter patronum non excusatur à muneribus civilibus, *l. libertus*, *in prin. ff. ad municip.* ne in ea quidem civitate in qua domicilium habet, id est, quod conditio libertinitatis eum obstringat muneribus patronalis patriæ, non ideo exuitur oneribus civitatis, in qua sedes posuit ac domicilium constituit.

De Infamibus.

Tit. LVIII.

I. IMpp. Diocletianus, et Maximianus AA. * Infames personæ, licet nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt: curialium tamen vel civilium munerum vacationem non habent, sed solemnibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

Infamia à muneribus vacationem non tribuit, idem traditum fuit in *l. 12. sup. de decur.* Quod ait, *Licet nullis honoribus* & cætera, hæc sumpserunt ex Constitutione Antonini, *l. 3. inf. de re milit.* Paulo post ea legendum, *Sed & solemnibus indictionibus*: quibus verbis significantur munera patrimonialia, quæ tutelæ sive utilitatis publicæ gratia indicuntur, *l. 2. sup. de mun. pat.* Ergo nec à personalibus nec à patrimonialibus infamia vacationem præbet.

De reis postulatis.

Tit. LIX.

I. IMp. Alexander A. Martiano. Reos criminis postulatos novos honores appetere non debere, antequam purgarent in-
A nocentiam suam, & à divis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est. Dat. vi. Kal. Mar. Maximo ii. et Æliano Coss.

Rei delati novos honores petere non possunt, *l. reus*, *ff. de mun. & hon.* ut Catilina auctore Salustio, repetundarum reus prohibitus est consulatum petere: pristinos interim retinent, *l. libertus*, *§. in quæstionibus*, *ff. ad municip.*

De iis, qui in exilium dati, vel ordine moti sunt.

Tit. LX.

I. PArs Edicti Imp. Antonini A. pp. Romae v. Id. Jul. duobus Aspris Coss. Quibus posthac ordine suo, vel advocationibus ad tempus interdicetur, post impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

De hoc edicto agitur nominatim in *l. 3. ff. de decur.* In hac autem quæstione jus hoc est, ad tempus ordine motum, vel relegatum, vel in opus publicum datum ex crimine non famoso, post tempus honore vel officio pristino fungi posse, ut in specie *l. falsi*, *ff. ad l. Corn. de fals.* in qua ob recitationem falsi ordine motum, infamem non censeri, & ideo post reditum recipi illa C verba indicant, *quoniam in Corneliam non incidit*, id est, quia non est damnatus judicio publico ex lege Cornelia, quandoquidem ea tenentur qui fecerunt non qui recitarunt. Ad tempus vero ordine vel advocationis officio motus vel relegatus vel in opus publicum datus ex crimine famoso, sive hæc pœna ex lege fuerit, sive gravior lege cum esset, eam ad eum modum judex mitigarit, etiam post tempus infamis manet, *l. 5. ff. de decur. l. 6. sup. ex quib. cau. inf. ir. l. 4. §. ad tempus, ff. de re milit.* Sed si levior cum esset pœna ex lege, graviorem judex inflixerit, ad tempus relegando vel removendo, licet crimen sit famosum, damnatione tamen ejusmodi non fit infamis, quod quasi transigi videatur de infamia, & ideo post tempus recipit honorem & functiones pristinas, *d. l. 5. l. ordine*, *ff. ad mu-* D *nicip. l. in servorum*, *§. ult. ff. de pænis*, *l. quid ergo*, *§. pœna*, *ff. de iis qui not. inf. d. l. 4. §. ad tempus*, *l. 5. sup. ex quib. cau. inf. irr.* in qua pro, *relegatum*, *relegandum*: & pro *damnandum*, *damnatum*, legendum censeo: & ideo adjectum, *Si sententiam non excessisse probaveris*, quod eorum qui sententiam excedunt, solcat augeri pœna. Et ita quidem jus est. Separatur juris auctoritas à Constitutionibus sæpe, *l. 4. §. contra*, *ff. de do. exc. l. falsa*, *ff. de cond. & dem.* Sane hac in re Constitutiones juris auctoritati refragantur & quidem varie. Adrianus relegatum post tempus inter infames non habuit. Pius advocationis officio motum, *l. Imp. ff. de postul.* quæ ex eodem est auctore & libro, quo *l. 5. ff. de decur.* & tamen pugnant inter se, nisi in una jus exponi, in altera Constitutiones distinxeris. E Severus & Antoninus ordine motum, *l. 3. sup. ex quib. cau. insam. irr.* Omnes indistincte, sive levius, sive gravius crimen fuerit. Tandem Antoninus Caracalla, cum de re nondum liqueret satis, edicto proposito ita constituit, ut ordine vel advocationibus moti ad tempus quocunque crimine, completo tempore non haberentur inter infames, *d. l. 3. ff. de decur.* & ideo in hac parte edicti, *Post hac* inquit, nimirum quia etsi jam ante prodiissent Pii & Severi et Antonini similes Constitutiones, nondum tamen contra jus id ita invaluerat indistincte. Edictum non loquitur de relegatis. Ideoque in relegatis distinctione utemur, *l. 3. ff. de decur.* et jus sequemur, insuperhabito rescripto Adriani, quasi nec recepto nec probato Antonini edicto.

II. Imp.

II. IMP. GORDIANUS A. ULPIO. Ad tempus exulare decurio jussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad novos vero honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam absuit.

Decurio relegatus ad tempus non redit in ordinem indistincte, ut ostendimus supra. Quo tamen casu redit in ordinem, non statim etiam ad novos honores admittetur nisi tanto tempore post reditum in curia fuerit, quanto absuit, *l. ordine*, *ff. ad municip.* nam honores municipales ratione temporis, quo quis in curia fuerit, deferuntur. Fugam hoc loco accepit pro exilio, quod et in aliis auctoribus cum Græcis tum Latinis frequentissimum est.

De Filiisfamilias, & quemadmodum pater pro his teneatur.

TIT. LXI.

I. IMPP. SEVERUS, ET ANTONINUS AA. * PP. Patrem emancipato filio consentientem: ad decurionatum non teneri, dubii juris non est: tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat: consentire autem etiam is videtur, qui non testificatur dissentire nominationi.

Titulus recte concipitur de filiisfamilias: nam pro emancipatis pater non tenetur. Taciturnitas autem hac in re consensum imitatur, alias dissensum. Igitur si filiofam. ad decurionatum nominato pater taceat et patiatur, Reipub. obligatur velut fidejussor pro filio in solidum, non aliis, qua de re diximus aliquid in *l. 1. & 5. sup. de decur.*

II. IMP. ANTONINUS A. ASPASIO. Cum appellasse te dicas, ostendis causam ad te pertinere: potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire honori ei delato.

Obstat *l. spurii*, *§. pater*, *ff. de decur.* Si filiusfam. ad decurionatum nominatus sit, satis est patrem ne pro filio obligetur, contrariam voluntatem contestari, nec appellare etiam necesse habet, *l. ult. hoc tit.* Quod si tamen appellaverit, hoc facto in munerum civilium periculum incidit quasi fidejussor pro filio, si appellationis sententiam pertulerit, & hæc est sententia hujus legis. At si præscriptione temporis exclusus sit, solemnibus appellationis intra constituta tempora minime impletis, quia & appellare necesse non habuit, perinde omnia servantur, atque si non provocasset: & ideo si contestatus jam ante fuerat contrariam voluntatem, huic contestationi omissa appellatio nihil derogabit, *d. §. pater.*

III. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. ET CC. * Si ii, qui cum patre ad protostasiæ munus vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab hujusmodi necessitatibus liberentur: cum ex eadem familia, ac domo duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sane eos, quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

Duo ex eadem domo ad idem munus non vocantur, puta pater & filiusfamilias. At pater & filius emancipatus simul ad idem munus vocantur recte. Domum & familiam hoc loco dicimus pro corpore quod est sub unius potestate, ut in *l. 1. sup. de bon. & mun. non cont.* & ut quodam alio loco domum Theophilus accepit. De protostasiæ munere diximus in *tit. de mun. pat.*

IV. IIDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Sine periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat: sane nominator, qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus devocavit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

Filiusfam. periculo nominatoris creatur curator operum, vel Calendarii, non periculo patris si non consentiat pater, vel si voluntate ejus decurio factus non sit, *l. honor*, *§. plebeii*, *ff. de mun. & hon.* nec dissentienti patri necessaria est appellatio.

De Periculo successorum parentis.

TIT. LXII.

I. IMP. ALEXANDER A. CLAUDIANO. Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromisit, ideoque etiam sacerdotem te creari impetravit: onus erogationis commune omnium heredum ejus esse, præses provinciæ non ignorabit.

Sacerdotium provinciæ munus patrimoniale est, veluti Asiarchia: nam qui eo fungitur, sumptu ejus eduntur certamina & ludi in honorem Deorum, ut diximus in *l. 8. sup. de mun. pat.* & Observat 2. cap. 13. quibus addi volumus, in Actis Apostolorum cap. 19. *τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.* Sed, & quidam sacerdotum Asiæ provinciæ, esse vertendum, qui scilicet præerant ludis theatralibus, quod hic Eusebii locus confirmat lib. 4. cap. 15. *καὶ ᾔτουν τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα: ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ κυνηγέσια.* Rufinus interpretatur munerarium, recte: quo modo & illo D. Lucæ loco possis vertere, Sed & quidam munerariorum. Ut autem si patris voluntate filius decurio fiat, non tantum ipse pater, sed & heredes ejus pro filio civilibus muneribus tenentur, *l. 1. sup. de decur.* ita si patris voluntate filius Asiarches fiat, & de suo pater se ludos editurum promittat, ex hac promissione non tantum filius obligatur qui sacerdotium meruit, sed & omnes heredes patris, *l. 1. §. nec castrense*, *ff. de collat.* Illud etiam adiiciam, sacerdotes illos provinciarum ab honoribus & muneribus civilibus excusationem habuisse, ut hæc vetus inscriptio demonstrat. VERATIO A. F. PAL. *Qui cum privilegio sacerdotii Cœniensis muneribus potuisset ab honoribus & muneribus excusari, præposito honore patriæ honorem æditilatis laudabiliter administravit.* Cicero in Lucullo: *cum sacerdotes Deorum vacationem habeant.*

De Mulieribus, in quo loco munera sexui congruentia, & honores agnoscant.

TIT. LXIII.

I. IMP. PHILIPPUS A. MARTHÆ. Eam quæ aliunde oriunda alibi nupta est, si non in urbe Roma maritus ejus consistat, non apud originem suam, sed apud incolatum mariti ad

ad honores, seu munera, quæ personis cohærent, quorumque is sexus capax esse potest, compelli posse sæpe rescriptum est. Patrimonii vero munera necesse est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere.

A patrimonialibus muneribus mulieres non eacusantur, *l. pen. sup. de mun. pat.* Sed ea agnoscunt apud originem propriam, *l. 12. C. Th. de navic.* non apud domicilium mariti. A personalibus eacusantur, imo interdicuntur, eaceptis quibusdam, quæ sexui earum congruunt, *l. pen. sup. de iis qui num. lib.* quæ tamen non apud originem suam obeunt, sed ubi est domicilium matrimonii, *l. ult. sup. de incol. Si non in urbe Roma*] An quia si io urbe Roma sit domicilium mariti certissimum est vel quasi in commuoi patria eas ibi congrua munera subituras? Fuit olim Roma communis patria Romanorum & Italicorum ea lege Julia: hodie est omnium qui ditioni Romanæ subjecti sunt ex Constitutione Antonini: & ideo eleganter Sidonius, in ea totius orbis civitate unica solos barbaros & servos peregrinari: & Rutilius Numatianus de Roma:

Fecisti patriam diversis gentibus unam,
Profuit injustis te dominante capi.
Dumque offers victis proprii consortia juris,
Urbem fecisti quod prius orbis erat.

De Legationibus.

Tit. LXIV.

I. Impp. Valerianus, et Gallienus AA. Chilsno pp. Pater trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

A legationis munere, quod personale est, quia viaticum & legativum de publico datur, tres liberi eacusant, quod exposui in *l. 1. sup. de iis qui num. lib.*

II. Iidem AA. Marco. Cum vos proprio nomine sumptus ob defensionem publicam suscepcritis, id quod ad proprias erogationes collega vester acceperat, non vobis reddere heredes ejus oportet, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, reipublicæ debent potius inferre. Sane si honorariis advocatorum erat ea quantitas destinata restitui illud vobis, qui hæc præstaturi estis, non injuria postulatis: eum autem collegam vestrum, quem defensione patriæ destitisse dicitis, apud provinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis.

Legati à civitate ad principem missi publicæ caosæ defendendæ gratia, non communi sed suo quisque nomine separatim sumptus & viatica de publico acceperunt: unus ex eis mortuus est: heredes ejus sumptus defuncto datos collegis non restituunt, quos etsi restituere oporteret, quod tamen vix oportet, *l. 10. ff. eod. tit.* Reipublicæ potius restitucrent quam collegis. At si quæ alia pecunia defuncto data sit in honoraria advocatorum qui causam publicam agerent apud principem, hanc restitui collegis oportet, patronis causæ publicæ erogandam. Quod sequitur, *Eum autem*, alius est casus libello comprehensus, cujus definitio hæc est, ut collega qui deservit legationem, accusetur extra ordinem desertæ allegationis (sic habent vet.) id est, defensionis, ut in *l. 1. §. bis igitur personis, ff. de postul.* Hanc legem Græci non intellexerunt 54. *Βασιλικῶν* tit. *περὶ πρεσβειῶν*.

III. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Muciano. Transmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennii vacationem munerum civilium, & honorum habere, non eos, qui de proximo obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

Legatione perfunctis biennii vacatio datur, *l. 2. sup. de hon. & mun. non cont.* quod hæc lea ita distinguit, si transmarina, non si proaima legatio fuerit.

IV. Impp. Constantius, et Constans AA. ad Tatianum. Universi omnino ex comitibus, vel ex præsidibus, qui suffragio perceperint dignitates, civilibus oneribus muneribusque teneantur adstricti, ne commoda publica eum umbratili suffragiorum pactione lacerentur: eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. Dat. Prid. Kal. Jul. Trev. Placido, et Romulo Coss.

Qui honorarias dignitates ex comitibus vel ex præsidibus pretio non meritis adepti sunt, munerum vacationem non habent, *l. 24. 25. 26. 27. 41. 75. 86. C. Th. de decur.* nisi in officium legationis electi sint. Gestæ legationi hæ dignitates adjunctæ vacationem munerum civilium præstant, *d. l. 25.* Ait, *Cum umbratili*] Rectius C. Th. *sub umbratili*: ut Livius, *sub umbra fœderis*. Sententia hæc est: Ne sub specie & umbra harum dignitatum pretio non meritis coemptarum, commodis publicis officiatur.

V. Imppp. Theodosius, Arc. et Honor. AAA. Apodemio pp. Illyrici. Si quod extraordinarium consilium postulatur, eum vel ad nos est mittenda legatio, vel vestræ sedi aliquid intimandum: id quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit, minime in examen cognitoris ordinarii referatur: provincialium enim desideria, quibus necessaria sæpe fortuitis remedia deposcuntur, vobis agnoscere, atque explorare permittimus: ut sit examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur: in loco autem publico de communi utilitate provincialium sententia proferatur, atque id, quod majoris partis probaverit assensus, solemnis firmet auctoritas. Dat. v. Kal. Aug. c. p. Arcad. A. ii. et Rufino Coss.

Decreta legionum fiunt publico consilio: nec præsidibus provinciarum insinuanda sunt. Præf. prætorio insinuantur, ut is vel desideriis provincialium satisfaciat, vel ad principem legationis causam probet.

VI. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Monaxio pp. Quoties ab Alexandrina civitate legatio destinatur, universos curiales præcipimus, qui intra urbem consistunt, si non ægritudine, vel alia inexcusabili necessitate impediuntur, in locum curiæ convenire, & decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili præfecto Augustali insinuare: ut ejus relatione comitati, tuis virtutibus suas petitiones intimene, & sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Dat. iii. Non. Oct. cp. dn. Theod. A. vii. et Palladio v. c. Coss.

Ut

Ut superior, ita hæc est de decretis legationum. Sed illa ad præf. prætorio Illyrici, hæc ad præf. prætorio Orientis de Alexandrina civitate, ut ejus civitatis decreta præfecto Augustali insinuentur, quæ tamen in Illyrico præsidibus non insinuantur. Major est præf. Augustalis quam præsidum auctoritas. Sub ejus dispositione sunt Ægipti provinciæ sex, ut diximus in *titul. de can. larg. tit.* quod tamen Justin. edicto 13. mutavit.

De Excusationibus artificum.

T i t. LXV.

I. IMP. CONSTANTINUS A. AD MAXIMUM. Artifices artium brevi subdito comprehensarum per singulas civitates morantes ab universis muneribus vacare præcipimus: si quidem in discendis artibus otium est accommodandum, quo magis cupiant, & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. DAT. IV. NON. AUG. FELICIANO, ET TITIANO COSS. Et est notitia ista. Architecti, medici, pictores, statuarii, marmorarii, lectarii, seu laccarii, clavicarii, quadrigarii, vel quadratarii, quos Græco vocabulo λιθοξόους appellant: structores, id est, ædificatores; sculptores ligni, musarii, deauratores, albini, quos Græci κονιάτας appellant, argentarii, barbaricarii, diatretarii, ærarii, fusores, signarii, fabri, bracarii, aquæ libratores, figuli, qui Græce dicuntur κεραμεῖς, aurifices, vitriarii, plumarii, specularii, eborarii, pelliones, fullones, carpentarii, sculptores, dealbatores, cusores linarii, tignarii, bractearii, id est, πεταλουργοί.

Artificibus notitia comprehensis, quia artes eas sine otio tractare non possunt, hæc constitutio otium dat, & vacationem à personalibus muneribus. *Et est notitia ista*] Vet. *Et est notitia sic*. Basilica, καὶ ἔστι ἡ γνῶσις αὕτη. Notitia, & breve idem. *Medici*] Accurs. legit, *mulomedici*. Utrumque retinendum censeo, medici mulomedici. Sic Basilica, ἰατροί, ἱππιατροί. Medici sunt Chirurgi, Mulomedici, veterinarii. *Pictores*] *L. archiatros, inf. de metat. Statuarii*] ἀνδριαντοπλάσται. *Lectarii, seu laccarii*] Sic emendavi ex vet. Lectarii sunt, qui fabricant lectos, κραββατοποιοί. Laccarii, qui fossas, vel puteos fodiunt, οἱ τὰ λάκκους ποιοῦντες, ut Græci interpretantur 54. *tit. 6. Clavicarii*] Quidam codices clavicularii, Basilica Græca, κυρδαρέελοι, Gallica, *Le Serrurier*. Alias clavicarii, sive clavicularii dicuntur janitores carceribus præpositi, à clavibus gerendis. Græci ad *l. carceri, ff. de cust. reor.* Ὁ δεσμοφύλαξ, ὃν λέγομεν νῦν καὶ κλαβικλάριον. Eundem & καπικλάριον vocant, & ad *l. 4. sup. de cust. reor.* recte vilem hominem, in quem custodia amissa culpam Commentariensis confert, interpretantur Clavicularium: & ita omnino Clavicularios accipere oportet apud Julium Firmicum 3. Matheseos cap. 6. *Erunt cornicularii, aut Commentarienses, quibus damnatorum cura committatur, seu clavicularii, vel carcerum custodes, & quibus publicarum catenarum cura mandatur*. Commentariensem ὑπομνηματογράφον vocant. Hesychius. Κομενταρήσιος τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος, quæ commentaria à Gallis in foro vocantur, *l'escrove*, παρὰ τὸ ἐνκρύειν, quod est contrudere, & conjicere in carcerem Ciceroni lib. de Suppliciis, ratio carceris, quæ diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam sit. Valentinianus VIII. C. Th. *Qui commentariensium nomine exosa miseris claustra custodiunt*. Sed ad rem. Complures codices hoc loco habent *Cavidarii*, quod forsitan rectius est. Inveni idem vocabulum lib. 56. Βασιλικῶν ad *l. 12. inf. de cohort.* Ἐὰν δὲ ἀποθηκάριος, ἢ τραμεζίτης, ἢ καβιδάριος, ἢ ἀργυρος, ἢ ἐσθῆτα πεπορφυρωμένην ἐπιχειρήσῃ ταξεώτης γενέσθαι, ἐκβαλλέσθω. Invenitur etiam in veterum Glossis *Quadrigarii*] ἁρματοποιοί. *Quos Græco vocabulo*] Reposui ex eodem Βασιλικῶν libro λιθοξόους. Horum ars est lapides expolire, quod & his verbis in eo libro significatur, οἱ τοὺς διαφανεῖς λίθους ἀκονοῦντες. Cassiodorus in Psalm. cxxv. *De structoribus cementorum, aut saxorum quadratariis*. *Structores*] οἰκοδόμοι *Sculptores ligni*] γλύπται ξύλων. Scribimus græca ex libris Βασιλικῶν, ne quis de latinis postea addubitet. *Musarii*] μουσωταί, qui μουσοῦσι. & Musivarii. Significatio nota. Apud Firmicum in fi. c. 4. lib. 3. legendum ex veteribus. *Aut inauratores, aut musivarios*: quod & antequam veteres inspexissem, me docuerat Petrus Pithœus vir eruditissimus. *Albini*] λευκάνται, τουτέστι κονιαταί. Idem dicuntur Albarii, & in *l. si servus, §. ult. ff. ad leg. Aquil.* tectores, quem locum Græci ita vertunt, ἐὰν οἶνος πλήρη λάκκον μισθωθεὶς κονιατῇ, & laccum, cisternam interpretantur. Inde Tertullianus de Idol. *Scit albarius tector, & tecta sarcire, & tectoria inducere, & cisternam liare. Argentarii*] ἀργυροκόποι, *l. pen. ff. de aur. & arg. leg. l. ult. ff. de obligat. & action. Barbaricarii*] Donatus Æn. XI. *Barbaricarii dicuntur, qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas, & animalium, & aliarum specierum imitatam subtilitate veritatem*. Idem cassides, & buculas auro, vel argento tegunt, *l. 1. C. Th. de fabric.* Palæmon in glossis: *Barbarica, ornamenta ex auro. Diatretarii*] Hi perforant margaritas, οἱ τετρῶντες τοὺς μαργαρίτας: in *l. si servus, §. si culicem, ff. ad l. Aquil. Diatretum faciendum*, id est, calicem ex lapillo, vel gemma perforandum. Dorotheus vertit, ἐπὶ τῷ τρυπῆσαι. *Fusores*] veluti plumbarii, etsi qui sunt alii: οἷον μολυβδουργοὶ καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. *Signarii fabri, bracarii*] γλύπται, τέκτονες, βρακάριοι *Aquæ libratores*] Sic emendavi ex *C. Th. & l. prox.* quamquam Græci simpliciter vertant ζυγοστάτας. Frontinus de aquæductibus. *Procuratorem oportet calicem ejus moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus signare. Aurifices*] Alii sunt deauratores, alii aurifices, χρυσωταί, & χρυσοχόοι. *Vitrearii*] ὑελουργοί. Græcam Βασιλικῶν appellationem, ut hoc iterum testificer, singulis artibus apponi necessarium esse duxi. *Plumarii*] Sic Græci atque etiam veteres libri, non plumbarii. Plumarii sunt, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt: quo genere prisca luxuria delectata est. Prudentius in Hamartigenia. *Avium quoque versiculorum indumenta texentem plumea telis*. Vel qui acu pingentes exprimunt animalium, vel hominum figuras. Hieronymus in Chronicis: *Macedonius artis plumariæ*: & in versione Exodi sæpe. Firmicus 3. c. 13. *Faciens linteones, aut tunicarum textores, plumarios*, & cap. 10. *Qui erunt etiam linteones, aut plumarii*: eodem usi sunt Varro, Vitruvius, Vopiscus. *Specularii*] σφετλοποιοί, vel σπιτλοποιοί. *Eborarii*] ἐλεφαντουργοί. *Pelliones*] σκυτοτόμοι. *Carpentarii*] In Basilicis, σκυματοποιοὶ ad *l. ult. ff. de jur. immun.*: οἱ τὰ σάγματα τῶν καμήλων. Igitur lego, σαγματοποιοί. * Hi faciunt clitellas camelorum, quæ carpenta latine dici non ambigo: earum forma eadem fere, quæ carpentorum quibus gestamur. *Sculptores*] γλύπται. Hoc nomine græco, & sculptores lignorum significantur, & qui signa faciunt, sive signarii, & alii quilibet sculptores cælatoresque. *Dealbatores*] Albini parietes dealbant, hi alia quælibet. *Cusores linarii*] τῶν λινυφέων κόπται, qui cudunt lina. *Tignarii*] Hi sunt, qui ligna dolant, *l. ferri, ff. de verb. signif.* Græci generali vocabulo utuntur, τέκτονες, ut in ea lege τέκτονας ξύλων. *Bractearii*] Qui dicantur Budæus exposuit recte. Bracteatores à Firmico dicuntur.

* Nihil mutandum censeo. Theophanes ἐνάθησαν αὐτὰς ἐπὶ ὄνῳ σαγματουμένῳ. Sic enim habebat Codex Pei-

Peirescianûs : quod miror non notatum in variis ad Theophanem : dixere enim σέγμα, & σαῦμα vide Glossarum nostrum in Nicetam. Fabrotus.

II. Impp. Constantius, et Constans AA. ad Leontium pp. Mechanicos & geometras, & architectos, qui divisiones partium omnium, incisionesque servant, mensurisque, & institutis operam fabricationibus stringunt: & eos qui aquarum ductus inventos, & modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone perpellimus: itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. Dat. Prid. Non. Jul. Leontio, et Sallustio Coss.

Specialiter mechanicos videtur accipere pro iis quorum ingenio, & institutione fiunt organa mechanica, pneumatica, automatopoetica. Dat autem vacationem personalium munerum. Ideo tamen tutelæ remissæ non censentur, ut ostendi in *l. 3. sup. de mun. pat.* itaque nihil obstat *l. Geometræ, ff. de exc. tut.*

De potioribus ad munera nominandis.

T i t. LXVI.

I. Imp. Antoninus A. Basilio. Si ipse vocatus ad munera civilia, potiorem alium nominandum putaveris, age causam tuam.

Ad munera personalia potiores nominandi sunt, & qui nominatus est, si alium se potiorem indicaverit, in eum transfertur onus: qua de re diximus aliquid in *l. 46. sup. de decur.* & Pauli Sentent. *lib. 2. tit. de potioribus nominandis*: & hoc re integra, *l. pen. sup. qui da. tut.*

Si propter inimicitias creatio facta sit.

T i t. LXVII.

I. Imp. Alexander A. Aniceto. Si propter inimicitias ad munera civilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere præsidis æquitas faciet: cum & publicæ utilitatis intersit, non ex inimicitia creationes fieri debere, sed examinatione vera, & commodo Reipublicæ.

Excusatur ab injuncto munere, qui se propter inimicitias nominatum præsidi provinciæ probat, ut eo onere negotioque vexetur, *l. 6. §. pen. ff. de exc. tut. l. 14. sup. eod. l. 1. §. 5. ff. de vac. mun. Examinatione*] Malo *existimatione*, ut in veteribus.

De sumptuum recuperatione.

T i t. LXVIII.

I. Imp. Gordianus A. Dionysio. Muneribus civilibus non fungeris, quæ personis mandantur, si quinque filios incolumes habes: at si contra id privilegium ad munus fatigandi tui causa quidam te devocaverint, tuque appellatione interposita securitatem reportaveris: à nominatoribus sumptus, quos in litem feceris, recuperabis.

Si qui numero liberorum à publico munere excusabatur, nominatus sit, & appellaverit, excusatione probata, & admissa, sumptus à nominatore injusto recipiet in eam litem factos, *l. 2. sup. de decur. l. severiter sup. de exc. tut.*

Si post creationem quis decesserit.

T i t. LXIX.

I. Imp. Gordianus A. Astitico. Si ante diem subeundi honoris atque muneris, pater tuus defunctus est, conveniri eo nomine heredes ejus non oportere, præses provinciæ minime ambiget.

Qui decessit post nominationem antequam honorem, vel munus subiret, nullam eo nomine obligationem in heredes suos transmittit: & ita si pater decesserit post allectionem filii in curiam antequam munera civilia susciperet, nullam in heredes suos obligationem transfert, ut diximus in *l. 1. sup. de decur.*

De Tabulariis, scribis, logographis, & censualibus.

T i t. LXX.

Tabularii, scribæ, logographi, censuales: conditionales sunt, & ideo quoties res exigit, tormentis subjiciuntur, *l. 1. & 2. hoc tit. l. 7. sup. de jur. fisc. l. 1. C. Th. ne col. per log. eel.* De tabulariis diximus in *l. 2. & 7. sup. de jur. fisc. l. 15. sup. de decur.* & dicemus in *l. 13. tit. seq.* Scribæ sunt curiarum, sive magistratuum municipalium scribæ: & generaliter horum omnium munera personalia, & municipalia sunt, *l. 1. hoc tit. l. pen. sup. de def. civ. l. ult. §. ii quoque, & §. magigophori, ff. de mun. & hon.* Nihil hic de prætoris scriba, de quo *l. ult. sup. de mag. con.* Nihil de clariss. scriba, qui in provinciis est quasi prætor tutelaris quidam, de quo *Nov. 94.* & quæ officium ejus definit aperte Constantini Nov. *περὶ συνοδικῶν τῦ σκρίβα*: cujus initium, Ἐπειδὴ ὁ σκρίβας ἐκ ἔστι τέλειος δικαστὴς, ἀλλὰ ἐκ τῶν θεματικῶν κριτῶν ἐκ αὐτῶν τῶν ἀντιγραφέων ὑποβέβηκε, καὶ σχεδὸν ἡ πᾶσα φροντὶς τῶν ἀφηλίκων, καὶ ὁ περὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν κίνδυνος ἐκ μεγάλης ἀμελείας εἰς αὐτὸν ἀφορᾷ, &c. Tabulariis similes sunt logographi: nam & hi tributorum rationibus scribendis occupantur, *Nov. 128.* Sed ejusdem muneris pro varietate locorum variæ appellationes sunt, *l. ult. inf.* Et huic titulo non convenit Sudæ definitio: λογογράφος ὁ δίκας ἢ τοῖς δικαστικοῖς γράφων. Censuales sunt, qui operam suam accommodant magistro census in urbe, & actus Senatus conficiunt, *l. 1. C. Th. de stud. lib. l. consulta, l. testamenta, sup. de testam. l. 2. & 4. inf. de priv. ag. in reb.* & in provinciis census, & patrimonia describunt, quos in *l. 5. ff. de mun. & hon.* iis verbis puto notari, *Ad census accipiendos, vel patrimonium scribatus*, sic lego, ut *l. 4. sup. de appel.* aurum oblatitium à senatoribus exigunt: Prætores, & Quæstores nominant, ut ex Codicis Theodosiani sexto didici, de quibus, & in *l. 1. C. Th. de privileg. dom. Aug. & Nov. 17.* & Symmachus in epistolis: *Argenti publici ratio, quod censualibus editores munerum contulerunt.* His etiam junguntur subscribendarii, actuarii, diurnarii, regerendarii, *l. 8. C. Th. de cohort. prin.* & alii in *l. ult. hoc tit.*

I. Impp. Constantius, et Constans AA. ad Catullinum pp. Nullus

omnino ex tabulariis, vel scribis, vel logographis, eorumque filiis in quocunque officio militet : sed ex omnibus officiis, necnon etiam si intra nostrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti, & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. Dat. viii. Kal. Jul. Lauriaco Marcellino, et Frodino Coss.

Conditionales illos esse ex eo etiam apparet, quod illorum filios eadem munera sequantur. Ab ea conditione eos quinquennalis militiæ, liberat, *l.38.C. Th.de decur.* quod in eo Codice etiam de decurionibus ita præscriptum, Tribonianus in suum non retulit, propterea, quod tandem obtinuerat, ne longam quidem militiam curia quemquam liberare,

II. Imppp. Gratianus, Valentinia. et Theodosius aaa. Nautrio. Quicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipaverit, conditionem habeat, quam ipse delegit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quæstioni subdendum invenerit. Dat. xv. Kal. Octob. cp. Richomere, et Clearcho Coss.

Curiales tormentis non subjiciuntur, *l. 33. de decur.* Curiales censuales effecti tormentis subjiciuntur quasi conditionales.

III. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Adriano pp. Generali lege sancimus, ut sive solidis provinciis, sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii : liberi homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius servituti. Sed & si quis dominorum servum suum, sive colonum chartas publicas agere permiserit (consensum enim non ignorantiam volumus obligari) ipsum quidem, in qantum interfuerit publicæ utilitatis pro ratiociniis, quæ servo, sive colono agente tractata sunt, obnoxium attineri : servum autem competentibus affectum verberibus fisco addici, dominorum enim interfuit ab initio provide, ne publicis actibus privata servitia immiscerentur. Dat. viii. Kal. Apr. Mad. Vincentio, et Fravitta Coss.

Tabularii erant olim servi publici Capitolinus in Gordianis : *Non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent.* Servos publicos, tabularios vocat. Inde *l. ult. sup. de ser. Reip. man.* tabularii actus argumentum est servitutis. At hac Constitutione cavetur, ne in posterum servi tabulario præficiantur, sed liberi. Et ut si servus, vel adscriptitius sciente domino tabulariam administraverit, ipse quidem servus flagellis cæsus fisco addicatur, dominus ex administratione servi in solidum teneatur.

IV. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Cyro pp. Boethos logistarum, demogrammateos, logographos, diastoleos, quæ vocabula publicis dicuntur subjacere necessitatibus, sive quolibet alio nomine nuncupentur : non honore, aut alicujus privilegii colore subnixos, pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli, quatenus nec publicis quidquam noceatur, aut minuatur utilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos vel patris, vel majorum obligatio, vel sua constringit.

Sic emendavi, *Boethos logistarum, demogrammateos*, ex liv. Βασιλικῶν in quo ita est, Οἱ βοηθοὶ τῶν λογιστῶν, καὶ οἱ δημογραμματεῖς, καὶ οἱ λογογράφοι, καὶ οἱ διαστολεῖς. Logistæ sunt curatores Reip. ut dixi in *l. 30. sup. de decur.* Adjutores igitur curatorum Reip. plebis scribæ, & logographi, & dispunctores, & nec honore nec privilegio ulla his conditionibus liberantur : idem statuendum de subscribendariis, diurnariis, actuariis, regerendariis, notariis, librariis, & si qui sint ejusdem conditionis, qui aliis nominibus nuncupentur: διαστολεῖς interpretor dispunctores rationum, sive instrumentorum, qui scio διαστέλλειν, διαστίζειν, dispungere idem esse, conferre scilicet accepta, & expensa : Dicimus & æra dispungere. Apulejus de Deo Socratis : *Igitur quotidiana eorum æra dispungas, invenies rationibus multa prodige profusa, & in semet nihil* : qui locus vulgo misere depravatus est : legitur enim, *ora dicere*, pro *æra dispungas*, & *vel*, pro *nihil*, & paulo ante, *decurritant*, pro *detrectant*.

De Susceptoribus, præpositis, & arcariis.

Tit. LXXI.

Susceptores sunt, qui annonis, & tributis utriusque ærarii recipiendis præpositi sunt, *l. cum possessor, in fi. ff. de censib.* Præpositi, qui horreis, in quibus species fiscales deponuntur, *l. 2. hoc tit.* vel pagis, de quibus dixi in *l. 9. sup. de jur. fisc.* Arcarii, qui his quæ in arcam præf. prætorio inferuntur suscipiendis præpositi sunt, *l.1. sup.de iis, qui ex pub. ratio. mut. acc. l. 3. sup. de cau. larg. tit. l.ult. hoc tit. & Justin.edic.* 13. Arcarii præfectorum à Cassiodoro dicuntur lib. 1. Arcam præfecti prætorio etiam τράπεζαν, sive mensam vocant, de qua in *l. 6. sup. de exact. tribut.* & ideo non male Sidonius arcariis deputat pondera, quæ simul ac mensuræ susceptoribus omnibus attribuuntur, *l. pen. sup.de defen.civit.* Majorianus ad Basilium pp. *de indul. rel. Sancimus universorum fiscalium titulorum, vel ad arcam magnificentiæ tuæ, vel ad utrumque ærarium pertinentium reliqua à possessoribus non petenda.* Et ita in illo quoque edicto Justiniani ærarii, sive largitionum tituli ab arcariis separantur.

I. Imp. Constantinus a. ad Eufrasium rationalem trium provinciarum. Susceptores publicos absque omni mora aurum censemus suscipere, ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. Nam si solvere volens à suscipiente fuerit contemptus : testibus adbibitis contestationem debebit proponere, ut hoc probato, & ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus, cum emolumentis accipiat: & qui suscipere neglexerit, ejus ponderis, quod debebatur, duplum fisci rationibus per vigorem officii præsidis inferre cogatur. Quod autem susceptores judice, cujus interest negligente violaverint : ex ipsius judicis facultatibus sarcietur. Dat. xiv. Kal. Aug. Paulino, et Juliano Coss.

Scripta est ad rationalem trium provinciarum, id est, Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ut constat ex Notitia imperii, & *l. 1. C. Th. com. divid.* Id vero ea continetur, ut aurum, quod infertur, susceptores confestim recipiant, vel si per eos mora fiat, ut de eo publice contestationem collator faciat, ut in *l. 4. inf. de col. fun. pat.* cujus hæc erunt effecta : collator non incidet

cidet in commissum, quia per eum non stat quo minus fisco fuodorum suorum nomine aurum exsolvat: collator liberabitur: collatori dabitur apocha perinde ac si re vera solvisset, & damnum fisco susceptor resarciet in duplum judice imminente, vel ipse judex si in susceptore exigendo negligens fuerit. Oblatio igitur sola collatorem liberat: quod non ita fit in privatorum causis, nisi oblationem oblatæ pecuniæ peremptio sequatur. His de auri ponderatione adjectum fuit, quod est relatum in *l.1.tit.seq.* quæ eandem inscriptionem, & subscriptionem habet.

II. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Secundum pp. Juxta inveteratas leges nominatores susceptorum, & eorum, qui ad præposituram horreorum, & pagorum creantur, obnuxii teneantur, si minus idonei sunt, qui ab eisdem fuerint nominati: nee quidquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercentur. Dat. iii. Kal. Aug. cp. Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Susceptores canonum, & præpositi horreorum creantur fide, & periculo nominatorum: quod jus vetustissimum est, *l. 8. inf.* Nominator ex nominati bonis emere nihil potest per se, vel per alium, quod quasi singulare notandum. Nemo dicet fidejussorem, quem inexcusso principali convenire licet, nihil posse emere ex principalis bonis. At nominatorem, quem in excusso nominato convenire non licet, dicemus hac lege ex ejus bonis emere nihil posse, ne scilicet, qui idoneum eum præstare debet, cum eo contrahendo, quo minus sit idoneus, efficiat.

III. Idem aa. ad Mamertinum pp. Susceptores novi non modo præsentis anni debita, verum etiam species, quas ex reliquis inferunt, quia novæ sunt accrescentes, suscipiant. Dat. Prid. Kal. Novemb. Romae Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Susceptorum munus annuum est, *l. 4.* Susceptores annonarum novi, non tantum hoc anno debita recipiunt, sed etiam reliqua anni præteriti, quandoquidem ea implentur ex hornotinis speciebus, quia ita novi susceptores nova suscipiunt, sive ex præsenti, sive ex præterito debeantur. Pro *accrescentes*, rectius in C. Th. *ac recentes*.

IV. Idem aa. ad Florentium c.s.l. Neminem susceptionis munere functum, ad idem munus adstringi, nisi se prius vinculo sollicitudinis superioris absolverit. Nam neque eos, qui placuerint, gravare justi est: neque eos, qui displicuerint, tenere prudentis. Integro igitur singuli anniversario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta dispersferint: ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam. Non perpetui autem exactores teneantur in continuata vexandorum provincialium potestate velut coneussionum dominatione, sed per annos singulos judiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis, aut raritas ordinis eos per biennium esse compellat. Dat. xv. Kal. Octob. Mantebri, Gratiano ns. p. et Dagalaifo Coss.

Hæc lex conflata est ex *l. 11. 12. C. Th. eod. tit.* quæ sunt diversorum Imperatorum. At Tribonianus primæ inscriptionem, & subscriptionem retinuit, non secundæ: quod nesciens Haloander, male inscriptione assumpta secundæ, hanc facit octavam. Id autem est ex prima, id est, ex *l.11.*ut anno finito susceptionis rationem reddant, nec ad idem munus ante vocentur, quam rationem reddiderint. Ex secunda, id est, ex *l.12.* ut singulis annis susceptores mutentur, nisi more civitatis soleant fieri in biennium, vel nisi raritas hominum, sic legendum, non *auctoritas*, græce τὸ σπάνιον, eos in biennium creari cogat.

V. Idem aa. ad Germanianum c.s.l. Quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepta. Dat. vi. Id. Jan. Romae Lupicinio, et Jovino Coss.

Constitutum fuit, ut solidi ex quocunque titulo fiscali collecti in massam auri redigerentur, atque ita pro solidis massa ad comitatum transmitteretur, *l. 12. & 13. C. Th. eod.* & inde in aula, Scrinium aureæ massæ: proinde interest scire quanti libra auri æstimetur, ut sciatur illata massa, quot solidi illati sint. Et lex libram auri LXXII. solidis, sive aureis æstimat: & ideo centesimæ usuræ definitio cum hæc primum fuisset, quæ in centenos aureos quotannis reddit duodenos: deinde, quæ in centenos reddit duodenos, semis, ut Justiniani, & Leonis Novellæ docent: ad extremum hæc obtinuit, quæ in centenos reddit XVI. semis, & quatuor siliquas: nam in libram, quæ est solidorum LXXII. XII. reddit auctore Harmenopulo: quod & Zonar. significat in Nicæni Conc. c.17. his verbis: ὥσπερ τοῖς νῦν αἱ λίτραι μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἀριθμοῦνται, οὕτως τοῖς παλαιοῖς αἱ ἑκατοντάδες ἦσαν, καὶ ἦν ὁ τόκος τῶν ἑκατὸν νομισμάτων νομίσματα δώδεκα: διὸ καὶ ἑκατοστιαῖος ἐλέγετο, ὡς ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀπαιτούμενος. Sed de his in *ti. seq.* alia quædam.

VI. Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus aaa. ad Chilonem. Frumenta quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico apocharum cautionibus adnotentur, non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta constitui. Dat. v. Id. Apr. Trev. post Consulatum Gratiani a. iii. et Equitii v.c.

Ut apochis frumenti horreis illati quantitas adnotetur: ut in horrea fiscalia nonnisi frumenta fiscalia reponantur. Pertinet hæc lex ad præpositos horreorum.

VII. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Hypatio s.n. Diu minime penes ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim quodcunque à provincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur. Dat. iii. Kal. Mai. cp. post Consulatum Antonii, et Syagrii.

Dixi io *l. 1. sup. de sac. larg. tit.*

VIII. Idem aaa. Cynegio pp. Exactores, vel susceptores in celeberrimo cœtu curiæ, consensu & judicio omnium, sub actorum testificatione firmentur: provinciarumque rectoribus eorum nomina, qui ad publici munus officii editi atque obligati fuerint, innotescant: & animadvertant quicunque nominaverint, ad discrimen suum universa, quæ illi gesserint, redundare. Dat. Kal.

Nov. cp. Honor. n. p. et Evodio vi. Coss.

Ordo curiæ exactores, vel susceptores creat suo periculo, creationem insinuat præsidi: excipiendi sunt susceptores rei privatæ, quorum creatio ad curiam non pertinet, *l. 9. sup. de jur. fisc.* & susceptores vestium, quorum creatio pertinet ad proconsulare officium, *l. pen. hoc tit. l. 4. C. Th. eod.*

IX. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. Cynegio pp. Modios æneos, vel lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulasque civitates jussimus collocari: ut unusquisque tributarius, sub oculis constitutis rerum omnium modiis, sciat quid debeat susceptoribus dare; ita ut si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque, vel ponderum normam putaverit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subiturum: & submotis, quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas hordei quadragesimas, vini, & lardi vicesimas susceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate commoti, susceptoribus in Armeniæ susceptionibus longinquitatis causa frumenti, & hordei quadragesimas, vini & lardi quintasdecimas, dari præcipimus. Dat. iv. Kal. Dec. cp. Honorio n. p. et Evodio v. c. Coss.

Hæc constitutio jubet, ut singulis stationibus, & civitatibus mensuræ ac pondera publice collocentur, ne quid supra modum debitum à collatoribus exigatur, & ut susceptores puniantur, qui ultra modum exegeriot: qua de re, & in *l. pen. sup. de defens. civit. & Nov. 128.* Et ut susceptoribus ἐπίμετρον detur, sic vocatur aptissime *in l. 5. C. Th. eod.* frumenti quinquagesima, hordei quadragesima, vini & lardi vicesima, amplius in Armenia, frumenti puta, & hordei quadregesima, vini & lardi quintadecima: id & Mantisam veteres vocasse videntur. Quidam, Superpondium.

X. Iidem aaa. Cynegio pp. Susceptores præsentibus defensoribus, & modum jugationis possessorum, & species singulas, vel earum numerum quantitatemque præscribant. Dat. iv. Kal. Dec. cp. Timasio, et Promoto Coss.

Ut præsentibus defensoribus civitatum, qui quasi quidam Tribuoi plebis sunt, susceptores præscribant modum jugationis cujusque, & species singulas, quas fisco inferri oportet, ut earum quantitatem.

XI. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Benigno Vic. Urb. Romae. Securitates semel publicataa, & gestis lectas, vini susceptoribus imputari: & cœptam arcæ discussionem volumus in apertum quæsita ratione deduci, & omnes publicas securitates, quæ gestis tenentur, à susceptoribus accepto fieri. Dat. vi. Id. Jun. Med. Stilicone, et Aureliano Coss.

Ut apochæ apud acta publicatæ omnimodo vini susceptoribus imputentur, & ut cœpta arcæ vinariæ discussin rationisque redditio perficiatur, & publicetur. Arca hoc loco vinariam significat, de qua, & in *l. 3. C. Th. de cal. coll.*

XII. Iidem aa. Pompeiano pc. Africae. Si aliquid à susceptore, vel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel interversione convictus, id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, & si rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione detulerit. Dat. Prid. Kal. Jan. Med. Stilicone, et Aureliano Coss.

Ne tabularii, vel susceptores in eo munere aliquid evertisse, & decoxisse convicti, idem postea repetere possint. Huic legi conjungenda est *l. 1. sup. ad l. Jul. de amb.* quæ eandem iosclipriouem, & subscriptionem habet. At non de iis muneribus loquitur, sed de officiis, quæ operam suam accommodant viro spectabili proconsuli Africæ, ut ne princeps officii, vel numerarius, vel commentariensis, vel ducenarius, vel primiscrinius ea officia repetant. Munera possunt repeti, nisi quis in eis decoxisse convictus fuerit. Illa officia nullo modo: quod & ad eundem modum constituitur de officiis ducis Lybiæ in *l. pen. C. Th. de numerar. Clandestina*] Clandestina, hoc est, obreptitia. At rescriptum præf. prætor. insinuatum valere puto, arg. *l. si quis, inf. de cobort. prin. l. 2. & 5. inf. de div. offic.*

XIII. Iidem aa. et Theodosius a. Lucio Com. s. l. Duos tabularios, seu numerarios, & susceptores totidem per universas provincias oportere constitui clementia nostra præcepit: scire autem volumus prætorianam amplissimam præfecturam, eos qui aurum largitionale susceperint, nihil cum arcæ ratiociniis habere commune: judices autem provinciarum quinque libris auri multandos, & primates officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum. Dat. vi. Kal. Febr. Basso, et Philippo Coss.

Ut in singulis provinciis duo sint tabularii & duo susceptores, quorum unus scilicet largitionales titulos tractet, alter arcæ præfectorum prætorio rationem, & ut ne horum officia confundantur, largitionalium puta & arcariorum: quod habuimus etiam *sup. de can. larg. tit. l. 3.* & repetemus in *l. 4. inf. de numerariis*. Cur autem ut in hac lege Tribonianus adjecit *Seu numerarios*, ita in *d. l. 4. Numerarii qui &*, quæ non erant in Codice Theodosii, operæpretium est ostendere. Ee animadverti in officio magistratuum eodem prorsus munere fungi numerarios, quo & tabularios in civitatibus & curiis. Tabularii chartas publicas administrare dicuntur, *l. pen sup. tit. prox.* Et numerarii in *l. 6. C. Th. de numer.* Tabularii rationes supputant, *l. 2. sup. de jur. fisc. l. ult. ff. si men. fal. mod. dix.* Seneca 12. Epist. *Non esse feliciorem cujus patrimonium tabularios lassat*. Numerarii item, quod nomen ipsum notat satis. A numerando enim dicti sunt numerarii. August. 2. de liber. arbit. *Multos novi numerarios, aut numeratores, vel si quo alio nomine vocandi sunt, qui summe atque mirabiliter computant*. Valeotinianus *Nov. de off. & num. præf. Penes numerarios prætorianæ sedis publicarum rationum notitia consistit*. At tabularii conditionales sunt. Numerarii non item. Excipiuntur numerarii præsidum & consularium, quibus & ob eam rem conditionale tabulariorum oomen imponitur, *l. 2. inf. de num.* cui consequenter in Notitia Romani Imperii consulari Campaniæ, correctori Apuliæ & Calabriæ, præsidi Dalmatiæ pronumerario tabularii duo tribuuntur. Ut igitur intelligeretur in hac lege, & in *d. l. 4.* non de tabulariis civitatum, sed de tabulariis rectorum provinciarum agi, qui olim numerarii dicebantur, ideo illa quæ notavimus adjicienda esse, meo quidem judicio, Tribonianus censuit.

XIV. Impp.

XIV. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Euchario. Humilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Susceptionem itaque vestium æquius est ab officio proconsulari, vel ab his, qui in eodem meruerunt, solemniter procurari. Horum namque interest hujusmodi explorare rationem, & quærere qualitatem eorum, quorum ad constituendum commodior cura est. Neque enim æquum est, ut ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant: hanc igitur ab ordinibus injuriam submovemus: exceptis his si qui curialium in officio memorato, aut militasse, aut militare fuerint deprehensi. Dat. Prid. Kal. Mar. Rav. Honorio ix. et Theodosio v. AA. Coss.

De hac lege scripsimus Obser. 2. c. 8. Quod ait, *Solemniter*, significat solere officia proconsolaria hanc susceptionem procurare, *l. 4. C. Th. eod. tit.*

XV. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Volusiano pp. Aurum sive argentum quodcunque à possessore confertur, arcarius, vel susceptor accipiat, ita ut provinciæ moderator, ejusque officium ad crimen suum noverit pertinere, si possessoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium, & quidquid ex provinciis ad nostrum dirigetur ærarium, id ad illustres viros ærarii nostri comites relatione deferatur. Dat. iii. Kal. Mart. Rav. post Consulatum Felicis, et Tauri vv.cc.

Ut cura præsidum & officialium eorum à susceptoribus vel arcariis provinciales inquis ponderibus non lædantur: & ut quod ad comitatum transmittitur, ad Comites largitionum privatarum referatur. Probo, quod adjicitur in Codice Theodosii, *Et ad eminentiam tuam*, id est, ad præf. prætorio, propter ante habitam de arcariis mentionem.

De Ponderatoribus, & auri illatione.

Tit. LXII.

I. Imp. Constantinus A. ad Euphrasium Rationalem Trium Provinciarum. Aurum quod infertur à collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam adpendere: æqua lance, & libramentis paribus suscipiatur. pp. xiv. Kal. Aug. Paulino, et Juliano Coss.

Constituitur hac lege, ut aurum quod fisco infertur à provincialibus, sive in solidis consistat, sive in massa obryzæ, æqua lance & libramentis paribus appendatur & suscipiatur: quæ verba Græci male accipienda censent, secundum *l. 5. sup. tit. prox.* & rectius in *C. Th. eod. tit.* ea ad stateram referuntur, quæ unam tantum habet lancem non duas, sicut libra, ut dum aurum appenditur, æqua sit ea lanx, æqua momenta, æquum examinis libramentum. Quoniam, quod amplius est in eodem titulo non consentit cum *l. 5. tit. prox.* secundum quam solidus est sexta pars unciæ. At secundum eam quæ est in illo tit. *C. Th. de ponderat.* Constantini legem, solidus est septima pars unciæ: libra igitur solidorum LXXXII. quam *l. 5.* facit LXXII. Consentit utraque in hoc, unciam esse duodecimam partem libræ, solidum constare scriptulis quatuor. Sed unciam una constituit ex scriptulis XXIV. quæ vulgaris est definitio, altera ex scriptulis XXVIII.

II. Imp. Julianus A. ad Mamertinum pp. Quoties de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem sermo græcus appellat zygostatem, per singulas civitates constitutum, qui pro sua fide atque industria, neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere. Dat. ix. Kal. Mai. Salonae Juliano A. iv. et Salustio Coss.

Ut in singulis civitatibus sint ponderatores, sive ζυγοστάται, quorum judicio nummi probentur, &, ut fieri solere Justin. indicat edicto xi. signa etiam ponderum ab eis nummis imprimantur. Inde Synesius Asclepiodoro: ὡς ἀπειλήφθησαν, ὡς ἐζυγοστάτησεν, ὡς κατεσημασμένον τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι τὸ χρυσίον, ex quo apparet quanta in explorandis probandisve nummis olim diligentia fuerit adhibita, quam in Queruli Comœdia Pseudoplautus notans, *Quid*, ait, *tam simile quam solidus solido? Etiam hic distantia quæritur in auro, vultus, ætas & color, nobilitas, literatura, patria, gravitas atque ad scriptulo: quæritur in auro plus quam in homine.*

De auri publici prosecutoribus.

Tit. LXXIII.

I. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Anthemio pp. Auri prosecutores partim nulla præmissa (ut assolet) prosecutoria aurum præsumunt, partim diutius retentant, quod statim fuerat adsignandum. Ideoque censemus ne quis absque præcepto viri illustris Comitis sacrarum largitionum, vel coquendum aurum sumat, vel capiat deinceps retinendum. Dat. xiii. Kal. Aug. Honorio viii. et Theod. iii. AA. Coss.

In transmissionem auri sacrarum largitionum prosecutores constituuntur, sed non sine prosecutoria, id est, præcepto Comitis largitionum. *Coquendum*, id est, consumendum, intervertendum. Aurum publicum dicitur, quod ærario publico, id est thesauris & largitionibus infertur. Sic vero prosecutores frumentorum Cassiodorus dixit lib. iv. Prosecutores equorum *l. 1. inf. de tractor. & stat.* Prosecutores publicarum functionum, *l. 9. inf. de curs. pub.* Prosecutores reorum, *l. solent, ff. de cust. reor.*

De iis, quæ ex publica collatione illata sunt, non usurpandis.

Tit. LXXIV.

I. Imp. Constantinus A. Nullus judicum id, quod à Republica ex collatione susceperit, mutui interventione opposita, vel invadat, vel conetur invadere. Dat. Prid. Non. Mart. Trev. Paulino, et Juliano Coss.

De iis qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam accipiunt, est tit. vi. hujus libri. Hæc de præsidibus qui

qui mutuam eam dant, vel alio quovis modo usurpant.

II. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Have Lampadi k. n. Nullus penitus ex eo, quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum usurpet: nisi forte præsumendi facultatem sublimium potestatum jussione perceperit. Dat. III. Id. Apr. cp. Antonio, et Syagrio Coss.

Conditis] Horreis, *l. ult. sup. de cond. in pub. horr.*

III. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Messalae pp. Sciant judices, nihil sibi ex privatæ rei canone, vel ex eo, quod ex iisdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere, nisi malint gravissima severitate suam licentiam coerceri. Dat. XVI. Kal. Jun. Med. Theodoro Coss.

Superiores sunt de jis quæ inferuntur largitionibus, vel arcæ præfectorum. Hæc de iis quæ inferuntur ærario privato, ut ex Privatiano canone sicut Græci loquuntur hoc loco, præsides nihil usurpent: & repetita est *l. ult. inf. de collat. fun. patr.* ex qua intelligitur hæc verba, *Ex jisdem titulis*, ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referri.

De auro coronario.

Tit. LXXV.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Cynegio pp. Ad collationem auri coronarii placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. Dat. XV. Kal. Feb. cp. Richomere, et Clearcho Coss.

Aurum coronarium in aliis auctoribus sunt aureæ coronæ, quæ triumphantibus offeruntur, sicut æs coronarium, æneæ coronæ histrionum apud Plinium lib. 33. c. 9. & lib. 34. c. 8. In Constitutionibus nostris aurum coronarium est quod in coronis aureis decuriones principi offerunt amore proprio, ut ait *l. 4. C. Th. de aur. cor.* vel indulgentiarum lætitia vel rebus prospere gestis, vel alia ex causa. Pio oblatum adoptionis suæ causa fuisse Capitolinus scribit. Item Satrapæ, *l. ult. C. Th. de aur. cor.* Et Judæi, *l. pen. sup. de Judæis.* Solebant id olim Judæi quotannis conferre Patriarchis Hierosolimitanis. Cicero pro Flacco: *Cum aurum Judæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris provinciis Hierosolimam exportari soleret.* Verum Imperatores Romani id aurum Judaicum postea sibi vindicarunt, quod his verbis hoc loco Græci explicant recte. Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι παρεῖχον ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι στεφανωτικοῦ ὀνόματι ἱεροῦ καθ' ἕκαστον ἔτος ῥητὴν ποσότητα χρυσίου, συμφέρον δὲ τοῦ τοιούτου στεφάνου χρυσὸν εἰς δημοσίαν καταβολὴν μετενεχθῆ, καὶ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται, ὁ τίτλος. Idem ad *l. pen.* id vocant στεφανωτικὸν κανόνα.

De Irenarchis.

Tit. LXXVI.

I. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Anthemio pp. Irenarchæ qui ad provinciarum tutelam quietis, ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, à decurionibus judicio præsidum provinciarum idonei nominentur. Dat. VIII. Kal. Jan. cp. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.

De Irenarchis diximus in *l. 9. sup. de jur. fisc.* & Observat. lib. 1. Hos sustulerant Impp. Honorius & Theodosius, sed cum Justiniano probarentur, illorum Constitutionem Tribon. in Justiniani sententiam detorsit.

De Argenti pretio, quod thesauris infertur.

Tit. LXXVII.

I. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Eutychiano pp. Jubemus ut pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. Dat. XI. Kal. Mar. cp. Caesario, et Attico Coss.

Diximus de hac lege in *l. 1. sup. de coll. æris.* Pro argento sacris largitionibus inferri aurum potest. Argenti libra æstimatur argenteis LX. *l. 1. C. Th. de exp. lud.* aureis quinque.

Explicit Liber Decimus.

JACOBI

JACOBI CUJACIJ J.C.

AD LIBROS XI. CODICIS DOM. JUSTINIANI, COMMENTARIJ.

DE LUSTRALIS AURI COLLATIONE.

TITULUS PRIMUS.

LUSTRALE aurum χρυσάργυρον dicebatur : cujus oneris Zosimus magnum Constantinum auctorem facit. Id Euagrius, & Zonaras describunt eleganter, & quarto quoque anno pendi solitum narrant, id est, singulo lustro. Onus erat negotiatorum, & mercatorum (& ob id aurum negotiatorium à Lampridio dicitur in Alexandro) quorum appellatione etiam tenuiores continebantur, qui quid corrogata stipe sibi comparabant, meritoriæ puellæ, & lenones, & fœneratores, non tamen qui vernacula distrahebant, vel qui manu sibi victum adquirebant, veluti figuli, & fabri, non veterani, clerici, copiatæ intra certum pecuniarum modum. Erant & res quædam huic muneri obnoxiæ ex lege testatoris, vel fisci, ut cnnstat ex *l. ult. C. Th. de lustrali collat.* & Constitutione Anastasii, cujus sententiam exponam *inf.* Erant & propria quædam ejus pensitationis scrinia. De ea accipienda est *l. 3. sup. de episc. & cler. & l. 1. sup. de com. & merc.* quæ sumpta est ex *l. 5. C. Th. de lustr. collat.* sicut & *l. 1. sup. de episc. aud.* Sed hæc ita à Triboniano composita, & concinnata est, ut ad aurariam pensionem referri nullo modo possit : hocque dumtaxat exprimat, Christianos, videlicet episcopos, curare debere ne in mercando negotiatores modum excedant, etiamsi ad domum principis pertineant, ut si conductores sint domorum divinarum. Sunt & alia mercatorum onera, veluti siliquaticum, & monopolium : & ideo hæc tria his verbis Cassiodorus ita recte conjunxit lib. XI. *Qui ita commercium negotiationis exerceat, quatenus, nec Monopolii, nec Siliquatici, nec aurariæ aliquid pensionis impendat.* Siliquaticum in nundinis exigitur ob venditionem proponendam, ut idem auctor significat lib. IV. quod Græci κερατισμὸν appellant. Monopolium ab eo exigitur, qui monopolium beneficio principis exercet, quo tamen uti hodie non licet ex *l. 1. C. de monop.* ubi quod de echini monopolio, bellissime explicabitur ex Plinii lib. VII. cap. XXXVII. Sed ut ad aurariam collationem redeamus, hanc Anastasium Imperatorem sustulisse Euagrius, & Zonaras, & multi alii auctores sunt. Itaque duas Constitutiones Græcas, quæ sub hoc titulo desiderantur, arbitror Anastasii fuisse. Prioris sententia extat lib. LVI. *βασιλικῶν* : tit. XII. his verbis :

I. *Συγχωρεῖ πᾶσιν εἰς τέλειον τὴν συντέλειαν τοῦ χρυσαργύρου, ἐξῃρημένων τῶν πόλεων, ἢ κωμῶν τῶν λαβεῖν τι ἐκ τελευταίας βουλήσεως ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο ἤγουν ἐὰν ἀπὸ τοῦ δημοσίου δίδοταί τι ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο : οἱ δὲ τὸ τέλος τοῦτο παρέχοντες ἄδειαν ἐχέτωσαν, εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἴτε ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καταβάλλειν αὐτὸ, εἴτε τὸ τέταρτον κατ' ἐνιαυτὸν, εἴτε ὑπὲρ τετραετίαν δίχα μέντοι ζημίας καὶ διαστροφῆς. Εἰ δέ τι ἐκ περιττοῦ εἴη μετὰ τὸ τοιοῦτο τέλος ἀναλισκέσθω εἰς ἀναγκαίας χρείας τῆς πόλεως οἷον ἔργα, ἢ σιτωνίας, ἢ φῶτα, ἢ τὰ ὅμοια, ἑκατὸν δὲ λίτρας ὀρύζει πρόστιμον τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ τῇ τάξει, καὶ τοῖς πολίταις, εἰ ταῦτα παραβαθῶσι ποτέ.*

Remittit omnibus prorsus collationem auri, argenti, exceptis civitatibus, aut vicis, qui quid ulti-

ultima voluntate, sub hoc collationis onere acee- perunt, vel si quid à fisco eadem lege datum sit. Qui vero tale onus agnoscunt, in eorum arbitrio sit id solvere Constantinopoli, vel in provincia, sive quarto quoque anno, sive ultra quadriennium, sine damno, & perversitate ulla. Ac si quid eo illato supersit, id in alias civitates impendatur, veluti opera, aut frumenti coemptionem, aut lumina, aut similia. Constituit autem pœnam c. librarum scholæ palatinorum, & præsidibus, & cohorti, & municipalibus, si hæc quandoque non observaverint.

Quod ait, *lumina*, balneorum intelligit, ut in *l. quia plurima, sup. de oper. pub.* Lampridius in Severo: *Addidit oleum luminibus thermarum*. Posterioris Constitutionis σύνοψις hæc est.

II. *Μηδεὶς διαγραφέσθω εἰς θεωρητικὰ, ἢ ἄλλα τινὰ προφάσει τοῦ κουφισθῆναι τὴν συντέλειαν τοῦ χρυσαργύρου, ἐπεὶ ἡ προειρημένη ποινὴ ἐπικείσεται.*

Ne quis, quod sit relevatus auri, atque argenti collatione, describatur in spectacula, vel alia quædam, alioquin supradicta pœna imminebit.

Θεωρητικὰ verto spectacula, ut in Constitutione *quib. mun. exc. ii, qui post imp. mil.*

De Naviculariis, seu naucleris publicas species transportantibus.

TIT. II.

I. IMP. CONSTANTINUS A. ET JULIANUS CAESAR OLYERIO P. V. Nullam vim oportet naucleros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, sed venientes, ac remeantes omni securitate potiri: decem librarum auri multa proponenda his, qui eos inquietare tentaverint. DAT. KAL. JUN. ROMAE, CONSTANTIO IX. ET JULIANO CAES. II. COSS.

Certum fuit in urbe naviculariorum corpus, *l. 1. §. 1. ff. quod cujusque univers. l. 5. §. licet, & §. ult. ff. de jur. immun. l. 1. inf. de hered. dec.* ex quibus alii annonæ urbis serviebant, alii lignis ad lavacra, alii aliis necessitatibus publicis. De lignariis in *l. 10. Cod. Theod. eod. tit.* & Symmachus 1. Epist. *Navicularios lignorum obnoxios functioni*. Fuit & in provinciis, ut Zonaras indicat in Nicephoro *ἀπὸ γενικῶν*. Hi immunitatem habent cæterorum munerum, & huic dumtaxat functioni naviculariæ obnoxii sunt tam ipsi, quam prædia eorum. Et annonam urbis transvehentes, nec detineri ulla ratione, nec exactionem ullam pati possunt, ut hac lege constituitur, quæ huic facinori indicit multam x. librarum auri, fisco scilicet inferendam: quo spectat etiam *l. 1. inf. de lit. & itin. cust. l. 5. & 17. Cod. Theod. de navicul.*

II. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. EUSEBIO PP. Comperimus naucleros susceptas species in negotiationis emolumenta convertere. Ideoque decernimus, ut intra annum, quas susceperint species inferant, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant, ut totra alterum annum eis reddantur, à quibus species præstitæ sunt. DAT. X. KAL. JAN. MED. ARCAD. IV. ET HONOR. III. AA. COSS.

Navicularii suscepta annona publica transvehenda, ex ea negotiari vetantur, & intra annum susceptam eam publico inferre jubentur acceptis securitatibus, id est, apochis (Relatoriæ dicuntur in *l. 8. C. Th. eod.*) quas intra alium annum referre iis debent, à quibus annonam susceperunt, ut apud eos constet suscepti oneris ratio, & naviculariorum fides ac diligentia.

III. IIDEM AA. FLAVIANO P. V. Ab iis, qui in naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri. & ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, ut quicunque in rapinis fuerit deprehensus, pœna quadrupli teneatur. PP. ROMAE IN FORO APRONIANI IX. KAL. FEBR. STILICONE, ET AURELIANO COSS.

Ut qui quid naviculariis diripuerint, rem eis & indemnitatem præstent, & extra rem pœnam quadrupli: itaque hæc actio non est vi bonorum raptorum, in qua non extra rem quadruplum est, sed propria quædam actio in eos, qui rapinam naviculariis faciunt. Huic legi forsitan conjungenda est *l. pen. sup. de excus. tut.* quæ eandem inscriptionem habet, & eosdem Coss. diem, & locum diversum, quia hæc propositæ, illa datæ legis.

IV. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ANTHEMIO PP. Cum navarchorum cœtus circa provincias Orientis inopia navium titubaret, & investigandæ classis obtentu insularum secessus obiret, & navigandi oportunitate transacta judiciorum indignatio sine transvectionis expectaretur effectu: merito celsitudo tua præfecto augustali, & insularum præside conventis, Alexandrinæ, & Carpatiæ classis summates, & nonnullos alios naucleros ex professionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus, quod per Orientales navarchos ex Alexandrinæ civitatis conditis consueverat ad sacratissimam urbem transferri in suam fidem susceptum ad eadem augustissimæ urbis horrea comportarent: solatiis pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, & eo quod vocatur *φιλικόν*, nec non etiàm aliis, quæ cognitionis tuæ limavit examen. DAT. XIV. KAL. FEB. HONORIO VIII. ET THEOD. III. AA. COSS.

Laudat factum Anthemii PP. Orientis, qui cum cerneret navicularios diœceseos Orientis plus nimio occupatos in conquirendis navibus, nec suo tempore ex Alexandria, ut solebant, annonam allaturos, per præf. Augustalem, sub quo erat Ægypti diœcesis, à naviculariis Alexandriæ urbis, & per præsidem insularum, Cycladum scilicet, & Sporadum, quæ sunt in Asiana diœcesi à naviculariis Carpathiæ insulæ eam transvehi procuravit, pro mercede eis data tributorum immunitate, & eo, quod dicitur *φιλικὸν*, id est, amicale, quod detur amice, & hoc, si quid simile contigerit, ad eundem modum observari oportere existimandum est deficientibus naviculariis Orientis, ut annonæ urbis serviant Ægypti, & Asianæ diœceseos navicularii, quem vocant præsidem insularum, Græci LIII.. *Βαρικάρων* vocant Comitem, quod sic eo tempore vocaretur civili, ut verisimile est, & militari potestate permista.

V. IMPP.

V. Impp. Theodosius, et Valentin. AA. Anthemio pp. Qui fiscales species susceperit deportandas, si recta navigatione contempta littora devia sectatus, eas avertendo distraxerit, capitali pœna plectetur. Dat. xiv. Kal. Aug. Honorio viii. et Theod. iii. AA. Coss.

Capite damnatur navicularius, qui annonam urbis alio avertendo distrahit. Græci non capite, sed quadruplo scripserunt propter Novellam Leonis lxii. In causa privatorum est propria actio oneris aversi in duplum.

VI. Iidem AA. Faustino pp. Judices, qui in portubus suæ diœceseos onusta navigia, cum prosperior flatus invitat, sub prætextu hiemis immorari permiserint: una cum municipibus, & corporatis ejusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis: naucleri præterea pœnam deportationis excipient si aliquid fraudis eos admisisse fuerit revelatum. Dat. xviii. Kal. Sep. Rav. Varana v.c. Cos.

Ne si fit ἐνστάσια, quo verbo Græci utuntur in hanc legem prætextu hiemis navicularii in portubus immorentur, & ut confiscentur tam judices, quam municipes, & corporati, qui id fieri permiserint: navicularii autem deportentur. Corporatos vocat, veluti suarios, boarios, pecuarios, & alios negotiatores.

De Prædiis, & omnibus rebus naviculariorum.

Tit. III.

I. Impp. Valentinianus, et Valens AA. ad Aurelianum pf. Annonas. Domum etiam mansuetudinis nostræ in his, quæ naviculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem. Dat. iii. Kal. Oct. Lupicino, et Jovino Coss.

Prædia naviculariæ fonctioni obnoxia, etiamsi ad sacram domum pervenerint, eo onere non solvuntur: ergo etiam domus sacra pro rata prædiorum navarchicas pensiones præstat.

II. Iidem AA. et Gratianus A. Chironi Procons. Africae. In his, quæ navicularii vendunt (quoniam intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet) emptor navicularii functionem pro modo portionis comparatæ subeat: res enim oneri addita est, non personæ mercatoris. Neque navicularium jubemus fieri eum, qui aliquid comparavit, sed eam partem, quæ empta est, pro suo modo, ac ratione esse munificam, nec enim totum patrimonium ad functionem navicularium occupandum erit, quod habuerit: qui rei exiguæ mercator accessit: sed illa portio, quæ ab initio navicularii fuit, ad pensionem hujusmodi functionis sola tenenda est: residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso, & immuni servando. Domus vero quarum cultu decus urbium potius, quam fructus adquiritur, ubi à naviculariis veneunt: pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum pecunia mutuaretur. Ubi vero spatium loci, & exiguitas nullam habuit pensionem, aut extructio, cujus est ardua difficilisque molitio, aut decus sumptuosum, aut (ut est plerumque liberale institutum) habitationem quis suam urbis ornamento adjecit, nolumus munificentiam, quæ postea addita est, improbam licitationem æstimationis accipere, sed vetusta potius loci species, & pensio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit. Dat. iii. Non. Aug. Post Consulatum Gratiani A. iii. et Equitii v.c.

Qui emit fundum navicularii juris, non ideo fit navicularius, sed canonem navicularium agnoscit pro modo fundi comparati: & vendere quidem atque emere ejus generis fundos licet, nec debet hic contractus inhiberi, aut impediri, sed onus illud fundis cohæret, & emptorem sequitur, nec fieri potest emptio sine onere. Qui autem domos emit ejusdem conditionis, tantum præstat canonis navarchici nomine, quantum illæ solebant locari venditionis tempore: quod iis verbis demonstratur in hac lege, *Cum pecunia mutaretur*: sic enim lego, nec habetur ratio temporis postea secuti, quo forte pluris locari, & æstimari cœperunt.

III. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Messalae pp. Hi qui fundos naviculariæ functioni adscriptos à naviculariis acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quæ antiquitus habetur adscripta, navicularium functionem suscipere cogantur: neque eas conditiones sibi existiment profuturas, quas venditor minus idoneus in se recepit imponentis arbitrio: hac tamen pactione servata, ut si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transcripti prædii teneantur obnoxii: sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. Dat. xiv. Kal. Mar. Med. Theodoro v.c. Cos.

Ut qui emptione, vel donatione, vel quolibet alio titulo fundos navicularios nacti sunt, veterum fundi opinionem, id est, censum, & professionem agnoscat, ut in *l. ult. inf. de vol. fun. fisc.* & ut huic juri non derogetur pactionibus habitis inter emptorem, & venditorem, puta si inter eos convenerit, ut venditor, non emptor functionem navicularium agnoscat, & ut prædium in emptorem transeat sine onere, arg. *l. t. sup. sine cens. vel rel.* Ait, *imponentis arbitrio*: legendum ut in veteribus, *impositas ementis arbitrio*. Sed si emptor non sit solvendo, tum onus navicularium ad venditorem recurrit, sive ita convenerit, sive non.

De Navibus non excusandis.

Tit. IV.

I. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Longiniano pp. Multi naves suas diversorum nominibus, & titulis tuentur, cui fraudi obviantes præcipimus, ut si quis ad evitationem publicæ necessitatis titulum crediderit apponendum, sciat navem esse fisco sociandam: nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus: cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat uti-

litatibus publicis obedire, & subvectionem sine dignitatis privilegio celebrare. DAT. III. ID. JAN. RAV. ARCAD. V. VII. PROBO COS. A

Privatis naves maritimas habere licet, quæ exigente necessitate transuehenda annonæ publicæ causa angariari possunt, & si quæ affixis potentiorum titulis se excusaverint, fiscantur. De navibus veteranorum nominatim rescriptum est eas non excusari, *l. pen. de veteranis*.

II. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTIN. AA. FLORENTIO PP. Jubemus nullam navem ultra duorum milium modiorum capacem ante felicem embolam, vel publicarum specierum B transvectionem privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogativa personæ publicis utilitatibus excusari posse subtractam: nec si cœlesti contra proferatur oraculum (sive adnotatio sit, sive divina pragmatica) providentissimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus observari, ut generaliter, si quid ejusmodi contra jus, vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat: quidquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum, id navigii, quod excusatur, publicatione corrigimus. DAT. IX. ID. APRIL. THEODOSIO XVII. ET FASTO COSS. C

Quid felicem embolam vocet, verba, quæ sequuntur indicant, *vel publicarum specierum transvectionem*: illud enim, *vel* est, *ἐμβολευτικόν*. Sententia igitur legis hæc est, neque ecclesiarum neque personarum in dignitate positarum naves ampliores duorum milium modiorum excusari à transvectione annonæ publicæ, & publicari eas, quæ ab eo onere subductæ aliqua ratione fuerint. Contra hanc constitutionem nihil valere rescripta. Subjicitur, & generalis clausula, quam miror non fuisse translatam in *tit. si contra jus, vel util. pub.* nullius momenti esse rescripta, quæ pugnant cum utilitate, & jure publico: est igitur alia functio navicularia, quam præstant navicularii, vel qui prædia navicularia possident, de qua *tit. 2. & 3.* aliud onus *τῆς ἐμβολῆς*, quod ab omnibus, exigitur de quo in hoc titulo. Hæc vero constitutio una est ex Novellis Theodosii, de navibus ultra duorum milium modiorum capacitatem non excusandis. D

Ne quid oneri publico imponatur.

TIT. V.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. RUFINO PP. Oneri publico sarcinam privatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere: hoc enim facto, atque commisso non in dispendium solum, atque naufragii E damnum tenebitur obligatus, verumetiam publicæ coercitionis experietur vigorem. DAT. V. ID. JAN. CP. OLYBRIO, ET PROBINO COSS.

Qui navi annona publica onustæ privatum onus imponit, non tantum indemnitatem fisco præstat, si ea re navis annonave perierit, sed & publice coercetur, id est, & civiliter, & criminaliter tenetur.

De Naufragiis.

TIT. VI.

I. IMP. ANTONINUS A. MAXIMO. Si quando naufragio navis expulsa fuerit ad litus, vel si quando reliquam terram attigerit, ad dominos pertineat, fiscus meus sese non interponat, quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur.

Poeta ait, *Res fisci est ubicunque natat*. Hoc Antonino non probatur, *l. ult. ff. de inc. rui. & nauf.* nec ex aliena calamitate fiscus lucrum ferat.

II. IMPPP. VALENTIN. VALENS, ET GRATIANUS AAA. AD MODESTUM PP. Si quis navicularius naufragium sustinuisse affirmat provinciæ judicem, ejus videlicet, in qua res agitur adire festinet, ac probet apud eum testibus eventum, relatioque etiam ad sublimissimam referatur præfecturam: ita ut intra anni spatium veritate revelata, competens dispositio procedat. Quod si per negligentiam præfinitum anni spatium fortasse claudatur: supervacuas serasque interpellationes emenso anno placuit non admitti. DAT. PP. C BERISTI, NON. JUN. MODESTO, ET ARINTHEO COSS.

Navicularius, qui publicas species vehit, naufragii casum non præstat, si modo eum contestetur apud præsidem provinciæ, in qua naufragium contigit, intra annum, & probet, & res omnis ad præfectum prætorio referatur. Inde Isidorus Pelusiotes ad Isidorum præfectum prætorio scribens: *Βέλτιον ὁ ναύκληρος σῖτον ἔχων τῶν δημοσίων καταποντίζεσθαι ἐν κύμασι, καὶ καταγγέλλει, καὶ λαίλαπι καὶ θάλασσαν ἐμορφώσατο: ἢ τοίνυν τῷ σάλῳ τῆς θαλάσσης ἐπιτιμήσατε δικαιοσύνῃ χωρίσαντες τὰ πράγματα, ἢ ἄρχειν ἂν ἁμαρτάνωμεν τοῖς πειρωμένοις συγγνώμονες*: qua de re etiam scribit ad Sozomenum domesticum præfecti. At pro anno biennium præscribitur in D *l. pen.* quod exposuimus lib. de tempor. cap. de ann. *Competens dispositio*, id est, absolutio, vel condemnatin.

III. IMPP. GRATIANUS, VALENTIN. ET THEODOSIUS AAA. NAVICULARIIS AFRIS S. Quotiens obruta, vel submersa fluctibus navi examen adhibetur competentis judicis, duorum vel trium nautarum quæstione habita, cæteri ab ejusmodi nexu liberentur, quid est enim, quod non abunde intra præfinitum numerum solers quæsitor inveniat? citra magistros navium, quibus est scientia plenior, immoretur: qui si fatali E sorte defuerint, in alios inquisitio transferatur. Sane si universos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, à libris nautarum, sive magistrorum intra judicia constitutis, super eorum queratur interitu, quos navicularius naufragio periisse contendit. Susceptionis autem necessitas ex Kalendis Aprilis in diem Kalendarum Octobris mensura servabitur. DAT. VIII. ID. FEBR. TRIV. GRATIANO V. ET THEOD. I. AA. COSS.

Navicularii, naucleri, navarchi, nautici, exercitores navium idem sunt. Vegetius IV. *Singulæ liburnæ singulos navarchos, id est, quasi navicularios habent.* Di-

Diversi sunt magistri, ut ex hac lege constat, & *l.pen. C. Th. de navic.* & ex tit. *de exercit. act.* qui à Græcis dicuntur *ναῦται*, gubernatores hoc loco: diversi nautæ, qui navis navigandæ causa in navi sunt: aliquando tamen nautæ pro naucleris accipiuntur, ut in tit. *nau. caup. stab.* Hoc cognito, legis sententiam exponamus. Cum de naufragio quæritur apud præfect. urbi: & præf. annonæ, vel præsidem, in quæstionem adduci oportet dimidium nautarum numerum ex *l. 2. C. Th. de naufrag.* quod hac lege abrogatur, quæ duos, vel tres existimat sufficere, & magistros navium, quos censet diligentius esse interrogandos, quam cæteros. Nautis magistrisque deficientibus, & omnibus naufragio peremptis, inquisitio transit ad alios, puta ad nautarum magistrorumque liberos, ut ii de parentum interitu quid habeant, exponant: atque ita nauclerus naufragium judicibus probat. In extremo lex opportunæ navigationis tempus definit à Kal. Aprilis in Kal. Octobris, quia æstatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur: æstate igitur suscipi annonam, & subvehi oportet, hieme non item, nisi ventis valde secundis, *l. ult. sup. de navicul.*

IV. Imppp. Valentin. Theod. et Arc. aaa. Tatiano pp. Pro iis, quæ semel à collatoribus illata naufragiis perierunt nolumus nobis aliquam cum possessoribus (sive senatores, sive privati sint) esse communionem, vel aliquid periculi ad eos redundare. Dat. xv. Kal. Augus. c. p. Tatiano, et Symmacho Coss.

Ut periculum naufragii fiscus solus agnoscat, non possessores, qui semel suo munere functi sunt annona collata, & in navem imposita.

V. Impp. Honorius, et Theod. aa. Naviculariis per Africam. De submersis navibus decernimus, ut levato velo istæ causæ cognoscantur: & si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, judex apud quem constiterit, his conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus personarum multandi, removendi, proscribendi habeat potestatem. Si vero causarum talium cognitores libelli datione, vel plenaria interpellatione commoniti, intra biennium has causas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapsum: præjudicium noceat catenus cognitori, ut naviculario propter vitium judicis absoluto, mediam oneris ejus partem, propter cujus probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, judex cogatur inferre, residuam vero officium ejus exsolvat. Dat. xvi. Kal. Apr. Rav. Honorio ix. et Theodosio v. aa. Coss.

Hoc primum lege cavetur, de naufragio levato velo cognoscatur. Lampridius in Alexandro dixit, patente velo, id est, aperta fore. Prætendebantur foribus vela. August. 1. Confes. *Vela pendent in liminibus grammaticarum scholarum.* In Comœdia Querulo, *isti sunt, qui in fanis, & sacellis observant vela.* Tum ut judex eos coerceat, qui ex naufragio quid deripuerint, pro personarum qualitatibus, inquit, ut *l.4. §. pen. ff. de inc. rui. nauf.* Deinde ut quæstio de naufragio intra biennium finiatur: quod si per judicem steterit, quo minus finem intra biennium accipiat, ut à naviculario periculum transferatur ad judicem, & officium ejus ex partibus æquis. Ait, *vel plenaria*, malim, *planaria*, ut in *l.4. sup. de dilat.* Hoc autem est, si per libellum, vel de plano interpellati judices intra biennium de naufragio non cognoverint. Sic *planarii conflictus* apud Ammia. Marcellin. lib. 19. Ait, *Propter vitium judicis*, id est, præscriptione biennii.

VI. Iidem aa. Anthemio pp. Super naufragiorum, quæ contigerint, casibus visitato more habita quæstione, si quis calculus modiationis dicatur tempestate maris deperiisse: sub tuæ sedis auditione nequaquam feratur acceptus: sed hæc dispendii jactura in nomine nauclerorum concilium pro rata scilicet contingentis muneris deferatur. Dat. xiv. Kal. Febr. Honor. viii. et Theod. iii. aa. Coss.

Conjuncta *l. 4. sup.* de navicul. intelligetur hanc legem pertinere ad navicularios Orientis, ut si eorum culpa, navigandi oportunitate transacta, ex annona publica aliquid tempestate moris deperierit, periculum ad omne naviculariorum corpus pertineat pro rata portione, non ad fiscum, non ad collatores. Ait *Si quis calculus modiationis*, id est, si qui modii frumenti: sic dicitur modiatio, & hoc loco, & *l. 1. inf. de annon. triv.* & aliis multis, ut ponderatio in *l. si olei, sup. de loc.* Cassiodorus lib.4. *Modiationem tritici, quam sub hac sorte periisse probaverint, prosecutoribus sine aliqua faciat cunctatione reputari*: qui locus maxime pertinet ad hanc legem, ut intelligatur, quod naufragio periit sine navicularii culpa à fisco accepto ferri, nec navicularii periculo cedere. Male quidam modiationem pensitationem esse frumenti. Rursus male hanc pensitationem esse quinquagesimam ex *l. 9. sup. de suscept.* cum sit modiatio, mensura: quinquagesima illa, *ἐκ μέτρου*. Mala alii modiationem ad æstimationem numerariam referunt, in lege Rhodia: *εἶναι τὴν χωλῶδα τῶ μοδίων χιλίων πεντήκοντα*, quæ manifesto navem capacem modiorum mille æstimat aureis L.

De metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum.

Tit. VII.

I. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Cresconium com. metallorum. Perpensa deliberatione duximus sanciendum, ut quicunque metallorum exercitium vellet affluere, is labore proprio, & sibi & reipub. commoda comparet. Itaque si qui sponte confluxerint, eos laudabilitas tua octonos scrupulos in balluca, quæ Græce *χρυσάμμος* appellatur, cogat exsolvere: quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, à quo competentia ex largitionibus nostris pretia suscipiant. Dat. iv. Id. Dec. Parisiis, Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Scripta est ad Comitem metallorum, quem fuisse in Illyrico Notitia Romani imperii declarat. Sub eo erant procuratores metallorum, de quibus in *l. 4.* nam quæ in ea recensentur provinciæ, Illyrici sunt provinciæ: unde apparet frequens in Illyrico metallorum fuisse commercium: quod & *l. 7. & 8. C. Th. eod. tit.* indicant. Constituitur autem hac lege, ut liber cuilibet effodiendi auri pateat aditus, ita tamen si fisco inferat octo scriptulos in balluca, & reliquum, quod collegerit fisco potissimum distrahat. Balluca est *χρυσάμμος*, ut Tribonianus exposuit, quæ nuper effossa est è terra. Sic & ad a. Græci 56. *Βασιλικῶν* tit. 11. H. *συντέλεια τῆς χρυσάμμου διδόσθω*. &c. Pollux, *τὴν χρυσῖτιν ψάμ-*

ψάμμον vocat. Veteres glossæ, Balluca, ἀχώνευτος γῆ, A ἡ χρυσώδης: & alio loco, γύλιον χρυσοῦ ἀκαθάριστον. Opponitur huic legi *l.* 2. & 3. & 5. quod earum explicatio, quam apposui singulis expediet. Ait *Octonos*. Sic accipio octonos, ut in *l. Septenos*, in singulari auri legulos, non cum Accursio, in singulas uncias.

II. Iidem AA. ad Germanianum C. S. L. Ob metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim uncias ballucæ pro singulis libris constat inferri. Dat. vi. Id. Janua. Romae, Lupicino, et Joviano Coss.

Inscriptio, & subscriptio indicat huic esse conjungendam *l.* 5. *sup. de suscept.* quæ est de libra obryzæ. Hæc B autem de libra ballucæ. Obryzæ XII. unciis constat, Ballucæ XIV. Metallicus canon non definitur hac lege, qui pro locorum consuetudine diversus est, alius puta in Macedoniæ, & Daciæ diœcesibus, de quo *l.* 1. alius in Pontica, & Asiana, de quo *l.* 5. Sed quod unciis libra ballucæ æstimetur, hoc tantum hac lege definitur. Cur vero pluris quam obryzæ Græci explicant adjicientes, ἐκ πολλῆς πολλὴν μόλυβδον ἔχει.

III. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Floro PP. Cuncti, qui per privatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur, decimas fisco: decimas etiam domino repræsentent, cætero C modo propriis suis desideriis vindicando. Dat. iiii. Kal. Sept. cp. Antonio, et Syagrio Coss.

L. 1. & 2. sunt de auri metallo. Hæc est de lapidis sive marmoris metallo, quod eruitur è privatorum locis, hac lege, ut decima fisco, decima locorum domino præstetur: reliquum sibi habeat fossor ὑπὲρ κόπου: quod etiam confirmat *l.* 11. *C. Th. eod. tit.*

IV. Iidem AAA. Eusignio PP. Cum procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam mediterraneam, Mœsiam, seu Dardaniam, soliti ex curialibus ordinari, per quos solemnis profli- D gatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint, ad implendum munus retrahantur, & nulli deinceps licentia laxetur, prius indebitas expetere dignitates, quam subeundam procurationem fideli solertique exactione compleverint.

Canon metallicus periculo curialium exigitur in Illyrico: pertinet namque ad eos creatio procuratoris metallorum, qui obtentu hostilis metus, vel indeptæ dignitatis huic se muneri subtrahere nullo modo potest. Macedonia quam memorat, diœcesis est una Illyrici. Altera est Dacia, in qua sunt provinciæ quinque, Dacia mediterranea, Dacia ripensis. Mœsia prima, Dardania, Prævalitana, & pars Macedoniæ salutaris. E Sed tres tantum quæ metalla proferant.

V. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcad. AAA. Romulo com. S. L. Per annos singulos septeni per hominem scrupuli largitionibus inferantur ab aurilegulis, non solum in Pontica diœcesi, verum etiam in Asiana. Dat. xi. Kal. Mart. cp. Arcadio A. ii. et Rufino Coss.

L. 1. pertinet ad Illyrici diœcesim: hæc vero ad Ponticam, & Asianam, ut diximus in *l.* 2. Diversus est canon pro diversitate diœcesum.

VI. Iidem AAA. Paterno. Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognovimus, ut defossis in altum cuniculis, alienarum ædium fundamenta labefactent. Qua de re si quando hujusmodi marmora sub ædificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur. Dat. xvii. Kal. Apr. cp. Theod. A. iii. et Abundant. Coss.

Licet in alieno loco marmor effodere, domino loci præstito solatio, *l.* 3. *supra*, non tamen sub ædificiis, ut hac lege constituitur, ne forte actis cuniculis cadant.

VII. Imp. Theodosius A. Maximo com. S. L. Metallarii, sive metallariæ, qui quæve ea regione deserta, ex qua videntur oriundi, vel oriundæ, ad externa migraverint: indubitanter sine ulla temporis præscriptione ad propriæ originis stirpem laremque una cum sua sobole revocetur, etiamsi quos domus nostræ, & secreta retineant. Scient autem nullum exinde præjudicium fisco esse generandum, etiamsi quis ex his, quem metallicum esse constiterit, privatis censibus suum nomen indiderit. Dat. v. Id. Jul. cp. Victore v. C. Coss.

Alii sunt sponte sua metallarii, ut *l.* 1. *sup.* Alii conditione, qua præscriptione temporis non liberantur, nisi forte, ut censeo, annorum 40. ex *l.* 4. *sup. de præscript.* 30. *ann.* à qua soli curiales excepti sunt, non alii condicionarii. Et pertinet ad fiscum, eique restituuntur cum sua progenie, etiamsi privatorum facti sint adscriptitii coloni. Ait, *Et secreta*] Lauras intelligit, ut in *l.* 26. *sup. de decur.*

De Murilegulis, & gynaeciariis, & procuratoribus gynecii, & de monetariis, & bastagariis.

Tit. VIII.

I. Imp. Constantinus A. ad Bithynos. Monetarios in sua semper condicione durare oportet, nec dignitatis cujuscunque privilegio ab hujusmodi condicione liberari. Dat. xii. Kal. August. Gallicano, et Basso Coss.

Monetarii sunt, qui monetam cudunt χαράκται. Falsi monetarii παραχαράκται, *l.* 8. *C. Th. de fal. mon.* Sudas, καὶ νῦν εἰώθασι λέγειν παραχαράκτας τοὺς παραγράφοντας: & alio loco, παραχαράκτης, διαστρέφων. E Hesychius μονητάριος τὸ κέρμα ἐργαζόμενος. Hi imperante Aureliano vitiata moneta, & procuratore sive rationali monetarum Felicissimo interfecto, adversus Imperatorem sese extulerunt: quod Vopiscus, Victor, Eutropius, Sudas scribunt. Est vero eorum condicio certa, quam dignitate mutare non possunt, quia nec patet eis aditus ad honores, *l.* 6. *inf. de dignit.* In inscriptione pro, ad Bithynos, quidam habent, Abbiano,

II. Idem A. ad Felicem. Procuratores rei privatæ, & baphii, & gynecii, per quos & privata nostra substantia tenuatur, & species gynecius

ciis confectæ corrumpuntur, in baphiis etiam admissa temeratio vim adducit inquinatæ alluvionis, suffragiis abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: vel si contra hoc fecerint, gladio feriantur.

Sic restitui hanc constitutionem partim ex libris manuscriptis, partim ex libris *Βασιλικῶν*, in quibus ita est: *Ἐπειδὴ οἱ καθολικοὶ τῶν ἢ μετάλλων πραγμάτων ἐπιμέλω, καὶ οἱ βαφεῖς καὶ οἱ γυναικιάριοι*, quanquam non probo posteriora, maloque Baphii, & Gynecii: tria namque constitutio proponit procuratorum genera: Rei privatæ, *per quos*, inquit, *privata nostra substantia tenuatur*: Gynecii per quos species Gyneciis confectæ corrumpuntur, *Species*, id est, vestes, ut *l. 4. inf. tit. seq. l. ult. inf. de milit. vest.* Baphii, per quos Baphiis, admissa temeratio vim adducit inquinatæ alluvionis. Et hos omnes censet suffragiis, id est, pretio, vel patrocinio non esse creandos: recte, pecunia namque comparata administratio vix unquam sordibus caret. Idem de Baphiis, & Gyneciariis dici non potest, quorum nulla est administratio, sed conditio, vel servitus publica. Constantinus apud Eusebium lib. 11. *ὅσοι καὶ ἢ γυναικείοις ἢ λινυφείοις ἐμβληθέντες ἀπηνῆ καὶ ἄθλιον ὑπομένειν πόνον, ἢ οἰκέται νομίζεσθαι τοῦ ταμείου*. Gyneciarii addicti sunt contexendis conficiendisque vestibus imperialibus, & ministeriorum imperialium. *Βαφεῖς* tingendæ purpuræ imperatorum propriæ. De procuratore Baphii idem Eusebii lib. 7. c. 32. *καὶ τετίμηταί γε ἐπιτροπῇ τῆς κατὰ Τύρον ἁλουργοῦ βαφῆς*.

III. Impp. Valentin. et Valens aa. ad Germanum Consolarem. Ingenuæ mulieres, quæ se gyneciariis sociaverunt, si conventæ denunciatione solemni, splendorem generis contuberniorum vilitati præferre voluerint: suorum maritorum condicione teneantur. Dat. iii. Kal. Jul. Med. Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Exemplo s. c. Claudiani si ingenuæ, quæ se ad Gyneciarium applicavit, denunciaverit fiscus ut ea conjunctione abstineat, nec paruerit. Gyneciaria efficitur. Senatusconf. Claudiani vestigium certissimum est in *l. Lucius, 2. ff. depos.*

IV. Iidem aa. ad Auxonium pp. Quod ad præsens remedium pertinet, quintum animal bastagariis pro reparatione præbeatur. Dat. Idib. Dec. Marcianop. Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Bastagarii serviunt vectutæ rerum ad sacrum ærarium pertinentium, quam propriis jumentis faciunt cacepta parte quinta, quæ de fisco reparatur. Sic *l. 7. inf. de cur. pub.* quartam partem veredorum reparari ait.

V. Iidem aa. et Gratianus a. ad Filematium Com. s. l. Qui aliquem ex familiis gynecii in lateribus habere comperti sunt, quinque librarum auri damno subjiciantur. Dat. iii. Kal. Sept. Cilicias Modesto, et Arintheo Coss.

Occultator Gyneciarii multatur auri libris quinque.

VI. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. ad Eucherium, Qui textrini nostri mancipia occultatione cælaverit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. pp. Karthag. iii. Kal. Mar. post Consulatum Auxonii, et Olibri.

Occultator textrinæ deputati servi multatur auri libris tribus: hæc derogat superiori: vel illa potius de vestiario, hæc de linifice.

VII. Iidem aaa. ad Hesperium pp. Edicimus ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhærens consortio, decus nativæ libertatis amittat. Quod si quam ab hac præceptione statutum nostræ perennitatis abduxerit: ea vel legitima admonita conventione discedat, vel si complexui monetarii putaverit inhærendum, non ambigat se sibi, & libris præjudicaturam, & ejus condicioni esse nectendam. Si qua vero originaria, seu colonaria possessionis alienæ ignaro domino, seu sciente, monetario associabitur; hi conventi mox juri agrorum debitas personas retrahere festinent, vel de cætero sciant repetendi facultatem silentii sui connivential perdidisse. Sed ut monetario nullam extraneam necti volumus: ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. Prid. Id. Mar. Aquil. post Consulatum Auxonii, et Olybrii.

Tria hoc edicto constituuntur: Primum ne ingenua copuletur monetario, & quæ se illi copulaverit, si post fisci denuntiationem in ea conjunctione perseveraverit, ut monetaria fiat cum sua sobole: quod & de ea quæ se junxit gyneciario constitutum est *l. 3.* Tum ut adscriptitiæ colonæ junctæ monetariis, monetariæ fiant, nisi domini earum admoniti eas quamprimum tevocaverint. Deinde ut monetariorum filiæ non copulentur ingenuis: copulatæ retrahentur, ut arbitror, cum sobole.

VIII. Iidem aaa. Trifolio Com. s. l. Æternam fiximus legem, ne unquam bastagariis militiam suam deserere liceat, vel aliam, antequam eam impleverint, subreptiva impetratione tentare. Dat. ii. Kalen. Aug. Heracliae Ricomere, et Clearcho Coss.

Ne bastagarii dent nomen militiæ armatæ antequam bastagæ munus impleverint.

IX. Iidem aaa. ad Principium pp. Si quis naviculam functioni muricis, & legendis conchyliis deputatam ausus fuerit usurpare: duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. vi. Kal. Oct. Aquil. Aug. et Bautone Coss.

Duabus libris auri multari eum qui naviculam lectioni conchyliorum deputatam usurpaverit. Conchyliorum varia sunt nomina, purpura, murex, buccinum, cerix, *υἱὸς πορφύρας*, ut Archippus ait, quorum sanguine inficiuntur lanæ sacris usibus deputatæ. Loquor ut nostri auctores, sacris, divis, divinis: Sentio ut Socrates Christianus, qui Imperatores *θειοτάτους καὶ δεσπότας* vocari non tulit æquo animo: ut Tiberius qui occupationes suas non est passus vocari sacras.

X. Impp. Arcadius, Honorius, et Theodosius aaa. Filonetdes com. s. l. Lotas in posterum sericoblattæ, & metaxæ hujusmodi species inferri præcipimus, viginti libra-

brarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canoonum tractant: prioribus etiam cujuscunque officii, si statuta cœlestia à quopiam passi fuerint temerari. DAT. V. KAL. JUL. CP. ARCAD. A. VI. ET PROBO COSS.

Metaxam lini dixit Lucillius apud Festum, quo modo etiam Vascones Pyrenæi loquuntur: At de serico dicitur frequentius. Moschopulus, σὴρ, ὁ σκώληξ, ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος ἀφ' οὗ σηρικὰ ἱμάτια τὰ μετάξωτα; Zonaras in Nicena 2. ἐκ μετάξης ἐσθῆτας πεποικιλμένας· αὗται γάρ εἰσι σηρικαί, quod & alii auctores comprobant multi: sed error in eo est, quod sericum quodvis eo nomine plerique significari putent. Rude est sericum & αὐτοφυὲς, nondum neque tinctum neque in filia diductum, & ideo separatur à nemate serico, *l. ult. ff. de public.* & hoc loco à sericoblatta, id est, à serico in purpureum colorem converso. Has autem species electas, mundas & puras sacris largitionibus inferri ad vestes principi conficiendas hac lege præcipitur, multa proposita canonicariis & primoribus officiorum. Blatta purpura est, *l. 1. sup. quæ res ven. non pos. Purpura*, inquit, *quæ blatta vel oxyblatta atque ianibina dicitur.*

XI. IMP. THEOD. A. ET VALENTINIANUS CAES. MAXIMINO COM. S. L. Murileguli, qui relicto, atque despecto propriæ condicionis officio, vetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis munisse dicuntur: ad propriæ artis, & originis vincula revocentur: ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solemnibus ministeriis inservire manifestum est: omnia quæcumque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si alienigenæ detentores oneribus condicionis extraneæ maluerint subjacere, quam restituere facultates: & futura deinceps agnoscant munia sibi esse subeunda, & de præterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. DAT. XVII. KAL. NOV. CP. VICTORE COS.

Murileguli, sive conchylioleguli sunt conchyliorum piscatores, huic muneri addicti originis & condicionis jure, adeo ut non possint ad dignitatem ullam vel militiam aspirare: vel si ad eam aspiraverint revocantur, redditis bonis si qua ejusdem originis, & conditionis homines aliquo titulo possideant. Quod si ea exteri possideant, malintque eidem se condicioni subjicere, quam ea bona restituere, audientur, ita ut in futurum sint murileguli, & in præteritum reliqua publici canonis fisco persolvant.

XII. IIDEM A. ET CAES. MAXIMINO COM. S. L. Hi qui ex filiabus murilegulorum, & alienæ originis patribus sunt, vel fuerint procreati, jura maternæ condicionis agnoscant. DAT. VIII. KAL. JUN. THEOD. A. XI. ET VALENTINIANO CAES. COSS.

Ut qui ex monetaria et ingenuo nascitur matris conditionem sequitur, *l. 7. sup.* ita qui ex murilegula et ingenuo, non tamen qui ex murilegula et curiali, *Nov. 38.*

XIII. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ACACIO COM. S. L. Si quis ex corpore gyneciariorum, vel lineariorum, vel linifariorum, monetariorum, vel murilegulorum, vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium, voluerit posthac de suo collegio liberari: non quoscunque, nec facile in locum proprium, freti dextræ triumphalis absolutione, substituant: sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus adprobaverint. Ita tamen ut is, qui ab hujusmodi condicione juxta formam cœlitus datam beneficio principali fuerit absolutus, universi sui generis prosapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus ejus, qui absolvitur, rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse, non dubitet. DAT. VII. KAL. MAR. CP. DD. NN. THEOD. XII. ET VALENTINIANO II. AA. COSS.

Miror Alciatum scripsisse monetarios in hoc titulo non esse, qui monetam cuderent: nihil enim cusores monetæ ad hunc tit. pertinere, quasi scilicet titulus sit de vestium sacrarum duntaxat confectoribus, & tinctoribus: quod est falsum: nam & de bastagariis est, quos perperam ille eadem ratione ab baphia condemnat: Qui & hanc legem, & Notitiam imperii Romani legerat, intelligere debebat, murilegulos, monetarios, bapheos, gyneciarios, bastagarios, thesaurenses, licet diversæ functionis, ad sacras largitiones pertinuisse, & sub dispositione Comitis largitionum fuisse; idcirco conjunctim sub eodem titulo proponi, idcirco & sacras largitiones thesauros dici, & ornamentum, & vestiarium, ut lib. x. retulimus. Multa in Alciato sunt reprehendenda, quæ, ut Platonem Aristoteles, ut cæterorum, nos tacite malumus reprehendere, quam passim, testaque lutoque. Ait igitur hæc lex vestiarios, & cæteros, qui originis suæ jure ad sacras largitiones pertinent, beneficio principis per substitutum judicio Comitis largitionum approbatum huic conditioni parere posse, ita tamen, ut & liberi eorum, & bona in eadem conditione permaneant. Lintearii sunt artifices lineæ vestis: linifarii, linifices: sic emendavi ex C. Th. & liberis scriptis, cum antea male legeretur, *Limphariorum*, & ita Græci ad legem, quæ sequitur, τῶν βαφέων ἢ τῶν λινυφαρίων: & paulo post etiam, *dextræ triumphalis*, ex eisdem libris, ut in *l. pen. C. Th. de an. civic. Qui*, inquit, *triumphalis dexteræ nostræ confirmationem est consecutus*: quibus verbis adnotatio significatur. Eusebius 2. de vita Constantini: τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἐγγράφως ὑποσημειώσεως.

XIV. IIDEM AA. * COM. S. L. Privatæ, vel lioteæ vestis magistri, thesaurorum præpositi, vel baphiorum, ac textrinorum procuratores, cæterique quibus hujusmodi solicitudo committitur, non ante ad rem sacri ærarii procurandam permittantur accedere, quam satisdationibus dignis eorum administratio roboretur: scituri ne prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.

In Notitia Orientis sub Comite sacrarum largitionum ponuntur magistri lineæ vestis, magistri privatæ, quod hujus legis scripturam valde confirmat, id est, procuratores, sive Catholici, ut Græci vertunt, & præpositi thesaurorum, & baphiorum, ac linificiorum procuratores, qui omnes rem sacri ærarii, id est, sacrarum largitionum procurant. Hos jam traditum est *sup. l. 2.* suffragiis non esse promovendos. Additur hac lege, nec nisi datis idoneis fidejussoribus, rem sacri ærarii salvam fore, & quo minus ita satisdent frustra eos petere sacras prosecutorias quibus scilicet laudentur, & approbentur, ut *l. 7. C. Te. de privil. cor. qui in sac. pal.* Apparet autem ex hac lege, *& l. 2.* non debuisse huic titulo adjici, *& procuratoribus Gynecii*, quod

etsi

etsi habeant Basilici, Codex Thepdosii non habuit, cum de procuratotibus rei privatæ, & de procuratoribus baphiorum ac linificiorum in eis agatur. Ait, *Satisdationibus dignis*, id est, idoneis: sic Plutarchus, *βέβαια τὴν ἀξίαν*.

XV. Iidem aa. Valerio com. s. l. Qui aut patre conchylilegulo geniti probabuntur, aut matre, memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigent. Dat. x. Kal. Apr. cp. Hiberio, et Ardaburе Coss.

Ex alterutro parente murilegulo natus deterioris parentis conditionem sequitur: quod & de natn ex alterutro peregrino lege Mensia similiter cautum fuisse Ulp. in titulis auctor est. Sequitur synopsis ultimæ legis.

XVI. *Μηδεὶς ὡς ἔτυχεν τοῖς δημοσίοις σωματείοις ἐγγραφέσθω, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ ἐκ γένους ὢν τοιοῦτος καὶ ἡλικίας, καὶ τέχνης ἐστὶν ἐπιτήδειος, πράξεως γενομένης ἐπὶ τούτῳ παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας καὶ κατατιθεμένου τοῦ σωματείου ὅτι ἐπιτήδειός ἐστι, καὶ τὰ πραττόμενα εἰς ἡμᾶς ἀναφερέσθω, ὥστε ἡμᾶς πάλιν ἐπικυρῶσαι διὰ θείου συλλαβῶν τάξιν προβατορίας λαμβανόντων: εἰ δὲ παραβαίη ταῦτα τὶς οὔτε τὰς παραμυθίας λήψεται τὰς ἐντεῦθεν, οὔτε κοινωνήσει τοῦ σωματείου, ἀλλὰ βασανισθεὶς ἐξορισθήσεται διηνεκῶς ἐκ τῆς ἐπαρχίας, καὶ πᾶς δὲ συνεργήσας τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται, καὶ μάλιστα ὁ πραιπόσιτος.*

Ne quis, ut fit, publicis corporibus adscribatur nisi urgente necessitate, vel nisi sit ex eo genere, & tam arte, quam ætate habilis atque idoneus actis apud præsidem provinciæ factis, & esse illum idoneum corpore deponente, rursusque gestis ad nos delatis, ut confirmentur divino oraculo nostro vice probatoriæ. Qui vero hæc non servaverit, neque solatia inde ulla percipiet, nec ullum eum collegio commercium habebit, sed gravissime coercitus exilio perpetuo damnabitur extra provinciam: eisdem pœnis subjicitur, qui ei opem tulerit hac in re, & maxime præpositus.

Lex 2. & 14. sunt de procuratorib. creandis. Hæc de ipsis Gynecariis, vel monetariis, vel murilegulis, vel aliis, ut ne in ea corpora conscribantut sine sacra probatoria, quæ & iu aliis plerisque exigitur, *l. probatorias, inf. de div. off.* & edicto Justiniani 8. & 13. Solatia indicat eos habuisse de fisco, id est, annonas, & non tantum puniti eos, qui sine probatoria eis se collegiis immiscuerint, sed & suffragatores, & maxime præpositos: alii sunt præpositi gyneciis, *l. 5. sup. ad leg. Jul. repet.* qui alias procuratores dicuntur: alii thesauris, *l. 14. sup.* et baphiis, *l. 3. C. Th. de ind. deb.* alii gregibus, et stabulis, alii bastagis, alii barbaricariis, sive argentariis, ut Notitia docet, quæ omnia ad sacrum, vel privatum ærarium pertinebant.

De Vestibus holoveris, & auratis, & de tinctione sacri muricis.

Tit. IX.

I. Impp. Valentinian. et Valens aa. Archelao com. s. l. Auratas, ac sericas paragaudas auro intextas viriles privatis usibus contexere conficereque prohibemus; & à gynecciariis tantum nostris fieri præcipimus. Dat. v. Non. Jul. Nebiodumi. Acc. xv. Kal. Aug. Mar. Valentiniano n.p. et Victore Coss.

Interdicit privatis hominibus usu paragaudarum, et eæ si quæramus quales sint, lex docet satis, auratæ nimirum, vel sericæ auro intextæ phrygio, sive barbarico opere, quod etiam ex Vopisco intelligere licet in Aureliano, alias monolores, alias dilores, alias trilores, et pentelores facit pro numero intextorum filorum aureorum, quæ videntur lora appellasse, vel intexturam ipsam potius, ut non male in donatione Constantini ad Sylvestrum, lorum vetus interpres phrygium reddiderit. Nicetas: *βλαττία δίβολα καὶ τρίβολα νήματα χρυσοῦ*. Mulieribus earum usu non interdicitur: et ideo ait *viriles*, et in *l.* seq. *vir*, et in *l. 4. virilia*, non servata scriptura Codicis Theodosiani, quoniam Justinianus eas matronis indulgebat.

II. Imppp. Gratianus, Valentinian. et Theodosius aaa. Floro pp. Nemo vir auratas habeat, aut in tunicis, aut in lineis, paragaudas: nisi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est: non enim levi animadversione plectetur quisquis vetito se & indebito non abdicaverit indumento. Dat. iii. Kal. Apr. cp. Antonio, et Syagrio Coss.

Idem repetitur hac lege, ne viri utantur paragaudis, vel in tunicis, vel in lineis. Linearum est frequens usus in Oriente propter fervorem æstus. Sed interdicitur hac lege, et tunicis, et lineis paragaudis. Lex superior à gyneciariis tantum eas confici permittit. Hæc quoque, quod tantundem valet, usum earum Imperatoris tantum ministeriis concedit.

III. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. * Vellera adulterino colore fucata in speciem sacri muricis tingere non sinimus, nec tinctum eum Rhodino prius serico alio postea colore fucari: cum de albo, omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipiant.

Vetat vellera adulterino colore tincta rursus murice tingi ad conficiendam speciem, sive vestem principalem. Vetat tinctum prius sericum Rhodino colore, cui nomen à rosa principe florum, alio postea inquinari licere, crudum nativumque vellus quolibet colore inficere. Pro *serico*, lego, *sericum*, ex tribus libris manuscriptis. Crustas vocarunt, quibus alio admistus colori puri rubor muricis inardescit, *l. 31. C. Th. de scænicis*. Fucare est tingere, et colorare, *l. 1. sup. quæ res vendi non pos. l. ult. C. Th. de murileg.*

IV. Imp. Theodosius a. Maximo com. s. l. Temperent universi, cujuscunque sint sexus, dignitatis, artis, professionis, & generis, ab hujusmodi speciei possessione, quæ soli principi ejusque domui dedicatur, nec pallia tunicasque domi quis sericas contexat, aut faciat, quæ tincta conchylio nullius alterius permistione contexta sint, proferantur ex ædibus, tradenturque tunicæ, aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchilii nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem infectionis arguto pectine solidanda

fila

brarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant: prioribus etiam cujuscunque officii, si statuta cœlestia à quopiam passi fuerint temerari. DAT. V. KAL. JUL. CP. ARCAD. A. VI. ET PROBO COSS.

Metaxam lini dixit Lucillius apud Festum, quo modo etiam Vascones Pyrenæi loquuntur: At de serico dicitur frequentius. Moschopulus, *σήρ, ὁ σκώληξ, ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος ἀφ' οὗ σηρικὰ ἱμάτια τὰ μεταξωτά.* Zonaras in Nicena 2. *ἐκ μετάξης ἐσθῆτας πεποικιλμένας: αὗται γάρ εἰσι σηρικά*, quod & alii auctores comprobant multi: sed error in eo est, quod sericum quodvis eo nomine plerique significari putent. Rude est sericum & *αὐτοφυὲς*, nondum neque tinctum neque in filia diductum, & ideo separatur à nemate serico, *l. ult. ff. de public.* & hoc loco à sericoblatta, id est, à serico in purpureum colorem converso. Has autem species clozas, mundas & puras sacris largitionibus inferri ad vestes principi conficiendas hac lege præcipitur, multa proposita canonicariis & primoribus officiorum. Blatta purpura est, *l. 1. sup. quæ res ven. non pos. Purpura*, inquit, *quæ blatta vel oxyblatta atque ianthina dicitur.*

XI. IMP. THEOD. A. ET VALENTINIANUS CAES. MAXIMINO COM. S. L. Murileguli, qui relicto, atque despecto propriæ condicionis officio, vetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis munisse dicuntur: ad propriæ artis, & originis vincula revocentur: ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solemnibus ministeriis inservire manifestum est: omnia quæcumque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si alienigenæ detentores oneribus condicionis extraneæ maluerint subjacere, quam restituere facultates: & futura deinceps agnoscant munia sibi esse subeunda, & de præterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. DAT. XVII. KAL. NOV. CP. VICTORE COS.

Murileguli, sive conchylioleguli sunt conchyliorum piscatores, huic muneri addicti originis & condicionis jure, adeo ut non possint ad dignitatem ullam vel militiam aspirare: vel si ad eam aspiraverint revocantur, redditis bonis si qua ejusdem originis, & conditionis homines aliquo titulo possideaot. Quod si ea exteri possideant, malintque eidem se condicioni subjicere, quam ea bona restituere, audientur, ita ut in futurum sint murileguli, & in præteritum reliqua publici canonis fisco persolvant.

XII. IIDEM A. ET CAES. MAXIMINO COM. S. L. Hi qui ex filiabus murilegulorum, & alienæ originis patribus sunt, vel fuerint procreati, jura maternæ condicionis agnoscant. DAT. VIII. KAL. JUN. THEOD. A. XI. ET VALENTINIANO CAES. COSS.

Ut qoi ex monetaria et ingenuo nascitur matris conditionem sequitur, *l. 7. sup.* ita qui ex murilegula et ingenuo, non tamen qui ex murilegula et curiali, *Nov.* 38.

XIII. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ACACIO COM. S. L. Si quis ex corpore gyneciariorum, vel lintearorum, vel linifariorum, monetariorum, vel murilegulorum, vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium, voluerit posthac de suo collegio liberari: non quoscunque, nec facile in locum proprium, freti dextræ triumphalis absolutione, substituant: sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus adprobaverint. Ita tamen ut is, qui ab hujusmodi condicione juxta formam cœlitus datam beneficio principali fuerit absolutus, universi sui generis prosapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus ejus, qui absolvitur, rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse, non dubitet. DAT. VII. KAL. MAR. CP. DD. NN. THEOD. XII. ET VALENTINIANO II. AA. COSS.

Miror Alciatum scripsisse monetarios in hoc titulo non esse, qui monetam cuderent: nihil enim cusores monetæ ad hunc tit. pertinere, quasi scilicet titulus sit de vestium sacrarum duntaxat confectoribus, & tinctoribus: quod est falsum: nam & de bastagariis est, quos perperam ille eadem ratione ab baphia condemnat: Qui & hanc legem, & Notitiam imperii Romani legerat, intelligere debebat, murilegulos, monetarios, bapheos, gyneciarios, bastagarios, thesaurenses, licet diversæ functionis, ad sacras largitiones pertinuisse, & sub dispositione Comitis largitionum fuisse; idcirco conjunctim sub eodem titulo proponi, idcirco & sacras largitiones thesauros dici, & ornamentum, & vestiarium, ut lib. x. retulimus. Multa in Alciato sunt reprehendenda, quæ, ut Platonem Aristoteles, ut cæterorum, nos tacite malumus reprehendere, quam passim, testaque lutoque. Ait igitur hæc lex vestiarios, & cæteros, qui originis suæ jure ad sacras largitiones pertinent, beneficio principis per substitutum judicio Comitis largitionum approbatum huic conditioni parere posse, ita tamen, ut & liberi eorum, & bona in eadem conditione permaneant. Lintearii sunt artifices lineæ vestis: linifarii, linifices: sic emendavi ex C. Th. & liberis scriptis, cum antea male legeretur, *Limphariorum*, & ita Græci ad legem, quæ sequitur, *τῶν βαφέων ϗ τῶν λινοϋφαντῶν*: & paulo post etiam, *dextræ triumphalis*, ex eisdem libris, ut in *l. pen. C. Th. de an. civic. Qui*, inquit, *triumphalis dexteræ nostræ confirmationem est consecutus*: quibus verbis adnotatio significatur. Eusebius 2. de vita Constantini: *τῇ αὐτοῦ δεξιᾷ ἔγγραφον ὑποσημειώσει.*

XIV. IIDEM AA. * COM. S. L. Privatæ, vel lineæ vestis magistri, thesaurorum præpositi, vel baphiorum, ac textrinorum procuratores, cæterique quibus hujusmodi solicitudo committitur, non ante ad rem sacri ærarii procurandam permittantur accedere, quam satisdationibus dignis eorum administratio roboretur: scituri ne prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.

In Notitia Orientis sub Comite sacrarum largitionum ponuntur magistri lineæ vestis, magistri privatæ, quod hujus legis scripturam valde confirmat, id est, procuratores, sive Catholici, ut Græci vertunt, & præpositi thesaurorum, & baphiorum, ac linificiorum procuratores, qui omnes rem sacri ærarii, id est, sacrarum largitionum procurant. Hos jam traditum est *sup. l. 2.* suffragiis non esse promovendos. Additur hac lege, nec nisi datis idoneis fidejussoribus, rem sacri ærarii salvam fore, & quo minus ita satisdeot frustra eos petere sacras prosecutorias quibus scilicet laudentur, & approbentur, ut *l. 7. C. Te. de privil. cor. qui in sac. pal.* Apparet autem ex hac lege, *& l. 2.* non debuisse huic titulo adjici, *& procuratoribus Gynecii*, quod

etsi

etsi habeant Basilici, Codex Theodosii non habuit, cum de procuratotibus rei privatæ, & de procuratoribus baphiorum ac linificiorum in eis agatur. Ait, *Satisdationibus dignis*, id est, idoneis: sic Plutarchus, βέβαιον τὸν ἄξιον.

XV. Iidem aa. Valerio com. s. l. Qui aut patre conchylilegulo geniti probabuntur, aut matre, memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigent. Dat. x. Kal. Apr. cp. Hierio, et Ardaburi Coss.

Ex alterutro parente murilegulo natus deterioris parentis conditionem sequitur: quod & de natn ex alterutro peregrioo lege Mensia similiter cautum fuisse Ulp. in titulis auctor est. Sequitur synopsis ultimæ legis.

XVI. *Μηδεὶς ὡς ἔτυχε τοῖς δημοσίοις σωματείοις ἐγγραφέσθω, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ ἐκ γένους ὢν τοιούτου καὶ ἡλικίας, καὶ τέχνης ἐστὶν ἐπιτήδειος, πράξεως γινομένης ἐπὶ τούτῳ παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας καὶ καταντιθεμένου τοῦ σωματείου ὅτι ἐπιτήδειός ἐστι, καὶ τὰ πραττόμενα εἰς ἡμᾶς ἀναφερέσθω, ὥστε ἡμᾶς πάλιν ἐπικυρῶσαι διὰ θείων συλλαβῶν τάξιν προβατορίας λαμβανόντων: εἰ δὲ παραβαίη ταῦτα τὶς, οὔτε τῆς παραμυθίας λήψεται τῆς ἐντεῦθεν, οὔτε κοινωνήσει τοῦ σωματείου, ἀλλὰ βασανισθεὶς ἐξορισθήσεται διηνεκῶς ἐκ τῆς ἐπαρχίας, καὶ πᾶς δὲ συνεργήσας τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται, καὶ μάλιστα ὁ πραιπόσιτος.*

Ne quis, ut fit, publicis corporibus adscribatur nisi urgente necessitate, vel nisi sit ex eo genere, & tam arte, quam ætate habilis atque idoneus actis apud præsidem provinciæ factis, & esse illum idoneum corpore deponente, rursusque gestis ad nos delatis, ut confirmentur divino oraculo nostro vice probatoriæ. Qui vero hæc non servaverit, neque solatia inde ulla percipiet, nec ullum cum collegio commercium habebit, sed gravissime coercitus exilio perpetuo damnabitur extra provinciam: eisdem pœnis subjicitur, qui ei opem tulerit hac in re, & maxime præpositus.

Lex 2. & 14. sunt de procuratorib. creandis. Hæc de ipsis Gynecciariis, vel monetariis, vel murilegulis, vel aliis, ut ne in ea corpora conscribantur sine sacra probatoria, quæ & in aliis plerisque exigitur, *l. probatorias*, *inf. de div. off.* & edicto Justiniani 8. & 13. Solatia indicat eos habuisse de fisco, id est, annonas, & non tantum puniti eos, qui sine probatoria eis se collegiis immiscuerint, sed & suffragatores, & maxime præpositos: alii sunt præpositi gynecciis, *l. 5. sup. ad leg. Jul. repet.* qui alias procuratores dicuntur: alii thesauris, *l. 14. sup.* et baphiis, *l. 3. C. Th. de ind. deb.* alii gregibus, et stabulis, alii bastagis, alii barbaricariis, sive argentariis, ut Notitia docet, quæ omnia ad sacrum, vel privatum ærarium pertinebant.

De Vestibus holoveris, & auratis, & de tinctione sacri muricis.

Tit. IX.

I. Impp. Valentinian. et Valens aa. Archelao com. s. l. Auratas, ac sericas paragaudas auro intextas viriles privatis usibus contexere conficereque prohibemus; & à gynecciariis tantum nostris fieri præcipimus. Dat. v. Non. Jul. Nabiodumi. Acc. xv. Kal. Aug. Mar. Valentiniano n. p. et Victore Coss.

Interdicit privatis homioibus usu paragaudarum, et eæ si quæramus quales sint, lex docet satis, auratæ nimirum, vel sericæ auro intextæ phrygio, sive barbarico opere, quod etiam ex Vopisco intelligere licet in Aureliano, alias monolores, alias dilores, alias trilores, et pentelores facit pro numero intextorum filorum aureorum, quæ videntur lora appellasse, vel intexturam ipsam potius, ut non male in donatione Constantini ad Sylvestrum, lorum vetus interpres phrygium reddiderit. Nicetas: *βλαττία δίβηλα καὶ τρίβηλα νήματα χρυσουφῆ*. Mulieribus earum usu non interdicitur: et ideo ait *viriles*, et in *l.* seq. *vir*, et in *l. 4. virilia*, non servata scriptura Codicis Theodosiani, quoniam Justinianus eas matronis indulgebat.

II. Imppp. Gratianus, Valentinian. et Theodosius aaa. Floro pp. Nemo vir auratas habeat, aut in tunicis, aut in lineis, paragaudas: nisi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est: non enim levi animadversione plectetur quisquis vetito se & indebito non abdicaverit indumento. Dat. iii. Kal. Apr. cp. Antonio, et Syagrio Coss.

Idem repetitur hac lege, ne viri utantur paragaudis, vel in tunicis, vel in lineis. Linearum est frequens usus in Oriente propter fervorem æstus. Sed interdicitur hac lege, et tunicis, et lineis paragaudis. Lex superior à gynecciariis tantum eas confici permittit. Hæc quoque, quod tantundem valet, usum earum Imperatoris tantum ministeriis concedit.

III. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. * Vellera adulterino colore fucata in speciem sacri muricis tingere non sinimus, nec tinctum cum Rhodino prius serico alio postea colore fucari: cum de albo, omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipiant.

Vetat vellera adulterino colore tincta rursus murice tingi ad conficiendam speciem, sive vestem principalem. Vetat tinctum prius sericum Rhodino colore, cui nomen à rosa principe florum, alio postea inquinari licere, crudum nativumque vellus quolibet colore inficere. Pro *serico*, lego, *sericum*, ex tribus libris manuscriptis. Crustas vocarunt, quibus alio admistus colori puri rubor muricis inardescit, *l. 11. C. Th. de scænicis*. Fucare est tingere, et colorare, *l. 1. sup. quæ res vendi non pos. l. ult. C. Th. de murileg.*

IV. Imp. Theodosius a. Maximo co. s. l. Temperent universi, cujuscunque sint sexus, dignitatis, artis, professionis, & generis, ab hujusmodi speciei possessione, quæ soli principi ejusque domui dedicatur, nec pallia tunicasque domi quis sericas contexat, aut faciat, quæ tincta conchylio nullius alterius permistione contexta sint, proferantur ex ædibus, tradenturque tunicæ, aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchilii nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem infectionis arguto pectine solidanda

hla

fila decurrant : reddenda ærario holovera vesti- A menta virilia protinus offerantur : nec est ut quisquam de abjurato pretio conqueratur, quia sufficit calcatæ legis impunitas : ne quis vero nunc hujusmodi suppressione in laqueos novæ constitutionis incurrat : alioquin ad similitudinem læsæ majestatis periculum sustinebit. Dat. xvii. Kal. Feb. c.p. Victore v.c. Cos.

Interdicit tam mulieribus, quam viris usu vestium sericarum purpurearum : fuit etiam ante purpuræ tinctura atque commercium privatis interdictum, *l. 1. sup. quæ res vendi non poss.* et à Nerone, ut Suetonius scribit cap. xxxii. Crustis interdicit, quibus est purpureo aliur admistus color, quas in usum sacræ domus : B fieri vetuit, *l. 3.* Prætextis videtur interdicere, quæ nominatim permittuntur Nov. Leonis lxxx. At viris etiam interdicit holoveras vestes, id est, holosericas, quod et Tacitum fecisse Vopiscus scribit. Serica veteres dixere *βήρους*, ut nunc Galli, *Verours*. Zonaras, et Balsamon in xii. can. Gangrensi *βλάττια*, interpretatur esse *σηρικὰ ὑφάσματα*, et idem Balsamon, ad formulam imaginariæ donationis Constantini, Pontificem illum uti veris vestimentis, et vero selochalino. Vopiscus in Carino : *Donati ab Atrebaticis birri petiti, Donati birri Canusini* : forte pro *beri*, sive *biri*, ut Trebellius veri lumen. Hieronymus 2. adversus Iovinianum : *Nunc lineis, & sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis*. Subsericis vestibus non interdicit : sed neque holoveras, sive holo- C sericas matronis invidet : sicut nec auratas, vel auro intextas paragaudas, *l. 1. & 2. sup.* quæ pluris non sunt, quam holoveræ. Libra enim auri tunc libra serici erat, ut Vopiscus scribit in Aureliano, & in lege Rhodia : *ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ*. Ornatus, & cultus mulierum proprius est non virorum, & ideo ornamentorum usu non eadem lege coercentur, qua viri. Purpura tamen serico preciosior semper fuit, usu utrisque pariter interdicitur. Id non est omittendum, hac lege caveri, ut privati purpuram, quam habent, sacris thesauris reddant minime recepto pretio, & ut in posterum si habuerint lege majestatis teneantur. Ait, *Arguto pectine*. Lucas Penna errorum, & ineptiarum amaxarius ingens, hoc loco appositæ imitationem Virgilii notat. D

Arguto conjunx percurrit pectine telas.

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Apolonio com. s. l. Purpuræ nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoque interminatione vetamus. Et ideo septimum de scrinio exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum, ad bapheia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus : ut omnis fraus eorum prohibeatur solertia timentium, ne quæsitis longo sudore stipendiis careant, etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. Dat. viii. Id. E Mart. cp. Isidoro, et Senatore Coss.

Pertinet hæc lex ad baphia Phœnices, à quibus Synesio *περὶ Βασιλείας, φοινικοβαφὴς χιτών*, in quibus clam privatis usibus & fiscalibus pariter purpura tingebatur, & constituitur ob eam rem ut quotannis ad ea mittatur ex scrinio exceptorum septimus, ex scrinio canonum sextus, ex scrinio tabulariorum quintus, quorum interventu fraudes hujusmodi submoveantur. De his scriniis cæterisque largitionum dicetur in *l. 7. inf. de pal. sacr. larg.* Addidit Haloander, *quartum de scrinio vestiariorum*, quod veteribus libris abest, non deest.

De Fabricensibus.

Tit. X.

I. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius AAA. Tatiano pp. Omnibus fabricensibus non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri præcipimus, ut venæ nobilis, & quæ facile deducantur ignibus, seu liquescat ferri materies præbeatur, quo promptius adepta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. Dat. xv. Kal. Nov. Theodosio A. ii. et Cynegio Coss.

Fabricensium fuit certum corpus, qui in publicis fabricis faciebant arma, hastas, saggittas, loricas, arcus, spatas, ballistas, scuta, clibanos : deputati etiam dicebantur, *l. ult. sup. de serv. fugit. Nov.* 85. Statuti à Juliano in eadem Novella. His hæc lex puram ferri speciem fabricandi causa præstari jubet, non adærari, ne ea pecunia sibi forte vietum vitiatumque ferrum comparent. Ait, *venæ nobilis*, ut Cassiodorus : *Seculis suis producit nobilis vena primarios*. Græci, *ἀχαλὸν καὶ καθαρὸν εὐχερῶς λυόμενον τῷ πυρὶ καὶ χωνευόμενον*.

II. Iidem AAA. Rufino magistro of- C ficiorum. Primicerium fabricæ post biennium non solum vacatione, verum etiam honore donari præcipimus : ita ut inter protectores ejusdem fabricæ post biennium adoraturus æternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. Dat. viii. Id. Mart. Valentiniano A. iv. et Neotherio Coss.

Scripta est ad magistrum officiorum, ut 3. 6. 7. quoniam sub ejus dispositione fuerunt fabricæ & fabricences, qui & primicerios habuerunt, ut collegia & corpora fere omnia non condicionalia, non perpetuos, sed alia annales, alia triennales, hæc biennales, qui post biennium pro præmio & immunitatem adipiscebantur D & honorem inter protectores quasi veterani, atque ideo jus adorandæ purpuræ sacræ, qui honor maximus censebatur. Et horum si probatio exigatur, legantur quæ adnotavimus lib. xii. *tit. 7. & l. 2. tit. 2. & tit. 17. l. 1.* Hæc verba, *Ejusdem fabricæ per biennium*, auctore Codice Theodosiano delenda censeo.

III. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Osio Magistro officiorum. Stigmata, hoc est nota publica fabricensium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, ut hoc modo saltem possint latitantes agnosci, his qui eos susceperint, vel eorum liberos sine dubio fabricæ vindicandis, & qui subreptione quadam declinandis operis ad publicæ cujuslibet sacramenta militiæ E transierunt. Dat. xviii. Kal. Jan. cp. Honorio A. iv. et Eutychiano Coss.

Fabricensium est militia quædam, *l. 4. & 6.* numeri; *l. 4. & 6. Nov.* 85. Dimissi fabricensium primicerii honorantur ut veterani, sicut dictum est lege superiori. Recepti compunguntur notis publicis ut tyrones. Aetius Amidenus lib. 8. cap. 12. *Στίγματα καλοῦσι τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου, ἢ ἄλλου τινὸς μέρους τοῦ σώματος ἐπιγραφόμενα, οἷά ἐστι τῶν στρατευομένων ἐν ταῖς χερσί*. Vegetius : *Punctis signorum scribendus tyro*, & alio loco : *victuris in cute punctis milites scripti*. Apud Gregorium 2. epistol.

stol. fit mentio constitutionis cujusdam Mauricii Augusti, ne quis manu signatus ante expletam militiam ad monasteria migret, quam dicit priorem tulisse Julianum Parabatam: & sic manu etiam signari aquarios ostendit *l. pen. inf. de aqued.* Additur in hac l. ut fugitivorum fabricensium manu brachiove signatorum, vel liberorum eorum susceptores, fabricæ vindicentur, & relicta fabrica qui ad aliam militiam obrepserint, ut fabricæ restituantur, idem si ad curiam, *l. 32.*

IV. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Anthemio PP. Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum in ea urbe, qua natus est, vel in qua domicilium collocavit: his quorum interest, convocatis primitus acta conficiat, sese doceat non avo, non patre curiali progenitum, nihil ordini civitatis debere, nulli se civico muneri obnoxium: atque ita demum gestis confectis, vel apud moderatorem provinciæ, vel (si is absit) apud defensorem civitatis ad militiam, quam optaverit, suscipiatur. Quod si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit: sciat se ad ordinis, cui debetur, patriæque suæ munera esse deducendum: ita ut nulla eum nec temporis, nec stipendiorum prærogativa defendat. Dat. XV. Kal. Jun. CP. Honor. IX. et Theod. V. AA. Coss.

Ut nequis fabricensium collegio cooptetur antequam publice actis habitis apud præsidem provinciæ vel defensorem civitatis docuerit se curiali condicione liberum, nullique civili muneri subjacere: alioquin hoc non observato, fabricis allectum retrahi in curiam nulla obstante præscriptione temporis, ne XL. quidem, ut ostendimus in *l. 55. sup. de decur.*

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Arbljano CDM. rerum privatarum. Jure provisum est, fabricenses artibus propriis inservire, vel exhaustis laboribus immorentur cum sobole professioni, cui nati sunt: denique quod ab uno committitur, id totius delinquitur periculo numeri, ut constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant, & unius damnum ad omnium transit dispendium: universi itaque veluti in corpore unius formæ, unius decoctionis (si ita res tulerit) respondere cogentur. Dat. Prid. Non. Nov. CP. Theodo. A. XVI. et Fausto Coss.

Pars est Nov. Theodosii de bonis fabricensium, ut exhausto labore militiæ liberi eorum eidem condicioni adstringantur: Ut unius delictum teneat omnes, cum & qui suscipitur in eam militiam, totius corporis nominatione suscipiatur, atque ita debeant actus suos invicem speculari & custodire: quæ res non mediocrem fisco utilitatem adfert. Ait, *unius decoctionis*, Forte, *decoctioni*, id est, si quid unus eorum decoxerit & intercoeperit, ut *l. 12. sup. de suscept. l. 9. C. Th. eod. tit.* vel potius decoctionis, quasi universi videantur decoxisse quod unus decoxit, & hoc est quod ait *l. ult. sup. de hered. decur.* quæ hujus pars altera est, fisco omnes pro intercepto respondere cogi, ex quo apparet male quosdam hic legere, *cognitionis* & *rependere*.

VI. Impp. Leo, et Anthemius AA. Eufemio Magistro officiorum. Eos qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, vel eorum uxores, aut filios, qui itidem inter fabricenses militare dicuntur, non alibi pulsare volentibus respondere præcipimus, nisi in judicio tuæ sublimitatis, ad cujus jurisdictionem potestatemque pertinent: nec eos post stipendiorum finem militiæ super civilibus muneribus, vel curialibus, quibus nullo modo subjacere demonstrantur, à viris clarissimis rectoribus provinciarum, vel eorum officiis præter licitum inquietari.

Fabricensium & uxorum filiorumque eorumdem judex est magister officiorum, de quo dicturi sumus in *l. 3. inf. de præpos. sac. cub.* Soluti militia, quod fit expleto primiceriatu, vacatione donantur, ut ait *l. 2. sup.* quod quid sit, hæc explicat, ne ad ulla munera curialia vel civilia à præsidibus provinciarum officiisve eorum devocentur.

VII. Iidem AAA. Eufemio Magistro officiorum. Nullus fabricensium conductioni, vel administrationi, vel agriculturæ Asianarum rerum se posthac immiscere conetur: domini quidem, si qui contra hæc statuta meæ pietatis venire ausi fuerint, res vel prædia, quæ (scientes, quod fabricenses sunt) iisdem fabricensibus ministranda commiserint, amissuris: fabricensibus vero gravissime coercitis, post facultatum suarum amissionem, perpetua exilii pœna, & animadversione retinendis. Quoties sane in translatione armorum angariæ necessariæ fuerint: sublimitas tua literas ad eminentissimam jubeat dirigi præfecturam, & numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda sint, indicare: ut continuo super præbendis angariis pro numero eorum, quæ transferuntur armorum præceptione sua viros clarissimos moderatores provinciæ conveniat, ut secundum missam à sublimitate tua notitiam naves, vel angariæ confestim de publico præbeantur. Quod si aliqua tarditas, vel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminentissimam præfecturam literas in destinandis auctoritatibus amplissimæ sedis intercesserit, & ex hoc armorum transvectio fuerit impedita: quinquaginta libris auri tam numerarium pro tempore officii ejusdem amplissimæ sedis, quam alios, quorum interest, condemnari præcipimus, eamque auri quantitatem protinus exactam fisci viribus aggregari: multa præterea triginta librarum auri proposita tam viris clarissimis, qui provincias regunt, quam eorum apparitoribus, si convenientibus his armorum transvectio tarditate aliqua fuerit, præpedita.

Idem Leo qui militibus interdixit alienarum rerum conductione & procuratione, *l. milites, sup. de loc.* eadem fabricensibus interdicit hac constitutione. quod & in militibus antea fuerat constitutum, *l. si militem, sup. de condic. ob cau. dat.* et in fabricensibus, *l. 5. C. Th. eod. tit.* quos militum quasi numero fecimus, *l. 3. hujus tit.* Putem et fidejussione interdicendum pro alienarum rerum conductoribus aut procuratoribus exemplo militum, *d. l. milites* & clericorum, *Nov. 123. & c. 20. Clement.* Pœna partis hujus apertissima est. Subiicitur de transvectione armorum, ut fiat præstitis angariis de publico auctoritate præf. prætorio, posteaquam magistri officiorum literis numerum armorum, & locum ex quo transvectio facienda est, perdidicerit. Angariæ sunt jumentorum vel plaustrorum præstationes. Separantur hac lege à navibus, quanquam & naves ipsæ angariari dicantur, *l. pen. ff. de priv. vet.* Gregorius

VIII. Epistol. cap. LXIV. *Navem ab omni angaria exnere festines*. Separantur & quandoque ab operis, licet & has angariarum appellatio contineat, ut dixi lib. x. tit. 24. Separantur & plaustra in *l. 2. sup. de quib. mun.* quæ tamen non est dubium angariarum appellatione contineri, ut in formula cessionis in Oratorium collatæ apud Marculphum: *Nullas functiones vel exactiones neque caballorum partus, aut paraveredos, aut carrarum angarias*. Hujus vero partis pœna etiam apertissima est.

De Veteris numismatis potestate.

TIT. XI.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. GERMANO PP. Solidos veterum principum venerationc formatos ita tradi, ac suscipi ab ementibus, & distrahentibus jubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur: modo ut debiti ponderis sint, & speciei probæ: scituris universis, qui aliter fecerint, haud leviter in se vindicandum.

Ut in contractu emptionis, & venditionis non reprobetur vultu veterum principum signata moneta, dummodo sit ponderis debiti, & speciei probæ, id est, non adulterina, sive ut Leo ait Nov. 52. ἀπρεπποίητον τὴν μορφὴν ἔχον καὶ τὴν ὕλην ἀκίβδηλον, καὶ τὴν ὁλκὴν τέλειον. Venditor, qui reprobaverit lege Cornelia tenetur, auctore Paulo 5. Sententiarum, Arrianus ad Epictetum lib. III. τὸ τοῦ Καίσαρος νόμισμα οὐκ ἔξεστιν ἀποδοκιμάσαι τῷ τραπεζίτῃ, οὐδὲ τῷ λαχανοπώλῃ, ἀλλ' ἂν δείξῃς, θέλει οὐ θέλει προέσθαι αὐτὸν δεῖ τὸ ἀντ' αὐτοῦ πωλούμενον. Legatur, & pragmagtica sanctio Justiniani ad petitionem Vigilii cap. de mutatione solidorum.

II. IIDEM AA. ET GRATIANUS A. AD JULIANUM PP. Pro imminutione, quæ in æstimatione solidi forte tractatur, omnium, quoque pretia specierum decrescere oportet.

Si venierit res xx. aureis, & ante numerationem pretii imminuta fuerit aureorum æstimatio, imminuetur, & rei venditæ pretium: nam xx. aureos præstando emptor liberabitur, etiamsi non tanti sint solutionis tempore, quanti contractus, eadem est contrariorum potestas, ut Aristoteles ait: igitur si ante numerationem aucta fuerit æstimatio solidorum, augebitur, & prætium rei venditæ, quod summe notandum censeo: potest esse usui in mutuo, ut ostendimus in *l. 19. ff. de verb. obl.* & in locatione, & in taxatione rerum sive mancipiorum legibus definita.

III. IMPP. GRATIANUS, VALENTIN. ET THEODOSIUS AAA. ARINTHEO PP. Universos auctoritas tua proposito edicto commoneat, obryzatorum omnium solidorum uniforme pretium postulare: scilicet capitali supplicio puniendo, qui vel jussa nostræ majestatis avaritiæ cæcitate contempserit, vel æternales vultus: dum fraudibus studet, duxerit viliores.

Idem hac lege caveri existimo, quod prima, ut solidorum veterum, & recentiorum eadem sit potestas, æstimatio, pretium, dignitas: quam iis verbis expressit Zonaras in Nicephoro Phoca: στατῆρας πάντα βασιλικῶν ἐκτύπωμα φέροντα ἰσότιμον εἶναι τοῦ ἄρτι κοπτομένου. In fine pro, *violare*, emendavi *viliores* ex veteribus, & ex libris βασιλικῶν, in quibus ita est redditus; κεφαλικῶς τιμωρηθήσεται ὅστις τὰ παλαιὰ ὄβρυζα ὄντα εὐτελεστέρως διατιμᾶται, id est, capaciter punitur, qui vetera numismata obryza duxerit viliora. Obryza, id est, solidos aureos, ut in *l. 2. sup. ut nem. linc. in coemp. spec. & l. 1. inf. de oblat. vot.* & quidem auri mersi, & purissime cocti. Coctum pro obryzo in *l. 1. C. Th. de ponderat.* Merum, ut ex eo possit inaurario fieri in lege quadam Caroli magni. Aurum ad obrussam: Suetonius in Nerone c. 44. ut est scriptum in vet. libris. Si qui solvuntur, vel publico inferuntur solidi non sint ex auro ejusmodi, pro eo aliquid amplius superexigitur, id est, pro obryzæ incremento, *l. 4. C. Th. de auro coron.* & Justiniani edicto XI. prætextus ne obtendatur illationi solidorum, qui sunt speciei probæ, eo edicto prospicitur.

Nulli licere in frenis, equestribus sellis, & in balteis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis.

TIT. XII.

I. IMP. LEO A. LEONTIO. Nulli prorsus liceat in frenis, & equestribus sellis, vel in balteis suis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos aptare posthac, vel inserere. Aliis autem gemmis frena, & equestres sellas, & balteos suos privatos exornare permittimus: de eucurniis vero omnem prorsus qualiumcunque gemmarum habitum præcipimus submoveri: fibulis quoque in chlamydibus his utantur, quæ solo auro, & arte pretiosæ sunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit, sciat se continuo quinquaginta libris auri esse multandum. Nulli prætcrea privatorum liceat (exceptis scilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium, quam virilium anulorum habitu) aliquid ex auro, & gemmis, quod ad cultum, & ornatum imperatorium pertinet, facere: neque illud sub colore, & prætextu præparare, quod velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre: pietas enim mea hujusmodi dona non expetit, neque regium sibi offerri à privatis cultum requirit. Sane si quis posthac aliquid contra vetitum hujusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ usibus regiis deputata sunt, auroque, & gemmis decorata ausus fuerit præparare, centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendum, capitali quoque subdendum esse supplicio, ornamenta enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent, non passim in privatis domibus, vel officiis parari. Unde summa severitate sancimus, ut quod in cultu ornatuque nostro sacrum, & adorabile est, id facere temeritas privata non audeat. Si quis fane contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius multam ab eis per officia palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris jubemus inferri.

Margaritas tantum, & smaragdos, & hyacinthos vetat frenis, sellis & baltheis, non alias gemmas imponere. Adjicit *de curcumiis* (sic habent omnes vet. libri) ut nullæ his omnino inserantur. Sed eo nomine quid significetur non scio liquido. Idem de fibulis, ut de Adriano Spartianus scribit, cum sine gemmis fibulas stinxisse aliter quam Pollio de Gallieno cum chla-

chlamyde purpurea gemmatisque fibulis usum. Aureæ ergo fibulæ permittuntur privatis non gemmatæ. Recte autem chlamydibus fibulæ junguntur: ex una enim tantum parte induebantur. Sic & Suetonius in Tiberio chlamydem cum fibula jungit. Tum exceptis ornamentis mulieribus, & anulis, ut ne quis privatus ex auro, vel gemmis conficiat regia ornamenta, quæ solis palatinis artificibus, veluti gyneciariis, barbaricariis, & argentariis conficere jus est. Aureis vasis sacris, vel aliis quibusdam, quæ minime ad regium cultum accedunt, id est, eorum confectione privatis aperte non intercidit, & ita hanc legem alter Leo interpretatus est Nov. LXXXI. Dederat tamen jam ante hanc facultatem Aurelianus, ut aureis, qui vellent, & vasis uterentur, & poculis, auctore Vopisco. Ait, *In privatis domibus, vel officiis*, Sic emendavi ex veteribus: officiis, pro officinis, ut in *l. 1. sup. exercit. & instit. act.* Ait *per officia palatinorum*: officiales Comitis sacrarum largitionum exigunt multas sacro ærario inferendas, *Nov. 117. l. ult. sup. de discus. l. properandum, §. illo, sup. de judic.*

De Classicis.

Tit. XIII.

I. IMpp. Valentinianus, et Valens aa. Auxinio pp. Orientis. Classem Seleucenam, aliasque universas ad officium, quod magnitudini tuæ obsequitur, volumus pertinere: ut classicorum numerus ex incensitis, vel adcrescentibus compleatur, & Seleucena ad auxilium purgandi Orientis aliasque necessitates Comitis Orientis deputetur. Data Inoiectione xii.

Classici milites sunt deputati navibus amnicis purgandorum fluminum, & aliarum necessitatum gratia. Inde classis Araica, Istrica, Rhodani, Padi in Occidente. Fuere, & in Oriente plures, ad quas hæc lex pertinet, qua cavetur eas omnes pertinere ad præfectianos, ut eorum cura, sicut interpretor, classicorum numerus ex incensitis suppleatur, id est, colonariæ conditioni minime adscriptis, ut de tyronibus constituitur, *l. 1. inf. de tyronib. vel*, inquit, *adcrescentibus*, ut in *l. sicubi, C. Th. de censu, vel adf. l. 6. C. Th. de tyronib.* & in eod. tit. *l. 7. Ex incessibus atque adcrescentibus*: ut lego, *Incensitis*. Adcrescentes vocat, qui ex classicis nascuntur. Classis Seleucena Orontis, qui amnis est Syriæ Seleuciam affluens, Comiti Orientis deputatur: nec mirum, cum sub ejus dispositione Syriam fuisse certissimum sit.

De Decurialibus urbis Romæ.

Tit. XIV.

I. IMppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcad. aaa. Tripnolio pp. Si quis decurialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulsandum, intelligat se decuriæ interpellare debere judicem. Dat. xiv. Kal. Feb. Medio. Timasio, et Promoto Coss.

L. 1. C. Th. eod. tit. & Theodorici apud Cassiod. lib. v. epist. ad Capuanum rectorem decuriarum, & de eodem ad senatum, indicat collegium decurialium in urbe Roma fuisse, qui s. c. acta, auctoritates senatus

A excipiebant, perscribebant, complebant; scrinia senatus servabant, viri scribendi, dicendique periti, quibus præfuit rector, quem hæc lex judicem appellat, & Cassiodorus ad Capuanum rectorem decuriarum: *Judex*, inquit, *nunc exhibe, quod te volebas apud alios obtinere*. Judicabat enim inter decuriales, & alios: & ideo lex ait, cum, qui velit cum decuriali agere de auferendo privilegio ei jure veteri concesso, judicem decuriæ adire debere: & hoc vero sensu decuriam accipiendam puto in *l. 3. §. à municipibus, ff. de bon. poss. l. mortuo, ff. de fidejus. l. si quis mihi bona, §. 1. ff. de acquir. hered.*

B II. Imppp. Arcad. Honor. et Theod. aaa. Exuperantio, Julio, et caeteris decurialibus. Leges tam à superioribus principibus, quam à Divo parente nostro conditas nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque judices scire volumus, ne quis huic collegio injuriis corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis, quæ rationibus approbantur, audeat separare. Huic etiam collegio volumus antiquam privilegiorum prærogativam servari. Dat. vii. Id. Jul. Romae, Honor. a. vi. Aristaeneto Coss.

C Confirmat privilegia decurialibus concessa, ne qua ex causa corporalibus adficiantur injuriis, & si qua sunt alia.

De Privilegiis corporatorum urbis Romæ.

Tit. XV.

I. IMppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. ad Albinum p. u. Nulli sit liberum, nulli permissum, ut novum aliquid urbis incolæ in urbe sustineant: sed in honorem æternæ urbis corporatis indulta suffragia valere præcipimus: cura autem rectorum provinciarum corporati urbis Romæ, qui
D in peregrina transgressi sunt, redire cogantur, ut servire possint functionibus, quas imposuit antiqua solemnitas. Dat. Prid. Id. Jul. Aquileiae Tatiano, et Symmacho Coss.

Corporati urbis Romæ sunt, de quibus sequentibus titulis sigillatim tractatur, veluti pistores, suarii, boarii, pecuarii, caupones, lignorum, frumenti, olei portitores, calcis coctores, populi Romani usibus, & necessitatibus destinati, quos si in provincias transierint, cura præsidum urbi restitui hac lege præcipitur, & ne nova onera eis indicantur. Confirmantur, & immunitates, & privilegia eis concessa. Extat epistola Symmachi ad Valentinianum, ut indicta eis nova equorum collatio in usum exercitus remittatur, &
E conveniens ei rescriptum ad eundem Symmachum *l. 1. C. Theod. eod. tit.* Fuere, & in aliis urbibus corporati, *l. ult. sup. de navicul. Novell. Valentin. de episcop. ind.* sed non privilegiarii.

De Pistoribus.

Tit. XVI.

I. IMp. Leo a. Viviano pp. Quicunque ex mancipibus Comitis horreorum dignitatem, & officium, vel ambitione, vel pecunia, seu quolibet alio modo posthac fuerit adsecutus:

cutus : exutus dignitate, quam contra interdictum nostræ serenitatis adeptus est, multatus etiam viginti libris auri, ad mancipum denuo consortium collegiumque revocetur : omne etiam speciale beneficium, quocumque modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat.

Fuit in urbe certum corpus pistorum, qui pani civili conficiendo obnoxii erant. Hos *l. 1. & 2. inf. de frument. urb. Constantinopol. & l. 18. C. Theod. de pistor. & l. 4. C. Theod. de exs. & exact.* mancipes vocant, & hac Constitutio Leonis duobus locis, ut emendavimus, & legerat jam ante Lucas Penna. Quæ de his diximus libro singulari de temporibus cap. 13. in hunc locum transferri velim. Ad eandem vero formam, & mancipem carceris Prudentius dixit, pro commentariensi. Augustinus, & Ambrosius optionem carceris : mancipem sutrinæ Plinius : mancipem divinitatis Tertullianus : mancipes pro publicanis, multi. Symmachus 2. Epist. *Ursorum transvectionem cupiditati mancipii subtrahas* : ubi legendum, *mancipum*. Constituitur autem hac l. ut mancipes sive pistores, qui Comitis horreorum dignitatem adepti fuerint, pistrino reddantur : Non licere pistoribus ad hanc dignitatem aspirare.

De suariis, & susceptoribus vini, & cæteris corporatis.

Tit. XVII.

Susceptores vini caupones vocat, & ideo Græci ita vertunt περὶ χρεμπόρων καὶ καπήλων, qui scilicet suscipiebant vina fiscalia, & populo vendebant. Populo enim Romano oleum, panis, porcina gratuita præbebantur, vinum non nisi perraro, ut Vopiscus scribit in Aureliano. At de his sub hoc titulo nihil continetur, nec de aliis, quam suariis quidquam. Credo tamen de suariis constituta, ad cæteros esse porrigenda.

I. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. ad Albinum p. v. Porcinarii urbis æternæ, cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, sordidis semper muneribus liberentur. Dat. viii. Kal. Sept. Romae Timasio, et Promoto Coss.

Suaria functio Reipublicæ maxime utilis, ac necessaria excusat à cæteris functionibus sordidis.

II. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Florentio pp. Quicunque ex corporibus suariorum, sive excipiendæ necessitate litis adstrictus, seu inferendæ voluntate spontanea provocatus, judicium voluerit experiri : fori urbani adjutorium præstoletur.

Ut suarii excipiant inferantque actiones apud præfectum urbi, sub cujus dispositione legimus in Notitia fuisse etiam tribunum fori suarii, de quo in antiqua inscriptione in hunc modum: *Fl. Ursacius v. p. tribunus cohortium urbanarum* x. xi. & xii. *& fori suarii*. Fuisse etiam arbitror quemdam tribunum campi pecuarii, eumque significari in auctoritate illa vulgari Aproniani præfecti urbi, qua præcipitur, submota micandi consuetudine, pecora sub exagio vendi, ita tamen ut lanio caput, pedes & sevum lactans, & subgulare cedant : reliqua caro cum pelle & interaneis publice appendatur, & à venditore emptori præstetur. Cui simile est quod A à præfecto quodam urbi institutum refertur in *l. 4. Cod. Theodos. de suar.* nescio an eodem Aproniano, ut pondus porcorum trutinæ examine, non oculorum libertate quæratur. Exagium enim & trutinam significat, vel certæ ponderationis genus. Theodosius in *Nov. de pre. sol. De ponderibus ut fraus penitus amputetur, à nobis aguntur exagia, quæ sine fraude debeant custodiri.* In glossis exagios est ἄρτε ἐντυπή, & pensatio. Zonaras in Nicephoro Phoca : παντὸς νομίσματος ἐξάγιον σταθμὸν ἔλαττον, qui locus ostendit, solidum exagium pendere : exagium porro constare siliquis xxiv. ad Nicandrum ita adnotatum est τὸ ἐξάγιον κεράτια κ'. δ. sic legendum : sic apud Actuarium lib. v. Methodi. De solido non est dubium eum constare siliquis xxiv. *Nov.* 130. Additur in ea auctoritate Aproniani, commoda B omnia prædamque damnari, quam tribunus, officium, cancellarius, scriba de pecurariis capere consueverant. Tribunum campi pecuarii, ut existimo, & ejus officiales intelligit. De suariis, boariis, pecurariis habeo Nov. Valentiniani & Martiani, sed nihil pertinet ad constitutiones hujus tituli.

De Collegiatis, & chartopratis, & nummulariis.

Tit. XVIII.

I. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Cyro p. v. Qui sub prætextu decanorum, seu collegiatorum, cum C id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere : eorum fraudibus credidimus obviandum : ne quid sub specie muneris, quod minus exsequitur, alterius muneris oneribus releventur : ne argentariorum, vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati, vel decani festinant. Ideoque si quis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatum seu decanum se appellat ; sciat pro se alium subrogandum, qui prædicto muneri sufficiens adprobetur : subrogatione videlicet memoratorum, vel eorum, qui moriuntur, primatum ejus, qui subrogatur, admissa judicio. Quod autem supra nu- D merum, qui in cautis brevibus continetur, nemo se quolibet patrocinio, vel cujuslibet assumpta potentia debeat excusare : hoc nostræ est serenitatis censere, & tuæ sublimitatis, tuique officii cautius observare : hoc inter omnes æqua lance servari præcipimus, nullo divinæ domus patrocinio, nullo sacrosanctarum ecclesiarum reverentia, nulla qualibet vel cujuslibet potentia se excusante. Sed ne tantum circa munera relevanda supplicibus consuluisse noscamur, illud etiam dicendum observandumque esse censemus, ut chartæ venditio, quæ de provinciis ad corporatos supplicum per innovationem translata est, primæ constitutionis termi- E nis concludatur : hoc est, quod in initio dispositionis constitutum est, id in posterum nulla addita novatione servetur. Dat. x. Kal. Apr. Theod. xvii. et Festo Coss.

Ex corporatis urbis videntur etiam esse qui collegiati vel συστεματικοὶ dicuntur. Hi, ut est scriptum in descriptione antiqua Constantinopoleos, è diversis corporibus ordinati incendiorum solent casibus subvenire : & ideo in epistola de Symmachi corporatis ad Valentinianum, hoc significari puto, dum ait, *Per alios fortuita arceantur incendia*. Et ex diversis corporibus fuisse ostendit *l. pen. sup. de comm. & merc.* dum in locum defun-

defunctorum alios esse substituendos ait ex eodem corpore quo defuncti fuerunt. Eadem cum sit sub *tit. de comm. & merc.* ostendit ex corporibus eos fuisse negotiatorum, et hæc Græcorum interpretatio ad eam legem, *οἱ προϊστάμενοι ἐν τῷ σωματείῳ πραγματείας χάριν.* Sed et alias operas quaslibet pro ratione imminentis necessitatis Reipubl. præstabant, sicut *Novel. Majoriani de curialibus*, collegiatos aliarum civitatum scriptum est operas patriæ alternis vicibus pro curialium dispositione præbere. Corporatis etiam adjungo decanos, lecticarios, copiatas, sive vispelliones, tot enim appellationibus iidem nuncupantur, *Nov. 43. & 59. l. 4. sup. de sac. eccl. l. si qua. sup. de episcop. & cleric. l. 15. Cod. Theod. eod. l. 1. Cod. Theodos. de lus. col.* qui definiuntur ab Epiphanio ad finem lib. 3. sive tomi 7. contra hæreses: *οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων.* Horum vero et illorum certum numerum fuisse ostendit *d. l. pen. & d. 4. sup. de sacr. eccl.* quæ illi conjungenda est, supra quem nemo ab aliis muneribus, quasi sit ex decanorum vel collegiatorum corpore, vacationem obtinere potest, nec si ei suffragetur ecclesia, vel principis domus, vel qualibet alia potestas sive dignitas. Ait, *Supra numerum qui in cautis brevibus continetur*, malim *encautis*, ut *l. immunitates, inf. de agr. & cens. l. 4. Cod. Theodos. de ext. mun.* Statuti autem decani vel collegiati huic muneri vacantes à cæteris muneribus immunes sunt. Duo exigimus ut sint statuti, et ut in actu positi, id est, non otiosi et imaginarii. Supernumerarii ab aliis muneribus non excusantur: statuti quoque copiatarum vel collegiatorum munus non exercentes non excusantur, sed in copiatæ gradum, quem titulo tenus usurpant idoneo substituto ad proprii corporis munera devocantur. Hanc constitutionem extorsisse videtur argentariorum supplicatio, quorum muneribus plerique se subducebant decanorum titulo, qua ex re augebantur onera cæterorum, *l. 4. sup. de exaction. tribut. Novel.* 43. nunc relevantur singulis pristino muneri restitutis, et albo decanorum erasis. Ait, *Primatum ejus qui subrogatur*. Hic locus ostendit eos ex diversis corporibus eligi primatum cujusque corporis judicio. In extremo additur de chartopratis, ut chartarum venditio, quæ ex provinciis in urbem transmittuntur, fiat secundum antiquam formam, id est, ut chartas fiscales suscipiant et vendant qui solebant, non argentarii, ad quos novissime translata chartæ venditio fuerat. Quia lex scripta est ad præfect. urbi, videtur chartarum dispositio et cura ad eum pertinuisse, *Nov.* 44. videtur ad Comitem sacrarum largitionum referri. Chartariæ fuere ut Romæ, ita Constantinopoli quarta regione, quæ à Zonara in Valentiniano, et à Cedrino vocantur Calcopratia, eodem errore quo et hunc titulum Græci inscripserunt, *περὶ συστημάτων καὶ χαλκοπρατῶν*. Chartopratia enim dicere debuerunt. Ait, *dicendum*, malo, *edicendum*.

De Studiis liberalibus urbis Romæ, & Constantinopolitanæ.

TIT. XIX.

I. IMPP. THEODOSIUS A. ET VALENTINIANUS CAES. THEOPHILO P. V. Universos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoveri: ita ut si quis eorum post emissos divinæ sanctionis affatus, quæ prohibemus, atque damnamus: iterum forte tentaverit: non solum ejus, quam meretur, infamiæ notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa, ubi versatur illicite,

A urbe cognoscat. Illos vero, qui intra plurimorum domos eadem exercere privatim studia consueverunt: si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent: nulla hujusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii auditorium constituti: hi omnibus modis privatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quod si adversus cœlestia statuta facientes, deprehensi fuerint: nihil penitus ex illis privilegiis consequentur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti sunt, merito deferuntur. Habeat igitur auditorium spe-
B cialiter nostrum in his primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores tres numero, decem vero grammaticos: in his etiam, qui facundia græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ, & grammatici æque decem. Et quoniam non in his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui, profundioris quoque scientiæ, atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. Unum igitur adjungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur, duos quoque, qui juris, ac legum voluntates pandant: ita ut unicuique loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi
C invicem possint obstrepere, vel magistri, neve linguarum confusio permista, vel vocum aures quorundam, aut mentes à studio literarum avertat. DAT. III. KAL. MAR. CP. THEOD. A. XI. ET VALENTINIANO COSS.

Constitutio eos professores notat infamia, eisque interdicit urbe, qui sibi usurpant publice docendi auctoritatem. Privatam disciplinam probat. publice probatis receptisque professoribus ut doceant in Capitolio, ne et privatim doceant, interdicit. Publicorum professorum numerum constituit, Conjungenda est cum *l. 1. inf. de professorib. qui in urbe Constantinop.*

D

De honoratorum vehiculis.

TIT. XX.

I. IMPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. NEBRIDIO P. V. Omnes honorati, seu civilium, seu militarium dignitatum vehiculis dignitatis suæ, id est, carruchis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. DAT. III. KAL. FEBR. CP. HONORIO N. P. ET EVODIO COSS.

E Carrucarum usum in urbe permittit civili militarive dignitate præditis, veluti præf. urbi, magistro militum, & similibus: quem & Senatoribus omnibus permisisse Severum, & privatis Aurelianum legimus.

De Privilegiis urbis Constantinopolitanæ.

TIT. XXI.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PHILIPPO PP. ILLYRICI. Urbs Constantinopolitana non solum juris Itali-

ci,

ci, sed etiam ipsius Romæ veteris prærogativa lætetur. Dat. Prid. Id. Jul. Eustathio, et Agricola Coss.

Sumpta est ex *l. 6. sup. de sac. eccl.* & juri Italico; quod dederat *l. 1. Cod. Theod. de jure Ital. urb. Const.* adjicit privilegia, & prærogativam veteris Romæ. Legatur Chalcedonensis Synodi cap. 28. Legatur, & Justiniani pragmatica sanctio ad petitionem Vigilii *cap. ut fabricæ publicæ serventur*.

De Metropoli Beryto.

Tit. XXII.

I. Impp. Theodosius, et Valentinian. AA. Hormisdae PP. Propter multas justasque causas metropolitano nomine, ac dignitate Berytum decernimus exornandam, jam suis virtutibus coronatam: igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de jure suo derogatur: sit illa mater provinciæ, nostrorum majorum beneficio, hæc nostro, & utraque dignitate simili perfruatur.

Provincia Syriæ Phœnices duas habet metropoles; Tyrum, & Berytum. Sic Pontica, Amasiam, & Neocæsaream, *Nov.* 28. & Cappadocia Cæsaream, & Tyanam: quam tamen divisionem, si quando princeps duas metropoles fecerit ex una, nec contra veterem consuetudioem ecclesiæ esse sequendam Basilius contendit apud Greg. Nazianzenum, & Innocentius probat in epist. ad Alexandrum.

De Canone frumentario urbis Romæ.

Tit. XXIII.

I. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Julianum PF. annonae. Nautici apud præsidum, vel magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse, eorumque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet, nihil in his esse vitii: quod eo tempore, quo ad sacræ urbis portum pervenit, præfecturam jugiter observare præceptum est. Dat. XVIII. Kal. Jul. Remis Gratiano A. I. et Dagalaifo Coss.

Populo alendo conferebant provinciales frumentum, oleum, porcinam, bubulam, & hic est, qui dicitur canon, & commeatus populi Romani, quem curante præfecto urbi, & præfecto annonæ advehebant navicularii, sive nautici, & caudicarii, inspectum prius à præsidibus provinciarum, vel duumviris, apud quos etiam navicularios testari oportebat de suscepti commeatus integritate. Inspectionem quoque præf. annonæ hæc constitutio exigit, navi appulsa Romam: Idem etiam officinas pistorum discurrebat, ut Cassiodorus ait pensumque, & munditiam panis exigebat.

II. Impp. Arcadius, et Honorius AA. ad Senatum, et populum. Si quid frumenti, vel olei urbicarii canonis remissione indultum est: speciali beneficio contra commodum publicum elicita non valeant. Dat. XVI. Kal. Mai Med. Caesario, et Attico Coss.

Non valere rescripta quibus inferendi canonis P. Romani immunitas, sive remissio conceditur, *l. 2. sup. de navib. non excus.*

III. Iidem AA. Massalae PP. Neminem patimur in mutando canone urbis Romæ nostræ clementiæ beneficium postulare: sed ea rescripta, quæ quoquo modo potuerint imperrari, suscipi non sinimus: eos vero, qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus, vicarios quin etiam cæterosque judices, nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant, deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali supplicio subjugari perpetua auctoritate sancimus. Dat. Prid. Non. Sept. Altino Theodoro V.C. Coss.

Non valere rescripta quibus commutationem, quis sibi canonis adoptat, veluti ut pro indicto frumento oleum inferat. In duplum teneri eum, qui talia rescripta contra utilitatem publicam impetraverit: quod confirmat *l. 30. C. Th. de annon. & trib.* Altera pars coercet vicarios, & præsides provinciarum, & eorum officia: si quid ex commeatu pop. Romani sibi sumpserint, & usurpaverint.

De frumento urbis Constantinopolitanæ.

Tit. XXIV.

I. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Urso P.V. Nulli ne divinæ quidem domui nostræ frumentum de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda: ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Constantino præstitus, necnon à divo pietatis meæ avo Theodosio auctus expendi: quoniam crescit inopia, si frumenta, quæ pro annona tribuuntur, ad usus alios deputata cognoscantur: cogentur enim de publico sibi emere, quæ aliis vendere potuissent. Dat. X. Kal. Aug. CP. Theod. A. VIII. et Palladio Coss.

Hic titulus est de canone populi Constantinopolitani, cui annona gratuita data est æque ac Romano. Primus dedit Constantinus, ut *l. 1.* indicat tam tituli præsentis, quam sequentis, & Sudas iis verbis: παλατῖνοι εἶδος ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καθ' ἕν ἑκάστου χρόνον, οὓς ὀνομάσας αὐτοὺς οἷα ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους: προσέθηκε δὲ τούτοις καὶ κρέα, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον. An illud recte panes Palatinos dici, quod è Palatio erogarentur, ambigo: malim quod palatinis præberentur. Alii fuere militares alii populares, *l. 7. C. Th. de an. civ.* Hunc vero Constantinianum canonem postea auxit Theodosius: nam huic rei cum LXXX. fere millia modiorum deputasset Constantinus Socrate teste lib. 2. cap. 13. Theodosius auxit modum, *l. pen. C. Th. de an. civ.* ut Marcianus *l. 2. tit. seq.* ut Romæ Aurelianus teste Vopisco. Constituitur autem hac lege, ne frumentum pro pane populo præbeatur, sed integrum id quidem pistoribus detur, deinde populo panis coctus: alioquin frumentum si erogetur non panis, id populus in alios usus facile convertet, ac postea cogetur panem sibi emere, quem vendere potuisset.

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Leontio P.V. Auri statu-

ta quantitas ad coemptionem frumentariam perpetuo sit dedicata, nec liceat cuiquam postea administratione urbicariæ potestatis percepta, aliquid ex eadem summa minuere, vel ad quoscunque alios usus convertere: sed sub gestorum testificatione certum fiat: & quod mancipibus mutui nomine datum est, & quod ab iisdem sit excepta omni concussione solvendum: cum autem, qui hanc formam ausus fuerit inquietare, quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum reddhibere jubemus: & quidquid ex prædicta ratione adcrevit, ad cumulum ejusdem auri quantitatis, & frumentarii tituli fomitem redundare: legisque hujus tenorem æneis tabulis incidi. Dat. v. Kal. Dec. cp. Arsobindo, et Aspare Coss.

Ne præfectus urbi frumentariam pecuniam io alios usus convertat, alioquin tenebitur in duplum, & in id quod ex ea pecunia lucrifecerit. Et ut testato pecunia detur pistoribus mutui nomine ad coemptionem frumenti, utque vicissim testato frumenta coempta pistores conditis inferant. Mutuum hoc loco promutuum significat, & ideo Græci vertunt εἰς πρόχρειαν συνωνῆν, qui & io *l. 40. §. servus*, *ff.* de statulib. promutuum interpretantur πρόχρειαν, & in *l. ex conducto*, *§. item cum quidam*, *ff. loc.* promutua, ἐν προχρείᾳ. In Harmenopulo corrupte ἐν προχειρείᾳ. Theodorus Hermopolites ad *l. 1. sup. de sentent. quæ pro eo*, *quod int.* δεδωκέ σοι καὶ ἐν προχρείᾳ τὸ μίσθωμα τῶν τοιούτων χρόνων. Datur ergo pistorib. pecunia promutuo ex arca frumentaria, id est, in antecessum, ut vel eandem reddant, vel frumentum, & panes. Scio indebiti solutionem etiam promutuum esse: & aliam condictionem ex mutuo, aliam ex promutuo, quod alio tempore, & loco demonstrabitur. Ait, *Excepta omni concussione*, Urbanicianus, qui pistorem concutierit, pistorum consortio addicitur, *l. 2. inf. de app. præf. urb.*

De Annonis civilibus.

Tit. XXV.

I. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. Proculo p.v. Annonas publicas non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritim meritis attributas divi Constantini liberalitate, fane claruit. Ideoque nihil ex his scholarum nomine vindicetur, sed pro uniuscujusque merito, quæ sunt concessa ferventur: ut quicunque perceptarum annonarum emolumenta, vel in heredes proprios jure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo transcripserunt: maneat quod gestum est, vel hereditatis merito, vel alienationis arbitrio. Dat. viii. Kal. Jul. cp. Arcad. a. ii. et Rufino Coss.

Hæc constitutio abrogat *l. 8. & 9. C. Th. de au. civ.* Dederat Constantinus panes civiles scholis, quæ sunt sub dispositione magistri officiorum xt. ut ait Justinianus io *l. ult. sup. de loc.* Notitia x. recenset, Scutariorum primam, secundam, tertiam, Agentium in rebus, Armaturarum seniorum, Armaturarum juniorum, Gentilium seniorum, Gentilium juniorum, Scutariorum sagittariorum, Scutariorum clibanariorum. Undecima est fabricensium schola. Ex hac largitate Constantini orta est quæstio, utrum eos panes singulis scholaribus dedisset, an scholæ, & universitati, non abs re. Nam si scholæ dedit, io schola manent semper, nec vendi, vel in heredem ab scholari transmitti possunt. Si personis singulorum, contra. Illæ leges scholæ favent. Hæc interpretatur datos meritis singulorum viritim (sic legendum, ut Græci καθ' ἕκαστον, non *virorum*) & ideo alienationem, & transmissionem eorum esse.

II. Imp. Martianus a. Tatiano pp. Centum vigintiquinque modios frumenti prætersolitum canonem per singulos dies de præsenti sexta indictione ex die Kalendarum Januarii nomine peritteumatis de horreis publicis hujus almæ urbis insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus: datis sacris apicibus ad sublimissimam quoque per Orientem præfecturam, quibus possit, & modum nostræ donationis agnoscere, & incunctanter præbere, quæ jussimus, quam modiationem jugiter, & in perpetuum civibus nostris debere conferri, valitura in ævum hac lege sancimus.

Hæc constitutio annonis urbis Constantinopolitanæ adjicit modios cxx. diurnos, nomine parapeteumatis. Sic habent veteres libri omnes, non peritteumatis, rectissime: id autem est tesseræ nomine, quæ πινὰς à Græcis appellatur, & πίττευμα, & παραπέττευμα, cui etiam Martianus suæ pietatis nomen inseri jubet, sumpto plane exemplo ex *l. 2. inf. de frum. Alex.* De annonis diximus pleraque alia libro decimo, quæ repetere neque moris est, neque instituti nostri: quod quisque locus exigit, id breviter simul ac cumulate præstari satis esse ducimus.

De Mendicantibus validis.

Tit. XXVI.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. ad Severum p.v. Cunctis affatim quos in publicum quæstum incerta mendicitas vocavit, inspectis, exploretur in singulis, & integritas corporum, & robur annorum, atque inertibus, & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio servilis, proditor studiosus, & diligens dominium consequatur: eorum vero, quos natalium sola libertas prosequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis hujusmodi lenitudinem prodiderit, ac probaverit, salva dominis in eos actione, qui vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterunt. Dat. xii. Kal. Jul. Patavi Antonio, et Syagrio Coss.

Annonæ populares dabantur domorum possessoribus, & mendicis invalidis, non validis. Validi, si servi sint, dominum mutant, & delatori acquiruntur domino pristino servata actione servi corrupti. Si liberi, delatoris coloni perpetui efficiuntur. Ait, *lenitudinem*, id est, inertiam & ignaviam, ut *l. hi quos*, *C. Th. de accus.* cujus fuit olim propria actio quædam, quæ dicitur τῆς ἀργίας γραφή. Nov. 80. per quam huic constitutioni abrogatur. Valerius 2. c. 6.

De Nautis Tiberinis.

Tit. XXVII.

I. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Symmachum p.v. Qui navem Tiberinam habere fuerit ostensus, onus

onus reipublicæ necessarium agnoscat. Quæcunque igitur navigia in alveo Tiberis inveniuntur, competentibus & solitis obsequiis mancipentur: ita ut nullius dignitas, aut privilegium ab hoc officio vindicetur. DAT. VIII. ID. OCT. ALTINO DIVO JOVIANO, ET VARRONIANO COSS.

Ne quis dignitate, vel privilegio ullo navem, quam habet in Tiberi, excuset à subvectionis canonis pop. Romani.

De Frumento Alexandrino.

TIT. XXVIII.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ANTHEMIO PP. In æstimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quidquid de crithologia, & zygostasii munere, & pro naucelerorum tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus: atque ut curialibus prædæ auferatur occasio, jubemus eos ad hujusmodi sollicitudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia tuis provisionibus examinata sollicitudinem prædictam implere. DAT. V. KAL. FEBR. CP. HONORIO IX. ET THEODOSIO V. AA. COSS.

Lex est de canone frumentario pop. Alexandrini. Lex I. de canone pop. Romani, vel Constantinopolitani advecto ex Alexandria, ut quod tota Ægypto Alexandriam convehitur, æstimetur, excutiatur, & admetiatur in Alexandria, ne quid naucleri id Romam subvehentes ex eo usurpent, vel ne quid ex ea re subeant discriminis, forte vel non tale, vel ampliorem modum suscepisse insimulantur. Qui in Alexandria frumento suscipiendo, & excutiendo præfectus est, *κριθολόγος* appellatur, qualem & apud Opuntios fuisse Plutarchus refert in hellenicis. Qui admetiendo, *ζυγοστάτης*: de quorum munere, quæ disposuerat Anthemius PP. Orientis, hæc constitutio probat. Græci vertunt, *ὁ δεχόμενος σῖτος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας κριθολογείσθω εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ σταθμιζέσθω*. Adjicit, ut hæc munera gerant non curiales Alexandrini, sed Præfectiani ab Anthemio probati, & ordinati.

II. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ISIDORO PP. Diurnos centum & decem modios alimoniis Alexandrinæ civitatis addi decernimus, ut nemo privetur eo, quod nunc usque percepit, & perissochoregiæ nomen penitus amputetur, & tesseræ designentur, & nostræ pietatis nomine censeantur. DAT. PRID. NON. JUN. CP. ISIDORO, ET SENATORE COSS.

Alexandria, quam Procopius sophista *τῆς οἰκουμένης βάραθρον* appellavit, Strabo *τῆς οἰκουμένης μέγιστον ἐμπορεῖον*, multa habuit præcipua, *l. 56. & seq. sup. de decur. l. ult. sup. de legat.* & proprium canonem, ut utraque Roma, quem hæc constitutio auget eo adjuncto, ut parissochoregiæ, id est, supererogationis nomen penitus amputetur, qua loquendi forma, et superexactionem *περισσοχορηγίαν* vocant, id est, ne hæc Imperatorum largitio supererogatio appelletur, sed tesseræ Theodosianæ: ut parapeteumata Martiana ex *l. 2. sup. de an. civ.*

De Alexandriæ primatibus,

TIT. XXIX.

I. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ISIDORO PP. Corporatos civitatis Alexandrinæ repurgandi fluminis onere liberamus, & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinumio vectigali memoratæ civitatis præcommodari decernimus: ita ut ex titulo navium modis omnibus repensetur. DAT. PRID. NON. JUN. CP. ISIDORO, ET SENATORE COSS.

Ut corporati urbis Romæ privilegiarii sunt, sicut traditum est tit. XV. ita, et corporati Alexandriæ, quos specialiter hæc lex facit immunes ab onere purgandi Nili, et in eam rem ex dimumio vectigali accommodari decernit solidos quadringentos. Vectigal proprie significat, quod fisco, vel Reip. præstatur pro mercibus, quæ importantur, vel exportantur, *ἐξαγώγιον*: Justinianus vocat in *edicto de Alexandrinis*, & Strabo lib. XVII. In Alexandria vectigalia alia *ἐξαγωγικὰ*, alia *εἰσαγωγικὰ* facit. Dinummium autem appellatum videtur à præstationis quantitate, & modo. Quod fuerit ex eo exagogii titulo sumptum, id impleri jubet ex titulo naulorum.

De Jure reipublicæ.

TIT. XXX.

I. IMP. ANTONINUS A. DIONYSIO. Si quid adversus rempublicam indefensam in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint, neque ut crearentur placuerit, statutum est: actionibus ejus nihil præjudicatum est.

Contra civitatem indefensam dicta sententia non valet: qua in re comparatur pupillo adolescenti.

II. IDEM A. APHRODISIO. An respublica, in cujus locum successistis, ideo quia satisfecisse vos debito proponitis, jus pignoris in eo fundo habeat apud suum judicem quæritur: si enim neque beneficio sibi concesso id jus nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit, causa ejus non separatur à cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem.

Respublica tacitam hypothecam nnn habet nisi ex privilegio, *l. Antiochensium, ff. de reb. auct. jud. poss.* ergo nec is qui Reip. successit soluto debito. Successio tamen privilegium in personali actione ei dabit, quod habuit Resp. *l. sup. qui pot. in pig. hab. l. bonis, ff. de reb. auct. jud. poss.* Fisci melior est conditio. Accursius confundit fiscum, & Remp. male.

III. IMP. ALEXANDER A. SATURNINO. Rempublicam ut pupillam extra ordinem juvari moris est.

Resp. circumscripta in integrum restituitur perinde ac pupillus, vel adolescens, *l. 1. sup. de off. ejus qui vic. alic. jud. obt. l. 4. sup. quib. cau. ma. in int. rest.* Quid hic hærent interpretes? Resp. quamlibet civitatem significat.

IV. IMPP.

IV. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Urbano. Si secundum legem civitatis respublica, cujus meministi, ruinæ collapsis ædificiis tuis distraxit aream: nihil contra hujus legis tenorem rector provinciæ fieri patietur.

Probatur lex municipalis, quæ ruina lapsorum ædificiorum aream addicit fisco: merito: Cur enim ea non refecisti, aut restituisti? qua ratione, & Vespasianus vacuas areas occupare, & ædificare, si possessores cessarent, cuicunque permisit, auctore Suet. & Victore.

De Administratione rerum publicarum.

Tit. XXXI.

I. Imp. Philippus A. Crescentiæ. Fundum vectigalem si suis quibuscunque temporibus debitæ quantitates inferuntur, invito possessore auferri non posse manifestum est.

Agri civitatum dati in emphyteusim non revocantur, nisi emphyteuta in solvendo canone per triennium cessaverit, *l. 2. sup. de ju. emphyteut.* Post triennium Reip. committuntur.

II. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. et cc. Julio, et Zenodoro. Contra eos qui rempublicam administrantes, per officii necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt quaoti reipublicæ interest satis non esse acceptum, dirigendam actionem prospicitis. pp. vii. Kal. Dec. cc. Coss.

Repetita est in *l. ult. sup. ut in poss. leg.* Administratores rerum publicarum si fideicommissi condicionalis civitati relicti caveri sibi non curaverint, Reip. tenentur in id quod interest.

De Vendendis rebus civitatis.

Tit. XXXII.

I. Imp. Antoninus A. Herculiano. Si sine ulla coodítione prædia vendente republica comparasti, perfecta venditione nulla ratione vereris, ne adjectione facta auferri tibi dominium possit: tempora enim adjectionibus præstituta ad causas fisci pertinent, nisi si qua civitas propriam legem habeat.

De hac lege scripsimus Obs. 2. c. 24. & l. 4. *de fide hast. fisc.*

II. Impp. Valerianus, et Gallienus AA. Quamvis incrementum conductioni factæ publici prædii videtur offerri, non tamen additamenti specie oportet fidem locationis infringi, præsertim cum tantum jam temporis ex contractu decessisse proponas.

Ut post venditionem factam à Rep. adjicere non licet, ita nec post locationem, præsertim, inquit, cum jam, &c. Nam & post certa tempora venditioni, vel locationi fiscali adjicere non licet.

III. Imp. Leo A. Erythrio pp. Si quæ hereditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia, ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenerant, sive pervenerint: super his licebit civitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum, ut summa pretii exinde collata ad renovanda, sive restauranda publica mœnia dispensata proficiat: indefessa vero cura prospicientes, ne quis adversus civitatum commoda quidquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude, seu nundinatione, vel colludio, seu conniventia hujusmodi venditiones procedant: hoc in posterum observandum esse censemus, ut siquidem ad hanc inclytam urbem, domum, vel civiles annonas, aut alia quælibet ædificia, vel mancipia pertinentia contigerit venundari, non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur: in provinciis vero præsentibus omnibus, seu plurima parte tam curialium, quam honoratorum, & possessorum civitatis, ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, singulatim unumquemque eorum, qui convenerint, jubemus sententiam, quam putent utilem patriæ suæ designare: ut ita demum decreti recitatione in provinciali judicio intervenienté, emptor competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, sive jam completi fuerint, sive postea incundi fuerint, stabiles esse censemus.

Ut prædia, mancipia, panes civiles ad urbem Constantinopolitanam pertinentes non vendantur nisi auctoritate principis, ut ad alias civitates pertinentia, non nisi decreto curiæ insinuato præsidi provinciæ. Et ut decretum fiat propositis sacrosanctis Evangeliis quasi Deo teste: & pretium inde collectum operibus publicis proficiat.

De Debitoribus Civitatum.

Tit. XXXIII.

I. Imp. Antoninus A. Diadoto. Non prius debitorem reipublicæ honorem in republica subire, quam id, quod debere constiterit, conventus exsolverit, tam meis, quam divorum principum constitutionibus declaratur.

Debitores civitatis antequam solverint, ad honores invitari non possunt. Hoc ita si debitores sint ex administratione, vel pollicitatione, non si ex mutuo, *l. rescripto, §. debitores, & seq. ff. de mun.* Si igitur quis polliceatur Reip. ob honorem decernendum, tenetur ex pollicitatione, nec honorem suscipere potest antequam pollicitationi satisfecerit. Tenetur, & qui pollicetur ob honorem decretum, quo casu nihil debuit, quo tempore honorem cœpit.

II. Imp. Constantinus A. Verino suo. Apud eos, quos superstites integris facultatibus esse perviderís, vel quorum heredes incolumia retineot patrimonia, fortes reipublicæ perseverare debebunt: ita tamen ut annuas usuras suis quibuscunque temporibus exsolvant, cum simul & Reipublicæ utile sit retinere idoneos debitores, &

ipsis commodum cumulum debiti minime nutriri. A Et quia nefas est, obnoxiis corporibus alienatis, circumscribi civitates, placuit, si quis debitor reipublicæ civitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit cum pecuniam reipublicæ sumeret, donaverit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur: pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet ex forte, atque usuris postulari: itaque quoties minus idoneum deprehenditur ejus patrimonium, cujus nomen civitati alicui invenitur obnoxium: judex omni diligentia, & sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex quali- B bet conditione transferint debitoris facultates: ut singuli æqua æstimatione habita, pro rata rerum, quas possident, conveniantur: personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur. Ab eo autem à quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quæ apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. Quod si quispiam debitor reipublicæ civitatis fisco nostro locum fecerit, emptores qui ex fisco nostro comparaverint, manifestum est secundum jus vetus, & rescripta divorum constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere. Quod si quis debitor non comparuerit, vel certa omnia sua ita consumpserit, ut nemo aliquam rem ex ejus bonis C possideat: id debitum convenit ad dispendium reipublicæ pertinere, ideoque cura patris civitatis apud idoneos, vel dominos rusticorum prædiorum pecunia collocanda est. PP. KAL. FEB. VOLUSIANO, ET ANNIANO COSS.

Primum hoc constituitur, ne idonei debitores civitatum inquietentur in fortes, quæ usuras pariant quotannis. Solvent ultro si nolint cumulum debiti nutriri. Tum ut à debitore civitatis bonis quibusdam venditis, quæ tempore contractus habuit, pro rata emptor teneatur in fortem, & in usuras, in reliquum debi- D tor pro rata eorum, quæ retinuit, maxima parte vendita, ut quod debitori restat in emptorem transferatur, atque ita ab eo solidum exigatur. Manifestum est emptorem non teneri hypothecaria, quia possessio ab eo non avocatur, & contractam fuisse hypothecam lex non dicit. Quod enim ait, *Obnoxiis corporibus*, μετωνυμία est, pro patrimonio ejus cujus nomen, ut paulo post loquitur, civitati obnoxium est. Manifestum est non teneri Pauliana, quia venditio non rescinditur. Sed actione personali tenetur, quasi debitor in fortem, & in usuras pro rata bonorum, quæ à debitore emit, ex hac lege, quam, nisi quid addidit Tribonianus, ante Constantinum obtinuisse arguet *l. ult. inf. quo quisque ord. conv.* Quod autem solverit, à debito- E re principali recipiet quasi empto nomine actione cessa, vel etiam sine cessione, utili suo nomine ad exemplum personalis, qua reus principalis Reip. tenetur, *l. 1. sup. de obl. & act.* Deinde lex duos ponit casus, quibus eversio facultatum debitoris Reip. periculo cedit, nisi quod salva est actio in partem civitatis: unus est, si bona debitoris publicata sint, quæ res non perimeret hypothecam si contracta esset. At si nulla fuerit hypotheca contracta, bona ad fiscum transeunt sine onere æris alieni, & à fisco rursus ad emptorem. Dico, si publicata sint, quoniam lex ait, *Fisco locum fecerit*: quæ verba ita accipi reperio in *l. 5. sup. de jur. fisc. l. 3. C. Th. de bon. prof.* Quod si ob cessationem solemnium functionum occupata sint, & distracta, etiamsi fuerit contracta hypotheca, perimetur, & fisci, vel ejus, qui à fisco emerit, potior erit causa, quoniam antiquior in hypotheca bonorum fiscus censetur, *l. 1. sup. si propt. pub. pens.* ac multo minus emptor tenebitur personali actione. Sed si debitoris Reipub. hereditatem quasi vacantem fiscus vendiderit, emptor Reipubl. tenebitur, *l. 1. sup. de hered. vend.* nec ei proficiet constitutio Zenonis, quæ emptorem de proprietate, vel hypotheca interpellari vetat, non de statu, non de debito hereditario. Alter est, si debitor copiam sui non faciat, & bona mobilia, quæ habuit tempore contractus, nusquam appareant. Igitur apud rerum immobilium possessores, & idoneos, non dissolutos, vel luxuriosos à patre civitatis pecunia collocari debet: alioquin ipse tenebitur. De patre civitatis scripsi satis in *l. 6. sup. de iis, qui spons. mun. suscep.*

De Periculo nominatorum.

TIT. XXXIV.

I. IMP. GORDIANUS A. SEVERINO. Hi qui à te collegaque tuo magistratus creati sunt, etiamsi maxime fidejussores non exegistis, tamen si per id temporis, quo magistratus honor deponebatur, solvendo fuerint, periculo vos creationis non fecerunt obnoxios ex eo, quod casu aliquo patrimonium eorum mutilatum fit: cum cessationi suæ id debeant imputare, damnaque reipublicæ (si que ob culpam eorum passa est) sarcire, qui cum nomine publico eos convenire potuissent, id facere supersederunt.

Duumviri solent sibi successores nominare, ex qua nominatione Reip. obligantur, si successores tempore depositæ administrationis, pari rationi faciendæ pares non sint, nec ab eis creationis tempore creatores satis exegerint: quod si tempore depositi honoris solvendo sint, etiamsi ab eis creatores satis non exegerint, non tenentur, *l. ordine, §. 1. ff. ad municip.* Sed si forte postea lapsi sunt facultatibus, damnum Reipub. præstabunt, quorum culpa tardius sunt ab eis rationes exactæ.

II. IDEM A. RUFINO. Si successoris tui successor non idoneum loco suo magistratum denominaverit, administrationis ejus periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest: etenim nominati successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur, nec ad nominatoris nominatorem manus jure porrigi possunt.

Nominati successoris periculum nominatorem nominantis non tenet, ut si ego te nominavero, tu Titium, Titii periculum me non tenet. Idem si ego pro te fidejussero, tu tibi successorem nominaveris, *l. libertus, §. pen. ff. ad municip.* Non si pater filio consenserit ad decurionatum, & filius sibi successorem nominaverit. Plus ergo tenetur pater quam fidejussor, plus est quam fidejussor, & quasi reus ipse, *l. 2. ff. eod.* quod summe notandum.

De Periculo eorum, qui pro magistratibus intervenerunt.

TIT. XXXV.

I. IMP. ANTONINUS A. AUGUSTALI. Fidejussorem magistratuum in his, quæ ad reipublicæ administrationem pertinent, teneri,

neri, non in his, quæ ob culpam, vel delictum A cis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi, quam divo Severo patri meo placuit.

Superior titulus est de nominatoribus magistratuum, hic de fidejussoribus: utrique Remp. salvam præstare ex magistratuum administratione debent, non etiam ex nominatione successurum ab eis facta honore deposito. Et rem, non pœnam, vel multam, quæ extra rem accedat, ut si magistratus pecuniam Reip. intervertit, fidejussor ejus tenebitur in sortem, non in pœnam, si qua illi ob eam causam infligatur: & hoc est, quod ait hæc constitutio, quam significari puto in *l. fidejussores, ff. de fidejuss.* Patris aliam esse conditionem arbitror. Hic enim plus quam fidejussor, vel nominator est, ut dixi *l. 2. sup. tit. prox.* B

Quo quisque ordine conveniatur.

T i t. XXXVI.

I. Imp. Antoninus A. Luciano. Et si duobus simul cura pecuniæ civitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur, singuli non pro virili portione, sed in solidum reipublicæ obligantur. Cum autem de indemnitate civitatis ejus quæritur, prius ejus bona, qui administravit, ac mox (si satisfieri non poterit) collegæ conveniuntur. C Vos tamen, qui heredes unius ex curatoribus extitistis, damno, si quod post mortem ejus dolo, vel culpa collegarum accessit, onerari non est rationis.

Plures sunt qui pro eo obligantur qui honorem vel munus aliquod publicum gessit, nominator, fidejussor, collega, pater. At quo ordine conveniantur videamus. Puto separanda esse munera à magistratibus. Duæ posteriores leges hujus tit. sunt de muneribus. Duæ priores de magistratibus. Si munus duobus injunctum sit separatis portionibus, hic ordo servatur, fidejussor, nominator, collega, *l. 2. inf. hoc tit. l. 3. sup. de con. fis. deb.* Si pro indiviso, hic collega, fidejussor, nominator, *d. l. 2. l. adversus, sup. de mag. conu.* Collega, quia conreus hoc casu. D Fidejussor, quia proprius semper accedit ad reum quam nominator. In magistratibus ordinis ratio eadem est, sive duo creati sunt magistratus divisis actibus administrationis, sive indivisis, puta, ut fidejussor primum excutiatur, tum nominator, deinde collega, *l. 3. & 4. hoc tit. l. Imperator, ff. ad municip.* & notandum quod ait *l. 3. In magistratibus*, quasi idem non sit constitutum in muneribus. Nam magistratus non omnimodo sunt conrei. Nec enim si deposito honore ambo solvendo sint, in singulos est actio in solidum, sicut in eos quibus pro indiviso munus iojunctum est, *l. si pupillus, ff. de adm. tut.* Sic & si unus ex eis solvendo non sit, ad collegam quasi conreum non venitur inexcusso inopi fidejussore ac nominatore, *d. l. Imperator.* Reum principalem qui munus vel honorem gessit, ante hos omnes esse conveniendum E constat, ac proinde etiam patrem ejus, argumento eorum quæ diximus, *l. 2. de per. nom. & tit. præced.* Hæc est hujus quæstionis definitio. Adjicit hæc *l. 1.* uno ex curatoribus pecuniæ publicæ defuncto, heredem ejus pro collega non teneri ex ea causa, quæ non habuit locum eo vivo. Et ita omnibus idoneis defunctis, dicerem inter heredes periculum non esse commune in eo quod post mortem unius heredis dolo vel culpa contigerit, *l. tutores, §. tutoribus, ff. de am. tut.*

II. Imp. Gordianus A. Valeriano. Quotiens duobus non separatim, sed pro indiviso munus injungitur, & ita ut unusquisque eorum periculo soliditatis videatur obstrictus: munus ad nominatorem prius quam utrique, qui id munus administraverunt, solemniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. Si vero separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius pro portione conveniantur, qui administraverint, item fidejussores eorum, si nec ab his quidem indemnitas fuerit servata: tunc demum creatorem, ac si ne is quidem sufficiat, novissime participem muneris conveniri debere præses non ignorat.

Duobus creatis curatoribus Reipub. vel duumviris pro indiviso, id agitur tacite ut vice mutua obligentur in solidum, & male in *l. seq.* additum est quibusdam Codicibus, *hoc expresso*, & in hac scriptum, *soliditatis*, cum ex vet. sit legendum, *sodalitatis*, id est collegii: cætera exposuimus *l. c.*

III. Imppp. Carus, Carinus, Numerianus AAA. Theodoro. Si ita duumviri creati estis, ut mutuo periculo teneamini, in dubium non venit, vicariis damnis vos esse obstrictos, cum in magistratibus prius nominatores conveniendos esse, hoc quod in persona vestra custodiri desideratis constitutum est.

Certum est Duumvirorum creatorum pro indiviso commune esse periculum. At non ante ex facto alterius alter convenitur, quam creatores excussi fuerint. Hoc enim in magistratibus constitutum est, qui idem ordo non servatur in muneribus. *Cum*, pro *quamvis*, *l. 60. Cod. Th. de appellat.*

IV. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Dioni. Cum te, & collegam tuum magistratus vestri tempore publicum fœnus collocasse proponas, nec potuisse debitum à quibusdam reipublicæ restitui, cum paratus sis pro te id, quod solus gessisti, reipublicæ satisfacere, consequens est rempublicam, si separati actus vestri contractus fuerint, successores collegæ tui, vel rerum ejus possessores prius ob personam ejus congredi: & si solida indemnitas reipublicæ servata non fuerit, nominatores ejus interpellare; ac postremo loco, si quid ex nomine tui collegæ defuerit, ob culpæ nexum te interpellare: priores enim nominatores veluti fidejussores placuit obstringi.

Ait *Si separati*. Dati quidem sunt pro indiviso, sed diviserunt inter se administrationem, quæ res vice mutua periculo non liberat. Cæterum idem ordo servatur, qui servaretur si separata initio fuisset administratio. Ait, *Ob culpæ*. Sic in *l. Imperator, ff. ad municip.* eademque ratio est in muneribus, veluti in tutelis, *l. t. §. usque adeo, de tut. & rat. dist.* in quo placet quod Hugulinus scripsit, negationem superesse illo loco. *Si non contutor, l. 6. sup. arb. tut.*

Ne quis liber invitus actum gerere cogatur.

T i t. XXXVII.

I. Imp. Alexander A. Urcico. Si ut proponis decreto ordinis ad libertatem ductus es, non debere te invitum actum rei- publi-

publicæ administrare, curator reipublicæ non ignorat: præsertim cum servi hujusmodi officia administrare debeant. A

Ut privati servos actores habent, ita Resp. præpositos pecuniis dandis & suscipiendis, stipulationibus contrahendis, rationibus domini tractandis, qui sunt sub dispositione curatorum Reip. vel Kalendarii vel patris civitatis, *l. 1. inf. de solut. & lib. deb. civ.* Liberis actoribus non utuntur, & ideo plerique ad actum gerendum se venire patiuntur, *l. 6. §. irritum, ff. de inj. rup.* atque ita capite minuuntur. Sola tamen actus gesti ratio caput non minuit, *l. liberos, sup. de lib. cav.*

II. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Tyberio. Si cum ingenuus esses ad actum gerendum à republica compelleris: auxilium præsidis, & juris præsidia, prout usus exigebat, implorare potuisti. B

Potest liber sua sponte Reip. actum gerere, non invitus, quia servile officium id est.

Sumptus injuncti muneris ad omnes collegas pertinere.

Tit. XXXVIII.

I. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Dioscoro. Cum ad munus exhibendarum angariarum cum altis creatus, à consortibus muneris solicitudine deserta solum te functum esse proponas: sumptuum detrimenta, si qua acciderint, collatione eorum, quos munus oportuerat participare, provisione præsidis dividentur. Quod si & à te obsequium derelictum esse cognoverit: quid censuræ publicæ congruit, non ignoret. C

Pluribus curatoribus creatis ad cogendas angarias, si unus coegerit, alii cessarint, cessatores sumptus in eam rem factos agnoscent pro rata, *Si qua*, inquit, *acciderint*. Nam plerumque solet esse sine sumptu, ut diximus in *l. 1. sup. quemad. civ. mun. ind.* Si omnes cessarint, præsidis provinciæ coercitio est.

De iis, qui ex officio quod administraverunt conveniuntur.

Tit. XXXIX.

I. Imp. Antoninus A. Octavio. Fœnoris reipublicæ, quod non tua culpa perditum esse apparuerit, sufficit sortis damnum, non etiam usurarum ejus sustinere.

Qui ex contractu pro debitore Reip. obligatur, veluti fidejussor, & in sortem tenetur & in usuras, *l. 2. §. ult. ff. de adm. rer. ad civ. pert.* Qui ex officio quod administravit, ut puta Duumvir vel pater civitatis, qui non satis caute pecuniam publicam fœnori occupavit, in sortem tantum non in usuras. Pro pecunia quam ipse habet etiam in usuras. Pro alio in sortem tantum, si nulla ejus fraus vel culpa lata arguatur, *l. ult. in prin. ff. eod. l. Lucius, §. Paulus, ff. ad municip. l. cum quidam, §. pen. ff. de usur.* E

De Solutionibus, & liberationibus debitorum Civitatum.

Tit. XL.

Liberationis verbum ad obligationem refertor. Solutionis ad obligationem, vel ad nummos. Si ad obligationem, æque patet ac liberationis, *l. solutioni, ff. solut.* cui ex inscriptione conjungenda est *l. liberationis, ff. de verb. sign.* In hoc tit. & in generali de solutionibus & liberationibus, specialiter refertur ad nummos, & ob id numeratio dicitur frequenter, vel ad aliam rem debitam. Sic & liberatio specialiter ad eam, quæ ex solutione debitori contingit, vel non. Ergo de solutionibus & liberationibus, id est, de solutionibus ejus quod debetur, & liberationibus quæ ex eis debitori naturaliter contingunt. Interea tamen in titulo generali de aliis quibusdam agitur, quæ specie & jure solutionis censentur, veluti confusione & compensatione.

I. Imp. Alexander A. Quatuorviris, & decurionibus Fabretenorum. Cautiones servorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus præstant, si curatorum adsignantium, vel eorum, quibus exigendi jus est, auctoritate subnixæ sunt. Cum autem is, qui exsolvisse dicitur, solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promat: ea tantum defensio consuevit admitti, si quod exsolutum est, reipublicæ rationi profecisse doceatur. Sane curator vester, si fraude servi constiterit effectum, ut interciperetur à curatore illatæ à debitoribus quantitates: de peculio ejus, quod eo modo deest, restituet.

Scripta est ad Quatuorviros, id est, magistratus Reipublicæ Fabretenorum, ut in veteri quadam inscriptione Hispaniæ, *Quatuorviris & decurionibus Saborensium*: & ideo paulo post ait, *Curator vester*, id est, curator Reip. Cavetur autem ea, ut apochæ actorum Reip. securitatem debitoribus non præstent, nisi factæ sint auctore & apochis adsignante curatore Reip. vel Kalendarii, nisi probetur pecuniam versam in rem civitatis. Teneri curatorem Reip. de peculio, si fraude actoris pecunia à debitore civitatis soluta, intercepta, nec in rem civitatis conversa fuerit. D

De Spectaculis, & scænicis, & lenonibus.

Tit. XLI.

I. Imppp. Valens, Gratianus, et Valentinianus AAA. ad Hesperium Proc. Africæ. Non invidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri populi studiis, ac voluptatibus grati esse cupiant, promptius permittimus, ut integra voluptas sit, quæ volentium celebratur impensis. Dat. vi. Id. Mar. Triv. Valente v. et Valentiniano AA. Coss.

Cum vetitum paulo ante fuisset gymnicum certamen, id edere volentibus sua sponte populi recreandi causa, hæc lex permisit. Volentibus, inquam, non invitis, *l. qui dolo, §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* Ait autem

autem populi studia; ut Cassiodorus, Studia sua populus in circo & in theatro habet pro parte quam diligit, & Suetonius in Caligula: Infensus turbæ faventi adversus studium suum.

II. Impp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. ad Valerianum p.v. Quisquis equos, quos vel serenitas nostra, vel ordinarii consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum abduxerit: unius libræ auri condemnatione mulctetur. Dat. vii. Kal. Mai. Triv. Eucherio, et Syagrio Coss.

Eum qui equos circenses in suos usus converterit, unius libræ auri condemnatione mulctari.

III. Idem aa. ad Valerianum p.v. Eos qui agitandi munus exercent, illustris auctoritas tua nullis propter Circense certamen affici noverit oportere suppliciis. Dat. viii. Kal. Mai Triv. Eucherio, et Syagrio Coss.

In agitatores præf. urbi coercitionem non habere; nisi si quid circa equestre certamen deliquerint. Hæc est Græcorum interpretatio.

IV. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. Rufino pp. Si qua publicis porticibus, vel in his civitatum locis, in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili, & rugosis finibus agitatorem, aut vilem offerat histrionem, illico revellatur, neque unquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas: in aditu vero circi, vel in theatri prosceniis, ut collocentur, non vetamus. Dat. iii. Kal. Jul. Heracleæ Arcadio a. et Honorio a. Coss.

Scænici à Græcis appellantur thymelici, veluti mimi, histriones, ludiones. Hos constat esse famosos, & tribu moveri: specialiter thymelici dicuntur cantores, qui modos faciebant, & saltationes. Hi non sunt famosi, & hos videntur intellexisse Græci *l. 4. ff. de his qui not. inf.* qui ita vertunt: *οὐκ ἔστι δὲ παιδικὴ τέχνη οὐδὲ ἀτιμωτικὸς ἡ τῶν ἀθλητῶν καὶ τῶν λεγόντων ἐν τοῖς ὀλυμπίοις τὰ ἔνδοξα καὶ τῶν ἐκ ξυστοῦ ἀγωνιζομένων.* His lex illa adjungit agitatores, quos tamen hæc lex famosos, & inhonestos facit: quod vix, aut ne vix quidem scio uti sine pugnantiæ confessione explicari possit: & ideo hac lege præcipitur ne scænicorum, & agitatorum imagines honesto loco ponantur, quo principum collocari solent.

V. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Anthemio pp. Nemo judicum ex quacunque civitate in aliud oppidum, vel ex provinciæ solo equos curules, aurigas, bestias, histriones, cives tentet traducere: ne dum popularibus plausibus intemperanter serviunt, & publicarum rerum statum fatigent, & festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam: ita ut si quis hanc violaverit jussionem, pœna teneatur ea, quæ legum violatores persequitur. Dat. viii. Id. Aug. cp. Honorio viii. et Theodosio iii. aa. Coss.

Ne præsides ex una civitate in illam, vel ex una provincia in aliam equos circenses, agitatores, histriones, feras traducant, & ut suæ civitatis, sive provinciæ voluptatibus quique deserviant: & huic præcepto apponit sacrilegii pœnam.

VI. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Florentio pp. Lenones patres, & dominos, qui suis filiabus, vel ancillis peccandi necessitatem imponunt, nec jure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis jure frui valeant, neve quid eis ita possit adquiri: sed ancillis filiabusque (si velint) conductisve pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior, episcoporum liceat, judicum etiam, defensorumque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi: ita ut si insistendum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem invitis, amittant non solum eam, quam habuerint, potestatem, sed proscripti pœnæ mancipentur exilii, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna est, quam si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. Dat. xi. Kal. Mai Felice, et Tauro Coss.

Pater qui filiam prostituit, patriam potestatatem amittit, dominns dominium, creditor pignus, redemptor pretium redemptionis, venditor manus injectionem, & pater dominusve, qui invitam detinuerit in prostibulo, in metallum damnatur. Solvuntur prostitutæ, & liberantur lenonum obsidione interventu episcoporum, & judicum, & defensorum plebis, itemque mercede conducti ministri earum, veluti aquarioli. Sequitur septimæ constitutionis, quæ hoc titulo desideratur, summa ex lx. *βασιλικῶν* tit. 38.

VII. *Μηδεὶς πορνοβοσκείτω τοῦ λοιποῦ, μηδὲ πόρον ἐντεῦθεν ταῖς λαργιτίοσιν εἰσαγέσθω: μήτε οὖν δούλην ἢ ἐλευθέραν προϊστάτω τις: ἐπεὶ εὐτελὴς μὲν ὢν ὁ τοῦτο ποιῶν πρὸς τῷ τιμωρηθῆναι, καὶ μεταλλίζεται ἢ ὑπερορίαις ἐξορίζεται: στρατείαν δὲ ἔχων ἢ ἐπιτήδευμα σεμνὸν, ἀπολλύτω καὶ αὐτὴν σὺν τῇ οὐσίᾳ: ἀπαντες καὶ οἱ θυμελικοὶ τούτων ἀπεχέσθωσαν: οὐδὲ δοῦλον εἴη τὸ προστεθὲν, παρὰ παντὸς ἐκδικείσθω πρόσωπα, εἴτε ἀνὴρ, εἴτε γυνὴ, εἴτε κληρικὸς, ἢ μοναχὸς τοῦτο ἐνδικεῖ: ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ μείζονες καὶ οἱ ἥττονες, καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν ποινὴν ὑφορώμεναι, καὶ εἰς τὸ σῶμα καὶ εἴκοσι λιτρῶν.*

Ne quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur, nullus ancillam, ingenuamve prostituat: alioquin humilior, qui id fecerit coercitus metalli, & exilii pœna damnabitur: honestior bona, & militiam, ac dignitatem amittet. His quoque abstineant thymelici. Quod si ancilla prostituta sit, ut gratuito vindicetur ab omnibus viris, aut fœminis, clericis aut monachis. Et uti hæc observent magistratus tam minores, quam majores, & officia eorum corporis, & xx. librarum imminente pœna.

Tollit ergo hæc constitutio prostibula, & lenocinia; ut *Nov.* 14. Prostitutarum ancillarum ab hac injuria vindicationem, & liberationem publicam facit, sicut liberorum venditorum, *l. ult. sup. de pat. qui fil. distr.* dum ne,

ne, ac si ab hostibus redemptæ, pro pretio pignori tenenatur, sed solvantur statim, ac ne scænico quidem, vel arenario hanc mulierum productionem licere concedit. Vectigal lenonum, & meretricum tollit: quod et Alexander auctore Lampridio sacris largitionibus inferri vetuit, sed sumptibus publicis deputavit. Caligula exegit Suetonio auctore.

De Expensis publicorum ludorum.

Tit. XLII.

I. IMpp. Diocletianus, et Maximianus aa. Marcello. Cum præfidem provinciæ impensas, quæ in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas, & quod salubriter derivatum est, non revocabitur: & solemne certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam juxta veteris consuetudinis legem celebrabitur. Ita enim & tutelæ civitatis instructo murorum præsidio providebitur, & instaurandi agonis voluptas confirmatis his, quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repræsentabitur.

Licere præsidi provinciæ ludorum expensas in murorum maxime necessariam refectionem conferre, ita tamen, ut post eorum refectionem rursus ludi populi voluptatibus exhibeantur.

De Aquæductu.

Tit. XLIII.

I. IMp. Constantinus a. ad Maximum com. s. l. Aquarum possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus completi mundentur, nec ad aliud superindictæ rei onus iisdem possessoribus attinendis, ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non occurrant. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: nam fiscus prædium ejus obtinebit, cujus negligentia perniciem formæ congesserit. Præterea scire eos oportet, per quorum prædia aquæductus commeat, ut dextra lævaque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: observante officio judicis, ut si quo tempore pullulaverint, excidantur, ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat. xv. Kal. Jun. Gallicano, et Symmacho Coss.

Ut possessor per cujus prædium eloaca ducitur, eloacarium pensitat cloacæ purgandæ causa, ita & is per cujus prædium transit publicus aquæductus, vectigal præstat formarum aquæ abluendarum causa; *l. in venditione, ff. de act. emp.* et in libris Magonis, et Vegojæ. *Aquarum*, inquiunt, *ductus per medias possessiones diriguntur, quæ à possessoribus ipsis vice temporum repurgantur, propter quod levia tributa persolvunt.* Adjicit hæc Constitutio, eos excusari à cæteris oneribus superindictitiis, vel extraordinariis, et confiscari prædia per quæ aquæductus transit, si in eo repurgando cessarint possessores: et ut noxiæ arbores cura officialium judicis, quæ inferunt fabricarum ruinas, radicitus amputentur, nec circum aquæductus aliter habeantur, quam dextra lævaque intermissis pedibus xv. qua de re factum S. C. Ælio Tuberone, et Fabio Maximo Coss. Julius Frontinus libro de aquæductibus refert.

II. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. Pancratio p. v. Si quis de cætero vetiti furoris audacia florentissimæ urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquæductu publico derivando sciat eundem fundum fiscalis tituli proscriptione signatum privatis rebus nostris aggregandum. Dat. viii, * ep. Timasio, et Promoto Coss.

Confiscari fundum in quem dominus aquam derivarit ex aquæductu publico sine permissu principis.

III. Iidem aaa. Albino p. v. Rom. Eos qui aquæ copiam, vel olim, vel nunc per nostra indulta meruerunt, usum, aut ex castellis, aut ex ipsis formis jubemus elicere: neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum, ac soliditatem attentare, vel ab ipso aquæductu trahere. Quod si quis aliter fecerit, non solum id, quod prius jure beneficii fuerat consecutus, amittat, verum pro conditione quoque personæ severissima pœna plectetur. Dat. v. Kal. Sept. Rom. Timasio, et Promoto Coss.

Aquam beneficio prinicipis datam privatis duci debere ex castellis, vel ex ipsis formis, non ex fistulis matricibus, ex quibus aliæ succrescunt, vel ipso aquæductu. Rivos et fistulas usu deteri, et lacerari, ut S.C. comprehensum fuisse idem Frontinus refert. Formas vocat conceptacula quælibet, quibus distinguitur aquæductus, Græci hoc loco vocant δοχεῖα.

IV. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Astrrio Com. or. Usum aquæ veterem longòque dominio constitutum singulis civibus manere censemus, nec ulla novatione turbari. Ita tamen ut quantitatem singuli, quem veteri licentia percipiunt, more usque in præsentem diem perdurante percipiant: mansura pœna in eos, qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias furtivis aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kal. Nov. Caesario, et Attico Coss.

Lex ait, *licentia*. Loquitur ergo de iis quibus aquæ publicæ usum jamdiu princeps concessit, et ne ejus modo fraudentur sancit, confirmans usurpatorum pœnam definitam, *l. 2. sup.*

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus Cyro pp. Si quis per divinam liberalitatem meruerit jus aquæ, non viris clarissimis rectoribus provinciarum, sed tuæ præcellentissimæ sedi cœlestes apices intimare debebit: condemnatione contra illum, qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra universos administratores, qui rescriptum per subreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorundem virorum clarissimorum provinciæ moderatorum animadversionibus per vigorem tui culminis

minis subjugandis: & amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis pro abundantia civium conveniat deputari, quid his personis, quibus nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impertiri.

Ut qui impetravit jus aquæ, rescriptum insinuet præf. prætorio, non præsidibus: ut præf. prætorio disponat quid thermis publicis, quid nymphæis, quid privatis beneficio principis ex aqua largiendum sit. Nymphæa sunt ædes publicæ quibus nuptias celebrant, qui ædibus carent ad choreas capacibus, ut Zonaras explicat in Leone magno. Inde νυμφικὰ λουτρὰ, ut Suidas interpretatur, τὰ εἰς γάμους ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ κρηνῶν λαμβανόμενα. Græci Nymphæa vocant Hydria, et in hanc, et in sequentem legem, et Socrates lib. 4. cap. 8. quæ refert in oraculo quodam chorearum nomine fuisse designata.

VI. Iidem AA. Cyro pp. Omnis servitus aquarum aquæductus Hadriani, sive domorum, sive possessionum, sive suburbanorum, sive balneorum, vel per divinos affatus intimatos in quolibet judicio, vel per usurpationem impertitos, penitus exprobretur: maluimus etenim prædictum aquæductum nostri palatii publicarum thermarum, ac nymphæorum commoditatibus inservire. Et decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum servari: nemini licentia tribuenda ab eodem aquæductu precibus oblatis usum aquæ petere, vel eum audere perforare: scientibus his, qui qualibet ratione putaverint ad hujusmodi molimen accedere, vel officio (si ausum fuerit instruere) vel minus instructis precibus parere, centena pondo auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. Super his sancimus fulcum publicarum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari, sed ex utroque latere decempedale spatium integrum illibatumque servari. Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quæ Achillis nuncupantur, quas providentia tuæ magnificentiæ factas fuisse cognovimus, eandem formam servari censemus: etenim memoratas fistulas thermis tantum, & nymphæis, quibus eminentia tua deputaverit, volumus inservire: facultate præbenda tuæ sublimitatis apparitoribus circumeundi sine formidine domus, suburbana, balnea ad requirendum, ne qua deceptio, vel suppressio, vel insidiæ contra publicam utilitatem à quoquam penitus attentetur.

Pertinet hæc lex ad urbem Constantinopolitanam: Scripta enim est ad Cyrum præfectum prætorio Orientis cujus cura Theodosius protulit pomœrium Constantinopoleos, auctore Zonara. Præfectum urbi appellant quidam male, cum epigrammata vocent ὕπαρχον ἑῴας, id est, Præfectum prætorio Orientis sub nomine Constantini, quasi hic Cyrus sit novus conditor Constantinopoleos.

Θεοδόσιος τόδε τεῖχος ἄναξ, καὶ ὕπαρχος ἑῴας
Κωνσταντῖνος ἔτευξαν ἐν ἤμασιν ἑξήκοντα.

Fuit igitur in hac urbe aquæductus quidam Adriani, de quo præcipua hæc Theodosius sancit, ut ne is serviat privatorum usibus, ne ex rescripto quidem principis, sed palatio, & thermis nymphæisque publicis, ut circa eum aquæductum arboribus x. pedes utraque ex parte vacui relinquantur: idemque constituit de fistulis ducentibus ad Achillis thermas, ut thermis tantum nymphæisque publicis serviant. De aquæductu Adriani locus hic est singularis; atque adeo notandus. De thermis Achillis ita Georgius Cedrinus: ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου στρατηγίου, Αἴαντος τε καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἔθηκεν: ἔνθα καὶ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτρόν. Socrates item publici non thermarum nomine. Ait, *molimen*, sic emendavi ex vet. cum vulgo perperam legeretur, *emolumentum*. *Vel officio*] Si officialis ejusmodi preces instruxerit, *l. 2. sup. de pet. bon. sub.*

VII. Iidem AA. Eutychiano pp. Ad reparationem aquæductus hujus almæ urbis omnia vectigalia, quæ colligi possunt ex universis scalis hujus inclytæ urbis, & ex operariis, qui Cizyceni dicuntur, ad refectionem ejusdem aquæductus procedere: illo videlicet observando, ut nemo eorum qui jus aquæ possident, quamcunque descriptionem sustineant: nam exsecrabile videtur domos hujus almæ urbis aquam habere venalem.

Antea legebatur, *ex universis calculis*: emendavi, ex *universis scalis*, tam ex veteri scriptura, quam ex Græcorum metaphrasi. Verba ipsa proponam, εἰς ἀνανέωσιν τοῦ ἀγωγοῦ τὰ παρεχόμενα εἰς τὰς σκάλας ἀναλισκέσθω. Scalæ sunt trajectus maritimi, qualis in regione sexta scala Syzicæna, quæ νῦν ἀγορά. Justinianarum dicitur in Nov. 69. quod confirmat Stephan. iis verbis: Συκαὶ πόλις ἀντικρὺ τῆς νέας Ῥώμης, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσα. Quamobrem Gyllio assentior ad finem orationis primæ περὶ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων, legenti *Justinianis* pro *Jucundianis*, Gyllio viro animi, vigilantiæ, industriæ incredibilis, quem non ita dudum suo ordine functum lugeant, lugeant Helvii, quo vix unquam parem edituri sunt. Cedrinus Sycarum appellationem sumptam scribit ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων. In quinta regione fuit scala Chalcedonensis, in quarta scala Timasi, ut antiqua descriptio urbis Constantinopolitanæ docet. Græce dicuntur χηλαί. Protensæ erant in mare trajiciendi causa usque ad navigia. Nautæ in eam rem certi singulis scalis destinati erant: & quidquid nummorum redibat inde, nescio an antea ad principem pertinuerit, id hæc lex deputat aquæductui reparando, & reficiendo. Adjicit de operariis Cyzicenis, ut etiam, quod ii publico vectigal pendunt, aquæductui deputetur: meminit cecorum Cyzicenorum Vitruvius vt. Et ut cives, qui jus aquæ habent, eo utantur gratuito, nec quidquam ad reparationem aquæductus conferant, ne videantur in urbe aquam emisse, potius quam beneficio principis emeruisse.

VIII. Imp. Zeno A. ad Amantium p. v. Hac lege sancimus, ut si quis amplissimam præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum ad alterum quodlibet opus non aquæductibus, vel aquæ publicæ competens exstruendum, vel curandum putaverit convertendum, de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur: separatus vero arcarius aurum aquæductus suscipiat gloriosissimorum consulum liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel postea colligendum.

Scripta est ad Amantium p. v. ad quem constitutio περὶ καινοτομιῶν, vel de servitutibus, & *l. ne cui*, *C. de loc.* Ut aurum aquæductui deputatum, & formis præf. urbi ad alios usus minime convertat, utque id specialis arcarius suscipiat, sive ex liberalitate principum proficiscatur, de qua *l. 2. & 3. inf. de consulib.* sive aliunde. Pro, *repensare*, quidam Codices habent *repræsentare*.

IX. Idem

IX. Idem A. Sporatio. Diligenter investigari decernimus, qui publici ab initio fontes, vel cum essent ab initio privati, postquam publice usum præbuerunt, ad privatorum usum conversi sunt, sive sacris apicibus per surreptionem impetratis, ac multo amplius si auctoritate illicita nec appetito colore sacri oraculi hujusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut jus suum regiæ civitati restituatur, & quod publicum fuit aliquando, minime sit privatum, sed ad communes usus recurrat: sacris oraculis, vel pragmaticis sanctionibus adversus commoditatem urbis quibusdam impertitis, jure cassandis, nec longi temporis præscriptione ad circumscribenda civitatis jura profutura.

Ut qui publici fuere fontes ab initio; vel cum fuissent initio privati, postea publici, deinde rescripto principis, vel usurpatione privati facti sunt, ad jus publicum redeant, nec quidquam valeant rescripta, vel pragmatici contra publicam utilitatem, ut in *l. 2. sup. de nau. non exc. l. 2. sup. de can. fru. urb. Romæ*. Nec obstat *l. 4. sup.* quæ de usu, sive jure aquæ publicæ loquitur, non de fontibus privato juri omnino vindicatis. Sed neque contra jus publicum quidquam valet præscriptio longi temporis, *l. 5. sup. de oper. publ.* Sicut nec contra jus privatum principis, *l. usus, inf. de fun. rei priv. Nov. 30.* quod interpres Juliani latius quam oporteat, accepit de omni jure fiscali.

X. Idem A. Pontio. Decernimus ne quid à quacunque persona quamlibet dignitatem prætendat contra minuscularios aquæductus, vel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt, pertentetur. Sed & si quis clam, vel palam auctoritate confisus de iisdem paragogiis, vel fontibus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis forte subripuerit, publicis aquæductibus eam restituere compellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in posterum à quolibet juxta eosdem aquæductus plantari qualescunque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductuum, quod & antiquis constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus universis, quod in posterum super hujusmodi commissis suburbanum prædium, vel balneum, vel aquæ mola, vel hortus, ad cujus usum aqua publica fuerit derivata, vel si quid ex his juxta aquæductum positum ad eum pertinet, qui plantavit arbores aquæductibus noxias, ad quemcumque pertineat locum, vel hominem, vel domum: proscriptionis titulo subjacebit, & fisci viribus vindicabitur: nulli super hujusmodi pœna nec per sacros apices venia tribuenda. Universos autem aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum hujus regiæ urbis custodiæ deputati sunt, singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus, ut hujusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec à procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad usus alios avellantur, vel angariarum, vel operarum nomine teneantur: quod si quem ex iisdem aquariis mori contigerit, cum nihilominus, qui in locum defuncti subrogatur, signo eodem notari præcipimus: ut militiæ quodammodo sociati, excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant, nec muneribus aliis occupentur.

A Pro, *quacunque dignitate prædita*, emendavi, *quamcunque dignitatem prætendat*, ex vet. Pro *musicularios*, Alciati mendo, restitui vetus verbum, *minuscularios*, id est, tenuiores & minutos aquæductus, ut in *l. 1. sup. de defen. civit. l. 3. C. Th. de ind.* Augustinus VII. de civitate Dei cap. 4. *Tanquam minuscularios vectigalium conductores*. Et hos quidem minusculos aquæductus paulo post paragogos vocat, voce satis nota. Constituit autem, ut ne quis ex eis, vel ex fontibus publicis aquam usurpet, neve circa eos arbores plantet, nisi scilicet intermisso legitimo spatio, de quo *l. 1. & 6.* alioquin publicari suburbanum in quem aquam derivarit, & in quo secundum aquæductum arbores plantarit, vel prædium, vel balneum, vel aquæ molam, *ὑδρομύλον*, vel hortum. Ut balnea, ita aquæ molæ
B aliæ erant publicæ, aliæ privatæ, *l. 4. C. Th. de can. frum. urb. Rom.* Cassiodorus III. *Dicitur commodi cura privati aquam formarum, quam summo deceret studio communiri, ad aquæ molas exercendas, vel hortos irrigandos fuisse derivatam*. Postrema pars constitutionis est de aquariis, ut manu signetur nomine principis, quo de more diximus in *l. 3. sup. de fabricens.* & aliis muneribus non occupentur.

VI. Imp. Anastasius A. Servio pp. Divinam dispositionem ab inclytæ recordationis principe Theodosio, super his, qui aquam sibi de publicis aquæductibus, seu fontibus præberi desiderant, promulgatam hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus, quatenus nemo, vel in hac sacratissima civitate, vel in provinciis, sine divinis apicibus de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, & judicio tuæ celsitudinis, vel aliis quorum interest, intimatis, vel intimandis, aquam de publico aquæductu, seu fonte trahere permittatur: his, quicunque nostra jussa violaverint, seu violare concesserint, denarum librarum auri condemnatione, aliaque gravissima indignatione feriendis.

Confirmat priorem partem *l. 5.* Pœnam mutat.

De Gladiatoribus penitus tollendis.

Tit. XLIV.

I. Imp. Constantinus A. Maximo pp. Cruenta spectacula in otio civili, & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. pp. Beryto Kal. Oct. Paulino, et Juliano Coss.

Cruenta spectacula dicit, quæ Ammia. Marcel. XIV. cruenta ludicra, hominum inter se commissiones. Hæc merito tolluntur hac lege, de qua Sozomenus libr. I. *τότε πρῶτον ἡ τῶν μονομαχῶν ἐκωλύθη θέα*. Monomachos gladiatores vocat, contumeliosum nomen, *l. 3. in princ. ff. de lib. & post* & detestandum, *l. 1. C. Th. de gladiat.* quam immanitatem sustulisse Honorium Theodoricus, & Nicephorus auctores sunt, monachi cujusdam nece permotum monomachis infesto, quem Telemachum vocant, corrupte Otho, *Dirimachium*.

De

De Venatione ferarum.

T i t. XLV.

I. IMpp. Honorius, et Theod. aa. Mauaiano com. domesticorum, et vices agen. mag. mil. Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam sioimus quemquam calumniam formidare: bestias autem quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas civitates retineri præcipimus, violatoribus eorum quinas libras auri fisci viribus illaturis. Dat. xiii. Kal. Jun. Constantio, et Constante vv. cc. Coss.

Superior titulus est de gladiatoribus. Hic videtur fuisse de ferarum confectoribus, quos vocant κυνηγοὺς, quales sunt, qui dantur ad bestias: quanquam hæc lex ad eos non pertineat: quæ passim occidendorum leonum omnibus facultatem concedit, non in arena modo: & de feris adjicit, quæ à ducibus limitum ad comitatum transmittuntur, ut non plus, quam 7. diebus in singulis civitatibus retineantur: quod corrupte in Eustathii lib. de temporib. refertur quasi traditum libro primo.

De Majuma.

T i t. XLVI.

I. IMpp. Arcadius, et Honorius aa. Caesario pp. Clementiæ nostræ placuit, ut majumæ provincialibus lætitia reddatur: ita tamen ut servetur honestas, & verecundia castis moribus perseveret. Dat. vii. Kal. Mai cp. Arcad. iv. et Honor. iii. Coss.

Qui ludus sit Majuma Sudas exposuit. Georgius in Chronographia, is est, quem Pauln Diacono miscuerunt. Cedrinum puto, *Preterea*, inquit, *Imperator facta majuma in Sophianis sedit.*

Ut armorum usus inscio principe interdictus sit.

T i t. XLVII.

I. IMpp. Valentinianus, et Valens, aa. ad Buleforum cons. Campaniae. Nulli prorsus nobis iosciis atque inconsultis, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. Dat. iii. Non. Oct. Altino divo Joviano, et Varroniano Coss.

Conjungenda est cum *l. 2. Cod. Theod.* quibus equorum usus concessus est, quæ usu equorum certis personis interdicit: in hac autem parte usu armorum omnibus, ut *Nov.* 85. Synes. in epist. οὐκ ἐξὸν ἰδιώταις ἀνθρώποις ὁπλοφορεῖν. Huc etiam pertinet edictum L. Domitii prætoris Siciliæ, de quo Valerius lib. 6. & Cic. lib. de suppliciis. Vetus ea Constitutio est, & generaliter ne fabricam armorum, vel ferrariam privato habere liceat, *l. ult. §. magnus, ff. de public.* Ait, *movendorum*. Ut movere equos dicimus *l. 4. & ult. inf. de cur. pub.* ita movere arma, & movere militem, *l. 7. C. Th. de cur. pub.*

De Agricolis, censitis, & colonis.

T i t. XLVIII.

AGricolarum variæ conditiones sunt, *l. 6. & 20. inf.* Hoc titulo duæ proponuntur, censitorum, qui & capite censiti à Juliano in Novellis dicuntur, & tributarii, tit. 2. *inf. l. 2. C. Th. si vag. manci. &* censibus obnoxii, *l. 1. inf. de tyr.* & adscriptitii quasi adscripti censibus, *l. 18. inf. hoc tit. l. 2. inf. tit. 2. l. 10. inf. de re mil. l. si quis presbyter, sup. de episc. & cler.* & terræ, ut Græcus interpres definit, ἐναπόγραφος, ὁ ἀπογεγραμμένος τῇ γῇ πάροικος. Censibus, id est, libris censualibus, *l. 4.* vel publici census scripturæ *l. 22.* Ee ii quidem servi sunt, & eorum peculium pertinet ad dominum, *l. 19. & 21. inf.* Alii sunt coloni, qui liberi sunt, *l. 1. inf. de præd. tam.* & res proprias habent, terram tamen dimittere non possunt, ut qui possessione 30. ann. quæsiti sunt ex *d. l. 19.* & libri eorum ex *l. pen.* & qui ex adscriptitio, & libera nati sunt ex Justiniani Nov. ad Dominicum præf. Illyrici, confirmata Justini, itemque Tiberii Constitutionibus, & coloni Palæstini, Thracenses Illyricani. Hi dominum non habent: adscriptitii dominum habent: & ideo in *l. pen. §. ult.* cum dixisset initio, *Nemini liceat adscriptitium, vel colonum alienum*: quorum hic scilicet liber est, ille servus, subjicit, *admonente domino, vel ipsius adscriptitii, vel terræ*. Dominum terræ ad colonum refert, qui & dominus coloni non est, quin terra potius coloni domina est, *l. 1. inf. de col. Thrac.* Hæc eadem differentia notatur in *l. 11. inf.* dum ait, *Domino, vel fundo*. Adscriptitius domino, colonus fundo redditur. Et *l. 13.* dum ait, *vel utroque, vel neutro parente censito*. Alii igitur sunt censiti, alii non censiti. Adscriptitii tributarii sunt, id est, capitis censum sive capitationem prestant, quæ capitalis illatio dicitur in *l. pen. inf.* Gallice, *Taille*. Coloni non sunt tributarii *tit. de col. Thrac. & de col. Illy. inf.* Reditus tamen certos, & pensiones domino terræ præstant in pecunia, vel in speciebus pro solo, *l. 5. 8. 20. & pen. inf.* Et hæc duo potissimum genera hoc titulo proponuntur. Est tamen, & tertium genus, qui plane servi sunt censibus adscripti, *l. 3. & 7. inf. l. 2. C. Th. sine cen. vel rel.* quæ tria genera notantur in *l. 12.* dum ait, *servos, vel tributarios, vel inquilinos*. Tributarios adscriptitios vocat. Inquilinos, colones liberos. Idem namque frequenter dicuntur coloni, & inquilini, ut Sidon. v. Epist. ad Pudentem, quem initio vocavit originalem iniquilinum, postea vocat personam colonariam, & Salvianus v. de providentia. *Coloni*, inquit, *divitum fiunt, jugo se inquilinæ abjectionis addicunt*. At proprie coloni prædio rustico, inquilini prædio urbano serviunt. Valentinianus *Nov. de col. vagis*. *Si ad prædium se*, inquit, *cujuscunque rusticum urbanumque collegerit*. Colonum, & inquilinum significat, quæ nomina ignorandum etiam non est interdum generaliter accipi, & continere tam censitos, quam non censitos, ut *l. 13. inf.* At censiti sive adscriptitii non plane servi, sed quasi servi sunt, *l. 2. inf. tit. 2.* Inspecto domino, servi: inspecto fisco inspectisque aliis omnibus, liberi, & propriorum possessores, *d. l. 2. & l. 4. hoc tit.* Qui plane sunt servi, tales habentur inter omnes. Var. r. de rust. Agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrisque. Liberis, aut cum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie: aut mercenariis cum conductitiis liberorum operis res majores, ut vindemia, ac fœnisicia administrant, iisque quos obæratos nostri vocitarunt, & etiam nunc sunt in Asia, atque Ægypto, & in Illyrico complures. Possem, & hæc, & alia plurima, quæ sequuntur ad consuetudines Galliæ referre: nam & servi, qui capitationem debent, & coloni, & feuda, & census, & alia innumera prædiorum hominumque onera ex jure

Romano originem sumpsisse interea testor, dum me ad consuetudinum nostrarum jus eadem via explicandum paro, qua Reipub. Romanæ vetus primum, deinde novum jus aperui, & disposui.

I. Imp. Constantinus a. ad Æmilianum pp. Nunquam rationibus, vel colligendis frugibus insistens agricola ad extraordinaria onera trahatur: cum providentiæ sit opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. Lecta vii. Id. Mai Romae Januario, et Justo Coss.

Legendum ut in Codice Theodosii, *Nunquam rationibus* non *sationibus*. Sic Græci LV. *Βασιλικῶν* tit. I. *ὁ γεωργὸς ἀσχολούμενος περὶ τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν ἢ περὶ λογισμούς*: eandemque lectionem confirmat *l. 2. inf. de ag. & man. dom.* Sententia hæc est: colonos, qui rationibus prædiorum, vel agriculturæ addicti sunt, nullo tempore ad angarias aliave onera ordinaria devocari posse. Gregor. III. Epist. *Qui*, inquit, *in possessionibus Judæorum sunt, licet & ipsi legum districtione sint liberi, tamen quia colendis eorum terris diutius adhæserunt, utpote condicionem loci debentes, ad colenda, quæ consueverant rura permaneant, pensiones prædictis viris præbeant, quæ cuncta de colonis, vel originariis jura præcipiunt, peragant, nihil eis extra hoc oneris amplius indicatur.* Idemque est in *l. 1. inf. ne rust. ad ul. obs. His necessitatibus*] id est, oneribus extraordinariis.

II. Imp. Constantius a. ad Dulcitium Cons. Æmiliae. Si quis prædium vendere voluerit, vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit: qui enim colonos utiles credunt, aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi prædium prodesse desperant. Dat. iii. Kal. Mai Med. Constantio a. ix. et Juliano Caes. Coss.

Prædium vendi donarive non posse receptis colonis, *l. 7. inf.* uti nec ædes receptis annonis *l. 1. Cod. Theod. de an. civ.*

III. Impp. Valentinianus, et Valens aa. Faventio Vic. Ital. Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram terræ professionem, ex qua videlicet servi manere videntur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui ex hujusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. Dat. Prid. Kal. Aug. Med. Valentin. et Valente aa. Coss.

In vaga mancipia sine domino, manus injectio fisco competit, ut constat ex tit. *C. Th. si vag. pet. man.* (sicut plerisque locis hodie in vaga animalia, quæ vo- E
cant *Espaves*) vel etiam ei, cui princeps ea ultro concesserit. At qui eos fuerit beneficio principis consecutus, indemnitatem capitationis, census sive tributorum sarciet, id est, quantum cum prædio non deserto adhærebant: dependi fisco solebat. Idemque est si eos ex aliena terra in suam migrantes quis susceperit: nam & hic terræ, quibus illi erant adscripti, censibus, pensitationibus, & tributis obligatur. Vagos, & emansores vocat, dum ait, *Ex qua manere videntur*: quod fit plerumque, ut etiam lex ponit, deserto, & destituto prædio.

IV. Iidem aa. ad Modestum pp. Hi
A penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis iisdem censitos esse constabit, vel per se, vel per actores proprios recepta compulsionis solicitudine implenda munia functionis agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab hujusmodi præcepti communione discernimus: eos enim convenit propriæ commissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore cognoscere. Dat. Kal. Mai cp. Gratiano a. et Dagalaifo Coss.

B Pro colonis originariis capite censitis prædiorum domini per se, vel per actores suos solemnem pensitationem agnoscunt. Sed si terræ cujusdam dominium habent, & sint ut hoc loco *& l. 19. inf.* Græci loquuntur, *ἰδιοκτήτορας*, non domini sed proprio nomine censibus alligantur. Quod etiam Justinianus inculcat *Nov. 128. §. μηδεὶς*. Priore item casu immunes non sunt, sed eorum ad solemnia compellendorum onus spectat ad dominum, vel actorem prædii, ad quem fiscus venit recta via, colonis dimissis, *Novell. 144.* Possunt censiti tenere quædam suo nomine quasi à se quæsita, quæ tamen ad dominum pertinent, *l. 2. inf. titul. 2.*

V. Iidem aa. ad Oricum pp. Domini
C prædiorum id quod terra præstat, accipiant: pecuniam non requirant, quam rustici optare non audeant: nisi consuetudo prædii hoc exigat.

Ut dominis prædiorum coloni inferant species sive fructus, non pecuniam, quam optare non audent. Optare, id est, *εὔχεσθαι*.

VI. Iidem aa. ad Germanum pp. Omnes omnino fugitivos adscriptitios, colonos, vel inquilinos, sine ullo sexus, muneris, conditionisque discrimine, ad antiquos penates ubi censiti, atque educati natique sunt, provinciis præsidentes redire compellant.

D Lex est de reducendis, & restituendis origini suæ adscriptitiis, & inquilinis, & colonis tam liberis, quam servis, aut tributariis, per præsides provinciarum.

VII. Iidem aa. ad Maximum pp. Quemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitoque servos vendi omnifariam non licebit, neque vero commento fraudis id usurpet legis illusio, quod in originariis sæpe est actitatum, ut parva portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cum soliditas fundorum, vel certa portio ad unumquemque perveniat: tanti quoque servi, & originarii transeant: quanti apud superiores dominos, & possessores, vel in soliditate, vel in parte manserunt: & emptor pretium quod dederit, amissum existimet: nihilominus venditori ad repetendos servos cum adgnatione eorum vindicatione concessa: & si aliqua denique ex causa dissimulaverit, legis usurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit: & heredibus ejus, & contra heredes emptoris vidicationem damus, longi temporis subscriptione submota mala fide: namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

De

De colonis cautum est *l. 2.* ne veneant sine prædiis. Idem exemplo colonorum hac lege cavetur de servis rusticis, censitis. Probo Accursii παραγραμμάτῳ, ut nec etiam permutari, vel obligari possint: nam & legari non possunt, *l. si quis inquilinos, ff. de leg. 1.* Eum, qui emerit eos sine prædiis, mala fide emptorem esse, cum juris ignorantiam causari non possit, & ideo præscriptione longi temporis non juvari. Vindicationem eorum cum sua progenie venditori, qui sibi prædia retinuit, dari non reddito pretio, qua de re diximus in *l. 1. sup. de præd. cur.* Heredibus quoque, & in heredes hanc actionem dari. Praeterea venditioni partis fundi non jure accedere originarios omnes, vel censitos servos. Servandam esse analogiam, ut venditioni fundi totius accedant omnes: venditioni partis, pars rata.

VIII. Iidem AA. ad Probum PP. Omnes profugi in alieno latebras collocantes cum emolumentis tributariis, salva tamen moderatione, revocentur: scilicet ut si homines, apud quos repeririuntur, alienos esse noverant fugitivos, & profugis in lucrum suum usi sunt: hoc est, sive excoluerunt agros fructibus dominis profuturos, sive aliqua ab iisdem sibi injuncta novaverunt, nec mercedem laboris debitam consecuti sunt: ab illis tributa, quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterum si occultato eo profugi, quod alieni esse viderentur, quasi sui arbitrii, ac liberi apud aliquem se collocaverunt, aut excolentes terras partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt: cætera proprio peculio reservantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis, quæcunque debentur, exigantur, nam manifestum est privatum jam esse contractum. Si quis vero inter agricolas (ut solet) ex quibuscunque commerciis hujusmodi hominibus esse inveniuntur debitores: coram partibus constitutus judex ab obnoxiis, quod debetur, exposcat.

Ut qui sciens adscriptitium fugitivum suscepit ejusque opera gratuita usus est quasi coloni proprii, non cum modo reddat: sed etiam temporis, quo illo usus est, capitationem fisco persolvat. Quod si ignorans eo usus sit, quasi mercenario contracta locatione conductione, ut ex ejus peculio indemnitati fisci satisfiat, & ut quod ei debetur ab aliis agricolis per judicem petatur. Aliud est suscipere fugitivum colonum, longe aliud quasi liberi hominis operas conducere. Qui suscepit, solemnes functiones agnoscit pro eo. Qui conduxit, non item. Et est similis distinctio in *l. 4. sup. de ser. fug.*

IX. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. ad Populum. Immunitates specialiter datæ, & jugatio, & capitatio, libris publicis, & civitatum, ac provinciarum encautariis sine aliqua probatione factæ penes faventes ereptæ in functionem pristinam redeant. Dat. iii. Non. Mart. Med. Merobaude ii. et Saturnino Coss.

Conjungenda est cum *l. 1. sup. de immu. nem. conc.* & ad hunc titulum pertinet, quoniam de capitatione loquitur, quæ colonorum nomine præstatur. Tollit autem immunitates specialiter datas, & jugationem, ac capitationem libris censualibus, & civitatum, aut provinciarum encautis factam sine approbatione censorum, peræquatorum ordinariorum, & amplissimorum judicum. Encautæ scripturæ genus est, vel picturæ, à quo monumenta civitatum dicuntur Encauta, & Encautaria.

X. Iidem AA. Gynegio PP. Cum antea per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma sit censa: nunc binis, ac ternis viris, mulieribus autem quaternis, unius pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas tua hujusmodi census per Comanensium, & Ariaratensium, & Armeniæ secundæ, Amasenorum Helenoponti, & Diocæsariensium Cappadociæ secundæ urbes salubris, ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis jubebit annecti.

Ut in provinciis sive civitatibus hac lege comprehensis, agricolarum capitatio ita censeatur, ut duo, aut tres viri, & mulieres quatuor pro uno capite habeantur. Provinciæ eæ sunt, Armenia secunda, Helenopontus, & Cappadocia secunda. Armeniæ secundæ urbes Comanensium & Ariaratensium. Sic emendavi ex veteribus. De Comana Alciatus scripsit. De Ariarata Stephanus: Ἀριαράθεια, πόλις πλησίον Καππαδοκίας, & *Nov.* 31. Helenoponti Amasenorum urbis, de qua *Nov.* 28. Cappadociæ secundæ Diocæsariensium, quæ fuit olim primæ, deinde secundæ Gregorius Olympio: γεγόναμεν αὖθις δευτέρα Καππαδοκία, πρώτη πρὸ τοῦ γεγονότες. Videnda, & quæ præcedit epistola de Diocæsariensium civitate. Fuerunt autem eæ tres provinciæ Ponticæ diœceseos.

XI. Impp. Arcadius, et Honorius ad Populum. Originarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excensari præcipimus, sed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam sunt illicita, domino, vel fundo esse reddendos.

Originarii coloni, nec privilegiis, nec dignitate conditione sua liberantur. Sed neque census auctoritate, ut si in censum relati sint quasi ingenui. Census auctoritatem dixit, ut *l. in filiabus, ff. fin. reg.* quæ sicut domino non præjudicat si quis rem alienam quasi suam in censum deferat, *l. forma, §. si ego, ff. de censib. l. quæ quisque, ff. de adq. rer. dom.* namque, ut de Deciano Cicero scribit pro Flacco, si aliena censendo sua facere quisque posset, haberent maximam plerique rerum omnium copiam: sic vero domino fundi non præjudicat colonus, qui se quasi ingenuum in censum defert. Fisco item nihil præjudicat professio censualis, *l. ult. sup. sine, cen. vel rel.*

XII. Iidem AA. Florentino, Servos, vel tributarios, vel inquilinos apud dominos volumus remanere. Nam cum metu damni deterritus unusquisque eum, quem incognitum habuit, à se cœperit propulsare: voluntas fugiendi servis non erit. Nemo enim dominum suum deserit, sciens nusquam sibi latendi locum esse derelictum, sed aut cognitum sibi ingenuum unusquisque suscipiet, aut eum, qui se liberum esse simulaverit, à se submovebit, metuens his, quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitivis apud quemlibet fuerit repertus: duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentor: ipsi autem, cujus fuerit, præter eundem fugitivum, alterum etiam ejusdem æstimationis inferre decernimus.

Lex 8. & l. 23. receptatoribus colonorum præcipit, ut fugitivos reddant, & temporis capitationem agnoscant. Hæc adjicit, ut eos reddant in duplum, & præter capitationem etiam argenti 12. libras. Utraque est de receptatoribus, qui fugitivorum opera quasi propriorum colonorum utuntur scientes, ideoque Græci nominatim adjiciunt *κατὰ εἴδησιν*. Alia in Illyrico, & in Thracia pœna statuta est, ut propriis titulis indicabitur.

XIII. Iidem aa. Vincentio pp. Galliarum. Definimus, inter inquilinos colonosve, quorum (quantum ad originem pertinet vindicandam) indiscreta eademque pene videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine suscepti: B liberi, vel utroque, vel neutro parente censito, statum paternæ conditionis agnoscant. Illud etiam servandum est, ut si quando utriusque fundi idem dominus de possessione referta cultoribus ad eam colonos, quæ laborabat tenuitate, transtulerit, eidemque fundi ad diversorum jura dominorum qualibet sorte transierint: maneat quidem facta translatio: sed ita ut prædii ejus dominus, à quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum adgnationem restituat. Dat. iii. Id. Jun. Stilichone, et Aureliano Coss.

C Sive ex duobus adscriptitiis sive ex duobus colonis non adscriptitiis nati sunt filii, patris coloniam sequuntur, quod confirmat *Nov.* 157. quæ sicut lex ista, scripta est ad præf. prætorio Orientis, & de provinciis Orientis. In Illyrico filiorum divisio fit ex Nov. scripta ad Dominicum, & ex Oriente in Apamæa Syriæ ex *Nov.* 156. Et hæc de prima parte legis. Altera docet duorum fundorum dominum recte ex uno fundo in alium transferre colonos, & translationi stari, etiamsi fundi postea diversis personis alienati sint, quod repetitur *Nov. Valentiniani de episcopali judicicio*, ita tamen, ut & translatos proles sequatur, Nec enim debent parentes, et liberi diversis prædiis adsignari, quæ ratio est etiam primæ partis. Tertia est in *l. seq.* ait, *ad originem*, id est, agnationem, & sobolem.

D XIV. Iidem aa. Vincentio pp. Galliarum. Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugæ vitio transeuntes necessitatem propriæ condicionis declinare tentaverint: bonæ fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis, & proprietatis agitari. Dat. xv. Id. Jul. Med. Stilichone, et Aureliano Coss.

Si coloni bona fide possessi fugerint, etiamsi se ingenuos, non colonariæ condicionis esse contendant, prius interversa possessio bonæ fidei possessori restituenda est, quam de proprietate quæratur. Quod fiet interdicto utrubi (nam hæc lex in Codice Theodosiano posita est sub titulo utrubi) quod celerem reformationem vocat, id est, momenti actionem, quam nec appellatio remorari potest, *l. 1. sup. si de mom. pos.* nec compensatio, *l. ult. sup. de compens.* Celeris reformatio sive momenti actio aut interdictum, omnem rationem significat repetendæ possessionis vi vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum unde vi, sed & interdictum de tabulis exhibendis, quo heres tabulas repetit ab alio suppressas, apud Anianum *tit. vic. civ. crim. ag. poss.* & interdicta uti possidetis & utrobi & Salvianum, apud eundem v. Sen. Pauli *tit. de interdictis* 1 & interdictum Quorum bonorum, *l. 22. Cod. Theod. quor. appell. non reci.* Celerem reformationem,

A redhibitionem, executionem dixit etiam in *l. 5. Cod. Th. de denunc. l. 4. C. unde vi, l. 1. C. Th. de inq. & col.*

XV. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Probo. Colonos nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris pulset intentio: quos ita glebæ inhærere præcipimus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoveri.

Pro fiscalibus debitis coloni non conveniuntur, nisi quid proprio nomine possideant, ne vel momento temporis ab agricolatione avocentur, sed domini eorum conveniendi & exigendi sunt.

B XVI. Iidem aa. Palladio pp. Mulier quæ fuisse originaria docebitur, si cujuscunque liberi hominis secuta consortium, in urbibus, vel in quibuscunque locis victura constiterit: ejus omnem sobolem secundum vetera constituta conveniet revocari. Dat. vi. Kalen. Jul. Ravennae Maximo, et Plinta Coss.

Corrupte in Codice Theodosiano hæc lex inscribitur Constantini & Juliani nomine. Honorii eam esse comprobat *Nov.* Valentiniani *de 30. an. præscr.* Sententia ejus hæc est: colonam quæ se junxit libero homini cum omni sobole revocari. Natus ergo ex colona & libero homine matrem sequitur, *l. 21. l. ult. inf. hoc tit. l. 4.* C *inf. de agr. & manc.* Nec obstat *l. 1. sup.* ut interpretatio ejus statim indicabit. At ex eadem Constitutione Honorii, quæ se junxerat colono sive originario alieno, non revocabatur cum omni sobole, sed cum tertia parte duntaxat. Quod confirmat *Nov. Valentiniani de episc. jud.*

XVII. Iidem aa. Joanni pp. Per colonum præjudicium possessioni invito, vel inscio domino imponi non posse, & jure, & legum auctoritatibus declaratur. Dat. Id. Jul. Ravennae Honorio xiii. et Theodosio x. aa. Coss.

Repetita est in *l. ult. sup. si alie. res pig. da. sit* ex D qua intelligitur, hunc esse sensum, ut sicut servus prædium domini invito vel inscio domino pignori obligare non potest, *l. 6. & 9. sup. quod cum eo qui in al.* ita nec colonus *l. ult. sup. eod.* quæ huic etiam conjungenda est. Idemque de servitute dicemus.

XVIII. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Probo pp. Colonos nulla ratione ad ullum, quamvis humilioris militiæ, locum sinimus admitti: sed nec apparitores magisteriæ potestatis censibus adscriptos probari concedimus: quia in hac parte, & dominorum juri, & publicæ consulimus honestati.

E Hæc etiam repetita est in *l. 3. inf. de appar. mag. mil.* Coloni nec cohortales nec apparitores magistri militum fieri possunt. In inscriptione pro Probo, alias legitur, Basso.

XIX. *Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος. τῶν γεωργῶν οἱ μὲν ἀναπόγραφοί εἰσι, καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς δεσπόταις ἀνήκει: οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακονταετίας μισθωτοὶ γίνονται ἐλεύθεροι μένοντες μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν, καὶ τὸ τέλος παρέχειν: τοῦτο δὲ καὶ τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελές.*

Agri-

Agricolarum alii quidem sunt adseriptitii, & eorum peculia dominis competunt, alii vero tempore annorum xxx. coloni fiunt liberi manentes cum rebus suis, & ii etiam coguntur terram colere, & canonem præstare. Hoc & domino, & agricolis utilius est.

Hujus constitutinnis mentio fit in *l.* 23. & ab Eustathio libro de temporibus. Ex ea quidem sunt coloni non adscriptitii terræ & canoni obligati, qui adquiruntur possessione xxx. annorum. Rerum tamen suarum proprietate non carent, quod cum longe aliter observaretur sua ætate, de eo ita queritur Salvianus v. de providentia Dei: *Fundos*, inquit, *majorum expetunt & coloni divitum fiunt, jugo se inquilinæ abjectionis addicunt, In hanc necessitatem redacti, ut exactores non facultatis tantum, sed etiam condicionis suæ atque exulantes, non à rebus tantum suis, sed etiam à se ipsis, ac perdentes secum omnia sua & rerum proprietate carent & jus libertatis amittant. Additur huic malo sævius malum: Nam suscipiuntur ut advenæ, fiunt præjudicio habitationis indigenæ. Quos suscipiunt ut extraneos & alienos, incipiunt habere quasi proprios, quos esse constat ingenuos, vertunt in servos. Præjudiciis temporum ingenui status homines circumvenimus.*

XX. Imp. Justinianus A. Demostheni pp. Litibus imponentes celeritatem, sancimus si quando coloni cujuscunque conditionis contra dominos terræ declamaverint, super hoc ipso dubitantes, utrum is terræ dominus est, nec ne, an ipsi coloni dominium suæ terræ possident (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore, vel longinqua, & inveterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam: in quibus casibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præscriptione, vel redituum frequentissima consequentia colonorum impetus excludente) talem esse super redituum, vel publicarum functionum præstatione formam censemus, ut si tales coloni: quales supra diximus, idoneum fidejussorem totius summæ, quæ ab his dependitur, præstiterint, quod omnes reditus sine ulla procrastinatione, si melior causa dominorum judicetur, eis restituent, & talis fidejussor per triennium accipiatur, eoque impleto iterum renovetur: coloni in medio nullo modo super reditibus à dominis inquietentur. Si autem hoc coloni minime facere voluerint, vel potuerint: tunc iidem reditus per officium judicis annui exigantur per solita tempora, in quæ etiam dependebantur dominis: & deponantur in æde sacra, id est, in cimeliarchio civitatis, sub qua possessio sita est: vel si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum idonea non sit, in Metropolitana ecclesia remaneant cum omni cautela, & post plenissimam definitionem, vel dominis dentur, vel colonis restituantur. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferantur, vel in totum, vel ex parte, interim per officium judicis fructus vendantur, & pretia eorum secundum prædictum modum deponantur. Hæc de reditibus definientes ad publicas transeamus functiones: & si quidem coloni more solito eas dependant: ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo præjudicio dominis generando, qui & quiescentibus colonis, & non contradicentibus ad pu- A blicum tributarias functiones minime inferebant. Sin autem moris erat domino totam summam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones, partem autem in suum reditum habere: tunc si quidem fidejussor à colonis detur, eundem fidejussorem dominis sine præjudicio litis tantam summam inferre, quantam tributa publica faciunt, ut à dominis publicis rationibus persolvatur: nullo ex hoc colonis præjudicio generando, super reditibus enim domini fidejussore fiant contenti. Sin autem fidejussore cessante, ad sequestrationem res veniant, & pecuniæ deponantur, & ex earum summa tanta judices separare, quanta B ad publicas sufficiant functiones, & eam dispositionem dominum accipere, quatenus ipse eam persolvens, publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præjudicio, sive colonis, sive dominis, ex hujusmodi fidejussione, vel sequestratione, vel publicarum functionum solutione generando: sed omni causa in suspenso manente, donec judicialis sententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & ostendat quis dominus terræ constitutus sit, & ad quem publicarum functionum securitas debebat in posterum fieri, seu reditus perve- C nire, vel permanere. Recitata Septimo in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. ix. Kalen. Oct. Chalcedone Decio v.c. Cos.

Sæpe fit ut coloni vindicent se in libertatem, & dicant se esse, *ἰδιοκτήτορας*, id est, propriorum bonorum possessores. Sed præscriptione longi temporis repelluntur, si dominus probaverit reditus & pensiones eos diu quasi colonos exoluisse, quod probabit antapochis, *l. plures*, *sup. de fid. inst.* quæ huic conjungenda est. Possessio quidem longi temporis colonum non facit, cum ex lege Anastasii exigantur xxx. anni, sed pro possessore præsumptionem facit, & generaliter diuturna præstatio vel partis præstatio obligationem vel actionem, quæ non fuit ab initio, non constituit, *l.* 7. D *sup. de usur. l. si certis*, *sup. de pac. l. ult. sup. ne uxor pro mar. l. operis*, *ff. de oper. lib.* Tacitum pactum inducit, *l.* 5. *sup. de usur.* Præsumptionem obligationis inducit in dubio, *l. cum de in rem vers. ff. de usur.* & obligationem si qua fuit, confirmat & corroborat, extinctis exceptionibus anargyriæ, & Macedoniani, *l.* 4. *sup. de non num. pec. l.* 2. *sup. ad Maced.* & interdum perpetuat, in causa alimentorum, *l.* 1. *sup. de fideicom.* Quod si domini hac longi temporis præscriptione muniti non sint, & coloni vindicent se in libertatem, quæritur pendente lite ad quem reditus prædiorum & onera publicarum functionum pertineant? Et constituitur hac lege, præstita satisdatione de restituendis reditibus domino si vicerit, colonum reditus interim percepturum, Satisdationem præstandam in triennium, & post E triennium renovandam esse, quia nondum scilicet lites triconio concludebantur. Nam *l. properandum*, à Justiniano edita est sequenti anno. Satisdatione non præstita, reditus sequestro deponendos in æde sacra ejus loci, id est, in *κειμηλιοφυλακίῳ*, ut *Nov.* lxxiv. vel in æde metropolitana, videlicet si reditus in nummis consistant ex constitutione prædii. Nam si in fructibus consistant, vendentur fructus ab officialibus judicis, & eorum pretia eodem modo interim in archiis ecclesiæ deponentur. Hæc de reditibus. Onera capitationum ipse colonus interim sustinebit ut solebat. Quod si non ipse ea sed dominus subire solebat, fidejussore dato, quantum fisco dominus inferebat, tantum fidejussor domino præstabit absque præjudio litis: fidejussore non dato,

æque

æque tantumdem ex sequestro deducetur & domino A præstabitur, ac deinde fisco per dominum, cujus etiam nomine apocham fiscus concipiet: igitur publica tributa domino pendente lite repræsentantur. Reditus puri, id est, qui restant deducta publica functione, sub sequestro sunt vel fidejussore. Puri alias ab ære alieno, *Nov. 22. l. ult. sup. de repu.* & Theophilo de lege Falcidia: modo à publicis titulis, ut καθαρὰ οὐσία, sive pura substantia. Longe aliud est φανερὰ οὐσία Demostheni & Lysiæ. Emendavi in contextu pleraque ex veteribus libris.

XXI. Idem A. ad Senatum. Ne diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia, & servo, vel adscriptitio, & ancilla fuisset editus, cujus status sit, vel quæ pejor fortuna sit, utrumne adscripti- B tia, an servilis: sancimus ea quidem, quæ in anterioribus legibus cauta sunt pro tali progenie, quæ ex mulieribus adscriptitiis, & viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui, & sit adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex servo, & adscriptitia, vel ancilla, & adscriptitio fuerit editus: matris suæ ventrem sequatur, & talis sit condicionis, qualis & genitrix fuit, sive ancilla, sive adscriptitia, quod hactenus in liberis tantum, & servis observabatur. Quæ enim differentia inter servos, & adscriptitios intelligatur, cum uterque in domini sui positus est potestate, & possit servum cum peculio, vel sine eo manumitte- C re, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

Ut ex libero & ancilla vel contra, & ex cive Romano & Latina natus jure antiquo matrem sequitur, & ex libero & adscriptitia ex *l. 16. sup.* ita & qui ex adscriptitio & ancilla, vel ex adscriptitia & servo nascitur. Nec dici potest deterioris potius parentis condicionem partem sequi, cum inter servos & adscriptitios nulla propemodum differentia sit. Utrique sunt in potestate dominorum. Utrorumque nomine domini tenentur actione de peculio, *l. ult. sup. quod cum eo.* Utrique manumitti possunt cum peculio vel sine peculio. Et ne de adscriptitiis dubitetur, sufficiet Sidonii Apollinaris locus v. Epist. quo liberæ cum adscriptitio Pudentis nu- D ptiis consentit, & stuprum cum ea ab adscriptitio admissum remittit, si stupratorem Pudens pro domino jam patronus originali solveret inquilinatu. Et ita patronos accipere oportet in *l. 2. inf. tit. 2.* Adscriptitii etiam domino nostro liberari possunt cum terra, non sine terra. De natis ex adscriptitio & libera dicetur *l. ult.*

XXII. Idem A. Juliano pp. Cum scimus nostra jura nolle præjudicium generare cuiquam circa condicionem; neque ex confessionibus, neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum: sancimus solam confessionem, vel aliam quamcumque scripturam ad hoc minime sufficere, nec adscripti- E tiam condicionem cuiquam inferre: sed debere hujusmodi scripturæ aliquod advenire adjutorium, quatenus vel ex publici census adscriptione, vel aliis legitimis modis talis scriptura adjuvetur: melius etenim est in hujusmodi difficultatibus ex pluribus capitulis condiciones ostendi, & non solis confessionibus, neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem, & scriptura, & post scripturam confessio, seu depositio, sine vi, & necessitate tamen, intervenerit (quid enim si condicionale instrumentum, vel aliam chartulam, in qua subscripsit, intimavit, & inter acta deposuit, sese colonum fuisse adscriptitium) tunc ex utroque genere obligationis, id est, tam scripturæ, quam confessionis, vel depositionis talem eum esse credendum, qualem se scripsit, & inter acta deposuit. Illud quoque non ineleganter dubitabatur, si coloni filius per triginta annorum curricula, vel forsitan per quadraginta, seu ampliora, adhuc vivente patre, & agriculturam peragente, ipse in libera conversatione morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat, non etiam præsentiam ejus exigebat, an post obitum patris, vel postquam forte is inutilis existat, & ruri non idoneus, potest excusari filius longinqua libertate abutendo, & quod per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonarii operis celebravit: cum non possit dominus incusari propter suam desidiam, cui per partem ejus omne, quod voluerat, accedebat. In omnibus itaque hujusmodi speciebus satis acerbum nobis videtur domino præjudicari colonorum absentia, qui rure nati, & postea absentes per suos, vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant, cum enim pars quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo remanebat: non videtur neque abesse, neque peregrinari, neque in libertate morari, maneat itaque domino jus inconcussum, & donec ejus vel antiquitas, vel posteritas, vel cognatio in agrum remanet: ipse videatur sibi resedisse. Dat. x. Kal. * cp. post consulatum Lampadii, et Orestis vv. cc.

Ut sola conductio vel alia scriptura servum non facit, ita nec adscriptitium, nisi concurrant aliæ probationes, veluti tabulæ censuales vel insinuatio & depositio facta apud acta. Huc continetur prima parte hujus legis. Sed illo loco, *Sancimus solam confessionem*, pro *confessionem*, ex veteribus legendum est, *conductionem*. Et ita Græci, κἂν ἐμισθώσατο ὡς ἐναπόγραφος, & paulo post pro *condicionale instrumentum*, legendum ex eisdem, *conductionale*, quod & Græci sequuntur: εἰ δὲ, inquiunt, τὴν μίσθωσιν ἐβεβαίωσεν ἐκεῖνος διὰ καταθέσεως ἢ ἐμφανείας, λοιπὸν πιστευέσθω τοιοῦτος εἶναι. Altera parte hoc continetur, prescriptione xxx. vel xl. annorum non liberari colonum originarium, qui tamdiu moratus est in libertate, si interim agrum exercuerit pater ejus, vel filius, vel frater, vel cognatus. Nam ex Constitutione Honorii de inquilinis & colonis, de qua diximus *l. 16. sup.* & ex Novella Valentiniani de xxx. annorum præscriptione omnibus causis opponenda, & de colonis vagis, repetitioni colonorum obstat præscriptio xxx. annorum, & *l. cum qui. inf. de fund. rei privat.* à qua hunc tantum casum Justinianus excipit hac lege. De colonis loquor. In repetitione autem adscriptitiorum prorsus Constitut. sequenti abrogat xxx. annorum præscriptionem, imo & xl. quam admittebat Anastasij Constitutio, id est, *l. 4. de prescrip. xxx. ann.* à qua idem Anastasius excepit postea curiales. Excepit & Justinianus sequenti lege adscriptitios.

XXIII. Idem A. Joanni pp. Cum satis inhumanum est terram, quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodo membris defraudari, & colonos in alienis terris demorantes dominos terræ maximis damnis afficere: censemus quemadmodum in curialium condicione nemo extemporali cursu liberatur, ita nec adscriptitiæ condicioni sup-

suppositus ex annalibus curriculis, quanticunque emanaverint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ; & si se celaverit, vel separare conatus fuerit, secundum exemplum servi fugitivi sese diutinis insidiis furari intelligatur, & sit suppositus una cum omnibus sobole sua (etsi in alia terra eam fecerit) hujusmodi fortunæ, & capitali illationi, nulla liberatione, ei penitus competente. Cum autem Anastasiana lex homines, qui per triginta annos colonaria detenti sunt condicione, voluit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, si etiam liberi eorum cujuscunque sexus, licet non triginta annos fecerint in fundis, vel vicis, deberent colonariæ esse condicionis, aut tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos hujusmodi condicioni illigatus esset: sancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum præfatam legem liberos, & nulla deteriore condicione prægravari: non autem habere licentiam, relicto suo rure ad aliud migrare, sed semper terræ inhæreant, quam semel colendam esse patres eorum susceperunt. Caveant autem possessionum domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innovationem, vel violentiam eis inferre: si enim hoc adprobatum fuerit, & per judicem pronunciatum: ipse provinciæ moderator, in qua aliquid fuerit tale perpetratum, omnimodo provideat, & læsionem (si qua subsecuta est) eis resarcire, & veterem consuetudinem in reditibus præstandis eis observare. Nulla ne tunc licentia concedenda colonis fundum, ubi commorantur, relinquere. Et hoc tam in ipsis colonis, quam in sobole eorum, quali scunque sexus, vel ætatis sit, sancimus: ut & ipsa semel in fundo nata remaneat in possessione sub eisdem modis iisdemque condicionibus, sub quibus etiam genitores ejus manere in alienis fundis definivimus. Nemini autem liceat vel ascriptitium, vel colonum alienum scienti prudentique in suum rus suscipere. Sed & si bona fide eum susceperit, postea autem repererit eum alienum esse constitutum, admonente domino, vel ipsius adscriptitii, vel terræ, & hoc faciente per se, vel per procuratorem suum: hunc restituere eum cum omni peculio, & sobole sua: etsi hoc facere supersederit: omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus est, publicas functiones sive terrenas, sive animales pro eo inferre compelletur, necnon cura, & provisione tam eminentissimæ præfecturæ, quam præsidis provinciæ: coartetur autem sic ad restitutionem ejus secundum veteres constitutiones, & pœnas in eis insertas.

De prima parte diximus lege præcedenti. Nulla nec xxx. nec xl. annorum præscriptione se tueri adscriptitium adversus domini vindicationem posse, & si se cælaverit, comparari eum servo fugitivo, quem dominus possidere intelligitur semper, & ideo vindicationi servi fugitivi vel etiam adscriptitii ne xl. quidem annorum præscriptionem obstare. At putem ex constitutione Anastasii servi non fugitivi vindicationi, etiamsi mala fide fuerit in possessione libertatis, obstare præscriptionem xl. annorum, quod & in Pragmatico de temporibus ostendi. Idemque est ex eadem Constitutione Anastasii in colono adscriptitio, sed non ex hac Justiniani, quæ adscriptitium curiali hac in re parem facit omnimodo. Secunda parte fit mentio *l. 19. sup.* quæ alia quædam est Anastasii Constitutio, & à Justiniano extenditur ad liberos colonorum, ut & ii patrum condicionem sequantur, id est, ut sint coloni liberi, terræ tamen addicti, quibus prædiorum domini nullam possint concussionem inferre: illatam extra ordinem vindicari: sulemnes tantum reditus ab eis exigi posse. Tertia parte cavetur, ne quis adscriptitium vel colonum alienum in suum rus suscipiat. Perperam antea legebatur, *in suum jus*, sicut & supra, *licet per non* xxx. *annos fuerint in fundis vel vicis*, quod ita emendavimus in contextu ex veteribus libris, *licet non* xxx. *annos fecerint*, qua de forma loquendi scripsimus in Pragmatico de temporibus cap. 26. & sic Julianus, *in eadem provincia*, inquit, *1. dies faciat*. Additur vero tertia parte, ut susceptor alieni adscriptitii vel coloni statim eum cum sua sobole suoque peculio restituat, atque intellexerit alienum eum esse. Cunctatorem totius temporis jugationes jubet & capitationes agnoscere. Confirmat & pœnam *l. 12. supra*.

XXIV. Idem a. Joanni pp. Si qui adscriptitiæ condicionis constituti mulieres liberas quacunque mente, aut quacunque machinatione, sive scientibus, sive ignorantibus dominis, sibi uxores conjunxerunt, vel conjunxerint: in sua libertate permanere tam eas, quam prolem, quæ ex his cognoscitur procreata, sancimus: illo proculdubio observando, ut si ex libero marito, & adscriptitia uxore partus fuerit editus, is maternæ condicionis maculam, & non paternam sequatur libertatem. Sed ne ascriptitii putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime verendum est, ne liberarum mulierum nuptis ab his excogitatis, paulatim hujusmodi hominum condicio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum ejus sive per se, sive per præsidem provinciæ, talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere à tali muliere: quod si neglexerit sciat in suum damnum hujusmodi desidiam reversuram.

De nato ex adscriptitia & libero dictum est *sup. l. 16.* Hæc lex est de nato ex adsciptitio & libera, ut etiam matrem sequatur, qua de re scripsimus Observationum iv. cap. xxvii. De solutione conjugii idem repetitur *Nov. 22.*

De Capitatione civium censibus eximenda.

T i t. XLIX.

I. Imp. Constantinus a. ad Eusebium v. p. praesidem Lyciae, et Pamphiliae. Plebs urbana, sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur, minime in censibus pro capitatione sua conveniatur, sed juxta hanc jussionem nostram immunis habeatur. Dat. Kal. Jun. Constantino a. iii. et Licinio iii. Coss.

Ut in Orientis provinciis ita & in Lycia, & Pamphilia, quæ provinciæ sunt Asianæ diœceseos, plebs urbana capitationem, id est, censum capitis non præstat: qua de re scripsimus in *l. 8. sup. de exact. trib.* & *l. 1. inf. ne rustic. ad ul. obs.*

In

In quibus causis coloni censiti dominos accusare possint.

T I T. L.

Quidam codices habent, *in quibus causis coloni capite censiti.*

I. IMP. CONSTANTINUS A. AD MAXIMUM VIC. ORIENTIS. Quisquis colonus plus à domino exigitur, quam ante consueverat, & quam in anterioribus temporibus exactus est: adeat judicem cujus primum poterit habere præsentiam, & facinus comprobet: ut ille qui convincitur amplius postulare, quam accipere consueverat, hoc facere in posterum prohibeatur: prius reddito, quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse.

Dominus qui à colono plus exigit, quam præstari sibi oporteat, convictus id omne, quod supra modum, moremque extorsit, reddere compellitur. Idem obtinet in fiscalibus, quod hic in privatorum colonis, *l. 5. inf. de agr. & manc. dom.* De colonis censitis pleraque jam sup. diximus.

II. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. NABRIDIO. Coloni censibus duntaxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subjectos non faciunt: ita his quibus annuis functionibus, & debito condicionis obnoxii sunt, pene est, ut quadam debiti servitute videantur adstricti. Quo eo minus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, à quibus ipsos utpote dominis una cum possessionibus distrahi posse non dubium est: quam de cætero licentiam submovemus, ne quis audeat domini nomen in judicio lacessere: & cujus ipsi sunt, ejusdem omnia sua esse cognoscant: cum enim sæpissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino prædii, aut vendere, aut alio modo alienare liceret, quemadmodum contra ejus personam æquo poterit jure consistere, quem ne propria quidem leges sui juris habere voluerint: & adquirendi tantum, non etiam transferendi potestate permissa, domino, & adquirere & habere voluerint. Sed ut in causis civilibus hujusmodi hominum generi adversus dominos, vel patronos, aditum intercludimus, & vocem negamus: exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi præbuerunt: ita in criminum accusatione, quæ publica est, non adimitur eis propter suam suorumque injuriam experiundi licentia.

Ut servis, ita adscriptitiis non esse cum domino actionem nisi ex superexactionis causa, ut in *l. 1. sup.* vel nisi criminaliter suam suorumque injuriam persequantur. Rerum eos proprietate carere, nec quicquam ex peculio suo alienare posse inconsulto atque ignorante domino, ut *l. 1. C. Th. ne col. inscio dom. suo alienet pec. vel litem inferat civilem.* Ait, *annuis functionibus* Sic Symmachus *annuas functiones, & indicta.* Majorianus *Nov. de indul. reliq. Per quorum officia profligari jubemus annuas functiones.* Quæ annua exactione solvuntur, *l. ult. sup. si propter publ. pensit.* Anniversariæ solutiones, *l. 4. sup. de fun. rei pri.* & alio quodam loco, annuæ præstationes.

De Colonis Palæstinis.

T I T. LI.

I. IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. CYNEGIO PP. Cum per alias provincias, quæ subjacent nostræ serenitatis imperio, lex à majoribus constituta colonos quodam æternitatis jure detineat, ita ut illis non liceat ex his locis, quorum fructu relevantur, abscedere, nec ea deserere, quæ semel colenda susceperunt, neque id Palæstinæ provinciæ possessoribus suffragetur: sancimus, ut etiam per Palæstinam nullus omnino colonorum suo jure velut vagus ac liber exultet, sed exemplo aliarum provinciarum ita domino fundi teneatur, ut sine pœna suscipientis non possit abscedere: addito eo, ut possessionis domino revocandi plena tribuatur auctoritas.

Coloni Palestini sunt liberi, terram tamen dimittere non possunt, quod illi sibi proprio quodam jure vindicabant. Puniri eorum receptorem, Dominum fundi dicit, & dominum possessionis, non dominum coloni. Videnda sunt, quæ diximus ad rubricam de agr. cens. Quidam codices habent, *per Palæstinas*, non male: fuere enim tres in Oriente, & hæc constitutio est de omnibus.

De Colonis Thracensibus.

T I T. LII.

I. IMPP. THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. RUFINO PP. Per universam diœcesin Thraciarum sublato in perpetuum humanæ capitationis censu, jugatio tantum terrena solvatur: & ne forte colonis tributariæ sortis nexibus absolutis, vagandi & quo libuerit recedendi facultas permissa videatur: ipsi quidem originario jure teneantur: & licet condicione videantur ingenui, servi tamen terræ ipsius, cui nati sunt, existimentur: nec recedendi, quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessor eorum jure utatur, & patroni sollicitudine, & domini potestate. Si quis vero alienum colonum suscipiendum retinendumve crediderit: duas auri libras ei cogatur exsolvere, cujus agros transfuga cultor evacuaverit: ita ut eundem cum omni peculio suo, & adgnatione restituat.

Diœcesis Thraciæ habet provincias sex, ut Marianus Scotus scribit, Europam, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mœsiam secundam, Scythiam. Theodorit. li. 5. cap. 28. *τῆς Θρᾴκης εἰς ἓξ δὲ αὕτη ἡγεμονίας διῄρηται.* Coloni per has sex provincias liberi sunt terram tamen dimittere non possunt, tributum soli præstant, tributum capitis non præstant. Clientes potius sunt sub patrono, quam servi sub domino. Receptatorem eorum duabus auri libris multari, & restituere peculium, & progeniem eorum omnem.

De

De Colonis Illyricianis.

Tit. LIII.

I. IMPP. VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS, AAA. AD PROBUM PP. Colonos inquilinosque per Illyricum vicinasque regiones abeundi rure, in quo eos originis adgnationisque merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus, inserviant terris non tributario nexu, sed nomine & titulo colonorum; ita ut si abscesserint, ad aliumve transierint, revocati vinculis pœnisque subdantur. Maneat quoque eos pœna, qui alienum & incognitum recipiendum esse duxerint, tam in redhibitione operarum, & damni, quod locis, quæ deserverant, factum est: quam multæ, cujus modum in auctoritate judicis collocamus: ita ut etiam dominus fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coercitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuerit. Servum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneatur: operarum præterea compendiis damnisque præstitis: in libertis etiam, quos pari usurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos colonos duximus retinendum. DAT. III. ID. JUL. GRATIANO A. II. ET PROBO COSS.

Videtur accipienda de Illyrico Occidentali. Nam Orientale infert capitationem excepta ecclesia Thessalonicensi, *l. 12. sup. de an. & trib.* Coloni igitur Illyrici Occidentalis liberi sunt, tributum soli præstant, capitationem non præstant, ex terra tamen ea discedere non possunt cui sunt addicti. Receptorem teneri domino terræ in id quod interest, & multari arbitrio judicis. Dominum quoque fundi in quo recepti fuerint emansores, arbitrio judicis coerceri, ignorantem excusari. At scientiam præsumi, cum unusquisque scire debeat colonum non suum, alienum esse, *l. 1. sup. unde vi.* & Rotharius *l. 1. de invasionibus*: susceptorem liberti eodem modo coerceri: susceptorem servi in Illyrico quanti ea res est, & in quadruplum damnari. Conjungenda est *l. ult. sup. de op. lib.*

Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos, vel rusticanos eorum.

Tit. LIV.

I. IMPP. LEO, ET ANTHEMIUS AA. NICOSTRATO PP. ORIENTIS. Si quis post hanc nostri numinis sanctionem in fraudem circumscriptionemque publicæ functionis ad patrocinium cujuscunque confugerit: id quod hujus rei gratia geritur, sub prætextu donationis, vel venditionis, seu conductionis, aut cujuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus, qui talia instrumenta perficere ausi sunt, bonorum proscriptione plectendis: qui tamen scientes ausi fuerint hujusmodi instrumenta conscribere: vicis etiam vel possessionibus ad patrocinia confugientibus publico vindicandis. Hæ autem personæ, quæ contra publicam commoditatem in clientelam suam suscepisse collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocris vero fortunæ facultatum suarum amissione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes ministerium suum hujusmodi nefariis actibus improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio à divæ memoriæ Martiano promulgata continet, id est, in Thracica quidem diœcesi abhinc annis triginta: hoc est, à consulatu Aetii II. & Sigisbuldi: in Orientali vero, & Ægyptiaca, & Pontica, & Asiana diœcesi viginti octo, hoc est à consulatu Cyri valere atque executioni mandari præcipimus. DAT. KAL. SEPT. ANTHEMIO A. II. COSS.

Hic titulus est de susceptis, nnn de adscriptitiis, vel colonis. Suscepti sunt clientes, qui se, & bona sua omnia tuenda, & defendenda potentioribus addicunt fraudandorum publicorum tributorum causa: qua specie potentiores vicanorum, & rusticorum bona sibi vindicabant, vel relinquebant susceptis sub patrocinii mercede certa: quod multæ Constitutiones damnant in tit. *de pac. vic. C. Th. &* Justiniani *Nov. 17. & Tiberii de divinis domibus*. Salvianus v. de providentia Dei: *Ut vim*, inquit, *exactionis evadant, tradunt se ad tuendum protegendumque majoribus dedititios se divitum faciunt, & quasi in jus eorum ditionemque transcendunt. Nec tamen grave hoc esset si potentes patrocinia ista non venderent, hac lege tueri pauperes videntur, ut spolient: Omnes enim ii, qui defendi videntur, defensoribus suis omnem fere substantiam suam addicunt. Nihil susceptis tribuunt, sed sibi. Novum genus venditionis, & emptionis. Venditor nihil tradit, & totum accipit. Emptor nihil accipit, & totum penitus amittit.* Susceptos vocat, ut Augustinus, & Servius, quod notavi in *l. 132. ff. de verb. obligat.* Palæmon Grammaticus v. x. in glossis: *Assecula, cliens sive susceptus*. Hæc Constitutio irritas hujusmodi conventiones facit: tabelliones, qui eas perfecerint, confiscat, & vicos, vel agros susceptos: susceptores etiam coercet, & harum conventionum intercessores, & interpretes ex tempore præscripto Constitutione quadam Martiani, quam non habeo. Quinque diœceses recenset, Orientem, Thraciam, Ægyptum, Asianam, Ponticam, quæ sunt sub dispositione præt. præt. Orientis, ut & Mariani notitia docet. Sequitur eadem de re Constitutio Græca, Latinæ cujusdam subdititiæ loco, quam ex libris *βασιλικῶν* desumpsimus.

II. *Μηδεὶς κωμήταις προστασίαν ὑπισχνείσθω, μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς ἐπὶ τῷ ὑποσχέσει προσόδου ἢ ἑτέρου κέρδος λαμβάνων· οἱ δὲ τις παραβαίη ταῦτα καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις ὑποπεσοῦνται καὶ ἑτέρᾳ μείζονι ποινωθήσονται κινήσει· πρὸς τούτοις καὶ οἱ κωμῆται οἱ μὲν δοῦλοι εἶεν, τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται σωφρονισθέντες· οἱ δὲ ἐλεύθεροι κʹ. λίτραις προστιμῶνται, καὶ τύπτονται μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κώμης, καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται, ἐν ᾧ γνώμῃ πάντων ἐγεγόνασι.*

Ne quis vicanis patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam suscipiat redituum alteriusve lucri promissione recepta, & ut qui hæc non servaverit, supradictis pœnis majorique commotioni subjaceat. Præterea ut vicani si servi sint, dominis castigati reddantur: si liberi, xx. libris mulctentur, & verberati una cum decem prioribus vici in

in perpetuum relegentur, dummodo scientibus omnibus secesserint.

Notandum est genus coercendi universi vici, quo sciente unus abscessit, & se in potentioris clientelam dedit, decem primorum castigatione.

Ut rusticani ad nullum obsequium devocentur.

Tit. LV.

I. EXEMPLUM LITERARUM DIOCLETIANI, ET MAXIMIANI AA. AD CARISIUM. Ne quis ex rusticana plebe, quæ extra muros posita, capitationem suam detulerit, & annonam congruam præstat, ad ullum aliud obsequium devocetur, neque à rationali nostro mularum fiscalium, vel equorum ministerium subire cogatur.

Hanc constitutionem intelligere arbitror Constantinum in *l. 2. C. Th. de censu, sive adsc.* quæ perperam vulgo est *l. ult. de naufrag.* dum Diocletianum dicit plebem urbanam capitatione immunem reddidisse. Ait enim Diocletianus, *Extra muros*, quia urbanos capitationem præstare non vult. Id vero potissimum hac lege constituit, ne ad ulla onera devocentur, ut *l. 1. sup. de agr. cens.* veluti ad prosecutionem equorum, aut mularum fiscalium, de quibus *l. ult. sup. de discussor.* Theodoritus lib. 1. cap. VII. δημοσίοις ὄνοις, καὶ ἡμιόνοις, καὶ ἵπποις, καὶ ἵππους χρήσασθαι.

II. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD PROBUM PP. ILLYRICI. Si qui eorum, qui provinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diversis agunt officiis principatus, & qui sub quocunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequii quasi mancipio sui juris imponant, aut servum ejus, vel forte bovem in usus proprios necessitatesque converterint: ablatis omnibus facultatibus perpetuo subjugentur exilio: & nihilominus rusticanum, qui se in ejusdem operas sponte propria detulisse desponderit, par pœnæ severitudo constringat. DAT. PRID. KAL. OCTOB. AGRIPINAE VALENTINIANO, ET VALENTE AA. COSS.

Ne apparitores præsidum, principes officiorum, numerarii, cornicularii, commentarienses, & alii, qui militiæ auctoritate possunt esse terribiles, rusticos ad ullum obsequium vocent, vel servos eorum, aut boves aratorios: sic principatum dicit, ut *l. 1. sup. ad l. Jul. de ambitu*. Sudas, princeps, ὁ ἔξαρχος τῆς τάξεως.

Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre.

Tit. LVI.

I. IMPP. LEO, ET ANTHEMIUS AA. NICOSTRATO PP. In illis quæ metrocomiæ communi vocabulo nuncupantur, hoc adjiciendum necessario nostra putavit humanitas, ut nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur: sed si quis ex eisdem vicanis loca sui juris alienare voluerit, non licere ei, nisi ad

A habitatorem adscriptum eidem metrocomiæ, per qualemcunque contractum terrarum suarum dominium possessionemque transferre: sciente persona extranea, quod si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentaverit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu soluto, si quid præstitum est, hoc tantum reddetur. DAT. KAL. SEPT. A. II. COS.

Pugnare videtur hæc lex cum *l. dudum, sup. de contra. emptio.* quod & Novel. Romani Lacapeni περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων ita est expressum: παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδεὶς παρ' ἐξ συγγενῶν ἢ κοινωνῶν ἐμποδίζηται ποιεῖν οἷς ἂν ἐθελήσωσιν: ἕτερος δὲ νόμος ἄντικρυς τοὐναντίον ἀπαγορεύων,
B μὴ ἐξεῖναι τινὶ τὴν ἀγορασίαν ποιεῖν ἢ μόνον τοῖς τῆς ἰδίας μητροκωμίας οἰκήτορσιν: ἡμεῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἅμα καὶ τῶν δημοσίων φόρων τῆς τε ἄλλης στρατιωτικῆς καὶ πολιτικῆς λειτουργίας καὶ συντελείας πολλὴν τιθέμενοι πρόνοιαν τὸ ἐναντιοφανὲς αὐτῶν καὶ ἀδιόριστον διὰ ταύτης ἡμῶν τῆς θείας διατάξεως σαφεῖ καὶ συντόμῳ λόγῳ ἐπανορθοῦντες θεσπίζομεν, &c. At *l. dudum*, de propinquis, & sociis loquitur, ne præferantur extraneis emptoribus: Hæc autem de convicanis, propter quam puto ad *l. dudum*, hæc verba Tribonianum adjecisse, *Nisi lex specialiter*, &c. quæ non erant in Codice Theodosiano, sicut ad *l. 1. sup. de reb. credit.* hæc, *Nisi specialiter hoc lege excipiatur*, propter *l. ult. eod. tit.* quæ non erant in Gregoriano. Novissime autem Romanus constituit, ut jure προτιμήσεως vocentur in emptionem
C primum cognati consortes, veluti fratres, qui paterna prædia indivisa possident: tum socii quilibet, quos ad societatem conjunxit voluntas: deinde extranei, quos ad societatem conjunxit fortuna, quarum alteram voluntariam, alteram hereditariam Cicero appellat: post συμπαρακείμενοι ὁ μονάδας, id est, qui eidem domino canonem pensitant, vel ut Fridericus Imperator interpretatur, qui sunt sub uno servitio. Ad extremum, confines. Quinque gradus facit, & inter eos successionem dat, ut primis pretium non offerentibus intra dies XXX. vel procuratoribus eorum intra menses IV. vel etiam repulsis per causam injuriæ venditori illatæ; sequentes vocentur. Præscriptioni XXX. dierum, vel mensium IV. locus est si ii, qui jus προτιμήσεως habent, testato denunciati sint, & cessa-
D verint, sicut duorum mensium adversus principalem dominum emphyteuticario vendente, *l. 3. sup. de jur. emphyteut.* Non facta denunciatione, non nisi decennii præscriptione jus προτιμήσεως excluditur. Eadem Novella idem jus datur convicanis non tantum convicano, sed etiam fisco vendente desertum forte prædium, quod ἡ κλασματικὴν γῆν vocat, ita tamen, ut in hac specie etiamsi denunciati non fuerint, intra quadriennium jure suo utantur, secundum *l. 2. sup. de quadr. præscript.* Scripsimus de hoc jure aliquid ad *l. qui Romæ, §. coheres, ff. de verbor. obligat.* Et de metrocomiis ad *l. ult. sup. de exact. tribut.* Ait, *vicanis*: quidam codices habent *vicariis*, ut Festus in verbo, vici. Hi sunt μητροκωμῆται. Κωμῆται Novel. 38. qui male ab interprete Comitiani. Comitiani sunt officiales
E comitis, Κωμῆται: vicani. *Contractum*] Hoc verbo non continetur testamentum. Poterit ergo vicanus extraneum heredem instituere. Quin & Novel. Romani, non testamenti modo, sed & dotis, donationis propter nuptias, donationis directæ, donationis causa mortis, permutationis transactionis non simulatæ excipitur causa, nisi si ex his causis bona sua tenuiores transferant in potentiores non vicanos, quibus tamen præscriptio decennii, sicut & extraneis quibuslibet non denegatur. *Hoc tantum reddetur*] non rei melioratæ sumptus: de hac quæstione diximus in *l. 1. sup. de præd. cur.*

Ut nullus ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur.

Tit. LVII.

I. IMP. ZENO A. * Grave est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari: idcirco hujusmodi iniquitates circa omnes vicanos perpetrari modis omnibus prohibemus.

Fuit olim plerisque locis usurpatum, ut vicanus ex contractu, vel delicto convicani teneretur, & ut liceret creditori ob vicani debitum ejusdem vici hominem, vel bona præhendere quoad verus debitor satisfecisset, quod Zeno tollit hac lege, & Justinianus *Nov. 52. & 134.* Cassiodorus v. Var. *Dividuntur causæ germanis: filius obligationibus paternis, si non sit heres, exuitur: uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula, non tenetur: & audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absolvant jura conjunctos.* Idem legibus Longobardorum cavetur, *l. 3. de deb. & vad.* & Constitutionibus Neapolitanis titulo de cultu pacis, & tit. de presaliis puniendis: sed postea cum revocatæ fuissent in usum, eis Grægorius liberavit clericos, & Fridericus studiosos promissa actione repetundarum famosa in quadruplum. Moribus nostris hoc jure utimur non in nostrates, sed in exteros, nec nisi permissu principis, ut si negotiatori Gallo merces diripuerint Hispani, idem quem primum offenderit Hispanum pari jure diripiet, quod jus Marquæ appellamus, quia ut arbitror, in limitibus potissimum exercetur.

De Censibus, & censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus.

Tit. LVIII.

CEnsus descriptiones sunt jugerum, & capitum: Censitores, sive censores, qui census agunt. Peræquatores, & inspectores, qui emendant, prædiis inspectis, & adæquatis invicem, ut releventur quibus gravius est onus adscriptum, graventur quæ sunt censita levius, *l. 10. inf. de fun. pat. l. pen. & ult. sup. de an. & trib. l. 12. & 14. C. Th. de censit. l. ult. C. Th. de locat. fun. ju. emph.* Græci ἐξισωτὰς vocant. Eusebius IV. de vita Constantini, ἄνδρας ἐξισωτὰς κατάστησας. Græci interpretes juris, Ἐπόπτης λέγεται ὁ ἐξισωτής: itaque idem pene munus est inspectoris, & peræquatoris Cassiodorus x. *Ut ad prædium de quo querela est, diligens inspector accedat, & rebus moderata inquisitione trutinatis, quidquid gravaminis potest habere possessio, rationabiliter abrogetur.*

I. IMP. CONSTANTINUS A. AD POPULUM. Quoniam tabularii civitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt: jubemus ut quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. PP. XV. KAL. FEB. ROMAE CONSTANTINO A. IV. ET LICINIO III. COSS.

De tabulis diximus lib. 10. multis locis. Principalibus, tabulariis, ut Symmachus ait in epistolis, liberum est alios à dispendio vindicare, aliis debitum munus imponere, dum scilicet rationes tributorum tractant: quo fit, ut sæpe per gratiam divitum onera transferant in pauperes: qua de re graviter, & copio-

A se quæritur Salvianus lib. 5. de providentia Dei. Hæc Constitutio hanc tabulariorum fraudem censet esse corrigendam secundum antiquæ censualis professionis modum, *l. 1. sup. de im. nem. conc.*

II. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. EUTROPIO PP. Quisquis vitem succiderit, aut feracium ramorum fœtus vetaverit, quo declinet fidem censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus competenti indignationi subjiciatur: illo videlicet evitante calumniam, quem forte detegitur laborasse pro copia, ac pro reparandis agrorum fœtibus non sterilitatem, aut inopiam procu-
B rasse. DAT. PRID. NON. JUN. CP. EUCHERIO, ET SYAGRIO COSS.

Ut qui simulat paupertatem succisis vitibus, vel arboribus competenti pœnæ subjiciatur, nec pristina professione relevetur, *l. 4. §. si vites, ff. de censib.* Putationes non damnat, quæ fiunt ne vites supervacuis sarmentis silvescant, vel quibus luxuries ramorum coercetur, quæ res copiam parit non inopiam. Pro, *vetaverit*, Codex Theodosianus, *hebetaverit*, forte legendum, *amputaverit*. Sic lib. 56. Βασιλικῶν titul. 14. ἐάν τις ἀμπέλους ἐκτέμῃ ἢ εὐφόρους ἐκκόψῃ κλάδους.

III. IIDEM AAA. CYNEGIO PP. Si peræ-
C quatore misso, aliquis, aut procuratorem suum retraxerit, aut colonum per contumaciam retractationis fugaverit: ad eum censuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius absente, peræquator apposuerit, nostræ sanctionis auctoritate tenebitur. DAT. VI. KALEN. APRIL. CP. HONORIO NP. ET EVODIO COSS.

Si misso peræquatore procuratorem prædii sui subduxerit, quis, ne præsens censioni adesset, vel colonum fugaverit retractationis census defugiendæ causa, quod absente colono, vel procuratore de censu agri constituerit peræquator, ut nihilominus ratum habeatur: alioquin vix esset, ut censitio, aut peræquatio absente
D domino, vel procuratore recte facta videatur *l. 5. C. Th. de censu.*

IV. IMPPP. THEODOSIUS, ARCADIUS, ET HONORIUS AAA. RUFINO PP. Omne territorium censeatur, quoties defectorum levamen exposcitur, ut sterilia, atque jejuna his, quæ culta, vel opima sunt compensentur. DAT. III. NON. APR. CP. THEODOSIO A. III. ET ABUNDANTIO COSS.

Si qua civitas relevationem petat quasi defectorum prædiorum, ut denuo totius territorii civitatis census agatur, & compensentur fertilia cum sterilibus. Pro,
E *jejunia*, quidam Codices habent, *erema*, & Græci τὰ ἔρημα μετὰ τῶν εὐθαλῶν συμψηφίζονται: unde corrupta illa vox orta est in quibusdam codicibus, *arenia*. Galli dicunt, *terres ermes*.

V. IIDEM AAA. RUFINO PP. Qui gravatos se esse à peræquatoribus conqueruntur, & injusto oneri impares esse proclamant: competitionis habeant facultatem, vel quid remissum gratia, quid intereeptum fuerit fraude, convincant: & ex eo levamen accipiant, quod per deformia, & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur: quod intra annum post codicum obla-

tionem, quo videbitur, de injusto conqueratur onere, iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita competitione convincat, ut quod ei fuerat superfusum, ille agnoscat, quem debitæ functioni fraus clandestina subtraxerat: emenso autem eo tempore actio denegabitur, exceptis minoribus, qui fuerint indefensi: his etiam, qui haberunt reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore, quæ sunt statuta, custodient: ex quo ad agendum habuerint facultatem. Dat. iii. Kal. Dec. cp. dn. Theodos. a. iii. at Abundantio v.c. Coss.

Actio, vel competitio adversus iniquam peræquationem datur intra annum post completam peræquationem traditosque peræquationis libros, ex die clausi renuntiatique census, ut ait *l. 5. C. Th. de censu sive ads.* Excipiuntur minores indefensi, & absentes Reip. causa, quibus non ex eo die annus computatur, sed ex quo agendi facultatem habuerint. Ait, *quo videtur*, id est, apud tribunal quocunque videbitur Theodosianus apertius, *cui videbitur*.

VI. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Eusebio pp. Peræquatores, ac discussores, si incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum honorum jacturam, verum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt: ea vero, quæ in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exsolvere. Dat. iv. Kal. Apr. Med. Arcadio, et Honor. iii. aa. Coss.

Peræquatores, vel discussores ob culpam, vel gratiam damnati infames sunt: legendum, *honorum*, non *bonorum*, ut Græci, *οὐ μόνον τῆς ἀξίας*, ut Accursius citans *l. judices*, *& l. quoties*, *inf. de dignitat.* ut etiam *l. 10. C. Th. de censit.* Fisco percepta emolumenta sive salaria in quadruplum. Provinciali quoque extorta, dum erga alium forte cupiunt esse gratiosi, in quadruplum restituunt: qua de re diximus aliquid in tit. de superexactoribus.

VII. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Sebastiano com. ordinis primi. Apud eum possessio firma permaneat, cui eam à peræquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua vero temporis anteacti à novo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subjacere dispendio. Si quis vero privatus, aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta hucusque permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi jure confirmat: allegationes suas sine mora, vel per se, vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare debebit: ita ut æquitatis ratione suadente, ad petitorem fuerit translata possessio: is qui à peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis sublevetur expensis. Verum ne sub specie litis dominationes semel constitutæ turbentur: sex mensium spatium censemus debere servari, intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerat actiones. Quod si tempus adscriptum silentio fuerit interveniente transactum: nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis eo tempore, quo peræquator prædium alicui addicit, de suo jure, vel per se, aut per homines suos non crediderit astitandum: sex mensium curriculis evolutis, in perpetuum conquiescat. Dat. Prid. Id. Mar. Rav. Honorio xi. at Constantio ii. Coss.

Solent peræquatores à dominis deserta, & destituta prædia aliis tradere, atque ita dominium mutare, sine onere tamen reliquorum, quod accipientem à domino proculdubio sequeretur, ut constat ex titulo sine censu, vel rel. Post addictionem peræquatoris, creditores excluduntur, quibus prædia sunt obligata, vel debita, nisi de jure suo experiantur intra sex menses, & novo domino reddant emponemata. Eadem præscriptione antiquior dominus excluditur, *l. locorum, tit. seq.* Ait, *Dominationes*, id est, dominia.

De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur.

Tit. LIX.

Non idem est desertum, & derelictum. Derelictum occupantis fit, desertum non item, *l. 8. hoc titul.* Usucapitur tamen biennio. Desertum est quod incultum, & squalidum est. Quod sequitur, *& quando steriles fertilibus imponuntur*, idem est, ac si diceret, *περὶ ἐπιβολῆς*,

I. Imp. Constantinus a. Campesti. Cum divus Aurelianus parens noster civitatum ordines pro desertis possessionibus jusserit conveniri, & pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos perceperamus earundem possessionum triennii immunitate percepta, solemnibus satisfacere, servato hoc tenore præcipimus, ut si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus, & territoriis dividantur. Accepta.

Prædia deserta, & quorum domini non reperiuntur, curialibus addicuntur sub immunitate triennii: qui si idonei non sint, tunc onus eorum, & in possessores ejusdem civitatis, & in omne territorium diffunditur. Verbum, *Accepta*, quod est in extremo, est ex subscriptione, ut in *l. 1. inf. de fug. col.* verbum, *Data*.

II. Idem a. Si quis ab emphyteuticario, seu patrimoniali possessore, privati juris quippiam comparaverit, cujus substantia alias possessiones sustentare consueverat, & succisis quasi quarundam virium nervis reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes distractorem inutiles permanebunt. Dat. viii. Id. Dec. Thessal. Faliciano, et Titiano Coss.

Si emphyteuticarius, vel patrimonialis possessor fundum proprii privatique juris ad se pertinentem vendiderit, quo emphyteutici, seu patrimonialis juris prædia sustentare solebat, ac deinde reliquari eaque prædia deserere cœperit, onus reliquorum transfertur ad emptorem, qui eum fundum comparavit, quo venditor alios tueri solebat. Atque ita emptorem sequuntur non tantum fundi comparati reliqua, sed & aliorum reliqua, qui fundo comparato sustentabantur: quod addi convenit ad tit. *sine censu, vel reliq. fund. comp. non pos.*

III. Impp.

III. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Mamartinum pp. A Quicunque deserta prædia meruerint, sub certa immunitate ad possessionem impetratorum non prius finantur accedere, quam vel fidejussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonii sui maxime utilibus obligatis, idonea cautione firmaverint susceptam à se possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

Ut ii quibus deserta prædia addicuntur sub certa immunitate veluti triennii, *l. 1. hoc tit.* vel biennii, *l. 7. hoc tit. l. 12. Cod. Theod. de censitor.* pignoribus, vel fidejussoribus caveant se damno publico minime deserturos, *l. 6. hoc tit. l. 7. inf. tit. de fun. pat.*

IV. Iidem aa. et Gratianus a. ad Crescentium Vic. Afr. Heredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo, & jure perceperint. Dat. xv. Id. Jul. Contionaci Gratiano a. ii. et Probo Coss.

Non potest heres scriptus prædia hereditaria ita dividere, ut fertilia amplectatur, sterilia deserat onerum publicorum evitandorum causa, sive hereditario, sive legati, sive fideicommissi jure ei ex eisdem bonis ea deferantur, sed aut omnium tributa agnoscere debet, aut ab omnibus recedere.

V. Impp. Valens, et Gratianus aa. ad Anthemium pp. Qui utilia reipublicæ loca possident, permistione facta etiam deserta suscipiant: ut si earum partium graventur accessu, quas ante per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac condicione retineant, ut præstatione salva cum desertis, & culta possideant, sublata à paucis id, quos iniquum est electa retinere, cum municipes gravatura sit pars relicta.

Qui fertilia, & sterilia Reip. loca permistim possident, ut omnia retineant, vel ut omnibus salvo canone curialibus cedant. Nec enim possunt fertilibus retentis sterilia deserere. In curiales transfertur onus universitatis prædiorum, non partis.

VI. Impp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Neridio com. r. p. Ut quisque conductor fuerit inventus possessor fundi, ut quisque qui ex publico vel templorum jure descendit: huic ager jungatur inutilior. Quod si contra id reluctandum existimaverit: alius possessor sub eadem præstatione quæratur: vel si voluntarius, qui fit conductor, non inveniet: tunc ad possessores antiquos, id est, decuriones, vel quoslibet alios, loca juris prædicti adjunctis inutilibus revertantur, idoneis fidejussoribus præstitis. Dat. xv. Kal. Feb. cp. Merobauda ii. et Saturnino Coss.

Ut conductori fundorum Reip. vel sacrorum templorum cum fertilibus adjungantur inutiles, vel ut alius sub eadem pensione eorum voluntarius conductor quæratur, vel eo non invento, ut fundi ad veteres possessores revertantur: Reip. ad curiales: templorum, ad illos, qui prædia templis largiti sunt.

VII. Iidem aaa. et Arcadius a. Cynegio pp. Quicunque defectum fundum patrimonialem exercuerit, fertilem idoneumque præstiterit: salvo patrimoniali canone, perpetuo, ac privato jure defendatur, & velut domesticum, & avita successione quæsitum sibi habeat, suis relinquat: neque eum, aut promulgatione rescripti, aut reverentia sacræ adnotationis quisquam à fructu impensi operis excludat. Cæterum eos, qui opimas, ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas: pro defecta scilicet portione summam debiti præsentis jubemus implere: illos etiam, qui emphyteuticario nomine nec B ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent: sic ex illis quoque, quæ præsidio indigent, justam, ac debitam quantitatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio post biennium decretum canonem solvendum esse meminerint: nemo tamen qualibet meriti, & potestatis objectione submoveatur, quo minus ad diacathociæ vicem defectas possessiones patrimonialis juris accipiat, eorum tributa, & canonem soluturus: illud speciali observatione procurans, ut primo vicinas, & in eodem territorio sortiatur; deinc si neque finitimas, neque in eisdem locis repererit constitutas; tunc demum etiam longius positas, sed in C quantum fieri valet, pro interdicto spatio sibimet cohærentes, pro modo, & æquitate suscipiat: ut id consensu omnium fiat, quod omnibus profuturum est.

Lex est de iis, qui patrimoniales fundos emphyteuticario jure detinent, ut si defectos acceperint, & idoneos reddiderint, eos perpetuo privatoque jure possideant, & in heredes transferant salvo canone. Et ut qui idoneos eo jure susceperint, defectos suscipiant cum onere canonis, non reliquorum, qui medii generis, ut etiam ex defectis suscipiant pro rata cum eodem onere, salva immunitate biennii: in *l. 1.* datur immunitas triennii, quæ est de fundis à dominis desertis, D & in curiales transferendis: Hæc de fundis patrimonialibus defectis, & iis, qui meliores fundos detinent adjungendis ad diacathociæ vicem, id est, possessionis titulo, & jure, ut eos retineant jure privato quasi possessores, ut habeant dominium possessionis, *l. 11. inf. hoc tit.* ut sint possessores *l. 55. inf. de fund. pat. l. 4. inf. de div. præd.* & ita in *l. 1. C. Th. de fisc. debit. de diacatochis*, id est, de possessoribus, qui canonem fisco debent, interpretor: & ab hac defectorum adjunctione lex ait, nec dignitatem, nec potestatem ullam excipi. Adjungi finitimos primum, deinde longe positos. Adjunctionem hujusmodi suscipere omnes debere, cum sit publice omnibus profutura, *l. seq.*

E VIII. Impp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. Tatiano pp. Qui agros domino cessante desertos, vel longe positos, vel finitimos, ad privatum pariter publicumque compendium excolere festinat, voluntati suæ nostrum noverit adesse responsum. Ita tamen ut si vacanti, ac destituto solo novus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad suum jus voluerit revocare: restitutis primitus, quæ expensa constiterit, facultatem loci proprii consequatur: nam si biennii fuerit tempus emensum, omni possessionis, & dominii carebitur jure qui siluit.

Quæ

Quæ ad hanc legem pertineot expoſuimus libro de temporibus cap. 21. & ad rubricam.

IX. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. Rufino pp. Qui fundos patrimoniales jure privato canone ſalvo ſuſceperint, hanc omnes ſine ullis exceptionibus perſonæ propoſitam intelligant optionem, ut aut ea loca, quibus minor eſt ſoli fœcunditas, cum his, ex quibus fructus uberes capiunt, ſuſcipere, & tenere non abnuant: aut ſi eorum refugiuot ſterilitatem opimioribus cedant. Dat. viii. Id. Nov. Tyro Arcadio iii. et Honorio ii. aa. Coss.

Ut qui fundos patrimoniales ſub præſtatione canonis, jure privato ſuſceperunt, eis abſcendat, niſi fertilibus ſteriles imponi patiantur. Alii ſuſcipiuntur jure privato quaſi ſint ſuſcipientium proprii, alii jure emphyteuticario quaſi alieni: utrique tameo ſub canonis præſtatione.

X. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Eutychiano pp. Qui per potentiam fundos opimos, ac fertiles occuparunt cum quæſtuoſis uberibuſque pro rata portione ſuſcipiant ioſœcundos ex eadem ſubſtantia. Dat. Non. Mar. cp. Honorius a. iv. et Eutychiano Coss.

Lex ait fertilibus adjungi ſteriles ex eadem ſubſtantia, & *l.* 12. ex eiſdem bonis, Nuv. περὶ ἐπιβολῶν nondum edita, ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας: quod expoſui Obſerv. 4. cap. 30.

XI. Iidem aa. Adriano pp. Locorum domini intra ſex menſes edictis vocati revocantur: qui ſi adfuerint, & propria teneant: & ea quæ ex præterito contraxerint, debita redhibere cogantur. Si vero impares eſſe earum rerum tributis propria confiteantur abſentia, nec adeſſe voluerint: penes eos, qui hæc ſuſceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas poſſeſſionis intemerata permaneat: ut poſtquam ea exſolverint, ſciant ſibi inquietudinem ſubmovendam, nec ſubreptione cujuſquam competitionis loca, quæ tenuerint, auferenda: quibus etiam illud indulſimus, ut ex eo tempore, ex quo primum loca, de quibus agitur, cœperint poſſidere, tributa poſcantur. Dat. vi. Kalen. Sep. Stilicone, et Aureliano Coss.

Ut prædia deſerta à domino ſuſceptoribus ſine onere reliquorum addicantur, excluſo domino præſcriptione ſemeſtri, de qua & in *l. ult. ſup. tit. prox.* excluſa competitione omni.

XII. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Seleuco pp. Hac definitione ſancimus, nullum poſſeſſorem, neque municipum prædium pro alienis debitis, vel deſtitutione eſſe retinendum: neque eorum prædiorum deſectione prægravari, quæ ex iiſdem bonis, quæ retinentur, nequaquam eſſe monſtrantur: nec ullis præſtigiis atque commentis exactio mutiletur. Dat. Prid. Kal. Feb. Rav. Honor. viii. et Theod. v. aa. Coss.

Lex ſignificat ἐπιβολὴν non fieri, ſive ſterilia ferti-

A libus non imponi, niſi ſint ex eiſdem bonis, ut *l.* 10. Eadem bona ſunt veluti ὁμόδουλα, & ὁμόκηνσα, ut *Nov.* 128. *& Nov.* 168. cujus titulus, ἐπαρχικὸς τύπος περὶ ἀπόρων, nondum edita. Pro, *defunctione* emendavi, *defectione*.

XIII. Iidem aa. ad Probum. Omnium prædiorum actores, ac domini requirantur: quorum ſi vitio probantur debita fuiſſe contracta, in abſoluto eſt, ut debeat dominium commutari. Dat. iii. Id. Jun. cp. Constante, et Constantio Coss.

B Prædia deſerta, & deſtituta à dominis, vel actoribus eorum eis auferuntur, & aliis dominis jure addicuntur, *quorum*, inquit, *vitio probantur debita fuiſſe contracta*, dum ſcilicet prædia inculta deſerunt. Ea peræquator addicit, *l. ult. ſup. tit. prox.*

XIV. Iidem aa. Aureliano pp. Rura & poſſeſſiones quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta provincialia deſideriis ſuis, vel reliquerunt, vel poſſidere alios permiſerunt: penes eos qui eas excoluerunt, & functiones publicas recognoſcunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. Dat. iii. Non. Dec. Honorio x. et Theod. vi. aa. Coss.

C Puto deſerti prædii apud acta præſidis repetitionem, ne intra quidem biennium eſſe, vel ſex menſes: quia pro derelicto habitum videtur.

XV. Iidem aa. Sebastiano Comiti Primi Ordinis. Si quis deſerta prædia, quæ navalem ſuſtinent functionem, & in deſertis nunc uſque remanent, ſub peræquationis jure perceperit: meliore condicione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis ſors navalis eſſe non poſſit pro ea, quæ reſedit, portiuncula, cum aliis fuerit diſpendiis liberata. Dat. Prid. Id. Mar. Rav. Honorio a. xi. et Constantino ii. Coss.

D Si qui deſerta prædia à peræquatore ſuſceperit, quæ naviculario oneri obnoxia ſunt, hoc quidem onere non liberatur, ſed in omnibus aliis titulis fiſcalibus leviora onera agnoſcit.

XVI. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Celeri Proc. Afri. Jubemus neminem curialem pro alieni territorii debitis attineri, ſed tantum municipem pro gleba propria conveniri. Dat. v. Kal. Mai. Rav. post Cons. Felicis, et Taori vv. cc.

E Territorium, & glebam dicit pro eodem, ut *l.* 11. *ſup. de oper. publ. l.* 3. *ſup. de nat. lib. l. nulli, ſup. de epiſc. & cler.* Municipem quoque, & curialem pro eodem, ut *l.* 5. *ſup hoc tit. l.* 1. *inf. de fug. col. l.* 41. *C. Th. de oper. pub.* Curialis igitur glebæ propriæ non alienæ nomine tenetur, *l.* 12. *ſup.*

XVII. Iidem aa. Hermocrati pp. Si quis auctoritate noſtri numinis de fundis patrimonialibus ſteriles ſub certi canonis pollicitatione ſuſceperit; firmiter cum volumus poſſidere, ſub ejuſdem tamen canonis ſolutione, quem noſtræ majeſtatis auctoritas per annos ſingulos ſolvendum eſſe præſcripſerit, nullamque eos deſcriptionem, ſive adje-

adjectionem, aut innovationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est eos, qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos magno labore impenso, aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerunt, utpote deceptos inopinatum onus suscipere, illudque velut quadam circumventione deposci: quod si se daturos præscissent, fundos minime suscipere, aut etiam colere paterentur. Dat. xii. Kal. Dec. cp. Theodosio a. xviii. et Albino Coss.

De hac lege scripsimus in *tit. de col. don. vel rer. suf.* Pro, *egenos*, Novella integra habet, *jejunos*.

De Fundis limitotrophis, & terris, & paludibus, & pascuis limitaneis, vel castellorum.

Tit. LX.

Fundi limitotrophi dicuntur hoc loco, & *l. nulli, sup. de fun. pat.* quod inde milites limitanei alantur, *l. 8. eod. tit. l. 1. hoc tit.* non quod ad milites limitaneos pertineant. At fundi limitanei qui dicuntur, ad milites limitaneos pertinent, itemque paludes & pascua, *l. 3. hoc tit.* fundi autem castellorum ad milites castellanos pertinent, *l. 2. hoc tit.*

I. Impp. Valentinianus, Valens, et Gratianus aaa. ad Licinium pp. Tiberianus ad possibilitatem singulorum quorumcumque locorum intuens, statuit certas possessiones, quæ ad limitem frumenta conveherent: quocirca generali lege sancimus Tiberiani dispositionem oportere observari, amoventes quidquid vel potentia cujuscunque elicuit, vel furtiva deprecatio: addentesque nihilominus in futurum nulli licere adversus utilem vetustatem, & præsentem legem nostram, importuna & respuenda reposcere. Dat. xviii. Kal. Oct. Aquileiae, Arcadio a. et Bautone Coss.

Confirmat Tiberiani præf. prætorio dispositionem de fundis limitotrophis.

II. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Asclepiodoto pp. et cons. ordinario. Quicunque castellorum loca quocunque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantum fas est possideri castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus judicavit antiquitas. Quod si ulterius, vel privatæ conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur. Dat. v. Non. Mart. cp. Asclepiodoto, et Mariniano Coss.

Ut soli castellani milites possideant castellis agros deputatos, non privati, non alii milites.

III. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Nomo magistro Officiorum. Agros limitaneos universos cum paludibus omnique jure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverant: & si in præsenti coluntur, ab his firmiter, ac sine ullo concussionis gravamine detineri: & si ab aliis possidentur, cujuslibet spatii temporis præscriptione cessante ab universis detentatoribus vindicatos, iisdem militibus sine ullo prorsus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus adsignari. In his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obviam venire tentaverint, proscriptionis pœna valitura. Nam si quis forte, quod minime audere debuerat, emptionis titulo memorati juris possidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta servabitur. Dat. Prid. Id. Sept. cp. Maximo ii. et Paterno Coss.

Pars est Novellæ Theodosii de ambitu & locis limitaneis inibi redhibendis, quam habemus integram, sicut & *l. 4. sup. de off. mil. jud.* & *l. curæ, sup. de off. mag. off.* Pertinet valde ad hanc partem quod Lampridius scribit, Alexandrum agros limitaneos militibus donasse, ita ut eorum essent si heredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent: dicentem attentius eos militaturos si etiam sua rura defenderent: addidisse his & animalia & servos, ut possent colere quod acceperant. Idem enim hac lege cavetur ne agri illi in privatorum jura ullo titulo transeant, nec præscriptione ulla temporis eis adquirantur, & ut à limitaneis militibus firmo jure possideantur sine ullo tributi vel collationis onere, cum paludibus & omni jure suo, puta pascuis, animalibus, servis, salva scilicet illa conditione, si militarent.

De Pascuis publicis, vel privatis.

Tit. LXI.

I. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Rufinum pp. Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei privatæ pensio debeat ampliari: nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt: etenim idcirco graviorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebus privatis nostris à locorum pastibus arceantur: quod fieri non oportere divæ memoriæ Julianus prorogata jussione constituit. Quare excellens auctoritas tua conventis provinciarum rectoribus, non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates, sed eam manere decernat, quam statuit antiquitas. Dat. viii. Kal. Oct. Lucerias, Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Sunt saltus pascui quidam rei privatæ principis, qui certa pensione locantur, ita tamen ut & animalia rei privatæ in eis jus sit compascere, quæ ne arceantur prætextu gravioris pensionis, constituunt Impp. ne in eis saltibus pensionum ullæ adjectiones admittantur.

II. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Simplicio comiti, et magistro utriusque militiae. Insignis auctoritas tua hac condicione à publicis pratis Apamænis animalia militum prohiberi præcipiat, ut universi cognoscant de emolumentis eorum cuique officii facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas, si quisquam posthac memorata prata mutilare tentaverit: non minore decernenda pœna, si etiam prata privatorum Antiochenorum fuerint de-

devastata. Ita tamen ut sine læsione provincialium A provideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. DAT. V. IDIB. MART. CP. HONORIO A. IV. ET EUTYCHIANO V. C. COSS.

De hujus loci restitutione scripsimus satis libro primo Observ. cap. XIX. Confirmatur Basilicis, in quibus ita est, *μηδεὶς τοῖς λειμῶσιν Ἀπαμείας καταβοσκέτω*.

III. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. COMITIBUS, ET MAGISTRIS MILITUM. Prata provincialium nostrorum, & præcipue rei privatæ nostræ, perniciosum est militum molestia fatigari. Ideoque lege ad amplissimam præfecturam promulgata censuimus, ne hoc B deinceps usurpetur: super qua re universos, quorum interest, convenire tua magnificentia non moretur: neque permittat possessores, vel colonos pratorum gravi qualibet importunitate vexari. DAT. NON. SEPT. HONORIO X. ET THEODOSIO VI. AA. COSS.

Ne possessores vel coloni super pratis à militibus ullam molestiam sustineant, qua de re legem se promulgasse scribunt ad amplissimam præfecturam, id est, ad Aurelianum præf. præt. quæ est lex 4. *C. Th. de pascuis*.

De Fundis patrimonialibus, & saltuensibus, & em- C *phyteuticis, & conductoribus eorum.*

TIT. LXII.

Patrimoniales fundi sunt qui ad patrimonium principis pertinent, ad domum divinam, ut Procopius scribit *s. de bel. Got.* Alii sunt fundi rei privatæ, alii divinæ domus: sicut alius Comes patrimonii, alius Comes rei privatæ, alius Comes domorum. Res quidem privata etiam patrimonium dicitur, *l. 3. inf. de fun. rei pri.* quia ut largitiones aliæ sunt sacræ, aliæ privatæ, ita patrimonium aliud est privatum, *l. 8. C. Th. de ju. fisc. l. ult. inf. de agr. & man.* aliud sacrum, *l. 1. sup. de indict. l. ult. sup. de vect. & com.* quod à re privata separari solet & domibus, ut in edicto 4. & 8. D Condicio patrimonialium propria hæc est, ut locentur, non ut in jus privatum transferantur, *l. 10. hoc tit.* solent tamen vendi & donari jure privato principis jussu, *l. 39. §. ult. ff. de legat. 1. l. 9. & 10. hoc tit. l. 9. sup. de om. agr. deser.* præterquam in tractu Orientis, *l. 13.* vel in emphyteusim dari, quibus generibus etiamsi dentur salvo canone, quodammodo propriam condicionem mutant. Saltuenses sunt pastioni deputata nemora, qui & patrimoniales sunt, *l. ult. hoc tit.* Emphyteutici sunt qui emphyteutico jure dantur, qui & patrimoniales sunt, *l. 12.* sicut limitotrophi quoque patrimoniales quidam sunt, *l. 8. & 13.* qui & hac rubrica cæteris adnecti debuissent.

I. IMP. CONSTANTINUS A. CUPITO. E Si quis fundos emphyteutici juris salva lege fisci citra judicis auctoritatem donaverit, donationes firmæ sint: dummodo suis quibusque temporibus ea, quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogantur. DAT. XVII. KAL. JUL. TREV. CONSTANTINO A. IV. ET LICINIO III. COSS.

Fundum patrimonialem sive fiscalem ab emphyteuticario donari posse salvo canone emphyteutico, nec exigi auctoritatem judicis. Vendi non posse puto sine consensu rationalis, idemque esse in emphyteuticario privatorum.

II. IDEM A. AD DRACONTIUM. Patrimonialis fundi pensitationem, seu aurariam, seu frumentariam, intra tempus omissam minorum domino non nocere præcipimus: nec ad fraudem juris eorum accedere, si quod solenniter debetur, paulo serius inferatur: ita tamen ut permanente substantia parvulorum, judex tutorem, vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ suæ, & deserti officii pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

Fundum patrimonialem à possessore, tributis intra tempora non solutis, fisco committi, nisi minor sit XXV. annis, quo casu dominium fundi minori ætatis beneficio conservatur, & tutor curatorve in æstimationem convenitur.

III. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD GERMANIANUM COM. S. L. Quicunque possessiones ex emphyteutico jure susceperint, ea ad refundendum uti occasione non possunt, qua afferant desertas esse cœpisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint, sed nec avelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa: sed eas in perpetuum apud eos, qui eas susceperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit adversus eos impetratum. DAT. VIII. KAL. OCT. MED. VALENTINIANO, ET VALENTE AA. COSS.

Ut emphyteuticariis prætextu supra adjectionis vel rescripti auferri fundus emphyteuticarius patrimonialis non potest: ita nec relinqui ab eis prætextu defectionis & squaloris, vel etiam rescripti. Fundus apud eos & posteritatem eorum perpetuo remanent. Ait, *ad refundendum*, id est, ad reddendum eas possessiones, ut *l. item quod, ff. de in diem ad. l. generaliter, §. proinde & si pretium, ff. de fid. lib.*

IV. IIDEM AA. AD FLORIANUM COM. R. P. Fundi patrimoniales, & qui ex emphyteutico jure ad domum nostram diversis generibus devoluti sunt, sic eis, qui eos proposcerint, cedunt, ut commissi metus esse non possit, neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea jure dominii: ita tamen ut ea, quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterum solvant. DAT. IDIB. MART. TREVERIS VALENTINIANO II. ET VALENTE II. AA. COSS.

Ut fundi patrimoniales & emphyteutici juris ad domum principis devoluti, forte ex causa desertionis, vel permutationis colonorum, poscentibus salvo canone addicantur, & ne ob cessationem canonis committantur, quod pugnare videtur cum *l. 2. sup.* nisi hæc accipiatur de canone, illa de tributis, *l. 5. sup. de suscept.*

V. IMPPP. VALENS, GRATIANUS, ET VALENTINIANUS AAA. AD MODESTUM PP. Si qui à prioribus colonis, vel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum à peræquatore, vel censitore susceperint: perpetuo eundem, atque inconcusso jure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat. DAT. IV. NON. NOV. GRATIANO A. IV. ET MEROBAUDE COSS.

Ut qui à peræquatore vel censitore desertum agrum pa-

patrimonialem susceperit, perpetuo eum firmoque jure A possideat, submota competitione omni.

VI. Impp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Nebridio com. r. p. Hi quibus patrimoniales possessiones per Asianam, & Ponticam diœcesim, vel à nobis, vel à divis parentibus nostris sacra largitate donatæ sunt, inconcusse possideant, atque ad suos posteros transmittant, quod quidem non solum in heredibus, sed etiam in contractibus omnis generis volumus custodiri. Dat. iv. Kal. Apr. cp. Ricomare, et Claarcho Coss.

Ut hi quibus patrimoniales fundi donati sunt per B Asianam & Ponticam diœcesim, eos firmo jure possideant, salvo canone scilicet, & in heredem, emptorem, donatariumve transmittant. Pro, *contractibus* quidam Codices habent, *contractoribus*.

VII. Iidem, at Arcadius aaaa. Cynegio pp. Quicunque ad emphyteusim fundorum patrimonialium, vel reipublicæ jussu nostri numinis venerit: is fi redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda, quæ desertis forte possessionibus requiruntur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si vero minor facultatibus probabitur: datis fidejussoribus idoneis ad C emphyteusim accedat: scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat, in se negligentiæ damna, si hujusmodi cautio defuerit esse vertenda. Dat. vi. Kal. Mai. cp. Honorio nb. p. at Evodio Coss.

Ut qui fundum patrimonialem vel Reipub. accipit in emphyteusim, de damno desertionis caveat pignoribus aut fidejussoribus periculo curialium, ut *l. 3. sup. de omni ag. des.*

VIII. Iidem aaa. Clearcho pp. Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam, & Osroenam provincias, quos constat divorum retroprin- D cipum sanctionibus limiti deputatos, ad jus pristinum sine ullius assertionis revocentur obstaculo, præbituri omnia, quæ imponenda necessitatibus limitis præberi consueverant: ita ut nulli penitus audiantur, qui aut rescripto, aut adnotatione dominium, vel emphyteusim, vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerunt. Dat. prid. Kal. Mai. cp. Honorio nb. p. et Evodio Coss.

Ut fundi patrimoniales limitotrophi eripiantur iis qui eos dominii, vel emphyteuseos, vel conductionis jure impetraverint, & ad jus pristinum revertantur. De iis E loquitur qui sunt per Mesopotamiam & Osroenam provincias, de quibus *Nov. 154. & 157.* quæ duæ sunt provinciæ diœceseos Orientis *l. 13. inf.* generaliter de diœcesi Orientis.

IX. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Eutychiano pp. Universi cognoscant, nihil privato jure salvo canone fundis emptis cum patrimonialibus esse commune: ita ut ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: gravi multa feriendo eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare. Dat. prid. Id. Nov. Honorio a. iv. et Eutychiano Coss.

Lex loquitur de emptis non de donatis: ut patrimonialis fundi empti à principe jure privato, id est, dominii jure in emptorem translati, salvo canone jam patrimoniales non censeantur esse, & ut peræquator fundorum patrimonialium ad eos fundos non accedat.

X. Iidem aa. Eutychiano pp. Fundos patrimoniales eos duntaxat, qui salvo canone jure privato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus, qui in condicione propria constituti sunt, illustris auctoritas tua jubeat exæquari: ita ut relevato onere, quod imminet fatigatis, & translato in eos, qui integris viribus florent, adscriptio tributorum æqua lance dividatur. Dat. iv. Id. Apr. cp. Theodoro Cos.

Lex superior est de fundis patrimonialibus emptis jure privato. Hæc de donatis jure privato. Alii dantur in emphyteusim vel locantur. Peræquatore misso fundorum patrimonialium non ii tantum qui à conductoribus detinentur, qui à dominio principis non recesserunt, sed & ii quorum dominium in alios translatum est ex donationis causa, salvo canone exæquationi subjiciuntur.

XI. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Paulo Comiti s. l. Jus emphyteutici prædii, quod sine obligationis vinculo retentatum est, judicio nostro immutabile perdurare præcipimus, possessionem autem, quæ sine obligatione speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis volumus adjuvari. Dat. Idib. Ap. Ravennae Honorio ix. et Theodosio iii. aa. Coss.

Non recte dantur fundi patrimoniales in emphyteusim sine pignoribus, *l. 7. sup.* sed si qui retentati, id est, diu detenti fint sine pignorum obligatione, non ideo emphyteuticario auferuntur, quinimo vetustas illa vitium corrigit possessionis: male legebatur, *nolumus*: emendavi ex scriptis & ex Græcis, *volumus*, sed & pleraque alia in superiorum contextu.

XII. Impp. Theodosius, at Valentinianus aa. Tauro pp. Possessores, vel emphyteuticarii patrimoniales, qui fundos minime nunc usque comparaverunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem urgeantur: sed tanquam pretiis depensis sic eis nostri numinis beneficio potiantur, ut quod juris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque jus, in quibus coluit prædiis, quod aut ex successione, aut ex comparatione privata, aut nostri numinis liberalitate: aut quocunque modo possedit, sciat illibatum intemeratumque servari: licentia ei concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus, atque emphyteuticariis, cum fundorum sint domini, præstare. Dat. xiv. Kal. Jul. Ariobindo, et Aspara Coss.

Possessores separantur ab emphyteuticariis, quoniam possessores domini efficiuntur, emphyteuticarii domini non efficiuntur, *l. 1. ff. si ager. vect. id est, emphyt. pet.* ut dixi in *l. 9. sup. de omni agro. des.* Habentur tamen pro dominis, & in hac lege simpliciter domini appel-

lantur: ideoque fundorum servos manumittere possunt, quod nequeunt facere non domini, veluti conductores, *l. 2. tit. seq.* idque juris ita est, sive emerint fundos à principe, sive dono acceperint, sive transmissionis jure, aut venditionis à priori possessore factæ eos obtinuerint liberalitate principis, aut quocunque modo: sic dico, quoniam omnes libri veteres habent, *à nostri numinis*, non *à nostri nominis*, liberalitatem exercet princeps mutato dominio, successione vel venditione, si non accipiat quod dicitur *εἰσδεκτικόν*, *Nov. Leonis* XIII. quasi datum novi possessoris admittendi & suscipiendi causa: de quo & in *l. ult. sup. de jur. emphyt.* Quod ait, *Ne ad comparationem urgeantur*, congruit cum *l. pen. sup. de exc. mun.*

XIII. Iidem AA. ad Florentium pp. Nulli jam in posterum licere præcipimus patrimoniales, seu limitrophos, vel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad jus transferre privatum, sive dempto, sive salvo canone juris fundorum immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coercentes, tam videlicet petitorem, quam officium, quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio nostra, licet divina pragmatica contra vetitum proferatur. Dat. VI. Id. Jun. cp. Theodosio A. XVII. et Festo Coss.

Ne fundi patrimoniales vel limitrophi, vel saltuenses in diœcesi Orientis in jus privatum transferantur, legendum, *limitotrophos*, non *limitrophos*, cujus verbi vitium pervenit ad Gallos, qui fundos in limitibus constitutos vocant limitrophos: iidem etiam ignorantia significationis latinæ, adnotationis & protocolli appellationibus utuntur perperam. Porro tractum in hac lege, diœcesim interpretatus sum: nam hæc una est ex Novellis Theodos. sub. tit. de patrimonialib. rei dominicæ & limitotrophis fundis ad Orientem positis.

XIV. Imp. Anastasius A. Matroniano pp. Jubemus omnes, qui in quacunque diœcesi, aut quacunque provincia, vel quolibet saltu, fundos patrimoniales, vel templorum, aut agonothetici, seu relevatorum jugorum, vel cujuscunque juris per quadraginta jugiter annos: possessione scilicet non solum eorum, qui nunc detinent, verum etiam eorum, qui antea possederant, computanda; ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint; nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum, vel locorum, vel domorum à publico actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare: sed impositum canonem pro qualitate juris, cujus prædia sunt, vel loca, per singulos annos solventes, pro certo habeant suum esse, quod possident, vel postea possederint. Ita ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico movendam quæstionem nudæ ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo, corporalis quadraginta annorum jugis possessionis exceptio possit sufficere: hoc etiam adjiciendo, ut illi quoque, qui dempto canone hujusmodi fundos ab initio principali jussione datos sibi fuisse confirmant, si per quadraginta annos adempti canonis beneficium jugiter possederunt, neque canonem, cujus ademptionem quadraginta (sicut dictum est) annorum possessio testatur, possint penitus profligari: eo quod nostræ pietati placuit, in utroque casu, id est, tam salvo, quam dempto canone possessorum nostrorum jura in eo statu, in quo per quadraginta annos (sicut dictum est) jugiter manserunt, absque ulla innovatione durare. Dat. III. Kal. Aug. cp. Olybrio v.c. Cos.

Adversus fiscum præscriptione XL. ann. defendi possessorem qui fundos patrimoniales, vel templorum, vel agnotheticos, vel qui fundos quasi relevatos, vel qui fundos quasi donatos dempto canone, cum titulo, vel sine titulo XL. ann. possedit. Conjungenda est cum *l. 4. sup. de præscript. 30. ann.* quæ eandem inscriptionem & subscriptionem habet. De hac præscriptione XL. ann. scripsimus satis lib. de temporibus. Ait: *agonothetici*: juris agonothetici, quos agonotheticos vocat *l. pen. inf. de diver. præd.* agonophoros *l. Titia*, *1. §. 1. ff. de legat. 2.* qui deputati erant sumptibus sacrorum certaminum, præmiis atque lucari.

De mancipiis, & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorum.

Tit. LXIII.

I. Imp. Constantius A. Emphyteuticarios gravant coloni agros præter consuetudinem usurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cum solemnitas id eos attrectare permittat, quod eorum labore, vel olivetis est obsitum, vel vineis: sed & irriguas fontium aquas usurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit ut deinceps aquarum jus potestasque penes emphyteuticarios permaneat: tantumque ex eis colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt, pro modo autem superfluæ irrigationis, quam ultra culturas suas usurparint, emphyteuticariis possessoribus pensiones accessionesque præbeant. pp. VII. Idus Mart. Carthagine Constantino A. V. et Licinio Cæs. Coss.

Coloni non sunt conductores, sed qui adscripti sunt terræ. Hi non aliam terram colere, & exercere possunt, quam eam cujus culturæ servierunt antequam fundi darentur in emphyteusim: sed neque aquam irriguam ultra modum suæ terræ usurpare possunt, cæterarum terrarum, & aquarum fructus ad emphyteuticarium spectat.

II. Impp. Valentinianus, et Valens AA. ad Germanianum com. s. l. Libertates quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, præstiterint, rationales hujus præcepti auctoritate rescindant. pp. XIII. Kal. Mai. Lupicino, et Joviano Coss.

De hac diximus satis in *l. 12. sup. tit. prox.*

III. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Postumiano pp. Cognovimus à nonnullis, qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos perturbari, atque in eorum locum, vel servos proprios, vel alios colonos subrogari: edicti itaque

hujus

hujus auctoritate sancimus eos, qui deinceps aliquid erediderint hujusmodi attentandum, iisdem possessionibus esse privandos. A

Ut qui fundos patrimoniales jure privato, vel emphyteutico susceperunt, eorum dominio excidant si colonos permutaverint.

IV. Iidem AAA. et Arcadius, A. Cynegio PP. Super patrimonialium refectione fundorum dudum nostris est legibus constitutum, ut hi qui eos colentes solum eorum verterant, nunc ad alia loca dirigentes, nunc ad militiam convolantes, ad avitas condiciones, & propria jura revocentur. Cæterum eos qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt, veterani constituti, nequaquam placet tela in usum vomeris, & ligonis convertere. B

Ut coloni patrimoniales; qui ad alia loca diligentes sunt (sic legendum) vel qui militiæ nomen dederunt, revocentur, nisi jam veterani sint.

De Fugitivis colonis, patrimonialibus, & emphyteuticis, & saltuensibus.

Tit. LXIV.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius, AAA. * PP. Quicunque parvuli ex municipibus, vel colonis patrimonialibus, vel saltuensibus, quorum tamen avi, ac patres implicati hujusmodi functionibus fuerint, conniventia militaris officii ad stipendium castrense, vel officia diversa transierint: ad munera patriæ, vel ad agrorum cultus conventis ducibus, tribunis, ac præpositis revocentur, neque his stipendia prosint.

Debuit hic titulus incipere à *l. ult. tit. præcedentis*; Cavetur autem hac lege, ut orti ex curialibus à militia retrahantur in curiam, *l. 17. sup. de decur.* Æque ut orti ex colonis patrimonialibus, vel saltuensibus à militia revocentur ad stivam, neque his stipendia prosint. Additur in quibusdam codicib. *data*, quod ex inscriptione est. Parvuli dicuntur intra annum xxv. *l. 2. sup. de fun. pat.*

II. Iidem AAA. Cynegio PP. Quisquis colonum patrimonialem, aut sollicitatione susceperit, aut occultatione celaverit: non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. PP. VIII. Kal. Nov. CP. Honorio N.P. et Evodio Coss.

De eo, qui privatum colonum sollicitat, ut fugiat, vel receptat, & celat, dictum est *l. 12. sup. de agr. cens.* Hæc lex est de eo, qui celat patrimonialem. E

III. Impp. Honorius, et Theodosius AA. ad Anthemium PP. Cujuscunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel post elieiendi auctoritate submota: omnes quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad provinciæ moderatoris judicium illico sub idonea intercessione mittentur.

Ut coloni patrimoniales à tribunis, vel ducibus ad præsidem provinciæ trahantur sub cautione idonea de colonaria condicione judicium accepturi. His etiam hoc datum invenio, ut tutores non ordinentur, *l. ult. sup. qui da. tut.*

De Collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticorum.

Tit. LXV.

I. Imp. Constantinus A. ad Proculum Proc. Afr. Emphyteuticarii possessores, qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minime devocantur munera, sicut cæteri provinciales obsequium suum itineribus muniendis impendant: nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est, sejungi. PP. Non. Mai. Carthagini Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.

Ut emphyteuticarii fundorum patrimonialium excusentur ab extraordinariis muneribus, non tamen à munere viarum muniendarum.

C II. Idem A. ad Catulinum PP. Afric. Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus, vel mediæ, aut tertiæ portionis obsequiis fatigari non convenit: cum eosdem & auri speciem, & frumenti plurimum modum constet persolvere; ita ut qui violare statuta tentaverit, puniatur. PP. VI. Kal. Sept. Carthagini Constantino A.V. et Licinio Coss.

Ut patrimoniales fundi excusentur ab extraordinariis muneribus, *l. pen. sup. de excu. mun.* vel à mediæ, aut tertiæ portionis obsequiis, id est, ne extraordinariorum onerum mediam, aut pensionem exolvant, *l. 4. C. Th. eod. tit.* solidam functionem ab eis præstari satis est, puta, aurariam seu frumentariam pensitationem,
D *l. 2. sup. de fun. pat. l. 10. sup. de exc. mun.*

III. Imp. Julianus A. Omnes qui patrimoniales fundos, sive communiter, sive ex asse retinent, pro his conveniendi sunt ad universorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione, vel in solidum functiones, sicut unumquemque privatorum necessitas publicæ pensitationis adstringit. Dat. V. Kal. Apr. Mamertino, et Nevitta Coss.

Qua forma possessores fundorum privatorum, eadem, & possessores patrimonialium solemnibus functionibus satisfacere coguntur.

IV. Impp. Valentin. et Valens AA. ad Germanum. Placuit ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque possessores, quo voluerint tempore, & quantum habuerint pensionis paratum (dummodo non amplius, quam in tribus per singulos annos vicibus) officio rationalis adsignent, ac de suscepto ab eodem securitatem eodem die pro more percipiant: modo ut intra Januariatum Iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: gravissimæ pœnæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummo-

do nequaquam numerum trinæ illationis excedat) solutionem facere gestienti negaverit susceptionis officium, vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo: super quo possessores, aut procuratores, vel magistratus, aut quicunque in locis fuerint, qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conveniat contestari, ut & de officii insolentia constet, in quod exercenda vindicta est, & his possit esse consultum.

Ut canon patrimonialium, & emphyteuticorum fundorum tribus pensionibus solvatur pro solventis arbitrio: nec enim certa sunt pensionum tempora: ita tamen, ut parem rationem collator faciat intra Idus Januarias quolibet anno: solvendi apocham dari à susceptoribus, sive officiis rationalis, qui si in recipienda oblata pensione moram faciant, id contestari apud acta satis erit: sola enim oblatio liberabit à præstatione canonis, *l. 1. sup. de suscept.* quod etiam locum habet in privatorum emphyteusi. Nec obstat *l. 2. sup. de jure emphyt.* si recte intelligatur.

V. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Messalae pp. Per omnes provincias patrimonialium fundorum ab ordinariis judicibus canon exigatur, & quidquid exactum fuerit dirigatur. Sciant vero memorati judices nihil sibi ex privatæ rei canone, vel ex eo quod ex iisdem titulis contigerit, ad necessitates alias transferendum: nisi maluerint gravissima severitate eorum licentiam coerceri. Dat. xvi. Kal. Jun. Med. Theodoro Cos.

De hac lege scripsimus in *l. ult. de his quæ ex pub. col. il. sunt non usur.* Pro contigerit, malo exegerint, ut in *d. l. ult.*

De Fundis rei privatæ, & saltibus divinæ domus.

Tit. LXVI.

I. Impp. Constantinus, et Constans aa. Edictum ad Populum. Universi cognoscant has possessiones, quas de fisco nostro comparaverunt, seu comparant: nullo à nobis jure retrahi: sed propria firmitate possessas etiam ad posteros suos dominii perpetui durabilitate dimitti.

Venditio fundorum rei privatæ à fisco nullo jure revocari potest, *l. 2. sup. ne fis. rem, quam vend. evin.*

II. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Florianum Com. r. p. Hi quos commoditas privatæ rei prædiorum ad ea postulanda sollicitat, adeant tuæ dicationis officium, & modum suæ deliberationis indicent per libellos, certumque habeant, quod unaquæque villa cum eo onere, vel forma, cui nunc habetur obnoxia, ad novi domini jura migrabit: ut si quid adjecerit, sumptus cura, vel solertia, si quid mancipiorum, vel pecoris adcreverit, capitationis, aut canonis augmenta non patiatur, sed solis dominis heredibusque dominorum sit cessura felicitas. Si quis autem in annis singulis non solverit debitum, ex re ipsius, quod in reliquis remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogatur induciis. Sane si quem postea minus idoneum factum esse constabit, nec ita ut expedit, rationem reddere pensionis: res quas ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum jure, quo sanximus, transferentur: nec tamen decoctoris cujuscunque reliquis, qui novus accedet, onerabitur.

Ut fundi rei privatæ à Comite rerum privatarum postulantibus addicantur salvo canone præsenti, meliorationes, & augmenta fundorum cedere lucro possessoris, nec eorum ratione canonem fundis semel adscriptum augeri. Non soluto canone fundos fisco non committi, ut & de fundis patrimonialibus constitutum est in *l. 4. sup. de fund. patr.* sed ex aliis rebus possessoris fiscum indemnem servari. Quod si possessor solvendo non sit, tum in alium fundos transferri sub eodem canone sine onere reliquorum.

III. Impp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. ad Hesperium Proc. Africae. Quicunque possessionem rei privatæ nostræ acceptam suo nomine, vel jure perpetuo, vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare utilitatem patrimonii nostri solvendo non valeat, is pro eo, quem succedaneum subrogavit, perpetuæ solutioni statuatur obnoxius.

Si quis fundum rei privatæ jure perpetuo, vel titulo conductionis acceptum alii vendiderit, donaverit, vel ablocaverit, qui solvendo canoni par non sit, pro eo ipse obligatur fisco. Ait, *jure perpetuo*, id est, dominii, vel emphyteuseos jure, ut in *l. pen. sup. de exc. mun.*

IV. Iidem aaa. Nebridio Com. rerum pr. Universi fundi templorum ad rationalium rei privatæ sollicitudinem curamque pertineant, atque ab his anniversariis solutionibus postulatis, peculiari (ut semper fuit) studio defendantur.

Non tantum fundi rei privatæ, sed & fundi *τεμενικοί*, sive templorum, pertinet ad curam rationalium rei privatæ.

V. Iidem aaa. ad eundem. Usus aquæ, qui fundorum nostrorum utilitatibus serviebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus: idque procuratorum conniventia, vel dissimulatione profectum, ut agrorum fertilitas destituta nullos fructus cultoribus præstet. Quia igitur satis injustum est statum florentis ante patrimonii aridæ sitis molestia fatigari: ad meatus pristinos universum aquæ modum, temporis præscriptione submota, præcipimus revocari.

Ne quid usurpetur ex aqua pertinente ad fundos rei privatæ, & ne usurpatorem ulla defendat præscriptio temporis, qua de re dixi in *tit. de aquæduct. sup.*

VI. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Vincentio pp. Galliarum. Eum qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæterisque corporibus per triginta annos sine interpellatione servierit: res dominica, vel intentio privata non inquietabit, si colonatus, vel inquilinatus quæstionem movere tentaverit: sed in curia, vel in cor-

corpore, in quo servierit, remaneat. Dat. III. Kal. Jul. Med. Stilicone, et Aureliano Coss.

Repetitioni colonorum, vel inquilinorum obstat præscriptio xxx. annorum, ut diximus in *l. 22. sup. de agr. cens.* generaliter: sed Arcadii, & Honorii tempore non idem generaliter obtinebat, nisi si coloni tanto tempore collegio, vel curiæ, vel burgis, aliis corporibus servissent, *id est*, si collegiati civitatum, curiales, burgarii, vel corporati fuissent. De burgariis est *tit. lib.* VII. *Cod. Th.* ut qui eos solicitaverit, vel receptaverit, perinde puniatur, atque illi qui vestibus publicis deputatos, Paulus diaconus in Valentiniano: *Crebra per limitem habitacula constituta, burgos vulgo vocant.* Vegetius IV. *castellum parvum, burgum vocant*. Vocem deducunt quidam à Græco *πύργος*, qua tamen, & urbs quælibet significatur: inde Æschylo *νόμιμα πύργινα*, leges urbanæ. Constitutio autem hæc pertinet tam ad colonos rei dominicæ, quam ad colonos privatorum, & ei est omnimodo conjungenda *l. ult. C. Th. de iis, qui cond. prop. rel.*

VII. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. ad Eudoxium com. r. p. Nemo dempto canone ad comparationem dominicæ possessionis accedat. Quod si quis in posterum ad interdictum contractum accesserit: eum volumus pretia perdere perpetuo, nec expensarum, vel melioratæ rei fructuum exactioni compensationem opponere, nec temporis sibimet contra nostra commoda præscriptione (excepto vetustatis auxilio) blandiri. Palatinum etiam officium, si quoquo modo contractus ejusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre privato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementiæ: nulla sanctione contra tanta rei privatæ commoda valitura, licet adnotatio, vel divina pragmatica sit, quæ contra vetita canonem vendere concedat, vel pœnam Palatino remittat officio. Dat. XIII. Kal. Jun. CP. Anatolio v.c. Cos.

Ut ei qui emerit fundum rei privatæ dempto canone, fundus auferatur cum fructibus, neque pretio reddito, neque meliorationum, aut sumptuum habita ratione, neque observata temporis præscriptione, præterquam XL. annorum, *l. ult. sup. de fun. pat. l. comperit, sup. de præs. 30. an.* Palatinos coerceri si his contractibus se immiscuerint. Hi sunt apparitores Comitis rerum privatarum. Observandum illud, vetustatem in hac lege accipi pro XL. annis. Quod ait, ne compensatio fructuum exactioni opponatur, valde singulare est, cum dici soleat, nullum casum intervenire, quo hoc genus compensationis impediatur. Quod excipitur præscriptio vetustatis, Triboniani est ex Constitutione Anastasii: nam Theodosii *Nov. de rescind. vend.* rei *dom.* ea verba non habet, excepto vetustatis auxilio. Cui similis exceptio Triboniani est in *l. 12. inf. de cohort.*

De Fundis, & saltibus rei dominicæ.

Tit. LXVII.

RES dominica, & res privata idem est, ut constat ex *l. pen. & ult. tit. præcedentis*, *l. 9. sup. de jure fisc. hujus tit. l. 2.* proprietatem vocat, & dominium. Debuit igitur superior titulus ita concipi, *De fundis, & saltibus rei dominicæ*, vel, *de fundis, & saltibus rei privatæ*: & hic non interponi.

I. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius AAA. ad Dexpatium Com. r. p. Si quis ovium, vel equarum greges in saltus rei Tamiacæ alienus immiserit, fisco illico vindicentur. Quod si venalis procuratorum conniventia, ut id deinceps tentetur, admiserit: eos gravissimo jubemus supplicio subjacere.

Ut fisco vindicetur grex ovium, vel equarum immissus in saltus pascuos rei dominicæ, atque procuratores, sive Catholici coerceantur, qui immitti permiserint.

II. Impp. Arcadius, et Honorius AA. ad Paulum Comitem Dominicæ rei. Si qua loca ad sacrum dominium pertinentia cujuslibet temeritas occupaverit: secundum veteris census fidem in sua jura retrahantur: rescriptis per obreptionem impetratis, & præscriptione longi temporis, & novi census præjudiciis in hac causa submovendis: neque enim aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut novella professio proprietatis nostræ privilegium abolere potuerunt. Dat. V. Kal. Apr. CP. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.

Repetita est in *l. ult. sup. ne rei dom. vel temp.* Antiquo censui standum censet, non novo, ut *l. 1. sup. de censib.* Favendum sacro dominio, non possessioni longi temporis. Utilitatem fisci spectandam non obreptitia rescripta. Nescio quid moverit Haloandrum, ut hoc loco pro, *dominium*, quod paulo post proprietas appellatur, scriberet, *tamejum*, & non in *d. l. ult.* & in rubrica, *tamiacæ*, pro, *dominicæ*.

De Agricolis, & mancipiis dominicis, vel fiscalibus, sive rei privatæ.

Tit. LXVIII.

UT supra post *tit. de fund. patr.* datus est titulus de colonis patrimonialibus: ita nunc post titulum de fundis rei privatæ, datur titulus de colonis rei privatæ, qui & dominici dicuntur, & fiscales.

I. Imp. Constantinus A. ad Const. pp. Nullus omnino originalis colonus rei privatæ nostræ ad aliquos honores, vel quælibet alia civitatis munera devocetur: non enim civitatum ordinibus, & cæteri, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad hæc suprema præsidia injuriosa nominatione descendendum est.

Ne coloni rei privatæ ad honores, aut munera civilia devocentur. Ad ea vocantur curiales, & cæteri, puta, collegiati, aut corporati.

II. Idem A. Januario Comiti Orientis. Colonos nostros, qui privati sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi jubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici. Quin etiam in posterum observari, ne quis eorum rem privatam cujusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.

Ne

Ne coloni rei privatæ principis alienam rem privatam administrent. A

III. IDEM A. AD EQUITIUM MAGISTRUM EQUITUM, ET PEDITUM. Servi, atque coloni, eorum etiam filii, vel nepotes, vel quicunque de fundis, ac possessionibus nostris clanculo ad officia convolaverint diversa reddantur, etiamsi armatæ habuerint sacramenta militiæ: nos enim etiam eos discingi jubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

Ut servi, & coloni rei privatæ à militia qualibet etiam armata ad propriam condicionem cum sua sobole revocentur: quod de patrimonialibus suo titulo B constitutum est, etiamsi protectores sint, de quibus in *tit. de dom. & prot. sup.*

IV. IDEM A. AD FLORIANUM COM. R. P. Et ingenuo, & colonis ancillisque nostris natos natasve, origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

Natus ex ingenuo, & colonis ancillisve rei privatæ, matris condicionem sequitur: quod & in privatorum colonis locum obtinet, *l. 16. sup. de agr. cens.*

V. IMPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. CYNEGIO C PP. Dominicos colonos neque ad descriptionem patimur devocari, neque extraordinarias pati functiones: maxime cum adversus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

Ne coloni rei privatæ ullam descriptionem patiantur, & ne ad onera extraordinaria devocentur. Quod & de privatorum colonis institutum, *l. 1. sup. de agr. cens. l. 1. sup. ne rust. ad ul. obs.*

VI. IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. VALERIO COM. RERUM PR. Quoties alicui colonorum agrum privati patrimonii nostri placuerit venundari: non unus tantum, qui forte D consortibus suis gravis, ac molestus existat, sed alii quoque duo, vel plures ex simili origine, ac jure venientes in supradicta emptione socientur.

Si plures sint coloni rei privatæ ejusdem originis, & juris, id est, consortes, non uni eorum fundus rei privatæ addicendus est emptionis jure, ne is forte aliis molestiam exhibeat, sed duobus, aut pluribus.

De prædiis tamiacis, & de his, qui ex colonis dominicis aliisque liberæ conditionis procreantur.

TIT. LXIX.

I. IMP. ZENO A. CHRYSEROTI præposito sacri cubiculi. Si liber colonus, vel colona libera tamiaco, vel tamiacæ matrimonii E jure copuletur: filii, vel filiæ ex hujusmodi contubernio procreati, vel procreatæ, colonis dominicis adnectentur. Si autem adscriptitius, vel servus alienus colonam, vel ancillam dominicam ducat uxorem, vel adscriptitia, vel ancilla colono, vel servo nubat dominico, & ex hujusmodi conjunctionibus nati sunt liberi: veterum legum jus tenere sancimus.

Ταμεῖον cellarium dicitur in *Nov. Martiani de ind. rel.* Erant prædia tamiaca, & coloni ac servi tamiaci in Cappadociæ provinciis, No. 20. & 30. & ideo eorum cura pertinebat ad Comitem domorum, & præpositum sacri cubiculi, ut dicemus in *tit. de præp. sac. cub.* & hac ratione domus separatur à re privata. Quod enim domui deputatur, cellario deputatur, vel cubiculo. Res privata aliis necessitatibus, *l. ult. inf. de privil. dom. Aug. vel.* rei pri. Verum & domus sæpe ad rem privatam referuntur, iidemque dicuntur tamiaci, & dominici, ut in hac lege, quæ ostendit ex colono libero, & tamiaca, vel contra, tamiacum nasci: Ex adscriptitio, vel servo alieno, & tamiaca, vel è contrario oatum matrem sequi, Nam hoc jus antiquum est, *l. 21. sup. de agr. cens.*

II. IDEM A. SEBASTIANO PP. Meminimus pragmatica sanctione jussisse fundos tamiaci juris in provinciis positos, nec non etiam possessiones Gonatiei saltus sub certa forma (salvo scilicet canone, & tributariis collationibus) iisdem prædiis impositis, volentibus distrahi, quatenus quidquid ex pretiis memoratorum fundorum possit restitui, publico inferatur: sed licet per eandem sanctionem hujusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio: attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes, hujus etiam perpetuæ constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores præcipimus.

Venierant ex Zenonis pragmatico fundi tamiaci quidam, & possessiones Gonatici saltus (sic lego, ut Græci, τῦ γονατικῦ δρυμῶνος, est saltus cujusdam Dominici proprium nomen) salvo canone, & tributis, & emptoribus eo pragmatico securitas dabatur satis, quam quali ex abundanti hæc constitutio confirmat.

De diversis prædiis urbanis, & rusticis templorum, & civitatum, & omni reditu civili.

TIT. LXX.

I. IMP. JULIANUS A. ATTICO. Pro ædibus, quas nonnulli in solo reipublicæ extruxerint, placitam præstare pensionem cogantur.

Hactenus dictum est de prædiis patrimonialibus, & rei privatæ, & tamiacis. Nunc tractare incipit de prædiis templorum, & civitatum. Et hac lege in primis constituitur, ut superficiarii, qui in solo Reip. ædificaverunt, solarium appello, ut in *l. 2. ff. ne quid in lo. pub. l. etiam, ff. qui potior. in pig.* Justinus lib. 18. *Statuto annuo vectigali pro solo urbis.*

II. IDEM A. SECUNDO PP. Pamphyliæ etiam civitates, & quæcunque aliæ, quidquid sibi adquirant, id firmiter habeant.

Ut quod adquisierint civitates, id sibi firmo jure habeant, & possideant.

III. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. HAVE VINCENTI K.N. Restaurationi mœnium publicorum tertiam portionem ejus canonis, qui ex locis fundisve reipublicæ annua præstatione confertur, certum est satis posse sufficere. DAT. III. NON. JUL. MED. OLYBRIO, ET PROBINO COSS.

Ut

Ut tertia pars canonis, qui colligitur ex fundis Reip. mœnium instaurationi deputetur, *l. 10. sup. de oper. pub. l. 18. C. Th. eod. tit.* In quibusdam Codicibus inscripta lex est Adriano Com. S. L.

IV. IIDEM AA. CAESARIO PP. Eos qui auctione prima fundorum juris patrimonialis, sive templorum possessores effecti sunt, vel fuerint, firmum dominium tenere decernimus, ne ulterius vacillet uniuscujusque possessio, sed teneat quisque jus proprium, quod dato pretio roboratum est, vel fuerit.

Ut qui patrimonialia, vel templorum prædia emerint, ea firmo jure possideant, nec admittatur secunda licitatio, *l. 3. sup. de fund. pat.* Vendi igitur poterant prædia templorum: quod in prædiis templorum Christianorum postea interdixit Leo.

V. IMPP. VALENTINIANUS, ET MARTIANUS AA. PALLADIO PP. P. ORIENTIS. Si qui ex titulo donationis, vel ex emptione, sive ex quo alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria juris dumtaxat civilis, quæ hujus juris esse vere probantur, cujuslibet civitatis, & præcipue hujus æternæ urbis, cui majorem debemus favorem, tam civilis (ut dictum est) juris, quam etiam agonotheticas possessiones à consulatu Ausonii, & Olybrii, dempto civili canone, acceperunt: eos impositum eis canonem, juxta fidem publicorum monumentorum civitatis, ad quam res pertinuerint, præbere jubemus. Nam si privati juris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt civitatibus, quæ jure debentur: cum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones juris civilis canonem privatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum: ad hanc jussionem non pertinebunt, sed privato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt: dominio firmiter apud eos successoresque eorum, & detentatores pari modo permanente. DAT. XV. KAL. FEB. CP. MARTIANO A. I. COS.

No. est Martiani de prædiis civitatum omnium; ut qui possessiones cujuslibet civitatis juris tantummodo civilis. Constantinopoleos vero non tantum juris civilis, sed & agonotheticas adquisierit dempto canone, ei possessiones quidem non auferantur, licet secus sit in possessionibus rei privatæ, *l. ult. sup. de fund. rei pri.* Canon tamen exigatur, qui debetur civitatibus, vel privatis largitionibus.

VI. IMP. ZENO A. ELIANO PP. Hac in perperuum valitura lege sancimus, Nicensium civitati, seu habitatoribus ejus tam jus exactionis quadringentorum solidorum annui canonis civilis reditus ad suam patriam pertinentis ex possessionibus, id est, Calamo, & Heliobomo, necnon Emptorio Varateno cum Epotio eorum sub territorio Apamenæ civitatis constitutis ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui: quàm si quid, ex quo sanctio Martiani divæ memoriæ lata est, ad ejusdem civitatis præjudicium gestum est, infirmari: & quod ex eadem provisione civitatibus delatum interea qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ serenitatis iisdem civitatibus redhiberi: ita ut nec judiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adjectione munitum: sæpe dictæ generalis legis vires possit refringere, quod si quis aliter fecerit, gravi pœna plectetur.

De Nicæa loquitur metropoli Bithyniæ; sub qua fuit Apamæa, & censet reditum civilem CCCC. solidorum pertinentem ad Nicæam ex possessionibus quibusdam in Apamæa constitutis, Nicææ restitui. Jus exactionis, inquit, cum ipsa exactione. Ait præterea, *cum Epotio eorum*: multi codices, *cum Epeitio eorum*: forte legendum, *cum equitio eorum*, ut *Nov. 30.* σὺν αὐταῖς ταῖς τῶν ἵππων ἀγέλαις, vel *Enthechio*, *ut l. Julianus, §. ult. ff. de leg. 3. & Nov. 128.* Videtur is reditus Nicææ delatus constitutione Martiani, qua etiam generaliter quidquid delatum fuit aliis civitatibus, & postea occasione quadam ablatum, vel imminutum, hæc constitutio censet restitui oportere.

De locatione prædiorum civilium, vel fiscalium, sive templorum, sive rei privatæ, vel dominicæ.

TIT. LXXI.

I. IMPPP. GRATIANUS VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. AD FLORUM PP. Divi patris nostri aperta præceptio est, fundos ex re privata nostra ita tradi perpetuariis, vel periculo collocantium officiorumque tradantur, neque enim quidquam potest ex devotionis plenitudine vacillare, si apparitione judiciaria, & fundi idoneis attributi sunt, & sit fiscalis indemnitatis idonea fidejussione munita: quorum si alterum, vel utrumque neglectum est, quæ ex hoc titulo pensitatio canonica desiderat, ex officiorum facultatibus serventur.

Differentia est inter perpetuarios conductores, de quibus hoc titulo tractatur, & emphyteuticarios. Perpetuarii non sunt domini, & mancipia manumittere non possunt, juris tamen sui abalienationem habent. Emphyteuticarii sunt domini, & manumittere possunt, ut diximus *l. 12. sup. de fun. pat.* & ideo perpetuarium jus ab emphyteuticario recte distinguitur hoc modo in *l. 2. sup. de off. Com. rer. priv.* perpetuarii, vel emphyteuticarii, ut emendatiores Codices habent: vulgo enim male, *hoc est emphyteuticarii*, sicut & vulgo perverse ad eam oppositus est *tit.* de offic. Comitis sacri palatii. Cum nullus unquam fuerit Comes talis. Sic vero, *& Nov. Valent. de præs. 30. an.* jus perpetuum separatur à jure emphyteuticario. Conductio igitur alia est perpetua, alia est temporalis, *l. 10. sup. de loc.* sicut, & emphyteusis. Dominii jus est perpetuum. Constituitur autem hac lege, ut fundi rei privatæ periculo palatinorum perpetuariis conductoribus addicantur dato fidejussore. Excepti erant Comites consistoriani, *l. 1. C. Th. qui cond. rei pri.* In fine pro, *serventur*, lege *eruentur ut l. 1. inf. de grege dom.* pro *servandas*, *eruendas*: *sic l. 1. ff. de quæstion.* Vet. multi habebant, *servandis*. Marcellinus libr. 4. *Servandi stimulos admovente regia*, lego, *Eruendi*.

II. IIDEM AAA. NEBRIDIO Com. rerum p. Fundi reipublicæ ab his, qui nec titulo conductionis eos detinent, quique meliores cultu patrocinante reddiderunt, ne nostrarum quidem sanctionum (si forte quispiam per subreptionem merue-

ruerit) nutibus auferantur, juxta legem veterem semel tantum licentia faciendæ adjectionis indulta.

Legendum affirmate, *Fundi Reip. ab iir, qui titulo conductionis eos detinent*: & ita Græci: *οἱ πολιτικοὶ ἀγροὶ ἐὰν μισθωθῶσιν τινὶ ἐπιμελῶς φροντίζοντι ἵνα ἀποσπῶνται ἀπ' αὐτοῦ*. Conductione perpetua semel perfecta supra adjicere non licere: sic *l. ult. sup. de om. agro des. l. 3. sup. de fun. pat. l. 4. tit. præced. l. 1. sup. de pas. pub.*

III. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Adriano pp. Loca omnia fundive reipublicæ propositis prius licenter edictis, dehinc ubi in eum canonis modum contendentium augmenta subcreverint, ut extendi ultra, aut superari alterius oblatione non possint: perpetuariis conductoribus locentur.

Ut ei Reip. fundi addicantur perpetuæ conductionis jure, qui superior in licitatione extiterit. Exigitur, & proscriptum, ut in *l. 6. sup. de fide & jur. has. fisc.*

IV. Iidem aa. Minarvio comiti rarum privat. Congruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant.

Puto legem accipiendam de conductione temporali, ut veteres conductores novis præferantur contra *l. ne cui, sup. de loc.* si quantum adjiciunt novi, tantumdem offerant ipsi. Conductioni temporali supra adjicere licere, *l. seq.* Huic videtur esse conjungenda *l. 2. sup. de off. Com. rer. privat.*

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Volusiano pp. Prædia domus nostræ si semel jure perpetuo, vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viri Comitis ærarii privati, apud aliquem fuerint, vel jam dudum sint collocata: ad alium transferri perpetuarium non oportet: aperte enim definimus hoc edicto, ut à perpetuario nunquam possessio transferatur, etiamsi alteri eam imperator, vel exoratus, vel sponte donaverit, sive adnotatione, sive pragmatica. Cui si forte contra perpetuarium vir illustris Comes privatarum, dum allegabitur, adquiescet: & de proprio ipse centum libras auri, & alias centum fisci viribus Palatinum inferre cogetur officium: nec tamen post allegationem habebit hujusmodi jussio firmitatem, sed nec locabitur alteri, licet ingenti superari videatur augmento possessio. Jure igitur perpetuo publicis contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat neque à se, neque à posteris suis, vel his, ad quos ea res vel successione, vel donatione, sive venditione, vel quolibet alio titulo pervenit, sive aliquando pervenerit, esse retrahendam. Sane quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis: rem divinæ domus suæ imperator (si velit) donabit ei, qui eam possidet jure perpetuo: sive ipse jam meruerit, sive cujuslibet tituli jure successerit: videtur enim suam concedere pensionem, non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem jure perpetuo dominum vult vocari. Sane si quis non perpetuo jure, sed ad tempus locatam ab illustri viro Comite rerum privatarum possessionem videtur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum donationem transferre, quod ad definitum tempus alter forte conduxit. Si vero pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum: sit in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata est: ut si ipse quod alter adjecit, obtulerit maneat penes eum temporalis illa conductio. Si vero idem hanc ipsam rem aliquando meruerit jure perpetuo possidere: habebit & ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

Aut conductio prædiorum rei privatæ perpetua est, aut temporalis. Perpetua prætextu adjectionis ab altero, vel donationis alteri factæ in alterum transferri non potest; etiamsi hac de re rescriptum allegatum, & approbatum sit apud acta Comitis privatarum. Donari tamen à principe ea prædia possunt ipsi conductori perpetuario: qua donatione remitti videtur merces locationis. Temporalis in alium transferri potest. vel donatione principis, vel adjectione ab alio facta, quam nolit prior conductor suscipere, *l. prox. supra*. Pro, *collata*, ex vet. emendavi, *collocata*, ut *l. 1. sup. hoc tit. l. 4. de vect. & com. l. quod ante, ff. de in diem ad.* Collocare est addicere. Sic *l. quæsitum, ff. de spons. collatæ*, pro *collocata*.

De Conductoribus, & procuratoribus, sive actoribus prædiorum fiscalium domus Augustæ.

Tit. LXXII.

I. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Basso pp. Conductores hominesve augustissimæ domus nostræ, quoties de causa ad domum regiam pertinente aliquid quæstionis emerserit: non aliter quam ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant, vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant, nec sententiam judicantium, aut illicito patrocinii sui fomite jura conturbent, nullive executionis suæ turbulentum ministerium audeant commodare: non privatis se negotiis, non publicis misceant: nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne eos inconsultæ pertinaciæ sero pœniteat: gravior enim pœna constituenda est in hos, qui nostri juris sunt, & nostra debent custodire mandata. Dat. Prid. Non. Mart. Raven. Theodosio xii. et Valent. ii. aa. Coss.

Nihil quidem hac lege de conductoribus vel hominibus prædiorum fiscalium, sed rubrica indicat, quæ dicuntur de conductoribus, & hominibus domus Augustæ, esse trahenda ad homines prædiorum fiscalium, & ultima sententia legis, quæ non est ex titulo, de conductoribus, & hominibus domus Augustæ, sed ex titulo de actoribus, & procuratoribus, & conductoribus rei privatæ in Cod. Theodos. & ita etiam titul. præced. rubrica indicat constituta in eo de conductoribus fundorum rei privatæ, vel civitatum, trahenda esse ad fundos sacri patrimonii, vel templorum. Eadem est condicio *tit. 74. infra*. Id autem hac lege cavetur, ut conductores, vel homines, id est, procuratores, vel actores prædiorum fiscalium, & domus Augustæ in exercendis litibus communi, non

pro-

proprio quodam jure utantur, & ne alienatum litium procurationem, vel patrocinium, vel executionem suscipiant, ne alienorum negotiorum, & ne quenquam deferant: alioquin gravius eos coerceri quam cæteros, qui mandatis principum non obtemperant. A

Quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet.

T I T. LXXIII.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. NESTORIO COM. R. P. Nullus Palatinorum, qui in officio rei nostræ privatæ militat, conductoris nomine, vel per se, vel per quamlibet personam possessionum hujusmodi conducendarum habeat facultatem: cum neque militi, neque curiali hoc faciendum permittimus. DAT. VI. KAL. AUG. VINCENTIO, ET FRAVITTA COSS. B

Ne possessiones rei privatæ locentur palatinis, id est, apparitoribus Comitis privatarum, ne militibus, ne curialibus. Quod & de rebus privatarum cautum est, ne curialibus, vel militibus, non quod sciam, ne palatinis. Emptio etiam rerum privatarum palatinis interdicta est, *l. ult. sup. de resc. vendit.* quæ ad eundem Nestorium scripta est. C

De Collatione fundorum fiscalium, vel rei privatæ, vel dominicæ, vel civitatum, vel templorum.

T I T. LXXIV.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. FIRMINO COMITI S. L. Ordinariorum judicum officiis, necnon ipsis rectoribus provinciarum actores, sive conductores dominicos conveniendi licentiam damus: ita tamen ut rationalibus privatæ rei ad exigenda fiscalia debita immineant. D

Ut actores (sic legendum, non auctores, Græci vertunt ἐπιτρόπους) & conductores dominici sint sub jurisdictione præsidum, & quod ad fiscalia debita sive collationem attinet, sub jurisdictione procuratorum Cæsaris: quod valde pertinet ad *titul. ubi cau. fisc. supra.*

II. IIDEM AA. MESSALÆ PP. Palatinos qui à viro illustri Comite rerum privatarum cum publicis literis destinantur ad commonitionem judicis, quo facilius ex prædiis rei nostræ conferantur debitæ pensiones: cum summa degere præcipimus disciplina, de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios judices oportebit, ut in eos severissime vindicetur. E

Plerumque Comes rerum privatarum mittit in provinciam palatinos, ut moveant præsidem de collationibus, *l. 2. & 3. sup. de can. larg. tit.* Lex præcipit, ut in ea se modeste, & temperanter gerant.

III. IIDEM AA. ET THEODOSIUS A. PETRONIO PP. Omnia prædia tam ea, quæ in re privata olim tenentur, quam illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt devoluta, eatenus ab hujusmodi privilegiis, & excusationibus submoveantur, ut omnes species annonarias, cursitationes etiam debitas, atque integram opinionem sciant esse solvendam.

Ut prædia rei privatæ, è quibus sunt etiam confiscatorum bona, ut quodam loco ostendimus *sup. lib. 10.* non excusentur à præstatione annonarum, & opinionis, id est, census, & à cursu debito, transvectionum scilicet, de quo *l. 2. tit. seq.*

De Privilegiis domus Augustæ, vel rei privatæ, & quarum collationum excusationem habent.

T I T. LXXV.

I. IMP. CONSTANTIUS A. AD ITALICUM. Privatas possessiones nostras ab universis muneribus sordidis placet immunes esse, neque earum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera, vel superindictiones aliquas conveniri. DAT. VIII. KAL. FEB. HONORIO PLACIDO, ET ROMULO COSS.

L. ult. tit. præced. docet possessores rei privatæ non excusari ab ordinariis muneribus. Hæc excusari ab extraordinariis, à sordidis, à superindictitiis, *l. pen. sup. de agr. & manc.* idemque de patrimonialibus traditum est supra.

II. IMPP. VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS, AAA. AD CLAUDIUM. Rem privatam nostram levandorum provincialium causa canonicas necessitates ea conditione, qua eunctos, volumus sustinere, sed excessit occasio jussionem: quandoquidem non locis solitis frumenta, quæ sunt ex diversis saltibus convehenda, trahantur: sed eo usque portentur, quo grave atque damnosum est provehere. Proinde spectabilis synceritas tua remanentes in iisdem locis implere faciat proprias functiones, quibus antea frumenta præbebat.

Ut sicut cæteri provinciales, ita res privata onus transvectionis sustineat pro locis, & proximitate possessionum, ut *l. 5. sup. de ann. & trib.* Ait, *Remanentes*, vet. lib. habent, *Remeantem*, affirmo legendum, *rem eandem*, hoc est, rem privatam. Pro, *spectabilis*, vet. alii habent, *spectata*, alii, *re explorata*.

III. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. MINERVIO COM. RERUM PR. Pro tyronibus in corporibus postulatis pretia conferri ex fundis perpetuariis nostræ rei privatæ præcipimus.

Ut possessiones rei privatæ, vel conductores earum perpetuarii, taxationem tyronum præstent, de quo onere dicemus in *l. 4. infra de dignit.* non corpora ipsa.

IV. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ASCLEPIODOTO PP. Absit ut nos instructiones viæ publicæ, & pontium, stratarumque opera titulis magnorum principum dedicata, inter sordida munera numeremus. Igitur ad instru-

structiones reparationesque itinerum pontiumque A
nullum genus hominum, nulliusque dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet, domos etiam divinas tam laudabili titulo libenter adscribimus. Dat. v. Kal. Mar. cp. Asclepiodoto, et Mariniano Coss.

Ut possessiones divinæ viæ instruendæ, vel sternendæ, vel pontium restituendorum immunitatem non habeant: idemque de ecclesiasticis prædiis constitutum est *Nov.* 131. *l. 7. sup. de sacros. eccl.* & ut hæc onera sordida non censeantur, quæ aliquando tamen sordidis adnumerata sunt, *l. 17. C. Th. de ext. mun.* contra rationem pravaque appellatione, ut & in *Novel. Theodosii*, B
Neque dom. div. neque eccles. quol. pub. mun. exc. Stratam dicit, quod Galli, *pave*. Cœpit postea quælibet via strata dici, ut 58. *Βασιλικῶν tit. 3. τῶν δ᾽ἀπὸ ποδῶν στράτα συνίσταται, & tit. 5. τῇ στράτᾳ χρώμενος, & tit. 7. τῷ μήκει τῆς στράτας*. Domum divinam dicit pro domo Augusta, ut *l. pen. sup. de exact. trib. l. 12. ff. ad S. C. Turp.*

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Flaviano pp. Excepto patrimonio pietatis nostræ, cujus quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus, universos possessores functiones in superindictitiis ti- C
tulis absque ullius beneficii exceptione agnoscere oportere censemus. Dat. iii. Kal. Mai. Raven. Basso, et Antiocho Coss.

Idem hac lege cavetur de superindictitiis oneribus, quod *l. 1.*

De Grege dominico.

Tit. LXXVI.

I. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Caesario pp. Propositis edictis sublimis magnificentiæ tuæ minimi maximique moneantur, ut sciant singulas libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis, vel equabus, sive Hermogenianis, sive Palmatiis, nisi sponte eos obtulerint, in his vero quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci viribus inferendas. Dat. Prid. Kal. Dec. cp. Olybrio, et Probino Coss.

Multatur libra auri, qui equum ex grege domini E
eo occupaverit nec ultro reddiderit, semilibra, qui ex alio grege. Hermogenianos, & Palmatos dicit, ut *l. 1. C. Th. de equis curul.* ab agitatoribus, ut ex Græco interprete Alciatus tradit: an Palmati, quod sint triumphantium, & victorum sicut tunicæ palmatæ? Hermogeni quasi Mercutio geniti?

De Palatiis, & domibus dominicis.

Tit. LXXVII.

I. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Joanni comiti rerum privatarum. Consecratas nobis ædes, id est, inclita palatia, ab omni privatorum usu, & communi habitatione excepimus.

Ne palatia privatorum usibus deserviant, *l. quicumque, sup. de operi. pub.*

De Cupressis ex luco Daphnensi, vel Perseis per Ægyptum non excidendis, vel vendendis.

Tit. LXXVIII.

I. Impp. Arcadius, et Honorius Perpet. AA. Silvano comiti rerum priv. Si quis Daphnensis luci in Syria, vel Persei in Ægypto arborem comparaverit: quinque libris auri noverit se esse multandum: non minore dispendio, & illo feriendo, qui vendere arbores ausus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.

Daphne suburbanus est lucus Antiochiæ cupressis obsitus, quem describit Sozomenus lib. v. cap. xix. Stephanus: *δάφνη προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ μεγαλοπόλεως*. Ex eo cupressum, & per Ægyptum Perseam arborem vendi, & emi vetat, & emptorem venditoremque eadem pœna multat. Nam si emptor rem iniquam facit, probabile etiam est venditorem rem iniquam facere, *l. 10. inf. de cur. pub.* quod tamen non est perpetuum.

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Eudoxio Com. sac. lar. D
Omnes judices cujuscunque dignitatis, sciant posthac absque permissu magnitudinis tuæ arborem ex Daphnensi luco Antiochenæ civitatis præcidendi, vel quolibet modo lapsas transferendi licentiam sibimet denegandam, sed nec Alytarcha unam cupressum aliis plantatis excidere sibi licere contendat, ac ne solatio antiquitus ei concesso privari per omnia videatur: pro eo, quod ei cupressum excidere denegatur, unam libram auri cum de privatis nostris largitionibus excipere decernimus: quinque librarum auri condemnatione hujus legis temeratore plectendo.

Novellam hanc constitutionem Græci vocant ad *l. 2. sup. de nox. act.* de cujus restitutione scripsimus 2. Observ. cap. 13. cum perperam antea legeretur, *à luco, vel à littore*, pro, *alytarcha*, quam Græci confirmant, qui sic vertunt *ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ ἀλυτάρχης τοῦτο ποιεῖν δύναται*.

Explicit Liber Undecimus.

JACOBI



JACOBI CUJACIJ J.C. AD LIBR. XII. CODICIS DOM. JUSTINIANI COMMENTARIJ.

DE DIGNITATIBUS.

TITULUS PRIMUS.



Mp. Alexander a. Severinae. Si (ut proponitis) & avum consularem,& patrem prætorium virum habuistis, & non privatæ condicionis hominibus, sed clarissimis nupsistis: claritatem generis retinetis. Sine die, et Cos. A

Consules, prætores, consulares item, & prætorii clarissimi sunt. Sed & eorum filiæ clarissimæ sunt, quandiu plebeii nuptiis conjunctæ non sunt: quod & generaliter de senatorum filiabus ad eundem modum B traditur in *l. feminæ, ff. de senat.* Clarissimam igitur dignitatem, quam dedere parentes plebeii mariti auferunt. Accursius male colligit ex *l. ult. sup. ubi senat. vel clar.* consules esse illustres. Colligeret rectius esse supra illustres. Plus enim in ea tribuitur consularibus honorariis: quam illustribus: quamobrem, & qui re ipsa consulatum gesserunt, præfectoriis & cæteris, qui illustrem administrationem gesserunt, & sic denique consules illustribus in administratione constitutis anteponendi esse videntur. Esse quosdam supra illustres ostendit *§. in summa, Instit. de injuriis, l. eos §. super, sup. de usur. l. si quando, C. de app.* & quod ad *l. ult. ff. de senat.* Græci adnotant his verbis: *ἰλλουστρίους τινὰς λέγουσι τοὺς πρωτοσπαθαρίους καὶ τοὺς ὑπερβεβηκότας αὐτούς* : et alio loco: *ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ οἱ ἐπάνω τούτου*, et in Græca *l. 14. sup. de testib.* *καὶ τῶν ἰλλουστρίων καὶ τῶν ὑπερβεβηκότων αὐτούς*. Hi sunt patritiii, et C consules, et consulares. Et in senatu quidem præf. urbi vir illustris considet supra omnes, *l. 3. C. de offic. præfect. urb.* primusque sententiam dicit Cassiodoro auctore. Eum sequuntur patritii, consules, consulares, præfecti prætorio, magistri militum, et cæteri viri illustres: et hoc ordine his solis jus est sententiæ dicendæ in senatu, ut constat ex *Nov.* LXII. à Juliano in Latinum conversa sermonem, ex qua perspicuum est, Tribonianum ad finem tituli De senatoribus, hæc verba de suo adscripsisse: *Senatores accipiendum est eos, qui à patritiis, & consulibus usque ad omnes illustres viros descendunt, quia & in senatu sententiam dicere possunt:* quod et multis aliis locis fecit, falso Jurisconsultorum veterum nomine superscripto, ut *l. 1. §. ult. de inter. in jur. fac. l. 2. §. pen. de judic. l. cum indebito, de probat. l. uxores, de divort. l. si patronus, §. ult. de donat. l. cum si dotem, §. si maritus, & seq. sol. matr. l. si pluribus, de legat.* 1. Ergo secundum B eam Justiniani, sive Triboniani definitionem, et omnes illustres, et quidam etiam, qui supra illustres censentur, senatores sunt. Sic in *l. 3. §. ult. inf. de silent. l. 2. sup. de tutor. illust. Illustres senatores*, et in *l. pen. inf. hoc tit. qui illustres*, in Græca conversione *συγκλητικοὶ* vocantur. Non omnes tamen senatores illustres sunt. Alii sunt clarissimi, alii spectabiles, alii illustres. Quartus senatorum gradus non est. Nam et qui consident supra illustres, aliquam ex his tribus appellationem habent, vel illustrissimi dicuntur. Spectabilem dignitatem mediam Justinianus vocat in *Nov.* 7. Non sunt C igitur nisi tria dignitatum genera, inter senatores scilicet: nam extra senatum sunt aliæ complures, veluti equestris, perfectissima, egregia, de quibus suis titulis tractabitur.

II. Imp. Constantinus Volusiano pp. Neque famosis, & notatis, & quos scelus vitæ, aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab

honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.

Ait, *Neque famosis*] Hi sunt quibus lex infamiam irrogavit. *Et notatis*] Hi non sunt ipso jure infames, hæret tamen in eis macula quædam, ut qui judicio publico rei in vinculis sunt, vel qui ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse convicti nec damnati sunt, vel qui inter requirendos adnotati sunt. Sic nota ab infamia distinguitur in *l. 3. §. lege, ff. de testib.* Veteres libri habent, *adnotatis*, quod idem est, Cic. III. de Off. *Eosque à Censoribus omnibus ignominiis adnotatos*: sic vet. libri. *Et quos scelus*] Græci lib. VI. *βασιλικῶν* hanc addidere interpretationem: *Οἱ ἄτιμοι, οἱ χαράκται οἱ τελῶναι, καὶ οἱ ταξεῶται: ἅτε πάντως κατ' ἰδικῶς, ἐνδοτιμηθῶσιν αὐτοῖς ἀξιώματα, οὐκ ἀπολαύουσι τῆς ἐκ τούτων τιμῆς, ἀλλ' ἐκπίπτουσιν αὐτῶν ὡσαύτως καὶ οἱ αἰσχροί*: quod sumpsere ex *l. 6. inf. hoc titulo*. *Dignitatis portæ patebunt*] Senatus portæ: quoniam totus hic titulus est de senatoribus. In *l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi priv. Omni*, inquit, *honore quasi infamis carebit*: de qua scripsimus Observ. 1. cap. 38. Falso adjicit Acc. eos non posse Romæ agere, vel in comitatu principis: quod de relegatis tantum est proditum, et de militibus ignominia missis, non de aliis infamibus: alioquin non possent Romæ apud Prætorem pro se postulare: quod est falsum: et vel tutelæ Romæ damnatus solum vertere cogeretur statim.

III. Idem A. ad Rufinum pp. Major dignitas nulli debet circa prioris dignitatis, seu militiæ privilegia præjudicium facere. Dat. X. Kal. Mai Sirmio Constantino A. V. et Licinio caes. Coss.

Si forte silentiarius, vel proximus sacrorum scriniorum, vel tribunus notarius inter senatores allectus sit, non ideo minus retinet privilegia, quæ silentiariis, et proximis sacrorum scriniorum, et notariis Constitutionibus concessa sunt, *l. eos, sup. de exc. mun. l. 3. inf. de silent. l. 1. inf. de primic. & not.*

IV. Impp. Constantius, et Constans AA. Philippo pp. Senatorum substantias, quas in diversis locis, & provinciis possident, & homines eorum, tam à temonariis oneribus conferendis, quàm à cæteris præstationibus, quas judices describunt, nec non etiam ab omnibus sordidis extraordinariisque, & vilioribus muneribus liberos esse præcipimus, nullaque sorte constringi functionis indignæ.

Homines eorum] procuratores prædiorum, actores, clientes, coloni, qui alibi pertinentes, et *οἱ προσήκοντες καὶ διαφέροντες*: inde hominium in historia Helmodii, Galli *Homage*. *Temonariis*] Exigebant temonarii aurum tyronicum, tyrones, equos Impp. Valentinianus, et Valens in *l. 7. Cod. Theodos. de tyronib. Si aurum*, inquiunt, *fuerit pro tyronibus inferendum, unumquemque pro modo capitationis suæ debitum redhibere oportet: & ne aliquod dubium relinquatur, solidorum numerum, qui temonario inferendus est, designamus*. Synesius in epistolis: *τοὺς ἀπαιτητὰς ἔταξε τοῦ στρατιωτικοῦ χρυσίου τοῦ καλουμένου τυρωνικοῦ*, id est, temonarium fecit, vel capitularium. Capitularios Symmachi 11. Epistol. legimus taxationem tyronis postulasse, et capitulariam, et temonariam functionem eandem esse in *l. 14. Cod. Theod. de extr. mun.* Consequens est igitur temonarios exactores esse auri tyronici. Protostasiæ, sive prototipiæ onere eos fungi indicat *l. 2. Cod. Theod. de deser. Si temonarius*, inquit, *prodiderit desertorem, protostasiæ onere biennio relevetur*: quod munus etiam ad tyronum præbitionem pertinuisse indicat *d. l. 7. Tyronum*, inquit, *præbitio in patrimoniorum viribus potius, quam in personarum muneribus collocetur, ut protostasiæ munus, quod provinciarum interna depascitur*, etc. Recte autem ait, tyronum præbitionem esse patrimoniale munus. Vegetius lib. 1. *Possessionibus indicti tyrones*: sic legendum. Tyronum, vel equorum productio personale munus est, *l. ult. ff. de mun. & bon.* id est, *τὸ διασῶσαι*, vel servare producendos. Hoc igitur loco, *à temonariis oneribus conferendis*, id est, à præstatione tyronum, equorum, auri tyronici. *Quas judices describunt*] *l. prox. & l. quoniam, l. præcipimus, inf. Sordidis*] veluti calcis coquendæ.

V. Iidem AA. ad Clearchum p.v. Nemo præfectus urbi citra præceptionem, vel scientiam nostram ulli muneri subjuget senatorem, nemo curiam nostram immani pulset injuria: si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit forte mandandum: nostro id judicio reservandum est. Sit namque dignitas, quæ nobis jubentibus sustinetur.

Hæc superiori hanc adjicit exceptionem, Nisi ex auctoritate principis senatores præstationibus à judicibus descriptis alligentur. *Si namque*] Vet. *Sit namque dignitas, si nobis jubentibus sustinetur*. Munus, quod sustinet senator jussu principis honor est potius, quam onus.

VI. Iidem AA. Orphito. Ne quis ex ultimis negotiatoribus, vel monetariis, abjectisque officiis, vel deformibus ministeriis stationariis, omnique officiorum fece, diversisque pastis turpibus lucris aliqua frui dignitate pertentet: sed & si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit.

Ad senatoriam dignitatem non admitti humiles negotiatores, monetarins, viles sellularios, stationarios, cohortales. *Monetariis*] Lege quæ ad *l. 1. sup. de muril. leg. Deformibus*] Quidam Cod. *deformis ministeriis stationariis*. Utrum vero ii sunt, qui apothecarii dicuntur in *l. si cohortalis, inf. de cohort.* ut Obs. 2. diximus; An, ut Græci interpretantur cum hoc loco, tum in *l. 5. sup. de vect. & com. τελῶναι*, id est publicani publicanorumve familia? An apparitores dispositi per urbem, vel per provincias certis locis, ut magistratibus denunt.ent, quæ geruntur, ut *l. 1. ff. de off. præf. ur. l. si quis in hoc, C. Th. de epis. & cl. l. 1. C. Th. de cur. pub.* et aliis plerisque? quod videtur verins, quoniam subjicit, *Omnique officiorum fæce, diversisque pastis turpibus lucris*: quod idem potest ac si diceret, et ex reliqua officialium colluvie, qui de variis turpibus lucris vixerunt.

VII. Iidem AA. ad Senatum. Quoniam diversi judices nonnulla opera in quibusdam existimant urbibus extruenda: ad hujusmodi necessitatem senatorum substantia non devocetur. Dat. V. Non. Mai. Tauro, et Florentio Coss.

Idem demonstratum *l. 4.* senatores descriptionibus judicum non adstringi.

VIII. Imp. Julianus A. Sallustio pp. Jus senatorum, & auctoritatem ejus ordinis, in quo nos quoque ipsos numeramus, necesse est ab omni injuria defendere. Dat. Non. Fl. ep. Mamertino, et Nevitta Coss.

Idem

Idem demonstratum est *l.* 5. et quæ hic exprimitur ratio, iis in ea verbis adsignificatur, *curiam nostram:* eadem vero ratione domus principis glebale onus agnoscit, quod senatorium est. Arcadius et Honorius in Cod. Th. lib. VI. *A collatione glebalis auri ne domum quidem nostram immunem esse præcipimus*. Eadem quoque ratione filia senatoris libertino nubere non potest, ut ad *l.* 9. *ff. de senat.* Græci tradunt iis verbis: *κοινὴν γὰρ τοῦτο κελεύει τῆς τε βασιλείας καὶ τῆς συγκλήτου· καὶ ἡ βασιλεία γὰρ τῇ συγκλήτῳ συναριθμεῖται.* Iidem in hanc legem ita scribunt: *καλῶς ἔχειν ὁ βασιλεὺς συναριθμεῖσθαι, τοῖς συγκλητικοῖς ἑαυτὸν καὶ ὑπατεύειν αὐτὸς ἔχεται.*

IX. IMPPP. VALENTINIANUS, VALENS, ET GRATIANUS AAA. AD SYMMACHUM PP. Libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

Liberti prohibentur, libertorum filii non item. Sed neque liberti lege Justiniani, ut dictum est *sup. si ser. aut decur. asp.*

X. IMPP. VALENS, GRATIANUS, ET VALENTINIAN. AAA. AD GRACCHUM P. V. Severam indagationem per tormenta quærendi à clarissimo nomine submovemus. DAT. PRID. NON. JAN. TREV. GRATIANO A. IIII. ET MEROBAUDE COSS.

Si municipalis ordo tormentis eximitur, multo magis amplissimus, in quo est, et princeps ipse. Ab omni itaque injuria defendendus est, *l.* 8. *sup.* veluti tormentis, vinculis, carcere. Marcellinus XXVIII. *Ne senator quisquam insitate, & illicito more tormentis exponeretur.*

XI. IIDEM AAA. AD PROCOPIUM. Senator, vel alius clarissimus privatos habeat filios, quippe editos antequam susciperet dignitatem, quod non solum in eos masculos dignoscitur constitutum, verum etiam circa filias simili condicione servandum: cum autem paternos honores invidere filiis non oporteat: à senatore, vel solo clarissimo susceptum, in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. DAT. XV. * HIERAPOLI GRATIANO A. IIII. ET MEROBAUDE COSS.

Et decurionum, & senatorum filii sunt ii, qui ante dignitatem suscepti sunt, *l. moris*, *§. pen. ff. de pœnis*, *l.* 2. *§. in filiis*, *ff. de decurio.* *l.* 5. *ff. de senat.* & filii, patronorum fisci ante suscepti: quod exposuimus in *l. ult. sup. de decur.* Pugnare creditur hæc lex. Ait enim, *senator vel alius clarissimus*, *privatos*, id est, *plebejos habeat filios*, *editos quippe antequam susciperet dignitatem*: idemque de filiabus subjicit esse servandum: quod eo pertinere ex Cod. Theodosii intelligitur, ut glebale munus non agnoscant, Cæterum, ut additur in extremo hujus legis, honores eis, & præmia clarissimorum non invidemus: denique natos esse ante dignitatem prodest, non nocet. Lego, *senator* ex vet. non, *Si senator*: atque ita quasi facto hyperbato, vel parenthesi, nihil legendo suspendi debet. *Vel solo*] Quidam cod. *Vel alio*: quod rectius est. Sic supra, *Senator*, *vel alius clarissimus*. *Susceptum*] ante dignitatem.

XII. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. NECTARIO PP. Judices, qui se furtis, & sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque, & plebejos habeantur: nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos judicaverunt. DAT. XVIII. KAL. FEB. THESAL. GRATIANO V. ET THEODOSIO AA. COSS.

Loquitur de judicibus repetundarum damnatis: qua ex damnatione, & honore exuuntur, & infamia notantur. *Blandiantur*] Ne sibi per hujus honoris causam vindicent posthac *προκαθεδρίας, ἢ τῆς ὑπατικῆς εὐτελείας*, ut Theodorus interpretatur.

XIII. IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. MARTIANO COMITI ORIENTIS. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate privatæ, posterioris mariti sequentur condicionem. DAT. IIII. KAL. FEBR. CP. ARCAD. II. ET RUFINO COSS.

De hac diximus in *l. ult. sup. de incolis*. *Genere nobilitamus*] Uxor ergo plebeja per matrimonium clarissimam senatoriamve dignitatem adipiscitur, vel etiam clarissima amittit, ut ex Livio liquet de Virginia lib. X.

XIV. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. BASSO PP. Præcipimus ut senatori in qualibet provincia constituto, nullam habeant judices injungendi aliquid forte publici muneris potestatem.

Idem quod in *l.* 4. 5. 7. *sup.*

XV. IIDEM AA. AD EUSTASIUM. Clarissimis, vel spectabilibus universis ad genitale solum, vel quolibet alio, & sine commeatu proficiscendi, & ubi voluerint commorandi, habitandive permittimus facultatem.

Non poterant olim senatores non impetrato libero commeatu alibi morari, quam in urbe *l. filii*, *§. pen. ff. ad municip.* Hodie nihil est opus commeatu datur namque hac lege generaliter omnibus clarissimis, vel spectabilibus.

XVI. IIDEM AA. APOLLONIO PP. Si gravius ullum facinus admittatur, nocente persona extra carceralem custodiam sub fidejussione habita, super illustribus quidem nobis suggeri jubemus: super cæteris vero quadam minore dignitate decoratis, ad tui referri culminis notitiam: ut ita demum quid de amisso crimine constitui oporteat, judicetur.

Sub fidejussione] vet. *Substitutione*, legendum *Sub tuitione*. Sub fidejussione non constitui *l. prox.* docet. At tuitionem militarem intelligo, ut in *l.* 1. *sup. de off. mil. judic.* *l.* 36. *C. Th. de navic.* *l.* 3. *sup. de off. com. rer. priv.* Symmachus in epistolis. *Tuitionem contra me de sede vicaria postulavit*. Formulam tuitionis Cassiodorus composuit. Eam veteres Franci *Mundebur* appellarunt. *Superillustribus*] De illustrium crimine nullus judex cognoscit consulto principe, excepto casu *l. seq.* De reliquis dignitatibus præf. prætorio cognoscit, veluti de clarissimis, *l. pen. C. de off. præf. præt. Or.* idque in urbe: in provinciis provincialis judex, *l.* 1. *C. ub. senat. vel clarif.*

XVII. Imp.

XVII. Imp. Zeno a. Arcadio pp. Quoties A ex privata cujuslibet interpellatione civili, vel criminali viri illustres conveniendi sunt: nulla danda fidejussionis concussione vexentur, sed per speciale privilegium suæ committi fidei consequantur, juratoria ab his cautione tantummodo exponenda. Quam si neglexerint, & contra insertum cautioni sacramentum ipsi, vel eorum procuratores adfuerint: in pecuniarlis quidem causis super possessione rerum ad eos pertinentium judex competens, quod juris auctoritas, & rei qualitas suggesserit, ordinabit. In criminalibus vero negotiis dignitate quoque, qua se per suum videlicet perjurium indignos esse probaverint, spolientur: ut B in eos, utpote illustri dignitate per suum facinus privatos, inconsulta etiam nostra pietate judicibus legum severitatem liceat exercere. Quibus illustrium dignitatum privilegiis hoc etiam adjiciendum esse censuimus, ut hujusmodi personæ nullam ex cujuslibet judicis sine scriptis habita sententia, conventionem neque in civili, neque in criminali causa sustineant.

Illustribus onum dedit privilegium lex superior, ut de eorum criminibus nemo cognoscat inconsulto principe. Hæc alia duo adjicit: unum, ut sive civiliter, sive criminaliter conveniantur, non satisdatio, sed repromissio juratoria judicio sistendi causa ab eis exi- C gatur: cui tamen si non paruerint, hanc perjurii pœnam ferunt, ut in civili causa mittatur actor in possessionem, in criminali spolientur illustri dignitate, & inconsulto principe damnentur: atque ita etiam ex græca constitutione, quæ desideratur, *sup. tit. de custod. reor.* qui juratoriæ cautioni non paret, jure suo cadit. Alterum est, ut non nisi ex scripto conveniantur. Igitur nuda executoris voce conventi impune non parebunt. *Sententia*] ut Græci ψῆφον, ita latinis Constitutionibus sæpe sententia significat conventionem executoris, libelli admonitionem ὑπόμνησιν, δήλωσιν, πρόσκλησιν, atque etiam in Pandectis duobus locis.

XVIII. Imp. Anastasios a. Eusebio D Magistro Officiorum. Jubemus salvo honore, qui per evocationem sacræ revocatoriæ defertur, durante, licere cunctis tam minoribus, quam majoribus potestatem gerentibus, nec non etiam honorariis illustribus, sive ex hac regia urbe principali: videlicet præcedente consensu, profecti fuerint, sive in provinciis habitantes, sacratissimum (suis scilicet poscentibus negotiis) petere maluerint comitatum: sine sacra quoque revocatoria ad hanc regiam urbem pervenire.

Hæc adjicit quartum illustribus reipsa administrantibus, vel etiam honorariis licere ad sacrum comita- E tum venire sine sacra revocatoria. In *l. 1. sup. ut om. jud. tam c.* recte exactiores libri, *vel divina revocatoria*, pro quibus *Nov.* VIII. quæ est eadem de re, ἢ καὶ πρόσταξιν ἀναλάβοιτο. Ea vel petitur, vel ultro dirigitur à principe, ut ex formulis Cassiodori constat. Usus vero ejus hac lege penitus non tollitur. Sed illustribus tantum ea non petita jus veniendi in comitatum datur, quod non pugnat cum *l. nullus*, *sup. de off. rect. prov.* quæ de præsidibus loquitur, non de illustribus. *Tam minoribus*] Vet. *tam minores, quam majores potestates*. Illustrium sunt gradus quidam, alii majores, alii minores, Præf. prætorio major est magistro officiorum, uterque tamen illustris. *Principa-*

li videlicet] Hoc item non pugnat cum *l. 15. sup.* quæ de clarissimis, vel spectabilibus loquitur, non de illustribus.

De Prætoribus, & de honore præturæ, & gleba, & folli, & septem solidorum functione sublata.

Tit. II.

I. Impp. Valentinianus, et Martianus aa. Tatiano p.p. Nemo ex clarissimis, & spectabilibus, qui in provinciis B degunt, ad præturam postea devocetur: maneat unusquisque domi suæ tutus, atque securus, sua dignitate lætetur. Dat. xv. Kal. Jan. ep. Valentin. vii. et Albieno Coss.

Prætura onus fuit senatorium, *Nov. Th. ne dec. ad senat. dig. asp.* Hanc enim dignitatem senator, qui suscipiebat suis sumptibus circenses, & scænicos ludos exhibebat. Boetius III. de consolatione: *Prætura*, inquit, *magna olim potestas, nunc inane nomen, & senatorii census gravis sarcina:* ubi vulgo male legitor, *præfectura*, sicut & in hac lege quibusdam Codicibus, & in *l. ult. inf. de silent.* Constituit autem Martianus hac lege, ut ne senatores, viri clarissimi, & spectabiles ex provinciis in quibus sedes suas constituerunt, ad præ- C turæ munus devocentur: cui est conjungenda *l. 1. sup. de off. præt.* utriusque est eadem inscriptio, & subscriptio. Additur in ea, ut tres tantum judicio senatus prætores eligantur. Erant olim multo plures, ut ex *Cod. Th.* constat *tit. de prætoribus*.

II. Iidem aa. ad Senatum. Glebam, vel follem, sive septem solidorum functionem, sive quamlibet hujusmodi collationem, tam circa personas, quam res, & prædia funditus jubemus aboleri, ut omnis hujusmodi sopita perpetuo conquiescat exactio.

Glebam, id est, glebalem functionem, ut in Cod. D Th. Arcadius, & Honorius, *Glebam*, inquiunt, *possessionum non personarum esse perspicimus:* & Symmachus in epistolis nondum editis: *Sed velim noveris quæsitores glebæ senatoriæ protinus adfuturos, sperandamque Tuentii veniam pleniorem, si fidem paupertatis ejus exploratio ratam fecerit*. Synesius in epistolis: καὶ τὴν παντελῆ βουλὴν ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδιζάμενος. Eandem, & descriptionem, & collationem, & præstationem, & munus, & canonem, & pensionem vocant, & aurum glebale, & aurum oblatitium. Glebale, quod pro possessionibus pendatur. Oblatitium, quod non canonis, vel indictionis, sed oblationis genere quodam à senatoribus exigatur, sicut aurum coronarium à decurionibus, autargeotum à negotiatoribus. *Vel follem*] Inter glebam senatoriam, & follem senato- E rium nihil interesse puto. Martianus in *Nov. de indul. reliq. Quidquid ex titulo senatorii follis in provinciis debetur*. Sic legendum ex vet. libris. Zosimus 2. de Constantino. Ἀπογράψατο γὰρ τῶν λαμπροτάτων οὐσίας τέλος ἐπιθεὶς, ᾧ φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα .i. *descriptum fecit substantiæ senatorum imposito onere, cui follis nomen dedit*. Hunc locum, & cæteros omnes Zosimi Petro Phithoeo debeo. Sed tamen etiam illi senatores, quibos nulla erat possessio, duos folles in ærarium inferebant, ut constat ex Constitutione qusdam Gratiani ad Hypatium in C. Th. lib. VI. Follis, aurei nummi genus est, *l. 2. & 3. C. Th. quor. ap. non rec. l. 3. C. Th. de suariis*, *l. 5. 21. C. Th. de prætor.* Moschopulus obolum interpretatur. Qui Romanis Terentiani, hi Græ-

cis Follerales dicti sunt auctore Marcellino in Chron. *quibus*, inquit, *suo nomine figuratis placabilem plebi commutationem Anastasius distraxit*. Singuli siliquæ partem XII. efficiunt, ut Justinianus scribit in legibus Georgicis, tit. περὶ κλοπῆς. Idcirco plebi in commutationibus utiliores. Zonaras in Leone Isauro auxisse eum refert publica tributa sub specie mœnium reficiendorum, ita ut singulis solidis, quæ pendi solebant, insuper adjungerent collatores XXIIII. folles. *Sive VII. solidorum* [Hæc VII. solidorum præstatin tenuissimos senatorum obligabat, ut Honorius, & Theodosius ad Monaxium scribunt in Cod. Theodos. eratque id personæ onus non glebæ. Erant & quidam senatorii ordinis, qui eam tantum præstationem agnoscebant non glebalem, veluti exproximi, *l. 12. C. Th. de prox. com. disp.* Sed his omnibus præstationum generibus senatores hæc Martiani Novel. solvit.

De consulibns, & non spargendis ab iis pecuniis, & de præfectis, & magistris militnm, & patritiis.

TIT. III.

SIc omnes vet. libri, sic codex Theodosianus. Est & de præfectis magistrisque militum in hoc titulo nonnihil. Hæc ergo tollere Haloander non debuit, *de præfectis & magistris militum*.

I. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. AD SENATUM. Antiquitus statutum est consularibus viris cæteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate, pares vero infulis, consideratione tantum temporis anteire: quis enim in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruerat dignitatem? cum posterior, etiamsi ejusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit. Hoc observando, & si iterata vice fastigia consulatus aliquis ascenderit: repetiti etenim fasces virtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate: quod si quis prior consul posteriori consuli eidemque patritio posthabitus, patritiatum postea consequatur: vinci eum oportet, qui prior meruerit patritiatum, postquam iste honore patritiæ dignitatis decoratus est.

Inter consulares præfertur is qui prior gessit consulatum, etiamsi posterior his consul fuerit. Repetitio namque ejusdem honoris nihil adiicit: quod tamen abrogat *Nov. Valentiniani de honor. & quis in grad. præf.* Præfertur vero in omni curiæ senatoriæ actu, sententia, cœtu, *Nov.* 62. At qui junxit consulatui patriciatum, præfertur antiquiori consuli nec patritio, cum duplici honore præditus sit. Inde quæritur si antiquior consul postea patritius fiat, quis præferatur? Uterque est consul & patritius, sed unus antiquior consul, alter antiquior patritius. Et recte censent antiquiorem consulem præferri, quod is consul fuerit priusquam alter vel consul vel patritius. *Honoratos ipsius trabeæ*] cæteros consulares. Trabea stola est consulum *l. 1. inf. tit. ult. Pares vero infulis*] Non sunt pares dignitate si unus sit consularis tantum, alter consularis & patritius. *Repetiti*] Claudianus in Paneg. Manlii. *Meritis tantum redeunt actusque priores, commendat repetitus honor, virtusque reducit*.

II. IMPP. VALENTINIANUS, ET MARTIANUS AA. SPORATIO COM. DOMESTICORUM. Ordinem consulatus ad antiquam reducimus sanctionem, ut sellam nostram honoris merito, non rapiendi studio populorum, agmina sectentur: ac lucrandi cupiditate deposita, venerabilem parentum habitum, & felicissima antiquitatis ornamenta conspiciant. Hoc ergo exemplo etiam cæteros procedere consules volumus, nec expendere eos sine effectu patimur. Cessante ergo ista spargendi vilitate, amplissimi consules procedentes deinceps abstineant hoc errore perpendi, optimoque consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter projiciendum. Ad restaurationem itaque aquæductuum hujus amplissimæ urbis centena pondo auri præstentur per singulos consulatus: ut etiam consul patriæ se dedisse noverit, & data notum sit mansura esse perpetuo. DAT. * ASPORATIO, ET HERCULANO COSS.

De hac lege ita scribit Marcellinus Comes in Chronicis: *Martianus A suis statuit decretis, ut ii qui Coss. fieri cupiebant, nihil æris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum urbis aquæductum dependerent*. De eadem Justinianus in *Nov.* 105. qua eam corrigit, & Leonis rursus *Nov.* XCIV. illam Justiniani. Est autem legendum hoc loco, *reduximus*, *nostri honoris*, *sectarentur*, *conspicerent*. Ornamenta consularia hæc sunt, trabea sive palmata, scipio, calcei aurati, sella curulis, fasces. Cassiodorus in formula Consulatus. Vopiscus item in Aureliano: *Te consulem hodie designo scripturus ad senatum, ut tibi deputet scipionem*. *Centena pondo*] Tot etiam pondo ab honorario exiguntur, *l. 3. non iterum consule l. 4.*

III. IMP. ZENO A. * Nemini ad sublimem patritiatus honorem, qui cæteris omnibus anteponitur, ascendere liceat: nisi prius, aut consulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætorio, vel Illyrici: vel urbis administrationem, aut magistri militum, aut magistri officiorum, in actu videlicet positus, gessisse noscatur: ut hujusmodi tantum personis, sive adhuc administrationem gerendo, seu postea, liceat (quando hoc nostræ dederit majestati) patritiam consequi dignitatem. Quoniam vero gloriosissimæ huic urbi, quæ caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum: universos, qui posthac honorarii consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum libras auri ad reficiendum aquæductum publicum ministrare censemus, ad similitudinem eorum, qui per annale tempus consularium editione munerum gloriantur: nam ipsis quoque expedit, ut florentissima civitas centum auri librarum munificentia sustentata, honorarium quoque sentiat consulatum.

Et huic quoque Justinianus derogavit *Nov.* περὶ συγκλητικῶν ἀξιωμάτων, constituens ut Julianus refert, licere illustribus viris patriciatus codicillos accipere, quamvis neque consulares neque præfecti facti essent: quod Accursius notavit rectissime. *Qui cæteris omnibus anteponitur*] In senatu præfectus urbi præsidet, ut diximus *sup. l. 1. de dignit.* Cæterum patricii dignitas amplior est, videtur etiam præfectus prætorio cæteris omnibus esse potior, *l. 1. sup. de off. vic.* id est, vicariis aut proconsulibus, non tamen consulibus aut patriciis. Cassiodorus in formula patriciatus: *Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum à nobis constat assumi*. Zosimus, qui hanc pri-

primum refert dignitatem excogitasse Constantinum magnum lib. 2. τῆς ἀξίας τετυχηκὼς τῆ πατρικίῳ πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν ἄλλων ὑπάρχων νομοθετήσαντος. *Præfectus prætorio*] Orientis scilicet. *In actu videlicet positus*] ἔμπρακτος, non honorarius.

IV. Idem A. Sebastiano pp. Sancimus viris excellentissimis consularibus omnibus, qui jam facti sunt, vel postea fuerint, procedendi quoque, & re ipsa per annum gerendi consulatus, impetrato videlicet principali judicio, legitimam tribui facultatem. Ita ut peracta, quam meruerunt, processione, non novum aliquid, vel quod nondum habeant, adipisci: sed consulatus jus, quod semel eis consularitas detulerit processio, iterasse beneficio videantur: & in adoranda nostra purpura, vel in consequendis cunctis consulum honoribus, & privilegiis ex anteriore tempore provectionis ordinem sibimet noverint vindicandum. Hoc etiam observando, ut hujusmodi consul nec centum libras auri aquæductibus hujus inclytæ civitatis pro tenore sacræ constitutionis præbendas; quas cum esset consularis præstiterat, consul postea creatus persolvere denuo compellatur.

Consulares vocat non eos qui consulatum gesserunt, sed honorarios consules, ut *l. ult. sup. de decur.* His etiam designatis à principe re ipsa consulatum gerere licet: qua ex re honore non augentur, *l. 1. sup.* nec inter pares ex posterioris, sed ex prioris honoris tempore prærogativam in senatu vel in aula sibi vindicant: præferri tamen ordinarios honorariis etiam antiquioribus certum est, *Nov. 62. argum. l. 4. inf. de priv. ag. in reb. l. 2. in fin. inf. de primic. & not.* Capitolinus in Pertinace: *S. C. Pertinax fecit, jussitque eos qui præturas non gessissent sed allectione accepissent, post eos esse qui vere prætores fuissent. Sed consulatus*] Corrige ex veteribus, *Sed consulatus jus quod eis consularitas detulerat, processionis iterasse, &c.* quod mirifice rectum est. Consularitas est honorariorum. Processio ordinariorum exhibentium munera, *l. 3. C. ubi senat. vel clar.* ordinaria processio.

V. Imp. Justinianus A. Joanni pp. Sancimus viros excelsos patricios, quos in hujusmodi dignitatis apicem augusta majestas retulerit, illico ab imperialibus codicillis præstitis patresfamiliarum effici, ac potestate liberari paterna, ne videantur, qui à nobis loco patris honorantur, alieno juri esse subjecti, quis enim patiatur patrem posse quidem per emancipationis modum suis nexibus filium relaxare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate? Ne si contarium adprobetur, per quamcunque machinationem imperialis majestas minui videatur. Et hoc quidem raro contingere satis certum est: nemo enim facile respexit filiumfamilias in patriciatus honorem provectum, quemadmodum in consulibus hæc res usitata est: sed ne quid in parte temporis tale eveniat, & sine legibus inveniatur, ideo hæc nobis visa sunt sancienda.

Patriciatus dignitas solvit patriam potestatem. Cassiodorus in formula patriciatus: *Leges tantam illis reverentiam detulerunt, ut in sacris positus cum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur.* Additur in Nov. LXXXI. consulatus, consularitas, præfectura prætoriana, præfectura urbicaria in actu constituta, & magisterium militum. His dignitatibus filiifamilias patresfamil. fiunt sine capitis deminutione. Recte autem in hac lege patricium Justinianus definit, quem sibi patrem facit imperator. Unde eleganter Claudianus ad Eutropium patricium post damnationem & publicationem bonorum.

Direptas quid plangis opes; quas natus habebit?
Non aliter poteras principis esse pater.

Extat publicationis Eutropii & adempti patriciatus Constitutio in *Cod. Th. tit. de pœnis*. Fuit & generalis lex quædam Theodosii auctore Suda, εὐνοῦχον ἐν ταῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. *Retulerit*] Veteres, *extulerit*, rectissime. *Elegit*] Vet. *fecit*. Sic in Institutionibus Theophilus, ὃν ἑαυτῷ πατέρα πεποίηκε.

De Præfectis prætorio, sive urbis, & magistris militum in dignitatibus exæquandis.

Tit. IV.

I. Imppp. Valentin. Valens, et Gratia. aaa. ad Ampelium pp. Præfectum urbi, e præfectum prætorio, & magistros equitum, ac peditum, indiscretæ ducimus dignitatis: usque adeo videlicet, ut cum ad privatam secesserint vitam, cum locum velimus esse potiorem, qui alios promotionis tempore, & codicillorum adeptione præcesserit. Dat. iii. Non. Jul. Nasonaci. Accep. iii. Non. Sep. Modesto, et Arintheo Coss.

Præfectum urbi nominat priorem, quoniam præsidet in senatu, ut diximus supra, *l. 1. de dignit.* Adsidet præf. prætorio, magister militum. Cæterum ii tres sunt dignitate pares, nec deposita administratione inter se nisi prærogativam temporis habent. *Locum*] Corrige, *loco*.

II. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Rastituto p.v. Quisquis magisterium equitum peditumque susceperit, & gesserit ante captam à quoquam præfecturam: is cum privatus erit, & honorem deposuerit, expræfectis, qui provecti fuerint, præferatur. Sit igitur sedes prior ante provectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. Dat. viii. Kal. Jul. Thessal. Gratiano v. et Theodos. aa. Coss.

Idem in hac ostenditur quod in superiori. Expræfecto in consessu & in sententia dicenda exmagistrum præferri, qui ante illum functus est ministerio equitum & peditum, *Expræfectis*] legendum, *Expræfectis qui post provecti fuerint.* Expræfectis esse dicuntur qui præfectura abierunt, sicut exvicariis, expræsidibus, exprimiceriis, exconsulibus, excubiculariis, exprimipilaribus, exproximis, exscholaribus apud Nicephorum & Auctores de limitibus agrorum, squalidus ager quasi excolidus, quod jam à cultura exierit, sicut exconsul quod à consulatu discesserit. Eædem appellationes honorariis aptantur.

De

De Præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubiculariis, & privilegiis eorum.

Tit. V.

Duplex est sacrum cubiculum, Augusti & Augustæ. Duo propositi viri illustres, *l. ult. inf.* qui jurisdictionem habent inter privatos & colonos vel inquilinos vel servos domorum sacrarum, *l. ult. sup. ubi caus. fisc.* id est, homines tamiacos. Hi homines prædiaque tamiaca erant in Cappadocia sub viro spectabili Comite domorum, ut recte scripsit Juliani antiquus interpres in *Nov.* 30. atque etiam Græci ad *l.* 5. *C. ad leg. Jul. rep.* iis verbis: *γεωργικὰ δεσποτικὰ κτήματα καὶ ὑπὸ τὸν κόμητα τῶν οἴκων· ἔστι δὲ οὗτος ἐν Καππαδοκίᾳ ὑποκείμενος τῷ κόμητι τῶν πριβάτων*, & confirmat *l.* 3. *inf. de palat. sacr. larg.* quæ deputata erant cubiculo & cellario sacro, ideoque præpositi sacri cubiculi interdum mittebant in Cappadociam canonicarios. Et inter cubicularios recensetur recte Comes domorum in *l.* 2. *inf. hoc tit.* Est & Comes sacræ vestis, *l.* 1. *C. Th. qui à præb. tyr.* Sunt qui sacræ vesti deputati sunt, *l.* 3. *de castrens.* Sunt & primicerii, id est, qui primum locum gradumque obtinent inter cubicularios, *d. l.* 1. qui à Suetonio in Domitiano appellantur decuriones cubiculariorum. Est & castrensis sacri palatii vir spectabilis, *d. l.* 1. *d. l.* 2. sub quo erant pædagogia & ministeriales dominici & curæ palatiorum, de quibus dicturi sumus in *tit. de castrens. minist.* Sunt & chartularii & plerique alii cubicularii & cubiculariæ adsistentes curæ larium cubiculi. De horum privilegiis & dignitatibus hoc titulo tractatur.

I. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Florentio p. u. Sacri cubiculi præpositi ea dignitate fungantur, qua sunt præditi, qui eminentissimam prætorianam, vel urbanam meruerint præfecturam, aut certe militarem magisteriam potestatem: ita ut sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, sive nostræ serenitatis adoraturi admittantur imperium, sive pro suo arbitrio solemnes festivitates, & cœtus, vel salutationes; vel quælibet alia officia frequentent: ut in sedibus, & in consessu is eis ordo servetur, quem ordo provectionis ostenderit, sub habitu videlicet ipsis consueto: cum manifeste decretum sit eum esse potiorem, qui præcesserit, vel illum subsequi, quem recentius probaverit examen. Dat. viii. Id. Nov. cp. Honorio xiii. at Theodosso x. aa. Coss.

Superiori titulo exæquati sunt in dignitatibus præfecti prætorio, præfecti urbi, magistri militum, qui & ipsi præfecti sunt. *Nov.* 38. *&* 69. His hac lege compar adjungitur præpositus sacri cubiculi. Inde interpres Juliani recte, Præf. prætorio præf. urbis & magister militum præsentium, & præpositus sacri cubiculi similem habent dignitatem. Itaque secundum ordinem promotionis inter eos prælatio est; Ante hanc constitutionem antiquior præpositus novo præfecto loco cedebat. *Alia officia*] Veluti funebria aut nuptialia. Suet. in Calig. *Cum ad officium venisset*. *Sub habitu*] Ordo dignitatis servatur iis tantum qui solemni habitu utuntur.

II. Impp. Theodosius, at Valentinianus aa. Proculo pp. Hac nostræ mansuetudinis æterna lege sancimus, ut omnes cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant (excepto castrensi, & comite domorum) his privilegiis perfruantur, id est, ut neque possessiones eorum angarias, sive parangarias, vel etiam paraveredos in posterum dispositione etiam tui culminis, vel alicujus calumnia dare cogantur: ne sordidis adstricti muneribus, decus ministerii, quod militando videbantur adepti, otii tempore, & quietis amittant: domus quoque eorum, vel in hac sacratissima urbe, vel in qualibet alia positas civitate, ab omni hospitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: provinciarum rectoribus, eorumque apparitoribus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dissimulare, & ex aliqua parte violare tentaverint.

Antequam primum] Antequam sint primicerii. *Excepto*] Excubiculariis invenio immunitatem dari cæterorum munerum, *l. maximarum sup. de exc. mun.* Excastrensi vel excomiti domorum non. Itaque hunc locum ita prorsus accipio, ut excepto castrensi & comite domorum, cæteris cubiculariis hæc, quæ sequuntur, privilegia competant, *Id est ut nec possessiones eorum angarias*] Hæc onera indicuntur possessionibus. At *l. ult. §.* 1. *ff. de munc. & hon.* personalia vocat, quod de cura angariarum à possessoribus exigendarum, & eis quibus earum copia data est præbendarum, accipiendum est. Sordida munera dicuntur hoc loco. Et primum quidem quod excubiculariis datur privilegium, hoc est, ut ne hæc onera, puta angarias, parangarias vel paraveredos præstent. Secundum, ut ne præstent metatum sive hospitis suscipiendi munus, de quo dicemus in tit. de metatis. Hoc ædibus indicitur, Illa fundis.

III. Impp. Leo, et Anthemius aa. Joanni Comiti, et magistro officiorum. Cubicularios tam sacri cubiculi mei, quam venerabilis Augustæ, quos utrosque certum est obsequiis occupatos, & aulæ penetrabilibus inhærentes, diversa judicia obire non posse: ab observatione aliorum tribunalium liberamus, ut in sublimitatis solummodo tuæ judicio propositas adversus se excipiant actiones.

Et inscriptionis similitudo, & eorum, qui sacræ vesti deputati sunt cum cubiculariis adfinitas exigit, ut huic legi conjungatur, *l.* 3. *inf. de castrens. & mini.* Eundem ii omnes judicem habent magistrum officiorum, quem *ἡγούμενον τῶν βασιλικῶν* Theodoritus vocat lib. 5. cap. 20. & *ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων* Zosimus 2. Idem judex est silentiariorum, & ministerialium omnium *l.* 4. *inf. de silent. l. ult. inf. de castr. & minist.* & decanorum, *l.* 2. *inf. de decanis*, & eorum, qui militant in sacris scriniis, *l. in sacris scriniis*, *inf. de proxi sacr. scri.* & agentium in rebus post ducenæ, vel centenæ gradum, *l. ex eo, inf. de agen. in reb,* & scholarium, *l. ult. inf. de privil. schol.* denique totius palatii disciplina ad eum spectat. Quia vero fabricarum, & limitum cura ad eum spectat, judex etiam est fabricensium, *l. pen. sup. de fabric.* & ducum, & limitaneorum, & castris præpositorum, *l. viros*, *inf. de div. offic.* Huic similem esse eum arbitror, qui in Gallia dicitur, *Prevost de l'hostel*, *Utrosque*] Quidam Cod. *utrinsque*.

IV. Imp. Leo a. Pusæo pp. Jubemus omnes, qui vel jam in sacrum cubiculum cujuspiam liberalitate donati, aliove titulo dati, vel dandi principalibus obsequiis inhærere, vel ante meruerant, vel postea meruerint (licet nulla interveniente scriptura, nulla confectione gestorum) post-

quam devotissimis cubiculariis fuerint sociati, ad condicionem libertatis ingenuitatisque rapiantur, raptique videantur: hoc non solum circa superstites, sed etiam circa mortuos volumus custodiri. Nam cum hoc privilegium videatur principalis esse proprium majestatis, ut non famulorum, sicut privatæ condicionis homines, sed liberorum honestis utatur obsequiis: periniquum est eos duntaxat pati fortunæ deterioris incommoda. Sed testamenta quidem ad similitudinem aliorum, qui ingenuitatis infulis decorantur, pro sua liceat eis condere voluntate: intestatorum vero nemo dubitet facultates, ut pote sine legitimis successoribus defunctorum, fisci viribus vindicari. Et hæc omnia tunc diligenti observatione volumus custodiri, cum sponte suaque voluntate quis dederit eunuchum sacri cubiculi ministeriis adhæsurum. Si vero quidam fuerit violenter extortus, aut invito domino, vel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum: liceat domino destinatum sacra ex lege cubiculariis interpellare judicium, & cum quem probaverit nolente se, vel inscio sacrum penetrasse cubiculum, ut suum famulum cum peculio consequatur. Sed & sicut læsis implorandi præsidii facultatem denegari non convenit: ita nec calumniandi viam patimur diutius esse patefactam. Ideoque tempus quinquennii præfinimus, intra quod contra eum suas debeant exercere quæstiones: ut si medio tempore movere distulerint, ulterius eis tamquam in suum famulatum vindicandi, vel ejus ut servi peculium, vel bona quasi liberti copia denegetur. Hæc omnia quæ super devotissimis cubiculariis sancimus, etiam ad cubicularias, quæ à dominis in sacrum cubiculum datæ, vel dandæ sunt, superstites atque mortuas extendi propagarique decernimus.

Ut servus à domino oblatus cubiculo principis statim liber, & ingenuus fiat. Hanc legem intellexit interpres Juliani dum ita scripsit in *Novella* 30. Constitutio posita est Leonis, ut mox oblatus fuerit aliquis eunuchus principi, in ipsa oblatione fiat liber. Quod si ingenuus sit, nullum jus patronatus habet dominus, qui eum obtulit, ideoque intestato fiscus succedit, quia nec cognationem ullam, nec patronum habet. Testamentum quoque facit libere præterito domino, qui eum cubiculo principis addixit. Quod si invito, aut inscio domino obrepserit in cubiculum principis, ejus vindicatio quinquennii præscriptione tollitur. Aliam dignitatem, vel militiam armatam adepto servo, vindicanti domino non obstat nisi longa præscriptio, ut diximus in *l. pen. inf. qui milit. pos.* Clerici autem vindicationi obstat anni præscriptio, Monachi triennii ex *Nov.* 123. quod Leo abrogat in *Nov.* 9. *&* 10. *Donati aliove titulo dati*] Diversa hæc sunt, donata, data, concessa, ut in lege Agraria, & in *l. Lucius*, *ff. de leg.* 2. *Eos dumtaxat*] mortuos scilicet. *Eunuchum*] Castratis cubiculariis principes utebantur, quos etiam eunuchos dici plerique putant à cubiculo custodiendo, quod ἔχειν significet etiam custodire. Leo *Nov. de eunuchis* 98. καὶ τοὺς εὐνῆς ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι· τᾶ τε γὰρ κλήσει ἐγγυᾶται: qua de re rescripsimus in *l.* 6. *ff. de lib. & post.* Ambrosius v. Epist. *Gallicanus præpositus cubiculi eunuchus regius*. Socrates vi. Εὐτρόπιος γὰρ εὐνοῦχος πρωτεύων τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος. καὶ τὴν τοῦ ὑπάτου ἀξίαν πρῶτος εὐνούχων λαβών. Evagrius lib. iv. ἐν τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετουμένους κοιτῶσι, ὡς εὐνούχους ἢ ὀνομάζειν καλεῖ. Claudianus v. in Eutropium.

Præfecti sed adhuc gemmis …lique dabantur
Custodes, Sacroque adhibere silentia somno.
Militia eunuchi nunquam progressa rubile
Non vita spondente fidem, sed inertia tantum
Mensis pignus erat, secreta monilia servent,
Ornatus curent Tyrios.

Judicium] magistri officiorum, *l. prox. sup. Movere*] Movere, id est, agere ut in *l. 3. sup. de præscript.* 30. *nulli movendi ulterius facultatem patere*, & in *l. 3. sup. de quad. præscript. Omnis motus*] id est, omnis, actio, πᾶσα κίνησις. Græcæ locutiones sunt.

V. Imp. Anastasius A. Eusebio magistro officiorum. Jubemus duobus viris illustribus præpositis utriusque sacri cubiculi tam nostræ pietatis, quam serenissimæ nostræ conjugis, qui post finitam militiam senatorio fuerint consortio sociati, licere quoties ad adspiciendos agros suos, vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo uti: cum hoc ad implendum eorum desiderium, & ad nullius læsionem respicere videatur.

Hæc lex ostendit præpositos sacri cubiculi deposita administratione in senatorium ordinem conscribi, & *l. 3. sup. ubi senat. vel claris.* eisque extra urbem proficiscentibus cingulo militari uti licere, id est, ζωνοφορεῖν.

De quæstoribus, magistris officiorum, & comitibus sacrarum largitionum, & rei privatæ.

Tit. VI.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Restituto p. u. Qui ex quæsturæ honore, aut officiali magisterio, aut comitiva utriusque ærarii nostri attonito splendore viguerunt: acclamatione excipiantur solita, nec prætereantur, ut incogniti. Dat. viii. Kal. Jul. Thessalonicae, Gratiano v. et Theodosio i. aa. Coss.

Perperam in hac lege contra fidem veterum complurium scriptum est, *officiali*, cum sit scribendum, *efficaci*, ad differentiam exquæsturæ honorariæ, quam publice ab officiis, & præconibus acclamatione, & salutatione excipi oportet, perinde, atque exmagisterium efficax, id est, reipsa administratum, & excomitivam sacrarum privatarumque largitionum. Cæterum has dignitates non fuisse pares arg. est *l. 2. infra. ut dig. or. ser. Utriusque ærarii*] Jam ostendimus in *l. 9. sup. de jur. fisc.* duplex esse ærarium, sacrarum largitionum sive renumerationum, rerum privatarum, quæ à propriis Comitibus gubernantur. Habent, & proprios rationales, *l. ult. sup. de adv. fisc. l. 1. sup. de annon. & cap.* Palatinum officium utriusque ærarii, *Nov. Valent. de 30. ann. præscr.*

De Primicerio, & secundicerio, & notariis.

Tit. VII.

In schola tribunorum, & notariorum primum locum tenet vir spectabilis primicerius, id est, primus sive protonotarius à Socrate 7. cap. 23. πρωτεύων τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων. Gallice *le Doyen*. Cerius productio est verbi: qua forma Augustinus D. Stephanum primicerium martyrum vocat in sermone

ne xxi. & Baldricus Dolensium archiepiscopus in historia Hierusalem, D. Petrum primicerium Apostolorum. Et sunt etiam aliorum officiorum primicerii, veluti cubiculariorum, mensorum, lampadariorum, decanorum, fabricensium, scriniorum utriusque ærarii, palatinorum, advocatorum, domesticorum, & protectorum, & generaliter quælibet corpora, scholæ, collegia suum primicerium habent, & consequenter secundocerium, tertiocerium, quartocerium: & qui est, verbi gratia, hoc anno tertiocerius, sequenti est secundocerius, tertio, primicerius, *l. ult. inf. de dom. & prot.* Primicerius autem fere biennalis est. Post biennium solutus militia, hic quidem notariorum ordinis primus, quo de agimus, magistri officiorum titulo, & codicillis donatur sine re, *l. 2. inf. hoc tit.* Ex reliquis, qui in consistorio notariorum funguntur officio, alii sunt tribuni prætoriani, & notarii, *Nov. 13. & l. restituendæ, sup. de adv. div. jud.* alii tribuni residui ordinis, & notarii: alii dominici, & notarii, *l. 2. & 3. Cod. Th. eod. tit.* sunt & cubicularii chartulari, *Nov. 8. 24. 26. 27.* Juliani interpres cubicularium interpretatur chartularium. Marcellinus Comes Narsen chartularium, & cubicularium, qui emittat *σύμβολα*, id est, commonitoria. Hi omnes vulgo secretarii dicuntur, notarii secretorum à Fl. Vospico. A secretis, *l. 5. qui mil. pos.* Procopius 2. de bel. Pers. *τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα, ἀσηκρῆτις καλοῦσι.* Marcellinus Comes in Chronicis: *Misso ad se pro pepigendo fœdere Armonia à secretis.* Ab Anna in Alexiade iii. *σεκρετικοί: παρὰ τοῦ πρωτεύοντος τῶν σεκρέτων ἀναφέρωνται, ἢ τῶν ὑπ' αὐτὸν σεκρετικῶν.* Sunt eorum in Gallia genera quatuor. De secundicerio notariorum est *l. 21. C. Th. de petit.* de quo sub hoc titulo nihil. Itaque mallem titulum ita concipi, ut in C. Th. *De primicerio, & notariis.*

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Eutropio pp. Præcipua est nostræ pietatis intentio circa notariorum nomen, atque ideo si unquam hujus ordinis viri laborem quiete mutaverint, vel senectute posuerint, seu eum alia dignitate post hanc qualibet usi sint: non omittant prioris vocabulum militiæ, sed compendium sequentis honoris assumant, & si quis ex officio, vel præcipue sublimitatis tuæ temerario assensu in discussiones peræquationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit: officium suum noverit, vel levis culpæ offensione detecta, gravis multæ discrimine fatigandum, & numerariorum corpus extincto injuriæ auctore minuendum. Dat. xvii. Kal. Jul. Thessalonicae, Gratiano v. et Theodosio i. aa. Coss.

Duo proponuntur in hac lege: Ut major dignitas exnotariis circa hujus militiæ privilegia non noceat: quod generaliter traditum est *l. 3. sup. de dignit.* Ut non injungantur eis census, vel discussiones, vel peræquationes: quod traditur etiam in *l. 2. Temerario assensu in*] Corrige, *temerarias adcensus, discussiones, &c.* ut in *l. 2. Minuendam*] Tabularii sive numerarii præsidum, aut præfectorum plerunque census, discussiones peræquationes injungunt, quas tamen si exnotariis injunxerint, gravi multa coercentur, & corpore numerariorum exiguntur. Huc valde pertinet *l. pen. inf. de pr. eor. qui in sac. pal.*

II. Imp. Zeno a. * Magistro officiorum. Præclaram nobilemque militiam spectabilium tribunorum notariorum, qui gloriosis obsequiis nonnihil reipublicæ commoditatis adferunt, & decoris, diversis beneficiorum titulis muniendam credimus, & augendam: nam biennales metas viro spectabili pro tempore primicerio agendis numeris duximus statuendas: hos autem tribunos, qui suis negotiis occupati minime sacrum palatium curaverint frequentandum, nisi intra annale spatium revertantur (quamvis commeatus jura prætendunt) pro absentia quidem unius anni, unius gradus: si vero duobus annis absuerint, duorum: si tribus, trium: si quatuor, similiter quatuor graduum subire jacturam, his qui inferiores eis fuerint, postponendi. Qui vero per quinquennium integrum se præsentare cessaverint: exemptos matricula tantum nomine tribunorum, nec vero ordine perpotiri: his in hunc modum dispositis, vacationem census, discussionis, peræquationis, & cujuslibet alterius rei habituros. Illud præcipue provisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cujuslibet occasionis obtentu, vel laborum, seu sollicitudinum specie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare, & temporum ratione calcata dudum militantibus anteferri, & quæ longis prolixisque stipendiis defensa jam pollicetur senectus, gratiosa festinatione subripere. Hoc etiam adjiciendo, ut primicerius post depositam publicam numerorum sollicitudinem, ac si ipsam gessisset administrationem, cujus consequitur dignitatem, magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulas sortiatur: omnibus vacantibus, quamvis tempore præcedentibus, præponendus.

Ut primicerius notariorum sit biennalis; quod & de primicerio fabricensium, & primicerio officii præfect. urbi constitutum est *l. 2. sup. de fabricens. l. ult. sup. de offic. præf. urb.* & in aliis, *l. 1. sup. de decan. l. 1. inf. de mensor. l. Alexandrinis, sup. de decurionib.* Frustra Accursius opponit *l. 2. & pen. inf. de numer.* quæ nec de primicerio loquuntur, nec de notariis, qui ad imperialia secreta pertinent, sed de numerariis præsidum, vel magistri officiorum. Item ut tribuni notarii, etiamsi cum commeatu annum absuerint, uno gradu inferius dimittantur: si biennium, duobus: si treinnium, tribus: si quadriennium, quatuor: si quinquennium, tum ordine pellantur, retento tamen vocabulo militiæ, & privilegio dato in *l. 1. sup.* Habent etiam hoc privilegium x. primi tribuni, & notarii post primicerium, ut sicut primicerii, ita & ipsorum domus à metatis excusentur, *l. pen. & ult. inf. de metatis:* & generaliter notarii ab omnibus sordidis muneribus excusantur, *l. maximarum, sup. de excus. mun.* Aliud item primicerio datur hac lege, ut deposita administratione, illustrem magistri officiorum titulum consequatur, quo fretus cæteris vacantibus etiam antiquioribus non cedat. Cassiodorus in formula primicerii notariorum: *Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, ut si quo modo ad illustratum, vel vacantem meruerit pervenire, omnibus debeat anteponi, qui codicillariis illustratibus probatur ornari. Agendis numeris*] Videtur primicerius tractasse numeros, & matriculam scholarum: unde, & paulo post, publicam ait eum numerorum solicitudinem sustinere: & in Notitia Rom. imperii. *Sub dispositione v. s. primicerii notariorum omnis dignitatum, & administrationum notitia tam militarium, quam civilium.* Scholas etiam, & numeros tractat. In *Novel.* lxxxv. numeros Julianus interpretatur matriculas. *Postponend.*] Vet. *postponendos. Matricula*] Vulgare est nomen notumque omnibus. Notæ publicæ in *l. 5. inf. qui mil. pos.* Patriculæ in *l. 5. C. Th. de domest. & prot.* Carthag. concilii cap. 120. *μὴ προχειρισθῆναι εἰς* μα-

μάτειν. Zonaras ita interpretatur, *ἐβλαβήσεται ἐν τῷ καταγραφῆναι ἐν τῇ ἀπογραφῇ τῶν διαπρεπόντων τῇ ἐκκλησίᾳ*. *Desensa tam*] Vet. *Defessa sibi jam præponendus*] Cassiodorus in for. notariorum. Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, ut si quomodo ad illustratum, vel vacantem meruerit pervenire, omnibus debeat anteponi, qui codicillariis illustratibus probantur ornati.

Ut dignitatum ordo servetur.

Tit. VIII.

I. IMppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. ad Praetextatum p.v. Si quis indebitum sibi locum usurpaverit, nulla se ignoratione defendat, sitque plane sacrilegii reus, qui divina præcepta neglexerit. Dat. xii. Kal. Jun. Med. Richomere, et Clearcho vv. cc. Coss.

Hic titulus non est de prærogativa temporis quæ servatur inter pares, sed de dignitatum diversarum ordine & gradibus, quos Imp. Valentinianus præscripsit edita Constitutione ad Ampelium præf. urbi, cujus partes sunt, *l. 1. sup. de præf. prat. sive ur. l. 1. C. Th. de quæstor. l. 1. Cod. Th. de mag. scr. l. 1. inf. de com. rei mil. l. 4. C. Th. de hon.* Valentiniano hic ordo tribuitur in *l. 2. C. Th. eod. tit.* quod cave ne referas ad *l. 2. hujus tit.* quæ longe alterius est Valentiniani. Constituitur autem hac lege, ut qui hunc ordinem perturbaverit, reus sit sacrilegii, quasi violator sacrarum Constitutionum.

II. Impp. Theodossus, et Valentinianus aa. Cyro pp. Omnes privilegia dignitatum hoc ordine servanda cognoscant, ut primo loco habeantur ii, qui in actu positi illustres peregerint administrationes: secundo veniant vacantes, qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint: tertium vero ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis: quartum honorarium, qui præsentes à nostro numine sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt: quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed administratores quidem, & Comites rei privatæ omnibus vacantibus honorariis anteponi censemus: vacantes autem post administratores venientes non omnes omnibus jam honorariis credimus præponendos, sed eos vacantes illis honorariis, qui similem adepti sunt dignitatem, ut præfectus prætorio, non quæstorius præfectorio præponatur, parique modo quæstorius quæstorio, non vacans Comes thesaurorum, vel Comes rei privatæ honorario quæstorio, vel magistro officiorum præferatur. Inter administratores illos etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis, vel ante commisimus, vel postea committemus peragendum; verbi gratia, si vacanti magistro militum belli cura committatur: cur autem, aut vir magnificus Germanus magister militum vacans appelletur, cui bellum contra hostes mandavimus? aut cur excellentissimus Pentadius non egisse dicatur præfecturam, cujus illustribus cunctis dispositionibus vice prætorianæ præfecturæ miles in expeditione copia, & commeatu abundavit?

Hæc Constitutio est de honoratis, & quis præferatur in gradu, quinque facit virorum illustrium gradus. Primus est eorum qui vere illustrem dignitatem gesserunt. Secundus est vacantium præsentium in comitatu principis. Tertius vacantium absentium. Quartus honorariorum præsentium. Quintus honorariorum absentium. Differentiam facit inter vacantes & honorarios, sicut & *l. 9. inf. de metatis*, inter eos quibus illustratus sub cingulo, & quibus citra cingulum delatus est; & in integra *Nov. Theod. de metatis*, quam habemus, *Licet*, inquit, *vacantis militiæ cingulo utantur, vel honorariæ prærogativæ potiantur insignibus*, & paulo post: *Illustrem dignitatem inter vacantes vel honorarios consecutus*. Vacantes *ζωστοὶ* sunt, Honorarii *ἄζωστοι*. Cum cingulo defertur plerumque iis quibus merito ante gestæ administrationis defertur: ut primicerius notariorum peracta administratione fit magister officiorum vacans, primicerius domesticorum tribunus vacans: & ita apud Vegetium vicarios, comites, tribunos vacantes accipere oportet, & in *C. Th. tit. de Comitibus vacantibus*, & apud Ammian. sæpe lib. 16. 18. 31. Iidem adscriptitii dicuntur. Trebellius in Balista: *Gaudens quod ejus consilio nullum adscriptitium, id est, vacantem haberet*. Lampridius in Alexandro: *Ne quem adscriptum, id est, vacantium haberet*. Ubi vulgo male *vagantium*. Dicuntur & allecti. Et inter agentes in prima & secunda Constitutione de faciendo & confirmando Codice, & in *l. ult. C. Th. de bon. cod.* in qua ita est, *Ne quis sibi expetat sive imaginarios, sive inter agentes codicillos acceperit, ut ei qui egerit ratione temporis præferatur*. Et in *l. 5. inf. de metatis*, ubi pro *Iter agens*, legendum, *Inter agens*, vel *Inter agentes*. Et in *l. 1. inf. de silent.* Ab his honorarii sive imaginarii, ut dixi, sunt longe diversi. Hi nullum cingulum gestant, nullo merito ante gestæ administrationis hunc honorem consequuntur, sed solo codicillorum principalium beneficio, *l. 3. sup. ubi senat. vel cla. l. 1. C. Th. qui à præb. tyr.* ubi quod ait, *vel qui*, honorariorum est definitio, *Nov.* 70. cujus generis etiam pontifices, & augures & quindecim viros sacris faciendis Severum fecisse memoriæ proditum est. Præterea vacantibus datas annonas Lampridius significat, quas nullas honorarios constat habuisse. Itaque vacantes honorariis optimo jure præferuntur. Non tamen omnibus. His namque qui simili dignitate ornati sunt, proculdubio præferuntur, veluti prætorius vacans præfectorio honorario, quæstorius vacans quæstorio honorario. His autem qui ampliori dignitate præditi sunt non præferuntur, veluti quæstorius vacans non præfertur præfectorio honorario, Comes vacans non præfertur quæstorio vel exmagistro honorario: denique vacantes omnibus honorariis non præferuntur. At administratores omnibus vacantibus, omnibus honorariis præferuntur. Et illustribus administratoribus adnumerantur vacantes, qui non sunt otiosi, sed ordinariam dignitatem aliquam gerunt, veluti Germanus magister militum vacans contra Vandalos dux magna classe missus à Theodosio, jam non pro vacante illustri, sed pro administratore habetur. Ducatus ipse est ordinarius, .i. clarissimus vel perfectissimus. *Prospicimus*] Vet. *perficimus*. *Etiam Comites*] qui illustrium virorum supremi sunt. Comes ergo qui vere privatum ærarium administravit, præfertur præfectorio vacanti vel honorario. *Omnibus*] Scribendum, *omnibus vacantibus*, *omnibus honorariis*. *Vel magistro*] Quidam Cod. *exmagistro*. *Cunctis*] Corrige. *Cinctis*, Vacantes, cincti sunt, Honorarii non item. Sic & in fi. *cujus illustratibus cincti dispositionibus: οὕτω σύνταξον, cujus cincti illustribus dispositionibus*. *Germanus*] Hunc auctore Paulo & Prospero Theodosius ducem contra Vandalos fecit, cum ut hoc loco ostenditur, esset magister militum vacans. Pentadium autem qui erat præfectorius vacans,

cura-

curatorem copiarum fecit, quæ auctoritate præfecti prætorio solebant ordinari, *l. 4. inf. de erog. mil. an.* De hoc genere curationis agitur in *l. ob negotium ff. de compens.* Est autem legendum in fine hujus legis, *copia commeatuum abundabit*: fuerant namque ii duo recens designati ad expeditionem Vandalicam.

De Magistris scriniorum.

TIT. IX.

I. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ZOILO PP. ORIENTIS. Viris spectabilibus magistris omnium sacrorum scriniorum nostræ benevolentiæ liberalitas tribuenda est, qui nostræ quodammodo adsidere majestati videntur: ideoque post depositum etiam officium ab omni indictionis onere, seu civilium, seu militarium judicum, prorsus immunes esse præcipimus: ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet gravamine penitus injungatur. Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scriniorum, & ex proximis volumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid adversus statuta clementiæ nostræ innovari concesserit. DAT. V. KALEN. MAR. THEODOS. A. XVIII. ET ALBINO COSS.

Ex magistris scriniorum qui & ἀντιγραφεῖς & principes scriniorum dicuntur à Lampridio in Alexandro, alii sunt magistri memoriæ, qui adnotationes omnes dictant, & emittunt, precibus respondent, *l. ult. sup. de div. rescr. Nov. Valent. de homicid.* inde Trebellius Pollio in Claudio: *Ha . epistolam ipse Claudius dictasse perhibetur: ego verba magistri memoriæ non requiro.* Alii sunt magistri epistolarum, qui legationes civitatum, consultationes & preces tractant, à Dione τὰς ἐπιστολὰς διαγαγόντες dicuntur, sicuti magistri libellorum, libellos agentes in *l. rescriptum, ff. de distr. pig.* qui cognitiones & preces tractant. Lampridius in Alexandro: *Post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis & libellis à memoria semper adsisterent: nonnunquam etiamsi stare per valetudinem non possent, sederent, relegentibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant*: ex quo loco notandum est ex scriniariis fuisse quosdam qui scrinium gerebant: unde Sudas: σκρινιάριος ὁ αἴρων τὸ σκρινίον ἤτοι κιβώτιον. Sunt vero ii scriniorum magistri spectabiles, honore comitum ornati, adsessores quodammodo principis, immunes etiam deposita administratione ab omnibus civilibus muneribus, *l. eos, sup. de exc. mun.* Eadem immunitas & post depositum officium proximis sacrorum scriniorum datur viris spectabilibus, honore vicariorum ornatis, de quibus suo titulo dicemus inferius. Illud sciendum est, à magistris scriniorum separandos esse referendarios qui & spectabiles sunt, licet videantur in Gallia magistri requestarum utrumque munus esse complexi. Referendarii sunt qui supplicum desideria principi referunt & exponunt, jussione principis judicibus insinuant, *Nov.* 10. 113. 124. ac nonnunquam, ut Sigebertus scribit in Chronico, publicas conscriptiones anulo seu sigillo regis confirmant. Idem non sunt apud Cassiodorum III. Variarum, referendi curiæ, ut ejusdem Cassiodori formula de referendis in Senatu docet. Iidem in Notitia Romani imperii sæpe inter officia non numerantur. Regerendarii numerantur, qui sunt à regestis sive libellis: corrupte apud Cassiodorum lib. XI. *regendarii*, Sed de his satis.

De Comitibus consistorianis.

TIT. X.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. SEVERINO P.V. Eos, qui tranquillitatis nostræ consistorii dici Comites meruerunt, spectabilibus proconsulibus æquari generaliter decernimus. DAT. VII. KAL. OCT. EP. THEODORO V.C. COS.

Consistorium intimum principis, quod Sudas θεῖον συνέδριον vocat, est in quo legatos & quoscunque se adeuntes admittit & audit, & de causis cognoscit, inquirentibus in negotium & dispicientibus consistorianis, ut Ammian. Marcellinus XV. ait, sive comitibus consistorii viris spectabilibus, quorum multa sunt privilegia: à sordidis & extraordinariis muneribus, à præbitione equorum & tyronum excusantur, *l. maximarum, sup. de exc. mun. l. 1. & C. Th. qui à præb. eq.* sine fidejussione conducunt fundos rei privatæ, *l. 1. C. Th. qui cond. rei. pri.* & ex hanc constitutione proconsularibus exæquantur. De eis fit mentio multis locis. Ambrosius V. Epist. XXXIII. *Convenerunt me Comites consistoriani ut basilicam traderem*, & alio loco: *ubi sedit in consistorio, ingressus sum: assurrexit ut osculum daret: ego inter consistorianos steti.* Ex hoc loco apparet non adsedisse consistorianos, sed stetisse.

II. IMPERAT. ANASTASIUS A. EUSEBIO MAGISTRO OFFICIORUM. Viros spectabiles comites consistorianos, & conjuges, & liberos, quin etiam servos eorum, atque colonos iisdem privilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam suas contra alios exercendo perfrui, quibus viri clarissimi principes scholarum agentium in rebus per sacram pragmaticam sanctionem divæ memoriæ Zenonis utuntur.

Additur aliud privilegium hac Constitutione, ut in excipiendis dictandisque actionibus tam ipsi, quam conjuges & liberi, & servi & coloni eorum eis privilegiis utantur, quæ sunt concessa viris clarissimis principibus magisterianorum per *l. ult. inf. de pri. ag. in reb.* Quod ait de servis eorum, referri ad causas criminales potest, & interdum ad civiles, ut si de momento quæratur, ex *l. 1. sup. si per vim vel alio modo.*

De Comitibus, & tribunis scholarum.

TIT. XI.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PRISCIANO P.V. Præpositos, ac tribunos scholarum, qui inquietudinis epulis adhibentur, & adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt (inter quos Comites etiam sacri stabuli, & Cura palatii numerantur) si primi ordinis comitivam cum præpositura meruerunt, & casu ad altiora non pervenerint: deposito sacramento inter eos, qui Comites Ægypti, vel Ponticæ diœceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi præcipimus: alios qui honore comitivæ regimen fuerint nacti, absolutos militia, inter eos, qui duces fuerint provinciarum, numerari jubemus. DAT. XII. KAL. APR. EP. LUCIO V.C. COS.

Vul-

Vulgo male legitur hoc loco, *Qui inquietudinis epulis.* legendum, *Qui & divinis epulis*: ut ambrosiis dapibus. Martialis de epulis Domitiani. Scholæ agentium in rebus habent præpositos & tribunos, ad quos scholarum gubernatio pertinet, qui & Comites scholarum dicuntur, *l. 1. inf. de pri. scho. l. 3. sup. de offic. mag. off.* quod plerumque ornati sint comitiva primi ordinis, qui titulus honorarius est inventus à Constantino Imperatore, dum singulos quosque honore aliquo cumulare cupiebat maxime, secundi etiam ordinis & tertii Comitibus creatis. Eusebius IV. de Constantini vita: κόμητες δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου. Hac vero dignitate ornati præpositi & tribuni scholarum hæc beneficia habent, ut intersint Imperatoris epulis, & ut adorent purpuram ejus, quod pro summo beneficio habetur. Eusebius eodem libro: αἱ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγεμόνες, κόμητές τε καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀρχόντων τάγμα εἰς τὸν βασιλέα καὶ τιμὴν πρότερον ἰδεῖν προσκυνεῖν. Idem viris clarissimis Comitibus sacri stabuli datur, id est equorum præfectis & rectoribus, quibus sportulas præberi ab iis qui equos conferunt, vel pretia eorum ostendit *l. 3. C. Th. de eq. col. & l. 29. C. Th. de annon. & trib.* In Codice Theodosiano hoc titulo tribuni appellantur, ut ab Ammiano Marcellino sæpissime. Sed id comitiva tantum honoratis datur. Male inde deducere quosdam opinor Conestabli appellationem, quæ est mere francica, atque adeo in Notitia græca officiorum Constantinopoleos id definitur, κεφαλὴ τῶν ῥόγατ ἤτων φράγγων. Comites sacri stabuli sunt, qui Gallice dicuntur, *Escujers*. His adjungitur etiam Cura palatii. Is erat architectus, ad quem cura fabricæ palatii pertinebat, cui auctore Cassiodoro pro honoris insigni hoc erat attributum, ut auream virgam gestans ante Imperatorem incederet. Custodiam aulæ Evagrius vocat lib. v. Cura prætorii quæ dabatur tribuno militum, de quo Trebellius in Claudio, diversa functio est. Porro iis quos diximus præpositis & tribunis scholarum honore comitivæ decoratis, & Comitibus stabuli & Curis palatii, peracta militia hic honor defertur, ut Comitibus Ægypti, & Ponticæ diœceseos exæquentur, vel si scholas rexerint sine honore comitivæ, ducibus provinciarum, qui diœceseos Comitibus inferiores sunt, licet utrique spectabiles. *Alios qui*] Hic locus misere depravatus est. Vet. habent, *In aliis qui*. Alii, *In aliisque*. Legendum, *Sin absque honore comitivæ regimen fuerint nacti*: regimen, scilicet scholarum: quo nihil est evidentius.

De Comitibus rei militaris.

Tit. XII.

I. IMPP. VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AAA. AMPELIO P. V. Qui contemplatione meritorum, ducto intra provincias transmarinas strenuissimo milite, primi ordinis comitivam fuerint consecuti: ea reverentia altissimarum dignitatum viris subjugantur, ut his locum præstent, qui proconsulatus insignibus adornantur. DAT. III. NON. JUL. NASONNACI MODESTO, ET ARINTHEO COSS.

Duo fuerunt in Oriente Comites rei militaris, Comes limitis Augusti, & Comes Isauriæ, ut ex Notitia constat. His Comites diœceseos Ægypti & Ponticæ longe sunt superiores, qui divisam cum vicariis etiam administrationem habent, *l. 1. sup. de off. vic.* Eosdem etiam superant proconsules Asiæ, & Achajæ, & duces provinciarum Lybiæ, Thebaidos & Armeniæ. Certis tamen ducibus veluti Phœnices, Mœsiæ Mesopotamiæ adæquantur, ut lex proxima ostendit, videlicet si spectabiles sint, id est, honorati comitiva ordinis primi.

II. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PRISCIANO P. V. Eos qui sub comitiva primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet provinciam, vel provincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur: & eos qui vicem illustrium virorum magistrorum militum susceperint peragendam: ducibus qui præter Ægyptum, & Ponticam in aliis provinciis administraverint, adæquamus. DAT. XII. KAL. APR. CP. LUCIO V. C. COS.

Quæ diximus ad legem primam, & huic & illi sufficiunt. Adjunguntur præterea Comitibus rei militaris qui vicem magistrorum militum gesserunt.

De Comitibus, & Archiatris sacri palatii.

Tit. XIII.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PRISCIANO P. V. Archiatros intra palatium militantes, si comitivæ primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari præcipimus: sive jam pridem deposuerunt militiam, sive postea deposuerint: ita ut inter vicarios, & duces qui administraverint, & hos qui comitivam primi ordinis meruerint, nihil intersit, nisi tempus quo quis administraverit, vel comitivæ adeptus est insignia. DAT. XII. KAL. APR. CP. LUCIO V. C. COS.

Qui dicantur archiatri notissimum est. Hi si honorati sint comitiva primi ordinis, vicariis & ducibus exæquantur, ita ut inter eos nihil nisi ratione temporis intersit. Ut igitur tit. de Comitibus & tribunis scholarum, sic accipitur, de tribunis scholarum comitiva primi ordinis decoratis: & tit. de Comitibus rei militaris, id est, de præpositis militum eadem comitiva decoratis: sic & hujus tit. hic est sensus, de archiatris comitivæ primi ordinis honore præditis. Non est etiam dubitandum titulum de Comitibus consistorianis, sic esse accipiendum, de consistorianis comitiva primi ordinis decoratis, & ideo Cassiodorus in formula ejusdem comitivæ, *Spectabilitas*, inquit, *clara & consistorio nostro dignissima*, & paulo post. *Comitivam tibi primi ordinis largimur, ut consistorium nostrum sicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes*: & in antiqua inscriptione: *Memmio Vitrasio Comiti in consistorio primi ordinis*. Sequens etiam titulus est de rectoribus provinciarum eodem honore præditis. Notandum illud valde, vicarios & duces exæquari, & archiatris interdum non primi, sed secundi ordinis comitivam dari, *l. ult. sup. de profes. & med.*

De Comitibus, qui provincias regunt.

Tit. XIV.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PRISCIANO P. V. Eos qui administratione civili, ac provinciæ gubernaculis sub jurisdictionis licentia. Comites quoque primi ordinis esse meruerint, vicariæ dignitatis post depositam administrationem privilegiis frui oportet. DAT. XII. KAL. APR. CP. LUCIO V. C. COS.

Idem hæc pars dat Comitibus & rectoribus provinciarum quod superior Comitibus & archiatris sacri palatii,

latii . Ex conjunctione harum quatuor partium hoc A
efficitur, Comites primi ordinis oon omnibus spectabilibus anteponi : quod falso comminiscitur Cassiodorus in formula . Sed ideo dicuntur primi ordinis , quod alii sint secundi , & tertii ordinis inferiores.

De Professoribus, qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitivam.

TIT. XV.

I. IMPP. THEODOSIUS A. ET VALENTINIANUS CAES. THEOPHILO P.V. Grammaticos tam græcos, quam latinos, B
sophistas, & jurisperitos in hac regia urbe professionem suam exercentes, & inter statutos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam, facundiamque dicendi, interpretandique subtilitatem, & copiam differendi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo judicante digni fuerint æstimati, cum ad viginti annos observatione jugi, ac sedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his qui sunt ex vicaria dignitate, connumerari. DAT. ID. MAR. CP. THEODOSIO A. XI. VALENTINIANO CAES. COSS.

C
Professorum liberalium studiorum fuit in urbe collegium, sicut & archiatrorum. Ergo sub primicerio & certi statutique fuerunt. Auditorium habuerunt in capitolio, *l. 1. sup. de studiis lib. ur. Ro.* quam huic esse arbitror conjungendam, licet in subscriptione nonnulla diversitas sit, vel eo maxime quod ita sit scriptum in Codice Theodosiano : *Digni fuerint æstimati qui in memorato auditorio professorum fungantur officio*] quod non est quo referas, nisi huic illa jungatur, atque ita, *in memorato auditorio*, in Capitolio interpretere. In subscriptionibus est error sæpissime. Hos vero professores ex hac lege post annum vicesimum honorari placet comitiva primi ordinis & vicariis adæquari : ad quam temporis præscriptionem respicit Quintilianus, dum scribit in hunc modum : *Post impetratam studiis meis* D
quietem, quæ per XX. annos erudiendis juvenibus impenderam : quod argumentum est jam olim post annos XX. perinde ac veteranis emeritis professoribus dari consuevisse, illique Quintiliano data quem primum Romæ scholam publicam aperuisse sub Domitiano, & è fisco salarium accepisse sunt qui scribant : quod malim ex Suetonio, Vespasiano adscribi. Fit inter hæc mentio in Codice Theodosiano Leontii Jurisperiti, qui ea ætate vixerit, quod referendum duxi, quia Jurisperitorum memoriam celebrare me par est : moveorque adfinitate nominis ut ei alium adjungam, qui fuit non multo post, Leonem puta, de quo ita Sidonius cecinit. *Sive ad doctiloqui Leoni ædes, Quo bis sex tabulas docente juris, Ultro Claudius Appius taceret, Claro obscurior in decemviratu.* E

De Silentiariis, & decurionibus eorum.

TIT. XVI.

I. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. URSO P.V. ET AMILIANO COM. ORD. PR. ET STRATEGIO PP. ILLYRICI. Decuriones nostri palatii post emensum fideliter obsequium, postque deposita sacramenta militiæ electionem habeant, sive ex magistro officiorum velut agentes dignitatem consequi à nostra majestate maluerint, sive inter viros illustres Comites domesticorum videlicet inter agentes taxari : ut tam in adoranda nostra serenitate, quam in salutandis administratoribus, & reliquis prædicti honoris privilegiis, necnon in nostro consistorio his honor omnifariam observetur. DAT. KAL. NOV. CP. HONORIO X. THEODOSIO VI. AA. COSS.

Silentiariorum officium Zonaras in Anastasio ait esse τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων. Hi sunt excubitores in consistorio vel palatio principis, stantes, fere ad limina : Constantinus de administratione imperii, ἐκ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σιλεντιαρίων ἐρχομένων. Hos Claudianus intellexit, dum ait : *Sacroque adhibere silentia somno*, & ob id excubias agere dicuntur, *l. 3. inf. hoc tit.* Et sunt sub decurionibus, *l. 3. in fin. inf.* qui alias sacri consistorii decuriones dicuntur, ut *6. C. Th. 2. l. ult.* alias sacri palatii, ut in *hac l.* 1. Marcellinus XX. *Aliquis palatii decurio, qui ordo est dignitatis*. Et ii quidem decuriones absoluti militia exmagistris officiorum vel excomitibus domesticorum honore inter agentes numerantur, atque ita illustratum vacantem cum cingulo nanciscuntur, ut nos exposuimus *sup. in tit. ut dig. or. ser.*

II. IIDEM AA. VENANTIO PP. Unusquisque decurio, vel silentiarius à tyronum equorumque præstationibus habeatur immunis : nullam collationem, quæ plerumque poscitur, solvat : nihil his ulla potestas injungat, aut necessitas imponat.

Decuriones & silentiarii immunes sunt à præstatione tyronum & equorum, & nudam collationem, quæ plerumque poscitur, id est, canonicam duntaxat agnoscunt, legendum, *nudam*, non *nullam*, *l. 4. inf. de prox. sac. scr.*

III. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. FLAVIANO PP. Decurionibus, & silentiariis, etiamsi ad superiorem gradum successu meliore transcendunt, omnia privilegia, quæ jam dudum divorum principum judicio meruerunt, legis istius præceptione noverint esse firmata, non præjudicatura quacunque generalitate pragmatica : nec angarias, vel parangarias, sive paraveredos ulla eis amplissimæ præceptionis imponat auctoritas : sordidis quoque muneribus, excoctione calcis, & superindicti gravamine eos liberamus. Domus quoque eorum, non tantum in hac sacratissima urbe, sed in qualibet alia positas civitate, immunes ab omni hospitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus : permissa eis veniendi ad comitatum licentia præter evocatoriæ securitatem : multa decem librarum auri judicibus provinciarum eorumque officiis infligenda, si statuta nostri numinis crediderint esse contemnenda. His addimus, ut cum optatam quietem acceperint, & inter viros illustres senatores cœperint numerari, honore curiæ sine aliqua functione lætentur, immunitatisque gaudio plena dignitatis lætitia potiantur : ut dignitatem solam habeant ex senatu sub hac videlicet definitione, ut triginta tantummodo numero ea privilegia consequantur. Decuriones quoque tres, sed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis supra scriptis, cum per continuos XIII. annos inculpatas excubias peregerint. DAT. IX. KAL. APR. RAV. ÆTIO, ET VALERIO COSS.

De-

Decuriones & silentiarii immunes sunt ab iis muneribus, angariis scilicet, parangariis, paraveredis, quæ qualia sint dicetur inferius commodiore loco; excoctione calcis, superindicto, metato. Ad sacrum comitatum veniunt sine sacra evocatoria. Deposita militia, quia vacantem illustratum adipiscuntur ex *l.* 1. inter senatores illustres recensentur, salvis tamen suis privilegiis, ita scilicet, ut nec onus præturæ nec onus glebale, quod proprium est senatorum, agnoscant: & hoc est quod dicitur in *l.* 3. *sup. de dignit.* majorem dignitatem circa prioris militiæ privilegia præjudicium non facere. Hæc autem tantum dantur statutis xxx. silentiariis, & decurionibus tribus post excubias annorum XIII. Decurio præerat x. silentiariis. *Pragmatica*] Rectius *Pragmatici*.

IV. Imp. Zeno A. Cosmae Praeposito Sacri Cubiculi. Ne ad diversa tracti viri devoti silentiarii judicia sacris abstrahi videantur obsequiis, jubemus eos qui quemlibet devotissimorum silentiariorum scholæ, vel ejus uxorem civiliter, vel etiam criminaliter pulsare maluerint: minime eum ex cujuslibet alterius judicio, nisi ex judicio tantummodo viri excellentissimi magistri officiorum, conveniri.

Magistri officiorum judices sunt silentiariorum, & conjugum eorum. De iis magistris supra dictum est satis.

V. Imp. Anastasius A. Anthioco Praeposito Sacri Cubiculi. Jubemus clarissimorum silentiariorum præditos militia, & si genitorum suorum in potestate sint constituti, quæcunque solatiorum, seu emolumentorum, vel donationum, seu hereditatum nomine per militiam, vel quamlibet ejusmodi causam his adquisita sunt, vel fuerint, jure castrensis peculii possidere: nec ea posse, vel parentes superstites sibi vindicare, vel auferre, vel etiam post eorum obitum fratres, vel eorum alios heredes, quasi ad defunctorum dominium pertinentia in divisionem deducere: nec enim oportet labores eorum aliis fructum, vel lucrum adferre. Hac namque ratione, simul & contemplatione, nec ipsam militiam, vel suffragium, quodcunque pro ea, vel ab iisdem viris devotissimis silentiariis, vel parentibus eorum, vel quolibet alio datum est, vel fuerit, ac his patimur in successione defunctorum parentum conferri, seu nomine collationis in medium easdem offerri pecunias, vel his imputari. Ad hæc de tutelis, & curationibus eos excusari sancimus, ne alienarum rerum administrationem subire compellantur, qui propter nostra ministeria, nec suis curam, seu provisionem diligenter deferre possunt. Insuper liberos eorum, qui dignitate virorum spectabilium Comitum, seu tribunorum decorati sunt, vel fuerint, nullatenus nolentes administrationem præfecturæ suscipere, seu peragere: omnibus videlicet ante latis privilegiis in persona non tantum in præsenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum, tam tempore militiæ, quam post eam depositam observandis. Dat. Kal. Jan. Joanna, et Asclepsona Coss.

Silentiarii hoc loco clarissimi vocantur, alio spectabiles, *l.* 30. *sup. de inoff. testam.* Similiter tribuni notari spectabiles, *l.* 3. *sup. de primic. l. neque, sup. de decur.* Clarissimi, *Nov.* 8. *&* 13. *& l. restituendæ, sup. de adv. div. jud.* & in epistolis Symmachi, & in epitaphio Claudiani poetæ Clarissimi, & spectabiles ab Augustino in epist. 160. & 159. & lib. de gestis cum Emerito: sicut & idem sæpe in auctoribus atque inscriptoribus antiquis dicitur clarissimus, & illustris: ut in titulo operum Macrobii Theodosii viri clarissimi, & illustris. Sic legendum, non, *Viri Consularis*: qui error est etiam in titulo librorum Victorini de Trinitate, & Prudentii poetæ, & aliis locis quamplurimis. Sic magister census, qui deinde appellatus est *γενικός* auctore Leone *Nov.* 44. vir clarissimus appellatur in *l. ult. sup. de ju. emphy. l. consulta sup. de testam. l. secundum, sup. de donat. Nov.* 44. Vir perfectissimus, *l. orphanotrophos, sup. de episc. & cle.* Inventitur & sæpe idem tribus titulis ornari, clarissimi, spectabilis, illustris. Sidonius VI. *Vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito illustris.* Itaque harum dignitatum certa definitio non est: alii omnibus his fruuntur, alii duabus, alii una ex iis tantum: eosdem alias clarissimos, alias spectabiles appellare Imperatoribus placet. Crescit, vel minuitur ejusdem officii dignitas arbitrio principis, & ex ipsa rerum accessione, vel decessione. Nunc veniamus ad scotentiam legis. Silentiarii quæ occasione hujus militiæ adquirunt, deputant castrensi peculio, nec ea parentibus adquirut in quorum sunt potestate, nec conferunt fratribus. Quin & pretium militiæ, nec confertur, nec imputatur eis in legitimam, etiamsi empta sit pecunia patris, *l.* 3. *§. ultim. sup. de inoff. test. Nov.* 53. quod in aliis militiis locum non habet, Silentiarii excusantur à tutelis, & curationibus: quod repetitum est in *l. ult. sup. de exc. tut.* Eorum liberi honestati Comitiva primi ordinis, vel dignitate tribunorum notariorum non agnoscunt onus præturæ, quasi senatorum liberi: quod privilegium patres etiam habere diximus in *l.* 3. *sup.* Perperam autem legitur hac parte *præfecturæ*. pro, *præturæ*: quemadmodum memini dixisse me in *l.* 1. *sup. de præt.* Confirmat postremo hæc lex cætera privilegia silentiariis data superioribus Constitutionibus.

De domesticis, & protectoribus.

Tit. XVII.

I. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius AAA. Eusignio PP. Domestici, ac protectores osculandi, cum salutaverint, vicarios tui culminis habeant potestatem. Pœna enim sacrilegii similis erit si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati. Dat. Prid. Non. Mar. Med. Valentin. A. III. et Eutropio Coss.

Differentiam esse inter domesticos, & protectores ex Codice Theod. constat *eodem tit. l.* 6. *&* 9. quibus constituta de domesticis trahuntur ad protectores. Hi, ut *l.* 9. ait, armatam militiam subeuntes, non solum defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris nostri sollicitudinem patiuntur, unde etiam protectorum nomen sortiti sunt. Hi igitur sunt in acie. Alii (quod ait l. 8.) ut indicio nominis apparet, familiarius militant, & sunt domestici protectores. Socrates 1. cap. 13. τῶν δορυφόρων τὸς ὃς δομέστικος καλεῖ ὁ βασιλεύς. Suidas: δομέστικοι οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς οἱ κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. Idem & Zonaras in Diocletiano. Sed fuere tamen ex eis alii pedites, alii equites, *l. ult. inf. hoc tit. l. restituenda, sup. de advoc. div. jud.* Cassiod. 1. Var. *Domestici partis equitum, & peditum, qui nostræ aulæ videntur jugiter excubare*: & alii comites domesticorum equitum, alii comites domesticorum peditum,

viri

viri illustres; à quibus domestici regebantur. Constituitur autem hac lege prima, ut cum eis liceat attingere, & adorare purpuram principis, *l. 2. sup. de fabric.* quamobrem Cassiodorus in formulis, *Inter protectores*, inquit, *& domesticos sacram purpuram adoraturus accedat*. In salutandis etiam, & osculandis vicariis præfect. prætorio, ac multo magis præsidibus admittantur: quæ omnia summi bonoris loco tribuuntur: & sic io *l. 109. C. Th. de decur. osculum bis in proviucia judicantium, & consessus indultus sit*.

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Haliodoro p.v. Primicerius quidem domestieorum, & protectorum utriusque scholæ post acceptum tribuoatum inter eos spectabili digoitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint: alii vero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, consulari, id est, clarissimatus dignitate perfruantur, cum ipsa loci decem primorum accessione. Dat. III. Id. Jun. cp. Ætio, et Valerso vv. cc. Coss.

Sunt in utraque schola equitum, & peditum domesticorum, aut protectorum primicerii, ex quo gradu omnes scribunt Jovinianum ad imperium evectum, & post primicerium decemprimi, sicut, & io schola tribunorum, & notariorum post primicerium esse x. primos diximus supra. Et primicerius quidem domesticorum plerumque tribunatus honorem accipit. Marcellinus lib. 18 *Valentiuus ex primicerio protectorum tribunus*. Atque ita tribunatu accepto viris spectabilibus ducibus provinciarum adæquatur. Capitolinus in Maximino de eo jam Tribuno 4. legionis. *Quid tantum laboras, eum ejus loci jam sis, ut ducatum possis accipere?* Decem primi senatoriam dignitatem veluti exconsulares adipiscuntur inter allectos, ita tamen, ut onera senatoria non egnoscant exemplo silentiariorum: denique clarissimi senatores sunt. Ad has dignitates domestici, & protectores gradatim perveniunt.

III. Iidem AA. Sponatio Comiti Domesticorum Peditum. Si quis domesticororum nulla negotii publici abstrahente sollicitudine, nec ei per commeatum solemniter ut abesset facultate concessa, per biennium obsequiis serenitatis nostræ defuerit: retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinque sequentibus postponatur. Si vero triennium ejus absentia continuasse monstretur, usque ad decimum locum proculdubio regredietur. Quod si quadriennio tenus abfuerit, oovissimus collocetur: quinquennio autem similiter si fuerit devagatus, ipso jam eiogulo spoliandus est: indigoum quippe est, desides à propriis tamdiu muniis aberrantes, quos esse convenit assiduos numerari.

Ut domesticus, qui biennium abfuerit sine commeatu, reversus, suum locum gradumque non recipiat, sed ab eo gradu, quem obtinuit prius, quam discederet, in sextum rejiciatur: qui vero triennium abfuerit, in decimum: qui quadriennium, in novissimum: qui quinquennium, ut exauctoretur, nec recipiatur ullo gradu locove. Corrupte legitur in contextu, *regredietur*: legendum, ut in manu scriptis, *regradetur*, & sic in *l. 2. C.T. de cur. pub. Promotus regradationis bumilitate plectetur*. Hieronym. ad Pammach. *Finge aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum*: & in Chronicis: *Heraclium de episcopatu in presbyterum regradavit*, & adversus Jovin. Sacerdotes, qui peccaverant, regradantur in æditnos. Solin. *Regradati men*ses, atque ita legendum in *l. 1. inf. de pri. schol. l. 3. sup. de offic. mag. off.* Regradationem Græci καταβιβασμὸν vocant. Est etiam ex eisdem libris postrema sententia hujus legis ita corrigenda: *Indignum quippe est desides à propriis tamdiu muniis aberrasse, quos convenit assiduos numerari*.

IV. Imp. Justinianus A. Vigilantio Com. Domesticorum Consulari, atque Patricio. Lege pragmatica sine fine victura præfiniendum, ac constituendum credimus, ut si quis virorum fortium præsentalium domesticorum in equitum schola secundicerii locum adeptus, diem interca supremum clauserit: heredes ejus non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui superesse monstratur, verum etiam insequentis anni, hoc est, primiceratus solatiis, ac emolumentis fruantur omnibus: ut quod ad quæstum, & compendium militiæque fructum prolixæ pertinet, similis habeatur, ac si superstes permanserit ad finem usque supremum.

Qui schola domesticorum, & protectorum hoc anno est secundocerius, id est, post primicerium primus, sequenti anno fit primicerius. Quod si in secundoceratu decesserit, heredes hujus ex huc pragmatico non tantum reliqua secundoceratus, sed et integra primiceratus stipendia consequuntur. Id quidem translatitium est in omnibus, quibus annua stipendia constituta sunt, ut anni quo quis decessit, heredes ejus reliqua salaria, & solatia consequantur, *l. 11. inf. de prox. sacr. scr. l. 3. inf. de ag. in reb. l. 1. inf. de primipilo, l. 15. sup. de advoc. div. jud.* quanquam referat Pli. IV. Epistol. à fisco superatos heredes, qui scribæ quæstoris ante legitimum salarii tempus defuncti, reliqui quod erat sibi vindicabant. At ut sequentis etiam anni salaria defuncti beredibus debeantur, quo jure, quo exemplo hoc fit? An pro casu militiæ? quod verissimum esse arbitror, ut quemadmodum uno ex militantibus in sacris scriniis defuncto, heredibus ejus à subrogato certa pecunia præstatur, *l. 11. inf. de prox. sac. sc.* quod et ita fit in aliis quibusdam militiis ex scholæ placito, vel Constitutionum beneficio, *l. omnimodo, §. ult. sup. de inoff. testam.* idque genus lucri auctore Juliano antecessore casus militiæ appellatur, *Nov. 53. & 97.* ea forma, qua casus dotis *Nov.* 123. Unde per errorem quidam fecere militias ex casu, sicut in tit. Dig. de minoribus, patefecimus. Ita vero tertiocerius domesticorum, qui morte secundicerii sequenti anno occupat primiceratus gradum, pro casu militiæ heredibus secundicerii præstat ejus anni solatia. Sunt aliæ quædam militiæ, quarum ex casu defuncti heredes nihil ferunt, reliqua tamen ferunt, veluti fisci patrono mortuo, *l. 13. §. ult. sup. de advoc. div. jud.* quæ ita est concilianda cum *l. 15.* Videtur autem domesticorum primiceratus annuus fuisse, ut primiceratus largitionum, *l. 11. inf. de palat. sacr. lar.* non biennialis, ut alii, de quibus diximus tit. 7. *Præsentalium*. Παρεφεδρευόντων, hoc est præsentium in comitatu. Euagrius in Anastasio. Contextum curavi excudi uti oportet, quem Haloander depravarat.

De Præpositis laborum.

Tit. XVIII.

I. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Monaxio pp. Qui præpositi laborum nostro judicio promoventur, clarissimi sint inter electos, ita ut ex consularibus habean-

beantur : nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. DAT. III. ID. NOV. CP. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO COSS.

Præpositi laborum sunt, qui magno illi vexillo erant præpositi, quod vulgo laborum, & laborum solutio sive *καμάτων λυτήριον* dicebatur, ut Nazianzenus scribit in 1. Steliteutica, & Sozomenus lib. 1. cap. 4. *λάβωρον* vocat, unde, et in actis Nicenæ II. quæ ex Bibliotheca vetustissima mihi communicavit Ant. Loisellus vir optimus, et eruditissimus, signum quod Sozomenus historiographus Constaotinum in crucis usum convertisse memorat, dicens: *Jussit viros eruditos ex auro, & lapidibus pretiosis in vexillum crucis transformare, quod laborum vocatur*. B Id præpositi, ut quæque pars in acie laborabat, in eam quasi auxilii, & liberationis vice inferebant : fuereque jam olim Eusebio teste huic rei à Constantino præpositi milites 2. qui. ot ex Cod. Theod. liquet, ex protectoribus, domesticis erant, & ob id post titulum, de domesticis, & protectoribus, datur titulus de præpositis laborum, idemque iis honor clarissimatus defertur, qui supra delatus est decemprimis domesticorum : qua etiam ratione existimo io *l.* a. *sup. de ext. mur.* dum protectoribus junguntur præpositi, hos significari. Legendum antem in conteatu, *Inter allectos*, ot io Codice Theod. multis locis, *l.* 1. *de dec. & silen. l.* 18. *& ult. de pal. sac. larg. l.* 8. 9. 10. *de domest. & prot.* Capitolinus in Pertinace : *Qui præturas non gessissent, sed allectione accepissent*. Vulgo male cum C hoc loco, tum in *l.* 3. *inf. tit. prox. Inter electos*. Ea sotem vis est horum verborum, ot quamvis velut ex consularibus in senatu habeantur, tamen non agnoscant onera senatoria, veluti functionem glebalem, aut præturam *d. l.* 1. *de decur. & silent. l.* 7. *Cod. Theod. de priv. eo. qui in sac. pal. mil.* Et ideo subjiciunt, *Nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat*, quasi si diceret, ideo eos recenseri inter allectos, ut præter senatoriam dignitatem, immunes etiam sint à descriptinnibus, & oneribus senatoriis. *Quos*, inquiunt, *nostri lateris comitatus illustrat* : nimirum, quia sunt ex protectoribus. Protectores autem à latere.

D *De proximis sacrorum scriniorum, cæterisque qui in sacris scriniis militant.*

TIT. XIX.

IN hoc titolo de scriniis sacris agitur, in quibus jura, id est, adnotationes, vel pragmaticæ sanctiones, vel rescripta principis, vel cognitiones, & preces eduntur, reponuntur, & servantor, *l. ult. sup. de aquæd. l. omnium, sup. de testam. l.* 2. *inf. tit. prox.* Et sunt quatuor, scrinium memoriæ, scrinium epistolarum, scrinium libellorum, scrinium dispositionum. Alia sunt scrinia largitionum, de quibus dicetor titulo de palatinis largitionum. De magistris illorum scriniorum dictum est suo tit. *supra*. Alii sunt proximi scriniorum, qui sic dicti videntur, quod sint proximi E magistris, & spectabiles æquæ, ac magistri, qui in scrinio dispositionum non proximi, sed comites dispositionum appellati videntur *l.* 4. *hoc tit. l.* 1. *C. Th. qui à præb. tyr.* & inde eodem Codice de proximis Comitibus dispositionum *ἀκολούθως*, & in *l.* 10. *eod. Ad similitudinem*, inquiunt, *proximorum, & ii quoque, qui priores in scrinio dispositionum fuerint, & Comitis acceperint dignitatem, & l. ult. tam proximo scriniorum, quam Comiti dispositionum*. Ideo autem non est in scrinio dispositionum proximus, quia nec magister : hæc igitur sunt *συναλοιπα*, magister, & proximus. Et quod *l.* 1. *hujus tit.* dispositionom primi proximi appellantur æque, ac cæterorum scriniorum primi, adnotatione illa indiA get, dispositionum proximos non dici proprie, sed Comites : quamobrem rectius in Cod. Th. non additur, *atque dispositionum* : et in *l.* 12. rectissime, *Omnes*, inquiunt, *qui ex proximis venerando cœtui Senatus fuerint adgregati, sive hi de scrinio memoriæ, sive epistolarum, vel libellorum, sive dispositionum comites fuerint, ad septenos dumtaxat solidos teneantur*. Hujus quoque tit. *l.* 6. rectissime proximos tribus tantum scriniis attribuit, & *l.* 8. separat proximos à Comite dispositionum. Proximos sequuntur Melloproximi v. c. qui sequenti anno futuri sunt proximi. Proximatus enim dignitas annua est, *d. l.* 6. de Melloproximis, *l.* 5. 7. *& pen*, qui secundum locum tenere dicuntur *l.* 13. *& ult.* Sequuntur adjutores proximi, laterculenses primates exceptores, antiquarii, adjutores quæstoris : sequitur libra- B riorum, & scriptorum turba, memoriales, libellenses, epistolares, pragmaticarii, quorum ingeoiis, & mentibus committuntur pragmaticæ saoctiones, libelli adnotationes, rescripta, preces, acta cognitionum, arcana, ut ait *l.* 8. qui militare dicuntur in scriniis sacris. Similiter vero extra rationem scriniorum alii sunt admissionum magistri, *l.* 1. *C. Th. qui à præb. tyr.* Alii admissionum proximi. Marcellinus 22. *Inductis*, inquit, *per admissionum proximum*. Alii admissionales, *l.* 2. *inf. de pri. eo. qui in sac. pal. l. ult. inf. de div. off.* qui à Græcis, *προσάγειν τοὺς δεομένους τεταγμένοι λέγονται*. Seneca VI. de benef. *Non sunt amici, qui in primas, & secundas admissiones digeruntur*. Suet. in Vespasiano. *Quidam ex officio admissionis*.

C I. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. CYNEGIO PP. Proximos memoriæ epistolarum, ac libellorum, atque dispositionum ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro præfectis diœceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat : insequentibus præponendi, qui vicarias postea administraverint, & nullam injuriam descriptionis perhorrescant. DAT. PRID. KAL. MAI. CP. HONORIO NP. ET EVODIO COSS.

D Proximi sacrorum scriniorum honore vicariorum ornantur, id est, ut inter eos habeantur, qui pro præfectis diœceses administrant, & ita Marcellinus lib. 14. Martinum regentem Britanniæ provincias pro præfectis, paulo post vicarium vocat, & in epitaphio Symmachi I L. AUR. ANIANO SYMMACHO V. C. PRAEFECT. URBI, CONSULI, PRO PRAEFECTIS PRAETORIO IN URBE ROMA, FINITIMISQUE PROVINCIIS. Vicarii igitur sunt, qui pro præfectis prætorio diœceses administrant : quod etiam tradidimus, *l.* 4. *sup. de annon. & tribut.* Additur, ut proximi sacrorum scriniorum aliis vicariis post etiam vera administratione perfunctis præferantur, & ut nullam descriptionem sustineant, quod postremum est ea *l.* 5a. *C. Th. de proximis Com. disp.* Reliqua ex *l.* 4. Tria igitur privilegia proximorum hac le- E ge proponuntur.

II. IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCAD. AAA. CONSTANTINO PP. GALLIARUM. In sacris scriniis nostris militantes : in provinciis à salutatione ordinarii, vel spectabiles judices non arceant, & inviti in consessum accipiant: scituris vel principe, vel corniculario, vel capitibus officii, ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas, si consistorium nostrum sæpe ingredientibus secretarii judicum non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum judice so-

cie-

cietas denegata. DAT. VI. IDUS NOVEMBRIS, A TREVERIS TIMASIO, ET PROMOTO VV. CC. COSS.

Salvianus III. de gubernat. Dei: *Intra januas non modo illustrium potestatum* (vulgo male, *portarum*) *sed etiam præsidum, aut præpositorum non omnes* [illegible] *intrare præsumunt, nisi quos, aut judex vocat, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit*. Vere Salvianus. At ex hac Constitutione militantibus in sacris scriniis ingressus, & consessus patet in secretaria ordinariorum judicum, id est, præsidum, etiam eis nolentibus. Nam qui in consistorium principis admittuntur sæpe, recipere multo magis eos in secretarium suum ordinarii judices debent. Addidit Tribonianus ex *l. 5. hoc titulo*, *vel spectabiles*, quæ non erant in Codice Theodosiano: addidit male, Nam non omnibus militantibus in scriniis jus datur consdendi cum spectabilibus, sed exceptoribus tantum usque ad Melloproximos. Cæteri jus tantum habent consdendi cum ordinariis judicibus. Quod sequitur de principe, vel corniculario, vel capitibus officii, repetitum est in *l. ult. sup. de offic. divers. judic.* in qua quæ dicuntur capita, officii, primates appellantur: & ita capita contubernii Vegetius, & capita scholarum, *l. pen. inf. de erogat. milit. ann.* qui primates, & priores, *l. ult. sup. de castrens. l. ult. inf. de decanis*. Non iidem igitur sunt principes, & primates, sive priores ufficiorum. Unus est officii princeps, primates plures, sicut in scriniis unus magister, unus proximus sive Comes dispositionum, & primates plures, C *l. 9. inf.* Cornicularii sunt officiales, qui adsunt cornibus secretarii, ut Cassiodorus scribit XI. Variarum: à Græcis appellantur Hypaspistæ.

III. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. CLAUDIO P. V. In scriniis palatii militantes, id est, memoriæ, epistolarum, libellorumque, ac dispositionum, post viginti annos transactæ militiæ, si discedendum sibi esse decreverint, consulari honore fulti inter allectos habeantur, huncque honorem dignitatis teneant, qui exconsularibus deferri consueverit: nec eos quisquam injungendo aliquid, vel jubendo, possit ab impertito otio separare. DAT. XV. KAL. MAR. CP. D ARCADIO III. ET HONORIO III. AA. COSS.

Militantibus in sacris scriniis, post 20. stipendia dimissis, defertur clarissimatus honor idem, qui delatus est supra domesticis, & protectoribus, & præpositis laborum. Sed ex eis quidam ex *l. 5.* eundem honorem habent etiam ante missionem.

IV. IIDEM AA. ET THEODOSIUS A. EPIPHANIO P. V. Jubemus ut primum omnium sit eorum, qui in sacris scriniis nostris, id est, memoriæ, & epistolarum, libellorum, & dispositionum referuntur, secura possessio ab omnibus sordidis muneribus excusata: superindictum E non timeant, venalitium non petantur, solumque canonicæ indictionis præstent tributum, labore dignitas conquisita extraordinarium munus ignoret, nec ullam temonis patiatur injuriam, equorum tyronumque præstationem nullus agnoscat, qui vel adhuc in scriniis militat, vel honorem proximi, & comitivam primi dispositionum longi temporis sudore quæsivit, & hæc quidem patrimoniis censuimus deferenda. Quod autem omnibus constat deferri, adjectu alterius dignitaris perire non patimur: ut etiam si prosperioris fortunæ judicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis labore privilegia quæsita serventur. DAT. ID. OCTOB. RAV. HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AA. COSS.

Ut proximi sacrorum scriniorum, & Comites dispositionum, & reliqui militantes in scriniis sacris excusentur à sordidis, superindictitiis, & extraordinariis, & temonariis oneribus, & equorum tyronumve præstatione, & à venalitio. De temonariis diximus hujus libri tit. I. Venalitium videtur esse vectigal rerum publice venalium, de quo & *l. 5. inf. de vet.* Extremæ parti congruit *l. 11. sup. de exc. mun.*

V. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. FAUSTINO PP. Peculiari præceptionis nostræ favore præstamus, ut in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorumque ab exceptoribus usque ad melloproximos dignitatem clarissimorum honoremque percipiant, & sicut reliqui, qui in iisdem scriniis militant, liberum cum ordinariis judicibus ingressum secretarii consessumque habere legibus meruerunt: hi quoque in quos hanc stipendiorum meritis clarissimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reverentiam recognoscant, ut consedendi ingrediendive secretarium sciant à nobis licentiam contributam. DAT. VIII. ID. JUN. RAV. LUCIO V.C. COS.

De hac diximus satis *l. 2. & 3. supra*.

VI. IIDEM AA. EUSTATHIO V.I. QUÆSTORI, ET HELIONI V.I. MAGISTRO OFFICIORUM. Pro biennio annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis memoriæ, epistolarum, libellorumque ordine, ac merito stipendiorum ad gradum pervenerint proximorum. DAT. VIII. ID. FEBR. CP. THEODOSIO A. VII. ET PALLADIO COSS.

Ut proximatus trium scriniorum annus sit, non ut olim biennalis. Citatur *l. 11. infra de palat. sacr. larg.*

VII. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORUM. Unicuique, qui in sacris scriniis militat, sui loci merita servari oportere constituimus: & universos, qui ultra numerum statutorum in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu per ordinem, quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (ut tamen ultimis socientur) subire decernimus: scilicet, ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, locum præcedentis ambire: nisi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione superatur, ut quindecim primatum ejusdem scrinii testimonio cum sacramenti religione subnixus, præcedentibus dignior judicetur. Hanc quoque observationem extra filios proximorum volumus custodiri: etenim unicuique proximo unum de suis filiis, qui temporis dumtaxat suffragio nititur: licet parum observasse militiam cognoscetur, insequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. Illum tamen, qui locum statuti meretur, pro-

proximo quidem ducentos quinquaginta solidos, A melloproximo vero, vel adjutori pro consuetudine uniuscujusque scrinii viginti, aut quindecim solidos offerre praecipimus. Quod si quis de supernumerariis, qui statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare voluerit: sequenti tam offerendae quantitatis praedictae, quam subrogandi licentia permittatur: ita videlicet, ut si secundus, vel etiam tertius, vel alterius cujuslibet numeri in eadem excusationis voluntate duraverit, accedenti semper eadem copia, quam praecedens recusaverit, tribuatur. Hos autem, qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu volumus removeri: & cum B vacaverit statuti locus conditionem, quam antea repudiaverant, id est, offerendae pecuniae, & adipiscendi statuti locum, liberam habere praecipimus facultatem.

In sacris scriniis alii sunt statuti, alii supernumerarii. Vacante uno ex statutis, subingreditur in numerum statutorum unus ex supernumerariis, qui fuerit ordine temporis antiquior, & in ultimum statutorum locum, non in gradum, quem defunctus tenuit. Dixi, qui fuerit antiquior. Hoc ita nisi posterior laborum merito potior sit, quod quidem testimonio, & religioni quindecim primatum scrinii committetur. Hic igitur antiquiori praefertur, si modo antiquior, quem C alter laborum merito antecellit, filius proximi non sit: quo tamen beneficio unus tantum ex filiis proximi uti potest. Post haec Impp. definiunt quid pro ingressu sive solatio, aut suffragio, ut ait *l. 11.* supernumerariorum, qui defuncti locum subiit, praestare oporteat proximo, & melloproximo, & adjutori proximi. Vetus hic mos est, ut pro ingressu aliquid praestetur prioribus militiae, scholae, officii, collegii, curiae corporis, *l. pen. ff. de leg. 3. §. pen. & ult.* In quo pro *onera*, videtur legendum *honoraria*, ut in Epistol. Plinii ad Trajanum de adjectione buleutarum, Suetoo. in Claudio: *Pro introitu sacerdotii*.

VIII. Iidem AA. Nomo Magistro Officiorum. Proximos sacrorum scriniorum, D quos fides, ac diuturnae observationis industria literataque militia: Comitem quin etiam dispositionum, quem probitas, ac strenuitas merito commendant completo tempore suae militiae, comitivae sacri nostri consistorii cingulo in diem vitae potiri, manentibus videlicet jamdudum praestitis salvis privilegiis decernimus, quibus enim pietatis nostrae arcana merito committuntur, his pietas nostra vitam cingulo supradictae comitivae ornandam decorandamque decrevit.

Ut proximi sacrorum scriniorum, & Comites dispositionum peracta dignitate abeant cum cingulo Comitum consistorianorum, ut scilicet sint vacantes non honorarii Comites consistoriani. Plus est esse vacantem, E quam honorarium, ut ostenditur in *tit. ut dign. ordo serv. Salvis*, inquit, *manentibus privilegiis propriis*, secundum regulam *l. 3. sup. de dign.*

IX. Imp. Leo A. Patricio Magistro Officiorum. In sacris nostris scriniis militantes per commeatum non continuatim praestitum, ante conventionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis conjugibus, & liberis conventione securi ab indictionibus etiam publicorum, & civilium munerum: & post completam militiam excusatione potiantur, super domibus quoque, quas in provinciis possident, metatorum molestia liberentur.

Commeatus est libera proficiscendi licentia. Intra tempora Commeatus militantes in sacris scriniis conveniri non possunt, nec conjuges eorum, aut liberi. Vacationem habent etiam emeriti personalium munerum, & metatorum. Supra quoque dictum est vacationem eos habere patrimonialium sordidorum, & extraordinariorum *l. 4.*

X. Idem A. Illyriciano Com. et Mag. Officiorum. Hac parte statutos memoriales praecipimus esse in scrinio quidem memoriae sexaginta duos: epistolarum vero triginta quatuor: libellorum quoque triginta quatuor: antiquarios vero, qui habentur in scrinio memoriae, nunquam minus esse, quam quatuor. Suprascripti autem memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepserint: ut non occupent plura in unum se commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi.

Haec definit statutorum numerum, & ne unus duobus fungatur officiis. Antiquarii sunt librarii sive scriptores librorum, *l. 2. C. Th. de stud. lib. urb. Rom.* Sidonius Appollinaris lib. 9. *Licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina*. Ausonius in Epistol. ad Probum *v. v. Oblata per antiquarios mora*. August. de verbis Domini *Laudat antiquarii manum admirans apicum pulchritudinem*. Hieronym. ad Florentium, *Habeo alumnos, antiquariae arti serviunt*.

XI. Imp. Anastasius A. Eusebio Magistro Officiorum. Si quis in sacris nostris scriniis, id est, memoriae, dispositionum, epistolarum, & libellorum, statutis jam connumeratus, ab hac luce fuerit subtractus: ab eo, quicunque utpote vacante loco de substitutis in statutorum consortio fuerit ultimus subrogatus, pro solatio, vel suffragio proximi definitam, sacraeque constitutioni divae memoriae Theodosii, & Valentiniani principum insertam quantitatem defuncti heredes, & successores, vel liberi ejus, seu creditores, qui foenus cum mortuo pro statuti loco ei adquirendo contraxerint, consequantur: ita scilicet ut si hereditas, vel successio defuncti minime fuerit suscepta, vel adita, tales personae, id est, creditores quidem contra caeteros praerogativa sibi servata, liberi autem, vel adgnati, seu cognati non hereditatis, sed privilegii nomine simili modo hujusmodi summam percipiant, sibique petere, ac vindicare permittantur: nullius machinatione hujusmodi nostra dispositione retractanda, seu violanda: maxime cum viros etiam pro tempore spectabiles eorundem proximos scriniorum, si quis eorum ante completum proximatus actum morte praeventus sit, ad heredes successoresque suos residui temporis proximatus solatia sine quadam imminutione transmittere non dubitetur.

Ex casu militiae, quod uno ex militantibus in sacris scriniis defuncto, dari proximo scrinii à subrogato praecipitur *l. 7.* id haec dari praecipit heredibus, vel si heredes non sint, creditoribus quorum pecunia defunctus militiam comparavit, vel liberis, agnatis, vel cognatis, non hereditatis sed privilegii nomine, & sic

Nov.

Nov. 53. ἐκ δὲ πατρῴου κλήρου, ἀλλὰ βασιλικῇ φιλοτιμίᾳ : adimitur hoc proximo, datur hoc, ut in heredem suum transmittat salaria anni mortis suæ.

XII. Idem A. Celeri Magistro Officiorum: In sacris scriniis militantes, & parentes, atque uxores eorum, nec non liberos, ex sententia tantummodo tuæ celsitudinis criminales, & civiles intentiones agentium excipere jubemus. Insuper etiam colonos, seu adscriptitios, & servos eorum in hac regia urbe degentes eodem beneficio potiri, fidei pro tempore adjutoris viri spectabilis proximi, vel unius ex statutis committendos: ita ut si in provincia quicunque memorialis repertus fuerit, juratoriæ cautioni committatur, & si non possideat immobilem substantiam, servi nihilominus, & coloni ad eum pertinentes, fidei ejus tradantur. Modum insuper sportularum ad mediocrem deduci quantitatem, & executoribus de schola agentium in rebus attribuendis, unum solidum singulos usque ad finem negotii, proque ingressu in judicio tuæ magnitudinis quolibet modo faciendo duos solidos, & pro editione gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem: & si apud arbitrum negotium ventilari contigerit, ipsi quidem arbitro unum solidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum observantibus, tam pro ipso, quod implere jubentur ministerio, quam pro editione gestorum, seu relationis, vel definitionis tertiam partem soli præbere sancimus. Nec pro tempore virum spectabilem, fisci patronum, vel executores, quibus imminendi litibus sollicitudo injuncta est, quidquam ab eis exigere, seu profligare concedi: dimidia scilicet expensarum, quas in judicio tui culminis à memoratis personis præberi statuimus, portione in judiciis provincialibus ab his agnoscenda: ita ut si de civilibus annonis, vel tutela, seu curatione, vel novi operis nunciatione litem eos subire contingat, in majore quidem judicio ad similitudinem sumptuum, quos in judicio eminentiæ tuæ dependere præcepti sunt: apud virum autem clarissimum præfectum annonæ, seu fisci patronum urbicariæ magnificæ præfecturæ, vel archite&tos, pro modo eorum, quæ super arbitris, & litibus apud eos exercendis superius statuta sunt, solventes expensas, nihil amplius agnoscere, seu pendere cogantur. Quæ omnia custodiri jubemus, sive per se, sive per procuratores, aut etiam defensores lites exercere maluerint, hoc si prolata scriptis sententia moniti sunt. Si vero ex depositione, seu aliter quis eorum conventus fuerit: nihil eum, vel scrinio viri clarissimi adjutoris, vel cujuslibet alii nomine sportularum offerre compelli: omnibus antelatis privilegiis postea, quibus per anteriores divorum principum sanctiones defenduntur in personam tam eorum, qui adhuc militant, & qui postea eandem militiam sortiti sunt, quam eorum, qui prædictam militiam gradu vacante jam deposuerunt, vel postea deposuerint, servandis: ut eorum commodo ipsi quoque una cum uxoribus, & liberis, colonis præterea, & servis propriis perfruantur. Et quoniam in controversiis, quas in judiciis moveri contingit, æqualitatem litigatoribus volumus servari, & adversariis eorum pro sumptibus, & expensis similem antelatorum beneficiorum prærogativam custodiri: propter hanc etenim causam, & viros devotos memoriales non tantum agendo in quolibet judicio, sed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, privilegiis à nobis indultis potiri decernimus: his videlicet, qui militiam virorum devotissimorum memorialium gradu soluto deposuerunt, seu deposuerint, etsi quietis amore per provincias domicilium fovere maluerint: omnibus nihilominus privilegiis, quæ hujusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam à nostra serenitate præstita sunt, muniendis, & eorum commodis, atque auxilio potituris.

Ut militantes in sacris scriniis, qui generali nomine memoriales appellatur, & Chartophylaces in Basilico ad *l. ult. sup. de inoff. test.* parentes, liberi, uxores, coloni, adscriptitii, servi eorum in urbe conveniantur apud magistrum officiorum, & committantur fide adjutoris proximi, vel unius ex statutis, præterquam si lis sit de annonis civilibus, vel servitutibus, vel novis operibus, vel tutelis, aut curationibus, de qua præfectus urbi cognoscet, non magister officiorum, ut *l. viros, inf. de pal. sacra. largit.* De annonis adhibito præfecto annonæ, *l. 1. C. Th. de cond. in pub. hor.* De tutelis adhibitio prætore tutelari, *l. 2. sup. quand. mil. tut. off.* De operibus, & servitutibus adhibitis architectis; *Nov. 7.* Plerumque eam litem remittet ad præfectum annonæ, vel ad patronum fisci, qui scilicet apud præfectum urbi patroni fisci partibus fungitur, vel ad prætorem tutelarem, vel ad architectos. In provinciis autem memoriales conveniuntur apud præsidem provinciæ, & committuntur juratoriæ cautioni, etiamsi rerum immobilium possessores non sint, qui soli regulariter judicio sisti satisdare non compelluntur, *l. ult. inf. de prin. agend. in urb.* Ut vero præfectus urbi eos plerunque remittit ad præfectum annonæ, & alios quosdam: ita & magister officiorum, aut præses nonnunquam eos remittit ad arbitrum delegatum, ut *l. ult. inf. de priv. schol.* Tum in hac lege definitur modus sportularum, id est, sumptuum, qui in litem faciendi sunt, ut in judicio magistri officiorum executoribus litis, qui magistro officiorum attribuuntur ex schola agentium in rebus, ut & Marianus Scotus testatur: quo fit, ut agentes in rebus sæpe magisteriani dicantur, ut eis, inquam, dent memoriales, vel adversarii eorum, ne ulla sit in judicio inter partes inæqualitas, singuli solidum unum, & pro ingressu, id est, pro inducenda cognitione, ut ait *d. l. ult.* ὑπὲρ τῶν λεγομένων εἰσδοτικῶν; ut *Nov. Tiberii de divinis domibus*, scrinio auditoris magistri officiorum, qui est ex eadem schola, de quo & in *l. ult. inf. de castrensi*, *l. ult. inf. de princ. agen. in urb.* solidos duos, & pro editione actorum exceptoribus semissem. Exceptores ii sunt, qui notarii, & ταχυγράφοι, & ὀξυγράφοι vocantur. Inde Synesio συμμαθεῖν ταχυγράφοις. Epiphanius contra Photinianos ἐκέλευσαν ταχυγράφον γραφήν. Ἀνοίγει διακόνῳ τῷ βασιλέως καὶ καλλικράτῃ ἐπεχθέστατον Ῥουφίνου τοῦ ὑπάρχου, καὶ ἐλυμαίνω: καὶ νικήτη, καὶ Βασιλείῳ μιμωρεσίοις: Ubi existimo legendum μεμοριαλίοις, id est, memorialibus. Ut in judicio arbitri pro ingressu arbitro detur solidus unus, exceptoribus ejus pro editione gestorum, vel sententiæ, vel relationis missæ ad magistrum officiorum tremissis: fisci patrono, vel executoribus fori magisteriani causis imminentibus nihil: Ut in judicio provinciali pro sportulis dimidia portio expendatur ejus, quod in judicio magisteriano impendi præceptum est. Ut in judicio præf. urbi eadem sit sportularum ratio, quæ in judicio magistri officiorum. Ut in judicio præf. annonæ, vel patroni fisci, vel architectorum eadem, quæ in judicio arbitri. Et hæc quidem si ex scripto conveniantur. Quod si sola depositione ex non scripto, litem sine

damno

damno procedere. Et hæc privilegia non tantum militantibus competere, sed & eis, qui militiam gradu soluto sive vacante deposuerint.

XIII. Imp. Justinianus A. Proculo Quaestori sacri Palatii. Comperimus divinitus pridem fuisse dispositum, viros devotos adjutores tuæ magnitudinis certo esse in numero, nec ad hujusmodi nomen, vel operam plures licitum esse adspirare, quam in scrinio quidem sacræ memoriæ, duodecim tantum: septenos vero in duobus reliquis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum: sed posterioris licentiam temporis supra modum indulgendo ambitionibus, disturbasse rei merita, ac in multitudinem divulgasse, ut inter memorialium, & adjutorum numerum non longum pene intersit. Sancimus itaque reduci eis, ac renovari statutum ordinis terminum, non ut eximantur adjutoribus hi, qui præter prædictam dispositionem in præsenti exuberant, sed ut interea omnibus aliis interdicatur ab affectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis, ac recedentibus decrescere possit vetita conglomeratio, legitimusque jam resideat numerus: non prohibendis viris devotis adjutoribus desistentibus eodem officio, cum vel ad laterculensis gradum in scrinio sacræ memoriæ provecti fuerint, vel secundum locum obtinuerint in duobus aliis scriniis, post quem proximi creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina: tamen alios, quos pro se elegerint, subrogandos adjutores petere, qui posteriores erunt cæteris. Illud etiam disponendum duximus, utpote nonnullis anterioribus exemplis subnixum, necnon justitiæ congruum, ut ab his, quibus concessum est adjutorum agmini pro se sociare, libellus offeratur viro illustri pro tempore quæstori, petendaque ejus subscriptio tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipsam continens, id est, quod inter adjutores ei, quem pro se surrogat, merere permissum est: ordinandis videlicet iisdem adjutoribus pro ratione temporum, quibus libelli porrecti sunt, ut etiamsi memorialium matricula inferiore loco sit, qui prior in adjutoribus meruit, adjutor quidem habeatur superior, memorialis vero posterior pro utriusque ordinis modo, vel discrimine: quod etiam in aliis quoque pene omnibus officiis observari dignoscitur.

Jam ostendimus in *l. 2. sup. de pet. bon. sub.* quæstorem officium non habuisse, sed adjutores ex scriniis diversis, memoriæ, epistolarum, libellorum, memoriales, quorum obsequio, ut ait *l. ultim. hujus tituli* res agebatur quæstoria. Atque ita idem homo esse poterat, memorialis, & adjutor quæstoris, & plerumque, qui erat prior inter memoriales, ut hæc lex indicat, inter adjutores quæstoris erat posterior, & è contrario. Habui Prisciani librum veterem, in cujus extremo ita erat scriptum: Flavius Theodorus v. d. memorialis sacri scrinii epistolarum, et adjutor v. m. quaestoris sacri palatii, scripsi manu mea in urbe Roma Constantinopolitana iii. kal. Jun. Mavortio v. c. cos. Justino, et Justiniano Impp. Fuere autem ii quæstoris adjutores certo olim numero 12. ex scrinio memoriæ 7. ex scrinio epistolarum, totidem ex scrinio libellorum: ad summam xxvi. quem restituit hac constitutione Justinianus, ne quis posthac uno ex adjutoribus, qui nunc sunt, decedente, in locum ejus substituatur, donec ordo adjutorum ad veterem numerum redierit. Excipiuntur adjutores, qui deposito hoc officio transeunt ad laterculensis gradum in scrinio memoriæ, ad melloproximi gradum in scrinio epistolarum, vel libellorum. His enim solis alium substituendi jus est porrecto quæstori libello, cui quæstor subscribat, die, & substituti admissione, & probatione adnotata: Laterculum in scrinio memoriæ fuit duplex, majus, & minus. Minus sub cura, & dispositione quæstoris, *l. 1. & 2. sup. de of. quæst.* Majus sub cura primicerii notariorum, ut Marianus scribit. In *l. 3. tit. seq.* codices appellantur: & vero codices fuisse idem Marianus docet, dignitatum, & administrationum civilium, vel militarium, & mandatorum principalium, & promotionum, & consuetudinum notitiam continentes. Et hoc sensu Tertullianus adversus Valent. Ex eorum laterculo, id est, ex eorum albo, & in reges, & in sacerdotes allegere consueverunt. Habemus, & librum Victurii de ratione paschali in cujus extremo per indicem consulum dies Paschalis subnotatur, isque index Laterculus Paschalis inscribitur, quem Sigibertus Theophilo Alexandrino tribuit. *Theophilus*, inquit, *Alexandriæ Episcopus ciclum de observatione paschæ per C. annos digestum, quem laterculum vocavit, ab hoc anno inchoavit.* Ratio nominis, an hæc est, quasi in eo lateant arcana? Quamobrem Græci ad *l. 5. inf. qui mil. poss. & l. ult. sup. de off. mag. off.* σιωπαλόν interpretari videntur: an quod sacri laterculi fuerint scrinia quatuor, ut constat ex *Nov.* 8. laterculum dicitur quasi πλινθίον. Laterculenses eis codicibus edendis, & servandis præpositi sunt.

XIV. Idem A. Tatiano Magistro Officiorum. Hac lege sancimus, si quando adjutores viri magnifici pro tempore quæstoris sacri nostri palatii in accusationem civilis causæ, vel criminalis deducti fuerint, strictum jus, & integritatis congruum ordinem conservari: ut si sine scriptis conveniendi sint, nomen ejus præcipientis ore designatum esse sufficiat. Sin autem scriptis in querimoniam unus adjutorum, aut plures forte ferendi sint: monumenta sententiarum in persona tantummodo conveniendi adjutoris præcedentium æquum, & justum initium futuro præstent certamini. Et quoniam probatioribus exemplis, quam indecoræ consuetudini deceat indulgeri: quod in universo devotissimorum scrinio libellensium evicisse monstratur, id in adjutores sacræ memoriæ, sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus: ut qui liberam proficiscendi licentiam pronunciatione commeatus adepti fuerint, sine qualibet stipendiorum, aut emolumentorum deductione peregre degant: etenim pro tempore viris clarissimis proximis, & melloproximis, aut eorum adjutoribus absentiæ causa, vel offerre de suo proprio, aut ex annonis, seu stipendiis quidquam relinquere cogendi: quamvis Januarias Kalendas indultum excedat spatium, & intra se festum diem contineat. Ad hoc illud observari sancimus, ne alius adjutor propter quamcunque ambitionem his, qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint.

Ut adjutores quæstoris aut scriptis conveniantur nominatim, aut voce executoris. Ut eis sive sumpti sint ex scrinio libellorum, sive ex scrinio memoriæ, aut epistolarum, absentiæ causa intra tempora commeatus nihil depereat, & ut nihil eapropter proximis aut melloproximis aut eorum adjutoribus offerre vel relinquere

re cogantur, licet commestus excedat Kal. Januarias, id est, licet sbsint ipso anni initio quo erogari salaria solent, *l. laudabilem, sup. de adv. div. jud. l.* 15. *C. Th. de agent. in reb.* Ur adjutoribus quæstoris præsentibus, etiam ad veterem numerum redactis, alius nullus addetur. Continebat & aliud quiddam hæc constitutio, quod abrogat lex quæ sequitur.

XV. Idem A. Tatiano Magistro Officiorum. Certæ quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adjutoribus viri illustris pro tempore quæstoris nostri palatii, quorum obsequio res agitur quæstoria, dedimus: quarum prima quidem ad supplicationem eorundem adjutorum emissa numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerunt, neque aliquem eximi, neque adjici præcipit, præterquam si quis eorum, vel ad laterculensis gradum in scrinio sacræ memoriæ, vel ad secundum locum in duobus aliis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum, & cognitionum provectus fuerit: nam his licere desistentibus ab adjutoris officio alios pro se quos voluerint adjutores subrogare, ultimum in iisdem adjutoribus obtenturos, licet superiorem in memorialibus habeant. Altera vero per sacram pragmaticam facta est, per quam excelsæ memoriæ Proculo verbo suggerente præcipimus, illos etiam adjutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium valeant, veluti senium, vel morbum, vel aliam necessariam causam: quod ex ipsorum adjutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab aliis memorialibus, tam in scrinio sacræ memoriæ, quam in cæteris duobus sacrarum epistolarum sacrorumque libellorum, & cognitionum relatis aditi, comperimus deminutionem eorundem adjutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem, & insuper venditionis quodammodo memorati officii locum introductum esse, quod ne de cætero fiat, præsentem sanctionem ad tuam magnitudinem mittimus, per quam jubemus illis tantum permissum esse secundum prius nostræ serenitaris rescriptum alios in suum locum subrogare, qui vel laterculensis gradum in scrinio memoriæ, vel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint: secunda nostra sanctione super hoc capitulo de cætero cessante: nulli danda licentia eorundem adjutorum, præterquam si ad memoratos gradus ascenderit, alium pro se eisdem adjutoribus ex quocunque fortuito casu connumerare, ut eo modo ad veterem numerum adjutores redeanr, & duodecim quidem in scrinio sacræ memoriæ, septeni vero in aliis duobus sint, id est, sacrarum epistolarum sacrorumque libellorum, & cognitionum. Illo videlicet observando, ne alius adjutor per quamcumque ambitionem his, qui in præsenti sunt, vel post eorum denominationem, licet in veterem numerum redacti fuerint, addatur: nam si permutationem, licet fortuitus casus inciderit, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci vetamus, cæteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris.

Ex *l.* 13. adjutores quæstoris qui in scrinio memoriæ laterculenses sunr, & in sliis duobus scriniis melioproximi, quamvis non sint ex XXVI. possunt alium in suum locum subrogare. Ex *l.* 14. quod tamen ei detraxit Tribonianus propter hanc *l. ult.* adjutores qui morbo aut senio impediuntur quo minus munus suum exequantur, possunt alium in suum locum subrogare. Hoc abrogatur in hac lege, & subrogandi jus permittur duntaxat in casu *l.* 13. Certe si adjutores ad veterem XXVI. numerum redierint, licebit eis alios in suum locum subrogare interveniente quæstoris electione, & eum locum eamve militiam suam vendere, non tamen ulsra centum solidos, & in heredes suos rransmittere, vel in liberos, etiamsi liberi eis heredes non extiterint, ex *Nov.* 35. Cujus sententiam Julianus exposuit, dummodo probentur à quæstore, & inferant C. solidos pro introitu. Atque ita militiæ vel in heredes aut liberos transmittuntur sub certa pretii definirione, *l. ult. sup. de pign.* ur hæc militia adjutorum intra numerum XXVI. sub præstatione C. solidorum, vel qui subrogatur heredibus defuncti aut liberi præstat certam pecuniam ex casu militiæ, ut duobus locis diximus *sup.* & in rit. de minoribus, D. quo respiciunt hæc Juliani verba, de adjutoribus quæstoris: *Qui fiunt in locum eorum qui suo loco ceciderunt, centum solidis præstitis fiant.*

De Agentibus in rebus.

Tit. XX.

Superiores in literarum præsidiis militant, ut ait *l.* 1. *C. Th. de prox. com. disp.* Et ob id eorum militia literata dicitur, *l.* 8. *sup. tit. prox.* Hi militant in rebus, in actu Reip. & à Græcis dicuntur semper magisteriani, & *Nov.* 17. *&* 124. & in fine Lausiacæ historiæ. Rationem reddidi lege 12. *sup. tit. prox.* Sunt eorum gradus multi, alii rribuni scholarum, de quibus *tit.* 11. *sup.* alii primicerii, alii senatores, alii ducenarii, alii centenarii, alii biarchi, alii circitores, alii equites, alii ryrones, *l.* 3. *hoc tit. l.* 1. *&* 3. *sup. de offic. mag. off. l.* 1. *inf. de privil. schol.* & in Notitia, *l.* 2. *de off. præf. præt. l.* 2. *C. Th. de filiis mil. appar. l.* 3. *inf. de filiis offi. & mil.* Hieronym. adversus Jo. Hierosolymitanum ad Pammachium: *Finge*, inquit, *aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum, per singula militiæ equestris officia ad tyronis vocabulum devolutum, nunquid ex tribuno statim fiet tyro? Non, sed ante primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tyro: & quanquam tribunus quondam, miles gregarius, sic tamen ex tribuno non tyro, sed primicerius factus est.*

I. Imppp. Arcadius, Honorius, et Theodosius AAA. Anthemio Magistro Officiorum. Nullus de schola agentium in rebus de cætero locum mortui conetur invadere: sed is, qui ordine stipendiorum, & laborum merito ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in ejus præmia percipienda succedat, omni obreptione cessante. Dat. Prid. Kal. Jun. CP. Honorio A. VI. et Aristæneto Coss.

Ut in locum defuncti agentis in rebus ascendat proximus non ulterior, *l.* 1. *sup. de off. mag. off.*

II. Impp. Honorius, et Theod. AA. Helioni Magistro Officiorum. Nulli posthac sine nostræ majestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia: nam probata schola animadversionem vereri judicis, & nullam timere debent contumeliam

liam vilitatis. DAT. III. ID. JUN. NOV. CP. A HONORIO X. ET THEODOSIO VI. AA. COSS.

Ne quis consortio agentium in rebus removeatur sine auctoritate principis. Nam probata semel schola, & censuram judicis veteri nullam, & vilitatis contumeliam quoque nullam timere debet, si qui forte in eo numero humiles & abjecti esse dicuntur.

III. IMP. LEO A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORUM. Matriculam agentium in rebus à tua celsitudine confectam admittentes, jubemus ne ducenarii plusquam quadragintaocto in singulis habeantur in posterum, & numerum centenariorum ducenti viri, quos vocante tempore gradus competentes admiserint: parique modo biarchorum nomen meritumque ducenti quinquaginta viri dumtaxat: præterea circitorum trecenti, & equitum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in æternum illa quoque fixa stabilisque tuæ sublimitatis dispositio, ut si quis de numero ducenariorum, quos quadragintaocto quotannis esse censuimus, forsitan de luce migraverit: laborum ejus fructum successores ab intestato, vel ex testamento venientes luctui dispensent, & ita omnibus inter cæteros superstites potiantur solatiis, tanquam si vivus, qui hæc eadem diu speraverat, sibimet vindicasset: qua de causa locum etiam ejus successorum intuitu vacare conveniet. Nemo autem sine divali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi, debeant inserendam accipere, militaribus ejusdem devotissimæ scholæ stipendiis, vel privilegiis potiatur. B C

Definit numerum ducenariorum, centenariorum, biarchorum, circitorum, equitum. Constituit ut defunctus ducenarius in heredem suum totius anni salaria transmittat, atque heredis gratia ut eo anno defuncti locus vacet: & ne sine probatoria, quæ laterculis inseratur, quisquam scholæ agentium in rebus adjungatur.

IV. IDEM A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORUM. Ex eo qui primum ducenæ, vel centenariorum gradum in schola agentium in rebus militantes meruerint, desinant, in sacratissima videlicet civitate constituti alterius judicis cujuslibet auctoritate pulsari, vel in alio quolibet examine, præterquam viri magnifici magistri officiorum, & cui forsitan ipse concesserit actionibus sui quisque adversarii respondere. Quod multo magis in criminalibus causis observari decernimus: absurdum est enim ut in ejus salutem, vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam, cujus de nulla re possit pecuniaria judicare. Hujus autem beneficii prærogativam subadiuvis etiam qui singulis inveniuntur temporibus deferri jubemus: licet hanc in eorum persona more quoque veteri servari cognoverimus, ut tamen post depositum officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi jam lege respondere non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum personas in provinciis repertas concessa nunc speciali fori prærogativa, nisi publicæ executionis sollicitudo his injuncta sit, uti prohibemus: eosque ordinariorum etiam judicum pro veteri jure sententiis obedire præcipimus. D E

Ut centenarii & ducenarii in urbe respondeant, non apud præf. urbi, sed apud magistrum officiorum, vel apud arbitrum ab eo delegatum tam in criminalibus quam in civilibus causis. Idem datur subadjuvis quandiu eo officio funguntur, & deposito officio si facti sint centenarii. In provinciis autem ut respondeant apud præsidem sublata præscriptione fori, nisi si qua publicæ executionis sollicitudo eis injuncta sit. Habuit magister officiorum adjutorem ex schola agentium in rebus, ut dictum est *l. 12. sup. tit. prox.* & subadjuvas adjutoris duos, habuit & subadjuvas fabricarum, quas constat fuisse sub dispositione magistri officiorum, & subadjuvas barbariorum, id est, officinarum barbaricariorum. Et horum subadiuvantium meminit Marianus Scotus, & lex sequens in qua vulgo male, *subdubiarum*, pro *subadjuvarum*. De his & in *l. 3. C. Th. de agen. in reb. Periculum*, inquit, *se & adjutor & subadjuvæ subituros esse cognoscant si hujus factionis normam insequentibus magistris desierint intimare*. Iidem ut opinor chartularii dicuntur in *l. 5. & 6.*

V. IDEM A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORUM. Agentes in rebus, qui per ordinem consequi solent principatus insignia, in unoquoque scrinio fabricarum, & barbariorum quaternos subadiuvarum, sollicitudinem per annum duntaxat integrum procedentes gradatim subire, hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis videlicet universis negotiatoribus quodlibet mercimonium per se gerentibus, interpositasve personas, cum eis ante sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare, exceptis nihilominus his, qui possessionem alienarum sollicitudinem procurationemve susceperint: eos enim ad hæc officia volumus aspirare, quorum labores scholæ agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostræ mansuetudinis excludendi, cui cum scholæ eidem socientur, in sacris scriniis, quibus spectabiles primicerius, & tertiocerius præsunt, adjuvantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur, & duobus officiis operam suam adhibere non possunt: nam præter emolumenta, quæ de prædictis scriniis consequuntur, principatus etiam solatio debent esse contenti. Quod si morbo, vel ætatis senio capti, vel imperiti hujusmodi rerum, vel quocunque alio vitio præpediti, per se memorati officii curam subire nequierint: consideratis præcedentibus eorum laboribus, per substitutum chartularium ejusdem scrinii cui præfuturus est, ipse idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam peritiamque rerum habentem, electione sua suarumque periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus.

Male in quibusdam Codicibus hic apponitur tit. de præpositis agentium in rebus. Videtur autem hæc lex esse de principibus agentium in rebus, ut qui fuerint ex eo numero per annum integrum subadjuvæ fabricarum & barbariorum sint, non negotiatores, non actores, conductores, procuratores rerum alienarum, quod ii militare non possunt, non principes qui sint adjutores primicerii aut tertiocerii in sacris scriniis, de quibus forte *l. ult. su. de dix. resc.* quod iis duobus officiis subadjuvarum & adjutorum pares esse non possint, ut si non sufficiant exequendo subadiuvarum muneri, ex causis hac lege expressis, per substitutum qui sit ex eodem scrinio, in quo præfuturus est quasi subadjuva, implere id possint: subadjuvæ vox desideratur in fine hujus legis. *Præfatum subadjuvæ munus eos implere præ-*

præcipimus. Sic habent vet. libri, & de iis subadjuvis diximus Constitut. præcedenti.

VI. Imp. Anastasius a. Celeri Magistro Officiorum. Hac saluberrima sanctione decernimus ageotes in rebus pro conventionibus, & modo sportularum executoribus præbeodarum, pro quantitate sumptuum, quæ circa litigia sibimet ab aliis inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se procuratores exercenda, convenit ab his agnosci: beneficiis, quæ in sacro oostro militaotibus ministerio jampridem per divinas sanctiones indulta sunt perpotiri, & fidejussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli. Ita tamen ut privilegia, quæcunque ceotenariis, seu ducenariis, vel chartulariis, seu viris clarissimis principibus post depositam quoque militiam jam per dispositiones principales impertita, & nunc usque observata esse noscuntur, intacta inviolataque custodiantur: cum perabsurdum, perque temerarium sit, hanc oostræ liberalitatem pietatis quemquam astuta interpretatione, non ad augmentum anteriorum privilegiorum, sed ad deminutionem convertere concedi. Simili videlicet forma pro matribus, & uxoribus eorum, necnon etiam liberis sub eorum potestate constitutis, nec aliam sortitis, vel sorrituris militiam, nec noo etiam servis ad eos pertinentibus servanda: ita ut in provinciis quoque supradictæ personæ degentes simili beneficio perfruantur. Sportulas tamen & litium expeosas pro tertia superius enarratæ quantitatis soluturæ: denarum librarum auri condemnatione aliaque gravissima indignatione his feriendis, quicunque nostra jussa quolibet modo, seu tempore violaverint, seu violare coocesserint.

Non eundem, ut existimavit Accursius, sportularum modum litigantibus agentibus in rebus Anastasius præscribit, quem præscripsit militantibus in sacris scriniis *l. 12. sup. tit. prox.* sed eundem quem Leo & Zeno ministerianis *l. ult. inf. de castr. & minist.* & hoc quidem in urbe. In provinciis sportularum modus est levior, pro parte nimirum tertia, & hoc sive ipsi litigent, sive procuratores, sive mares, uxores, liberi, servi eorum. Ad hæc confirmat privilegia data centenariis & ducenariis, & subadjuvis, *l. 4. sup. & principibus agentium in rebus, l. ult. tit. seq.*

De Principibus agentium in rebus.

Tit. XXI.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Cynegio pp. Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus: atque ideo officiales tam ad necessitates publicas, quam privatas, non nisi principe mittantur auctore: nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum, etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit impertita. Causarum etiam patronos volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant, neve sub unius persooa sucepti fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertentent. Quod si fuerit definitio contempta: decem libras auri fisco nostro ab officio tuo jubemus inferri. Dat. Prid. Kal. Mart. cp. Honorio nb. p. et Eusebio Coss.

Agentes in rebus post continuæ militiæ tempus veluti pro præmio laboris, exacti fiunt principes agentium in rebus, *l. 13. & 16. C. Th. de agen. in reb.* Cassiodorus XI. *Cur agentium* inquit, *in rebus miles officii post tot laboris incerta aliquid patiatur ambiguum, qui crebris actionibus excubando, ideo principis nomen habere promeruit, quia militiæ sacramentis cæteros antecellit.* Quæ vulgo expressius typis Cassiodorus non ita habet. Nemo officialium illis inconsultis in munus aliquod mittitur, nulla exhibitio personarum, nulla intercessio mandatur. Intercessio, id est, executio *l. 8. sup. de off. rec. prov. l. 7. sup. quæ pig. obl.* etiamsi ea executio peregre facienda non sit, sed eo loci quo ipse officialis degit. At possunt advocati executione, officialis, licet ignorante principe facta, postulationem introducere. Idcirco & hoc quoque advocatis nominatim interdicitur, & ne unius suscepti specie alienas causas introducant. Susceptum dicit proprie, ut Augustinus in quæst. mistis: *Hoc est officium advocati ut secundum juris ordinem suscepti sui causam peroret.* Sic & quemlibet clientem vocari diximus tit. 54. lib. XI. Videntur ex schola agentium in rebus isti principes constituti officiorum præf. prætorio, & urbi & vicariorum & proc. Africæ & Achajæ & Comitis Orientis & Ægypti & præf. Augustalis & ducum quorumdam, quod & Mariaous docet, dicens plerumque eos ex ducenariis sumi & exire cum insignibus principatus, & *l. 9. C. Th. eod. tit. Principes*, inquit, *qui de agentium in rebus numero ad gubernanda officia diriguntur*: & Cassiodorus supradicto loco de principe loquitur officii prætorianæ sedis, & *Nov. Th. de princ. agen. in rebus* quam habemus, in qua ita est: *Ut inconsulto principe qui ex schola agentium in rebus ad obsequia præfecturæ prætorianæ post infinita discrimina & consumpta ætatis parte meliore pervenit, primores designati officii nihil usurpent, neque præfectianus aliquis suæ præsumat militiæ sacramenta, neque matriculis eximatur præter ejus conscientiam atque consensum, ita ut eadem matricula officii prætoriani in principis potestate consistat.*

II. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Theodoto p. v. Omnia citatoria omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriæ dignitatis, ad principes specialiter revocari præcipimus: actus vero cæteros, qui à sacratissimo cœtu senatus tractari consueverunt, censualium sollicitudine celebrari, nec aliquod præjudicium ex subreptitio rescripto supplicibus inferri. Dat. XII. Kal. Jun. cp. Olybrio, et Probino Coss.

Ut etiam senatores omnibus in causis citentur in judicium per principes officii præf. urbi. Actus vero senatus ut conficiantur à censualibus. Capitolinus in Gordianis: s.c. *tacitum fieret, ita ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent, senatores exciperent, senatores omnium officia censualium scribarumque complerent.* De censualibus diximus in *tit. de tabul. sup.* Eos fuisse in officio præf. urbi Marianus auctor est.

III. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Palladio Proc. Africae. Proconsularis apicis dignitatis adjectione principes agentium in rebus præcipimus decorari. Dat. VII. Kal. Oct. Rav. Varana cv. Cos.

Principes agentium in rebus æquantur proconsulibus, A sicut & Comites consistoriani quibus etiam in litibus exercendis eadem privilegia competunt, quæ principibus. Pro Palladio, quidam Codices habent Arcadio.

IV. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Valerio Magistro Officiorum. Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamque probatam sibi existimant, etsi sæpe eodem officio fuerint ante perfuncti: & si quis agens in rebus post vigintiquinque annorum curricula ob adversam corporis valetudinem militiæ finem minime valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio B scholæ prosilierit: iisdem eum privilegiis muniri censemus, quibus hi qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus judicum consessibusque priores eos, qui per longæ militiæ metas ad principatus actum pervenerint, & si actus tempore posteriores sint, esse præcipimus: nihil censualibus, vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint versati, vicenarum librarum auri condemnatione contra eos proposita. Dat. IV. Kal. Feb. cp. Theod. A. XV. et qui fuerit Nuntiatus.

C

Ut principibus agentium in rebus liceat habere in suo officio domesticos, sicut præsidibus, ducibus, comitibus. Sed horum domestici completo actu, eundem repetere non possunt, *l. 5. & 6. de assess.* Principum domestici possunt. Ut eadem privilegia habeant principes honorarii post viginti quinque annorum militiam accepta testimoniali hanc dignitatem adepti, quam habent principes in actu positi, ita tamen ut ii in consessibus & salutationibus judicum illis præponantur, licet tempore posteriores sint.

V. Iidem AA. Cyro pp. Eos qui ordine transcursa militia, post ducenam ad desideratum principis pervenerint gradum, aut adjutores viri illustris magistri officiorum extiterint: cum inter D honoratos cœperint numerari: vicarianæ dignitatis titulis decorari censemus.

Ut ex ducenariis principes facti adjutores magistri officiorum, oneretur honore vicariorum, *cum inter honoratos*, inquit, *cœperint numerari*, id est, cum, veluti ex lege seq. completa militia & indepto principatu inter comites primi ordinis vacantes cœperint numerari. De adjutore magistri officiorum diximus in *l. 12. sup. de proximis sacror. scrin.* de eo quoque accipienda est *l. 1. sup. de off. mag. off.* in qua separata oratione legendum est, *adjutor præterea*: &c. Et ante eam de curagendariis sive curiosis promovendis, ita legendum ex Vet. *quos ordo militiæ vocat & labor*, ut in *l. 20. Cod. Th. de agent. in reb. Qui militiæ ordine ac labore decurso*, & *l. 4. C. Th. de curios. Quatenus labore atque ordine ad cursum regendum & ad curas agendas judicio scholæ & ordinis merito dirigamini*. E

VI. Iidem AA. Nomo Magistro Officiorum. Principes agentium in rebus, quos sæpe sæva pericula vitæque interdum renuntiatio ad memoratum gradum adduxit, completo tempore militiæ suæ comitivæ primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri, manentibus videlicet dudum præstitis salvis privilegiis decernimus.

De hac l. diximus lege præcedenti satis.

VII. Imp. Leo A. Nicostrato p. p. Quicunque ex corpore cohortalium militans in schola agentium in rebus filium procreavit antequam ad metas militiæ suæ perveniat, principatus honore decoretur, licet post finitam militiam, utpote liber nulla debeat hujusmodi conventione pulsari, filium tamen cohortali condicioni relinquat obnoxium. Si vero postquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium; is qui natus est, etiamsi in schola devotissimorum agentium in rebus militiam sortitus non fuerit, ita liber sit, ac securus, ut nec illis cohortalis officii nexibus obligetur, quasi jam ex parte libero, & ab hac condicione penitus alieno progenitus.

Impressi Codices habent, *& licet*: Scripti carent conjunctione illa. Videtur desiderari illo loco, *Et principatus honore decoretur*. Principatus honor defertur finita militia pro emerito. Igitur sententia legis hæc est, cohortalem militantem in schola agentium in rebus principatu cohortali condicione solvi, & filium quoque ab eo post principatum susceptum, non eum qui susceptus fuerit ante principatum. Idem in curiali hac constitutione cum fuisset expressum, Justinianus sustulit, cui magis placet militantes ad curiam revocari. Nam quod est in *l. ult. sup. de dec.* confirmat tantum libertatem eis qui ex jure antiquo ea potiti sunt, non quod in posterum velit Justinian. ista militia vel principatu curiales liberari.

VIII. Imp. Zeno A. Joanni Magistro Officiorum. Multi devotissimæ scholæ agentium in rebus aditionibus permoti, viros clarissimos ejusdem scholæ principes, qui finitis militiæ stipendiis exeunt, quoties ex majoris judicis sententiis ipsi, vel eorum conjuges, aut liberi, vel servi, aut coloni, sive per se, sive per procuratores conveniantur, non amplius quam unum solidum executoribus sportularum nomine præbere compelli: apparitoribus vicarianis, seu præsidialis judicii, non nisi tertia parte solidi tantum præstanda: nullasque iisdem concussiones, aut vexationes in præbendis fidejussoribus ingeri, sed eos fidejussores, quos locorum defensor æstimaverit, dare: ita videlicet, ut pro tenore generalium edictorum, hi, qui vel in sacratissima urbe, vel in provinciis immobiles possident facultates adjuratoriæ cautioni, & substantiæ suæ credantur. Hoc etiam adjiciendo, ut nunquam nisi ex sententia in scriptis prolata penitus moneantur. Ad similitudinem insuper aliorum officiorum, quoties civiles, vel criminales contra eosdem cognitiones moventur, executorem quidem negotii usque ad finem litis civilis, seu criminalis unius esse solidi præstatione contentum: & pro insinuandis nostræ serenitatis apicibus, vel simplici contra obnoxios eorum postulatione deponenda, binos solidos ab his, vel conjugibus eorum præberi, & quotiescunque exemplaria postulantur: hi quorum interest, accepto solido, quod petitur, præbere non differant: pro implendis vero monumentis, unde conveniendi tribuitur executoribus facultas, non ultra quam tres solidos, quibus competit, impertiri præcipimus: arbitris vero non amplius quam solidum, fisci patronis dimidiam solidi partem, notariis ve-

ro tertiam usque ad finem (sicut dictum est) causæ præstare: super editione quoque chartularum solidi partem dimidiam præbere. Quod si non apud arbitrum, sed in competentibus judiciis majoribus cognitio celebretur: inducendi quidem negotii gratia non nisi quatuor solidos eosdem viros clarissimos erogare, gestorum vero excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare, & nullius ultra supraseriptas quantitates cujuslibet alteri præstandi sumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, sive ipsis aliis litem ingerant, sive ab aliis pulsentur. Dat. Kal. Sept. Theodoraco Cos.

Hæc lex definit sportularum modum litigantibus principibus agentium in rebus, & ut ex scripto conveniantur, & fidejussores dent arbitrio defensoris locorum. De sportularum modo nolo singula persequi, Citatur hæc lex in *l. 2. sup. de com. consist.*

De Curiosis.

Tit. XXII.

I. Imp. Constantinus a. ad Lollianum p. p. Curiosi, & stationarii, vel quicunque funguntur hoc munere, crimina judicibus nuntianda meminerint, & sibi necessitatem probationis incumbere, nec citra periculum sui si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit: cessat ergo prava consuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. Dat. xi. Kal. Aug. Med. Acc. xii. Kal. Sept. Arbitione, et Lolliano Coss.

Curiosi qui & curagendarii dicuntur *l. 1. C. Th. eod. tit.* sunt ex agentibus in rebus, ut constat ex *l. 1. de off. mag. off.* & ex constitutionibus hujus tit. & nominatim *l. 2.* cavetur ut solis agentibus in rebus curæ publici cursus committantur, non officiis præfectorum prætorio vel vicariorum *l. 2. inf. de apparit. præf. prat.* Hæ sunt curiosorum præcipuæ curæ, ut non male Græci hunc tit. ita interpretati sunt, περὶ φροντιστῶν τοῦ δρόμου, & quidem solæ, ut tamen et missi per regiones, provincias, littora, portus, commonitoriis et mandatis instructi, à magistro officiorum in eos qui quid circa cursum publicum admiserint, diligenter inquirant, rem deferant sine inscriptione, ut quadam constitutione Græca *de custodia reorum* continetur, non tamen sine calumniæ pœna, ut hac lege cavetur, quæ etiam præhensionem eos non habere significat, et *l. 4.* nec vocationem. Alii erant curiosi cursus publici in comitatu, alii per diversas provincias, ut Mariani Scoti notitia declarat, qui à magistro officiorum dirigebantur, quandoquidem ex magisterianis erant, id est, agentibus in rebus. De stationariis dixi *l. 6. sup. tit. 1.*

II. Idem a. et Julianus Caesar ad Taurum. Agentes in rebus in curis agendis, & evectionibus publici cursus inspiciendi nostrorum memores præceptorum credimus in omnibus velle profutura reipublicæ: ideoque solos agentes in rebus in hoc genere jussimus obsequium adhibere, & non ab alio penitus officio: hi vero pervigili diligentia providebunt, ne quis citra evectionis auctoritatem moveat cursum, vel amplius postulet, quam concessit evectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentaverit improbi cœpti privetur effectu: demonstretur etiam judicibus, vel curiosis evectio, etiamsi quis nobis jubentibus festinare memoret in obsequium necessarium, nec prævaleat contumacia, vel dignitas. Ergo nummum vetamus exposci pro animalibus in cursu minime constitutis. Quod si forte aliquis existimaverit perpetrandum: ejus quadruplum, quod acceperit inferre cogatur. Dat. xv. Kal. Mai. Mediolani Constantino a. ix. et Juliano Caes. ii. Coss.

Curiosi mittuntur ex schola agentium in rebus, ut inspiciant evectiones sive συνθήματα cursus publici, & curent ne qui sine evectione currant, *l. 3. inf. de cursu pub.* vel supra modum evectionis, qui ut unius rhedæ copiam habet, ne flagitet duas, vel qui biretum habet, aut veredum, ne flagitet rhedam. Et ut ne à provincialibus nummum exigant pro animalibus eorum in cursu minime præbitis.

III. Idem a. ad Agentes in rebus. Per id tempus, quo cursus tuendi sollicitudinem sustinetis, condemnationes præfectorum præt. circa eos solos irritæ sunt futuræ, qui servaverint honestatem: erga eas vero, qui inhoneste, & contra decus seculi, vel honorem militiæ versabuntur, non solum condemnatio mensura est, verum etiam gravior pœna est statuenda. pp. Pr. Kal. Dec. Eusebio, et Hypatio Coss.

Præfecti prætorio coercitionem habent in curiosos qui in hoc officio inhoneste versantur.

IV. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Marcello Magistro Officiorum. Agentes in rebus singulos per singulas provincias mittendos esse censemus, quibus tamen inspiciendarum evectionum tantum debeat cura mandari, ut nihil prorsus commune, aut cum judicibus, aut cum provincialibus habeant: nec naves debebunt illicita concussione vexare, nec libellos, vel contestationes litis gratia suscipere, aut in carcerem quemquam trudere: sed cursui solum vacare. Dat. Kal. Jun. cp. Olybrio, et Probino Coss.

De hac dictum est satis *l. 1.* Quod ait, *nec naves* eo pertinet *l. 1. inf. de lit. custodia.*

De Palatinis sacrarum largitionum, & rerum privatarum.

Tit. XXIII.

Palatinorum nomen generale est. Eo continentur militantes in sacris scriniis & agentes in rebus, de quibus dictum est supra, & apparitores Comitum largitionum vel privatarum, de quibus hoc tit. agitur, & ministeriani, de quibus tit. seq. Generalem hanc significationem comprobat *l. 1. inf. de priv. eor. qui in sac. pal. mil.* Ambros. 5. Epist. *Palatina* inquit, *officia omnia, id est memoriales, agentes in rebus, apparitores diversorum Comitum.* Hic tit. ut jam dixi, est de apparitoribus Comitum, qui & largitionales aut privatiani dicuntur, & hoc sensu plurimum in constitutionibus palatini accipiuntur, ut *l. ult. sup. de locat. præd. civ. l. 1. sup. quib. ad cond. præd. fisc. l. 2. sup. de col. fund. fisc. l. ult. sup. de fide hast. fisc. l. 2. de pet. bon. sub.* & mul-

multis aliis, & sicut officium pro officialibus accipitur A sæpe, ita palatium pro palatinis. Ammian. *lib. 4. Tuas & palatii tui auferre jubeo propediem annonas*, & eodem libro, *Relicto palatio omni*.

I. Impp. Constantius, et Constans AA. ad Bronicianum vic. Asiae. Palatini pro capitibus, seu jugis suis taotum pensitationem, atque obsequia recognoscent, extraordinariis, & sordidis muneribus, & susceptionibus, & temonariis oneribus liberati. Dat. Non. Mai. cp. Constantio IV. et Constante III. AA. Coss.

Palatini excusantur ab extraordinariis & sordidis B muneribus.

II. Imppp. Valentin. Valens, et Gratianus AAA. Titiano com. s. l. Nullus thesaurensis, vel officialis Comitis thesaurorum semel deprehensus eversor, quocunque pacto, aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requitat per ambitum dignitatem, ut sese transferat ad aliam quamcunque militiam. Dat. VIII. Kal. Feb. Antiochiae Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.

Thesaurensem vocare videtur officialem Comitis sacr. larg. qui & Comes Thesaurorum dicitur. *Vel*, C igitur hoc loco est διασφακτικός. Si thesaurensis, id est apparitor Comitis sacrarum largitionum deprehendatur eversor tetum ad sacrum ærarium pertinentium, militia pellitur, & nec ad eam reverti, nec aliam ullam militiam sive dignitatem capessere potest.

III. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Pancratio c. s. p. Prisco jam nunc ordine revocato, de palatino potius officio ad gerendum principatum officii Comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales Comes etiam domorum, si inhonestum aliqui gesserit, vereatur. Idoneus itaque singulis annis è oumero mittendariorum ad hoc eligere debebis, & mittere. D Dat. pri. non. Jul. Scopis Ausonio, et Olybrio Coss.

De Comite domorum scripsimus tit. 5. hujus libri. Hic habebat officium, & officii principem non ex schola agentium in rebus, sed ex officio Comitis rerum privatarum.

IV. Iidem AAA. Hesperio pp. Nihil omnino ullis judicibus cum palatinis nostræ clementiæ, quicunque à Comitibus diriguntur, sit commune, atque conjunctum: sed excepta reverentia, quæ non solum ab inferioribus, sed etiam à majoribus, & io provincia degentibus rectoribus E provinciarum debetur, atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet. Dat. VIII. Id. Decem. Sirmio Ausonio, et Olybrio Coss.

Ut palatini missi in provincias à Comitibus ærarii, suum munus exæquantur per se salva reverentia præsidum.

V. Iidem AAA. Nebridio c. s. p. Quidam post impletum ordioem militiæ palatinæ, quam gesserant honoremque transactum ad exceptorum scrioia transire nituntur. A Hac igitur lege saocimus, ut nulli prorsus dehinc ista adeundi relinquatur occasio: sed unusquisque ejus scrinii, quod primum militando elegit, ordinem persequatur, nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui jam proprii ordinis transegerit principatum. Dat. V. Id. Oct. cp. Merobaude II. et Saturnino Coss.

Varia sunt scrinia largitionum & rerum privatarum. Qui in uno militavit & fuit in eo primicerius sive princeps, postea ad illud transire & locum alii debitorum occupare non potest.

B VI. Iidem AAA. ad Probum pp. Ab officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum, ut nec ipsa post modum licitum sibi eredat iisdem aliquid injungere, & præterea provinciarum rectores prohibeat quidquam ulterius tale conari. Dat. VII. Kal. nov. Med. post cons. Merobaudis II. et Saturnini.

Ne præf. prætorio, ne præsides quidquam palatinis injungant. Hoc enim ad solos Comites spectat.

VII. Iidem AAA. Trifolio c. s. l. Scriniis omnibus largitionum comitatensium infrascriptas decernimus dignitates, ut his contenti, C ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiam si speciale beoeficium emendicato suffragio quisquam voluerit impetrare: annonas etiam juxta definitum digoitatum modum volumus præstari, nec amplius quidquam præsumi. Brevis, quas dignitates, per singula scrinia officium sacrarum largitionum habere statutum est. Scrinii exceptorum perfectissimus ordinis secundi numero unus, id est, primicerius exceptorum unus: ducenarii duo, id est, tertiocerius, & quartocerius, centenarius uous, id est, primicerius instrumentorum: epistolares numero duo: formæ primæ oumero trigintasex: formæ secundæ numero D quatuor: formæ tertiæ oumero tres. Scrinii numerorum perfectissimus ordinis tertii oumero unus: ducenarius numero unus: centenarii oumero duo. Epistolares numero duo: formæ primæ numero tres: formæ secundæ numero unus: formæ tertiæ numero duo. Sacri scrinii tabulariorum perfectissimus ordinis tertii numero uous: ducenarius numero unus: ceotenarius oumero unus: epistolaris numero unus: formæ primæ numero tres: formæ secundæ numero quinque. Scrinii canonum perfectissimus ordinis tertii numero unus. ducenarius numero unus: centenarius numero unus: epistolares numero duo: formæ primæ oumero quatuor: E formæ secundæ numero quatuor. Scrinii mittendariorum ducenarius numero unus: centenarii numero duo: epistolares numero octo: formæ primæ numero septem: formæ secundæ numero triginta tres. Scrinii aureæ massæ perfectissimi ordinis tertii numero uous, id est, primicerius sacræ massæ, numero unus: item secundocerius numero unus: decenarii numero duo, id est, tertiocerius, & quartocerius: ceotenarii numero sex: epistolares numero quatuor. Aurifices specierum perfectissimus numero unus: ducenarii oumero quatuor; centenarii numero sex: epistolares numero octo; for-

formæ primæ numero XVII. formæ secundæ numero quatuor. Aurifices solidorum ducenarii numero unus : centenarii numero octo : epistolares numero sex : formæ primæ numero novem: formæ secundæ numero triginta . Sculptores, & cæteri aurifices centenarii numero unus : epistolares numero quinque : formæ primæ numero sex : formæ secundæ numero decem, & octo. Scrinii auri ad responsum perfectissimi ordinis primi numero unus : perfectissimi ordinis secundi numero duo; ducenarius numero unus ; centenari numero duo; epistolares numero tres ; formæ primæ numero quatuor;formæ secundæ numero duo;formæ tertiæ numero unus. Scrinii à miliarensibus perfectissimus ordinis primi numero unus ; ducenarius numero unus ; formæ primæ numero unus;formæ secundæ numero duo; formæ tertiæ numero tres. Scrinii vestis perfectissimus ordinis tertii numero unus: perfectissimus ordinis secundi numero unus : ducenarii numero unus;centenarii numero unus:epistolares numero duo : formæ primæ numero septem : formæ secundæ numero decem , formæ tertiæ numero quatuor. Officialium sacrarum vestium ducenarii numero tres : centenarii numero tres: epistolares numero duo : formæ primæ numero duodecim: formæ secundæ numero decem : formæ tertiæ numero octo. Deputati sacræ vestis perfectiss. secundi ordinis numero duo: ducenarii numero duo: centenarii numero duo : epistolares numero duo : formæ primæ numero tres : Scrinii ab argento perfectissimi ordinis secundi numero unus : epistolares numero unus : formæ primæ numero sex : formæ secundæ numero tres : formæ tertiæ numero unus. Scrinii à pecuniis perfectissimus ordinis secundi numero unus : formæ primæ numero unus; formæ secundæ numero duo ; formæ tertiæ numero quinque . Argentarii comitatenses ducenarii numero unus ; centenari numero duo ; epistolares numero tres ; formæ primæ numero octo ; formæ secundæ numero viginti quinque ; Barbaricarii centenarii numero duo ; epistolares numero quinque ; formæ primæ numero octo ; formæ secundæ numero unus. DAT. IV. ID. JUN. HERACLEÆ RICOMARE, ET CLEARCHO COSS.

Scrinia sacrarum largitionum hæc sunt, exceptorum, *l. 5. sup. canonum*, *l. 10. sup. de muril.* Tabulariorum, *l. ult. sup. de vest. holov.* numerorum, sive numerariorum : mittendariorum aureæ Massæ, auri ad responsum, à miliarensibus, vestiarii sacri, ab argento, à pecuniis Officiorum in eis scriniis dignitates & gradus quibus strenæ debentur & vestes, & annonæ, hi primicerii, ducenarii, centenarii, epistolares vel epistolarii, ut C. Th. & Salian. 5. de providentia : *Veniunt plerunque novi nuntii, novi epistolarii à summis potestatibus missi, novarum epistolarum*. Sunt & alii gradus, qui dicuntur formæ primæ, secundæ, tertiæ, ut & inter ministeriales, *l. 2. inf. de castren.* Numerum singulorum notitia hujus legis declarat, quam misere depravatam emendavi ut potui locis quam plurimis. Ubi erat scriptum, *scriniarii ad militem*, vetus habebat, *ad militem*, Emendavi ex notitia Mariani, *scrinii à miliarensibus*. Miliarenses nummorum genus est, qui erogabantur militibus. *Nov. 105.* Epiph. *τὸ ἀργύριον τοῦτο ἐστιν ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρήσιον καλοῦσιν ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα*. Idem & Cedrinus scripsit. Ubi erat scriptum *per formam*, emendavi, *perfectissimus*, *vel perfectissimi*, & alia multa. Rerum autem privatarum scrinia quatuor sunt, beneficiorum, rationum, securitatum, largitionum privatarum. Quod non tantum notitia Romani imperii comprobat, sed & *lex. ult. C. Th. eod. tit.* in qua ita est. *Tam primicerius officii privatarum, quam alii quatuor reliquorum primicerii scriniorum*.

VIII. IIDEM AAA. TRIFOLIO C. S. L. Placuit justa, & omnibus mittendariis Palatini officii profutura suggestio, quam insinuasti, ut ex iisdem annis singulis ducenarii tantum, & centenarii habito provisionis intuitu cingulo liberentur. DAT. IV. ID. MAR. CP. ARCADIO A. I. ET BAUTONE V. C. COSS.

Hæc quoque lex valde corrupta est. Legendum, *Placuit justa & omnibus mittendariis palatini officii profutura suggestio, qua insinuasti, ut ex iisdem annui singuli, ex ducenariis terni, ex centenariis habito provisionis intuitu cingulo liberentur*. Fuit in officio Palatino mittendariorum certus numerus, *l. 3. sup.* qui soli usu exigente mittebantur in provincias jussu Comitum. Ex eis singuli quotannis cingulo liberantur. Et sequentes in eorum locum succedunt, ex ducenariis terni, ex centenariis habito provisionis intuitu.

IX. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. NEBRIDIO COM. R. P. Non aliter quilibet in officio sacrarum largitionum, vel privatarum cingulum militiæ sibi sumendum existimet, nisi nostræ mansuetudinis adnotationem meruerit. DAT. PRID. ID. AUG. ANCYRÆ, STILICHONE II. ET ANTHEMIO COSS.

Ne quis palatinorum cœtui societur sine adnotatione principis.

X. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. JOANNI PP. Palatinos, qui sacrarum remunerationum rationem tractantes inculpatim ad calcem terminumque militiæ pervenerint, necnon etiam adjutorem, & primicerios diversorum officiorum, præcipimus habere privilegia, quæ nuper agentium in rebus scholæ nostra sunt mansuetudine contributa, scilicet ut à tyronum præbitione memorati reddantur exsortes, cæteraque onera non agnoscant. DAT. VII. ID. JUN. RAV. POST CONS. HONORII IX. ET THEODOSII V. AA.

Ut palatini sacrarum largitionum completa militia; & primicerii scriniorum, de quibus *l. 7. sup.* & adjutor officii palatini, qui scilicet matriculam tractat, *l. 16. & 17. C. Th. eod. tit.* à tyronum collatione excusentur. Quod & scholæ agentium in rebus datum ajunt, nec tamen est supra relatum. Verum de eo in C. Th. est *l. 13. de agent. in reb. & inf. de priv. eo. qui in sac. pal. mil. l. 2.* ait, *Cætera onera*. Additur in C. Th. *quæ antea ad dignitatis dispendium sustinebant*.

XI. IIDEM AA. ANYSIO C. S. L. ET TAURO C. R. P. Ad similitudinem sanctionis, quam de proximis sacrorum promulgavimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum, atque privatarum pro biennio annum sub perpetua observatione præcipimus custodiri : ita ut & privilegia, quæ hujusmodi officiis, vel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra illibataque serventur. DAT.

III.

iii. Kal. Jul. et. Theodosso a. vii. et Palladso Coss.

Ut primicerii officiorum & scriniorum palatinorum sint annui, exemplo proximorum sacrorum scriniorum, *l. 6. sup. de prox. sac. scr.* Biennales erant ex *l. 14. C. Th. eod. tit.*

XII. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Maximo c. s. l. Viros devotos Palatinos non oportet in hac regia urbe apud virum illustrem Præfectum urbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorum, & servitutibus, & annonis orta videatur causa: in aliis vero causis, tam pecuniariis, quam criminalibus, apud viros illustres tantummodo Comites suos responderе. Rectoribus autem provinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes Palatinos, nec causis publicis occupatos cognoscere, tam pro civili, quam pro criminali causa permittimus, sic tamen ut non aliter criminalis sententia adversus eos proferatur, nisi ex suggestione provincialis judicii vir illustris Comes, sub quo militat, certioratus hoc ei permiserit.

Ut palatini in litibus non respondeant præfecto urbi, exceptis casibus certis, de quibus diximus *l. 12. sup. de prox. sacr. scr.* sed Comitibus, in urbe scilicet. Nam in provinciis ordinarium judicem agnoscunt, nisi si qua publica sollicitudo eis injuncta sit, ut etiam in causa agentium in rebus excipitur, *l. 4. sup. de agent. in reb.* Sed neque provincialis magistratus criminalem sententiam dicere in eos potest inconsultis Comitibus.

XIII. Iidem aa. Eudoxio c. s. l. Inter alias prærogativas, quas ante meruerant scholæ societatis sacrarum largitionum, primicerius, & tres primicerii scriniorum tribuni militaris prætoriani dignitate fruantur: nulla eis ex cujuslibet judicis præceptione injungenda publica, vel privata necessitate.

Ut ex officio sacrarum largitionum primicerius totius officii, & tres primicerii scriniorum, tribuni prætoriani militaris dignitate fruantur, ita ut & civilium & militarium judicum indictionibus immunes sint. Sic *l. 4. inf. de appar. mag. mil.* Ait, *Societatis* malim, *Sociati*. Ait, *Tres*: Atquin plures Marianus ponit, & *l. 7. sup.* Vel desierunt esse plures, vel ex pluribus quinam hi tres sint divinare non possumus. Idemque de primiceriis scriniorum rerum privatarum dicendum, qui & primates dicuntur *l. seq.* & primi scrinii à Mariano: quos fuisse quatuor ostendimus *l. 7.* At *l. seq.* tribus duntaxat eadem privilegia tribuit.

XIV. Iidem aa. Floaentso pp. Jubemus viros devotos Palatinos rei nostri numinis privatæ eisdem privilegiis decorari, quibus etiam Palatini, qui in sacris largitionibus deferuntur: cum enim par similisque militia sit, justum & competens videtur, iisdem utrumque officium privilegiis gloriari. Primicerios itaque officii tresque primates scriniorum rerum privatarum finito tempore militiæ inter tribunos militares prætorianos, salvis iisdem præstitis privilegiis sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus: ita tamen ut nullam injunctionem, nullam sollicitudinem privati, vel publici negotii quolibet judiciario præcepto sustinere possint; sed excepta omni necessitate, omnique fatigatione indeptæ dignitatis honore potiantur.

Eadem hæc Constitutio dat scholæ privatarum, quæ superior scholæ thesaurorum.

De Stratoribus.

Tit. XXIV.

I. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Zosimum Praesidem novae Epsri. Per omnes provincias edictum generale misimus, ut ab stratoribus unus tantum solidus probæ nomine posceretur, & in offerendis equis certam formam, staturam & ætatem provinciales nostri custodiendam esse cognoscerent, quos etiam fisco certo modo solidorum obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdictum est, illi dare stratoribus non timerent. Officium quoque gravitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, non illico eam severitati judiciariæ prodiderit. Dat. xiii. Kal. Jul. Apolsoniae Valentinsano, et Valente aa. Coss.

Nihil refert stratores dixeris an statores: hi erant in officio præsidum aut proconsulum. Eis dabantur nonnunquam rei custodiendi, ut quemadmodum in Cypriani vita scriptum est: *Ductus & susceptus est Cyprianus custodiendus ab stratore sive statore officii proconsulis*. At proprium horum munus est equum freno tenere, & conscendendi magistratui opem ferre. Non utar auctoritate donationis Constantini, sed aliorum. Spartianus in Caracalla: *Cum illum iniquum strator ejus levaret*. Paulus Diaconus de gestis Lang. *Equus quamvis hinc inde a stratore verberibus cæsus non poterat elevari.* Item equos militares probare, qui à provincialibus conferuntur, ut hæc lex indicat, & Marcellinus 29. his verbis: *Constantinus strator paucos militares equos ex his ausus mutare, ad quos probandos missus est in Sardiniam*. Et probæ nomine hæc lex statuit à provincialibus stratoribus unum tantum solidum dari, nihil præterea. Perperam antea legebatur, *proprio nomine*, sicut paulo post, *statutam æqualem*, pro *staturam & ætatem*. Hoc probæ nomine usus etiam est Marcellinus in fine libri xxi.

De Castrensianis, & ministerianis.

Tit. XXV.

Castrensiani sunt ministeriani aulici qui sacro ministerio deputati sunt, ut ait *l. 4.* veluti prægustatores, pincernæ, vestitores, pistores, pædagogia sive prædagogiani pueri, ut Marcellinus lib. xxvi. describit tunica auro distincta induti à calce in pubem, purpureis operti tegminibus pedum, quos & lib. xxx. refert in venatione disponi ad canes retinendos, Gallice, *paiges*. Castrenses ministri appellantur à Lampridio in Alexand. De iis Tertul. de corona militis: *Est etiam*, inquit, *alia militia regiarum familiarum, nam & castrenses appellantur*. Hi erant sub dispositione viri spectabilis castrensis sacri palatii, ut diximus tit. v. *sup.*

I. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Narsi viro spectabili, comiti et castrensi, s. p. In officio spectabilitatis

tuæ

tuæ secundum formam divalium responsorum post completum tempus præfinitum, id est, biennium, prioribus discedentibus, insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorumque succedant: nec ulla licentia tribuatur his, qui impletum deposuerunt officium, denuo ad eandem militiam, vel sollicitudinem remeandi. Dat. vi. Id. Febr. cp. Theodosio A. vii. et qui fuerit nuntiatus.

Castrensis sacri palatii officium habuit, ut Marianus Scotus in notitia docet. In eo qui biennio militaverunt superiore gradu, eam deinde militiam deponunt, & sequentibus locum faciunt, nec rursus ad eandem militiam reverti possunt, ut & de palatinis constitutum est *l. 5. sup. de pal. sacr. larg.*

II. Idem AA. Scholastico v. s. comiti, et castrensi s. p. Si quis primæ, vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cœlitus valuerit impetrare: supernumerarius ultimus formæ tertiæ in matriculis habeatur. Dat. Prid. Id. Jan. cp. Honorio xiii. et Theodosio x. A. Coss.

Ut inter largitionales *l. 7. sup. de palatin.* ita & inter castrentianos sive ministeriales certi sunt gradus primæ, secundæ, tertiæ formæ, & statuti alii, alii supernumerarii. Sed supernumerarii, qui primæ, aut secundæ, aut tertiæ formæ gradum beneficio principis obtinuerunt, ultimi in formam tertiam reiiciuntur, nec pleno principis beneficio fruuntur ex hac lege.

III. Impp. Leo, et Anthemius AA. Joanni comiti, et Magistro Officiorum. Hi qui in schola vestis sacræ militant, vel matres eorum, vel uxores, criminalem, vel civilem litem contra se movendam in nullo alio, nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine.

Ut ministeriani vestis sacræ jurisdictioni subjiciantur magistri officiorum. Nescio an ob id castrensiani à Suda magisleriani appellentur: ut ita legendum, μαγιστριανὸς, ὁ καστρήσιος, quod probo. Dicitur autem magister officiorum etiam Comes, in inscriptione hujus legis, ut *l. 3. inf. de cur. pub. & l. 10. C. Th. de curio.* & in inscriptione *l. 3. sup. de off. mag. off. & l. 1. tit. seq.* Sic etiam se vocat Ælius Amidenus medicus. Sic in Nerva quidam: ὁ πρωτεύτατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὀφφικίων ἄρχων.

IV. Impp. Leo, et Zeno AA. Mariano comiti, et Magistro Officiorum. Ante omnia nullius alterius judicis penitus minoris vel majoris sacro ministerio nostro deputatos, quorum officia sigillatim brevis subter annexus continet, nisi à tuæ duntaxat magnitudinis sententiis conveniri: ut in nullo penitus alterius judicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantummodo amplitudinis examine, præbeant aliquando responsum. Sed ne in hoc ipso judicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conveniantur facile judicis cujuscunque mandatis: ipsis quoque sportulis, & fidejussionibus modum constituimus observandum, ante omnia decernentes, nequando sine scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuæ magnitudinis, eademque notè edita conveniri possint: conventos vero non alium fidejussorem, nisi actuarium, vel unum ex primatibus suæ A scholæ executoribus pro responsione suæ personæ sine scripto præstare, sive per seipsum, sive per procuratorem datum in judicio responsuri sunt, & sive in causis civilibus appetantur, sive in criminalibus accusentur: nec ultra conventionis nomine sportularum, quam unum aureum executoribus usque ad finem litis præstent, quemcunque contigerit conveniri. Inducendorum sane nomine, & cognitionum exercendarum, standæque personæ gratia ex simplici postulatione contra eos habita, sive ex appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo in judicio deponatur: tribus tantummodo solidis usque ad terminum negotii eos, qui accepturi sunt, B præcipimus semper esse contentos. In cognitionalibus vero gestis edendis duos tantummodo præstari solidos. Hæc autem privilegia non in eorum tantummodo, sed in matrum quoque, & uxorum personis valere, & ad integrum permanere: filiis quoque & maritis easdem fidejussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi, nec alios vades exigi: ipsosque dum militant, & post emensam militiam cum his, qui ex tempore priori præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis ejusdem militiæ stipendia implesse noscuntur, omnibus privilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis sacris afflatibus divæ recordationis Martiani, quos se meruisse C afferunt, valituris: excepto hoc, quod in diversis judiciis tunc respondere præcepti sunt) hac sanctione decernimus. Advocato quoque fisci, exceptoribus etiam, qui apud arbitros hoc utuntur officio, ab exordio incipiendo usque ad terminum finemque negotii tertiam duntaxat partem solidi præbituros: in hujusmodi autem arbitrorum gestis edendis non ultra præstare, quam dimidiam solidi partem, & cum per provincias constitutus fidejussore conventus caruerit, adjuratoriæ tantummodo cautioni committi, nec ullo tempore, nisi ex tuæ duntaxat magnitudinis sententia conveniri: exceptis tributariis, & munerum functionibus, & cri- D minibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta constituunt: præsenti sanctione decernimus: viro clarissimo adjutore sublimitatis tuæ in speculis constituto, ne quid ex his, quæ statuimus, aliqua subreptione violetur.

Quod lex superior scholæ vestis, hæc dat omnibus ministerianis, ut sint sub jurisdictione magistri officiorum, exceptis criminalibus & tributariis causis: & ut non nisi ex scripto conveniantur, & conventi ut committantur fidei actuarii, vel unius ex prioribus ejusdem scholæ. Definit & modum sportularum. Cætera nolo persequi. Desideratur in fine legis notitia ministeriano- E rum. Desiderari etiam Constitutionem Græcam quidam Codices adnotatum habent.

De Decanis.

Tit. XXVI.

I. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Helioni comiti, et Magistro Officiorum. Quatuor qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum pervenerint, biennii spatio primiceriatus gerant offi-

officium; neque ulterius cuiquam liceat in hoc immorari: ut omni gratia, & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. Dat. Prid. Non. Nov. cp. Theodosio A. vii. et Palladio v. c. Coss.

Decanos esse ex ministerianis *l. 2.* probat, & notitia, *l. vii. inf. de div. off.* Et Ambros. v. Epist. *Quod de palatio*, inquit, *decanos misissent & vela suspenderent*. Et Corippus in Justino: *Acciti proceres omnes, scholaque palati. Turba decanorum, cursorum, in rebus agentum.* Cujus ministerii si aves scire, retro titulum de collegiatis quæras. Fuere in eo corpore primicerii quatuor biennales.

II. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Nomo Magistro Officiorum. Nostræ pietatis famulationibus adhærentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia protrahi judicia, sed viri illustris tantum magistri officiorum observare examen: hoc namque modo neque mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur, & agentibus adversus eos jure adhibetur responsum. Ad exemplum itaque devotissimorum scholarium, nulli licere memoratos ad aliud judicium trahere, & pulsatos fidei priorum scholæ permitti præcipimus.

Decani pertinent ad jurisdictionem magistri officiorum, & conventi primiceriorum scholæ fidei committuntur.

De Mensoribus.

Tit. XXVII.

I. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Æmiliano Magistro Officiorum. Primicerius mensorum biennio expleto agentis in rebus ultimi militiam sortiatur. Dat. x. Kal. Aug. Ancyrae, Stilichone, et Anthemio Coss.

Mensores etiam sunt ex ministerianis *l. ult. inf. de div. off.* De mensuris incertus auctor adjunctus libris de limitibus agrorum, mensores intelligens: *Ministeriales*, inquit, *Imperatorum putamus majores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse.* Iidem principi hospitia præparant, *l. 1. 2. 5. inf. de metatis.* Ex hoc corpore primicerius biennio completo inter agentes in rebus ultimo loco connumeratur.

De Privilegiis eorum, qui in sacro palatio militarunt.

Tit. XXVIII.

I. Imp. Constantinus A. Palatinis bene meritis s. A Palatinis tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia præbuerunt, quam illis qui in scriniis nostris, id est, memoriæ, epistolarum, libellorumque versati sunt, procul universas calumnias, sive nominationes jubemus esse submotas: idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis pervenire, atque immunes eos à cunctis muneribus sordidis, & personalibus permanere cum universis mobilibus, & mancipiis urbanis, nec injurias eis ab aliquibus inferri; ita ut qui hoc contempserit, indiscreta dignitate pœnas debitas exigatur. Dat. iv. Kal. Nov. Treveris Volusiano, et Anniano Coss.

His qui militarunt inter ministeriales & memoriales hæc constitutio excusationem dat à personalibus muneribus, & à patrimonialibus sordidis.

II. Idem A. ad Rufinum P. P. De cubiculis nostris vacatione donatos, vel diversis obsequiis palatinis, memoriales etiam, qui in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur, necnon & si qui in utroque officio palatinorum comitatensium singularumve urbium, & officio admissionum, & castrensis sacri palatii militant privilegia volumus habere, ut nec ipsi, nec filii, nec nepotes eorum ad honores, vel munera municipalia devocentur. Quibus omnibus condonamus, ne exactorum, vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant, vel obsequium temonariorum, vel pentaprotiæ, aut etiam tyronis præstationem agnoscant: nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut etiam censualibus, vel personalibus, vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant castrense peculium, sive adhuc palatium observent, sive optata quiete donati sunt: quibus omnibus privilegiis conjungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur esse subnixi. Dat. v. Kal. Mai Sirmio Constantino A. v. et Licinio Caes. Coss.

Hæc vero constitutio privilegia dat eisdem atque etiam excubicularıis & admissionalibus & agentibus in rebus, & iis qui in utroque officio, id est, largitionum & privatarum, palatinorum, comitensium singularumve urbium militant, largitiones sive largitionales & privatiani, alii fuerunt Comitatenses, qui scilicet in aula versabantur, *l. 7. de pal. sac. larg.* (sic & Theodoritus vocavit lib. iv. c. xxii.) alii in urbibus singulis, qui omnes palatinorum matriculis adtinentur, ut ait *l. 3. C. Th. eod. tit. l. 1. C. Th. de privil. app. mag. pot.* Privilegia hæc sunt, ne ipsi vel filii aut nepotes eorum ad honores & onera municipalia devocentur: ne tyronum exactionem sive præstationem agnoscant: quod unum idemque onus variis appellationibus hac lege significari ea comprobabunt: quæ diximus *l. 4. sup. de dignit.* maxime si ut scriptum in Cod. Theodosii in hac lege legatur *prototypiæ*, non *pentaprotiæ*, & quod turmarios vocat, à turmis tyronum, cogendis scilicet: & ut habeant castrense peculium: & ut ne personæ eorum aut servi professionibus censualibus inserantur: & ut vacationem habeant personalium munerum. Vacatio patrimonialium non datur nisi sordidorum. Ait, *licet militaribus*. Codex Theodos. *licet meritis militaribus*, id est, licet palatinis annumerandi non videantur, sed tamen ad eos quoque palatinorum nomen pertinere ostendimus in *tit. de pal. sac. larg.*

III. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Eutropio PP. Ex aula nostra decedentes viri ab omnibus injunctis habeantur immunes, numerariorum fastus, vel rapaces quæstus tanquam experientes, & idonei non patiantur. Dat. iii. Non. Febr. cp. Eucherio, et Syagrio vv. cc. Coss.

Ne

Ne quid oneris numerarii præf. prætorio iis qui in palatio militarunt, injungant tanquam idoneis rerumque peritis, id est, hoc colore quod ad onera idonei sint. A

IV. Impp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. Octaviano p. v. Omnes qui in palatio militando diversis actibus paruerint, in tantum ejus dignitatis, cujus meruerint missionem, obtinere noverint insignia: ut his omnibus præferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regendas provincias dignitatesque susceperint palatinas. Si quis autem temeraria usurpatione statuta violare tentaverit, sacrilegii pœnam sustineat. Dat. Prid. Non. Jul. Med. Acc. iv. Kal. Sept. Honorio nb. p. et Evodio Coss. B

Ut palatini soluti militia posterioribus præferantur, qui vel rexerunt provincias vel dignitates susceperint palatinas. Connumerantur ergo inter clarissimos. Quod est in subscriptione *Nobilissimo puero*, & occurrit in aliis frequenter, non erit alienum hoc loco admonere, eo significari Cæsaris, id est, designati successoris imperii dignitatem. Zonaras in Justino: *τὴν τοῦ νωβελλισίμου ἀξίαν τῷ Ἰουστινιανῷ ἐπιψηφιζόμενον*.

De Privilegiis scholarum. C

Tit. XXIX.

Scholares erant sub magistris officiorum, taxati in xi. scholis, *l. ult. sup. de loc.* Marianus Scotus x. recenset, quas setuli in *l. 1. sup. de annon. civil.* Undecima fuit fabricensium. Et sunt quasi supernumerarii milites, ut Sudas indicat in verbo *ὑπεράριθμοι*. Alii sunt milites sub magistris militum, alii fœderati sub phylarchis sive optionibus. Separantur scholares, veluti agentes in rebus, à palatinis, *l. 2. sup. tit. præced.* qui est de privilegiis palatinorum. Hic vero de privilegiis scholarium.

I. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Phlegrethio, comiti, et Magistro Officiorum. D Viris spectabilibus Comitibus scholarum verberandi regradandive senatores, ac ducenarios licentiam denegamus: ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam. Insuper etiam domesticos eorum, non senatores, vel ducenarios, centenariosve fieri decernimus: pœna quinque librarum auri plectendo, quisquis hanc divinam jussionem excesserit: scrinio vero barbariorum, si tale quid vel attentari passum fuerit, vel attentatum contra leges non suggesserit, decem librarum auri condemnatione percellendo. E Illud etiam observari non sine ratione convenit, ne is cui domestici officium per militiæ gradum, vel quinquennii tempus interdici censuimus, familiaritate Comitis simulata rem prohibitam alio nomine valeat usurpare. Dat. xvi. Kal. Apr. cp. Cyro v. c. Cos.

Hæc lex est de schola agentium in rebus, in qua suo titulo ostendimus has esse dignitates, senatorum, ducenariorum, centenariorum. Esse & Comites sive Tribunos scholarum, de quibus tit. xi. Id autem hac lege pro privilegio datur huic scholæ agentium in rebus, ne in senatores, & ducenarios Comites scholarum verberationem aut regradationem habeant, sed soli magistri officiorum. Quod repetitum est ex *l. 3. sup. de off. mag. off.* Et ne domestici Comitum scholarum, senatores vel ducenarii vel centenarii fiant. Et ne cui domestici officium interdictum est, fraudem huic interdictioni faciat. Interdictum autem est senatoribus, ducenariis, centenariis, domesticatus officium.

II. Impp. Leo, et Zeno aa. Eusebio Magistro Officiorum. Hac lege decernimus, ut qui in singulis scholis militant, quique post emensa stipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perveniunt, & adorata nostræ divinitatis purpura virorum clarissimorum Comitum meruerint dignitatem: tam cingulo, quam privilegiis omnibus sibimet competentibus perfruantur: ac deinceps usque ad finem vitæ foro tuæ celsitudinis tantummodo subjaceant, ne ex alterius cujuslibet sententia civile subire litigium compellantur. In criminalibus sane controversiis, & in publicis tributis, & adversus tales viros provincias moderantium congruam jurisdictionem volumus observari, ne sub prætextu concessi privilegii, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet utilitas.

Hæc lex est de omnibus scholis, ut subjaceant jurisdictioni magistri officiorum, & in criminalibus & tributariis causis etiam provinciæ præsidi.

III. Imp. Zeno a. Longino Magistro Officiorum. Quoties super causa civili, vel etiam criminali, ex sententia videlicet judicii tui culminis, scholares, vel eorum conjuges, sive adhuc vivent mariti, sive post mortem eorum in viduitate constitutæ sunt, matresve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non specialiter alterius judicis jurisdictioni subjectam conditionem sortiti sunt, & servi ad eos pertinentes conveniuntur: minime eos easve extranei fidejussoris exactione vexari, sed pro consuetudine vetustissima, & jugiter observata numerarium suæ scholæ fidejussorem præbere jubemus. Hoc videlicet observando, ut in criminalibus causis quinque alios primates ex triginta viris à primicerio usque ad tricesimum retro numerandis una cum numerario (volentes scilicet, & non recusantes) præbeant fidejussores, aut recusantibus quinque (sicut dictum est) viris extraneus in criminibus tantummodo publicis fidejussor una cum numerario præbeatur: ita ut executoribus non amplius ab his, quam unus solidus, sive per procuratores respondere maluerint, præbeatur. In subeundis autem cognitionalibus certaminibus, quoties causa fuerit arbitro delegata, pro contestatione litis unum solidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterum unum, & nihil amplius dari decernimus. Quod si causa in judicio tui culminis ab ipsa contestatione litis, vel relatione judicis, aut appellatione interposita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius, quam tres solidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus instrumentorum nomine, editionis quin etiam gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. Quoties sane apud viros clarissimos provinciarum moderatores, ex

ex delegatione scilicet sententiæ tuæ magnitudinis A contra viros fortissimos scholares, vel eorum conjuges, vel liberos, vel servos cognitio celebretur: non amplius, quam dimidiam partem consuetorum sumptuum præberi decernimus: hoc etiam adjiciendo, ut qui acceptis commeatibus ad provincias profecti fuerint, usque ad quinque mensium spatium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super civili videlicet negotio (exceptis criminibus, & tributariis functionibus) sustineant. Ne tamen ibi quoque post quinque scilicet commeatus menses ex sententia judicii tuæ magnitudinis conventi, in exigendis fidejussoribus aliquod sentiant detrimentum: adjutoriæ B eos cautioni jubemus committi. Quoties autem ex verbis, & sine ulla scriptis prolata sententia, iidem fortissimi scholares, vel eorum matres, seu conjuges (ut dictum est) aut liberi, aut servi moneantur: nihil pro ipsa executione sportularum nomine penitus eos, vel eorum matres, seu conjuges, aut liberos (secundum superius datam distinctionem) vel servos præbere decernimus. Sed si talis sit negotii vilitas, ut etiam sine scriptis, consentientibus videlicet partibus, super ea possit cognosci: expectato sine scriptis (sicut dictum est) habendæ cognitionis eventu, si deteriorem calculum reportaverint, sportularum nomine unum C tantummodo solidum executori præstabunt. Si vero causæ qualitas habendam in scriptis cognitionem flagitaverit: in hoc necesse est casu, interlocutione in scriptis proferenda, ea quæ superius de quantitate sportularum decidendarumque cognitionum disposita sunt, observari.

Hæc etiam lex pertinet ad omnes scholas, & est de fidejussoribus & sportulis dandis in litibus scholarium. Datur fidejussor numerarius scholæ sive actuarius, & in criminalibus causis quinque primates ex xxx. viris cum actuario. Actuarium vocat *Nov.* 117. quem hæc lex numerarium. De tempore commeatus quod ea cavetur, simile est *l. 9. sup. de prox. sac. scrin.* D

De Castrensi omnium palatinorum peculio.

T i t. XXX.

I. IMp. Constantinus A. ad Severum p. v. Omnes palatinos, quos edicti nostri jam dudum certa privilegia superfundunt, si quam rem, dum in palatio nostro morantur, vel parsimonia propria quæsierint, vel donis nostris fuerint consecuti, ut castrense peculium habere præcipimus. Quid enim tam ex castris est, quam quod nobis conscius, ac prope sub conspectibus nostris adquiritur? sed nec alieni sunt à pulvere, & labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui præsto sunt semper actibus, quos intentos eruditis studiis itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuere, peculia sua præcipua retineant, quæ dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (ut dictum est) proprio, aut donatione nostra quæsierint. pp. x. Kal. Jun. Constantino A. vi. et Constantio Caesare Coss.

L. 2. sup. de privil. eor. qui in sac. pal. mil. palatinis dat castrense peculium. Idem hac lege repetitur.

De Equestri dignitate.

T i t. XXXI.

I. IMpp. Valentinianus, et Valens AA. ad Mamertinum p. p. Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere jubemus. Dat. Prid. Kal. Nov. Philippopoli divo Joviano, et Varroniano Coss.

In urbe primus ordo est senatorum, secundus equitum, *l. cum te, sup. de nupt.* De his *l. 1. C. Th. de iis qui ven. ætat. impetr.*

De Perfectissimatus dignitate.

T i t. XXXII.

I. IMp. Constantinus A. ad Paternum Valerianum. Codicillis perfectissimatus fruentur, qui impetraverunt, si abhorreant à condicione servili, vel fisco, aut curiæ obnoxii non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicujus administraverint.

Hæc lex ostendit quales esse debent qui perfectissimi honorarium titulum à principe petunt. Perfectissimi dicuntur præses Arabiæ, *l. 4. C. Th. de pœnis*, & Dalmatiæ à Mariano, & magister census, *l. 30. sup. de episc. & cler.* & primicerii scriniorum, *l. 7. sup. de pal. sac. larg. l. 7. C. Th. de privil. eor. qui in sac. pal. mil.* & olim duces auctore Marcellino lib. xxi. Erat & Egregiatus quædam dignitas, *l. 1. C. Th. de murileg. l. 1. C. Th. de bon. cod.* Lactantius lib. v. cap. xv. *Nemo egregius nisi qui bonus & innocens fuerit: Nemo clarissimus nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit: Nemo perfectissimus nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.*

Qui militare possunt, vel non possunt, & de servis ad militiam, vel dignitatem aspirantibus, & ut nemo, vel duplici militia, vel dignitate, & militia simul utatur.

T i t. XXXIII.

I. IMpp. Severus, et Antoninus AA. Antonio suo Sal. Si militiæ nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi jus habent: non autem ignoratis eos, qui litis causa militiam appetierunt, postulantibus adversariis solvi sacramento solere. E

Militia solvitur qui litis causa nomen militiæ dedit salva existimatione, *l. 4. §. non omnis, & seq. ff. de re mil.* Sic edicto non juvatur qui litis causa cœpit Reip. causa abesse, *l. 5. ff. ex quib. caus. maj.*

II. Impp. Diocletianus, et Maximianus AA. Valerio militi. Non tantum decurionum filiis, sed omnibus in fraudem civilium mu-

munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodesse displicuit.

Ne quis militet in fraudem civilium munerum.

III. Imp. Arcadius, et Honorius aa. Pulcro Magistro Utriusque Militiæ. Cura pervigili observare debebit sublimitas tua, ne coloni, vel saltuenses, aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inviti.

Ne coloni aut saltuenses alieni militent.

IV. Imp. Leo a. Dioscoro. Omnes omnino curialis, vel cohortalis condicionis constituti, nullam armatam militiam in posterum arripiant.

Ne curiales aut cohortales militent.

V. Imp. Justinus a. Licinio Magistro Officiorum. Eis quidem, quibus indultum hactenus demonstratur, quo binis, aut ternis pluribusve mereantur cingulis, non conjunctis ex prisca consuetudine, sed abscectis, atque discrepantibus, detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quam deserendum cognoscant: ut in eo quod optaverint, firmiter maneant: eo quod dispexerint sine dubitatione repellantur. In posterum vero nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus, quam unius ordinis nomen affectare; interdicendis in commune cunctis (ut dictum est) binis pluribusve militiis, nec dignitatem conjungere cuilibet alii cingulo concedi; ut & qui supplicandum de re vetita nobis existimaverint, pœna decem librarum auri pro temeritate, quamvis infructuosa, plectantur; & qui susceperint jussionem augustam per subreptionem elicitam, quod nonnumquam contingit, decem librarum auri multa feriantur. Scriniis etiam necnon officiis, quorum hoc interest, si non restiterint, & hanc pragmaticam legem objecerint; decem librarum auri dispendio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur; sciant omnes, quod extra concessum admissum est, aut actum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile habeatur, ac si nec impetratum, nec pronunciatum omnino, nec insertum esser ullis matriculis. Scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis, sive civilibus administrandas provincias, seu regendos quoslibet numeros, vel jam etiam sunt, seu de cætero fuerint jussione nostra sortiti, ut servetur eis gradus augusta promeriti sanctione: parem indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint solicitudinem, aut in priore cingulo protinus persistendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam solicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem, quem adquisierint administrationis obtentu, verum priore cingulo desistendi. Monente tamen innata nobis clementia, liberum esse eunctis prospeximus, si militia, qua decedendum est, inter eas habeatur, quas volentibus licet distrahere, & in alios eam conferendi, & pretia consequendi, prout in eisdem agminibus consueverit hactenus. Excipiendis videlicet, nec deducendis in hanc perpetuo conservandam legem pragmaticam eis, qui binas militias simul compositas, & sociali nexas consortio fuerint adsecuti: ut viris dicatissimis scholaribus, atque candidatis fieri moris est, necnon viris devotis laterculensibus, & pragmaticariis, vel à secretis contingit, quos memorialium, aut etiam agentium in rebus adornat cingulus, & si qui simili stipendiorum conjunguntur copula.

Ne quis duplici militia, vel dignitate, & militia simul utatur: & qui duas habet militias, ut eligat quam retinere velit, alteram deponat. Similiter qui dignitatem veluti provinciæ administrationem, aut numerorum tribunatum, & militiam, ut sola dignitate solave militia contentus sit. Et ut qui duas habet militias, unam retinere, alteram vendere possit, si ex eis sit, quæ venditionis titulo in alium tranferri possunt: qualis est militia adjutorum quæstoris, ut diximus in *l. ult. sup. de prox. sacr. scrin.* & silentiariorum, ut diximus *l. ult. sup. de silentiariis*. Hæc igitur lex est non tantum de armata, sed & de civili militia. Ad extremum quoties duæ militiæ ex antiquo more unitæ, & conjunctæ sunt, ut eis quidem simul ut liceat, veluti scholaribus, & candidatis, & laterculensibus, & pragmaticariis, & à secretis. de quibus omnibus dictum est supra, qui & memoriales sunt, vel agentes in rebus: vide *l. ult.* Ut scholares, ita & candidatos pono inter milites, quos Vegetius candidatos duplares, vel simplares. In passione Faustini, & Jobitæ: *Tradidit hunc Sapricio primicerio scholæ candidatorum*. Hieron. in Hilarione: *Candidatus Constantii Imperatoris*. Procopius III. de bell. Got. ἦν δέ τις ἀνὴρ Βανδίλος μὲν γένος, δορυφόρος ἐκ τοῖς κανδιδάτοις καλουμένοις τελῶν ἔτυχε.

VI. Imp. Justinianus a. Mennæ p. p. Super servis, qui postea ad quandam militiam adspirare tentaverint, vel scientibus, vel ignorantibus dominis præcipimus, si quidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem judicem, & suam ignorantiam eo quod quod contrarium minime probatur ostendere, eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere. Sin vero scientibus his servi militaverint: cadere quidem eos non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus jure; illos vero ingenuos effectos, si quidem utiles ad militiam eis datam visi fuerint, in ea durare: sin vero minime idonei sint, ea privari. Super illis autem servis, qui jam militarunt, & adhuc in eadem militia perseverant, licentiam damus dominis intra triginta dierum spatium ab eo tempore connumerandum, quo præsens sanctio divulgata fuerit, vel nostram adire clementiam, vel competentes judices, & suam innocentiam commendare, eosque in suum dominium recipere, quo tempore transacto, simili modo tam dominio, quam omni patronatus jure cadere eos necesse est.

Servi qui militiæ nomen dederunt, domino ignoranti redduntur, *l. 2. inf. de tyron.* Scienti non redduntur, sed ingenui fiunt. Ignoranti revocandi jus perpetuo competit, ut ostendimus lib. de temporibus: quod in servo clerico, aut monacho secus est. Sed & hoc Leo correxit: ubi erat vulgo scriptum, *ignorantiam*, reposui, *innocentiam*, ut ex vet. & Græcis qui vertunt, ἀθωότητα.

VII. Idem a. Joanni p. p. Si quis servum suum

suum dignitatem habere, quemadmodum militiam, A fuerit passus: spolietur, & dominio servi, & jure quod pertinet ad patronos, cui enim ferendum est homines à nostra manu donationes accipientes adhuc inter servos haberi, & forte cum suis dominis nostram purpuram adorantes. In his itaque casibus, in quibus non militia, sed dignitas volentibus dominis servis adquiritur: eadem jura reserventur, quæ antea posita sunt, ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini ad exemplum prætetitæ nostræ constitutionis, quæ de hujusmodi servis loquitur, quod nisi hoc intra triginta dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifestaverint, & competentem judicem B adierint, & spoliare eos dignitatibus curaverint: dominium eorum, & jus patronatus amittant, nobis deliberantibus, postquam dominio servi fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati, si oporteat eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos spoliari.

Superior est de militia, hæc de dignitate: ut etiam per dignitatem servi domini patronique jure liberentur, Desideratur alia Constitutio Justiniani de duabus militiis non habendis, cujus sententiam proponam ex lib. 57. βασιλικῶν.

VIII. Ἡ διάταξις ἑλληνικὴ ἐπιβεβαιοῖ τὴν πρώτην διάταξιν τοῦ τίτ. τὴν λέγουσαν, μηδένα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο στρατείας ἔχειν, προστιθεῖσα ὅτι οὐδὲ ὀφείλει ὑπὸ στρατείας ἄλλας μετιέναι, καὶ τοῖς τριβούνοις νοταρίοις ἐγκαταλέγεσθαι: ἀπαιτεῖ δὲ ὑπομνημάτων πραττομένων ἕκαστον κατατίθεσθαι τί μᾶλλον ἐπιλέγεται τῶν στρατειῶν, ἢ τῶν ἀξιωμάτων, ὁρίζουσα χρόνον ὥστε τελεῖν μηνῶν μετὰ τὸ γνῶναι ταύτην τὴν διάταξιν, ὥστε ἐντὸς τούτου προσιέναι τὸν βουλόμενον ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τὴν οἰκείαν φανεροῦν προαίρεσιν: D εἰ δὲ συμβαίνῃ παραδραμεῖν τὸν χρόνον τοῦτον, κελεύει αὐτούς, εἰ μὲν στρατείας πολλὰς ἔχοιεν, μίαν καὶ μόνην ἔχειν: οὐδὲ στρατείαν καὶ ἐπιστολὰς τριβούνων νοταρίων μένειν μόνον τριβούνους: εἰ δὲ στρατείαν καὶ κόμητος ἀξίαν, τὴν μὲν στρατείαν ἀπολλύειν, τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος ἔχειν, μηδενὸς πραγματικοῦ τύπου παρὰ τὰ διηγορευμένα μέλλοντος ἰσχύειν: ἐὰν δέ τις στρατείαν ἔχων ἄρχων ἐπαρχίας γένηται, καὶ λάβῃ θεῖον τύπον περὶ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτῷ τὸν ἴδιον τόπον, κελεύει ἡ διάταξις τοῦτον τὸν τύπον ἰσχύειν, ἵνα ὁ μὲν στρατείας φυλάττηται τόπος, μηκέτι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῇ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὡς εἰκὸς E προσγενομένῳ αὐτοῖς ἀξιώματι: εἰ δέ τι τοιοῦτο ἐπιχειρήσωσιν ἑκάτερον τούτων ποιεῖν, καὶ δύο τυχὸν στρατείας ἀνέχεσθαι, ἑκατέρων ἐκπίπτουσιν: ὁρίζει δὲ πρόστιμον εἴκοσι λιτρῶν κατὰ τῶν παραβαινόντων, εἰ καὶ θεῖον τύπον ὡς εἰκὸς προσποριζομένων, καὶ ταύτῃ τῇ θείᾳ διατάξει ἐναντιουμένων, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν τὸν τοιοῦτον θεῖον τύπον προσδεχομένων.

Hæc Constitutio Græca confirmat primam constitutionem hujus tit. qua cavetur ne quis eodem tempore duas militias habeat; adjiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur: & exigit ut apud acta quisque deponat utrum malit dignitatem an militiam; Et in eam rem statuit tempus trium mensium, intra quos ex quo præsens constitutio promulgata fuerit, adeat quisque in urbe Comitem privatarum: in provinciis præsides, & suam voluntatem exponat. Quo tempore elapso, præcipit Constitutio ut si plures habeat militias, unam tantum retineat; si militiam, & epistolas tribunorum notariorum, tribunus tantum maneat; si militiam, & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatem Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente. Quod si quis militiam habens fiat præses provinciæ, & ut sibi gradus servetur à principe promeritus sit, jubet constitutio tunc gradum ei militiæ servari, nec uti eum dignitate ex provinciæ administratione conquisita. Quod si quidam utramque retinere studeant, & forte duplici militia utantur, utramque amittunt. Definit, & in eosdem pœnam viginti librarum, etiamsi sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præsides, qui eam susceperint.

Negotiatores ne militent.

T I T. XXXIV.

I. IMP. JUSTINIANUS A. MENNAE P. P. Eos, qui vel in hac alma urbe, vel in provinciis cuidam ergasterio præsunt, militare de cætero prohibemus: exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma urbe negotiantur: hos enim utpote utiles omnibus contractibus armata quidem militia penitus abstinere sancimus: aliam vero quamcumque sine metu præsentis sanctionis posse sibi adquirere. Si qui vero negotiatores, quos omni militia prohibuimus, jam militaverunt: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere, scientibus, quod si postea negotiantes appareant, militia privabuntur. Quod & in argenti distractoribus hujus almæ urbis, si armatam militiam jam sortiti sunt, tenere volumus, ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post hanc sanctionem hujusmodi militia privabuntur: illis qui ad armorum exstructionem suam per professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & hujusmodi negotiationem nihilominus retinere.

Negotiatores nec civilem, nec armatam militiam habere possunt, exceptis argentariis, qui civilem, ut edicto 9. & armorum negotiatoribus, qui fabricensium militiam adipisci possunt. Sidonius primo Epist. dum rerum omnium legem perverti significat: *Vigilant*, inquit, *fures dormiunt potestates, fœnerantur clerici, student pilæ senes, aleæ juvenes, armis eunuchi, negotiatores militant, milites negotiantur.* Beneficio tamen principis militare, & negotiari licet, *l. 1. sup. in quib. cau. mil. for. præs.* in qua legendum, *mercandi, & militandi*: quamvis eodem beneficio duplicem militiam, vel dignitatem, & militiam habere non licere supe-

superiore titulo demonstratum sit. Cætera in hac lege sunt apertissima. A

De re militari.

Tit. XXXV.

I. Imp. Antoninus A. Annaæ Militi. Stipendia, & donativa temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso restitutoque non jure desideras.

Dantur militibus stipendia sive annonæ, & donativa. Sudas, δωρεαὶ διδόμεναι, ἢ διδομένη παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς στρατιώταις. Et alio nomine augustatica apud Marcellinum Comitem in Chronico, & clavaria apud Cor. Tacitum lib. 19. à clavis caligaribus. His non expunguntur si capti sint ab hostibus, & redierint, *l. pen. ff. eod.* Sed si transfugerint ad hostes, licet militiæ restituti sint à principe, ejus temporis, quo apud hostes fuerunt, stipendia, & donativa non recipiunt: *l. 5. inf.* & ita hæc *l. 1.* accipienda est, cum dicat, *restituto*. Postliminium de captivis dicitur proprie, sed eo verbo abutitur, ut & *l. 2. C. Th. de repud.* B

II. Idem A. Militibus Cohortis Primae. Viginti stipendia si implestis, sordida munera militiæ vobis non indicentur. C

Qui in cohorte prima viginti annis militarunt, non solvuntur militia quasi emeriti, sed à sordidis militiæ muneribus excusantur.

III. Idem A. Juliano. Milites ignominia missi cum infamia notentur, nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt: habeant autem morandi, ubi velint potestatem præter quam in eis locis, in quibus specialiter arguentur.

Ignominia missi infames sunt, & honorum incapaces. Liberum commeatum habent *præterquam in eis*, inquit, *locis quibus specialiter arguentur*. Sic veteres. Lego, *arcentur*. Et ita Græci, χωρὶς τῶν ἰδικῶς ἀπηγορευμένων αὐτοῖς. Arcentur autem legibus specialiter à castris, ab urbe, à sacro comitatu. D

IV. Imp. Alexander A. Attico. Defunctorum in desertione bona confiscari divus Marcus, & Antoninus pater meus constituit.

Hoc pugnare videtur cum eo, quod scriptum est lib. 60. Βασιλικῶν tit. 56. λιποταξίας crimen morte extingui, nisi sic accipiatur, si reversi defuncti sint.

V. Imp. Gordianus A. Valentino, et aliis Militibus. Cum allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgentia nostra esse restitutum: non recte desideratis, ut id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra residuo militare debebit. Ideoque nec stipendia temporis, quo in desertione fuerit, exigere poterit. E

De hac diximus satis in *l. 1.* Adde *l. 10. & penul. ff. eodem.*

VI. Idem A. Buto militi. Semel causaria missis militibus, instauratio non solet concedi obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimittantur, nisi quos constet medicis denuntiantibus, & judice competente diligenter examinante, vitium contraxisse.

Non solvuntur militia milites ob adversam veletudinem, nisi denuntiarint archiatri perpetuo eos vitio laborare. Quamobrem ex hac causa dimissi non temere restituuntur.

VII. Idem A. Domno veterano. Frustra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare intercessit, existimationem tuam jam veterani læsisse videatur: maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personam notatos milites post jussionem placuerit esse famosos.

Condemnatus miles ex militari, vel paganico delicto, nec ex ea delicti causa dimissus, notatur nec tamen postea dimissus emeritis stipendiis pro infami habetur.

VIII. Imp. Philippus A. * Causaria missio nulla existimationis macula aspergitur.

Causaria missio non infamat, ignominiosa infamat, *l. 3. sup. l. ὁ τῶν ἄλλων, ff. de exc. tut.*

IX. Imp. Constantinus Augustus.* Si quis barbaris scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diviserit, vivus comburatur. Dat. IV. Kal. Mai. Sabino, et Rufino Coss.

Ut qui hostibus prædandi facultatem dederit, vel cum eis prædam diviserit, vivus exuratur.

X. Idem A. Titiano P. P. Quicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se venire meruerint: non amplius, quam conjugia, liberos, servos etiam de peculio castrensi emptos, nec adscriptos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. Dat. III. Kal. Jun. Limenio, et Catulino Coss.

Cum militi princeps concedit, ut suam familiam ducat, familiæ appellatione continentur conjux, liberi, servi castrensis peculii, non adscriptitii.

XI. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Cynegio P. P. Tribuni, vel milites nullam evagandi per possessiones habeant facultatem, cum signis propriis in mansionibus solitis: ac publicis maneant: aut si quis tam necessaria scita contempserit; de eo, ac tribuno ejus ad nostram scientiam rectorum, ac defensorum relationibus protinus referatur, quatenus severissime in eos animadvertatur. Dat. III. Id. Apr. CP. Richomere, et Clearcho Coss.

Ut tribuni, & milites à signis, & stationibus solitis non discedant: ut non aberrent per agros.

XII. Iidem AAA. Richomeri comiti, et Magistro utriusque militiae. Cum supra virentes fluminum ripas omnis legionum

num multitudo consistit : id provida auctoritate A decernimus, ut nullus omnino immundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat, neve abluendo equorum sudores deproperans publicos oculos nudatus incestet, sed procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum hoc ipsum faciat. Dat. vi. Kal. Jun. Vincentiae Tatiano, et Symmacho Coss.

Ut infra tentoria equis natetur fluvius, quoties in littore consistit exercitus.

XIII. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Romuliano P. V. Nemo miles ex B his, qui præsentes divino obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac esse urbe præsente comitatu concessi sunt, quive de aliis numeris, vel legionibus sunt, vel sibi vacet, vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. Qui autem in hujusmodi facinore fuerint convicti ; militia exuti pœnas consentaneas luere compellentur : hi vero, qui in privato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque librarum auri multæ nomine feriantur. Si vero quisquam missus à numero, vel à tribuno ad comitatum serenitatis nostræ pervenerit (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico se viris illustribus Comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet, & causas C perfectionis exponat, ut & responsum cœleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem. Si quos autem milites per provincias, relictis propriis numeris, passim vagari præsides earum cognorint : correptos faciant custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat, decernamus. Dat. Kal. Feb. cp. Honorio A. iv. et Eutychiano Coss.

Ne miles sibi vacet, vel aliena obsequia peragat sine nutu principis. Ne veniat in comitatum sine auctoritate tribuni, vel totius numeri. Missus à Tribuno, ut statim Comitibus, & magistris militum suæ D profectionis causas exponat. Ut vagi milites à prædibus corripiantur. Male legebatur, *correctos*. Emendavi, *correptos* : pro quo Græci συναρπασθέντας. Male, *diurno*, pro, *divino*.

XIV. Iidem AA. Stilichoni magistro militum. Contra publicam utilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur Comites, vel duces, quibus regendæ militiæ cura commissa est, non solum à comitatensibus, ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere, sed ne ipsis quidem, seu de comitatensibus legionibus, seu de E castris riparensibus castrensianis, cæterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam, nisi hoc augusta majestas publicæ utilitatis gratia fieri jusserit : quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire. Quod si qui contra fecerint : per singulos milites singulas auri libras à se noverint exigendas : Dat. xiv. Kal. Apr. Mediolani, Stilichone, et Aureliano Coss.

De hac scripsimus 1. Emend. cap. 25. & placet emendatio, nisi numeros pro vexillationibus accipias. Aliæ erant vexillationes Comitatenses, aliæ legiones Comitatenses.

XV. Imp. Leo A. Aspari mag. Militum. Milites, qui à republica armantur, & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ : nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur, sed frequentes in numero suo esse jubeat, ut armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quod si quis ex militaribus judicibus ullos militum, tam divinis, quam regiis, vel privatis domibus, ac possessionibus, diversisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos : sciat se ab eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. Dat. Prid. Non. Jul. cp. Leone A. Cos.

Conjungenda est *l.* 31. *sup. de loc.* Aperta autem, & vulgaris est sententia, & quantum memini à D. Paulo quodam loco relata, & vetustissima. Posthumium consularem damnatum Florus scribit, quod opera militum io agro suo usus esset. Ambros. 1. Off. *Is, qui Imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus.* Veget. lib. II. *Nec aliquibus militis instituti deputabantur obsequiis, nec privata iisdem negotia mandabantur : siquidem inncongruum videbatur Imperatori militem, qui veste, & annona publica pascebatur, utilitatibus vacare privatis.* Scripsimus aliquid hac de re *l. ult. sup. de fabricens.* Eodem pertinet *l.* 13. *sup. hoc tit. l.* 5. *sup. de agent. in reb. l.* 1. *sup. negot. ne mil.* Ait, *tam divinis, quam regiis.* Regias videtur vocare veluti regis Gothorum, aut Armeniorum.

XVI. Idem A. Dioscoro. Militares viros civiles curas arripere prohibemus · aut si aliquam hujusmodi sollicitudinem forte susceperint, & militia statim, & privilegiis omnibus denudari decernimus : formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obviam ire tentaverint.

Ne etiam civilia negotia mandentur militibus.

XVII. Imp. Zeno A. Marciano Magistro militum. Neminem in ullo numero equitum, vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus : consuetudine, quæ hactenus tenuit, antiquata ; quæ magisteriæ potestati, vel ducibus probatorias militum facere, vel militibus adjungere licentiam tribuebat : ut hi tantum in numeris, vel in limitibus militent, qui à nostra divinitate probatorias consequuntur. Viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, nec non & viros spectabiles duces, si supplere numeros pro his, qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putaverint : veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui & quanti, & in quo numero, vel limite debeant subrogari : ut ita demum prout nostræ sederit majestati, divina subnotatione subnixi, militiam sortiantur : officio, quod tuæ sublimitatis acti-

actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra sereoitas, fuerint violata. A

Militem fieri per probatoriam principis tantum, non per probatorias magistrorum militum vel ducum.

XVIII. Imp. Anastasius A. Joanni Magistro militum praesentalium.

Tam collatores, & provinciales, quam fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeque læsionem aliquam seu dispendium perpeti properantes, esse necessarium prospeximus, dicatissimos milites, qui de diversis præsentalibus oumeris per Orieotis partes oosceuntur consistere, virorum spectabilium ducum jussionibus obedire: ut quidquid emerserit, quod pro commuoi securitate curandum est, hoc protious, utpote militari præsidio in proximis locis coostituto, competens possit mereri remedium: ita videlicet ut etiam agentibus causas, tam crimioaliter, quam civiliter, præfati milites jam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis seu præceptionibus ejus, sed per interlocutiones seu dispositiooes tam excelsæ tuæ sedis, sub cujus jurisdictione consistunt, quam eorumdem ducum respoodeant. Eo scilicet observando, ut Adresponsum, qui de officio tuæ sublimitatis huc usque ad prædictam magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhæsurus mittatur, tam per se, quam per adjutores suos ejusdem judices observare, & jussiones eorum implere curaturus: licentia noo deneganda, & Adresponsum, qui de officio alterius viri excelsi magistri militum præsentalium pro hac nostra dispositione destinatur, in locis in quibus appariționis tuæ sublimitatis Adresponsum non contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maxime causis peragere, cujus etiam illi, qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem: ut non tantum per adjutores suos Adresponsum, sed etiam invicem se adjuvando, nec publicis, nec privatis causis, vel executionibus abesse videantur: ad singulos etenim duces Adresponsum de apparitiooibus vestris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatiooe damna contra milites nostros augeri contingat. Ut autem omnifariam tam publicæ commoditati, quam fortissimis prospiciatur militibus: sportularum nihilominus exactionem merito censuimus moderandam, & jubemus nec ipsis Adresponsum, nec adjutoribus eorum pro criminalibus seu civilibus causis, etiamsi ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur: licere aliquid plus, quam unum solidum à singulis, vel nolentibus, vel spontanea voluntate offerentibus suscipere militibus. Itaut si universitas oumeri, seu principiorum monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant: in his etenim causis nec plures, quam duos primates, quorum nomina semel ac primum gestis intervenientibus fuerint publicata, patimur conveniri: syndico videlicet, prout consuetudo deposcit, legibusque cautum est, ordinando. Hoc quoque adjecto, ut pro omnibus quibuslibet expensis faciendis ingressus in judicio duciano unum tantummodo solidum, nihilque amplius milites, vel syndici litigantes dependere compellantur: ut hujusmodi solatium ad commodum, Adresponsum, & ejus adjutorum, & exceptorum proficiat: nihil sibi usurpare, vel in suo nomine poscere: vel viris devotis principibus, qui ducianum observant judicium, vel ducianam apparitiooem de præfatis litibus concedendis. Ita videlicet, ut super litis expensis in personis etiam eorum, quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma servetur. Erit autem arbitrii atque æstimationis virorum spectabilium ducum pro qualitate negotiorum, vel quantitate, quæ devotissimis militibus ab adversariis eorum ingeritur, vel suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem dicatissimis priocipiis, seu arbitris in locis degentibus committere. Quibus viris spectabilibus ducibus, & eos observantibus Adresponsum, seu adjutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem duces milites accersiti fuerint, vel de locis, in quibus constituti sunt, moveri præceptis ne quolibet modo curiales, seu collatores quibusdam afficiantur dispendiis: ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis, quandocunque voluerint viri spectabiles duces etiam præseotales devotissimos milites adhibere, noo immodicam multitudioem eorum tempore pacis convocare procurent. Sin vero etiam necessitate poscente milites ad alia perveniant loca: læsionibus contra curiales, seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant: & si tam in eundo, quam in redeundo, triginta tantum dies oportet eos proficisci: ipsi suas expensas sibi præbendas, collatoribus seu curialibus minime prægravandis, suscipere non cessent. Sin autem ulteriore tempore in aliis locis necesse sit eos commorari: expensas eis ulterioris (ut dictum est) temporis, ad quæ pervenerint loca, ministrari. Quoniam vero comperimus quosdam temerario atque iniquo proposito anteriore tempore certos memoratis militibus tam in judicio sublimitatis tuæ, quam apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse, & eosdem eodem tempore ad diversa quoque protraxisse judicia, diversas quoque super iisdem personis, iisdemque causis, & negotiis prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantaque confusio querelis, quas cis ingeri contigerit, generetur: nemini licere apud sedem magnitudinis tuæ accusatione contra militem, seu milites præseotales deposita, eooventioneque oblata eundem, vel eosdem criminaliter, vel civiliter per jussiooem virorum spectabilium ducum inquietare, antequam negotium ex priore actione prioreque conventione finem legitimum sortiatur. Idemque versa vice observari, ut si quidem miles seu milites præsentales provisione viri spectabilis ducis incusati, ac moniti fuerint: incusatori liceotia denegetur agenti postulationem seu accusationem in judicio tuæ sublimitatis contra eundem militem, vel eosdem milites deponere. Nec si eundem vel eosdem, tam criminaliter, quam civiliter obnoxios esse firmaverit, facultatem eidem agenti superesse separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis judicium,

B C D E

cium, pro civilibus autem viri ſpectabilis ducis ſublimitatem ſcu verſa vice occupare. Sin quis vero ad hujuſmodi tam audaciſſimum tamque æquitati contrarium conamen proſilierit: cum pro pecuniariis quidem negotiis jactura litis, & damnorum, quæ vitio ejus contigerunt, ſolutione percelli: pro criminalibus autem quaſi calumniatorem convictum legum aculeos ſentire. Diſpoſitiones autem antelatas non ad imminuendam poteſtatem magiſteriæ per Orientem adminiſtrationis, ſed pro tuitione locorum, ac ſecuritate publica noſcimur præſtitiſſe: cum non dubium ſit, ipſos etiam duces, quibus fortiſſimi præſentales milites parere præcepti ſunt, ſub eadem excelſa poteſtate eſſe conſtitutos.

Marianus docet duos fuiſſe magiſtros militum præſentalium ſive in præſenti, comitatu ſcilicet. Qua forma Marcellinus Comes præſentale magiſterium dixit, & Arcadius Chariſius, qui fuit in noviſſimis Juriſconſultis, magiſtratus in præſenti, *l. ob carmen*, *§. 1. ff. de teſt.* Et unum magiſtrum militum per Orientem: unde quæritur, milites ex diverſis præſentalibus numeri, per Orientem conſtituti cujus juriſdictioni ſubſint, magiſtrorum militum præſentalium, an magiſtri militum per Orientem. Et olim quidem ſuberant magiſtro militum per Orienrem, ſed ſinguli magiſtri militum præſentalium certis quibuſdam quique locis ex ſuo officio, id eſt, ex apparitione ſua mittebant Adreſponſum, cujus interventu milites præſentales parebant magiſtro militum per Orientem. Adreſponſum, *ἀποκρισιάριον*, Græci interpretantur, ut *Novel. 25. & edicto* 8. quod ſcilicet vice magiſtri militum præſentalium reſponſa dabat: qua ratione legati hodie à pleriſque dicuntur *ἀποκρισιάριοι*, & reſponſales. Et inde nomen ſcrinio auri ad reſponſum, *l. 7. ſup. de palat. ſac. larg.* Habeat Adreſponſum ſive Apocriſiarius adjutores, & exceptores, ſed & ipſi Adreſponſum diverſis locis deſtinati mutua ſibi auxilia præſtabant. Hodie ex hac conſtitutione milites illi non magiſtri militum per Orientem, ſed magiſtri militum præſentalium, & ducum ſuorum juriſdictioni parent, licet ipſi duces ſint ſub magiſtro militum per Orientem. Quamobrem non magiſtro militum per Orientem hodie, ſed ducibus magiſtri militum præſentalium Adreſponſum mittunt, per quos juſſiones exequuntur, & mutuas promiſcuaſve invicem operas præſtant. Definit poſtea hæc lex modum ſportularum in judicio duciano. Et ut totus numerus, ſi qua ſit cauſa, quæ ad totum numerum pertineat, litiget per ſyndicum, & ſatis ſit conveniri duos numeri primates. Et ut dentur ſportulæ Adreſponſo, & adjutoribus ejus, non principibus officii duciani officiove duciano. Et ut duces per ſe cauſas militares diſceptent, vel delegent arbitris, aut principiis numerorum, in quibus ex priſca conſuetudine jus reddi ſolebat. Et ne vocati à ducibus milites ſumptibus curiales, vel collatores gravent, niſi ſicubi ultra dies xxx. morari eos neceſſe ſit. Et ne eodem tempore eadem de re milites illi conveniantur apud magiſtrum militum præſentalium, & duces, vel ne dividantur actiones.

De Caſtrenſi peculio militum, & præfectianorum.

TIT. XXXVI.

DE peculio præfectianorum eſt *l. ult.* Ita vero hunc tit. jamdudum emendavi lib. 2. Inſtitutionum *tit. de mil. teſt.*

I. IMP. ALEXANDER A. PRISCIANO.

Si in poteſtate tua filius tuus fuit eo tempore, quo quædam nomine ejus emiſti: ea tua eſſe non dubitatur. Peculio autem caſtrenſi cedunt res mobiles, quæ eunti in militiam à patre, vel à matre, aliiſve propinquis, vel amicis donatæ ſunt. Item quæ in caſtris per occaſionem militiæ quæruntur: in quibus ſunt etiam hereditates eorum, qui non alias noti eſſe potuerunt, niſi per militiæ occaſionem, etiamſi res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas, quamvis in militia delata ſit, ad peculium caſtrenſe non pertinet. In caſtrenſi vero peculio prædium donatum non eſſe conſtat: quamvis empta ex caſtrenſi peculio prædia ejus conditionis efficiantur.

Hereditas matris non eſt in caſtrenſi peculio. Hereditas commilitonis eſt in caſtrenſi peculio, quia occaſione militiæ acquiritur. Res mobilis donata proficiſcenti ad militiam, eſt in caſtrenſi peculio, non res immobilis. Res à patre empta nomine filiifa. militis, non eſt in caſtrenſi peculio. Empta prædia ex caſtrenſi peculio, caſtrenſia ſunt. Huc pertinet *l. ſi filius*, *ſup. fam. erc.* quæ ejuſdem eſt Imperatoris. Et in quibuſdam Codicibus hæc quoque ad eundem Antoninum ſcripta eſt, ſed Gallicus Codex habet, *Triſciano*.

II. IDEM A. FELICI. Filiusfamilias alienationem nullius rei ſine voluntate partis habet, niſi caſtrenſe peculium habeat.

Filiusfamilias non poteſt agere; vel alienare ſine voluntate patris niſi habeat caſtrenſe peculium, in quo habetur pro patrefamilias, *l. ult. §. filius*, *ſup. de bon. quæ lib. adq.*

III. IDEM A. FELICIANO MILITI. Errat qui tibi perſuaſit, quod nexu patriæ poteſtatis jure ſacramenti ſolutus es: manent enim nihilominus milites in poteſtate parentum, ſed peculium caſtrenſe proprium habenr, nec in eo ullum jus patris eſt.

Militia non ſolvit patriam poteſtatem, ſed caſtrenſe peculium filii proprium eſt pleno jure.

IV. IMP. GORDIANUS A. GALLO MILITI. Cum allegas te à fratre tuo eodemque commilitone in iiſdem caſtris inſtitutum heredem: ſucceſſionem ejus potius in caſtrenſi peculio tuo, quam patri tuo, cujus in poteſtate es, per te quæſitam videri rationis eſt: etenim peregrinationis labor ſociatus commilitiæ ejus, & obeundorum munerum conſortium affectioni fraternæ nonnihil addidiſſe, quinimo vice mutua cariores invicem ſibi reddidiſſe, credendum eſt.

Hereditas fratris commilitonis, qua commilitonis; non qua fratris æſtimatur. Et ideo patri per filium non acquiritur, *l. pen. in princ. ff. eod.*

V. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. ET CC. PHILOSTRATO. Intelligis filio, qui militavit defuncto, peculium ejus penes patrem remanſiſſe, non hereditatem patri quæſitam.

Peculium caſtrenſe mortuo filiofamilias patri acquiritur, non jure hereditario, ſed jure peculii. Rationem expoſui in tit. Inſtitutionum, per quas perſ. nob. adquir.

adquir. Et ideo licet furinsus sit pater, id jure pristinn A retinebit, quod tamen jure hereditario nancisci non possit.

VI. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Zoilo p.p. Jus castrensis peculii tam scriniarios, quam exceptores, cæterosque qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur, ac si in legione prima adjutrice nostra militent, inviolatum habere præcipimus.

Ut scriniarii, exceptores, & cæteri præfectiani habeant castrense peculium. Conjungenda est cum *l. ult. inf. de app. præf. præt.*

De Erogatione militaris annonæ.

Tit. XXXVII.

I. Imp. Constantinus a. et Julianus Cæs. Helpidio p.p. Repetita consuetudo monstravit expeditionis tempore buccellatum ac panem, vinum quoque atque acetum, sed & lardum, carnem vervecinam etiam, milites nostros ita solere percipere: in duobus diebus buccellatum, in tertio die panem: uno die vinum, alio die acetum: uno die lardum, biduo C carnem vervecinam. Dat. xvi. Kal. Jun. Hierapoli Constantino x. et Juliano Cæs. iii. Coss.

Ut expeditionis tempore biduo milites percipiant buccellatum, quæ expeditionalis annona dicitur, & à Græcis διπυρον & ξηρὸς ἄρτος, et παξιμάδιον, quam tamen vocem Latinam esse Sudas scribit: ea utitur Leo de re militari, & deducitur ab inventore Paxamo coco. Hieron. adversus Jovin.. *Elaboratas Aptii, & Paxami*. Tertio die, ut percipiant panem, uno vinum, altero poscam, uno laridum, biduo carnem vervecinam. Laridum militarem esse cibum Naziazenus in Athanasio: ὥσπερ κρεῶν ὑποδοχέα, οἷς τὸ στρατιωτικὸν τρέφεται. D

II. Imp. Jovianus a. Secundo p.p. Vicesimo non amplius lapide milites sibi jubemus paleas convectare. Dat. v. Kal. Oct. Ædesa Joviano, et Varroniano Coss.

In 20. quæque millia passuum capitum sive paleas militibus à provincialibus præstari.

III. Impp. Valentinianus, et Valens aa. ad Victorem Mag. Militum. Cœnaticorum nomine milites, & super his stantes nihil penitus à provincialibus accipere audeant. Sciant enim milites, quod oportet eos commoda E sua, quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non afficere. Dat. v. Kal. Jan. Bonamansione, divo Joviano, et Varroniano Coss.

Ne provinciales militibus conferant cœnatica, quod quasi pro cœna novum nomen expilandarum provinciarum causa excogitarant.

IV. Iidem aa. ad Antonium p.p. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias viciniotibus limitibus à provincialibus ordinabis ad castra conferri: sed in veteranis castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant, nec amplius, quam tertiam partem ipsi vehere cogantur. Dat. v. Nonas Mai. Marcianopoli Valentiniano n.p. et Victore Coss.

Proximi possessores sustinent onus conferendæ militibus limitaneis annonæ, *l. 6. sup. de ann. & trib.* Sed milites constituti in veteranis castris (*C. Th. vitoneris*, Græci *Βετρανοῖς*. Propria castrorum quorundam appellatio videtur esse) duas annonarum partes de conditis sumunt, tertiam sibi convehunt. Condita speciB erum erant in limitibus. Capitolinus in Gordianis: *Nulla erat civitas limitanea potior, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque hordeo, & palei condita non haberet.*

V. Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus aaa. ad Probum p.p. Actuarii, nisi expleto triginta dierum spatio pittacia authentica confestim tradiderint, species, quas ex fiscalibus conditis dissimulaverint excludere, vel numero cujus ratiocinia pertractant, supersederit erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis adigantur inC ferre. Dat. vi. Id. Apr. Sirmio Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Pittacia sunt rationes, & commentarii annonarum militarium. Eodem significantur etiam epistolæ, album, notoria. Susceptores annonarum, & capitum eas proferunt ex conditis, & erogant militibus, vel actuariis secundum pittacia authentica, quæ ab actuariis susceperint, *l. 11. & 13. C. Th. eod. tit.* Ea pittacia si actuarii celaverint, nec tradiderint expleto xxx. dierum spatio, atque ita fraudaverint milites annonis, de suo damnum sarcire coguntur. Actuarii numeri totius rationes tractant, & à Græcis appellantur: ὑπομνηματοφύλακες.

D VI. Iidem aa. ad Modestum p.p. Fortissimi ac devotissimi milites annonas, & capita singulis diebus, aut certe competenti tempore, id est, prius quam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam, ac si debitam studio voluerint protelare: id quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis vindicetur. Dat. prid. Non. Apr. Antiochiæ Gratiano a. iv. et Merobaude v.c. Coss.

Ut milites ex conditis annonas in dies singulos percipiant, vel intra annum: & qui in mora fuerint accipiendi, ut eas amittant.

VII. Imppp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaa. Rufino p.p. Nulli militarium pro his annonis, quæ in provinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata pretia liceat postulare: ita ut si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxaverit, neque id, quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere: neque id quod accipere dissimulaverit, consequatur. Dat. iii. Kal. Aug. c.p. Theodosio

DOSIO A. III. ET AVINOANTIO V. CARS. Coss.

Ne milites pro annnnis exigant pretia, vel si secus fecerint, ut tam annonas ammittant, quam pretia, puta si cum esset annus in vilitate oblatas species repudiarint, quoad alius annus esset in summa caritate, ac tum pretia ejus anni pro speciebus debitis exegerint: qua ex fraude merito lex censet eos utrumque amittere. Idem non fiet in privatorum debitis: nam vel annonæ præstabuntur, vel pretium quanti fuere, quo die solvi debuerunt, non quanti postea fuerint nata caritate, *l. vinum, ff. de reb. cred.*

VIII. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. HILARIO P.P. Provincialium commodis nos convenit subvenire. Ad omnium itaque numerorum, sive vexillationum, aut etiam scholarum tribunos, vel viros illustres comites sublimitas tua faciat pervenire: uti meminerint fœnum militibus justis capitibus præstandum, juxta legem Divi Valentiniani, nec tamen ad oppidum deferendum. DAT. XVI. KAL. JUL. ARCADIO IV. ET HONORIO III. AA. COSS.

Capita sunt fœnum, aut paleæ, ut diximus *l. 9. sup. de in fis.* Ea militibus non deferuntur à provincialibus, sed præstantur secundum modum quendam à Valentiniano definitum.

IX. IIDEM AA. EIDEM. Excellentia tua erogationis per susceptores factæ modum quantitate brevium conferri perficiat; ita ut quo die numeris datum sit diligentius exploretur: ac si quid amplius actuarios, vel optiones accepisse constiterit, quam brevium datorum scriniis nostris veritas continet memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eisdem erogasse monstraverint: nam ad illustres quoque viros magistros utriusque militiæ sacri apices cucurrerunt, quibus provida sanctione decrevimus, ut breves ante indictionis principum, summa fide, ac veritate confecti, ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos à susceptoribus erogatio celebretur. DAT. VIII. KAL. APR. CP. HONORIO A. IIII. ET EUTYCHIANO V.C. COSS.

Ut errogationis faciendæ pittacia sive breves conficiantur, & ante indictinnis principium ad sacra scrinia mittantur. Si quid amplius actuarii, vel optiones à susceptoribus acceperint, de eo, ut teneantur in duplum: susceptoribus culpæ nihil detur. De optionibus diximus saris, *l. 7. sup. de exact. trib.* Huic annonarum divisioni aderant actuarii, optinnes, & suscribendarii: scripta vero fuit hæc lex ad præfect. prætorio, ut Acc. notavit, & Græci.

X. IIDEM AA. EUTYCHIANO P.P. Jubemus per omnes provincias cunctis numeris, ac militibus à Novembri mense de novello vino annonam dari, quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio. DAT. X. KAL. JUN. HONORIO A. IV. ET EUTYCHIANO V.C. COSS.

Ut à Novembri mense militibus datur novum vinum, quod veteris divisio carior sit.

XI. IIDEM AA. PROVINCIALIBUS PROV. A PROCONSULARIS. Opinatoribus, id est, exactoribus militaris annonæ nullum sit cum provinciali commercium: ita ut à judicibus, vel officio provinciali omnis summa debiti postuletur: intra anni spatium conferenda. DAT. PRID. APR. MED. VINCENTIO, ET FRAVITTO COSS.

Opinatores non exigunt, sed imminent judicibus. Scripsi de hac re satis in *l. 7. sup. de exact. trib.* Provincia procousularis in inscriptione accipitur pro Africa, *l. ult. C. Theod. de tyr. l. 13. C. Th. de ind. deb.*

XII. IIDEM AA. ET THEODOSIUS A. ANTHEMIO P.P. Septem dierum, per quos resistentes B tribuni emolumenti gratia solemniter stellaturæ nomine consequuntur species, non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum vænialium destrahuntur. DAT. V. ID. APR. CP. ARCADIO A. VI. ET PROBO V.C. COSS.

Valde ad hanc legem pertinent Lampridii, & Spartiani locus, quem Alciatus adfert. Nam ex eis liquet tribunos à militibus stellaturas accepisse: quod etsi improbarint Alexander, & Niger, hæc lex non improbat. Consistebant stellaturæ in annonis dierum septem, aut earum pretio. Rem igitur tenemus: ratio nominis stellaturæ ignota est. Rem quoque ipsam clare demonstrat in Cod. Thendosii hæc Honorii, & Theodo- C sii Constitutio ad eundem Anthemium: *Si quas sub gratia donationis à militibus auferunt, quam merentur, annonas, duces, seu tribuni juxta nummaria defixa pretia sine ulla dubitatione percipiant*. Munera variis nominibus prætexuntur, alii sportulas voeant, alii eulogias, alii stellaturas, forsitan à mittendo. Resistentes autem in hac lege, id est, in præsenti constituti tribuni.

XIII. IMPPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ANTHEMIO P.P. Lege repetita censemus, ut si quis interclusam specierum exactionem refricare tentaverit, vel adærationes statutas ausus fuerit immutare, tam vir spectabilis dux centum librarum auri, quam ejus etiam officium D pari condemnationis summa quatiatur, adjecta sacrilegii pœna, quæ divalium scitorum violatores palam insequitur. DAT. X. KAL. APR. CP. HONORIO VIII. ET THEODOSIO III. AA. COSS.

Adæratio est taxatio pretii, Græci ἀπαργυρισμὸν vocant, ut *Nov. 43. & 130.* quoties pro annonis militibus pecunia datur, quæ ærariæ dicuntur annonæ *l. 14. & 15. inf.* ut æraria ratio Cicerni. Id vero jure fit: nec obstat *l. 7. sup.* si recte intelligatur. Semel autem pro annonis constituta adæratione, non jam annonæ ipsæ, sed pretia duntaxat præstari debent. Scio pertinuisse hanc legem ad Palæstinas, & ideo duci Palæstinæ, & officio ejus pœnam indicit si semel statutam E adærationem immutarint.

XIV. IIDEM AA. CONSTANTIO MAGISTRO MILITUM. His scholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus de ærariis annonis singulos solidos per opinatores, caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora præberi oportet: vel si quis eorum antequam accipiat, in fata concesserit: quod ex utraque causa ei debebatur, heredibus restitui. DAT. IIII. KAL. DEC. CONSTANTIO, ET CONSTANTE VV. CC. COSS.

Ut

Ut scholares facti militum tribuni solitas consequantur annonas, & capitationes, & debitas transferant in heredes.

XV. Iidem AA. Asclepiodoto P.P. Annonas omnes, quæ universis officiis, atque sacri palatii ministeriis, & sacris scriniis, cæterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quasque hi, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate, & libidine sua graviter ex provincialium visceribus eruebant: ad similitudinem militum, quibus ærariæ præbentur annonæ, adærari præcipimus: ut omnibus supra designatis emolumenta debita in pretiis dispositio tui culminis pro publica utilitate taxatis præcipiat erogari. Dat. XVI. Kal. Mar. CP. Asclepiodoto, et Mariniano Coss.

Hæc lex exemplo militum præcepit ministerianis militantibus in sacris scriniis, & universis officiis dignitatum, quæ adminicula vocat, ut *Nov. Valent. de iud. rel.* annonas adærari, id est, *ἀπαργυρίζεσθαι*. Eodem verbo usus est Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *In adærantibus reliquorum debitis non molestus*. Sic veteres libri. Constantinus 2. Epit. tit. 5. *ἀπαργυρίζεσθαι λειτουργίαν τινὰ ἕτερον ἀντὶ τῆς λειτουργίας ἢ τοῦ ἐργάζεσθαι αὐτὸν, διδόναι χρήματα*.

C XVI. Imp. Anastasius A. Longino Magistro Equitum, ac Peditum. Jubemus per hanc divinam dispositionem eos, quibus ex officio tuæ sublimitatis militarium meritorum, seu cujuslibet præstationis committitur erogatio, in primis jurare pro justitiæ ratione injunctam sibi sollicitudinem peracturos, & secundum præsentem saluberrimæ nostræ dispositionis observationem solatium (sicut dictum est) publicum erogator manu sua sine ullo dolo, & fraude singulis militibus enumeret, quatenus unusquisque miles accepto per suam manum solatio, ipse cum actuario de negotiatione actuariis permissa secundum rationem agat justitiæ. Hoc videlicet observando, ut pro
D singulis solidis actuario, sive statim, sive unum duosve, seu amplius annos restitutum fuerit debitum, minus quidem uno tremisse pro temporis scilicet brevitate pacisci liceat: amplius autem quam unum tremissem nullus actuarius pro quoquo tempore, seu annorum spatio pacisci penitus permittatur: nec ulla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate unius quantitatem tremissis excedere. Si qua tamen inter actuarium, & militem super pactione, vel negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio: jubemus eidem militi dandas pecunias ab erogatione principis dari,
E & secundum hactenus observatam consuetudinem easdem pecunias, vel ab erogatore, vel ab actuario retineri, quatenus causa apud devotissima principia propositis sacrosanctis scripturis inter actuarium, & militem tractetur: ut ex omni parte miles nullum damnum sub quacunque occasione, præterquam id quod eum ex justa, & permissa actuariis negotiatione deberi constiterit, patiatur. Super his vero, quos datis forte commeatibus abesse contigerit, hæc volumus observari: ut pecuniæ, quæ erogandæ sunt, usque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra con-
A stitutio continet, apud devotissima principia sequestrentur, illorum scilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros constitutorum actuarius tempore erogationis pittacia, utpote habita super pactione, protulerit: quatenus cum iidem redierint milites, causa apud devotissima principia secundum præfatum modum tractata, utriusque partis indemnitatis similiter consulatur: non danda pro tempore tribuno licentia, triginta viris amplius sub commeatus occasione dimittere. Sin vero saluberrimam constitutionem offerendo amplius, quam triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit: pecunias qui-
B dem, quæ post præfatorum triginta virorum numerum per commeatus dimissis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi erogator non dubitet reportandas. Sciat vero tribunus præter jam constitutas super hujusmodi facinore interminationes, sese de propriis facultatibus singulis militibus, quibus ultra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo causa non consequendi publica solatia dederit, quidquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum: nec prius idem tribunus ab eodem discedat numero, nisi omnes hujusmodi milites, id est, quos post permissam triginta virorum quantitatem commea-
C tus nomine dimiserit, indemnes in hac parte, atque illæsos reddiderit. Hoc etiam adjiciendo, ut sub gestorum testificatione tam decem ex devotissimis principiis, primates eorum videlicet, quam unusquisque caput scholæ juratus deponat sub præsentia sua rem (sicut superius depositum est) fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis unumquemque militem solatium suum manu sua ab erogatoris dextera suscepisse: & hujus gesta, relatione à viro clarissimo tribuno, vel devotissimis principiis intra tres menses, ex quo profectus fuerit, numerandos, mittenda ad nostram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curando, ut pro tempore
D erogator, postquam datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos, vel tres menses, seu quatuor, pro qualitate scilicet spatiorum, commissam sibi sollicitudinem erogationis non dubitet faciendam, vel si ulterius apud se pecunias publicas differendo erogationem ausus fuerit retinere: sciat se modis omnibus damnum, quod ex negotiatione miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militibus soluturum. Scientibus his, qui præfatæ dispositionis observantiam, sive in differenda ultra sigillatim definitum temporis spatium erogatione, sive in qualibet alia parte, fuerint egressi, non solum sese militiæ cinguli amissionem, verum etiam facultatem
E quoque suarum publicationem pro tanto subituro flagitio: & insuper erogationum quoque sollicitudinem ab officio tuæ celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferendam. Si vero idem officium, simul atque hujusmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notiam nostræ mansuetudinis, vel certe ad scientiam illustrissimæ magisteriæ referre curaverit potestatis, ut ejusdem apparitionis periculo tale flagitium principales minime possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto revelato, quicunque saluberrimas nostræ pietatis ordinationes

ausus fuerit violare, interminatas minime possit A pœnas evadere: ita ut singulis militibus, qui non observato in eorum persona tenore rectæ dispositionis lesi fuerint, liceat sacratissimum nostrum per unum forte: vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere comitatum, & porrectis precibus, quod contra nostram dispositionem passi sunt, approbare: eoque facto statutis violator imperatoriæ dispositionis suppliciis percellatur. Illud præterea omnibus modis observari decernimus, ut erogator omnes pecunias, quæ mortuis militibus usque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, secundum jam datam divalem dispositionem uxoribus, vel liberis eorum non dubitet ministrandas. B

Lex ostendit susceptorem & erogatorem militaris annonæ sive æris, esse ex officio magistri militum, & de manu sua in manum militibus stipendia persolvere: ac si quid ante actuarius qui numeri rationes tractat, militibus dederit pro mutuo, id est, pecuniam vel species, id tempore erogationis recipit, & ex pacto in singulos solidos tremissem, id est, solidi tertiam partem (Tremisses à Severo formatos Lampridius scribit) non amplius, & non in annos, sed in tempus omne dilatæ promutui solutionis. De pactione habita inter militem & actuarium si sit quæstio, ab erogatore pecunias deponi apud principia, ibique rem judicari, & non, inquit, secundum hactenus observatam consuetudinem easdem pecunias vel ab erogatore vel ab actuario reti- C neri. Negate lego ut Græci, ἢ μὴ κατὰ τὴν μετὰ χειρῶν συνήθειαν, &c. Fit etiam ab erogatore depositio apud principia, quoties milites per commeatum absunt. Non possunt abesse plures quam triginta, id est, commeatum pluribus dare tribunus non potest, vel si dederit, qui supra hunc numerum fuerint, stipendiis erogandis expunguntur, indemnitas eis tamen ex tribuni facultatibus præstatur. Additur ut erogationis factæ gesta conficiantur testato x. principiorum primatibus, & capite scholarum, si scholaribus facta sit erogatio, deponente de manu in manum erogationem factam. Marcellinus xxv. *Milites adventare, quos capita scholarum ordo castrensis vocat*. Et ex mora erogatoris damnum quod militi contigerit ob pactionem sive contractum habitum cum actuatio, ut erogator agnoscat. Et ut D mortuo milite debitum stipendium erogator uxori vel liberis persolvat, ut *l. 14. sup.* Cur non totius anni, ut alias fieri ostendimus, *l. 4. sup. de dom. & prot.* an quia militibus stipendia in annos non constituuntur, sed ut quisque militiæ onus subjerit? Paulo ante finem ubi erat scriptum *commeatum*, emendavi, *comitatum*, ex Græcis & ex Latinis manuscriptis.

XVII. Idem A. Arcadio p. p. Cum sæpe contigit propter quasdam maximas, & inexcusabiles rationes quibusdam ad custodiam, vel aliam hujusmodi causam milites deputari, vel etiam jam deputatos esse, & non convenit hoc modo publicum aliquod damnum, seu dispendium sustinere: E jubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero curiis, vel quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel aliis personis pro custodia (ut dictum est) vel tali alia causa à nostro numine deputati sunt, vel fuerint: ne per eorum translationes circa annonarum, vel capitum eis præbendorum erogationem publicis rationibus quædam læsio ingeratur: eadem de proprio personam, seu etiam personas, cui vel quibus deputati sunt, vel fuerint, hoc modis omnibus agnoscere: hoc tantummodo de publico pro iisdem annonis, & capitu præbendo, & imputando, quod in locis, ex quibus præfati milites perveniunt, seu pervenerint, imputabatur: vel si antelatam præstationem supradictæ personæ recusaverint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos, qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire. Hoc omnifariam custodiendo, ut nemo devotissimorum militum, cuicunque personæ, seu corpori sine speciali nostræ serenitatis jussione scriptis proferenda deputetur: officio tuæ celsitudinis, si hanc nostræ mansuetudinis formam, quoties super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, & quid eos, quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minime curaverit: tam dispendium quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quam triginta librarum auri multam propter desidiam suam, imo magis conniventiam dependere cogendo: rectoribus nihilominus provinciarum, & apparitoribus eorum, si statuta nostra violaverint, seu violari concesserint, ejusdem condemnationis solutione percellendis.

Scopus constitutionis hic est, ut ne cui milites tuitionis vel alia causa deputentur sine principis jussu, & ut de publico non præstentur eis nisi annonæ & capita, quæ præstari solebant antequam cuiquam deputarentur: amplius si quo opus est, ut id illi quibus depu- C tantur agnoscant, id est, fiscus. Desiderantur duæ Constitutiones, quarum sententiam subiiciam ex libris βασιλικῶν.

XVIII. Ἡ διάταξις κελεύει πρότερον ἐπὶ χώρας παραχωρεῖσθαι τὰ εἰς στρατιώτας δαπανώμενα, καὶ τηνικαῦτα τὰς λοιπὰς αἰτίας τοῦ δημοσίου πράττεσθαι: οὐδὲ γὰρ χρὴ μόνας τὰς ἐκπομπὰς κατεπείγεσθαι, δὲ ῥαθυμεῖσθαι τὰ στρατιωτικὰ δαπανήματα: τοὺς δὲ ἄρχοντας, ἢ τὰς πόλεις, καὶ πάντα τὸν ἕτερον δημοσιεύοντα, εἴτε παραβαθῇ τῶν θεσπισθέντων, καὶ τὰ χρήματα παρέχειν οἴκοθεν τοῖς στρατιώταις, καὶ πρόστιμον ἑκατὸν λιτρῶν χρυσοῦ θεσπίζομεν. D

Constitutio jubet ut in regionibus retineantur in primis ea quæ militibus eroganda sunt, atque ita procedant reliquæ causæ fisci. Nec enim oportet solas transmissiones urgere, & erogationes militares negligere. Et si hanc constitutionem præsides violarint, aut municipia, vel quilibet alius tractator publicorum, ut de suo militibus pecunias exsolvant, & hoc amplius mulctam centum librarum auri.

XIX. Ἡ διάταξις κελεύει ἵνα ἐὰν στρατιῶται ὑφεστῶτες μὴ ὦσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ἀγγαρείαις, ἀλλ' ἢ εἰς βοήθειαν ἐφειλκύσθησαν προσώποις τισίν, ἢ ἐξ ἀφεσίου ἀπελύθησαν μὴ λαμβάνειν τὰς ἀννώνας αὐτῶν τὸν ὑπομνηματοφύλακα ἐν εἴδει διὰ τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐν χρυσῷ διατετιμημένας τῷ εἴδει μετὰ τὸν ὅρκου παρεχομένης παρά τε τῶν τριβούνων, καὶ τῶν βικαρίων, καὶ τῶν δομεστίκων, καὶ ὑπομνηματοφυλάκων, καὶ ὀπτιόνων, οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὸν ὅρκον λογοθετουμένων; καὶ εἴτε ἀπεφήνησαν ψευσάμενοι ἐν διπλῷ καταβαλλόντων: εἰ δὲ καὶ στρατιώτης ἐξαργυρεῖσαι βουληθείη τὰς παρεχομένας αὐτῷ ἀννώνας, λήψεται τὰ χρυ-

χρήματα καὶ τὴν τράπεζαν : εἰ δὲ τὸ εἶδος λαμβάνοι λήψεται τὸ ἐν τῇ χώρᾳ χορηγούμενον καὶ δοκιμασίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου, καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἐκδίκου τῆς πόλεως : εἰ δὲ καὶ ὁ ὑπομνηματοφύλαξ ἀγοράσῃ παρὰ στρατιώτου τὰς ἀννόνας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς λαμβάνοι αὐτὰς παρὰ τοῦ συντελεστοῦ ὡς ἐκχωρηθείσας αὐτῷ, πάλιν καὶ τὴν τράπεζαν λαμβανέτω αὐτὸν εἰ μὴ παρὰ τὸ εἶδος βούλοιτο ὁ συντελεστὴς προσαγαγεῖν : εἰ δὲ καὶ οἱ συντελεσταὶ βουληθεῖεν ἑκουσίως πωλῆσαι τινὰ τοῖς στρατιώταις, οὐ κωλύομεν τοῦτο γίνεσθαι, εἰ καὶ μέλλοιεν ἐκ τούτου κερδαίνειν ἥττονα ποσότητα εἰδῶν παρέχοντες αὐτοῖς παρὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν : μὴ ἐξέστω δὲ τοῖς πολίταις ἐν τούτῳ βλάπτειν τὸν συντελεστὴν ἵνα ἐὰν αὐτοὶ κακῶς συμφωνήσωσιν ἀναγκάζωσι τὸν συντελεστὴν καθὼς συνεφώνησε παρασχεῖν τὰ εἴδη : εὗρεν δὲ ἡ διάταξις ὅτι καί τινες τῶν χαρτουλαρίων τῶν γενναιοτάτων ἀριθμῶν, ἤτοι φοιδεράτων συνωνοῦνται ἑαυτοῖς σῖτον, ἵνα τὸ μὲν δημόσιον δίδωσιν αὐτοῖς καὶ τὴν τράπεζαν τὰ τοῦ σίτου χρήματα, αὐτοὶ δὲ ὡς προαγορασθέντα εἴδη κερδαίνοιεν, κελεύει ἡ διάταξις μηδένα συντελεστὴν ἄκοντα ἀπαιτεῖσθαι παρέχειν αὐτοῖς συνωνήν : εἰ δὲ ἑκουσίως πωλῆσαι ζητήσῃ τις αὐτοῖς μὴ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς τὰ τιμήματα τῆς τραπέζης εἰς τὴν ποσότητα τὴν μέλλουσαν λόγῳ ἀννώνας τοῖς στρατιώταις χορηγεῖσθαι : εἰ γὰρ ἔξωθεν ἑτέραν ποσότητα θελήσῃ ἀγοράσαι, τοῦτο κωλύονται πραγματεύσασθαι, ὡς καὶ πᾶς στρατιώτης. Ταῦτα δὲ πάντα δείκνυσι μέλλουσα γίνεσθαι ἀναψηλάφησις ἀναγκάζουσα πάντα ἄνθρωπον τὸν ὁτιδήποτε ψευσάμενον σφετερισάμενον διπλάσιον καταθεῖναι ἵνα τὸ μὲν ἁπλοῦν λάβῃ ὁ ἐκδικηθείς, τὸ δὲ ἕτερον ἁπλοῦν τὸ δημόσιον : πάντες δὲ οἱ στρατιῶται προσπαραμένοντες προσώποις τισὶν ἐν ἐξαργυρισμῷ λαμβανέτωσαν τὰς ἰδίας ἀννώνας καὶ τὸν ἐξαργυρισμὸν τῆς τραπέζης : ὁμοίως δὲ καὶ τὰς κεφαλαιώνας, καὶ μὴ ζητείτωσαν τὰ εἴδη, εἰ μὴ ἑκὼν ὁ συντελεστὴς ταῦτα καταβάλλοι, τοῦ παραβαίνοντος δήποτε τῶν προειρημένων τολμῶντος μέγιστον κίνδυνον ὑφορωμένου, εἴτε τριβοῦνος, εἴτε βικάριος ἐστὶν, εἴτε δομέστικος, εἴτε ὑπομνηματοφύλαξ, εἴτε ὀπτίων, εἴτε πρῶτος ἀριθμοῦ, εἴτε ταξεώτης τοῦ στρατηλάτου, ἐὰν συμβῇ τι ποτε παρὰ τὸ ἀληθὲς γυμνασθῆναι, καὶ μὴ παραχρῆμα δηλωθῇ, καὶ ἀνασταλῇ : ἡ γὰρ ἀναψηλάφησις πάντα τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα ἀπελέγξει.

Constitutio jubet si milites propriis angariis minime dant operam personis quibusdam auxilii gratia deputari, vel per commeatum dimissi, ut actuarius eorum stipendia in speciebus non accipiat, ne corrumpatur, sed in auro, facta specierum æstimatione secundum rationem mensæ, & jnrejurando præstito à tributis; & vicariis, & domesticis, & actuariis, & optionibus, à quibus etiamsi jusjurandum dederint, ratio postea nihilominus, & si qua in re pejerasse inventi fuerint, duplum exigetur. Sed & si milites adærari sibi velint annonas, eandem in pretio rationem mensæ servari: si species dari, ut eas accipiant, quas regio parit arbitrio religiosissimi Episcopi, & clarissimi defensoris civitatis. Rursus si actuarius à milite emerit annonas ejus, & eas accipiat à collatore quasi sibi concessas, rationem mensæ servari, nisi malit collator species ipsas inferre. At si velint sua sponte collatores vendere quædam militibus, id non prohibemus, etiamsi ex eo lucrum facturi sint minorem specierum quantitatem præbentes, quam exigat ratio mensæ publicæ. Nc tamen eapropter liceat civibus lædere collatorem, puta si curia, sive civitas cum milite perperam conventionem inierit præbendarum specierum, ne cogatur collator secundum eam conventionem species inferre. Quia vero plerique ex chartulariis fortissimorum numerorum, vel fœderatorum coemunt sibi frumentum pretia à fisco accipientes juxta nundinationem, quæ mensa continetur, sibi autem quasi jam ante comparatas species retinentes, ideo jubet constitutio ne quis collator invitus eorum coemptioni parere cogatur. Sed si quis sua sponte eis vendere velit, ne excedant illi pretia mensæ in quantitate ea, quæ annonarum nomine militibus præbenda est. Nam etiam extrinsecus quantitatem specierum eo pretio emere prohibentur sicut milites. Quæ omnia demonstrabit futura retractatio, qua quantum apparuerit sibi quemque vindicasse, in tantum damnabitur in duplum, ita ut simplum fiscus habeat, simplum actor. Omnibus quoque militibus personis quibusdam deputatis secundum rationem mensæ adærentur annonæ, & capita, nec petantur species nisi à volente: eo qui quid ante dictorum temerate ausus fuerit maximum periculum subituro: sive tribunus sit, sive vicarius, aut domesticus, aut actuarius, aut optio, aut numeri princeps, aut officialis magistri militum, si quid horum contigerit non bona fide tractari, & id confestim minime denuntiaverit. Retractatio enim quicquid adversus constitutionem acciderit coarguet, & indicabit.

De excoctione, & translatione militarium annonarum.

TIT. XXXVIII.

I. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. STILICHONI COMITI, ET MAGISTRO UTRIUSQUE MILITIAE. Opinatores quibus species in diversis provinciis delegantur, contra omnem consuetudinem nullis consistentibus familiis excoctionem panis efflagitant. Illustris igitur auctoritas tua novam usurpationem congrua auctoritate repellat: ut eum opinatores in provinciis delegantur, vetus consuetudo servetur. DAT. ID. SEPTEMBR. MEDIOL. THEODORO V. C. COS.

Opinatores exigunt annonam militarem vel imminent judicibus, *l. xi. sup. tit. prox.* Excoctionem panis non exigunt ubi nullæ familiæ consistunt.

II. IIDEM AA. ET THEODOSIUS A. ADRIANO P. P. In excoctione buccellati, quod devotissimis militibus convenit præparari, in translatione etiam annonæ nullius excipiatur persona; vi-

videlicet, ut ne nostra quidem domus habeatur ab his immunis. Et si quispiam (quod non opinamur) implere, quæ sunt præcepta neglexerit : in procuratorem ejus severissime vindicetur : ita ut si hujusmodi contumaciæ dominum conscium esse constiterit, quadruplum id quod pro ejus capitatione poseitur, posthabita dilatione solvatur. DAT. IX. KAL. APR. ROMAE, HONORIO A. VI. ET ARISTENETO COSS.

Ut nullius familia excusetur ab excoctione panis militaris, vel translatione annonæ : In procuratorem graviter animadverti : Dominum contumaciæ procuratoris conscium in quadruplum damnari.

De Militari veste.

TIT. XXXIX.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AUXONIO P. P. Omnem canonem vestium ex Kalendis Septembris, usque ad Kalendas Aprilis nostris largitionibus tradi præcipimus : proposita pœna rectori provinciæ, vel ejus officio condemnationis, quæ tuæ justitiæ videbitur. DAT. XIV. KALEN. DEC. MARCIOPOLI VALENTINIANO, ET VALENTE COSS.

Docet quo tempore canonem vestium militarium inferri oporteat. De earum susceptore est *l. 14. sup. de suscept.*

II. IMPPP. VALENS, GRATIANUS, ET VALENTINIANUS AAA. MODESTO P. P. Provinciæ Thraciarum per viginti juga, seu capita conferant vestem. Scythia, & Mysia in triginta jugis, seu capitibus interim annua solutione dependant. Per Ægyptum, & Orientis partes in triginta terrenis jugis, per Asianam vero, & Ponticam diœcesim, ad eundem numerum in capitibus, seu jugis annuæ vestis collatio dependatur : ita ut per Orientem provinciæ in titulo auri comparatitii : quod per jugationem redditur, compensationis gratia perfruantur) exceptis Osroena, & Isauria : nam eas demum constat aurum comparatitium minime redhibere. DAT. V. ID. AUGUST. HIERAPOLI, GRATIANO A. IV. ET MEROBANDE V. C. COSS.

Scripta est ad præfectum prætorio Orientis, sub cujus dispositione sunt diœceses quinque, quas recenset, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia, *l. t. sup. ut uemo ad suum pat. l. 10. inf. de num. act.* In Thracia in XX. quæque juga & capita vestes militares conferuntur, excepta Scythia & Mysia, quæ in XXX. In Oriente id est proprium, ut vestium adærationem ejus diœcesεos provinciæ præstent in auro, excepta Osroena et Isauria, quod comparatitium dicitur, quia ideo confertur ut vestes militibus emantur, sicut Vegetius scribit, si tributa deficiant prorogato auro comparanda esse omnia.

III. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. MARCIANO COM. S. L. Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari præcipimus. DAT. XVI. KAL. FEBR. CP. ARCADIO IV. ET HONORIO III. AA. COSS.

Ut in Illyrico, quod duas habuit diœceses, Macedoniam et Daciam, militibus singulæ chlamydes à provincialibus conferendæ singulis solidis adærentur, non binis tremissibus.

IV. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ASCLEPIODOTO P. P. Militaris adæratio vestis à collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferenda : ita ut quinque ejus partes fortissimis militibus erogentur in pretio, sexta vero precio à gyneciariis clementiæ nostræ absque ulla ipsorum, vel publica incommoditate pro eadem contestatione suscepta, junioribus gregariisque militibus in ipsa, quam maxime eos desiderare constiterit, specie præbeatur. DAT. VII. ID. MART. ASCLEPIODOTO, ET MARINIANO COSS.

Adæratio vestis largitionibus sacris infertur, ut *l. 1. sup.* ita quinque ejus partes militibus erogentur in nummis, sexta in vestibus à gyneciariis præstetur junioribus gregariisque, id est, tyronibus, et addunt Græci rationem, τούτων γὰρ ἤδη πιστεύεσθαι ἀεργεία. Sic in loco Hieronymi à me citato ad *tit. de agent. in reb.* Tyro et gregarius miles pro eodem dicitur, et juniores sæpe in C. Th. qui et caligati. Vel si Cedrinn scilicet credimus, juniores sunt à Junio Balbo patre Gordiani 151. instituti scholares.

De Metatis, & epidemeticis.

TIT. XL.

Metata sunt hospitia, quæ supervenientibus militibus, vel aliis personis provinciales præbent. Epidemetica sunt pretia quibus se redimunt onere hospitum suscipiendorum, quæ abrogantur *Nov. 129. & 134. & l. ult. hoc tit.*

I. IMPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. THEODOTO MAGISTRO OFFICIORUM. Si quis mensorum nostrorum manum, qua deputatas singulis quibusque domus enotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit : ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur. DAT. VI. KAL. NOV. CP. DN. THEODOSIO A. III. ET ABONDANTIO V. C. COSS.

Metatores vulgo dicuntur, qui præparandi, & enotandi hospiti gratis procurrunt. Optatus Afer libr. 3. *Cum ante venturos milites metatore, ut fieri solet, mitterentur.* Sudas : Μιτάτωρ ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸ τοῦ ἄρχοντος : hac *lege & seq. & l. 5.* ut emendavimus mensores appellantur, & horum manu, qui delet, tenetur pœna legis Corneliæ de falsis. Metatores pro hospitibus, *l. 9. hoc tit.*

II. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. OSIO MAGISTRO OFFICIORUM. In qualibet, vel nos ipsi urbe fuerimus, vel hi, qui nobis militant, commorentur : omni tam mensorum : quam etiam hospitum iniquitate submota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus, ac securus possideat portio-

tiones., ut in tres domo divisa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem; secundam hospes, quam voluerit, exequatur: tertia domino relinquenda: plenum eoim æquitate, atque justitia est, ut qui, aut successione fruitur, aut empto, vel extructione gaudet, electam præcipue judicio suam partem teneat, & relictam. Ergasteria vero, quæ mercimooiis deputantur, ad prædictam divisionis injuriam noo vocentur: sed quieta sint, & libera, & ab omni hospitum injuria defensata, solis dominis conductoribusque deserviant. Sane si stabulum (ut adsolet) militari viro io tertia domus parte defuerit: id ex ergasteriis, nisi id dominus qualibet occasiooe providerit, pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sane viris non tertiam partem domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari decernimus; ea dumtaxat conditione servata, ut alter ex his quilibet quive maluerit divisionem arbitraria æquitate faciat, alter eligendi habeat optionem, & firmissimum perpetuo, quod jussimus perseveret: ita ut xxx. libras auri, qui illustri sunt præditi dignitate, fisco nostro se illatutos esse cognoscant: cæteri vero militia sciant se esse privandos, si generale præceptum amplius usurpando, quam jussimus, repræhensibili temeritate violaverint. DAT. VIII. ID. FEB. CP. HONORIO IV. ET EUTYCHIANO COSS.

Ut militibus petentibus metata, tertia tantum domus pars deputetur salvis officinis, nisi si stabulo tertia pars careat: illustribus viris dimidia.

III. IIDEM AA. VINCENTIO P. P. Cunctos judices scire volumus à prætoriis ordinariorum judicum, his præsentibus abstinendum. DAT. XVI. KAL. FEB. MEDIOL. STILICHONE, ET AURELIANO VV. CC. COSS.

Prætoria præsidum ab onere metatorum excusantur, si præsentes sint, & alii superveniant.

IV. IIDEM AA. ÆMILIANO MAGISTRO OFFICIORUM. Fabricensium domibus ubique coostitutis omnem molestiam hospitum præcipimus amoveri: quo & Antiochiensibus, & cæterarum civitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu. DAT. XI. KAL. FEB. CP. STILICHONE, ET AURELIANO COSS.

Codex Theodosianus ostendit hanc legem pertinuisse ad fabricas Orientis, quæ erant Antiochiæ, Damasci, Ædessæ, Irenopoli, quarum omnium civitatum fabricensibus excusatio datur ab onere metatorum, sive recipiendi hospitis, absente sacro comitatu. Et ideo recte Græci adjiciunt hoc loco: τὸ δὲ ἔνεργες πάλιν λέγεται περὶ δαμασκοῦ ἢ σίρμιον ἔλθωσι.

V. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. JOANNI P. P. Devotum possessorem ab omni inquietudioe liberamus. Primo omoium igitur ad nullum prædium publicum, vel privatum domus oostræ, vel cujuscunque juris nullus mensor accedat, si à quoquam fuerit destinatus: licentiam enim domino, actori, ipsique plebi serenitas nostra commisit, ut eum qui præparandi gratia ad possessionem venerit, expelleodi habeat facul-

A tem: nec crimen aliquod pertimescat, cum sibi arbitrium ultioois suæ sciat esse concessum: recteque sacrilegium prior arceat, qui primus invenit. Administrantem vero, ejusque officii proceres, quorum præcepto inhibitam personam ad agrum aliquem destinaverit, io tempus proscribi debere censuimus. Solam sane hospitalitatem sub hac observatiooe concedimus, ut nihil ab hospite, quod vel hominum, vel animalium pastui necessarium creditur, postuletur: omoiumque sit acceleratum iter atque cootinuum, oec ulli liceat residere, ne diuturnitas commanentium ulla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri multa ferietur
B quisquis administrator, togatus, apparitor ullus, vel militans, vel iter agens, ullo io loco aliquid ab hospite postulaverit: in tantum enim inhiberi sceleratum morem jubemus, ut ipsis quoque præbentibus impunitum esse noo patiamur, si quid sponte cootra præceptum oostrum probati fuerint obtulisse. DAT. PRID. ID. JUN. RAV. POST CONS. HONORII IX. ET THEODOS. V. AA.

In civitatibus domus sustinent metatorum onus, non etiam in agris prædia, sed per ea tantummodo militibus, aut præsidibus celeriter transeundi jus est, neque annona, neque capito ullo à possessoribus exacto. Emendavi in contextu, *administrator*, *togatus*, *apparitor ul-*
C *lus*, cum antea male legeretur, *erogator*. Togatus, id est, patronus causarum, sive *συνήγορος*, ut Græci interpretantur. Mallem etiam pro, *iter agens*, *inter agens*: ut dixi *l. 2. sup. ut dig. ordo serv.* Defensio hac lege permittitur possessoribus adversus vim, & injuriam mensorum: quo argumento male quidam ex causis legitimis domino etiam dant jus expellendi conductoris sine judice.

VI. IIDEM AA. ADRIANO PROC. AFRICAE. Hoc prospectum est, ut infausta hospitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum quisquam à domioo ædium postulet. DAT. V. NON. MAR. RAV. CONSTANTIO, ET CONSTANTE
D COSS.

Tollitur infausta hospitalitatis præbitio, ut si ab hospitibus petantur scorta, vel ut Græci interpretantur, si id petatur, ut hospites strigillent equos, vel portent *σάγματα*. Tollitur, & balnei petitio. In C. Th. ita erat scriptum, *nec privatum quisquam à domino ædium postulet*. Privatum Tribonianus interpretatus est balneum: quæ vox non dubito quin aliis in auctoribus eodem sensu reperiri possit. Membrum pro cubiculo notum est in *l. 13. ff. de man. test.* ubi Græci *κοιτῶνα* interpretantur, *l. librorum de leg. 3.* Utramque vocem retinuit lingua Gallica.

VII. IIDEM AA. EUSTATHIO P. P. De-
E votissimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiscentes ad bella novi muri sacratissimæ urbis singulæ turres in pedeplanis suis suscipiant. DAT. V. NON. MAR. CP. HONORIO VIII. ET THEODOSIO III. AA. COSS.

Pertinet hæc lex ad urbem Constantinopolitanam, cujus alii fuerunt antiqui, alii novi muri à Theodosio juniore constructi curante Cyro P. P. de quibus *Novel. 39. & l. turres, sup. de oper. publ.* & constituit, ut milites à militia redeuntes, vel ad militiam proficiscentes diversentur in pedeplanis turrium novi muri. Hæc vox, *novi*, deerat, quam restitui ex C. Th. & Græcorum meta-

metaphrasi, εἰς τοὺς πύργους τοῦ καινοῦ τείχους Κωνσταντινουπόλεως ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καταμένειν. A

VIII. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Helioni Magistro Officiorum. Archiatros nostri palatii, necnon urbis Romæ, & magistros literarum pro necessariis artibus, & liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modo ingenui sunt) hospitali molestia, quoad vivent, liberari præcipimus. Dat. xiv. Kal. Sept. Hierio, et Ardabure Coss.

Archiatri palatii sacri & urbis Romæ, ac professores artium liberalium, & picturæ ingenui ab onere metatorum excusantur. De picturæ professoribus videnda *l. ult. C. Th. de exc. artif.* De archiatris & professoribus artium liberalium dictum est *sup. de prof. & med.* B

IX. Iidem aa. Nomo Magistro Officiorum. Omnes qui metata in suis domibus præstent, sive hospitia præbuerint metatoribus, seu quolibet pacto satis eis fecerint: nullam vel pensionis, vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cujuslibet loci, vel ordinis, in hac florentissima urbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus privilegio militiæ vindicare: quod & in provinciis observari oportet. C Cæteris vero, quibus illustris dignitas sub cingulo, vel citra cingulum pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus: hoc juris etiam in his præcipimus observari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles novit, honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres: scituris omnibus, quod si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem ita propriæ domus impetraverit: ut à pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum alienis domibus sibi crediderit vindicandum: siquidem honore præditus excusationis jus habeat, carebit legum privilegiis, quas fraudare conatus est. D Si vero inter eos quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur. Dat. xvi. Kal. Feb. cp. Theodosio, et Valentiniano aa. Coss.

Novella est Theodosii de metatis, quam habemus integram, cujus sententia hæc est, ut qui metata vel epidemetica præstant, nullam domus gratia pensionem tertiæ partis vel discussionem sustineant. Ut in urbe vel provinciis qui domum propriam excusat, in aliena per causam militiæ metatum non quærat. Excusantur autem illustres qui re ipsa illustrem, dignitatem gesserunt, non honorarii vel vacantes, non honorarii illustres, licet jure actæ administrationis spectabiles sint. E

X. Impp. Valentinianus, et Martianus aa. * Mag. Officiorum. Hac lege sancimus, ut si quis consularem, ac patritiam meruerit dignitatem, tres domos proprias, dum superest, habeat hospitum immunitate securas: heredes vero ejus, filii aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut uxor, duarum domorum suarum excusatione potiantur. Si quis vero consulatu tantummodo gloriatur, duas semis domos suas immunes habeat: post fata vero ejus memorati heredes unam semis domum suam habeant nullis hospitiis prægravatam. Pari privilegio perfruatur cum memoratis heredibus, qui solius patritiæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. Præfectorii vero, necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas: heredes vero eorum memorati unam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri vero officiorum, vel quæstores unam semis domum suam, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam: heredes vero eorum prædicti unam ab hospitibus jure defendant. Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarum largitionum, & privatarum, & vir spectabilis primicerius notariorum, singulas domos suas ab hospitum gravamine, dum vivunt, gaudeant esse securas: memorati vero heredes eorum mediam partem unius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ vero partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cælitus impetraverunt: æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia, quæ legibus præfinita est, portione: exceptis videlicet ergasteriis, quæ in plateis, vel angiportis esse noscuntur. Quod in omnibus domibus, quæ hospitales sunt, observari jubemus: ita ut nemo, vel ex sacro rescripto, vel ex divina adnotatione, seu pragmatica sanctione, contra hanc legem uti possit excusationis auxilio: his omnibus, quæ per hanc legem constituimus, in hac æterna urbe observandis.

Declarat quæ in urbe dignitates à metatis excusentur, & quot earum domus. Itaque ab eo quod traditur lege superiori de spectabilibus, excipiendi sunt primicerii notariorum, & ex lege sequenti decemprimi post primicerium. Et ab eo quod de illustribus honorariis, eorum ergasteria in plateis vel angiportis sita.

XI. Imp. Zeno a. Illyriciano Mag. Offic. Decem post primicerium tribunos, in domibus, quas in hac regia urbe possident; metatorum jussimus vacationem mereri.

Sicut primicerius notariorum, ita et x. post primicerium tribuni notarii singulas ædes, ut Græci interpretantur recte, in urbe excusant à metatis, non omnes. Absurdum enim esset si unam tantum excusaret primicerius, decemprimi omnes. Desideratur Constitutio Græca, qua prohibentur Epidemetica, id est, adærationes metatorum, de quibus initio *l. 9. sup.*

XII. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός. Μηδεὶς ἄρχων ἐν τῷ περιοδεύειν ζητείτω προφάσει ἐπιδημητικῶν, ἢ προφάσει ἀφοπλισμοῦ χρυσίον: εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς καὶ δημεύεται καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται:

Ne quid præses dum per provinciam oberrat, hac specie exigat à provincialibus, ne illos hospitio gravet, vel ut eis habere arma concedat. Qui secus fecerit, ut dignitate bonisque ademptis exilio perpetuo damnetur.

Abro-

Abrogantur ergo epidemetica, et occasione ἀφοπλισμοῦ, id est, ne privatis auferantur arma, exactiones, in *Nov.* 8. ἀφοπλιστὰς vocat, qui privatis hominibus habere arma non concedunt. Fuit hujus Constitutionis montio *l.* 26. *sup. de episcop. aud.* A

De Salgamo hospitibus non præbendo.

T i t. XLI.

I. IMPP. CONSTANTINUS, ET CONSTANS AA. LEONTIO P. P. Ne quis comitum, vel tribunorum, aut præpositorum, aut militum nomine salgami gratia, culcitras, lignum, oleum, à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant. Sed provinciales sint nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certe præpositis, militibusque gravi vexationi subjacentibus. DAT. ID. OCTO. * B

Salgami nomine scio significari conditas herbas, veluti enulam, brassicam, betam, quæ etiam hodie à Turcis condiri solent. Sed hujus nominis obtentu exigebant etiam transeuntes milites culcitras, ligna, oleum, quod hæc Constitutio tollit.

De Commeatu.

T i t. XLII.

I. IMP. CONSTANTINUS A. * Ne cui liceat præpositorum, vel tribunorum cohortium, vel vicariorum, & familiarum eorum tempore expeditionis quocunque genere, cuiquam de militibus à castris, atque signis, vel his etiam locis, in quibus pertendant, discedendi commeatum dare. Si quis vero contra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore, in quo barbarorum incursio extiterit: & tunc cum præsentes in castris, atque apud signa milites esse debeant, quisquam abfuerit, capite vindicetur. DAT. IV. KAL. MAS. SEVERO, ET RUFINO COSS. D

Commeatus est abeundi licentia data militi ad tempus, puta his verbis apud Livium xxx. SI QUIS VESTROM SOOS INVISERE VULT, COMMEATUM DO: PRIMO VERE ADSITIS EDICO. Difficile autem datur commeatus militibus, nisi caussis justissimis approbatis, ut Vegetius ait. Certe expeditionis tempore imminentibus hostibos non datur, nec unquam amplius quam xxx. *l.* 16. *sup. de erog. mil. ann.* qui Commentales dicuntur. Et Sudas Commentalem intellexit dum interpretatur κομμεάτων ἐξαίρησιν λαμβάνοντα τῶν ἀφοσιῶσαι. Datur autem commeatus à Tribunis cohortium, aut præpositis militum, aut vicariis vel domesticis eorum, vel à principe. De his vicariis *l. ult. sup. de erog. mil. ann. l.* 5. *sup. de jurisd. om. jud.* Vegetius III. *In sedibus*, inquit, *suis tribunorum aut vicariorum, nec non etiam principiorum ad omnem disciplinam arctissima severitate teneantur.* De dato à principe Gregorius Nazianz. his verbis: δότε μοι τὸ γράμμα τῆς ἀφέσεως ὥσπερ τοῖς στρατιωτικοῖς οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ θέλεσθαι μετὰ δεξιᾶς τῆς μαρτυρίας. E

II. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIOS AAA. SYAGRIO MAGISTRO OFFICIORUM. Quicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet, qui sacrarum, & privatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mentium spatium supra diem commeatus, aut jussionem evictionis abfuerit: is in inferiorem locum, quinque antelatis posterioribus devolvatur. Is vero, qui anni vacationem arbitratu proprio judiciarii præcepti oblitus assumpserit: à decem post se militantibus transeatur: ac deinde cum jam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus post feratur. Qui vero nec post quadriennii quidem tempus: militantium non immerito matriculis auferatur. DAT. KAL. OCT. AUXONIO, ET OLYBRIO COSS.

Datur commeatus non tantum militibus armatis, sed palatinis. Palatini qui supra diem commeatus absuerint et sibi vacaverint, proprii gradus deminutione secundum hujus legis distinctionem coerceantur. Pro *transferatur*, emendavi, *transeatur*. De anni commeatu est *l.* 1. *sup. in quib. cau. mil. for. præs.*

III. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. GAISONI COM. ET MAGISTRO MILITUM. Si quis sine commeatu aliquo annum in penatibus propriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit: decem sequentibus postponatur, in quo vero biennium talis culpa deprehenditur; viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta prælatos jure dedebit: ita ut quartus exempto matriculæ nullam veniam derelinquat. DAT. PRID. ID. JUN. RAV. POST CONS. HONORII VIII. ET THEODOSII V. AA. COSS. C

Hac lege coercetur & regradatur miles qui sine commeatu abfuerit.

De Tyronibus.

T i t. XLVII.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. MODESTO P. P. Nullus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius ad militiam accedat. DAT. XIV. KALEN. OCTOB. HIERAPOLI VALENTINIANO, ET VALENTE III. AA. COSS.

Ne veteranus miles completa militia rursus fiat tyro, ne adscriptitius, ne vagus, id est, qui quasi miles divagatur.

II. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. EUTROPIO P. P. Quisquis alieni juris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curaverit: convictus, ac proditus auri libram ærario nostro cogatur inferre: mancipio scilicet domino, si factum ignoraverit, reddendo. DAT. ID. MAI. THESSALONICA... BERYTO ANTONIO, ET SYAGRIO COSS.

Thesauris infert libram auri qui servum alienum in arma conscribit. Quod sequitur, *Mancipio*, &c. non erat

erat in C. Th. sed additum est à Triboniano ex *l. 6. sup. qui mil. poss.* A

III. Impp. Honorius, et Theodosius aa. * c. s. l. Tyrones in scholis loco semper posteriore ponantur, nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur. Dat. vi. Kal. Dec. Rav. Basso, et Philippo Coss.

Tyronum in scholis infimus est gradus.

De Litterum, & itinerum custodia. B

Tit. XLIV.

I. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Eusthathio p.p. Saluberrima sanctione censemus, ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur, & quæcunque naves ex quolibet portu se littore dimittuntur, nullam concussionem, vel damna sustineant: ita tamen ut earum naucleri deponant, in quam provinciam ituri sunt: ut hoc manifestato, nulla contra eos postea indignatio, seu concussio quoquo modo procedat. Dat. xiv. Kal. Oct. cp. dn. Theodosio a. ix. et qui fuerit nuntiatus. C

Custodiantur littora et portus ne merces illicitæ ad hostes transferantur, veluti vinum, oleum, liquamen, id est, garum vel oxygarum, arma, ferrum, cotes, sales. Additur ne naves professæ ullam concussionem sustineant. Curam littorum committere dicitur Comes sacrarum largitionum in formulis Cassiodori, et inde curiosi littorum in *Nov. Theodosii de trib. fisc.*

De Desertoribus, & occultatoribus eorum.

Tit. XLV.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Syagrio p.p. Si quis forte desertorem agro tectove susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem, vel procurator loci, qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subjugetur: dominus vero, si hujus rei conscius fuerit, prædii in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neque solum de his loquimur, qui proxime signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verum etiam, qui stipendiis militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore aberit à signis: horum, qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin vero flagitiosa ignavia delitescat: per eum, in cujus domo fuerit, invigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, ubicunque correptus, severitati judicis offeratur, denegari morte gladium subiturus. Sin autem tector provinciæ propositam severitatem, vel gratia, vel dissimulatione distulerit: patrimonii, atque existimationis damno subjiciatur, & in officii priores capitaliter vindicetur. Dat. Id. Jul. Romæ, Gratiano vi. et Theodosio i. aa. Coss. E

Puniuntur hac lege tyro milesve desertor et occultator ejus. Præmio autem adficitur proditor ejus: servus libertate, quod huic legi addendum est ex *l. ult. sup. quib. ex cau. ser. propræ.* quæ eandem inscriptionem et subscriptionem habet. Ingenuus mediocris loci immunitate, ut in causa falsæ monetæ, *l. 1. sup. de fal. mon.* Ideo ait, *mediocris loci*, quia qui superioris dignitatis sunt, satis per se à muneribus civilibus excusantur.

II. Imppp. Arcadius, Honorius, et Theodosius aaa. Adriano p.p. Si desertores inventi resistendum, atque armis obtinendum putaverint: tanquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur. Ita tamen ut provinciarum judices solicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum nomine desertionis suæ crimen defendere moliantur, nec suppositis, & commentitiis epistolis evadendi habeant facultatem. Dat. vi. kal. Mar. Rav. Theod. a. i. et Romorido Coss.

Pro, *oppugnandum*, emendavi, *obtinendum*, ex vet. Græci vertunt [illegible]. Obtinere est obniti, ut *l. 4. sup. de æd. priv.* De tractoriis dicetur inferius suo titulo. Hæ si veræ sint, desertionis crimen diluunt. Itemque epistolæ, id est, testimoniales missionum literæ.

III. Iidem aaa. Longino p.p. Qui relictis militaribus castris se ad deprædationes, vel latrocinium contulerint, severitatem judicis non evadant. Dat. ix. Kal. Apr. Rav. Arcadio a. vi. et Probo v.c. Coss.

Superiores leges sunt de nec manifesto desertore, hæc de manifesto. Multa vero alia severius in desertores constituta sunt, veluti ut à provincialibus opprimantur impune, *l. 2. sup. quan. lic. unicuique sine jud.* ne ejus criminis abolitio non sit, *l. ult. in fine, sup. de abol.* D ut morte non extinguatur crimen, *l. 4. sup. de re mil.*

De Veteranis.

Tit. XLVI.

I. Imp. Constantinus a. Cum introisset principia, & salutatus esset à præfectis, & tribunis, & viris eminentissimis acclamatum est: Auguste Constantine Deus te nobis servet, vestra salus nostra salus: vere dicimus, jurati dicimus. Adunati veterani exclamaverunt, Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere. Victorinus veteranis dixit: muneribus, & oneribus universis locis conveniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: apertius indica, quæ sunt maxime munera, quæ vos contumaciter gravant. Universi veterani dixerunt: ipse perspicis. Constantinus Augustus dixit: jam nunc magnificentia mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in ullo munere civili, nec in operibus publi-

publicis conveniatur; nec ulla collatione, nec à magistratibus, nec vectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, ulla ob venditionem proponendam dare debebunt: publicani quoque (ut adsolent agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoveantur, quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco nostro quoque eadem epistola interdiximus, ut nullum omnino ex his inquietaret, sed liceat eis emere, & vendere, optimis negotiis peciniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorum sub seculi nostri otio, & pace perfruantur, sed etiam nullo munere civili, id est, corporali, seu personali, vel de portorio onere eos affici concedimus. DAT. IX. B KAL. MAR. CIVITATE BELOVOCORUM CONSTANTINO A. VI. ET CONSTANTIO CAES. COSS.

Veterani immunitatem habent munerum personalium, Item de portoriorum, quæ Græci interpretantur διαπύλια. Immunes igitur sunt onere portorii, *l.9. C. Th. de veteranis*. Item operum publicorum, de qua *l. 1. sup. de oper. publ.* et collationum extraordinariarum, et civitatibus vel publicanis nihil ob venditionem proponendam præbere debent. Ait, *Ut solent agentibus supplere*. Vet. *superpellere*, Cod. Th. *supercompellere*, quod est ὑπερπράττειν, sive λεηλατεῖν. Agentibus mercimonia. Ait, *eadem epistola* id est, testimonialis dimissionis veteranorum. Sic epistola accipitur *l. 2. sup. de desert.* et aliis locis quos indicavi *l. ult. sup. de profess. & med.* Multa vero ex hac lege errata sustulimus in contextu nostro. C

II. IDEM A. MAXIMO P.P. Providendum est ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur injuriis: eum si quis in hoc crimine fuerit deprehensus, rectores provinciarum pro jurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coerceant. DAT. IV. KAL. JUN. TRIVERIS JANUARIO, ET JUSTO COSS.

Veteranis plurimum honor protectorum aut domesticorum defertur data testimoniali ex protectoribus: Symmachus in epistolis: *Hujusmodi veteranis prærogativa debetur, ut illi protectorum dignitas tanquam pretium longi laboris accedat*. Julianus Leontio: *συγκατελέξαμεν δὲ στρῷ τῶν οἰκείων συντάγματι: γίνονται δὲ ἀπὸ τῶν ἀποφοιτησάντων ἔτει ιζ στρατευσαμένων*, *l. 7. & 14. C. Th. de lus. au. coll.* D

III. IDEM A. EVAGRIO P.P. Veterani qui ex negligentia vitæ neque rus colunt, nec aliquid honestum peragunt, sed latrociniis se dedunt, omnibus veteranorum privilegiis exuti, pœnis competentibus à provinciarum rectoribus subjiciantur. DAT. III. ID. AUG. CONSTANTIO A. VI. ET CONSTANTE II. COSS. E

Veterani qui se ad latrocinia conferunt, privilegia sua amittunt.

IV. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. EUSTACHIO P.P. ET NESTORIO P.P. ILLYRICI. Nullus eorum, qui sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur servare judicium, sententiis, quæ non his observatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus; nisi forte reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio: tunc enim velut necdum cingulo deposito, sub militari judice rem tractari finirique præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.

Veterani mutant forum: Nec enim jam amplius militare judicium observare coguntur, nisi ante missionem in eo lis contestata fuerit. Sic mulier per nuptias mutat forum, nisi ante nuptias litem inchoaverit, *l. pen. ff. de jurisd.* Sed ipsa se prioris judicis volens jurisdictioni subiicere potest. Veteranus duciano judicio se subiicere non potest.

De Filiis officialium, & militarium, qui in bello moriuntur.

TIT. XLVII.

I. IMP. CONSTANTINUS A. EVAGRIO. Hi qui ex officialibus quorumcunque officiorum geniti sunt, sive eorumdem parentes adhuc sacramento tenentur, sive jam dimissi sunt, in parentum militiam vocentur. DAT. PRID. NON. AUG. BASSO, ET ABLAVIO COSS.

Ut filii officialium sequantur militiam patris: Officialium, id est, apparitorum.

II. IMPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. NEOTERIO. Filios primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

Ut filii primipilariorum sequantur militiam patris; non curiæ addicantur. De primipilo dicetur suo titulo. Sequitur constitutio Græca quæ deerat, et sine qua in titulo frustra adjectum esset, *& militarium qui in bello moriuntur*.

III. Εἴ τις ἐν πολέμῳ τελευτήσῃ ὁ πωσδήποτε στρατευόμενος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἂν εἷς ἐστιν ἢ πολλῶν παίδων ὁ μείζων παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον τοῦ πατρὸς ὑποσεισχέσθω, καὶ τὰς ἀννόνας τὰς αὐτὰς λαμβανέτω εἰ μέχρι βιάρχου ἦλθ᾽ ὁ πατήρ: εἰ δὲ ἀνώτερος ἦν τοῦ βιάρχου, βίαρχον μόνον γίνεσθαι τὸν παῖδα: πρόδηλον γὰρ ὅτι ὁ μείζων ταύτην ἔχει τὴν παραμυθίαν φροντίζων, καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν.

Si quis quocunque modo militans in bello moriatur, filius ejus si unus sit, vel ex multis major natu statim in locum ejus succedat, & easdem annonas accipiat si pater usque ad Biarchi dumtaxat gradum pervenerit. Quod si altiorem obtinuerit, veluti ducenarii, aut centenarii, filius ejus fiet tantummodo Biarchus. Manifestum autem est majorem natu, in quem ejusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum.

De Oblatione votorum.

Tit. XLVIII.

I. IMpp. Arcadius, et Honorius aa. Basilio p. v. Quando votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri, & solidis obryziacis principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus: statuentes ut deinceps sequentibus annis uniuscujusque sedulitas principibus suis talia ingerant semper, & deferant. Dat. iii. Non. Mar. Med. Olybrio, et Probino Coss.

Nuncupantur vota ineunte anno pro salute principis, *l. si calvitur, ff. de verb. sig.* et offerebatur libra auri in xxxii. solidis obryziacis sive obryzatis, quo nomine quid significetur ostendi in *tit. de vet. num. pot;*

De Numerariis, actuariis, & chartulariis, & adjutoribus, scriniariis, & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumque judicum tam civilium, quam militarium.

Tit. XLIX.

HIc titulus est de dignitatibus quæ sunt in officio judicis civilis aut militaris. Civilis, veluti præf. prætorio aut præf. urbi. Militaris, ut magistri militum aut ducis.

I. Imp. Constantinus a. ad Veronicianum Vic. Asiae. Vorax & fraudulentum numerariorum propositum, qui diversis rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut antea sanximus, & nunc itidem sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis atque lacerationibus subjacere. Dat. xiii. Kal. Jun. Optato, et Paulino Coss.

Numerarii qui sunt in officio præsidum et consularium conditionales sunt: et ideo tormentis, re exigente, ungulis, uncis et eculeis subiiciuntur. Est huic conjungenda *l. damus Cod. Theod. de iis quæ adm. vel off. pub. ger. trad. sunt*, in qua idem ad eundem, *Damus*, inquit, *provincialibus potestatem, ut quicunque sibi à numeris, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas, inanesque efficiant*. Videnda sunt quæ diximus *l. 13. sup. de suscep.*

II. Impp. Valentinianus, et Valens aa. Clearcho p. p. Qui numerarii appellari consueverant consularium atque præsidum dumtaxat, tabularii post hanc nostram sanctionem vocabuntur: scientes se tormentis esse subjectos, nisi judicibus, vel his, qui provecti nostro judicio ad provincias venerint, vel exactoribus debitorum, aut reliquorum modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione. Quos scire oportet, his qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. Triennii tantum spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. Dat. xiv. Kal. Mar. cp. Valentin. et Valente aa. Coss.

Cur mutetur nomen numersriorum rectorum provinciarum in nomen tabulariorum diximus in *dict. l. 13.*

III. Iidem aa. Rufino p. p. Numerarios amplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere jubemus. Dat. Prid. Id. Dec. Parisiis Valentiniano, et Valente aa. Coss.

Recte *l. 2.* consularium, atque præsidum duntaxat: Nam illustrium præf. prætorio numerarii, vel etiam spectabilium conditionales non sunt. Quinimo cingulum militiæ gestant, & tenent, qui in officio præf. prætorio numerarii sunt.

IV. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius aaa. Omnibus Rectoribus Provinciarum. In provinciis singulis duo numerarii, qui & tabularii, collocentur: quo ad unum fiscalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli jubeantur: hoc scituri, quod si ex alterius quiddam actibus ad alteram partem illicita fuerit usurpatione translatum: is qui culpam judicis dissimulatione texerit, gravissimo sit supplicio subjugandus. Dat. iv. Kal. Apr. cp. Antonio, et Syagrio Coss.

De hac etiam diximus satis in *d. l. 13.*

V. Iidem aaa. Principio p. p. Exceptores omnes judicibus provincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur, neque à fisco ullas consequuntur annonas, absque metu dare cœptis operam (etiam si decuriones sint) minime probibemus: dummodo munia propriæ civitatis agnoscant, & peracto secundum morem officio exceptionis ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. Dat. iv. Id. Dec. Aquileiae Arcadio a. et Bautone Coss.

Ut curiales, qui facti sunt exceptores præsidum, impleto exceptionis officio ad curiam redeant. Fiunt plerumque exceptores præsidum, aut consularium etiam qui cohortalinæ conditionis non sunt.

VI. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Severo p. v. Ne diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum consortiis adjuventur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerariis actuariorum societate præcipiat abstinere, atque ab eorum communione discedere. Quod si hæc moniti custodire neglexerint: iisdem pœnis se, quibus actuarios, non ambigant subjacere. Dat. iv. Kal. Jun. Niciae Honorio a. iv. Eutychiano Coss.

Numerarii rationes, & chartas tractabant in officio præf. prætorio, præf. urbi præsidum, ducum. Actuarii palatinorum, & comitatensium numerorum rationes tractant, *l. 5. sup. de erog. mil. an.* & ita actuarii specialiter accipiuntur *l. 3. 5. 10. 15. C. Th. eod. tit. de numer. act.* Alii sunt actuarii, de quibus dicetur tit. seq. Alii actuarii Comitum ærarii, *l. 3. inf. de div. off.* Fuere, & præf. prætorio, proc. præsidibus, vicariis, præfect. urbi, Ab actis. Lex constituit ne ullum sit numerariis forte præf. urbi commercium cum actuariis, ne quid

frau-

fraudis inter se moliantur communicatis rationibus: A quin & amplius in Cod. Theodosii, actuarii à præfect. urbi urbe pelli jubentur.

VII. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Hierio p.p. Actuarios tam clarissimæ urbis Constantinopolitanæ, quam Antiochiæ, quamque curialium civitatum diversarum, non aliter nisi, ut consueverat manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari. Quod si quis talis sub tua fuerit judicatione convictus: profecto irritis his, quæ vetita contrectaverit, etiam congruam indignationem incurrat. Dat. x. Kal. Jul. Nicomediae Theodosio xii. et Valent. ii. aa. Coss.

Hæc lex ita restituenda est ex vet. libris, & ex lege 21. & 22. *C. Th. de div. offic. Actuarios tam classium urbis Constantinopolitanæ, quam Thymelæ equorumque curulium civitatum diversarum*, &c. Alii igitur sunt actuarii classium urbis Constantinopolitanæ, alii Thymelæ, id est, scenæ, & equorum curulium civitatum diversarum, id est, qui ex diversis civitatibus in urbem conferuntur. Hi non ordinantur nisi ex sacrorum scriniorum probatoria. Conjungenda est *l. 6, inf. de div. offic.* quæ in aliis quibusdam sacram probatoriam exigit.

VIII. Iidem aa. Protogeni p.p. Scriniarios, vel numerarios officii tuæ magnitudinis C jubemus nullatenus in posterum, aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi, quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

Scriniarios habuere præf. prætorio, & magistri militum, & comites utriusqqe ærarii, & proconsul Asiæ, & castrensi sacri palatii. Item duces, si ita recte auctor Etymologici: *Σκρινιάριος τῆς δουκικῆς ὑπάρχει τάξεως· τὸ δ' ἔστι χαρτοφύλαξ, σκρίνιον γὰρ τὴν δρυφακτὸν ... οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι*. Hæc lex est de scriniis & numerariis præf. prætorio, ut si quid in publicas necessitates impendendum sit, non cogantur ipsi eo nomine pecuniam mutuam sumere, aut se obligare, ne D ex eo post depositum officium periclitentur. Commercio mutui eis omnino non interdicitur: legenda est *Nov. Valentiniani de officio, & numerariis præfectorum*.

IX. Imp. Leo a. Dioscoro p.p. Nemini liceere deinceps jubemus in quacunque militia connumerato, sollicitudinem actuarii subire, vel post depositam eandem curam ad militiam adspirare: quatenus inter privatos agens, omnique militari privilegio denudatus, nihil nundinationis, vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

E Militem vetat numerorum actuarium fieri, & actuarium deposito officio militem fieri, ne privilegio militiæ rationum redditio cohibeatur. Qua re etiam constat Senatusconsulto inhiberi nuptias inter tutorem, & pupillam.

X. Imp. Zeno a. Arcadio p.p. Nulli scriniario liceat pro tempore numerarios plus quam quaternis vicibus, nec bis tamen continuandis, adjuvare. Idemque hoc super chartulariis, præbenda pro tempore numerariis opera, observari decernimus: ita ut adjutorum quidem biennii, chartulariorum vero unius anni intervallo continuatio interrumpatur. Nulla adjutoribus ad chartulariorum sollicitudinem, quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia. Ita ut Orientalis quidem tractus pro tempore numerariis, non nisi ab his feriniariis, qui intra triginta viros à numerario retro numerandos: Asianæ vero diœceseos numerariis non nisi ab his, qui intra quinquaginta à numerario similiter retro numerandos inveniuntur. Ponticæ vero & Thraciæ diœceseos passim & pro suo libitu ex omni multitudine eligendorum adjutorum tribuatur facultas. Omnia sane commonitoria, vel præceptiones, aut evectiones, seu quælibet publica instrumenta non solum adjutoribus, B verum etiam provinciæ illius, de qua disponitur tractatori inspiciendi: itidemque subscribendi, aliorum quoque qui una cum eo tractant, in eadem scriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autem sine hac observatione ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis, quæ à scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur, quod in iisdem instrumentis solum numerarium ejusdem diœceseos, ejusque adjutorem, & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit. Ita ut si quid hujus legis fuerit violatum numerarii quidem tam gradus sui, quam solemnitatum seu solatiorum universi anni jacturam: adjutores vero quinquaginta librarum auri, & chartularii quindecim itidem librarum auri pœnam subeant.

Scripta est præf. prætorio Orientis, sub cujus dispositione erant diœceses quinque, ut diximus *l. 2. sup. de mil. vest.* Sed hæc lex nescio quamobrem prætermittit diœcesim Ægypti: In officio præf. prætorio numerariis dant operam adjutores, & chartularii. Adjutores eliguntur ex scriniariorum certo numero, vel ex omni turba pro diversitate diœcesum. Sed iidem viri numerariis adjutores esse non possunt plus quam quaternis vicibus in singulis intermisso biennio. Iidem etiam chartularii eis non adjunguntur plus quam quaternis vicibus, anno solummodo intermisso. Chartularii forsitan tractatores etiam appellantur in hac lege, ut tentavi *l. 3. sup. de can. larg. tit.* quos & commentarienses dictos auctor Etymologici scripsit. Numerarii præf. prætorio auctoritates, commonitoria, præceptiones, evectiones conficiunt, *l. ult. sup. de fabr. l. pen. inf. de excus.* adhibita inspectione adjutorum, & chartulariorum, & aliorum quorundam in ea subscriptione mentione facta.

XI. Idem a. Cottoni Magistro Militum. Officio tuæ magnitudinis datis precibus postulante, ut numerariorum actus non in biennium, sed in unum annum statuatur: nostra pietas hujusmodi petitionibus annuens dispositionem, quæ super biennio promulgata fuerat super uno tantummodo anno revocavit.

Numerarii, qui rectoribus parent, triennales sunt; *l. 2. sup.* quod & de numerariis præf. prætorio proditum est *l. 13. & ult. Cod. Th. eod.* At numerarii, qui sunt in officio magistrorum militum, annui sunt: olim erant biennales. Alias igitur, *dispositionem, quæ super uno tantummodo anno promulgata fuerit, revocavit*.

XII. Imp. Anastasius a. Aspartico

co p. p. Illyrici. Per hanc divinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea dum tribuni prætoriani dignitas eis, qui in scriniis seu gradibus officii tuæ celsitudinis deponunt militiam, præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur: hoc super honore quoque comitivæ dignitatis eis impertiri, ut sententia pro fine eorum militiæ proferenda dignitatis etiam mentionem contineat. Hæc quoque tantummodo, & sine speciali codicillorum, vel divinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam, & privilegia eam sequentia sufficiant: ita tamen ut primi ordinis comitivam per interlocutionem ejusdem potestatis mereantur cornicularius, & chartularius, & primiscrinius, & numerarius scrinii Macedoniæ, & scrinii Daciæ, & scrinii operum, & scrinii auri. Hoc eodem in his etiam, qui post novellam dispositionem divæ memoriæ Zenonis, quæ de eisdem personis loquitur deposuerunt militiam, obtinente.

Numerarii, cornicularii, primiscrinii, chartularii, qui sunt in officio præf. prætorio, militia deposita dimittuntur cum honore aliquo. Inde Sidonius 1. Epist. *Numerariorum, seu potius advocatorum more, quorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates.* Et olim quidem ex tribunis prætorianis dimittebantur. Hodie ex hac lege ex comitibus primi loci sola testimoniali præf. prætorio sine codicillis principis. Scripta est hæc lex ad præfectum prætorio per Illyricum, in cujus officio erant numerarii quatuor, Daciæ, Macedoniæ, operarum, auri, qui hac lege recensentur, & clare à Mariano Scoto in notitia Romani imperii. Scriniarorum operum sive operarum fit mentio in *Nov.* 128. Ambrosius 5. Epist. *Apparitor præfecturæ, qui propter operas portuenses offensam contraxerat*: qui locus magis pertinet ad *l.* 1. *C. Th. de patron. hor. port.*

De Cursu publico, angariis, & parangariis.

Tit. L.

Exponamus ante omnia, quid distent angariæ à parangariis, veredi à paraveredis. Id Græci lib. 56. βασιλικῶν expediunt his verbis: καὶ ἔστιν ἀγγαρεία μὲν ἡ πάροδος ἡ διὰ τῆς δημοσίας ὁδοῦ ὥστε καὶ δρόμον ἔχουσα, ὡς τυχὸν ὁ ἐντεῦθεν ἐπὶ τόπον· παραγγαρεία δὲ ἡ διὰ τῆς ἐκ πλαγίας ὁδοῦ, ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ ἠλεκτώδεις, ad *l.* 25. *inf. hoc tit.* jamque fuit evulgatum ab iis, qui dictionum Græcarum sensa collegerunt, iis tamen adjectis, τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος ὁ λεγόμενος διὰ ὀχημάτων, quæ ad angariæ, vel parangariæ definitionem nihil pertinent, sed ad *l.* 22. Est igitur angaria, qua cursus publicus dispositus est: parangaria alioversum. Utrunque onus à provincialibus exigitur in transvectione armorum, *l. ult. sup. de fabricens.* vel specierum, *l.* 5. *sup. de quibus mun.* conjuncta *l. maximarum, sup. de exc. mun.* vel qualibet alia necessitate publica: exiguntur nempe plaustra, jumenta, naves, operæ extra ordinem. Veredi sunt publici equi cursuales, qui à Græcis ταχυδρόμοι ad *l.* 8. *hujus tit.* Procop. 11. de bel. Pers. οἱ δὲ ἵππους δημοσίους ἔχοντες, οὓς δὴ βερέδους καλεῖν νενομίκασιν: & Julianus *Nov.* 530. qui τῶν δημοσίων ἵππων δρόμον, interpretatur veredorum cursum. Inde qui jussu principum huc atque illuc cursu publico mittuntur, veredarii ab Hieronymo in historia Esther, quos Josephus 11. ἀρχαιολογίας angaros, & ad Eustochium, *clericus vagus veredarius urbis*. Procopius de bello Vand. τῶν τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ἀεὶ ἐπαγγελλομένων, οὓς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι. Prima origo nominis veredorum, quod vehant sive ducant rhedas auctore Festo, quæ & ipsæ cursuales dicuntur, *l.* 9. *C. Th. de legatis, & dec. lec.* Qui scribunt rheda, veredos scribunt. Qui rheda, verhedos, ut in Pandect. Flor. *l. ult. ff. de mun. & hon.* Sed cœpere etiam veredi appellari sine reda. Utebantur etiam ad cursum publicum bobus, *l.* 5. *Cod. Th. eod. tit.* & mulis atque asinis: quod sustulisse Julianum Socrates scribit lib. 3. cap. 1. Carolum magnum iter fecisse carpento junctis bobus, & bubulco, rustico more agente, Eginhartus scribit. Paraveredi videntur esse majores equi agminales, quos posteriores parafredos vocarunt, ut in lege Bajuvariorum. *Parafredos donent, aut ipsi vadant ubi eis junctum fuerit*: estque ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hispanorumque communis. Francorum regi ab omnibus suis paraveredos solvi solitos Caroli magni leges à Benedicto Levita lectæ multis locis ostendunt.

I. Imp. Constantinus a. Titiano. Equos, qui publico cursui deputati sunt non lignis, vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: pœna non defutura contra eum, qui aliter fecerit. Dat. Prid. Id. Mai. Sabino, et Rufino Coss.

Ut veredi agitentur flagellis, aut virgis, non fustibus.

II. Idem a. Acyndino p. p. Præsidibus, & rationalibus cæterisque quibus propterea respublica & annonas, & alimenta pecoribus subministrat, usurpandi paraveredi licentia derogetur: sed nec alia via eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præsto est. p. p. xv. Kal. Mar. Constantino a. vii. et Constantio Caes. Coss.

Ne præsidibus, & catholicis, & cæteris magistratibus, quibus Respublicæ (ita legendum) id est, civitates annonas, & capita administrant, præbeant etiam agminales equos, *l.* 19. *inf.* Et ne alia via eant, quam publica, quæ canalis dicitur in *l.* 2. *C. Th. de curios.* & in *l.* 55. *C. Th. de cur. pub.* Et Concilii Sardicæ cap. 21. exceptis præf. prætorio.

III. Imp. Constantinus a. Tauro p. p. Evectiones ab omnibus postulentur, & tam judices, quam custodes publici cursus minime transire patiantur, antequam seriem evectionis aspexerint. Quod si quis putaverit resistendum, & sine evectione iter facere detegitur, vel ultra tempus, quod evectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit: ubi repertus fuerit, eundem jubemus retineri: & si quidem dignitate præditus sit, de ejus nomine ad prudentiam tuam, & ad illustrem virum Comitem, & magistro officiorum referri: adversus cæteros vero protinus indignatio competens exercenda est, quo sinceritas tua pro loco graduque militiæ ibidem coerceri posse crediderit. Dat. viii. Kal. Jul. Med. Constantio a. ix. et Juliano Caes. ii. Coss.

Evectiones sunt diplomata sive codicilli, quibus cursu publico utendi facultas datur, quæ & synthemata, & combinæ, & tractoriæ dicuntur, ut dicemus tit. seq. Hier. ad Julia. *Jam dimisso synthemate equus publicus sternebatur.* Idem in Hilarione, *Secreto ab Imperatore evectionem petit.* Aug. v. Confes. *Missum est à Mediolano*

no ad praef. urbi, *ut illi civitati Rhetoricae magister provideretur*, *impertita etiam evectione publica*. A Sunt & loci similes multi. Non licet autem cursu publico uti sine evectione: idcoque à currentibus tam judices, quam curiosi evectioncm sibi exhiberi postulant, *l. 2. sup. de curios.* Sine qua currentes, aut supra tempus evectione comprehensum, retinentur, & coercentur.

IV. Imp. Julianus A. Mamertino p. p. Parhippum cum videri, & habendum esse, si quis usurpato uno, vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat. Nil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, utrum agens in rebus suo itineri, anne mulionis subjugando, modo evectionis datae formam, & licentiam non excedat. B Dat. v. Id. Sept. Mamertino, et Nevitta Coss.

Paraverdi appellantur parhippi à Graecis ad *l. ultim. hujus tit.* & à Cassiodoro 4. & 5. Variarum, & à Juliano in epist. ad Actium. Hoc loco Parhippus dicitur, qui supra numerum evectionis equos publicos usurpat. Quod hac lege damnatur. Sed si non servata evectionis forma suo, vel mulionis sive hippocomi itineri agenti in rebus, cui evectio data est necessitatum publicarum causa, eos subjunxerit.

V. Impp. Valentinianus, et Valens AA. ad Symmachum correctorem Locaniae, et Brittiorum. C Si quis per publicum cursum iter faciens, cujuscunque dignitatis, vel militiae, ab itinere recto divertit, poena in eum competens proferatur. Dat. viii. Kal. Apr. Med. Valentiniano, et Valente AA. Coss.

Ne is, cui evectio data est, à canali publico deflectat.

VI. Iidem AA. et Gratianus A. ad Ampelium p. v. Evictionum copiam senatui, D cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen ut cum à nobis evocatur, aut à clementiae nostrae veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate praesumpserit: motum in se nostrae mansuetudinis excitabit. Dat. iii. Id. Dec. Triv. Gratiano A. ii. et Probo Coss.

Evectionem copiam facit senatori evocato à principe. Sidon. 2. Epist. *Egresso mihi publicus cursus usui fuit, utpote sacris apicibus accito, & quidem vianti vel redorum paucitas moram non faciebat.*

VII. Iidem AAA. ad Hesperium p. p. E In omnibus provinciis veredorum quarta pars reparetur: stabula autem ut impensis publicis extruantur contra rationem est: cum provincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda: & utilius sit tam publico, quam his, quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus. Dat. iii. Kalen. Mar. Triv. Grat. A. iv. et Merobaude Coss.

Ut singulis annis veredorum quarta pars reparetur, & ut provincialium sumptu stabula parentur, & tueantur.

VIII. Imppp. Valens, Gratianus, et Valentinianus AAA. Floro com. rerum privatarum. Ut agendi itineris possit esse moderatio, deni veredi per dies singulos ex utraque parte dimittantur: poena quinque librarum auri minime desutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint.

Ut quotidie non plus quam x. veredi ex utraque parte mansionum dimittantur. Inscriptio in quibusdam est, ad Ausonium p. p.

IX. Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA. Floro p. p. Judicibus faciendae evictionis copiam denegamus, cum id tantum nostro numini, & tuae sedi, nec non viro illustri magistro officiorum sit reservandum: cum neque praefecto urbi, nec magistris militum, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alii praeter memoratas duas potestates à nobis hoc concessum sit. His enim tantum ambulandi facultatem judicis ex suo arbitrio praebituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum prosecutores viderint constitutos: sciturі, si definitionem nostram excesserint, se quidem xxv. auri libris, officia vero quinquaginta esse multandos. Dat. x. Kal. August. cp. Antonio, et Syagrio Coss.

Ut evectiones tantum dentur à principe, vel à praef. praetorio, vel magistro officiorum. Sub magistro officiorum sunt curiosi. Ad eos refertur si quid minus legitime in usurpando cursu publico factum sit, *l. 3. sup. hoc tit.* Idcirco non mirum si evectiones dant. Cassiodorus in formula magisteriae dignitatis: *Veredorum opportunam velocitatem, quorum status semper in cursu est, diligentiae suae distrithione custodit. Per eum nominis nostri destinatur evectio*: & in for. praef. praet. *Evectiones simili potestate largitur.* Praesidibus autem dandarum evectionum facultas non est, ut *Nov. Majoriani de curial.* nisi publicarum functionum prosecutoribus.

X. Iidem AAA. Philagrio Com. Orientis. Gravissimae poenae acerbitate proposita, evectionum contractus, animalium quoque publicorum merces, & ementis, & distrahentis coercitione prohibemus. p. p. Beryto. Dat. iii. Kal. Octob. Antonio, et Syagrio Coss.

Evectionum, & veredorum commercio interdicitur: Igitur qui evectionem impetravit, ea ipse uti potest. Eam alii vendere non potest.

XI. Iidem AAA. Gynegio p. p. Nullus evictione utatur privatus, tametsi valuerit impetrare. Dat. vi. Non. Mart. cp. Richomere, et Clearcho Coss.

Ut privati cursu publico non utantur: Agentes in rebus, senatores, praesides, rationales, magistratus, legati, episcopi evocati à principe, hi sunt quibus eo uti licet.

XII. Imppp. Theodosius, Valentinianus, et Arcadius AAA. Gynegio

dio P. P. Quoniam veredorum quoque cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem averta non transeat: ea conditione, ut si quis præscripta moderaminis imperatorii libramenta transcenderit, ejus sella in frusta cædatur, averta vero fisci viribus deputetur: exceptis auri centenariis, quæ necesse est ab hippocomis in solitis sacculis reportari. Dat. xv. kal. Jul. cp. Arcadio A. i. et Bautone Coss.

Ne plus justo onerentur veredi. Constituit ne sella cum frenis, ne etiam averta excedat 60. libras. Quid sit autem averta ex Græcis interpretibus fideliter Budæus exposuit in *tit. ad leg. Corn. de fals.* Alioquin conscinditur sella, confiscatur averta, exceptis auri centenariis (ornamenta erant veredorum avertis applicita) quæ hippocomi sive muliones in solitis sacculis domum referunt.

XIII. Iidem AAA. Floro P. P. Non patimur hippocomis per eos, qui veredis utentur, indigna spoliatione vexari: si quidem nonnulli veredariis saga eorum dicuntur auferre, vel præcidere. Quocirca per omnes judices, & curiosos miserabilis removeatur injuria: scientibus cunctis, ut si observata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, verumetiam notam, & multam, qui neglexerit, subire cogetur. P. P. xv. kal. Jul. Treveris Valentiniano A. iv. et Neoterio Coss.

Ne mulionibus deputatis, qui à Gallis apostoli vocantur, veredarii auferant saga. Saga Græci vocant instrata equorum, hoc loco vertunt τὰ πάλλια, forte, pallia, & inde strata sagorum Isidoro: & ut hæc injuria summoveatur cura præsidum, & curiosorum.

XIV. Iidem AAA. Potamio PF. Augustali. Publici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem, vel curialibus, vel cohortalibus debet committi, vel his, qui suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt. Dat. iii. kal. Aug. cp. Arcadio A. ii. et Rufino Coss.

Mancipes cursus publici pro varietate locorum, vel ex curialibus, vel cohortalibus ereantur, vel aliis electione præf. prætorio sub idoneis fidejussoribus. Videnda sunt, quæ diximus *l. 3. sup. de can. larg. tit.*

XV. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Dextro P. P. Si quis vel pro una mutatione veredum superducendum esse crediderit: quadruplum superductorum animalium pretium fisci viribus inferat. Dat. xv. kal. Apr. Med. Olybrio, et Probino Coss.

Etiam qui pro una tantum mutatione supra numerum evectionis veredum usurpavit, in quadruplum damnatur. Ubi est scriptum, *fisci juribus*, emendandum semper, *fisci viribus*: ubi *nostri nominis*, *nostri numinis*.

XVI. Iidem AA. Remistheo Duci Armeniae. His tantummodo utendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diversis gentibus ad nostram clementiam properare festinant. Dat. v. kal. Mar. cp. Caesario, et Attico Coss.

A Privatis non licet uti cursu publico, nisi legatis diversarum gentium ad comitatum festinantibus.

XVII. Iidem AA. Vincentio P. P. Nemo mulionem mutationibus deputatum, vel per sollicitationem, vel receptionem subtrahere audeat: decem libras argenti pœnæ nomine reformidans. Dat. xii. Kal. Mar. Med. Honorio A. iv. et Eutychio Coss.

Hac lege coercentur, qui hippocomum sollicitat, vel receptat.

XVIII. Iidem AA. Messalae P. P. Animalia B publica, dum longe majore, ac periniquo pretio æstimantur, per mancipes, atque apparitores aperte vexantur, ne id contingat, sublimitas tua disponat, ut nec pabula mutationibus desint, nec provinciales ultra, quam justitiæ sint ratio, prægraventur. Dat. xv. Kal. Dec. Stilichone, et Aureliano Coss.

Mancipes intelligit cursus publici, ut *l. 15. Cod. Th. eod. l. 9. C. Th. de curios.* qui mancipes mutationum à Cassiodoro dicuntur. Hi habebant apparitores sive stationarios quosdam, sicut & mancipes publicorum, id est, publicani: sed hi dum iniquo pretio pabula veredis comparant de provincialibus, sic fit, ut male veredos C tractent: ideoque Constitutio moderatum pretium statui pabulis à præf. prætorio jubet, & ne pabula stationibus: sive mutationibus equorum desint: τὰ δημοσίου δρόμου ἱπποστασίας dicuntur à Gregorio presbytero in vita Gregorii Naaianzeni.

XIX. Iidem AA. et Theodos. A. Septimio Proc. Africae. Comperimus provinciales, & pabula, & pecuniam pro cursu equorum cursualium solemni ratione conferre, & extrinsecus etiam paraveredorum onere prægravari: provinciarum igitur rectores, procurent ne unquam cursus publicus veniat in querelam: & occasio deceptionis curiales, vel provinciales animalia D indebita præstare compellat. Dat. vii. kal. April. Rav. dn. Theod. A. i. et Rumorido Coss.

Ne provinciales cogantur conferre pabula, & pecuniam pro equis cursualibus, & præterea etiam paraveredos *l. 2. sup.* Pro, *Curiales*, Cod. Th. habet, *curialis*. *Animalia indebita*] id est, paraveredos.

XX. Iidem AA. Anthemio P. P. Nemo ducum ingressus semel provinciam suam, postmodum itineribus faciendis cursu, atque angariis ipse, sive suum utatur officium: sed expeditionem militarem jumentis propriis exequatur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis E ex bis per provinciam suam discurrens, veredo uti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscant. Quod si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum, temerario animo ea, quæ decernimus, contemnenda putaverit, per singula animalia, quibus usus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur. Dat. iv. Non. Aug. cp. dd. nn. Honorio vii. et Theodosio ii. AA. Coss.

Duces euntes in provinciam utuntur cursu publico: Ubi autem in ea semel posuerint sedes, jam non amplius

plius cursu, vel angariis uti possunt ipsi, vel eorum A officia. Idemque de præsidibus, & cohortalibus hac lege constituitur.

XXI. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Cyro p.p. Nullus penitus cujuslibet ordinis, seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis expeditionem angariarum, seu parangariarum habeat.

Idem constitutum est *l. 2. sup. quib. mun. vel præst.*

XXII. Imp. Leo a. Pusco p.p. Cursum ambularem ab omni Orientali tractu, nec non ab B his civitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputarique decernimus: ita tamen ut in transitu fortissimorum militum (quando nostra serenitas disposuerit ex aliis ad alia eos loca deduci, evictionesque animalium secundum consuetudinem à nostra fuerint æternitate consecuti) & in armorum iam confectione, quam translatione servata consuetudine, in profectione quin etiam legatorum, animalium dominis, qui ea solent accepta mercede locare, præbenda pensio arcæ tui culminis imputetur: tractatorias videlicet animalium super memoratis causis nulli alii indici, cujuscunque sit dignitatis, nisi tuo C tantummodo culmini faciendi licentiam patere decernimus.

Cursum ambularem] est ὀξύδρομον, quod videtur posse defendi *l. 9. sup.* in qua evectionem vocat ambulandi facultatem. Sed placet magis quorundam librorum scriptura, *cursum clabularem*. Clabula est vehiculi genus. Cursus clabularis, cursus vehiculariis Ammiano Marcellino libro 20. *& l. 2. & 5. C. Th. de curios.* & ita Græci hoc loco interpretantur, τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος ὁ λεγόμενος διὰ ὀχημάτων. Hunc hæc lex infirmat in diœcesi Orientis, & aliis quibusdam aliarum regionum civitatibus, exceptis tribus causis, si transeant milites, si legati, si transferantur arma: quibus ex causis soli præfecti prætorio evectiones faciunt: & D ex arca eorum sumitur, quod animalium locatoribus pro mercede dari solet.

XXIII. Imp. Anastasius a. Armenio p.p. Jubemus nemini licere cujuscunque scholæ, vel officii, vel militiæ, seu conditionis, per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque causam proficiscenti, seu redeunti, supra unum veredum unumque paraveredum, cum evictione tamen judiciali, movere: nisi specialis ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens evectio, exceptis proculdubio his, qui pecunias publicas devehunt: cum in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta convenit ani- E malia moveri, quanta transvehendæ pecuniæ summa, & ejus tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his ferendis condemnatione, quicunque nostra jussa quolibet modo, seu tempore violaverint, seu violare concesserint.

Ne quis in Orientis diœcesi vi evectionis datæ à præf. prætorio, aut magistro officiorum plus quam unum veredum, & unum paraveredum usurpet, præterquam si pecunias publicas vehat: evectione data à principe etiam ampliorem numerum commovere licet.

De Tractoriis, & stativis.

Tit. LI

I. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. Rufino p.p. Tractoriæ cum stativis solitis tantummodo bidui tempus accipiant: nulli vero penitus cum necessariis sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia, atque equos sacro usui necessarios prosequuntur: ita tamen ut his dimissis in tractoriarum corpore quinque dierum numerus adscribatur: ut nullus ultra hoc temporis spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. Dat. vii. Kal. Sept. cp. Arcadio a. iii. et Rufino Coss.

Tractoria duplomata sunt, quæ dantur missis, vel evocatis à principe cursu publico utentibus, adscriptis etiam statuis, id est, diversoriis, & mansionibus, quibus alantur sumptu publico. Nam quos evocabant, aut mittebant, eis non tantum equorum publicorum copiam dabant, sed & viatica. In Marculphi monachi libro hæc ponitur tractoriæ formula: Ille princeps omnibus agentibus in ille loco: nos oaium i.v. partibus illis legationis causa direximus, ideo jubemus ut locis convenientibus eidem a vobis evectio simul, et humanitas ministretur, hoc est veredi sive paraveredi tot, panes tot, vini mod. tot, cervisiae mod. tot, lardi lib. tot, carnis tot, porci tot, porcelli tot, verveces tot, agni tot, anseres tot, phasiani tot, pulli tot, ova tot, olei libras tot, gari lib. tot, mellis tot, aceti tot, cumini tot, piperis tot, costi tot, caryophylli tot, spici tot, cynnamomi tot, grani masticis tot, dactylae tot, pistaciae tot, amygdalae tot, cerae lib. tot. salis tot, olerum leguminum carra tot, faculae tot, pabuli equorum carra tot, haec omnia tam eundo, quam redeundo eidem ministrari in locis solitis, et impleri sine mora procurate. Et ita tractoriam sive tractorias accipi etiam oportet in *l. pen. sup. tit. prox. l. 2. sup. de desert. l. 8. C. Th. de cur. publ. l. 2. C. Th. de dom. & prot.* & in libro 3. legum Langobardarum tit. 6. & tit. 1. cap. 37. & in constitutionibus Caroli Magni, *Si quis literas nostras despexerit*, id est, *tractoriam*, *quæ propter missos recipiendos dirigitur*, & alio loco: *Ut missi nostri accipiant secundum quod sua tractoria continetur*. Et in constitutione quadam Constantini: *Aliquot*, inquit, *ex iis, qui contra Cæcilianum dissentiunt data evectione publica per Africam, & Mauritaniam inde ad Hispanias brevi tractu faciat migrare: & inde nihilominus singulis episcopis singulas tractorias tributas*. Eustathius ita definit libr. de temporibus τρακτωρίας ἔλεγον αἱ κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων προφάσει ζώων δεσμικῶν γινόμεναι, ἃς καὶ κομβίνας ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ, ῥωμαϊκῶς τουτέστι συνθήματα. Notandum quod ait de combinis. Ad *l. eos, §. ult. ff. ad leg. Cor. de fal.* pro, *falso duplomate*, textu, βασιλικῶν E habet πλαστοῦ συνθήματος: interpres, *conbinas*. Non possunt autem, qui tractorias habent in stativis esse ultra triduum. Viatica illis præbentur de publico, ut dixi, non tamen personæ ministeria necessaria: *Cum stativis*] Stativa Eustathius ἀλλαγὰς interpretatur, recte. Non possunt itaque ii, qui duplomate utuntur, ultra triduum ullo loco ullave mansione residere sumptu publico. *Cum necessariis sibi personis*] Tractoriæ non tantum præbent publice currendi sive ambulandi facultatem, sed & viatica, non tamen ministeria, vel angarias, nisi equorum publicorum prosecutoribus quod textus βασιλικῶν sic explicat recte: ἐν ὅτι δὲ καὶ τοῖς

πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῶ, ὑπεξῃρημένον ἐχόντων τῶν εἰς τὸ κομητάτον ἀναφερόντων ζῶα πρὸς βασιλικὴν ὑπηρεσίαν ἐπιτεθέντα. *Quinque*] Ergo equorum prosecutoribus licet quinque diebus esse in stativis Ferarum prosecutoribus septem, *l. 1. sup. de ven. ser.*

De Apparitoribus præfectorum prætorio, & privilegiis eorum.

TIT. LII.

I. IMPPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. MAMERTINO P. P. Præfecturæ cornicularios, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus, quo honore perfunctis, cum jam missionem tenuerint, liberum otium damus, ut ad susceptionem, vel cujuslibet necessitatis officium minime devocentur. DAT. III. KAL. FEBR. MED. VALENTIN. ET VALENTE AA. Coss.

Ut cornicularii, qui sunt in officio præf. prætorio post missionem ad susceptionis, vel alterius necessitatis officium non devocentur. Ait, *tenuerint*, pro, *obtinuerint*, ut *l. cum falsis : ff. de man. test.* & aliis plerisque. Plin. 6. Epist. *Scripseram tenuisse Varenum*. Horatius, *Quo causæ teste tenentur*. De cornicularii dixi *l. 2. sup. de prox. sacr. scrin.*

II. IIDEM AA. ZOSIMO PRÆSIDI EPIRI NOVÆ. Præfectianos ad perniciem provincialium exactionibus in provinciis, vel potius lucris, & quæstibus suis sese immiscere vetamus, præterea, vel horreorum gerere custodiam, vel curarum jus, atque arbitrium sibi præsumere his denegamus: horum si quis præsentis legis temerator extitat: volumus eum competenti motu, & indignatione percelli. DAT. XIV. KAL. DECEMB. MED. VALENTINIANO, ET VALENTE IV. AA. COSS.

Ne præfectiani, id est, apparitores præf. prætorio suscipiant horreorum fiscalium custodiam : de qua Vegetius lib. 3. cap. 3. *sed fidelis*, inquit, *horreum custodia*, &c. ubi vulgo male legitur, *servatorum*. Item ne curarum jus, id est, curiosi officium, ut indicat titul. Cod. Th. Ne præfectianus exactoris, vel curiosi, vel horreorum custodis fungatur officio, ex quo hæc lex sumpta est. Curiosi creantur ex agentibus in rebus *l. 2. sup. de curios.* non ex præfectianis.

III. IMPP. THEODOSIUS, ET VALENTINIANUS AA. ZOILO P. P. Cornicularii, & primiscrinii, numerarii insuper, qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur, pro multis erga rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium, quam civilium judicum semper habeantur immunes: & civilium tantum judicum, non etiam militarium jurisdictioni subjaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, ut si quis præfectianus dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento, quod legibus comprobatur nullisque ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleverit, omnes ejus patrimonii facultates, provisione magnificæ tuæ sedis : non fisci viribus : sed arcæ tui culminis rationibus vindicentur : scriniariis autem & exceptoribus, cæterisque qui in officio tui culminis merent, cum in legione prima adjutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis, in quibus pulsantur, tuæ celsitudinis deputamus : in provinciis vero commorantes, rectoribus earum eos respondere jubemus : nisi publicum officium aliquod eis injunctum sit.

Cornicularii, primiscrinii, numerarii, qui sunt in officio præf. prætorio post missionem adorant purpuram principis, & immunitatem consequuntur tam civilium, quam militarium indictionum. Civilium judicum jurisdictioni suppositi sunt non militarium, sicut veterani, *l. ult. sup. de veter.* Primiscrinii dicuntur etiam primicerii, & ii dant apparitores, *l. 1. sup. de sportulis :* & ob id puniuntur, *l. 3. inf. de div. off.* Additur hac lege, ut præfectianis, vel expræfectianis sine successore defunctis non fiscus, sed arca præfectoria succedat: ut præfectiani habeant castrense peculium, *l. ult. sup. de castr. pec. milit.* ut coram præf. prætorio conveniantur, & in provinciis coram præsidibus, nisi publica quædam executio eis injuncta sit.

De Apparitoribus præfecti urbis.

TIT. LIII.

I. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. PRINCIPIO P. P. Præter eos, qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum, & curriculis evolutis, urbisque præfecturæ, serenitatis nostræ annis singulis attingere purpuram, venerarique præcepti sunt : nulli prorsus eorum, qui provincialia officia peregerint, tranquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. DAT. XIII. KAL. OCT. AQUIL. ARCADIO A. ET BAUTONE V. C. COSS.

Præfectiani, & urbaniciani completa militis adorant purpuram principis, de quo honore diximus supra quodam loco, non officiales rectorum provinciarum. Legimus in Mariano princeps officii quorundam ducum completa militia adorare protectorem. Videtur legendum, *adorare purpuram inter protectores*.

II. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. PALLADIO P. P. Quicunque illustris urbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit : accusatus atque convictus, perpetui paneficii nexibus addicetur. DAT. VI. KAL. JAN. RAV. HONORIO A. XI. ET CONSTANTIO II. V. C. COSS.

Urbanicianus, qui pistorem concutit, pistorum corpori additur. Id fiebat frequenter ab urbanicianis, quod tractaret præf. urb. etiam annonam urbis sacræ, & sub ejus cura pistores essent.

De Apparitoribus magistrorum militum, & privilegiis eorum.

TIT. LIV.

I. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. AD ARTEMIUM CORRECTOREM. Qui sese in officiis magistrorum

rum equitum ac peditum militare monstraverint, A ab omni nominationis injuria excusentur. Dat. xiii. Kal. Oct. Aquil. acc. xv. Kal. Nov. Salerni divo Joviano, et Varroniano Coss.

Apparitores magisteriæ potestatis ad susceptionem, vel quamlibet aliam necessitatem ne vocentur, sicut de præfectianis supra constitutum est. *Qui*, inquit, *monstraverint*. Eis igitur incumbit onus probandi.

II. Iidem AA. Mamertino p. p. Qui in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris. B

Ut apparitores magisteriæ potestatis militibus annumerentur: ideoque castrense peculium habent, ut præfectiani: non tamen testantur jure militari, *l. scriniarios*, *sup. de testam. mil.* In Noticia Rom. Imp. Officium magisterianæ potestatis in numeris militum, & in officio deputatur.

III. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Basso p. p. Probari apparitores magisteriæ potestatis neque in aliquo officio cohortales, neque censibus adscriptos volumus. Dat. Prid. Non. Mar. cp. Cyro v. c. Coss.

Ut adscriptitii, vel cohortales apparitores magisteriæ potestatis non fiant. C

IV. Iidem AA. Apollonio Magistro Militum praesentali, et Anatolio Mag. Militum per Orientem. Numerarios virorum illustrium magistrorum militum, tam præsentalium, quam orientalium, qui ordine & stipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita videlicet, ut post ecompletam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium, quam civilium judicum semper habeantur immunes; principatus D vero munere functos tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

Ut numerarii, qui sunt in officio magistrorum militum præsentalium, vel per Orientem completa militia tribunorum prætorianorum militarium honore cumulentur, & ab omnibus indictionibus immunes sint: princeps autem officii eorum honore tribunorum vigilum militarium decorantur.

V. Iidem AA. Ariobind Magistro Militum. Eos qui in officiis vestris merentes, statutorum numero tantummodo inserti sunt, fori præscriptione muniri: cæteros vero, qui super E hujusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos provinciarum rectores de quolibet pulsari, & conveniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus. Dat. ii. Non. Mar. cp. Cyro v. c. Coss.

Apparitores magisteriæ potestatis alii sunt statuti alii supernumerarii: statuti sub jurisdictione magistrorum. Supernumerarii sub jurisdictione præf. urbi, aut præsidum. Novella Theodosii ccc. dabatur præscriptio fori.

De Apparitoribus proconsulis, & legati.

Tit. LV.

I. Impp. Valentinianus, Theodosius, et Arcadius AAA. ad Flavianum Proconsulem Africae. Officio quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam, nec ex cæteris corporibus volumus aggregari: at si qui erunt inter apparitores hujusmodi, restitui eos muniis debitis mox jubemus.

Ne curiales, vel aliis corporibus obnoxii, veluti pistorum, aut trapezitarum, apparitores fiant proconsulis.

II. Impp. Arcadius, et Honorius AA. Dominatori Proc. * Apparitioni tuæ, & legatorum quadringentos censuimus deputandos, de iis dumtaxat, quos esse sibi detractos reipublicæ membra non quærunt.

Definit appatitorum numerum certum proconsuli cuidam. Quidam Codices habent, *Africæ*. Quod si est rectum, omnes hujus tituli leges sunt de proconsule Africæ, & legatis ejus. Quod air, *de iis duntaxat*, sane congruit cum *l. 1.*

III. Iidem AA. Messalae p. p. In proconsulari provincia officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit, nec alienis se partibus impudenter inserat.

Veluti, inquiunt Græci, Asia, & Corintho, secundum sui temporis morem. Secundum auctorem Constitutionis malim dicere in Africa, ut *l. 11. sup. de erog. mil. ann.* Constituit lex, ut exigant ejus provinciæ apparitores, quæ solent, nec se alienis immiscéant.

De Apparitoribus Comitis Orientis.

Tit. LVI.

I. Impp. Theodosius, et Arcadius AA. Rufino p. p. In officio Comitis Orientis non amplius, quam sexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus novimus abunde suppetere.

Definit numerum apparitorum Comitis Orientis. Supra de eo Comite diximus sæpe.

De Cohortalibus, principibus, cornicalariis, ac primipilaribus.

Tit. LVII.

I. Imp. Constantinus A. edicto suo ad Afros. Omnes stationarii neque superexactionem audeant, neque carcerem habeant, neve quis personam (licet pro manifesto crimine) apud se habeat in custodia: sciens, quod si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est. P. P. vi. Id. Mai. Karthag. Constantino A. iv. et Licinio iv. Coss.

Stationarii sunt ex cohortalibus, de quibus, *l. 1. sup. de curios. & l. 6. sup. de dignit.* qui & [illegible]. Cobortales officiales præsidum, vel consularium, vel correctorum. Constituitur hac lege, ne quid qui stationes agunt, superexigant, ne quem conjiciant in carcerem.

II. IMPP. CONSTANTINUS, ET CONSTANS AA. TAURO P. P. Nullus judicum quemquam sine sacra probatoria probare audeat, vel provehere: excipimus tantum officia provincialia cursus publici sollicitudinem sustinentia: nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica permittit utilitas. DAT. VI. KAL. JAN. MED. ACC. VIII. ID. JUL. DATIANO, ET CEREALE COSS.

Ne quem ex cohortalibus præsides sine sacra probatoria probent, aut promoveant, nisi si cui velint mandare cursus publici exhibitionem. Solet enim cohortalibus mandari *l. 14. sup. de cur. publ. l. 3. sup. de can. larg. tit.*

III. IMPP. VALENTINIANUS, ET VALENS AA. FESTO CONSULARI SYRIAE. Solita cohortalibus Syriæ privilegia, quæ à divo Diocletiano porrecta sunt, atque concessa, nos quoque porreximus: ac jubemus eos non ad sollicitudinem bastagæ, non ad functionem naviculariam devocandos; non invitos curialibus cœtibus adscribendos: verum peracto labore militiæ pastus primipili competenti sedulitate functione transacta, prærogativam his recusationis offerimus. DAT. VI. NON. OCT. VALENTINIANO, ET VALANTE AA. COSS.

Ut cohortales consularis Syriæ ad functionem naviculariam, ad sollicitudinem bastagæ, de quibus oneribus suis titulis dictum est supra, ad curiam non devocentur, sed completa militia, & necessitate primipili ab his omnibus soluti, ac liberi sint. Quod ait, *pastus primipili*, & reperitur *l. 7. inf.* aperte indicat primipilum esse annonæ militaris exhibitionem, & curam. Idem confirmat *l. 7. 8. inf. & in Cod. Th. eodem tit. l. 6. Primipilaribus*, inquit, *qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinatur.* Theodotus Hermopolites lib. IX. πριμιπίλον ἐστὶ τὸ τοῖς πρώτοις [illegible] στρατιώταις δεδόμενον σιτηρέσιον, ἵνα διανείμῃ τοῦτο αὐτοῖς. Primipilum definit esse annonam, quæ datur primipili centurionibus: ut inter milites distribuatur, & ideo recte ad *l. 1. sup. de cond. ex leg.* debitor ex primipilo, à Græcis dicitur, ὁ ὑπεύθυνος στρατιωτικὰς τῷ δημοσίῳ χρεωστῶν.

IV. IIDEM AA. ET GRATIANUS A. PROBO P. P. Officia rectorum provinciarum tuæ magnificentiæ literis volumus admoneri, ut susceptos in officio proprio, vel probatos, cohortium nomine, vel legionum privilegiis æstiment inserendos. DAT. XV. KAL. JUN. MODESTO, ET ARINTHEO COSS.

Officiales rectorum provinciarum cohortalium nomen, legionariorum privilegium habent. Græci legunt, *& legionum*, quod probo. *Susceptores in officio proprio*] veluti natos ex cohortalibus.

V. IIDEM AAA. MODESTO P. P. Quicunque per Osroenam primipilarium majore lætatur numero filiorum, unum loco suo veluti hereditario jure substituat, alterum pro amore patriæ Ædesenæ curiæ tradat obsequiis, cæteris qua voluerit militia provisurus. Sin autem duos tantum procreavit: cohorti satisfacere cogatur, & curiæ. Quod si unum procreaverit: eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. damus sane licentiam tam patribus eorum, quam ipsis, qui hujus legis auctoritate civitatum obsequio aggregantur, ut si quos curiales patrocinio principalium invenerint excusari: in medium proferant, ut & ipsi similibus officiis deputati, pareant imperatis. DAT. III. NON. DEC. ANTIOCHIAE POST CONS. GRATIANI A. III. ET EQUITII V. C.

Quo loco reposuimus, *Ædesenæ*, legebantur antea. *Osroena*. Confirmat restitutionem *l. 79. & 105. C. Th. de decur.* Ædessa urbs est provinciæ Osroenæ. Constituitur autem hac lege ob penuriam curialium Ædesenorum, ut liberi officialium præsidis Osroenæ post pastus primipili functionem, si bini sint dividantur inter cohortem, & curiam: si plures, ut unus cohorti, alter curiæ addicatur, reliqui liberam militiæ electionem habeant: si unus tantum, ut curiæ Ædesenæ adscribatur. Ejusdem etiam curiæ curiales patrocinio principalium excusatos, lex impetratis ab Ædesena curia parere jubet.

VI. IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. NEOTERIO P. P. Si apparitor diffugerit criminosus: edictum, quo revocari possit adjecta conditione legibus subsequatur, cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem à judice pro qualitate peccati sententia proferetur, veniam enim tabulis non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus. DAT. PRID. ID. JUN. MED. ARCAD. A. I. ET BAUTONE COSS.

Ut in cohortalem criminis reum, & latitantem à præside pro delicti qualitate competens sententia proferatur, sine spe veniæ, aut indulgentiæ principalis.

VII. IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. TATIANO P. P. Ordinariorum judicum apparitores, qui vel speculatorum, vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ratione compleverint. Quod si ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defessæ senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda: non prius otio condonetur, quam omne, quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ, nec integro peculio sub hac occasione lætentur: ita condignæ ultioni volumus subjacere, ut functioni quoque: quæ extrema militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. DAT. III. NON. MAI. MED. TIMATIO, ET PROMOTO COSS.

Ordinarii judices in libris nostris sunt præsides viri clariss. non viri spectabiles, vel illustres, *l. 2. sup. de prox. sacr. scrin. l. ult. sup. de mo. mul. l. omnes, sup. de ep. & cl.* Græci, ἐμβαθμοὺς vocant *Nov. 20. & 112.* In præsidum officio sunt principes, cornicularii, commenta-

tarienses, numerarii sive tabularii, adjutores, subadjuvæ, ab actis, à libellis, exceptores. Sunt & qui speculatores dicuntur, & ordinarii, ut Cod. Theod. tit. *de iis, quæ adm. vel off. publ. ger. trad. sunt*. *Princeps*, inquit, *cornicularius commentariensis, numerarius, & ordinarii per singula officia*, &c. & à Mariano in officio ducis Arabiæ ponuntur ordinarii. Et sic in militia armata quidam dicuntur specialiter ordinarii, & ii quidem, vel manipulares, vel in prima acie dimicantes principes. Extremum munus in officio præsidum est primipili functio, qua non expleta lex vetat dimitti cohortalinos. Sed & si nondum debita functione transacta, causaria quandoque, vel ignominiosa missione mittantur, ex eorum bonis lex constituit pastum primipili compleri. *Integro peculio*] id est, integro patrimonio.

VIII. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Euthymio Vic. Asiae. Speciebus primipilaribus adærandis eadem pretiorum taxatio servetur, quæ in vænalibus publicis poterit reperiri. Dat. v. Kal. Mar. cp. Arcad. iv. et Honor. iii. aa. Coss.

Ut in adæranda annona militari serventur pretia fori rerum venalium.

IX. Iidem aa. Clearcho p.p. Illyrici. Per Illyricum, in quo plurima, ac maxima necessitatum publicarum emolumenta officiis constat præsidalibus experiri: centeni numero singulis judicibus obsecundent, nec ultra hunc modum, vel ad militiam ullus aspiret, vel conniventia judicum perseveret: adhibendi autem sunt ad hujusmodi ministeriorum obsequia, non illi, qui vano militiæ nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem officii sollicitudinibus debitis exequantur.

Definit numerum cohortalinorum singulorum præsidum, qui sunt in Illyrico, veluti Thessaliæ, Epiri veteris, Epiri novi, Daciæ ripensis.

X. Iidem aa. et Theodosius a. Anthemio p.p. Quicunque ad chartas, vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optaverit: non ante accedere permittatur, nisi ejus nomen matriculis receptum primitus fuerit: pœna proposita his, qui contra statuta cœlestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium injungendum. Dat. xvi. Kal. Apr. cp. dd. nn. Honorio vii. et Theodosio ii. aa. Coss.

Demonstratum est *l. 5. sup. de muner. act.* nonnunquam ad officia præsidum eos admitti, qui cohortalinæ conditionis non sunt. Sed hæc lex vetat prius admitti, quam cohortalinæ militiæ nomen dederint. *Quicunque ad chartas*] Hi sunt chartularii, de quibus *l. 3. sup. de can. larg. tit.* *Vel tabulas*] Hi sunt tabularii sive numerarii.

XI. Impp. Honorius, et Theodosius aa. Anthemio p.p. Si quis ex grege cohortalinorum urgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ majestatis oraculum amplissimæ tuæ sedi offerat allegandum. Dat. xiii. Kal. Mar. cp. Honorio x. et Theodosio vi. aa. Coss.

De hac diximus satis *l. 12. sup. de suscept.* Cohortalis ignominiosa missione missus restituitur per rescriptum principis insinuatum præf. prætorio.

XII. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Isidoro p.p. Si cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti ad ullam adspiraverit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum revocetur, liberis etiam in tali ejus conditione susceptis fortunæ patriæ mancipandis. Quod si quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam: nulla præscriptione temporis muniatur, præter eam scilicet, quæ ex xl. annis colligitur, sed ad conditionem propriam retrahatur; nec ipse, vel liberis ejus post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur valeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus, vel cohortalini filius audeat aspirare fortunam, cui majorum suorum exempla præjudicant. Sed etiam cunctos, qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum, argentique, & vestium venditores, apothecarios etiam, cæterosque institores aliarum mercium quibuscunque ergasteriis adhærentes, jubemus à provincialibus officiis removeri: ut omnis honor, atque militia contagione hujusmodi segregetur. Dat. iii. Non. Apri. c.p. Isidoro, et Senatore Coss.

Cohortalinis non licet ad aliam aspirare militiam, vel dignitatem, nisi ut Marianus Scotus scribit, ex annotatione clementiæ principalis. Quod excipit de præscriptione 40. annorum exposuimus in *l. 55. supra de decur.* In extremo additur, ut à cohortalium militia summoveantur trapezitæ, & alii quidam negotiatores.

XIII. Iidem aa. Florentio p.p. Nullum ex primipilaribus, nullum ex principe cohortalis officii, vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministeriis sibi contra publicam utilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præjudicium præteriti status accedere concedimus. Quod si contra hanc tam saluberrimam formam, vel responsa cœlestia quædam militia, aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberi, etiamsi speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videatur: nec assertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicæ studet commoditati subtrahere: sed statim civitatis, unde oriundus est, curiæ tradi præcipimus.

Ut ex primipilariis, & ex principe cohortalis officii, qui initio cum non essent subjecti cohorti sicuti sunt filii cohortalium, cohortali officio nomen dederunt, emeritis stipendiis suæ civitati restituantur, nec ad ullam dignitatem militiamve aspirare possint, etiamsi habeant adnotationem clementiæ principalis. Ait. *præteriti status*, puta, curialis conditionis. Quidam pro Florentino habent Thomæ.

XIV. Imp. Leo a. Constantino p.p. Quisquis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, vel regimen provinciæ, vel cingulum cujuslibet militiæ, vel dignitatis quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitum usurpatis impetratisve careat, etiamsi ultronea nostra liberalitate jus gerendæ provinciæ, vel militiæ, seu di-

gni-

gnitatis cujuspiam sibi jactaverit fuisse delatum: dehine universis solatiis conditionis, quam spreverat, defraudatus, ne quid eorum omnino per se, vel per interpositam personam possit adquirere: primipili tantum munus implere cogatur: mox curialibus civitatis, in qua natus est, in diem vitæ suæ functionibus inhæsurus: ita scilicet ut etiam hi, qui post impletam talem militiam quodlibet militiæ dignitatisve genus affectaverint, curiæ patriæ suæ restituantur. Dat. vi. Kal. Jan. cp. Leone a. iv. et Probiano Coss.

Pars repitita est in *l. si quis sup. de off. rect. prov.* Sententia hæc est, posse quidem cohortalium completa militia ad aliam militiam, vel dignitatem aspirare, sed non ante completam militiam: Aspirantem solatia cohortalinæ militiæ amittere: Primipili pastum exhibere compelli, deinde curiæ civitatis suæ tradi, etiamsi conditione nascendi, vel alia ratione curialis non fuerit. Eum, qui fuerit, ut lege superiore dictum est, ne completa quidem in cohortali sive provinciali officio militia, ad aliam militiam, vel dignitatem aspirare posse, sed curiæ suæ restitui.

De Apparitoribus præfecti annonæ.

Tit. LVIII.

I. Imppp. Valens, Gratianus, et Valentinianus aaa. Rufino p.p. Apparitores urbanæ præfecturæ annonario officio sese non inserant: sed apparitorum æmulatione secreta, ministerio suo annonæ præfecturæ fungantur.

Est quidem præfectus annonæ sub dispositione præf. urbi, & uterque annonæ civilis curam agit. Sed separatas apparitiones habent, quas lex confundi, & commisceri vetat *l. 1. C. Th. de cond. in pub. hor.* Præf. annonæ apparitores, annonarii dicuntur. Præf. urbi, urbaniciani. *Ministerio suo*] id est, annonariis.

II. Impp. Arcadius, et Honorius aa. Messalae p.p. Præfectus annonæ canonem, qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat, & cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem devotionis suæ exactionem non ostenderit.

Ut præf. annonæ per suos apparitores canonem exigat quem solet exigere: & nisi probaverit se exactionis muneri non defuisse, ut una cum suis apparitoribus obnoxius teneatur.

De diversis officiis, & apparitoribus judicum, & probatoriis eorum.

Tit. LIX.

De singulis apparitoribus separatim dictum est *sup.* hic titulus est communis de omnibus apparitoribus.

I. Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus aaa. Severo Magistro Militum. Si quando præfectus prætorio, vel vicarius, aut rector provinciæ significaverit eum,

A qui chartis, ac ratiocinis publicis invenitur obnoxius, ad præposituram castri, ac militum transisse: retractatus illi adsignetur officio, à quo ad necessitatem præstandi ratiocinii devocatur: in rejecti vero locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulantur insignia. Dat. x. Kal. Jan. Gratiano a. ii. et Probo Coss.

Ut præfectianus, aut vicarius, aut cohortalinus, qui cum esset chartis, & rationibus reddendis obligatus, ad præposituram castri & militum aspsiravit, retrahatur, & rationes reddat, alio à magistro militum electo præposito.

B II. Imppp. Gratianus, Valentinianus, Theodosius, et Arcadius aaaa. Eusignio p.p. Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti affatibus suscipiat: si quis autem id per obreptionem forte meruerit: quinque librarum auri multetur incommodo. Dat. Prid. Id. Jul. Med. Honorio nb. p. et Evodio Coss.

De hac diximus in *l. 12. sup. de suscepto.*

III. Iidem aaaa. Eusignio p.p. Nullus apparitor amplitudinis tuæ, vel de officiis Palatinis ad eam provinciam, ex qua oriundus est, vel in C qua collocaverit larem, vel qui jam in hujusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicæ necessitatis, vel executor privati negotii dirigatur: etenim officii tuæ celsitudinis primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persolvet, si statuta fuerint temerata. Apparitor vero qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc vero pœna etiam cæteris irrogata est: ut si domesticus: aut protector, aut stator, vel agens in rebus, vel palatinus utriusque officii, vel ad eandem provinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua collocaverit larem, eum hujusmodi usurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus, ipse qui D se voluerit mitti, auri libram unam fisci viribus inferre cogetur: adjutores vero officiorum, & palatinorum, ac numerarii Comitum illustrium virorum, sive actuarii, libram fisci viribus solvent, nisi statuta fuerint custodita. Dat. ii. Non. Dec. Med. Honorio nb. p. et Evodio Coss.

Ne præfectianus publici, vel privati negotii exequendi causa in eam provinciam mittatur, cujus est municeps, vel incola. Punitur primiscrinius, qui miserit, quem Græci hoc loco primicerium vocant. Punitur, & missus executor. Idemque in domesticis, & protectoribus servandum, & statoribus, & agentibus E in rebus, & palatinis utriusque ærarii, quibus etiam eadem majore pœna proponitur. Puniuntur, & adjutores officiorum palatinorum, qui ea in patriam suam pergere permiserint, & numerarii Comitum utriusque ærarii, sive actuarii. Quod ait, *vel qui jam in hujusmodi officio fuerit commoratus*, quæ non sunt in C. Th. Tribonianus adjecit ex *l. 8. sup. de off. rector. prov.*

IV. Imppp. Theodosius, Arcadius, et Honorius aaa. Silum duci* Vel qui exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur.

Inopes judicium apparitores fieri non vetantur.

V. Impp.

V. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Gracchuo P. V. Quicunque apparitores ob culpam, vel negligentiam fuerint judicato discincti, ad nullam militiam habeant facultatem aspirandi: nec ex rescripto his ullus additus referetur, quos congruit pœnæ gravissimæ subjugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis aspirare contempserint. Dat. viii. Kal. Aug. Rav. Honorio x. et Theodosio AA. Coss.

Ut apparitores quilibet quorumlibet ob culpam re judicata officio remoti, ad nullam militiam aspirare possint, nec si habeant adnotationem clementiæ principalis. In fine pro, *contempserint*, legendum, *præsumpserint*.

VI. Impp. Theodosius, et Valentinianus AA. Hilario P. P. In his officiis, id est, virorum spectabilium proconsulis Asiæ, comitis Orientis, præfecti Augustalis, & vicariorum (quos etiam monuimus sub interminatione xx. librarum auri) nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinii probatoria consecraverit. Quod si quis talis sub tua fuerit judicatione convictus: profecto irritis his, quæ vetita contrectavit, etiam congruam indignationem incurret. Dat. x. Kal. Jul. Nicomediae DD. NN. Theodos. xii. et Valentin. ii. AA. Coss.

Ut nemo fiat apparitor proconsulis Asiæ. Comitis Orientis, præf. Augustalis, & vicariorum sine sacra probatoria, quæ emittatur ex scrinio epistolarum. Probatoriæ in Novellis appellantur *ἐνσημάσιαι*, & *σύμβολα*. Conjungenda est cum *l. 7. sup. de numer.*

VII. Iidem AA. Anatolio Mag. Mil. Ad splendidioris privilegia militiæ, posteaquam priorem continuo labore compleverint, eos venientes admittemus, qui ea voto adipiscendi honoris crediderint expetenda, non eos qui studio exercendæ cupiditatis ambierint, vel ut in meliore fortuna positi, aut ea scelera, quæ prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impune committere.

Apparitores completa militia ad aliam splendidiorem secundum coditionem hujus legis aspirare possunt.

VIII. Impp. Leo, et Zeno AA. Joanni Magistro Officiorum. Viros spectabiles duces, eorumque apparitores necnon limitaneos, castrorumque præpositos, tantummodo ex sublimis tui judicii sententia conveniri, nec aliis subjacere judicibus præcipimus: illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine, ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum, & Illyrici ex longo tempore hactenus obtinuit, reservata.

Ut duces, & eorum apparitores, & limitanei, & castrorum præpositi sint sub jurisdictione magistri officiorum. At duces dictum est *l. ult. sup. de re mil.* esse sub magistris militum, per Orientem scilicet, quod etiam hæc lex subjungit.

IX. Iidem AA. Hilario Magistro Officiorum. Probatorias memorialium, & agentium in rebus, cæterorumque nihilominus apparitorum prætorianæ per Orientem amplissimæ præfecturæ, eorum etiam, qui in diversorum judicum officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus, non passim, nec licenter solis auctoritatibus, vel sacrarum literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis: ita ut nullus his dolus, aut fraus possit annecti. De his etiam qui sunt veræ, & catholicæ fidei jubemus admitti: aliter vero militantes, nisi ex his sint, quos solis auctoritatibus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit, detecta fraude cujuscunque accusandi studio, non solum mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylum subire decernimus, & bonorum omnium amissione multamus.

Memoriales, & agentes in rebus, & apparitores quorumlibet judicum non recipiuntur nisi ex sacra probatoria, & non ex probatoriæ auctoritate sola, vel exemplo, sed ex authentico subscripto manu principis, ut etiam cavetur Justiniani edicto de Alexandrinis. Excipiuntur quidam, qui ex sola auctoritate veteri more recipiuntur. Nota differentiam inter auctoritatem, & sacras literas, qualis etiam est inter S. C. & auctoritatem senatus. Id quoque merito hac lege constituitur ne recipiantur nisi Christiani, qua de re testari tres juratos oportet apud acta, priusquam prolata probatoria suscipiantur ex Constitutione quadam Græca, quæ desideratur lib. 1. tit. *de epis. aud.* Idem de militibus armatis Constantinum constituisse Cedrinus scribit. Idem de advocatis *l. ult. sup. de postul.*

X. Iidem AA. Erithrio P. P. Hac sanctione decernimus, ut in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociandi sunt cuicunque militiæ, quam sine divinis probatoriis adipisci non possunt: sed periculo primatum uniuscujusque officii ipsas authenticas sacras, quæ divinam nostræ pietatis continent adnotationem, cum subscriptione administrantium, sub quorum jurisdictione consistunt, his qui militare volunt, præstari, exemplaribus videlicet earum cum subscriptione eorumdem judicum apud singula quoque officia, prout convenit, reservandis. Quamvis autem manifestum sit de hujusmodi probatoriarum observatione excepta esse certorum judicum officia: tamen ne ulla ignorantiæ relinquatur occasio, omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiæ sociari, notitiam in sacris apicibus subdendam esse censuimus. Sub hac igitur observatione omnes, qui sive in hoc sacro palatio nostro, sive in aliis quibuscunque officiis deinceps militare cupiunt: qui tamen (ut dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum, vel veteri consuetudine, nisi præcedentibus sacris probatoriis, militiæ sociari: sicut subnexa notitia demonstrat, adipisci præcipimus: his scientibus, qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam conniventia, vel negligentia quadam colludere tentaverint: non tantum amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, utpote criminis falsitatis obnoxios, semel esse plectendos. Et est notitia scrinii Memoriæ probatoriæ agentium in rebus, palatinorum largitionum, palatinorum rerum privatarum partis Augustæ. Item scri-

nii

nii Sacrarum Epistolarum sic: officiis virorum illustrium præfectorum prætorio Orientis, & Illyrici, & urbi, officii proconsulis Asiæ, & Achaiæ, officiis comitis Orientis, officiis præfecti Augustalis, officiis comitis divinarum domorum, officiis vicariorum Thraciæ, Ponticæ, Asiæ, Macedoniæ, & thesaurensium classis. Item scrinii Sacrorum Libellorum sic: officiis virorum illustrium magistrorum militum utriusque militiæ in præsenti, Orientis, & Illyrici, invitatorum, admissionalium, memorialium, omniumque pædagogiorum, cellariorum, mensorum, lampadariorum, eorumque qui sacris scriniis deputati sunt, decanorum partis Augustæ, cursorum partis Augustæ, officiis virorum spectabilium ducum Palæstinæ, & Mesopotamiæ, novi limitis Phœnices, Osdroenæ, Syriæ, & Augustæ Euphratensis, Arabiæ, & Thebaidis, Lybiæ, Pentapoleos, utriusque Armeniæ, utriusque Ponti, Scythiæ, Mysiæ primæ, secundæ, Daciæ, Pannoniæ, officiis virorum spectabilium Comitis Ægypti, Pamphyliæ, Isauriæ, Lycaoniæ, & Pisidiæ.

Idem hac lege cavetur quod superiori, ut exceptis certis quibusdam officiis, alia non recipiantur nisi ex authentico adnotato manu principis, & subscripto ab eo cujus jurisdictioni subjectus est is, qui ad militiam aspirat. Et subjicitur Notitia eorum, quæ desiderant sacræ probatoriæ authenticum, quod alias sumitur ex scrinio memoriæ, ut agentium in rebus probatoria, *l. 7. sup. de agent. in reb.* alias ex scrinio libellorum, ut officii Comitis sive præsidis Lycaoniæ, & Pisidiæ, *Nov. 25.* Alias ex scrinio epistolarum, ut officii vicarii Thraciæ, & hodie ex *Nov. 26.* prætoris. Multa vero in Notitia emendationis indigebant, hæc maxime, *Officii virorum magistrorum militum utriusque præfecturæ Orientis, & Illyrici*, pro quibus reposui, *Officii virorum illustrium magistrorum militum utriusque militiæ in præsenti Orientis, & Illyrici*. Puto, *& Thraciarum*, subdi debuisse. Tum inferius, *Nobilis Comitis* inepte erat scriptum, pro, *novi limitis Phœnices*. Notandum quod ait, *Macedoniæ, Thesauracensium classis*. Vicarii Macedoniæ mentionem Marianus facit. De thesaurensium classi nihil me alibi usquam legisse memini. Videtur autem idem unusque appellatus vicarius Macedoniæ, & thesaurensium classis. Qui thesaurenses dicantur exposui *l. 2. sup. de pal. sac. lar.* Notandus locus de invitatoribus, qui erant in officio sacri palatii, cui similem nescio: & de cellariis, sive cellariis, à quibus præbetur cibus, & potio: ab invitatoribus vocantur, qui vocari jubentur: & de cursoribus, id est, veredariis. Notandus locus de lampadariis deputatis sacris scriniis, ut in eis faces sive lampades accendant: alii fuerunt lampadarii in officio præf. prætorio: & quæstoris exercitus apud Julianum Antecessorem Constit. 38. Et vicarii Ponticæ ex edicto Justiniani, qui ignem præferebant. De lampadariis edidit Theodosius Novellam quam amisimus, sicut, & aliam de Pentapoli ad urbem Romam revocanda: de qua etiam in hac Notitia fit mentio. De Augusteuphratensi provincia Victor in Vespasiano: *Commagene, quam hodie Augusteuphratensem nominamus*. Alibi Euphratensis simpliciter dicitur, *l. 10. sup. de ædif. priv.*

De Executoribus, & exactoribus.

Tit. LX.

I. IMpp. Arcadius, et Honorius AA. ad Provinciales, et ad Proconsules. Ne per diversas provinciarum partes, aut palatinus exactor accederet, aut illustrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem: hac lege sancimus, ut omnes memorati intenti sint ad provinciæ rectorem, cum eo agant, illo insistente, disponente, & agnoscente suo periculo rem peragendam, impleant universa. Dat. vi. Kal. Jun. Med. Olybrio, et Probino Coss.

Ut in provincias provincialium exigendorum causa missi palatini, vel apparitores illustrium virorum quorumlibet, vel milites: præsidibus potius quam provincialibus immineant: qua de re diximus satis *l. 7. sup. de exact. trib.*

II. Iidem AA. Andromacho P.P. Quicunque è palatio nostro cujuslibet tituli ad provincias commeaverit compulsor, exactor, admonitor, portitorve præcepti, agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illustrium potestatum: hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curæ suæ specialiter adprobatur: nec quod injunctum alteri fuerit collegii jure præsumat: ne dum hoc sibi invicem mutui officii licentia patiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur. Dat. Prid. Id. Jul. Mediol. Olybrio, et Probino Coss.

Ne palatini in provincias missi suo cuique separatim mandato negotio, mutuas sibi operas præstent, ne quod uni injunctum est, alter quasi colega præsumat.

III. Impp. Honorius, et Theodosius AA. Palladio P.P. Sive ex prætoriano officio, sive illustris comitivæ sedis largitionum, necnon & rei privatæ nostræ, vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium judicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, & quid ejus instantia exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, vel penes quos resederit, vel cujus culpa, aut causa in eadem provincia fuerit, derelictum. Quod si exacto spatio anni, ejus regionis visceribus prædator insidians deprehensus fuerit, remorari: tunc absolutus cingulo militia abjicietur, primoribus ejus militiæ decem librarum auri multa proposita. Sin redire dissimulet, per vices officiorum ligatus ferreis nexibus, cura provincialis officii ad debitum mittatur examen: nec ei liberum sit, ut hoc se privilegio, aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium, vel aliam necessitatem post injunctam esse causetur: cum iisdem licentiam auferamus in eadem provincia continuare exactionem. Dat. x. Kal. Octob. Dn. Theodos. A. vii. et Palladio Coss.

Ut præfectiani, palatini, vel alii apparitores in provincias missi exigendi causa, intra annum peragant exactionem, & judici suo, qui misit, renuncient, quod egerint, quid sit in reliquis, qui sint reliquatores, cujus vitio reliqua contracta sint. Post annum si non redeant, ut ligati ferreis vinculis sicut *l. 1. Cod. Th. de mens. olea.* cohortalium cura ad congruum judicem transmittantur, & ne eandem exactionem iterare possint. Hæc verba, *per vices officiorum*, non sunt in C. Th. & sane sunt obscura, nisi hoc velint, si redire dissimulet, quasi iterato exactionis officio. Ait, *suam effi-*

efficaciam, id est, quid effecerit. Sic *Novell. Valent. de suariis*: *Diligentiam, & efficaciam huic operi commodabunt*. A

IV. Idem aa. Joanni p.p. Nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis, vel privatis præcipimus conveniri. Dat. v. Id. Jul. Ravennæ, Honorio xiii. et Theodosio x. aa. Coss.

Hac lege prohibentur ἐπιχειρισμοί, de quibus dictum libro 11. tit. 57.

V. Impp. Theodosius, et Valentinianus aa. Volusiano p.p. Contra nostra præcepta si quidquam vetito ausu executor audebit: licebit provinciæ moderatori eundem correctum ad sublimitatis tuæ judicium sub prosecutione dirigere: & licebit provinciali, si probetur obnoxius, executoris contra vetitam exactionem sibi vindicatis temeritatem legitime repellere. B

Si quid executor contra quam ei mandatum sit, exigat, manu injecta à præside provinciæ sub prosecutione duci ad præf. prætorio potest: quin & à provinciali manu, & viribus repelli potest, etiamsi re vera à provinciali debeatur quod is exigit sine mandato. Sic Græci legunt, *etiamsi probetur obnoxius*. Restitui legis contextum, ut oportet.

VI. Imp. Zeno a. Arcadio p.p. Sancimus ut eum cui ex judicio tui culminis quocunque modo, sive studio numerariorum, aut tractatorum, vel ipsorum jussu, qui pro tempore amplissimæ tuæ sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum injungatur: minime prius liceat aliam sollicitudinem gerendam suscipere, quam reversus injunctæ sibi causæ responsum præbuerit. Si tamen ita fors tulerit, ut in ea provincia, ad quam exsequendi causa publici negotii aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exsequenda: non prohiberi unum eundemque executorem ab hac urbe regia proficiscentem, duorum simul, non plurium negotiorum executionem suscipere: dum ipsi quoque tertii negotii non sit injungendi licentia, antequam de superioribus responsum portaverit. Executoribus his, qui secundam sive simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exsequendam suscipere, non solum cinguli, & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilii supplicium subituris: eandem hanc pœnam numerarium quoque, & ejus adjutores, ad quorum curam, quod violatum est, pertinet, formidare. C D

Executori in provinciam misso duarum causarum exactio committi potest, una tantum commissa, non ante aliam suscipere potest, quam prioris rationem reddiderit. Ait, *qui secundam sive simul duas*, post primam scilicet. Sequitur Græca constitutio, quæ deerat. E

VII. Πᾶς ἄνθρωπος εἴτε θείαν κέλευσιν, εἴτε ἀρχικὴν πρόσταξιν ἐκβιβάζων, ὀφείλει πρότερον ἐμφανίσαι τῷ ἄρχοντι, ἵνα ὁ ἄρχων ἐξετάσῃ, εἰ μηδεμία πλαστοῦ αἰτία ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ἢ καὶ συναρπαγὴ ἢ ἐναντιούμενον νόμοις. Ὁ δὲ ἐκβιβασμὸς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως γίνεται, δηλονότι τῶν θείων λογίων προκειμένων, καὶ πάντων τῶν ῥητόρων τοῖς παροῦσιν ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν ποιουμένων, καὶ οἱ σύνδικοι παρέχωσι βοήθειαν: ἐὰν δὲ ἢ πλαστὸν εὑρεθῇ φανερῶς, ἢ νόμοις ἐναντιούμενον φανερῶς, δεῖ αὐτὸν μὴ ἐκβιβάζειν, ἀλλ' ἀναφέρειν εἰς βασιλέα διὰ τοῦ μαγιστριανοῦ, ἢ εἰς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς τὸ πρόσταγμα ἐγένετο: τὸν δὲ ἐκβιβαστὴν ὑπὸ ἀσφάλειαν ποιεῖν τὴν ἐγχωροῦσαν: καὶ τὰ πρόσωπα δὲ τὰ αἰτιαθέντα ὑπὸ προσωπικὴν ἀσφάλειαν ἀζημίας: ὁ γὰρ ἐγχειρήσας αὐτῷ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει εἴπερ εὑρεθείη μάτην ἀντὶ τοῦ ἐγχειρήσας: εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, ὁ μὲν ἐκβιβαζόμενος ἀποθῆται τὸν ἐκβιβασμόν: ὁ δὲ ἄρχων οἱ πρὸς αὐτὸν ἡ κέλευσις γέγονεν, ἢ καί τις ἕτερος ἴσως πρός τινα ἕτερον ἐγένετο, ὑπὸ ἀσφάλειαν ὀφείλει ποιῆσαι τὸν ἐκβιβαστὴν τὴν ἐγχωροῦσαν. Εἰ δὲ καὶ δυνηθείη τις ἀποθέσθαι τὸν ἐκβιβασμόν, ὀφείλει μανθάνων ὁ ἄρχων ἀποστῆσαι τὸν ἐκβιβαστήν: ποιεῖν δὲ ὑπὸ ἀσφάλειαν προσωπικὴν τὸν αἰτιαθέντα καὶ μένειν: εἰ δὲ ῥαθυμήσει τοῦτο, ἢ ὁ ἄρχων, ἢ ἡ τάξις αὐτοῦ, ἢ πρὸς ὃν τὸ γράμμα γέγονεν, οἴκοθεν τῷ ὑπομνησθέντι ποιήσει τὸ ἀζήμιον, καὶ ἐν ὅσῳ ἄρχει, καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι τῆς ἀρχῆς: ὑπεξαιρεῖ δὲ ἡ διάταξις τοὺς προφάσει δημοσίων ἐνοχλουμένους: οἱ δὲ λήμματος ἡττηθέντες οἱ ἄρχοντες μὴ ποιήσαντες τὴν ἐξέτασιν, προκειμένων τῶν ἁγίων λογίων οἱ καὶ παρέδωσι, καὶ εἰς χρήματα ζημιοῦνται καὶ ἐκβάλλονται τῆς ἀρχῆς, καὶ εἰς σωτηρίας κινδυνεύουσι: πᾶν δὲ νόμιμον ἐμφανιζόμενον ὀφείλει πρότερον γίνεσθαι τοῖς ἐπάρχοις καταφανές: τὸν δὲ διακομίζοντα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, λαμβάνειν χρυσίνους ἕξ, τὸν δὲ ἄρχοντα σπουδάζειν διὰ προσταγμάτων οἰκείων πάσαις ταῖς πόλεσι ταῖς ὑφ' ἑαυτὸν φανεροὺς καθιστᾶν τοὺς νόμους ἀζημίως παντελῶς μηδὲ τοῦ ἄρχοντος, μηδὲ τῶν ἐκδίκων, μηδὲ τοῦ διακομίζοντος: ὁ δὲ παραβαίνων, διπλάσιον δίδωσι: καὶ εἰ μὲν ἄρχων ἐστίν, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς, εἰ δὲ ἑτέραν φροντίδα εἶχε, ἐκβάλλεται τοῦ φροντίσματος.

Quilibet executor divinæ jussionis prætorianive præcepti, id prius insinuare præsidi debet, ut is inquirat an sit in eo vitium aliquod falsi, aut legibus adversum aliquid, & an per obreptionem impetratum sit. Executio autem fit scripto, vel sine scripto propositis sacris evangeliis, & præsentibus possessoribus omnibus, & una cum præside inquirentibus, qui & opem executori ferent si res digna videatur. Sed si quid manifesto in ea falsi, vel illegitimi deprehenderir, suspendet exactionem, & relationem mittet ad principem per agentem in rebus, vel ad sedem ejus à quo res processit: Et interim executor quidem cautionem præstabit pro rei qualitate: reus personalem, se sisti puta, idque sine ulla impensa. Debet enim executor indemnem eum præstare quem convenit, si temere forsitan eum convenerit, quam cautionem nisi præstiterit, impune ab eo: quem convenit, repelletur. Præses ipse, vel alius, ad quem jussio dirigitur, cautionem exiget ab executore pro rei qualitate. Sed & si potuerit quis executionem repelle-

re, & repulerit, debet præses executorem restituere, & ab reo cautionem exigere personalem, & rem deferre: quod si negligat, tam ipse, quam suum officium, ipse ad quem literæ missæ sunt, de suo indemnitatem convento præstabit durante, vel deposito magistratu. Constitutio excipit eos, qui nomine tributorum obligati sunt. Quod si pretio victi præsides non inquirant, qua de re superius diximus inquirendum esse, etiamsi negligentia hic tantum argui videatur, & rei familiaris damnum patientur, & magistratu ejicientur, & circa salutem periclitabuntur. Omnis autem lex Præfecto prætorio prius insinuari debet, deinde in provinciam transmitti, & portitori dari aureos sex, præside curante per omnes civitates suæ provinciæ legem promulgari sine ulla impensa præsidis, vel defensorum, vel portitoris. Et si quis ex ea re quid perceperit, in duplum tenetur, & magistratus dignitatem amittit, officialis officium.

Pro ῥητόρων, lego, κητόρων: vide Nov. 128.

De lucris Advocatorum, & concussionibus officiorum, sive apparitorum.

Tit. LXI.

I. IMP. CONSTANTINUS A. ÆLIANO PROC. AFRICAE. Si quis à ducenariis, vel centenariis, vel fisci advocatis læsum se esse cognoscit: adire judicia, & probare injuriam non moretur: ut in eum, qui convictus fuerit, competenti severitate vindicetur. DAT. VI. ID. NOV. TRIV. ACC. XV. KAL. MAR. KARTHAGINE CONSTANTINO A. IV. ET LICINIO IV. COSS.

Coercendos esse ducenarios, & centenarios ex officio palatino, & advocatos si cui quid per injuriam abstulerint. Conjungenda est *l. 3. sup. de advoc. fisc.*

II. IMP. CONSTANTINUS A. EURULIDAS VICARIO AFRICAE. Præter solemnes, & canonicas pensitationes multa à provincialibus indignissime postulantur ab officialibus, & scholasticis, non modo in civitatibus singulis, sed etiam mansionibus, dum ipsis, & animalibus eorundem alimoniæ sine pretio ministrantur: provinciales itaque cuncti judices tueantur, nec injurias inultas transire permittant. DAT. III. KAL. JUL. LEONTIO, ET SALUSTIO COSS.

Ne quid officiales, vel scholastici præter solemnia exigant à provincialibus, & ne eorum animalibus in itinere pabula gratuito dentur. Scholasticos accipit pro advocatia, de quibus amplior lex Cod. Theodosiani, *Non latet*, inquit, *scholasticos ultra modum acceptis honorariis in defensionem causarum annonas, & sumptus accipere consuesse*. Et ita Sardicensis concilii c. 10. Scholasticus ex foro, id est, Zonara interprete, ὁ περὶ λόγους σχολάζων. Et Carthag. concilii cap. 99. ἔκδικος σχολαστικός. Et in passione Dorotheæ virginis, Theophilus quidam advocatus præsidis, Scholasticus appellatur, Macarius Hom. 15. ὅταν γένηται σχολαστικός, ὅλον τῶν δικολόγων ἄρχων καὶ ἔξαρχος. Et recte in concilio Africano, Scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum: nam alii nondum exierunt rhetorum schola.

III. IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. POMPEIANO PROC. AFRICAE. Quoties compulsor arguitur in deprædatione convictus, etiam non consulta clementia nostra pœnam subeat legibus competentem. DAT. PRID. KAL. JAN. MED. STILICONE, ET AURELIANO COSS.

Compulsor missus à principe, si in deprædatione convincatur, etiam inscio principe à proconsule coerceri potest.

IV. IMPP. HONORIUS, ET THEODOSIUS AA. ADRIANO P. P. Curialibus, & navicularils, omnibusque corporibus ita subveniri volumus: ut nihil apparitoribus universorum judicum liceat, quod ad prædam provincialium pertinet.

Ne quid ulli apparitores deprædentur à curialibus, vel navicularils, vel cæteris corporatis. Græci adjiciunt pœnam tripli.

De Primipilo.

Tit. LXII.

I. IMPP. VALERIANUS, ET GALLIENUS AA. DONITIO. Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi: & si is, qui ea percipere debuerit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitio salva sit.

Quid sit primipilus supra anteverti dicere *l. 3. sup. de cohor. prin.* Commoda primipilatus sunt salaria, quæ ei dantur, sive ut Græci vertunt, τὰ λόγῳ παραμυθίας παρεχόμενα, *l. pater, ff. de adm. leg.* Sed non debentur antequam impleta sit functio primipili. Debita in heredem transmittuntur. Post administrationem ergo finitam: nam dum militat, non commoda, sed stipendia appellantur.

II. IMPP. DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS AA. ALEXANDRO. Obtentu nominis primipili civiles actiones ad alios judices transferendæ non sunt.

Si quem primipilus conveniat occasione primipilatus sui, convenire eum debet non coram suo, sed coram proprio ejus judice, ita ut secundum regulam juris actor forum rei sequatur.

III. IIDEM AA. DONNAE. Utilitas publica præferenda est privatorum contractibus: & ideo si constiterit fisco satisfactum esse ob causam primipili: poteris obligatam tibi possessionem titulo dotis petere, ut satis doti fieri possit.

Causæ primipili dos non præfertur in hypothecis. Sunt & multa alia singularia, ut si debitor ex causa primipili, vel fidejussor, aut nominator ejus solvendo non sit, dos uxoris fisco vindicetur, *l. satis, supra in quibus caus. pig. tac. contr.* Et rea etiam specialiter obligata dotis nomine, & donata, licet primipili morte confirmata sit donatio, *l. non verum, sup. de donat.* inter

inter vir. & uxor. Ut fisco teneantur filii primipili A etiamsi heredes non extiterint, *l. si tutores, sup. de compens. l. seq.* Ut urgente fisco adversus debitores suos debitor ex causa primipili agat etiam ante diem, *l. 1. sup. de cond. ex lege*.

IV. Iidem AA. Dionysio. Cùm ex sola primipili causa liberos, etiamsi patribus heredes non existant: teneri Divus Aurelianus sanxerit: si neque successistis patri vestro, nec quidquam ex bonis ejus tenetis: consequens est à paternis creditoribus vos non conveniri.

De hac l. dictum est superiori satis.

B

Publicæ letitiæ, vel consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum, & aliarum, vel judicialium literarum, ex descriptione, vel invitis ne quid accipiunt immodicum.

Tit. LXIII.

I. Impp. Gratian. Valent. et Theodosius AAA. Floro P.P. Quicquid nostrorum unquam nuntiari cœpit prosperorum, ut bella si desinunt, si oriuntur victoriæ, fastis si honor datus fuerit regalium trabearum, compositæve pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros C vultus inhiantibus forte populis inferimus: hæc sine immodico pretio nunciari excipique sancimus: gerulum jubemus esse castissimum: indices nummarios esse prohibemus, judices statuimus esse sollicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris pretium gaudiorum. Quod si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum: & in accipientem pudoris fortunarumque manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium triginta librarum auri vexatione quatietur. Dat. IV. Non. Febr. CP. Merobaude II. et Saturnino Coss.

D

Duo erant potissimum in hac lege corruptissima: *Fastus si honor datus fuerit regalium, vel consulum, vel trabearum.* Emendavi, *Fastis si honor datus fuerit regalium trabearum*, id est, si ineunte anno novorum consulum nomina nuntientur. Consulum ornamenta sunt trabeæ eædemque regum, quæ & τήβεννοι Nov. 105. & Appiano, Artemidoro, Sudæ, Moschopulo, auctori Etymologici. *Actum esse jubemus castissimum, indigentibus non numerariis esse præbendum.* Emendavi fide Cod. Theodosiani, & manuscriptorum, *Gerulum jubemus esse castissimum, indices nummarios esse prohibemus.* Nummarios, id est, lucri avidos. Hieronymus ad Onasum: *Volo in nummarios invehi sacerdotes.* Suetonius in Domitiano: *Nummarios indices notavit.* Illa autem verba. *Si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus*: Græci ita interpretantur, εἰτε λαυράτα καταγγέλλοιεν. quod in Nicæna synodo 2. explicant hæc verba: *Sic regum laurata Græcorum vulgus apud C P. vocat imperiale signum*: & paulo post: *Laurata, & iconas missas ad civitates, vel regiones obvii adeunt populi cum cereis, & incensis, non cera perfusam tabulam; sed Imperatorem honorantes.* Aliis auctoribus laureatæ tabellæ sunt signa letitiæ. Seneca in Agamemnone: *Manifesta properat signa lætitiæ gerens. Namque hasta summo laureum ferro gerit.* Summa vero Constitutionis hæc est, ut eæ omnes publicæ letitiæ populis sine immodico pretio nuntientur. *Immodico* adjecit Tribonianus cum non esset in C. Th. propter constitutionem Græcam, cujus sententia sequitur.

II. Ἡ διάταξις βούλεται ἓξ νομίσματα μόνον παρέχεσθαι ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῶν ἐμφανιζομένων θείων γραμμάτων, ἢ γενικῶν προστάξεων, ἢ δημοσίων συμβολαίων, ἢ ἀνδριάντων· τὸν δὲ πλέον λαβόντα, τετραπλάσιον ἀναδιδόναι, κωλυόντων τοῦ τε ἄρχοντος, καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως, καὶ πάσης πολιτικῆς, καὶ δημοσίας βοηθείας: ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπος ὑπὸ ἀγανάκτησιν ἐστὶ βασιλικήν: ὁ δὲ ἄρχων καὶ ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς, καὶ δημευθήσεται. Καὶ ἡ τάξις δὲ κινδυνεύει μήτε διαγραφὴν γενέσθαι προφάσει τούτων τῶν αἰτιῶν ὑπὲρ τοὺς ἓξ χρυσοῦς: μήτε ὡς παρὰ ἀκόντων μηδὲν, ἀλλὰ τὸν λαβόντα διδόναι τὸ τετραπλοῦν: καὶ ἡνίκα δὲ οἱ πολῖται βούλονται ἑαυτοὺς διαγράψαι τυχὸν, ἢ εἰς ἔργον δημόσιον, ἢ εἰς σιτωνίαν, ἢ αἰτῆσαι παρὰ βασιλέως ταῦτα ἐπιτραπῆναι, οὐ χρὴ ζημιοῦν αὐτοὺς οὐδὲ ὑπὲρ τούτου, ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶνται: οἱ δὲ ἄρχοντες, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτωσι, καὶ ἐξορίζονται καὶ δημεύονται: ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα τιμωρεῖται: εἰ μὴ μηνυθῇ βασιλεῖ τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα: ἐξουσίαν γὰρ ἔχουσιν οἱ διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν τοῖς διαγράφουσιν: εἰ δὲ μὴ δύνανται τοῦτο ποιεῖν, ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μηνύειν. Οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας, οὔτε τοὺς σιτώνας, ἢ ἐθνικοὺς ἀποδέκτας παρέχειν ἐκ τῶν ὄντων ἐν χερσὶ προσόδων, μηδὲ ποσότητα φυλάττεσθαι τῇ ἀφωρισμένῃ χρείᾳ: εἰ δὲ παραβῇ ὁ ἄρχων, οἴκοθεν ταῦτα καταβάλλει: χρὴ γὰρ ἀμείωτα τά τε δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι.

Constitutio vult singulas provincias insinuatoribus sacrarum literarum, vel generalium Constitutionum, vel publicorum commonitoriorum, vel statuarum sex dumtaxat solidos dari, & ab eo, qui amplius acceperit, quadruplum reddi, hoc inhibente præside, & Episcopo, & primoribus civitatis, omnique tam civili, quam fiscali adminiculo, nisi velit Episcopus in principis indignationem incurrere, Præses bonis, & dignitate, & civitate multari. Curet autem officium nec descriptionem fieri ex iis causis ultra sex aureos, nec ab invitis, & accipiente quadruplum inferri. At cum cives seipsos volunt describere operis publicis, vel frumenti coemendi causa, vel hoc sibi concedi à principe petunt: nihil oportet eos lædi ex hac causa, ne sacerdotes indignationem eandem incurrant, præsides dignitatem amittant, & publicentur: officium in corpus torqueatur, nisi principi detulerint quicquid contra hanc Constitutionem fuerit admissum. E Possunt enim descripti resistere describentibus, vel si nequeant resistere, licet eis invocare præsidem, & deferre principi. Sed non oportet patres civitatum, vel sitonas, vel susceptores ex reditibus, quos habent, in manu quidquam præbere, sed eorum quantitatem destinatæ necessitati servare debent. Quod si præses violarit, de suo eos reditus implebit. Fiscales enim, & civiles res imminutas servari necesse est.

Hæc Constitutio si abfuisset, quod est in titulo, *Ex descriptione, vel ab invitis esset sine lege.* Hic vero sit finis, quem Deus Dominusque dedit, cui soli sit laus, honor, & Gloria.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO

D. CHRISTOPHORO

COMITI PALATINO AD RHENUM,

Illustrissimi Principis, ac Domini D. FREDERICI *Electoris Palatini filio, Bavariæ Ducis,*

JACOBUS CUJACIUS S.



CUPIVI jam antea sæpe, Illustrissime Princeps, ut daretur mihi aliquando tempus opportunum, quo te cultu, & observantia aliqua revereri possem: & ne te fugiat, quæ res hoc in me desiderium potissimum accenderit, Ego, cum frequentiores studiorum causa venirent ad nos Germani, quam soleant modo, consopitis civilium dissentionum injuria apud nos omnibus pene liberalium artium studiis, nostratium nemini concessi, qui Germanorum ingeniis faveret, quive nobilitatem, & virtutem eorum admiraretur magis, ut illis vicissim in me habuere semper præ aliis aliquid quod diligerent, ea re adsiduos, & familiares nullos habui, vel potius adsiduum, & familiarem illi nullum habuere magis quam me: & in sermonibus, ut fit, de patria cum rogantur, de lingua, de moribus, de literis, & de principibus imprimis, nullum alium Germaniæ principem majore mihi eos animi alacritate prædicasse memini, quam Illustrissimum Principem FREDERICUM *patrem tuum, simul, ac te in omni genere virtutis geminum patri filium: & ab iisdem non paucis post reditum in patriam certior factus sum, cum ad te præcipue referunt de ratione studiorum suorum quam hic transigere nobiscum, & mei mentionem injiciunt, quicquid hi narrant de me, id te excipere, & studium, & aures adhibere libenter. Hoc equidem magni æstimo, & in felicitatis parte pono maxima: nec enim meritum ullum in me meum agnosco, quod tam sanctissimi, & modestissimi Principis gratiam mereatur: & incendor mirum in modum ex ea re tamen: ut me quodam officio illa præbeam non indignum, cujus etiam exhibendi parte aliqua non tulissem longiorem moram, nisi me ab studiis paulo magis remissiorem patriæ calamitates reddidissent, quam conturbatus, & mœram cerno, sævientem in seipsam omni crudelitatis genere. Et parum id quidem esset, si hoc anno cerneremus, & experiremur primum, sed cernimus, & patimur jam fere decennium doloris cum morsu maximo θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ. Quæ res non potest non imminuere studia mea, quæ sola officiorum genera suppeditare solebant mihi multa quibus colerem præstantissimorum virorum eximias præclarasque virtutes, & vero minuet ea res studia mea semper, quoad misericordi, & omnipotenti Deo libuerit his Galliæ miseriis dare finem, aut modum aliquem. Sed intera tamen colluctor ipse quodammodo mecum, ut quam minimum fieri potest decedat ex mea pristina diligentia, & ne dolori, quem ex hoc capio statu patriæ acerbissimum, succumbam prorsus, neve relanguescam ab spe melioris rei. Alios sibi pugnas, sibi prælia, sibi arma habere jubeo; quibus hæc cordi sunt nimis: ego quantum mihi imperare possum, adsiduus esse persevero in pervolutandis libris, è quibus vel ervam, quæ recondita inest in eis consolationem, æquanimitatem, & constantiam eam, quæ etiam in desperatione, aut præcipitio rerum omnium tranquilliorem mentem efficere possit. Nec suum abest huic meæ contentioni pretium: nam quidquid de jure nunc in vulgus edo, id etiamsi non adeo forsitan perfectum, & perpolitum est, atque alio tempore foret, tamen pro ratione temporis, quo limandi ejus mihi fuit potestas, non dubito quin satisfacturum sit his, qui aliquid de studiis juris censere, & arbitrari possunt. Statim enim placebunt enarratæ Novellæ Justiniani longe alia ratione, quam fuerint unquam antea: non ausim dicere meliore. Nec erit injucunda παρεγγενημάτων adjectio, quæ à XII. libro dehinc uno tempore si vixero proferam in medium perducta usque ad XL. Ultra enim ne procurreret ea in re opera mea, jam statim à primo mihi præscripsi. Non displicebit etiam Juliani discipulus, quem etsi tempora non tulerint, ut ederem integrum, non efficient tamen, ut eum derelinquam antequam ad extremum pertulerim, & nomini etiam tuo quatuor reliquas quæstiones inscripserim, ut nunc inscribo humiliter priores quinque, simul, ac Novellas, & Observationum accessionem quam dixi. Quod omne si tanquam ab homine tuæ Celsitudini deditissimo, benigne, & libenter acceperis, & hanc animi erga te mei propensionem, quæ efficit id eliculque omne mihi quantumvis licet alienissimo tempore, in mente tua nobilissima, & omnibus virtutibus illustrissima ad conciliandam mihi eam in perpetuum, valere siveris, & me, illustrissime Princeps, expergefeceris: largius enimvero prolixiusque ad illustrissimam familiam tuam omni deinceps observantia, & honore prosequendam, & ad studia quoque mea addicenda vobis potius, quam nostris hominibus, qui literariis muneribus, quæ etiam diis feruntur esse amica, parum abest, ut se honestari non putent, qui ne gratiarum quidem actione, vel minima incipiunt jam nostram agnoscere benevolentiam. Deus Opt. Max. illustrissimum, & potentissimum Principem* FREDERICUM *patrem tuum, & te dignissimum patri filium, & familiam omnem vestram conservet, & regat suo Sancto Spiritu, eamque cottidie ad secundiores provehat rerum eventus. Valentiæ Cavarum VII. Id. Aug. M. D. LXIX.*

Tuæ Nobilitati, & Celsitudini devotissimus,
JAC. CUJACIUS.

NOVEL-



NOVELLARUM CONSTITUTIONUM IMP. JUSTINIANI
EXPOSITIO.
AUCTORE JACOBO CUJACIO J.C.



HÆC mihi prior appellationis Novellarum occurrebat ratio, quod nova eis, atque à veteribus dissidentia jura constituantur, quamvis non utique omnibus: exempli gratia XCI. & XCII. Et huic quidem rationi Cedrinus aderat, qui de hoc Novellarum libro scribit in hunc modum in Justiniano, *τοὺς παλαιοὺς νόμους πάντας ἀναλύων, ποιήσας μονόβιβλον, ὃ καὶ νεαρὰς διατάξεις ἐκάλεσε*. Posterior tamen, quæ succurrit animo meo, verior est: quod novissime promulgatæ sint post Codicem Justin. repetitæ prælectionis: nam & sæpissime à Græcis interpretibus appellantur *νεαραὶ μετὰ τὸν κώδικα*, & ab ipso Justiniano *Nov.* 66. & *in Constitutione de novo Codice faciendo*: & pariter Theo- (B) dosii, Valentiniani, Martiani, Leonis, Majoriani. Severi Constitutiones non alia ratione Novellæ appellatæ sunt, quam quod post Codicem Theodosii, & aliæ quædam Leonis philosophi, Nicephori, Michaelis, Romani, Alexii, quod post *βασιλικῶν* libros promulgatæ essent. Quin, & Justiniani, quæ in *l.* 1. *§. sed cum Novellæ, C. de emend. C. Inst. l. si quis filium, in fi. C. de inoff. test.* vocantur Novellæ, nondum retractato Codice hanc appellationem meruerant, editæ cum essent post primam Codicis editione retractata, repetitave jam Codicis editione, eam amiserunt. Nec enim Novellæ sunt, quæ in corpus unum coierunt Codicis repetitæ prælectionis, justum Constitutionum corpus, sed quæ post Codicem illum emerserunt novæ, vel Justiniani ipsius, vel Justini, vel Tiberii, non quasi errones in corpus illud retrahendæ, (C) è quo nunquam exierunt, sed quasi postumæ Codicem certe rupturæ illum, quo sunt emissæ, maximima ex parte. Adjunximus eis formas præfectorum pretorio quasdam, sive *ἐπαρχικὰ*, & Novellas Justini Tiberiique nonnullas, quæ suis locis indicabuntur. Nec separanda esse censuimus edicta 13. à Novellis, nam & pleraque alia inter Novellas edicta sunt, & illa 13. omnia edicta non sunt: non sane, quæ ad Armeniam, Phœnicen Libani, Ponticam, Hellespontum, Ægyptum, Alexandriam pertinent: Edicta enim sunt generales leges, quæ omnes po-

(A) pulos, & provincias tenent, *l.* 3. *C. de leg.* & præterea ex illis tria, vel quatuor, quæ sunt ante relata Novellis, frustra sub Edictorum alio nomine denuo reposuissem. Index vero titulorum, quia non erat certus (nec enim veteri interpreti idem qui, vel Haloandro, vel Scrimgero) elegi, quem sequerer ex Reginæ bibliotheca breviorem aptioremque cæteris, & hac pagina statim ut exprimeretur procuravi. Fuit Græcus, sed Latinum exhibere malui.

28 *De*

28 *De moderatore Helenoponti.*
29 *De prætore Paphlagoniæ.*
30 *De proconsule Cappadociæ.*
31 *De præsidibus Armeniæ.*
32 *De his, qui pecuniam credunt agricolis.*
33 *De his, qui pecuniam credunt agrigolis.*
34 *De his, qui pecuniam credunt agricolis.*
35 *De adjutoribus Quæstoris.*
36 *De successoribus in Africa.*
37 *De ecclesiis Africæ.*
38 *De decurionibus.*
39 *De fideicommissaria hereditate, & de ea, quæ parit xi. mense.*
40 *Ut ecclesia S. Resurrectionis domos alienare possit.*
41 *De apppellationibus quinque provinciarum.*
42 *De episcopis depositis sive regradatis.*
43 *De officinis ecclesiæ Constantinopoleos.*
44 *De instrumentis, & ut protocolla instrumentis relinquantur.*
45 *De decurionibus hæreticis, qui adversus orthodoxos testimonium perhibere possunt.*
46 *De alienatione rerum ecclesiasticarum.*
47 *Ut instrumentis præponatur nomen Imperatoris, & eorum tempus Latinis literis adnotetur.*
48 *De eo, qui moriens juravit quantum haberet in bonis.*
49 *De appellationibus, & de privatis scripturis, & jurejurando dilationis jurejurando calumniæ coaptando, ut semel tantum pro omni probatione juretur.*
50 *De appellationibus quinque provinciarum.*
51 *De mulieribus scenicis.*
52 *Ut ne quis pro alio pignoribus satisfacere cogatur, & ut in principem collatæ donationes valeant sine actorum insinuatione.*
53 *De exhibitionibus reorum, & ut fiant post diem xx. & de iis, qui juratoriam cautionem præstant, & hypothecis ex casu militiæ.*
54 *De colonis natis ex liberis personis, & ut loca sacra prædia invicem commutare possint.*
55 *Ut cum solo principe sacrorum locorum permutatio fiat, & ut loca sacra invicem perpetuam emphyteusim contrahere possint.*
56 *Ut in sola ecclesia Constantinopolitana præbeantur insinuationes.*
57 *De subrogatis clericis, & ut qui ædificant ædem sacram, ordinent in ea clericos patriarchæ auctoritate.*
58 *Ut ne domi fiat communio sacra.*
59 *De sumptibus funerum.*
60 *Ne reliquiæ debitorum à creditoribus injuria adficiantur, & ne adsessores causarum cognitionem suscipiant.*
61 *Ut ne consentiente quidem muliere alienentur, vel obligentur prædia donationis propter nuptias.*
62 *De Senatu.*
63 *De prospectu maris.*
64 *De hortulanis.*
65 *De relictis ecclesiæ Mysiæ.*
66 *De successionibus.*
67 *De his, qui templa ædificant, & ne episcopi ecclesiis suis aberrent, & de alienatione ecclesiasticorum prædior.*
68 *De constitutione successionum in lucra nuptialia.*
69 *Ut omnes obediant præsidibus.*
70 *De liberationibus decurionum.*
71 *De litibus eorum, qui in dignitate positi sunt.*
72 *De tutoribus.*
73 *De instrumentis.*
74 *De suitate liberorum, & de nuptiis.*
75 *De appellationibus Siciliæ.*
76 *De monachis.*
77 *De impudicis, & juratoribus.*
78 *De dotalibus instrumentis, & manumissionibus.*
79 *De monachis litigatoribus.*
80 *De quæstore.*
81 *De solutione patriæ potestatis.*
82 *De judicibus.*
83 *De clericis litigatoribus.*

A 84 *De fratribus.*
85 *De armis.*
86. *Ut præsidi suscepto in audiendis litibus adjungatur episcopus.*
87 *De donationibus factis à decurionibus.*
88 *De deposito, & denunciatione inquilinis facta, & de suspensione erogationis annonarum.*
89. *De filiis naturalibus.*
90 *De testibus.*
91 *De duarum dotium debito; & de eo, qui dotem accipere non vult.*
92 *De immensis donationibus collatis in liberos.*
93 *De appellationibus.*
94 *De tutela matrum.*
95 *De præsidibus, ut deposito magistratu dies 50. remaneant in provincia, sive militarem, sive civilem gesserint administrationem.* B
96 *De exactoribus, & mutuis petitionibus.*
97 *De jure dotis.*
98 *De lucris nuptialibus.*
99 *De duobus reis.*
100 *De non numerata dote.*
101 *De decurionibus.*
102 *De moderatore Arabiæ.*
103 *De Proconsule Palæstinæ.*
104 *De prætore Siciliæ.*
105 *De consulibus.*
106 *De nautico fœnore.*
107 *De testamentis factis inter liberos.*
108 *De fideicommissariis hereditatibus.*
C 109 *De hæreticis.*
110 *De nautico fœnore.*
111 *De tempore actionum sacris locis competentium.*
112 *De litigiosis.*
113 *Ne sacræ formæ fiant in medio litis.*
114 *De sacris jussionibus.*
115 *De appellationibus, & de litigatoribus, & de Falcidia, & de exheredatione, & de iis, qui lugent, & de constituta pecunia.*
116 *De militibus.*
117. *De divortiis, & aliis capitulis.*
118 *De æqualitate agnatici, & cognatici juris.*
119 *De donatione propter nuptias, ut specialis sit contractus, & de aliis capitulis.*
120 *De ecclesiasticis contractibus.*
D 121 *De usuris.*
122 *De dispositione artificum.*
123 *De episcopis, & clericis.*
124 *De litigatoribus.*
125 *De judicibus.*
126 *De appellationibus.*
127 *De successione filiorum fratris, & de insinuatione donationum propter nuptias.*
128 *De exactione publicorum tributorum.*
129 *De Samaritis.*
130 *De transitu militum.*
131 *De ecclesiasticis canonibus, & de fideicommissis, & orphanotrophis.*
132 *De vita monachorum.*
133 *De Hæreticis.*
E 134 *De præsidibus, & de adulteriis, & pœnis.*
135 *Ne quis cogatur cedere bonis.*
136 *De argentariorum contractibus.*
137 *De episcopis, & clericis.*
138 *Ne usuræ excedant duplum.*
139 *De indulgentia incestarum nuptiarum.*
140 *Ut consensu solvatur matrimonium.*
141 *De stupro.*
142 *De his, qui eunuchos faciunt.*
143 *De raptu mulieris.*
144 *De Samaritis.*
145 *De duce vis arcendæ.*
146 *Ut Hebræi legant scripturas Hebraice.*
147 *De indulgentia reliquorum tributorum.*

148 De

148 *De reliquis.*
149 *De præsidibus.*
150 *De ea quæ raptori nubit.*
151 *Ne decurio, vel cohortalis in judicium vocetur sine jussione principis insinuata præfecto prætorio.*
152 *Ne sacræ jussiones de publicis causis valeant sine approbatione præfectorum præt.*
153 *De infantibus expositis.*
154 *De his qui in Osroena incestas nuptias contrahunt.*
155 *Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ sint.*
156 *De sobole cum colonis partienda.*
157 *De colonis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt in Mesopotamia, & Osroena.*
158 *Ut jus deliberandi etiam impuberes transmittant.*
159 *De substitutione facta in familiam morientis usque ad quotum gradum valeat.*
160 *De pecuniis, & usuris civitatum.*
161 *De præsidibus.*
162 *De donationibus sacra forma, & de adscriptitiis*
163 *De relevatione tributorum.*
164 *De heredibus.*
165 *Generalis forma de prospectu maris.*
166 *De prædiorum sterilium ad fertiles impositione.*
167 *Generalis forma de missione in possessionem.*
168 *Forma præf. prætorio de his qui eidem domino subjecta prædia possident.*

NOVELLA PRIMA.

De heredibus, & Falcidia.

PRIOR pars hujus Novellæ est de heredibus, qui non obtemperant voluntati defuncti. Publius Syrus ait, magis fidum heredem nasci, quam scribi. Qua de causa scripti heredes pœnis constringendi sunt, ne quid faciant contra testamentum: & vero constringuntur etiam tam veteribus legibus, quam novis. At quo modo? An datis actionibus, aut persecutionibus, aut invocato auxilio magistratus, principis, pontificis? hac vero ratione testamento parere cumpelluntur, non puniuntur, quod non paruerint. An data actione in duplum? Sed hac actione coercentur inficiatores uno tantum casu, si legata per damnationem, vel jure novo si legata relicta locis pietati dedicatis heredes inficientur. An ex mora usurarum, & fructuum admissa ratione? At qui moratur, non facit contra voluntatem: id enim facit, quod facere jussus est, sed tardius: ut ille etiam qui inficiatur, contra voluntatem non facit palam: jussisse enim testatorem negat, non etiam facturum se quod testator jusserit. Et specialiter quidem mora filii heredis scripti, qui fratribus relictam legitimam portionem tardius exsolvit, coercetur constitutione quadam Justiniani de inofficioso testamento relicti tertia parte amplius:porro contra voluntatem facit,qui minus impendit in funus, vel monumentum, quam testator jusserit, *l. cum in testamento*, *ff. de verborum significatione*, vel (ut hac Novella definitur) qui legata, aut fideicommissa, aut libertates post sententiam judicis annum integrum frustra expectatus, præstare detrectat. Et huic quidem veteri jure hereditatem fiscus auferebat quasi indigno, ut Paulus scribit III. Sententiarum, & Justinianus *l. ult. C. de fideicommis.* ut non male ad hanc delationis causam, quæ ponitur in *l.1.de jur. fisc. Quod indignus quis heres nunciatur*, possit dari exemplum heredis facientis contra voluntatem. Quæ dubitandi ratio (ut opinor) fuit in specie *l. si peculium*, *ff. de statulib.* cum heres servum liberum esse jussum sub conditione dandi x. Titio, prohibet dare, an postea manumissio servo, ex legato peculii heres eam pecunia deducere posset. Indignus est enim heres, qui contra voluntatem facit, eam pecuniam imo hereditatem lucrari. Verius tamen est non fecisse eum contra voluntatem, qui servum manumisit ultro, quem testator liberum esse jusserat sub conditione dandi x. Titio: nec posse quidquam queri Titium, cum nec legatarius fuerit, *l. 8. ff. si quis omis. cau. testam.* At hæc causa deferendæ hereditatis in fiscum, postea constitutionibus sublata est, *l. 5. C. de religios.* si in omittendo supremo officio mortui (ut ibidem exponitur) herede peccante, quæ res onerat verecundiam heredis: & si quid aliud igitut heres fecerit contra voluntatem defuncti, ut si legata non solverit, quæ res non pulsat existimationem, aut verecundiam heredis. Cæterum hac Novella Justinianus restiruit quodammodo jus vetus, quod aliorum principum Constitutiones aboleverant: nam heredi, qui voluntati defuncti non obtemperat, censet auferendam esse hereditatem quasi indigno: vel totam, si extraneus sit: vel deducta Falcidia, si ex eis personis sit quibus portio legitima debetur, & qui de inofficioso testamento queri possunt, quales sunt liberi, parentes, patroni. Falcidia enim, sive legitima portio his personis auferri nulla ratione potest. Sed sive tota hereditas auferatur, sive quod superest, deducta Falcidia, id non transit ad fiscum. Non omne, quod aufertur quasi indigno ad fiscum transit, *l. 1. §. quæ autem*, *C. de caduc. tollend.* Sumantur exempla ex *l. 5. §. amittere*, *ff. de his quæ, ut ind. l. pen. C. de legat. l. si ex voluntate*, *C. de donat. inter vir. & uxor. l. si ab hostibus*, *§. ult. ff. sol. matr. l. si patroni*, *§. qui fideicommissam*, *ff. ad Treb. & Nov.* 115. Sic igitur heredi non obtemperanti voluntati defuncti ablata hereditas non statim fisco vindicatur ex hac Novella, sed substituto, si substitutum habuerit heres. Finita ipso jure est substitutio aditione heredis scripti: ideoque non jure substitutionis substitutus venit (ut Joannes ait recte) sed beneficio hujus Constitutionis, quasi priore loco scriptus, & sicut extraneus quilibet, ut dicetur inferius. Deficiente substituto vocantur coheredes, qui adierunt pro portione hereditaria, & hi etiam non jure accrescendi inviti, quod est portionis vacantis jus, non adquisitæ, sed non inviti hujus Constitutionis beneficio, ac si in eam quoque portionem heredes scripti essent. Si non sint coheredes, venit is cui heres rogatus est restituere hereditatem: nam & is (ut in hac Nov. Justinianus ait) heredem imitatur, maxime transfuso S. C. Pegasiano in Trebellianum, qui locus est summe notandus. S. C. Pegasiano locus erat interveniente Falcidia, & non erat fideicommissarius heredis loco, quia in heredem conservabantur actiones. S. C. Trebelliano locus erat non interveniente Falcidia, ut puta herede non plus, quam dodrantem restituere rogato: qui casus cum ponitur *l. si mulier*, *§. ex asse*, *ff. de jur. dot.* recte & proptie subjicitur mentio transferendarum actionum, & S. C. Trebelliani: quia ex eo S. C. fideicommissario, & in fideicommissarium dantur actiones, atque ideo fideicommissarius Trebellianus heredis loco est, Pegasianus non item. Hodie omnis fideicommissarius, Trebellianus est: ergo omnis, heredis loco. Post fideicommissarium Trebellianum veniunt legatarii, & fideicommissarii singularum rerum. Sed qualis inter eos ordo dabitur? Is nimirum præferetur, cui uberius legatum, aut fideicommissum pecuniatium relictum fuerit: ut si plures sint fideicommissarii Trebelliani, is præferetur cui major pars hereditatis relicta fuerit: vel si par sit omnium causa, scripto herede indigno pronunciato, omnes simul ad hereditatem venient. Post legatarios, & fideicommissarios veniunt testamento manumissi, secundum ordinem scripturæ, qui & lege Fusia Caninia, & lege Ælia Sentia servatur inter manumissos: vel simul omnes, si scripturæ ordine discerni non possint, exacta cautione implendæ voluntatis defuncti, quæ ab aliis omnibus exigitur, & præstanda est (ut Accursius voluit) personæ publicæ, vel his quorum interest. Sexto loco vocan-

vocantur heredes legitimi. Septimo extraneus quili- A
bet, sicut ex sententia Orationis D. Marci liberta-
tum conservandarum causa, constat vocari extra-
neum quemlibet quasi heredem testamentarium, *l. ult.*
C. de testam. mau. & ita prætoriu quoque jure pro he-
rede testamentario habetur is qui omissa causa testa-
menti ab intestato possidet hereditatem, *l. si duo here-*
des, *ff. si quis omis. caus. test.* & heres scriptus cui re-
mittitur conditio jurisjurandi, *l. 1. §. ad eos*, *ff. ad*
leg. Falc. de quo etiam Græci accipiunt *l. 20. §. licet*,
ff. de petit. hered. illo luco, *Successores justos:* & libenter
ipse pro his acceperim honorarios, sive prætorios suc-
cessores, *l. 2. §. si defunctus*, *ff. pro empt. leg. 24. ff.*
fam. ercisc. Octavo gradu vocatur fiscus, sub eodem
onere cautionis. Cautionis, inquam, non satisdatio-
nis, *l. 1. §. si ad fiscum*, *ff. ut leg. no. cau.* nam nec pri- B
vati locupletiores, id est, prædiorum possessores, sa-
tisdant, & fiscus semper est locuples. Sunt autem hu-
jus Novellæ conditiones quædam. Una, ut legitima
sit voluntas defuncti, quam non exequitur heres: (il-
legitimæ enim heres impune non paret) & ut quod
testator injunxit, jus heredi non remittat. Quod enim
jus remittit, id etiam heres omittit impune: cujus ge-
neris est conditio jurisjurandi, quæ edicto prætoris re-
mittitur, *l. 8. ff. de cond. inst.* & conditio viduitatis le-
ge Julia, *l. cum ita*, *l. mulier*, *ff. de cond. & dem.* &
conditio divortii, *l. 5. C. de inst. & subst.* & generaliter
quæcunque caventur in fraudem legum, *l. Sejus*, *ff. ad*
leg. Falcid. Est & alia conditio hujus Novellæ, ut ea
quæ heres facere jussus est, lex non repræsentet. In
his enim quæ lex repræsentat, cessatio aut contuma- C
cia heredi nihil nocet, ut in libertatibus, quæ repræ-
sentantur S. C. Rubriano: & ex contractu eodem
modo pœna non committitur quando libertatem lex
repræsentat, *l. ult. si manc. ita fuer. alien.* & de his lo-
quitur Justinianus illo loco, *ἢ οἱ μήτε αὐτὰ νόμος*, &c.
quod sic interpretor, vel si non id lex aliqua etiam he-
rede cessante nominatim repræsentat: & ita Irnerius
etiam intellexit: male adjicit alius, Prohibeat: alius,
Impediat: quæ vel Accursius indicat non adjecisse
veterem interpretem. Hæc item pœnæ hujus Con-
stitutionis conditio apponitur, ut heres post aditam
hereditatem annum integrum cessaverit in exequen-
da voluntate defuncti, qui tamen non ab aditione
numerabitur, sed ab admonitione, & conventione ju-
dicis: Nam & ab eo tempore de legato, aut fideicom- D
misso, aut libertate, aut liberto assignato lis peragen-
da est intra annum: quæ est hujus Novellæ senten-
tia illo loco satis obscuro, *ἀλλ᾽ ἀκολούθως πρόνοιαν ἐθέ-*
μεθα: & nova exceptio ad *l. properandum*, *C. de jud.*
Scio Julianum, nisi corruptus est, & Theodorum an-
num numerare à condemnatione judicis: sed hanc in-
terpretationem neque locus ille admittit, neque *ὑπο-*
μνήσεως nomen, quo conventio significatur: & sen-
tentia quoque libelli conventio est, ut *l. 6. C. unde vi*,
l. pen. C. de dign. Post conventionem heredi datur an-
nus: post condemnationem darentur tantum menses
quatuor. Addi etiam hæc conditio potest, ut testa-
tor specialiter heredi non obtemperanti aliam pœnam
non indixerit: alioquin committitur pœna illa po-
tius, quam testator indixit, quam quæ hac Novel- E
la definitur: ut in specie *l. 6. & l. in testamento*, *ff.*
de condit. & demonst. Si heredem monumentum fa-
cere jusserit, & nisi factum esset, magna eum pecu-
nia multaverit, vel ærario populi inferenda: vel arcæ
Pontificum. Idem si vetita alienatione, subjecerit
pœnam, ut in veteri inscriptione urbis Romæ: *Hoc*
monimentum ne de nomine exeat. Quod si quis id moni-
mentum partemve ejus vendere, vel donationis causa cui
mancipare voluerit, aliove quo nomine ejus monimenti
partem alienare tentaverit, dare damnas esto ærario
Populi Romani s-L. XV. M. N. *& collegio Pontificum*
s-L. XV. M. N. *& emptor, & venditor.* Et in alia:
Si quis hoc sepulchrum, vel monimentum cum ædificio

A *universo post obitum meum vendere, vel donare volue-*
rit, vel corpus alienum inveheri velit, dabit pœnæ no-
mine arcæ Pontificum L-S. C. N. *& ei cui donatum, vel*
venditum fuerit, eadem pœna tenebitur. Et in alia:
Hoc monimentum ne de nomine exeat. Et in alia: *Si quis*
hoc armarium vendere voluerit, tunc inferet arcæ Pon-
tificum H-S. L. M. N. *Si quis eo, vel titulo manus intu-*
lerit, dabit ærario sestertia quinque millia numorum.
Et de hoc genere pœnarum testamento scriptarum,
quæ ab heredibus committuntur, quod fecerint con-
tra voluntatem defuncti, Asconius Pedianus in Ver-
rem commissa dici ea, quæ contra testatoris volunta-
tem facta, aut non facta ab herede, multa aliqua pœ-
naque plectuntur. Sciendum est inter eos quos hæc
Constitutio vocat in locum heredis scripti, qui non
B obsequitur voluntati testatoris, jure exheredatos non
vocari. Nam si vocas exheredatos, dum vis tueri vo-
luntatem, contra voluntatem facis, & derideberis of-
fensione voluntatis defendens voluntatem. Recte igi-
tur hujus Constitutionis beneficio submoventur ex-
heredati. Nam neque inter legitimos neque inter ex-
traneos vocantur. Inter legitimos non vocantur, quia
exheredatione amiserunt nomen suorum, *l. 1. §. post*
suos, *ff. de suis, & legit. hered. l. filium*, *§. videamus*,
in fin. ff. de bon. possess. contra tab. ergo & legitimorum:
nam qui non sunt sui, nec legitimi sunt, *l. scripto*, *ff.*
unde lib. Inter extraneos non vocantur, quia nomina-
tim summoti sunt hereditate, atque ita pejor est ex-
heredatorum, quam extraneorum conditio. Extranei
veniunt contra mentem testatoris Constitutionis be-
C neficio: exheredati venirent contra verba, Inter lega-
tarios, & fideicommissarios forsitan vocabuntur, si
quid eis legatum fuerit, quia bonis omnino exclusi
non sunt, & quod aufertur, non tam his personis adji-
citur, quam bonis aliis defuncti, quæ ad eos pertinent:
quod Justinianus significat his verbis, *τὸ ἀφαιρούμενον*
προστιθέσθω τοῖς ἄλλοις πράγμασι. Item inter substi-
tutos vocabuntur, si substituti sint, licet expiraverit
substitutio, quia & hos hereditate non omnino exclusit
testator, quos si non primo, secundo gradu ad here-
ditatem invitavit. Illud quoque sciendum est, hanc
Constitutionem, quamvis inscripta sit de heredibus,
serpere tamen ad legatarios, & fideicommissarios, &
mortis causa donatarios: nam his etiam si moniti non
paruerint voluntati testatoris, aufertur omne emo-
D lumentum, & transit ad substitutos, si substitutum
habuerint, vel ad collegatarios, vel ad heredes scri-
ptos, vel ad extraneos, vel ad fiscum. Constat non
tantum heredibus, sed & legatariis substitui posse: &
fideicommissariis, & donatariis mortis causa, *l. ut he-*
redibus, *l. cum pater*, *§. 1. ff. de leg. 2. l. Publius*, *§. 1.*
l. quia, *ff. de cond. & dem. l. ei cui*, *ff. de donat. caus.*
mort. Constat etiam fideicommissum relinqui posse,
imo, & legari hodie posse non tantum à legatario, vel
fideicommissario, sed & à mortis causa donatario,
l. cum pater, *§. 1. ff. de legat. 2. l. cum si*, *§. idem erit*
dicendum, *ff. de transact. l. ab eo*, *C. de fideicommis.* Hi
igitur si post admonitionem judicis intra annum non
præstiterint legata, vel fideicommissa à se relicta, eis
omne emolumentum quasi indignis aufertur, & trans-
E fertur eodem ordine inchoato à substitutis, & desinen-
te in fiscum, cum onere cautionis.

Posterior pars hujus Novellæ est de Falcidia. Revo-
cavit fere jus antiquum priori, revocat & ista quo-
dammodo id quod fuit ante legem Falcidiam, eodem
studio conservandæ ultimæ voluntatis, ut plena fides
plenumque obsequium defuncto exhibeatur: ut cui
voluerit præstari testator legatum, præstetur inte-
grum sine ulla deductione, neque enim hac parte
aliter beneficio legis Falcidiæ uti heredi extraneo
concedit, quam inventario bonorum facto, & non
invito testatore: olim & inventario non facto, &
invito testatore locus erat legi Falcidiæ. Quid vero
movit Justinianum, ut inventarii confectionem exige-
ret?

ret? Sciendum eſt heredem, qui quid ſubtraxit, vel ſubduxit ex hereditate, intervertendorum legatorum cauſa, eo minus jure Falcidiæ deducere: ut ſi cccc. fuerint in bonis, cccc. in legatis, & ſubtraxerit c. ex ccc. ipſe deducet Falcidiam, ex c. Falcidiam deducet fiſcus ereptam heredi in ea quantitate ut indigno, *l. 7. ff. de his, quæ ut indig. l. 24. ff. ad leg. Falc.* & hoc eſt quod ait *l. beneficio, ff. eod.* beneficio legis Falcidiæ indignum eſſe eum, qui id egerit ut legatum, vel fideicommiſſum intercideret: nempe, ut ſi rem Titio legatam ſubtraxerit, ex legato Titii Falcidia ei auferatur quaſi indigno. Generaliter enim ſi accipiatur ejus legis definitio, falſa erit: nam is, qui omiſſo teſtamento ab inteſtato poſſidet hereditatem, non amittit Falcidiam. *l. duo heredes, §. ult. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* Quidam arbitrantur eum etiam amittere Falcidiam, qui nihil ſubtraxit, ſed rem legatam propriam eſſe contendit, non hereditariam: ſed hoc Ulpianus improbat. Sic eſſe legendum in extremo, *l. computationi, ff. ad leg. Falcid.* adfirmant Flor. & Baſ. & ratio non obſcura, quod aliud ſit furari: aliud inficiari, *l. inficiando, ff. de furt.* & furtum quidem gravius inficiatione, ac ſimiliter gravius eſſe abſcondere quid, & celare lucrandi animo, quam exhibere palam, & ſuum eſſe contendere: ſicut gravius eſt clam illicitas nuptias contrahere, quam palam *l. ult. ff. de rit. nupt.* & laudantur quædam facta palam, ut in acie patratæ cædes, quæ clam commiſſa capite luuntur: Quin etiam (ut Auguſtinus ait 1. de libero arbitrio) militi jubetur lege ut hoſtem necet, à qua cæde ſi temperaveris, ab Imperatore pœnas luit. Seneca xv. Epiſt. Ex Senatuſconſultis plebeiſque ſcitis ſæva exercentur, & puplice jubentur vetita privatim: quæ clam (ſic legendum) commiſſa capite luerent, tamen, quia palam fecere, laudamus. Dubitatur autem circa *d. l. computationi, §. ult.* quid profuerit heredi rem legatam quaſi ſibi propriam adſerere, cum & ſi propria ſit heredis, omnimodo legatum valeat, ſive ſcierit hoc teſtator, ſive neſcierit. Quidam dicunt heredi eo proficere adſertionem talem, quod interveniente Falcidia, legatum rei heredis propriæ non debeatur: quod falſum, & commentitium eſt. Accurſios heredi proficere ad evitandam rei vindicationem, quem tamen conveniri fatetur poſſe actione ex teſtamento. Parva igitur utilitas hæc, & pene dixerim nulla, cum omnimodo rem legatam legatarius habiturus ſit. Debuit dicere teſtatorem forſitan legaſſe per vindicationem: quo genere res heredis inutiliter legatur, ideoque rem propriam eſſe dum contendebat heres, hoc intendebat, eam rem non contineri legato: vel teſtatorem legaſſe nominatim ſervos ſuos, vel quas alias res ſuas. Hæc de herede, qui interveniente Falcidia ſubtrahit res legatas, de quo hæc Novella non loquitur, ſed de eo, qui non interveniente Falcidia ſubtrahit, & amovet res hereditarias, ut inducat legem Falcidiam quaſi minor ad ſe hereditas pervenerit. Cui fraudi ut occurrat, ab herede inventarium jubet fieri bona fide intra menſes tres, *l. ult C. de jure deli.* quo exemplo etiam inventario bonorum pupillarium præſcribit Harmenopulus v. Epit. menſes tres: quod Accurſius tamen non probat in *l. 24. C. de adm. tut.* & inventario rerum dotalium Leo *Nov. 110.* Vel ſi heres longe abſit ab eo loco ubi eſt hereditas, inventarium Juſtinianus fieri jubet intra annum. Tres menſes numerantur ab apertura teſtamenti, non ab aditione: annus à morte teſtatoris. Fieri autem debet præſentibus creditoribus, legatariis, fideicommiſſariis, aut procuratoribus eorum, vel præſentibus tribus hominibus idoneis, & tabulario: nec enim ſoli tabulario hoc caſu habetur fides, licet in orborum inventario conficiendo ſufficiat *l. orphanotrophos, Cod. de epiſ. & cler. Nov. 131. §. ult.* Sed & in hac cauſa ſufficit tabularius. Si inventario conficiendo interſint omnes ii quorum intereſt: ſin vero agant peregre, vel omnes, vel ex eis quidam, eorum loco tres teſtes locupletes adhibentur: & nihilominus reverſis peregre de fide inventarii per quæſtiones ſervorum hereditariorum, qui ſcilicet rerum notitiam habent, veluti actorum, & per jusjurandum heredis, ac teſtium, inquirere licet. Jusjurandum heredis omiſit poſtrema editio Novellarum Græcarum, agnovere Baſilica, agnovit Vetus interpres, agnovit Haloander, Julianus, Irnerius, quis non? Quod de quæſtione ſervorum ait, ut torqueantur adverſus dominos, veritatis inventarii perſcrutandæ gratia, confirmatur etiam *l. ult. C. de quæſt. l. 1. Cod. de ju. propt. cal. l. ult. §. licentia, Cod. de ju. del. Nov. 48.* quo genere inquiſitionis ſi ſubtraxiſſe heres aliquid deprehendatur, nec inventario retuliſſe, altero tanto amplius hereditati reputare cogitur, *d. §. lic.* Falcidiam non amittit niſi in re legata, ſi quam forte ſubtraxerit: denique Falcidiam non amittit ob mala fide confectum inventarium Falcidiam amittit ob non confectum inventarium, atque etiam de ſuo ſolvit legata, quæ ſuperant modum puræ ſubſtantiæ defuncti, id eſt, in quibus plus eſt quam in eo, quod bonis ſupereſt deducto ære alieno: nam pura ſubſtantia eſt, quæ ære alieno ſoluta eſt *l. ult. C. de rep. Novell. 22.* Alias ſoluta tributis, *l. litibus, C. de agr. cenſ.* Hæc autem facultas inquirendi per tormenta ſervorum, & per jusjurandum heredis, ac teſtium eis tantum datur, qui aberant peregre tempore conficiendi inventarii, non his, qui erant præſentes, & evocati intereſſe inventario conficiendo, aut procuratores mittere noluerunt: nam hos evidenter Julianus ait non habere quæſtionem de ſervis hereditariis, non exigere jusjurandum ab herede. Ex ea interpretatione Juliani apparet in hac Nov. ἀποκειμένων, non ſic interpretandum, Repoſito, vel reſervato, ſed Semoto, vel repoſito, pro remoto, vel ſepoſito, *l. ſi finita, §. poſtea, ff. de dam. inf.* quod & Nov. indicat aperte, dum data facultate inquirendæ veritatis, ſubjicit hanc exceptionem, Niſi præſentes legatarii omnes, vel ex eis quidam teſtato moniti venire, & inventario intereſſe noluerint. Poſtea vero Juſtinianus conſtituit, ut invito teſtatore legi Falcidiæ locus non ſit. Non potuit olim cavere teſtator ne lex Falcidia in ſuo teſtamento locum haberet, *l. nemo ff. de leg. 1.* Excipiebantur caſus aliquot: unus favore libertatis, *l. 6. ff. de fid. lib.* Nec mirum, cum & favore libertatis Senatus inhibeat Falcidiam, *l. 33. ff. ad leg. Falc.* Imitatur ergo teſtator hac in re jus publicum: & certe *d. l. 6.* ſatis aperte vetat Falcidiam detrahi, dum integrum legatum præſtari jubet, & ratum eſt præceptum favore libertatis, integrum enim ſive totum, id eſt, quod deductionem patitur nullam, *l. 52. ff. de leg. 2. Senec. 2. de benef.* Ut beneficia tua illibata, ut integra ad eos, quibus promiſſa ſunt perveniant ſine ulla (quod ajunt) deductione. Et vero conſtat ex *l. 32. §. ult. ff. ad l. Falc.* prohibitum videri legatarium, ſi juſſus ſit totum quidquid cepiſſet reſtituere. Legatarium, inquam, oneratum fideicommiſſo, qui licet ex perſona ſua non poſſit inducere Falcidiam, quam tamen paſſus eſt, poteſt imputare fideicommiſſario pro rata: qua de cauſa, & Falcidiæ cautionem à fideicommiſſario accipit, *l. 1. §. ſed & legatario, l. videamus, ff. ſi cui plus quam per l. Fal.* idemque in fideicommiſſario Pegaſiano juris eſt, *l. Plautius, §. ult. ff. de cond. & dem. l. facta, §. ſi Titius, ff. ad Treb.* & ita, licet prohiberi non poſſit heres deducere Falcidiam, legatarius tamen poteſt, & fideicommiſſarius qualiſcunque, nam & hi ſuo jure Falcidiæ detractationem non habent, *l. 47. §. ult. ff. ad l. Falc.* Unum tractanti caſum, quo jure poſſet teſtator vetare Falcidiam, obrepſit, & alter. Jam ergo peregi duos. Eſt & tertius in *l. ſi legatus, §. ult. ff. ad Treb.* quo: ſecundum Flor. ſcripturam, oſtenditur, non quod vulgo exiſtimant, principem heredem inſtitutum Falcidiam donare debere: ſed ex reſcripto principis quandoque effectum habere voluntatem privati hominis vetantis de-

ductionem Falcidiæ, etiam alio, quam principe herede instituto. Pendet, quæ in eo tractatur iuspectin ex præcedenti, quo docet multum interesse, pars quarta jure hereditario retineatur an in re, vel summa. Nam si jure hereditario, onera creditorum dividuntur inter heredem, & fideicommissarium: si in re, vel summa, omne onus creditorum sustinet fideicommissarius. Inde sequitur alia differentia, Si pars quarta jure hereditarin retineatur, si quid deest, omnimodo supplendum est: si in re, vel summa, licet jure id quod deest quartæ repleri debeat, plerumque tamen princeps extra ordinem cogit heredem scriptum, ut contentus sit ea re, vel summa: cum & si heres jussus sit sine ulla præceptione bereditatem restituere, nonnunquam extra ordinem condonetur, & remittatur quarta ad voluntatem defuncti, accedente rescripto principis. Et hæc est sententia *d.l. si legatus*, *§.ult.* At quemadmodum testamento vetari Falcidia secundum regulam juris antiqui non potest, ita nec conventione alligari heres vivo testatore, ne Falcidia utatur, ut est proditum in *l.15.§.1. ff. ad l. Falc.* ad quem Græcorum interpretationem, quoniam mihi magnopere placet, exponam Latine. Si heres meus voluntate mea caverit ei, qui aliquid accepturus erat post mortem meam donationis causa, se Falcidia non usurum, & pœnam promiserit, nihilominus utetur Falcidia, & pœna non committetur. Stipulatus autem est, vel sibi ne ex donatione causa mortis Falcidia retineretur, vel in rem: nihil enim interest, quia nec hoc nec illo modo cavetur recte contra jus publicum. Igitur & si vivo testatore legatarius stipuletur sibi tantum ne ex suo legato Falcidiam retineat heres, inutilis cautio est, & plus aliquanto hac in specie testamentum, quam conventio potest. Nam testamento caveri potest ne ex uno legato deducat heres Falcidiam, puta ex legato Titio relicto: quo casu ex aliorum legatis plena quarta hereditatis retinetur, *l. si in testamento*, *l.qui cccc. §.5.ff. ad l. Falc.* atque ita voluntas testatoris oneris est cæteris legatariis, non heredi, ac proinde non resragatur leg. Falc. Idem conventione fieri non potest, ut cæteri legatarii onerentur, *l. 3. ff. de transact.* nec si voluerit ac curaverit ipse testator eam conventionem interponi, ut in specie *d.l.15. §.1.* Post mortem testatoris non constabat olim, sed hodie constat ex Constit. Justiniani valere conventionem ne heres Falcidia utatur, *l. ult. C. ad l. Falc.* quæ fuerat etiam olim sententia Ulpiani, *l.qui quod, ff. eod.* Marcellus cum in eadem sententia forsitan non esset, nec poneret discrimen hac in re inter legem Papiam, & legem Falcidiam, agnoscitur in *l.si patron.ff. de don.* qua parte agitur de lege Falcidia aptatus Triboniani sermo congruens meditatæ jam, vel usu receptæ sententiæ, *d.l. ult. Sed magis est, ut non possit suæ confessioni obviare.* Confessinnem accipit pro cautione, Græcorum imitatione, qui ὁμολογίαν dicunt, ut in *l.cum de indebito*, *ff.de prob.* quæ tota etiam est Justiniani, sive quæstoris Triboniani. Cæterum etiam in ea parte *l. si patronus*, sermo ipse prodit satis Justiniani esse. Hodie igitur differentia est inter legem Papiam, & legem Falcidiam. Patronus post mortem liberti legem Papiam si omissurum se caverit, non tenetur: debetur hæc portio reverentiæ patroni: idcirco non est arctandus, ut eam invitus omittat, etiamsi ita promiserit. Heres extraneus si se legem Falcidiam omissurum caverit quibusdam, vel omnibus, post mortem testatoris, sane tenetur: cessat in eo reverentiæ ratio: & ut sciens, si solverit solida legata, non repetit, ita si caverit, non inducit Falcidiam, non condicet cautionem. Æquitas in paribus causis paria jura desiderat, *d.l.ult.* Dispares tamen eæ sunt causæ in patrono: nam si solverit, non repetit, *l. patronus*, *ff. ad Treb.* Si caverit, adhuc integrum ei est resilire, & majestatem suam retinere ac tueri. Itaque à solutione ad cautionem non semper est tuta argumentatio, qua Justinianus utitur *d.l. ult.* Puto autem hodie etiam vivo testatore legi Falcidiæ privata conventione derogari posse, cum & fieri hoc possit testamento, *arg. l.46.ff. de pac.* Et testamento quidem hoc fieri vult Justinianus oominatim: quod non utique est, facta legis Falcidiæ commemoratione, sed etiam si integra legata heredem præstare jusserit, vel si in re, aut summa certa quadrantem ei constituerit, (ut docui supra) vel si legatarium rem legatam alienare vetuerit, Nov. 119. quæ tamen prohibitio forsitan olim non erat fraudi heredi, sicut neque fisco vicesimam desideranti. An etiam si heredem eundemque creditorem testator jusserit creditum compensare cum Falcidia, & plus oon sit in Falcidia, quam in credito? nam facta compensatione res eo redigitur, ut heres jure Falcidiæ nihil habere videatur, quandoquidem quod Falcidiæ ratione deducit, jam ei debetur, *l. cum pater*, *§. Titio*, *ff. de leg.* 2. An ergo etiam non licebit hodie heredi scripto repudiare testamentum, & ab intestato hereditatem amplecti, quasi nulla occurrat fraus, concessa testatoribus prohibendæ Falcidiæ potestate? quod non possim introducere, cum absurdum sit ab eo dicere prohibitam Falcidiam, qui nominatim eam detrahi jussit, quamvis ita, ut ne detraheretur etiam æs alienum, quod defunctus heredi debuit. Additur in hac Nov. ut qui cœperit quibusdam solvere solida legata, non ignorans vires patrimonii, solvat & reliquis quasi prima solutione amplecti videatur in omnibus judicium defuncti: quo derogatur *l.6.§. ult.C.ad leg. Falc.* in qua, ultro, legendum, non ultra, *l. 15. §. non idcirco*, *ff. eod.* ut Theodorus ootat, nec obscure Justinianus significat hac io parte, Itaque valde imminuitur hac Novella potestas legis Falcidiæ: nam neque retinetur ab herede, qui post interpellationem judicis annum traxit in non implenda voluntate defuncti, neque ab eo, qui inventarium non fecit, neque ab eo, qnem testator, retinere prohibuit, neque ab eo, qui cœpit quibusdam integra legata solvere. De herede extraneo loquor: nam liberis, parentibus, patronis nnn adimitur Falcidia ob contumaciam: non adimitur à testatore nisi ex justa exheredationis causa, non adimitur ob soluta quædam pro solido legata: receptum etiam est non adimi ub non factum inventarium. Quod Fulgosio displicet: non improbabili ratione, quod cum non fecerunt inventarium, præsumantur amovisse plus satis. Ad hæc quæruut an à testatore heredi remitti possit confectio inventarii. Et existimarim posse, exemplo inventarii bonorum pupillarium, *l. ult. C. arb. tut.* Explicata totius Novellæ sententia universa, adnotemus modo, quæ supersunt in contextu, vel observatione, vel ioterpretatione digna *Τῶν πρεσβείων*] πρεσβεῖα Græcis non tantum legativa sunt, quæ his qui legatione aliqua funguntur dari solent, sed etiam legata, quæ testamento relinquuntur: Cedrinus in Theodosio juniore, *διεδέξατο λαμβάνειν πρεσβεῖον*.

Ἀγνωμόνων] Bas. *ἀγνώμονες*: id est, indevoti & contumaces. *Αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι*] Hoc verbo non significatur repudiatio: nam repudiatione destitueretur testamentum, & confestim vocarentur heredes legitimi: sed hoc significatur, ut adita hereditate abeat is qui plenam fidem in solvendis legatis defuncto non exhibet: quo casu non statim vocantur legitimi, sed substituti primum, deinde coheredes, legatarii, & cæteri secundum ordinem hujus Novellæ. *Ἀνῆβοι*. Hac de re tractavi in *l. ait prætor*, *§. item si non provocavit*, *ff. de minor*. *Εἴτε στρατιωτικῶν*] Priori parte hujus Novellæ tenetur miles, qui non otemperat voluntati testatoris, & posteriori etiam, quatenus vetat Falcidiam deducere heredem contra voluntatem testatoris, sed non quatenus multa Falcidia heredem, qui inventarium non fecit: nam ut omissio inventarii, non obligat militem solido æri alieno, *l. ult. §. ult. C.de jur. delib.* ita nec solidis legatis. Puto etiam ignoscendum esse militi, qui ignoratione legis Falcidiæ quibusdam solvit integra legata. *Εἴτε βασιλικῶν*] Cæsarianum interpretor: sive officialem Cesaris, ut illo Evangelii loco.

ξῦν

καὶ ἦν τις βασιλικὸς, qui ab Hieronymo palatinus, à Nazianzeno dicitur Βασιλικὸς cogente versu. Εἶτα καὶ υἱὸς ἄνακτος ἐὼν καὶ μοῦνον Βασιλικοῦ. Τῶν μητροπόλεων ἀρχόντων] Hi sunt præsides provinciarum, quia in metropoli provinciæ habitant *l. abesse, ff. ex quib. caus. maj. l. 4. §. pen. ff. de dam. inf.* ubi urbem metropolin Basilica interpretantur rectissime.

NOVELLA II.

De electione secundo nubentium, & successoribus earum, & de usufructu donationum propter nuptias, & aliis capitulis.

Difficilior est cæteris omnibus, & habet capita IV. aut V. De primo primum dicam. Mater proprietatem rerum donatarum propter nuptias, quas morte viri lucrata est, si secundo viro nubat, servare debet liberis ex priori matrimonio susceptis, id est, alienare eis, vel obligare nihil potest: dividere tamen res, quæ sunt ex ea donatione inter filios potest, imo & unum ex filiis eligere, & eum totam donationem conferre, *l. 3. l. generaliter, §. dividendi, C. de secund. nupt.* Hanc electionem Justinianus tollit hoc capite, & *Nov.* 22. Sustulerant, & eam ante Leo, & Majorianus *Nov. de sanctimonial. & viduis*, itemque Leo, & Severus, *Nov. de abrog. cap.* Hodie igitur commoda donationis propter nuptias uni ex liberis largiri mater non potest, sed ea debet servare liberis omnibus. Eadem dicimus de viro, ut mortua prima uxore si secundam ducat, dotem quem morte mulieris lucratus est servet liberis primarum nuptiarum, nec possit in ea ne unum quidem ex liberis cæteris anteferre. Et hoc est, quod præcipue primo capite hujus Nov. continetur, non esse parenti jus eligendi unum ex filiis in quem lucrum nuptiale transferat in solidum, sed id ex æquo esse servandum liberis omnibus, abrogato *d. §. dividendi*. Falsum est etiam abrogari *l. in quibus, C. de sec. nupt.* quoniam ea lex non dat electionem matri, quæ lucrata est donationem propter nuptias, ut cedat eam cui volet ex liberis, quam electionem hæc Nov. adimit matri: sed dat electionem filio prioris matrimonii, ut partem, quam habet in donatione propter nuptias transferat in quem volet liberorum suorum, nepotum matris: quam electionem hæc Nov. non adimit filio, qui absque dubio eandem transferet etiam in quem volet fratrum, & si volet præferet fratres filiis. At quid si conjunx superstes non contrahat secundas nuptias? Jure veteri alienandi jus habet: ergo plenam proprietatem lucrorum nuptialium, *l. generaliter, §. ult. l. hac edictali, §. ult. l. si quis prioris, §. 1. de sec. nupt.* Hodie non habet proprietatem ex *Nov.* 98. Itaque sive ad alias nuptias venerit sive non venerit, dotis tantum, vel donationis propter nuptias usumfructum habet, proprietatem liberis servat: quod & Novellis superioribus Majoriani, & Severi comprehensum est. Imo ex *Nov.* 127. & Leonis 22. præter usumfructum, hoc amplius habet. qui quæve abstinet secundis nuptiis portionem virilem in lucris nuptialibus pleno jure, & hanc alienare potest. Reliquarum, vel etiam omnium, cum secundæ contrahuntur nuptiæ, alienatio, an sit irrita videamus. Et hæc Nov. itemque 22. constituit irritam esse si parenti supervixerint liberi: contra si parens liberis supervixerit, omnino irritam non esse. Interim igitur in pendenti esse. Nam si parens liberis supervixerit, & liberis heres extiterit, alienatio non revocatur: sicut si venditor rei alienæ domino rei venditæ heres extiterit, eam rem jure hereditario ab emptore vindicare non potest, id est, adversus factum suum controversiam movere non potest. Si liberis parens heres non extiterit, ut quia extraneum liberi testemento heredem scripserunt, portione legitima relicta parenti, vel quia parentem juxta ex causa exhe-

A redaverunt, alienatio valet ad finem modumque ejus, quod in casum ἀπαιδίας, id est, orbitatis, lucrari parens, qui alienavit debuit: reliquum revocatur ab heredibus liberorum defunctorum. Et hoc jam se antea constituisse Justinianus profitetur hac *Nov.* & 22. & 68. non Constitutione *l. corruptionem, C. de usufr.* ut pessime notat Accurs. sed Constitutione Græca, quæ desideratur in tit. de sec. nupt. Græci adnotant esse ejus tit. l. 14. Doti, vel donationis propter nuptias lucrandæ pro parte, vel in totum, casus ii sunt, divortii, mortis, orbitatis, sive mortis liberorum: inde casus absolute pro lucro nuptiali, *l. ult. C. de ju. dot.* casum lucretur, casus redhibitionem stipuletur, & casus dotis *Nov.* 123. ut casus militiæ pro lucro, quod ex militia defuncti obvenit heredibus ejus, aut liberis. Sed
B dubitabatur adhuc, an & si nihil ex lucris nuptialibus alienare possit conjunx superestes, qui secundis nuptiis abstinet, præter portionem virilem, possit tamen unum ex filiis eligere: ita videtur. Nam alienatio tantum adempta ei est, non electio: & ita etiam divortio soluto matrimonio, nec contractis secundis nuptiis, ei cui obvenerit casus, alienatione tantum interdicitur, non electione, *l. consensu, §. si vero filio, C. de repud.* & recte Hugolinus atque Azo, quæ in illa conceditur electio, eam existimaverunt hac Novel. non adimi: nam & de casu mortis hæc Novella est, non de casu divortii.

Secundum caput hujus Nov. hoc est, ut succedat mater filio. Qua in re separanda sunt lucra nuptialia, quorum propietas pertinet ad filios, ab aliis filii defuncti bonis. Liberi defuncti præferuntur matri in omnibus
C bonis: fratres, vel sorores defuncti præferuntur matri in lucris nuptialibus, In aliis bonis ita distinguimus: aut in viduitate permansit mater, aut nupsit secundo marito. Si in viduitate permansit, filio pleno jure succedit ex testamento, vel ab intestato: sed ab intestato cum sororibus, id est, filiabus suis in semissem, ex S.C. Tertulliano: cum fratribus in virilem, ex *l. ult. C. ad Tert.* Imo & hodie cum sororibus in virilem tantum ex *Nov.* 22. Si iterum nupsit: aut nupsit ante mortem filii, aut post mortem: si post mortem, pro sua parte bona filii adventitia pleno jure capit, bona profecta à patre ususfructus tantum jure, proprietatem fratribus, vel sororibus defuncti, filiis suis, servat, *l. mater, C. ad S.C. Tert.* Si ante mortem filii, in omnibus bonis filii tam adventitiis, quam profectitiis pro parte virili ab inte-
D stato, vel pro parte testamento adscripta usumfructum dumtaxat habet, *l. fœminæ, §. ult. C. de sec. nupt.* Hæc distinctio temporis, & pœna secundarum nuptiarum, & separatio bonorum profectitiorum ab adventitiis hac Nov. tollitur, abrogata nominatim *d. l. mater, & d. l. fœminæ*. Ergo ex hac *Nov.* mater ab intestato succedit filio cum fratribus, vel sororibus in virilem pleno jure in bonis adventitiis, & profectitiis, sive in viduitate permanserit, sive ad secundas venerit nuptias post mortem, vel ante mortem filii: & merito. Nam & pater indistincte filio succedit, sive duxerit secundam uxorem, sive non. At rursus *Nov.* 22. tollitur quidem distinctio illa temporis ante, vel post mortem filii, sed reducitur bonorum differentia, & pœna secundarum nuptiarum: ut in bonis profectis à patre, ab intestato usumfructum
E tantum habeat mater, quæ iterum nubit, in cæteris plenam proprietatem. Coluit nascens ecclesia viduas: secundas nuptias permisit potius, quam probavit Greg. Naz. τὸ πρῶτον συναίνεσιν νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία, τὸ τέταρτον χοιρώδης βίος. Et inde tot Christianorum Imperatorum de coercendis secundis nuptiis constitutiones, & quia prioris mariti memoria obliteratur, & liberis prioris matrimonii debita non servatur affectio: quod tantum abest, ut probarint legislatores qui Christiana religione imbuti non fuerant, ut constituerint pœnam viduitatis, quod viduvium dicebant, ut cœlibatus uxorium. His cognitis exponamus speciem, quæ huic Nov. causam dedit. Gregoria quædam ex prioribus nuptiis suscepit filium, & filiam,

 & mor-

& morte mariti lucrata est donationem propter nuptias: deinde cum alteri nondum oupsisset, filio donavit quidquid ceperat ex donatione propter nuptias, retento usufructu: tum mortuus est filius intestatus etiam adhuc vidua matre, eique mater, & soror ex æquo heredes extiterunt. Quod congruit veteri, & novo juri. Nam & novo jure, id est, ex Nov. 22. mater cum sorore vocatur in semissem, cum duabus, aut tribus sororibus æque olim ante Nov. 22. vocabatur in semissem: ex *Nov.* 22. in virilem, id est, cum duabus in trientem, cum tribus in quadrantem, sicut & cum fratribus. Ei igitur mater, & soror omni jure æquis partibus heredes extiterunt, nec dum ulla inter eas controversia versabatur: sed post mortem filii mater nupsit alteri, hinc nata est controversia. Filia enim quod mater iterum nupserit, vindicat proprictatem rerum matri donatarum propter nuptias, & à matre translatarum in fratrem, non prn semisse pro quo heres extitit fratri, sed in solidum: quia ex Constitutionibus positis sub titulo de sec. nupt. muliere iterum nubente proprietas donationis propter nuptias devolvitur ad filios prioris matrimonii, qui superstites sunt, usufructu mariti relicto. Et sane hoc etiam mater non negat, sed dicit se res donatas propter nuptias, jam non possidere jure donationis propter nuptias: hanc se possessionem, & jus omne suum transtulisse in filium, idque se etiamsi tum nupsisset alteri viro, quamvis fructuariam, potuisse facere ex *d. l. generaliter*, *§. dividendi*: nunc mutata causa possessionis se eas res possidere jure hereditario, quasi bona filii intestato defuncti. Defensio matris legitima videtur. At ex diverso sic illam filia impugnat: Imo ne juro quidem hereditario, ò mater, quidquam proprietatis jure quasi heres fratris mei habere potes in bonis à patre profectis, quales sunt res illæ tibi donatæ propter nuptias, quas fratri donasti totas, *l. mater*, *C. ad Tertul.* quia viduo lecto discessisti post mortem fratris: ideoque debes mihi bonorum omnium fratris à patre profectorum proprietate cedere, & tibi usumfructum retinere: bonorum adventitiorum pro semisse plenam proprietatem ad te pertinere concedo. Pronuntiari debuit pro filia. Sed potest princeps etiam pendenti negotio novam legem dare, *l. 7. C. de leg.* Et vero hac etiam in causa cum Gregoria libello adiisset Imperatorem Justinianum, intelligens se nisi novo quodam, & extraordinarin jure superiorem in ea lite non futuram, Justinianus ita nove pronunciavit, quod pro lege generali est, partim pro filia, partim pro matre, res omnes, quæ sunt ex donatione propter nuptias ad filiam pertinere, nec potuisse matrem filium eligere in quem eas res fraudata filia in solidum conferret: idcirco naturam donationis propter nuptias eas res non exuisse propter electionem matris. Cæterum in aliis bonis tam profectitiis, quam adventitiis matrem filio pro semisse ab intestato pleno jure succedere. Sed hoc postremum mutat *Nov.* 22. restituto jure antiquo, secundum quod Gregnria quia iterum nupsit, in bonis profectis à patre filio ususfructus tantum jure successit. Itaque hodie omnimodo pronunciandum esse secundum intentionem filiæ.

Sequitur tertium Nov. caput. Morte soluto matrimonio parens superstes lucrorum nuptialium usumfructum habet, proprietatem servat filiis: si nulli sint filii, plenam proprietatem habet. Item si qui ctant filii sine liberis prius moriantur quam parens, ex Constitutione Leonis parens plenam proprietatem habet, *l. hac edictali*, *§. his illud*, *C. de sec. nupt.* quod postea correxit Justinianus Constitutione Græca, quæ desideratur in fine tit. *de sec. nupt* ut diximus supra. Voluit enim ad heredes defunctorum filiorum pervenire proprietatem lucrotum nuptialium, etiam extraneos testamento scriptos, deducto eo, quod in casum orbitatis parentem lucrari convenit: quod etiam pro rata observatur uno ex pluribus filiis ante parentem mortuo: nam pars, quæ ei competebat transit ad heredes ejus, sive fratres sint, sive extranei, deducto tantum eo pro rata quod apud parentem ex casu orbitatis sive mortis liberorum remanere debet: quod hæc *Nov.* confirmat, *&* 22. *&* 68. *&* 98. Sed exponamus etiam cætera, quæ sunt in ea Leonis Constitutione. Aut donatio propter nuptias consistit in rebus mobilibus, aut immobilibus: si in rebus immobilibus, mater eis utetur fruetur viri boni arbitratu, oec poterit alienare: si in mobilibus, eas juratus arbiter, quam utraque pars ediderit, æstimabit, æstimatio possessorem dominum faciet, *l. 1. ff. de æstim. act. l. plerumque*, *ff. de jure dot.* quia liberabitur restituendo æstimationem. Corpora ergo ipsa rerum mobilium alienare poterit. Sed quis erit possessor? Mater si satisdederit salvas res fore, & se eas quandocunque decesserit filiis superstitibus restituturam: & adjicitur in Const. Leonis, Secundum legum modum: & inferius, secundum legum moderationem: quod videtur adjectum à Triboniano propter Constitutionem Justiniani, quæ deduci vult id, quod ex casu mortis liberorum mater lucratur. Eandem à matre satisdationem exegerat Majorianus, sed non Severus. Quod si mater noluerit, aut non potuerit satisdare, tum eas res æstimatas filii quasi domini possidebunt, si modo, & ipsi de utroque satisdederint, & se in annos singulos matri præstaturos usuras trientes æstimationis totius: ut si mille æstimatæ fuerint res mobiles donatæ propter nuptias, se quotannis præstaturos 40. & si priores decesserint reddituros se matri superstiti res omnes, vel pretium earum. Sed hic etiam adjicitur, Secundum legum moderationem propter Constitututionem Justiniani. Satisdabunt ergo hodie se reddituros res omnes quas ex casu ἀπαιδίας mater lucratur, cæteras transmittent in heredes suos. Quid vero fiet si neque filii satisdare velint? Et Leoni placet matrem præferri filiis in administratione, & possessione earum rerum, sicut utraque satis offerente verum est matrem præferri. Sed hac etiam in re hunc modum Constitutioni Leonis hac Novella Justinianus adjicit, ut si in rebus immobilibus consistat donatio propter nuptias, valeat Constitutio Leonis: si in pecuniis, & pecuniarum satis sit in hereditate, ut valeat etiam Constitutio Leonis, id est, ut mater eligat quid malit pecuniam præstita satisdatione, an usuras trientes. Sed si non sit in hereditate præsens parataque pecunia, quæ mulieri adnumeretur, ut tum pecuniam non exigat, sed conteota sit usuris trientibus. Est vero mendum hac in parte illo loco ἐν κτήματι, & legendum ἐν χρήματι, ut vetus interpres legit, & repetitur *Nov.* 22.

Ultimi capitis Constitutio hæc est, ut morte mariti soluto matrimonio, mulier, quæ dotem cavit nec dedit, non lucretur donationem propter nuptias, & ut si partem tantum dedit ex dote, partem tantum lucretur ex donatione propter nuptias: cui hæc additur exceptio, *Nov.* 91. Nisi per maritum steterit, quo minus dotem acciperet: quia propter moram mariti dos non data pro data habetur: non tamen, & dos repetitur, quæ promissa tantum fuit non data, nisi fuerit cautum instrumentis dotalibus dotem datam esse, & non opposuerit maritus exceptionem non numeratæ dotis intra constituta tempora, *l. ult. C. de dote cau. & non num. & Novell.* 100. quæ male Accursius putat corrigi per hanc Novellam Julianus adnotavit quædam capita hujus Novellæ transformata esse per *Nov.* 36. Ea nobis est 22. nam non eundem servat ordinem Julianus (nam nec ullus est certus) quem nos sequimur. Ea vero sunt capita de successionibus matrum, quæ jam exposuimus supra. Ἀποβαλοῦσα τὸν συνοικήσαντα] Eleganter vetus interpres, Extulisse maritum. Mart. 4. Epig. *Omnes quas habuit Fabiane Lycoris amicas Extulit*, *&* 5. *Ego conjugem extuli*, *&* 3. *Extuli inquis uxorem*, *Dat. xv.*] Legendum XVII. ex *Nov.* 22.

NO-

NOVELLA III.

De Clericis Conſtantinopolitanis.

LEx eſt ſpecialis de clericis Conſtantinopolitanis. Generalem eodem die tulit de epiſcopis, & clericis, & diaconiſſis: ea eſt *Nov.* 6. Male Accurſius arbitratur eſſe *l. non plures, C. de ſacr. eccl.* quæ non eſt Juſtiniani, & non de clericis, ſed de decanis, de quibus *Nov.* 43. Ea igitur lex generalis eſt *Nov.* 6. quæ ubique gentium clericos ad veterem numerum ab eccleſiarum ædificatoribus inſtitutum, & bene commenſum cum facultatibus, quas eiſdem eccleſiis donabant, redigi jubet, nemine allecto in locum defunctorum, quoad is ordo ſuo numero reſtitutus fuerit. Et B merito. Quia enim eccleſiarum miniſteriis clerici adſcribuntur, & earum ſumptibus aluntur, æquum eſt clericorum allectionem non facere epiſcopum ſupra quam eccleſiæ facere, & ſumptibus ſufficere poſſint. Videtur quidem ea eſſe ſpecialis, ut hæc, non generalis, ſi in ejus *§. pen.* legas, τίνει τῷ ἰδικῷ νόμῳ. Sed vetus interpres legit multo melius, ταῦτα τῷ ἰδικῷ. Loquitur enim de clericis Conſtantinopolitanis, quorum ſe numerum ait ſpeciali lege definiiſſe, hac ſcilicet *Nov.* 1. in cujus initio etiam melius legitur γενικῷ, quam ἡγεμονικῷ, cui mox opponit ἰδικόν. Cum vero utraque Nov. eundem diem ſubſcriptum habeat, tam generalis illa, quam ſpecialis hæc, hujus initium tale eſſe debet. Jam quidem communi, & generali lege, non, Jampridem vel dudum. Porro clerici ſic defi- C niuntur. Qui divino cultui miniſteria religionis impendunt, *l. 2. C. Th. de epiſc. & cler.* quæ lex Græce tranſlata extat Euſebii x. hujuſmodi ſunt Præsbyteri, diaconi utriuſque ſexus, ſubdiaconi, archidiaconi, lectores divinæ ſcripturæ, exorciſtæ, oſtiarii, pſaltæ, & Hermiæ lib. v. ὑποβολεῖς, id eſt, monitores, vel potius interpretes, ut apud Nicetam, qui omnes, miniſtri etiam Chriſtianæ legis dicuntur in Conſtitutionibus. Sacerdotes autem ſoli epiſcopi, *l. nec honore, l. parabolani, C. de epiſc. & cler.* qui orationi, & miniſterio verbi vacant: à clericis ſeparantur juvenes in *l. 10. C. Th. de epiſc. & cler.* Hi ſunt, qui dicuntur acoluthi, qui corrupte clericis adjunguntur, *l. 6. C. de epiſc. & cler.* nam certe illo loco veteres libri non habent, & acoluthos. Hi ſolebant cereos, & funalia deferre, ut *Nov.* D 59. indicat, dum vetat acoluthos cerarium exigere ab heredibus defunctorum. Ordinantur autem clerici omnes per epiſcopum in ſingulis eccleſiiis certo numero. Copiatæ quoque, ſive decani ab epiſcopis ordinantur certo numero, *d. l. non plures*, itemque parabolani, *d. l. parabolani*. Hi ſunt, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur: ut illi, quod in labore funerario, ſic dicti hi quaſi temerarii, quod in periculis ſæpe non parvis verſentur frequenti ægrotorum contactu: eadem nimirum forma rationeque, qua beſtiarii, Julio Firmico Matheſeos VIII. parabolarii ſunt, & Socrati paraboli: nihil autem refert parabolanos dixeris an parabolarios, idem enim utraque innuitur appellatione, & habet utraque auctores. Sed & acoluthi, & copiatæ, & parabolani quaſi quodammodo ſunt clerici, mi- E niſteria nimirum eccleſiæ: & de copiatis eſt locus, quo approbari hoc videtur in *l. 1. C. Th. de luſ. col.* Proprie tamen cum clericos dicimus, acoluthos, copiatas, parabolanos non dicimus. Cæteri qui nullum habent (ut loquuntur) clericorum σχῆμα, plebei appellantur, idiotæ, laici, mundani, quæ diſtinctio Chriſtianorum vetus eſt, licet ſi generaliter rem tractes, omnes ſint clerici, omnes ſacerdotes. *Differentiam*, inquit Tertullianus, *inter ordinem, & plebem conſtituit eccleſiæ auctoritas*: & alio loco: *Cum extollimur inflamur adverſus clerum, tunc unum omnes ſumus, tunc omnes ſacerdotes, quia ſacerdotes nos Deo, & patri fecit.* Quod autem inter clericos lectores nominavi, ei videtur obſtare Chalce- A donenſis ſynodi c. XIII. niſi ex Zonara legatur in eo pro ἀναγνώσται, ἀγνώσται, ad quem modum corrigendus etiam eſt apud Gratianum c. *extraneo, diſt.* 71. Sed & apud Zonaram Apoſtolorum c. XII. ἀγνώστοις legendum, non ἀναγνώσταις. De diaconiſſis ſequitur, ut dicamus aliquid. Viduæ anus erant quædam quibus pauperum, & carcere vinctorum cura, & pleraque alia pietatis officia commendabantur: nam vel (ut Lucianus fateri conatus eſt in Peregrino) quoties quis carcere continebatur videre erat ad carcerem περιμένοντα γραΐδια, χήρας τινάς. Et adhibebantur etiam eæ ad miniſteria ſacra perinde ac diaconi, ut conſtat ex *Nov.* VI. πρεσβύτιδας, ſive προκαθημένας vetat in eccleſia conſtitui Laodicenæ ſynodi cap. XI. Fuere tamen, & canonicæ, *Nov.* 43. & 59. & Nicenæ 2. cap. 20. ſicut canonici pſaltæ B Laodicenæ ſynodi cap. 15. Cæterum hac Nov. Juſtinianus certum conſtituit numerum diaconorum utriuſque ſexus, & omnium clericorum, & quidem ampliorem, quam fuerit initio in majori eccleſia Conſtantinopoleos (quam ſanctam Sophiam nuncupant) propterea quod nexa ei poſtea fuerat ædes Irenæ ſacra condita à Conſtantino (ut Socrates ſcribit) & alia condita à Verina uxore magni Leonis, & alia quædam condita ab Sporatio, qui conſulatum geſſit ſub Valentiniano, & Martiano, quibus ſerviebant clerici majoris eccleſiæ. Idcirco augeri par fuit clericos majoris eccleſiæ auctis facultatibus connexione ædium illarum: & hunc ipſum numerum etiam poſt, quaſi minus idoneum auxit Heraclius, auctore Photio, Nomocanonia tit. I. Atquin ſeptem diaconi tantum, quantumvis ma- C gna ſit civitas, creari jubentur Neocæſar. ſynodi cap. ult. quod explicatur ſextæ ſynodi in Trullo, cap. 16. ita ut ſeptem illi fuerint ἀγαπῶν tantum miniſtri, id eſt, menſarum, quæ apponebantur egenis, viduis, orphanis, quæ convivia agitabant domi, non in templo, adhibitis precibus divinis, & erant pleraque ſumptuoſa, unoque dante ſymbolam, δεῖπνα κοινὰ Lucianus vocat: Tertullianus lucrum eſſe pietatis nomine ſumptum facere. Diaconi de quibus agitur hac Novella, & aliis canonibus miniſtri ſunt ſacrarum, quæ in templo peraguntur functionum. Conſtituitur etiam hac Nov. ne clerici ex una eccleſia in aliam migrent, ſicut de monachis alibi, ne ex uno monaſterio in aliud tranſeant: quod & multis canonibus cautum eſt, quos Photius collegit Nomocanonis I. c. 26. Notandum etiam il- D lud eſt, actores ſive diſpenſatores eccleſiæ, quos vocat œconomos, annonas clericis præbere, & quod ſupereſt erogare pauperibus: Τῶν ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν] Vulgo, Supernumerariorum: Tacitus, Tranquillus, Plinius modo Super numerum, modo Supra numerum, Ἀντὶ τῶν περὶ τὴν τροφὴν χορηγίας] Senſus eſt, clericos quibus eccleſia non conſtituit, & præbet annonas, omnem excogitare, & amplecti rationem, ſive honeſtam, ſive inhoneſtam, pecuniæ quærendæ: & hoc ideo ne eveniat, non eſſe creandos clericos ſine annonarum idonea collatione: quod & canones approbare docui *Feudorum* I. *tit.* I.

NOVELLA IV.

E *De fidejuſſoribus, & mandatoribus, & pecuniæ conſtitutæ reis.*

LEx fuit vetus, prius eſſe conveniendum debitorem pecuniæ creditæ, quam acceſſiones: quo jure ſemper uſus eſt fiſcus, *l. Moſchis, ff. de ju. fiſ. l. 1. C. de con. fi. deb. l. 5. C. de ſent. & interl. jud.* & reſp. in conveniendo magiſtratu prius, quam fidejuſſore, *l. 3. §. ult. de adm. rer. ad civit. pert. l. libertus, §. filium, ad municip.* Privati eo jure uti deſierunt, & cœpit Conſtitutionibus dari electio creditori conveniendi reum principalem, vel acceſſiones, vel poſſeſſores hypothecarum, niſi aliud conveniſſet, *l. 14. & 24. C. de pign. l. 2. & 5. C. de fidejuſ.* vel ſimul eodem tempore, in ſolidum, aut di-

vilis

visis actionibus, *l. ult. C. de obl. & act. l. 3. §. ult. ff.* A *de duob. reis*, *l. grege*, *§. etiam, ff. de pign.* quin & variare potuit, atque ono electo ad alium transire, *l.23. & 25. l. ult. C. de fidejus. l. qui mutuam*, *ff. mand.* hac Novella reducitur jus antiquum, ut prius conveniatur reus principalis personali actione, quam accessiones, ut & prius agatur personali adversus reum, & accessiones, quam hypothecaria adversus extraneum possessorem rerum principalis debitoris, quam adversus extraneum possessorem rerum accessionis. Recte, extraneum possessorem: nam adversus dominum creditor agit quacunque vult actione, vel etiam utraque .i. personali simul, & hypothecaria. Et ab bac definitione, *§. ultim. & Nov.* 136. excipiuntur suli argentarii, qui ex causa accessionis prius conveniri possunt, quam reus principalis. Nec quidquam ei advetsatut *Nov.* 112. in cujus B specie creditnr videtur agere hypothecaria prius quam personali: quod est aperte falsum: Egit namque prius personali lite pendente à debitore pignore vendito, deinde licet ei etiam cum emptore experiri hypothecaria. Nihil igitur opus hodie est pacto caveri, ut fidejussor in id tantum teneatur, quanto minus à debitote servari potuerit: nam ipso jure ita se res habet. Sed quemadmodum cum ita convenerat olim, agi prius potuit cum fidejussore, non tameo inexcusso reo, *l.* 116. *ff. de verb. obl.* ita hodie prius agi cum fidejussore potest, sed non inexcusso reo. Excuti reus potest etiam sine judicio. Huic Constitutioni adjicit Justioianus distinctionem talem, ut ei sit locus reo præsente, id est, ut tum conveniri eum excutique priorem oporteat cum præsens est: cæterum reo absente, vocari in judicium C accessio potest, sed non cogitur tamen statim litem contestari. Nam petenti dilationem dari ad exibendum reum, & non exhibito reo, tum demum judicio accepto, compelli accessionem solvere, si modo creditor suis ei prius actionibus cedat. Et hæc de priori parte hujus Nov. Sequitur posterior. Quæstio est, an creditori aliud pro alio solvi possit. In aliis contractibus indistincte dicimus aliud pro alio non solvi, nisi volenti: in mutuo aliud specie idem genere solvi, ut pro aureis aureos eodem numero, pro tritico triticum eadem mensura: denique non in eadem, sed in simili re solvi, *l. in nave*, *ff. loc.* Aliud genere invito creditori, sive dissimilem rem solvi non posse, veluti pro pecunia oleum, nisi ita convenerit, *l. eo quod, C. si cert. pet. l.* 10. 16. 17. *C. de solut.* Quin & pro auro non solvi argentum D invito creditori: sed si aurei dati sint, aureos esse reddendos, & liberari debitorem reddendo aureos, sive aucta sive deminuta sit eorum æstimatio, *l.2. C. de vet. num. pot.* Plinius 33. cap. 3. *Constitutum*, inquit, *ut asses, qui librales erant sextantario pondere ferirentur, ita quinque partes factæ lucri, dissolutumque æs alienum.* Igitur par est hac in re condicio creditoris, & debitoris, sicut in aliis plerisque causis. Si volenti creditori pro pecunia solutus sit fundus, & minoris eum creditor vendiderit, quanto minoris vendiderit repetitionem creditor noo habet: contra si pluris vendiderit, debitor etiam quanto pluris creditor vendiderit repetitionem noo habet, *l. pen. C. de solut.* ac similiter quemadmodum creditor non cogitur pecuniam pro frumento accipere, ita nec debitor dare, *l. sed addes*, *§. si dominus*, *ff. loc.* & E ut creditor in aliam formam non cogitur nummos accipere, *l.99. ff. de solutionib.* ita nec debitor dare: ut si aureos acceperit, & aureorum imminuta sit potestas, aureos reddendo debitor liberatur, etiamsi nunc censeantur aliquanto minoris. Quid si credendo æstimati fuerint? Æstimatio forsitan electionem debitori dabit, non creditori, *l. plerumque*, *§. ult. ff. de jur. dot.* Igitur, vel reddet eo casu debitnr aureos, vel in aliis nummis non reprobis parem quantitatem. Quid dicemus si certum auri pondus mutuo datum sit, utrum reddetur integra materia, an & pecunia numerata? Certe constat legato, vel donato certo pondere auri, vel materiam, vel æstimationem solvi, *l. 1. §. ult. l. cum aurum*, *l. Titiæ. ff. de aur. & arg. leg. l. si quis argentum, in princ. C. de donat.* qoia scilicet quantitas videtur donari, vel legari, cum non designatur certum corpus: at in mutuo certum corpus intervenit: datur enim certa auri materia mutuo. Sicut igitur dato frumento, non cogerer pecuniam accipere: ita data certa materia auri, non cogar pecuniam accipere, nisi aliud actum sit: multo minus pro pecuoia fundum. Unus tantom casus hac Nov. proponitur, quo Justinianus vult creditorem cogi prædia accipere in solutum pro pecunia numerata. Casus hic est: Creditor pecuniam dedit Titio, & ab eo neque fidejussores, neque pignora accepit: repetit pecuniam: non est præ manu, nulla etiam est in promptu res mobilis, quæ pro pecunia accipi possit: volenti enim liceret mobilia accipere pro pecunia (lego mobilia: non immobilia, κινητὰ, non, ἀκίνητα, & ita legisse Julianus videtur) finge tamen esse prædia in bonis debitoris, verum ea creditorem nolle in solutum accipere: quid fiet? Aut ioveoitur prædiorum emptor, aut non invenitur. Si invenitur, ei debitor vendere, & ex pretio creditori satisfacere compellitur: cavere autem debet emptori de evictione. Male Julianus, & Irnerius cavere eum creditori, se ex pretio redacto ex venditione pecuniam debitam soluturum. Nam ut sequenti casu cavetur creditori quasi emptori, ita sane hoc casu cavendum est emptori. Sequens casus hic est, Si non inveniatur emptor, quo casu sane creditor prædia pro quantitate debiti in solutum accipere cogitur, cautione evictionis nomine creditori præstita; nam in solutum datio venditionis speciem habet *l. 4. C. de evict. l. eleganter*, *in princ. ff. de pign. act.* Nec tamen erit hæc cautio, repromissio, ut in emptionibus solet, sed & arbitratu judicis satisdatio: propterea quod quasi quodammodo invitus creditor emit, dum invitus prædia accepit pro pecunia: idcirco æquum est ab evictione securiorem eum reddi. Nam & pro eodem incommodo hoc ei dat Justinianus, ut eligat prædia, quæ volet in solutum: nisi si ecclesia debitrix sit, quo casu mediocria accipiuntur in solutum, non meliora, *Novella* 120. Sed & invento emptore, ei arbitratu judicis satisdatur de evictione: quia hoc se remedio debitor ære alieno, ac forsitan pœna gtavi liberat. Neque vero illud iniquum videri debet, ut iovitus creditor pro pecunia res immobiles in solutum accipiat, cum ad extremum debitori liceat cedendo bonis, & ejurando bonam copiam evitare carcerem, ex l. Julia. Sed ea cessio quodammodo injuriosa est, ut hoc loco ait, & *Nov.* 3. & 135. licet ipso quidem jure nullam irroget iofamiam, *l.* 11. *C. de caus. ex quib. infam. non irr. l. ult. C. qui bon. ced. pos.* ideoque benignius est in solutum dari prædia pro quantitate debiti, quo genere vitabitur carcer perinde, ac cessione bonorum. Olim in carcerem ducebatur debitor, nisi bonis cederet: hodie non ducitur etiamsi bonis non cesserit, modo prædia habeat unde satisfieri creditoti possit, ni specialiter nexuerit se carceri. Differentia alia est intet cessionem bonorum, & dationem bonorum in solutum in *l.4. Cod. qui bon. ced. pos.* Νόμον παλαιὸν] Non est quærenda hæc vetus lex in Pandectis, vel C. vetustissima enim est, & forsitan XII. Tab. M. Tull. XII. ad Att. demonstrat sponsorem .i. fidejussorem conveniri non posse, si reus locuples sit. *Quod scribis*, inquit, *à Juniore appellatum, omnino Cornificius locuples est.* Appellatus fuit Atticus quasi procuratot Ciceronis, qui pro Cornificio fidejusserat: Cicero scribit non debuisse appellari, quod idoneus fuerit debitor principalis. Et alio loco: *Quod pro Cornificio me spopondisse dicit Flavius, etsi reus locuples est, tamen velim investiges ex consponsorum tabulis sit ne ita.* Et lib. XVI. *Possumus, ut sponsores appellentur procuratorem introducere, neque enim illi litem contestabantur: quo facto non sum nescius, sponsores liberari.* De Dolabellæ nomine loquitur, quod cum non dissolveret Dolabella Ciceroni, dicit se per procurato-

rem

rem ſponſores ejus appellare poſſe: quanquam, Dolabella ſcilicet exiſtente locuplete, ad judicium accipiendum compelli utique non poſſint, atque adeo translato judicio ad procuratores Dolabellæ, ipſi ſponſores liberentur. At ſi nulli ſint procuratores debitoris, nec debitor præſens, ſponſor autem ſit præſens, recepto veteri illo jure ambigi poterat, quod & de eo jure tractans Papinianus attigit, ut hic Juſtinianus refert: (illum enim Papiniani locum ſi quæſieris in Pandectis, in quo ejus juris nulla ſunt relicta veſtigia, fruſtra fueris diligens) ambigi, inquam, poterat, an ſaltem eo caſu, abſente ſcilicet reo, prius eum fidejuſſore experiri liceret: quod hac Novel. Juſtinianus definivit plane bene. Ἐγγυηταὶ γάρ ἐς τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ἐστι] M. Tullius XVI. ad Atticum. *Sponſores appellare: videtur habere quandam* δυσωπίαν. Ταυτὸν δ' ἐστὶν αἰτεῖν] B Locus eſt difficilis, quem enodavi accuratius Obſervat. 8. cap. 19. quam fecerit Accurſius, qui hac clauſula putat ea, quæ ſuperius dicta ſunt de mandatore, fidejuſſore, ſponſore trahi ad ſimiles perſonas, veluti ad reos conſtitutæ pecuniæ, cum ſponſor, vel potius reſponſor (ſic eſt corrigendum in veteri translatione) idem ſit quod reus conſtitutæ pecuniæ, ut & Martino videtur, quem ἀντιφωνητὴν Græci vocant, & Conſtitutum ἀντιφωνήσεις, ἐπιφωνεῖν. Hic obligatur jure prætorio ex contractu, eſt enim conſtitutum ſimile recepto, quod erat contractus. Fidejuſſor & mandator obligantur jure civili, hic ex contractu juris gentium, ille ex contractu juris civilis, id eſt, ex ſtipulatione. Ad expromiſſores non pertinet hæc Novella, quia acceſſiones non ſunt: expromiſſore enim dato reus liberatur. C Male Accurſius definit ſponſorem eum eſſe, qui non rogatus pro alio fidejubet: nam fidejuſſor quilibet ſponſor eſt, M. Tullio, & Paulo noſtro in Sententiis. Καὶ ὁ ἐπὶ μόνων ἐπὶ δανειστῶν] Proprie creditores ſunt qui pecuniam mutuam dederunt, tam Græcis, quam Latinis: & ſimiliter, qui ei reſpondent debitores ſunt, qui ex cauſa crediti debent, *l. incendium, C. ſi cert. pet.* Sed porrigitur utrorumque appellatio etiam ad alios contractus, *l. 11. de verb. ſignif. l. omnem, ff. de judic.* & ita huic toti Novellæ locus eſt non tantum in mutuo, verumetiam in aliis contractibus, quibus fidejuſſores, aut mandatores acceſſerunt, aut rei conſtitutæ pecuniæ. Unde venditionis emptionis contractu ſi agatur de evictione, prius conveniendus eſt venditor, quam βεβαιωτής, id eſt, is qui ſpondet pro venditore D evictionis nomine. Confirmatorem venditionis vocant Julianus, & Vetus interpres, ut M. Tullius pro Cluentio confirmatorem pecuniæ, auctorem ſecundum *l. 4. ff. de evict.* ut auctorem pecuniæ, *l. ſi literas, C. mand.* Auctor primus, aut venditor ipſe. Δέδομαι γάρ τοῦ δανειστοῦ βουλομένου καὶ κινεῖν. Creditori enim volenti pro auro res mobiles accipere, concedimus: jam dixi ſupra hunc locum ſic eſſe corrigendum. Φαῦλε] Legendum Φλαυΐε, ut *Nov. 47.* De aliarum ſubſcriptionum mendis ſcripſi Obſerv. 4. cap. 28.

NOVELLA V.

De monachis.

Juſtinianus ſequentem Novellam de epiſcopis, & clericis edidit prius, quam hanc de monachis: & ideo in hac ſtatim initio conſequens eſſe ait, ut epiſcopis, & clericis lege data, monachis etiam utriuſq; ſexus legem dicat. Monachi igitur ſeparatur à clericis. Monachi non ſunt clerici, *l. generaliter, C. de epiſc. & cler.* Fieri tamen poſſunt clerici, *l. 32. C. Th. eod. tit.* ut Julianus ille καλόγερος ex monacho factus eſt clericus in eccleſia Nicomediæ, Auguſt. epiſt. XXXVI. Clericis licet matrimonium contrahere, licuit ubique omnibus, licuit ſemper locis quibuſdam, licet Conſtitutionibus, & canonibus ex eorum ordine quibuſdam, veluti lectoribus, & cantoribus, cæteris fibulam imponunt.

A Monachis non licet matrimonium contrahere, nec ſi clerici facti ſint, veluti lectores, aut cantores, ut hac Nov. conſtituitur. Clerici certæ eccleſiæ deputantur, *Nov. 2.* Monachi non habent eccleſiam, *Nov. 133.* Differunt etiam in pœnis. Clericorum eſt καθαίρεσις, monachorum ſicut laicorum ἀφορισμός. Sunt & aliæ innumeræ. Valde autem mihi placet quod Hieronymus ſcribit *lib. de eccleſ. ſcript.* Talem primum Chriſtianorum conventum fuiſſe quales monachi eſſe imitentur, & cupiant, ut nihil cujuſquam proprium ſit, nullus inter eum dives, nullus pauper, patrimonia egentibus dividant, orationibus vacent, & pſalmis, quales primum D. Lucas refert Hieroſolymæ fuiſſe: idque Hieronymus probat ex Philone, qui de prima Marci evangeliſtæ apud Alexandriam eccleſia ſcribens, non ſolum ibi, ſed & in multis provinciis Chriſtianos eſſe memorat, & habitacula eorum vocat monaſteria. De Chriſtianis etiam Lucianus ſcribens in Peregrino, καταφρονοῦσιν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται. Non confundebant dominia, non alienabant: ſed bona egentibus in commune conferebant, ut perinde, ac domini eis uterentur, fruerentur, ſicut eorum exemplo, & imitatione monachi bona ſua in monaſterium, dominio retento. Et de hoc genere monachorum agitur io hac Nov. quorum eſt una domus: in qua ſint omnia communia, quos ut ait *l. 6. C. de epiſc. aud.* ſynoditas vocant: Codex Theodoſian. habet, Cœnobitas: utroque nomine vitæ ſocietas ſignificatur. Gennadius: in Evagrio: *Compoſuit cœnobitis ac ſynoditis doctrinam aptam vitæ communi.* Socrates hiſt. eccl. 4. cap. 23. ἐν τρίτῳ τῷ ἐν κοινοβίῳ ἢ συνόδῳ μοναζόντων. Itaque nihil refert ſynoditas dixeris, an cœnobitas. Et his conſequenter hac Novel. præcipitur, ut ſit monachis una domus, una cœnatio, unum cubiculum, in quo tamen ſit ſuum cuique cubile, ſua exedra (ſic malim χαμεύνην interpretari) quemadmodum hodie cernimus eſſe monaſteria conſtructa, mediano inter exedras relicto, ut in *l. 5. §. interdum, ff. de his, qui dejec. vel effud.* oſtenditur eos, qui cœnaculariam exercent, cœnaculum habere variis conſtans cubiculis, cellis, exedris, & medianum eſſe commune euntibus in ſuas exedras, commune, & promiſcuum cellarum iter, *l. quis ſit, §. apud. Cælium, ff. de ædil. edict.* Qui de exedræ nomine ſcripſerunt, id veteres gloſſas referunt explicare alam, & ſcholam: imo non ſcholam ſic enim habent, Ala ἐξέδρα, πλὴν, μασχάλη πτέρυξ στρατοῦ, ἐπιπλοκὴ παρατάξεως: & quod alam, exedram, ſic videntur apud Vitruvium aliæ atriorum accipiendæ eſſe. Idem etiam ex gloſſis iiſdem falſo de improle hæc retulerunt, Improlis, ἀφῆλιξ, ὁ μήπω γεγονώς: cum in eis ita ſit, Improlis, ἀφῆλιξ, μήπω πολιτευόμενος: & eis congruenter Feſtus, *Improles, qui nondum eſt adſcriptus in civitatem*: & Victorinus Afer, *Improles qui nondum vir eſt.* Sed ad rem. A monachis diverſi ſunt anachoretæ, ſive heſychaſtæ, de quibus hac Nov. mentio ſit obiter, & inde Cedrino ἀναχωρητικὴν diverſa à monaſteriis. Hi ſunt, qui eremitæ vocantur, & quos Ariſtoteles ait, aut beſtias eſſe, aut deos. Quin & in monaſteriis *Nov. 133.* tales eſſe vetantur nominatim, qui habeant proprium latibulum, quod κέλλιον dicitur illo loco, laura Nov. Nicephori, κελλία καὶ τὰς καλουμένας λαύρας τὰς ἐν ἐρήμοις οἰκοδομεῖν: & Sudæ, λαύρα ἡ στενὴ κατοικία τῶν μοναχῶν. Secretum, *l. quidam C. de decur. & E l. ult. C. de metal.* & hæc è ſecretis hujuſmodi, ſive lauris ad metalla metallarios, illa ad curiam curiales revocat. Putem & ſervos ex his latebris perpetuo, & ſine ulla diſtinctione à dominis revocari poſſe. Nam hac *Nov. & 123.* quæ vindicandorum ſervorum facultatem dominis adimit poſt triennium, libertatem ſervis dat, non eſt de eremitis, qui amant ſecreta, & ſolitudines, vel qui eas tantum, quas nox coegerit ſedes habent, ut de anachoretis, Severus Sulpitius Salluſtium imitatus ſcribit: ſed hæc Nov. loquitur de cœnobitis, cui tamen abrogatur per Leonis Philoſophi *Nov. 10.* quæ etiam ex cœnobiis jus perpetuum domino dat

ſuos

suos revocandi servos. His cognitis, tractemus, an A verum sit quod Accursius notat, monachismum esse capitis minutionem. Equidem puto non esse, quia nec civitatem, nec libertatem, nec familiam adimit. Non omnis status mutatio capitis minutio est: manumissio non est capitis minutio: senatu motio non est capitis minutio: monachismus non est capitis minutio: nam & jus legitimarum hereditatum monachi habent, *l. ult. §. hoc etiam, C. de episc. & cler.* & ante hanc Novellam habuerunt bona propria, & testamenti factionem, *l. generali, C. de sacros. eccles.* quasi cives: & irritum testamentum non fit monachismo, quod tamen constat irritum fieri capitis minutione etiam minima: idque hæc Nov. probat, & 76. Sed si ante monachismum testamentum non fecerit, ex hac Nov. non potest monachus postea facere testamentum. Omnia enim, quæ ejus B fuerunt propria tacito jure ad monasterium transeunt, excepta Falcidia debitæ successionis, quæ liberis servatur, in quam tamen imputare debent liberi dotem, & donationem propter nuptias secundum jus commune, *l. quoniam, C. de inoff. testam.* excepta etiam uxoris dote, & lucro nuptiali ex casu mortis, *l. ult. §. nam & maritis, Cod. de episc. & cler. Nov.* 22. atque ita casus mortis ducitur ad casum monachismi, & monachismo solvitur matrimonium. Hodie ex *Nov.* 123. monachus testamentum facere potest inter liberos, virili portione monasterio relicta, & ex *Nov. Leonis* 5. de his, quæ post monachismum adquisiit testamentum facere potest, vel in assem, si quid rerum suarum monasterio in ingressu contulerit: vel si nihil contulerit, in bessem, triente monasterio relicto. Idem Leo *Nov.* 8. alia in re C hanc Justiniani Novellam emendat. Justinianus monachum desertorem addicit cohorti præsidis provinciæ, ut clericum desertorem *Nov.* 6. ut apparitores præfecti urbi corpori pistorum, *l. 2. Cod. de appel. præfect. urb.* quia hoc genere conditionem mutant in deterius. Non sic pœnæ specie cohortales addicentur curiæ, *l. ne quis, C. de decur.* vel suæ ii pristino, *l. ne quis, C. de pœnis*, quia rei conditio deterior non fieret. Sed ex *Nov.* 123. qui semel deseruit monasterium, ei redditur: qui iterum, addicitur cohorti: ex *Nov.* Leonis redditur monasterio semper, nunquam cohorti deputatur. Est & aliud in hac Nov. cap. de constructione monasteriorum, quod quidem hominum immane studium repressit Niceph. Phocas, jubens constructorum curam agi, non construi nova: & adjecit ad hæc, ne quid monasteria, D vel ecclesiæ sibi amplius adquirere possent, ut Fridericus 3. Neap. tit. 29. quo jure propemodum utimur. Nam nihil etiam adquirere possunt sine principalis territorii domini auctoritate, & debent etiam eo casu impetrare jurium dominicorum, quam vocant peremptionem. Constitutionem Nicephori abrogavit postea Nov. Basilii Porphyrogennetæ, ut Balsamo refert Constantinopolit. Synodi primæ, & secundæ cap. 1.

Κυρῶ τε καὶ ἐσθῆτι] Hic est sensus, ut intra triennium attondeantur, & vestiantur laicorum more. Attonduntur laici per pectinem, monachi strictim. Ζωάγρια] In antiquis inscriptionibus urbis Romæ: *L. Clodius Hyrpanus vixit A. cxv. D. v. alitus puerorum anhelitu.* [Greek text] Αἰγὸς πέπτωκε in edicto *de officialibus*. Cedrinus, [Greek text] E Constitutio est Græca, ad Julianum PP. P. quæ desideratur in *tit. de episc. & cler.* cujus initium satis demonstrabit hoc idem illa Justinianum, quod illa constituisse, [Greek text] Patres monasteriorum interpretatur Epiphanius initio Panarii.

NOVELLA VI.

De Episcopis, & Clericis.

Constitutio hæc vult, ut episcopus adsumatur ex clero, vel ex monasterio, non ex plebe: vel si quis ex plebe idoneus videatur, ut referatur prius inter clericos, & inter eos sex mensibus, vel ex *Nov.* 123. tribus conversetur, non repente ex plebejo clericus, & ex clerico episcopus fiat: ne illud objiciatur Aristophan. [Greek text], & quod in *l. 7. §. præterea, ff. de injur.* heri servus, hodie liber, quem Persius hesternum vocat: & similiter Cedrinus: [Greek text]: & Aristides in encomio Romæ, [Greek text]: & ex Nazianzeno *Novell.* 137. [Greek text]. Hieronymus ad Oceanum; *Heri catechumenus, hodie Pontifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, mane in altario: dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator.* Addit hæc Novel. ut ne ex curia, vel cohorte episcopus adsumatur: recte, cum nec ex eo genere hominum clerici ordinentur, ut cavetur hac *Novell.* & 123. Monachi tamen si velint fieri curiales, aut cohortales recipiuntur: quia horum honor nullus est, ministerium nullum, & siquidem à teneris annis in monasterio permanserint, curia liberantur, servata videlicet curiæ bonorum parte quarta: quod se jam ante Justinianus constituisse narrat hoc loco, Constitutione, puta Græca, quæ desideratur in titul. *de episcop. & cleric.* qua etiam nominatim in futur um derogatur *l. ad similitudinem, Cod. eod. tit.* Sed hoc totum recantans, & retractans postea Justinianus, quadrantem mutavit in dodrantem; & monachum definivit liberari curia post annos xv. à monachismo, atque ita solutum curia episcopum posse creari *Novel.* 123. Tum constituit hac Novel. ut qui episcopus creatur, cœlebs sit, & orbus, id est, ut neque uxorem, neque liberos habeat, quod & jam ante duabus se constitutionibus decrevisse ait. Ambæ sunt Græcæ, & desiderantur ambæ in tit. *de episc. & cler.* Una in lucem edita est non ita dudum, alteram edemus aliquando simul, ac omnes, quæ desiderantur in codice Justiniani. Hujus autem Constitutionis ratio est hujusmodi, ne affectu uxoris, aut liberorum diripiat episcopus ecclesiæ facultates: quam refert, & refutat Leo *Novel.* 2. & 3. refert, & eam Justinianus non hoc loco, sed in una supradictarum Constitutionum *de episc. & cler.* quam intelligit etiam in fine hujus Novellæ Justinianus, cum de hereditatibus episcoporum agit. Coercetur quoque *hac Novell.* ambitus, & largitio, de qua est elegans Constitutio in *l. si quemquam, C. de episc. & cler.* ubi illa Virgilii imitatio. *Auri sacra fames*, ut *l. 4. C. de vest. hol. Argento pectine: & Nov. Valentiniani de sepul. Scimus, nec vana fides: & l. 4. C. Th. de agent. in rebus. Unde domo.* Verum tamen in ambitum non incidit episcopus, qui bona sua donat ecclesiæ, nec qui solvit enthronistica, *Nov.* 123. Cathedratica Julianus vocat antecessor, & Pontifex Alexander *c. ecclesii. de cens.* Clerici eo solvunt [Greek text] ob introitum, vel insinuativa, non cæteri, *Nov.* 59. & 123. Sed & famulis ordinantis clerici ordinati præstant unius anni diaria, ex eadem *Novell.* 123. id est, quanti sunt diaria, quæ in annum clerico præbentur de reditibus ecclesiæ. Diaria vocat cibaria, & annonas, ut in *l. 22. C. de admistr. tut.* Quod ait servos past alimoniarum taxatione, Græci vertunt [Greek text], & in *l. servis urbanis, ff. de leg.* 3. ex cibariis apparere, quo quemque servorum loco paterfamil. habeat, id est, ex diariis, & demensis Horat. 1. epist. *Cum servis urbana diaria rodere mavis. Horum tu in numerum voto ruis.* Id etiam hac Novella constituitur, ne ultra annum episcopi suis ecclesiis absint: nisi evocentur, & retineantur à principe, cujus etiam

etiam jussu Reipublicæ negotia tractare possunt, ut Balsamo docet Chalcedon. synodi cap.4. & ne litium abtentu suas ecclesias relinquant, cum clericos habeant & œconomos, & apocrisiarios per quos litigare possunt, ut & monasteria sive monachorum præsules suos apocrisiarios habent *Novel.*79. & 133. quos possis ad responsum dicere, ut apocrisiarios judicum militarium *Nov.*24.25. Adiicitur, Ne episcopi veniant in sacrum comitatum sine testimonialibus, quas metropolitani accipiant à Patriarcha sive Archiepiscopo, Episcopi à Metropolitano: hi enim sunt Episcoporum gradus, Patriarcha sive Archiepiscopus, Metropolitanus, Episcopus. Testimoniales voco quas Justinianus & sacri canones συστατικὰ γράμματα, id est, commendatitias epistolas, Chalcedonen. synodi cap.11. & 13. & Apostolorum cap.12. & 32. Arrianus in Epictetum γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικά. Aliæ sunt epistolæ εἰρηνικαὶ sive ἀπολυτικαί. Dividuntur enim canonicæ epistolæ in συστατικὰς, & εἰρηνικάς. Συστατικαὶ dantur proprie separatis communione, ignotis, suspectis, reis postulatis, quibus absoluti declarantur: εἰρηνικαὶ Episcopis in comitatum principis, vel clericis in aliam civitatem euntibus, ut Chalcedonens. cap. 11. & Antiocheni cap.7. & 8. & sextæ Synodi in Trullo proficiscendi cap.17. Vel apertius εἰρηνικαὶ sunt probatoriæ, quæ & Formatæ dicuntur Carthaginens. Synodi cap.23. ut formales epistolæ Suetonio Tranquillo: εἰρηνικαὶ sunt commeatus & proficiscendi licentia, quæ dicuntur εἰρηνικαὶ (ut Zonaras ait) ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι, quasi pacis arbitræ. Videtur Justinianus hoc loco pro his συστατικὰς dicere maluisse. Generaliter itaque hac appellatione significari dicemus dimissorias & testimoniales quascunque, quarum frequentem usum inter Christianos Nazianzenus contra Julianum notat his verbis: Ἐν ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος οὓς χρῄζοντας παρεπέμπομεν. Non omittam caput quo definitur ætas diaconissarum, ut sit annorum circiter L. cum tamen postea *Nov.*123. sufficere existimaverit annos XL. Utraque discedit à præcepto Apostoli, & *l.nulla*, *Cod. de episcop. & cleric.* congruit cum Chalcedon. Synodi cap.15. & sextæ in Trullo cap.14. & quemadmodum clericis mulierum extranearum consortio interdicitur, *l.eum qui*, *Cod. de episc. & cleric.* quas solebant matres, filias, sorores appellare, hæc (ut Hieronymus ait) pietatis nomina vitiis suis obtendentes, ut non male jactaretur in eos illud Martialis, *Quare non habeat Fabulla quæris, Uxorem, Themison, habet sorores*: ita vero diaconissis interdicitur consortio extraneorum virorum, quos ipsæ adoptaverint sibi fratrum aut cognatorum, aut dilectorum loco.

NOVELLA VII.

De ecclesiasticis bonis & emphyteusibus.

ALienatio bonorum tantum majoris ecclesiæ ei inhibita primum fuit Constitutione Leonis, *l.jubemus* 2. *Cod. de sacros. eccles.* deinde porrecta Constitutio fuit ad omnes ecclesias quæ erant sub Patriarcha Constantinopolitano, Constitutione Anastasii Græca, quæ desideratur in Codice eod. tit. post *l. decernimus*. Hac vero Novella Constitutio Leonis porrigitur ad omnes provincias, & suppletur in multis. Constitutio autem Anastasii abrogatur, quæ interveniente decreto & actorum monumentis alienationes permittebat. Pertinet igitur hæc Nov. ad omnes ecclesias, imo & ad monasteria omnia & xenodochia, ptochotrophia, nosocomia, orphanotrophia, brephotrophia, gerontocomia, quorum verborum notionem Accursius ex Juliano satis evidenter exposuit: addere possis λωβοτροφεῖα, qualia hodie sunt multa passim. Prohibetur vero alienatio rerum immobilium, quibus adnumerantur servi rustici & coloni cum peculiis, & panes civiles. Et no-

A minatim Julianus ait, mancipia rustica esse veluti membra rerum immobilium: atque ideo *l.3. ff. de divers. temp. præscrip.* longæ possessionis præscriptio locum habere dicitur tam in prædiis quam in mancipiis, ubi mancipiis intelligo rusticis, ut *l.hac edictali*, *§.his illud Cod. de sec. nupt. l.4. §.in servis*, *ff. de cens.* De prædiis constabat, de mancipiis rusticis non constabat: & ideo dicare debuit, Tam in mancipiis quam in prædiis: sed hujusmodi locutiones occurrunt sæpe, ut *l.1. ff.de verb. signif.* verbum si quis tam masculos quam fœminas complectitur, & *l.8. ff. eod.* verb. Oportet (sic esse legendum putat Calcagninus,) tam præsens quam futurum tempus significat. Alienationis verbo continetur venditio, donatio, permutatio: donatio inquam etiamsi fiat ad vicissitudinem beneficii colorati, (sic est legen-
B dum *d. l. jubemus*, *§.scienter*) vel gratiæ referendæ. Color hic plerumque donationi quæritur, ut donari dicatur ἀπ' ἀντιδώρῳ, id est, remunerandi gratia, ut *Novel.*120. Sed hæc etiam ἀντίδωρα generaliter inhibentur, licet naturaliter debeantur, & mercedes sint ac pretia potius quam liberalitates. In eadem *l. jubemus*, *§.sane si hæc nostræ*, munerum verbo significantur ἀντίδωρα, ut constat ex *§.ult. Novel.*120. dum ab emptore quidem prædium repeti demonstratur cum fructibus medii temporis, non reddito pretio, ac similiter à donatario, non reddito ἀντιδώρῳ, & ab eo qui in causam permutationis accipit, non reddita re quam vice mutua dedit: quod tamen judicio episcopi relinquit Ancyranæ synodi caput 15. Divisio prædiorum Constitutione Leonis non inhibetur, ut si prædia ma-
C joris ecclesiæ Constantinopolitanæ dividere velit episcopus inter eam & tres alias, quæ ei sunt adnexæ sicut docuimus *Novel.* 3. Hæc enim divisio alienatio non est. Non inhibetur precaria, quam ususfructus cessionem vocat Leo: nos hoc genus conventionis quale sit exposuimus *lib.1. Feudorum*, simul ac libellaria quid sit, quam hoc loco Justinianus jus παροικικὸν vocat, & perinde atque alienatione hac quoque conventione interdicit episcopis, clericis, œconomis, archimandritis, orphanotrophis & similibus. De emphyteusi latior est quæstio. Ediderat jam ante Justinianus de emphyteusi Constitutiones Græca lingua, quæ desiderantur in *tit. de sacrosanct. eccl.* ad finem, & post *l.illud*: & jus quidem ea de re omne modo ita delarat, Perpetuam emphyteusim prohiberi, non posse em-
D phyteusim extendi ultra personam emphyteuticarii, & filios ejus aut nepotes, vel etiam conjugem, si id de conjuge in contractu emphyteuseως nominatim expressum sit. Extraneo herede relicto, morte emphyteuticarii finiri Emphyteusim. Et quod ad emphyteuticum canonem attinet, ut emphyteuticario sexta tantum pars pensionis sive reditus qui fuit initio, ob casus fortuitos remittatur: ut si locari solebat prædium LX. emphyteuticario addicatur L. & si forte pensio quæ fuit initio, diminuta sit, ut si prædium quod locabatur initio LX. nunc locetur tantum XL. ut hoc casu canon non minor XL. emphyteuticario imponatur. Quid si ædificia sint quædam labe corrupta, diruta, desolata, parietinæ, ager sterilis & saxosus? Et hæc quoque alienari non possunt, exemplo prædiorum pu-
E pillarium, quæ etsi infructuosa sint, non alienantur tamen sine decreto, *l.penult. ff. de reb. eorum* &c. & constat ex Nicenæ 2. c.12. non tantum αὐτουργιῶν alienationem prohiberi, sed etiam aliorum: & αὐτουργιῶν nomine significari videntur prædia, quæ sua sponte fructus ferunt, veluti prata, salinæ, & his similia: sed (ut Balsamo & Zonaras canonum interpretes malunt) πάντα τὰ ὑπέροδα ea appellatione continentur. Verum etsi alienari etiam non possint quæ non sunt hujusmodi, dantur tamen exemplo αὐτουργιῶν in emphyteuseως causam, sed canone imposito pro modo fructuum & æstimatione mechanicorum & architectorum, quorum arbitrio & in aliis plerisque causis statur de operibus publicis privatisque & de servitutibus, *l.12. Cod.*

 de

de proxim. sacr. scrin. & ita hoc loco : at *Nov.* 120. certum canonem definit. Quid si prædium quoddam sit ecclesiasticum quod voluptati potius quam fructui deserviat, qualia sunt prætoria, sive *εὐπαύλια, προάστεια*, suburbana, *l. urbana*, *ff. de verb. signif.* Hæc prædia propter voluptatem separantur ab aliis quæ in reditu tantum sunt : nam soborbana si justum reditum habeant, non fit deminutio sextæ partis, *Nov.* 12. si modicum aut nullum reditum habeant, nec ideo tamen minus cara atque pretiosa sint, in ponendo canone hic modus sequendus est, ut primum vero pretio suburbanum æstimetur, deinde ejus pretii vicesima pars canonis nomine constituatur : ut si suburbanum fuerit c. canon constituatur v. quæ ratio est usuræ quincuncis : quam rationem si æque patresfamilias adhibuerint in suburbanis suis voluptuosis potius, quam fructuosis aliis locandis, ut bene rem suam nec forsitan illicite gesserint, ita profecto male se habuerint si rusticis prædiis vectigal sive mercedem imposuerint ad rationem usuræ quincuncis. Nam respublicæ imponunt agris suis vectigal ad rationem usuræ semissis, ut apud Plinium VII. Epist. *ager reipubl. mancipatus quingentis millibus nummum, vectigalis nomine infert quotannis tricena millia*, id est, xxx. millia, quæ ratio est usuræ semissis. Legendum enim sic est apud Plinium, *Eundem vectigali imposito recepi, tricena millia annua daturus* Vulgo corrupte, *Præcepi*, ccc. *millia annua daturus*. Solemnes usuræ civitatum semissales erant ; ut recte in *Septicia*, *ff. de pollicit. τὸν ἐξ ἔθους τόκον*, usuram semissem Modestinus interpretatur, quanti à Republ. pecuniæ mutuari solebant : quæ ibi refertur in Rempubl. collata liberalitas, omnino similis est ei quam præfert vetus inscriptio Hispaniæ hujusmodi. *R. P. Barc. do, lego, darique volo* XVII. *ff. ex quorum usuris semissibus edi volo quotannis spectaculum pugilum, die* IV. *Iduum Juni.* Et vel hunc igitur Reipubl. morem sequentur optimi patresfamil. in agris suis elocandis, sicut in æstimando usufructu Falcidia interveniente, sive privatu is sit relictus, sive Reipubl. eadem computatio, servatur annorum xxx. *l. computationi*, *ff. ad l. Falc.* Æque putem reditum annuum debitum privato non æstimari pluris quam eum qui debetur Reip. id est, non supra rationem usuræ trientis, & quod in *l.* 3. *§. ult. ff. ad l. Falc.* ponitur species in Rep. hoc ideo fieri, quod legatum Reip. relictum in annos singulos, unum est & purum, ut protinus veniat in rationem legis Falcidiæ : quod non ita est in privato, quia plura sunt legata : siquid privato legetur in annos singulos, primi anni purum, sequentium condicionalia, nec protinus induci Falcidia in omnibus potest. Nec obstat *l. si quis argentum*, *§. in reditibus*, *C. de donat.* ubi in reditibus æstimandis fere servatur ratio usuræ septuncis. Nam hoc fit (ut Petrus docuit recte) favore donatoris, ut reditus promissus minoris æstimetur : sicut & illud, Ut donator optima prædia ne det in solutum, *d. l. si quis argentum*, *§.* 1. & idem favor est ecclesiarum non in prædiis tantum dandis in solutum, *Nov.* 120. cum tamen regulariter creditori jus potestasque sit eligendi meliora, *Nov.* 4. sed etiam in reditibus æstimandis, *Nov.* 131. servatur enim fere ratio usuræ quadrantis, ut scilicet annua quæ ecclesiis relicta sunt pluris veneant. Quod item de prædiis urbanis ecclesiæ Hierosolymitanæ est, in *Nov.* 40. & 120. ut æstimentur ad rationem usuræ sextantis, favor esse videtur Ecclesiæ, veluti ut domum cujus pensio annua est x. vendat D. Privatis igitur verum pretium exigentibus non deberet tantum licere : nec in urbanis etiam tantum quantum in rusticis, propterea quod sumptum majorem requirunt urbana ædificia, & majoribus casibus obnoxia sunt, *l. verum*, *§. sed hæc res*, *ff. de minor.* qua de causa oratio Severi prædiorum rusticorum alienationes prohibuit, urbanorum non prohibuit. Et ita vero. *Nov.* 120. pluris æstimat ecclesia prædium quod dat in solutum quam privatus, quibus argumentis tentari potest, non sequi justi pretii rationem privatos, qui in locandis prædiis voluptariis sequuntur exemplum ecclesiæ, id est, rationem usuræ quincuncis : licet hoc quidem faciant non illicite, propterea quod se in pretio contrahentes *ὑπερβαίνειν*, ut fit, circumscribere possunt. Nunc, ut cætera tractemus quæ pertinent ad emphyteusim rerum ecclesiasticarum : hac quidem Nov. adnotari necesse est, prohiberi perpetuam emphyteusim rerum ecclesiasticarum, sed ex recentiori Nov. 120. non prohiberi, nisi majori ecclesiæ cp. & religiosis locis, quæ sunt in ea urbe, vel in territorio ejus, & præterea cadere emphyteusi emphyteuticarium ob cessationem biennii sicut in conductore quolibet receptum est expelli eum posse post cessationem biennii, simul ac pignoris obligationem exequi, *l. quæro*, *§. inter l. cum domini*, *ff. loc.* Martial. Uidi *Vacerra sarcinas tuas*, *vidi*, *Quas non retentas pensione pro bima Portabat uxor*. Ait, Pensione pro bima, quia nonnisi ex biennii cessatione pignorum retentio erat. Idem etiam obtinuit ante Justinianum in pagano emphyteuticario & superficiario. Hodie in tempore est differentia inter paganum & ecclesiasticum, in expellendi causa non est differentia, sed neque in eo quod expulso nulla datur deductio vel petitio meliorationum. Communis etiam illa utriusque causa est simul ac conductorum omnium, si recte conducta abutantur, *l.* 3. *C. de loc.* Symmach. in epistol. Ante paucissimos, inquit, menses ille à parente meo horrea in Aquileja sita propter longinquitatem itineris incognita tenui mercede conduxit, atque his ita abusus est, ut parvo licet tempore iisdem locis labem consulto intulisse dicatur. Hunc ubi sæpe convenit ut conductione decederet, contemptu hominis & interventu quorumdam elusa est : nunc opis indiga geminum beneficium vestri favoris exoptat : primo ut improbissimus inquilinus locorum intentione pellatur, deinde ut habita deterioratæ rei æstimatione sumptum justæ instaurationis agnoscat. Et hæc de emphyteusi sufficiant : nunc videamus de pignerationibus. Prædia, vasa, vestes ecclesiæ pignori vel hypothecæ specialiter obligari non possunt, *l. sancimus*, *C. de sac. eccl.* Generalis hypotheca bonorum omnium non prohibetur. Facilius conceditur generalis quam specialis, *l.* 1. *ff. de pig.* quia specialis obstringit magis. Facilius etiam antichresis, *Nov.* 120. Excipitur *d. l. sancimus* & hac Nov. causa redemptionis captivorum, ob quam Socrates narrat Acacium Amideoum Episcopum conflasse vasa omnia aurea & argentea, hoc clericis edicto palam *ὁ Θεὸς μὲν ὑμῶν οὔτε δίσκων οὔτε ποτηρίων χρήζει· οὔτε γὰρ ἐσθίει, οὔτε πίνει, ἐπεὶ μὴ προσδεής ἐστι*, cui simile est illud Alexandri Imperatoris, *In sacris quid facit aurum?* Ob eandem causam immobilia non vendi ex eo apparet, quod id tantum certis ecclesiis Scythiæ *Nov.* 120. permittit. Excipitur etiam ab hac Constitutione Imperator, cum quo ecclesiæ licet prædiorum permutationem facere, dummodo prædia sint apud Imperatorem perpetuo remansura : quid enim si ea mox Imperator in alium translaturus sit? quid si sequester sit illicitæ venditionis? & hoc ita declaratur *Nov.* 55. sed abrogatur *Nov.* 119. *§. pen.* per quam quæsita à principe prædia ecclesiastica ex permutationis causa in alias personas transferri possunt. Excipitur etiam causa æris alieni, ob quam vendi prædia ecclesiastica possunt & *ἀντιχρητικῶς* lege pignerari, & in solutum dari. Quod ut intelligatur, notanda est differentia quæ intercedit inter fiscum & privatos creditores: privati creditores pro pecunia volentes accipiunt prædia ecclesiastica in solutum, vel coguntur accipere nullo invento emptore ex *Nov.* 4. Fiscus pecuniam exigit semper, in qua sunt positæ imperii vires, nunqam accipit prædia ecclesiastica in solutum. Igitur fisco ab ecclesia tributiones exigente, ut ei satisfiat, prædia ecclesiastica vendi necesse est. Utrumque fit decreto præsidis ex *Nov.* 46. & 67. At ex *Nov.* 120. non est opus decreto præsidis, & satis est acta confici gratuito apud patriarchas, metropolitanos,

tanos, epiſcopos; ſecundum ſuam juriſdictionem, & A adjicit ut venalia prædia proſcribantur per dies xx. & veneant ſub halla. Eſt etiam ex ea Nov. hac in re differentia inter eccleſiam & cæteros debitores: nam cæteri debitores uſuras ſemiſſes præſtant, eccleſia quadrantes. Cæteri debitores non invento emptore prædia creditori dant in ſolutum vero pretio, ut ſi debeant L. dant prædium dignum L. Eccleſia prædium quod dat in ſolutum decima parte amplius æſtimat, ut ſi revera ſit L. id æſtimat LV. Cæteri debitores non habent electionem, ſed accipit creditor in ſolutum, quæ mavult prædia prætioſiora, Nov. 4. eccleſia dat mediocria, ut diximus ſupra. Excipitur etiam ab hac Conſtitutione permutatio & perpetua emphyteuſis, quam inter ſe eccleſiæ contrahunt, decreto vel actis intervenientibus *Novell.* 40. *&* 120. Sed nulla harum omnium exceptio- B num comprehendimus tamen prædia, quæ ab imperiali domo ad eccleſiam pervenerunt: hæc enim ne in aliam quidem eccleſiam ulla ex cauſa abalienari poſſunt, *Novel.* 120. Non comprehendimus etiam prædia eccleſiæ relicta hac lege ne alienentur: non templa ipſa, vel monaſteria, *d. Nov.* 120. monaſteria, inquam, ea in quibus fit ſacra ἀναφορὰ ut in hac *Nov.* exprimitur: nec enim in omnibus fieri monaſteriis ea ſolebat, *Nov.* 133. ac proinde ea tantum ſacra monaſteria eſſe cenſentur in quibus fit ſacra ἀναφορὰ. Et ἀναφορὰν fieri Juſtinianus definit eleganter hoc loco, lectis ſacris literis & tradita populo ſacra & ineffabili communione. Julianus anteceſſor miſſam interpretatur cum hoc loco, tum *Nov.* 58. Vetus eſt verbum, quo & Ambroſius utitur & alii quidam, qui tamen omnes dicunt miſſas C agere, vel facere, vel tenere, vel complere, non dicere, non canere, non audire, Cornelius in epiſtola ad Lupicinum, *Edictis Imperatorum Chriſtianos ubique tormentis variis affici, & neque publice in urbe Roma, neque in cryptis notioribus miſſas agere licere.* Et putem in Laodicena ſynodo his verbis, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ſignificari miſſam auditorum, & his καὶ τούτων προσελθόντων καὶ ὑποχωρησάντων miſſam pœnitentium, quas ſequebatur fidelium admiſſio atque dimiſſio. Extremo autem loco Juſtinianus explicat latius, quæ pœna irrogatur his, qui fecerint contra hanc Conſtitutionem. Probat pœnas definitas Conſtitutione Leonis, ſed adjicit, ut licet ab emptore vindicetur prædium eccleſiæ non jure venditum non reddito pretio, ſalva tamen ſit emptori adverſus œconomum, vel quem alium venditorem actio ex empto de evictio- D ne: quod videtur novum, cum ipſo jure nulla ſit emptio, & uterque mala fide contraxerit, & merito hac in re ſubſiſtit Accurſius. Sed Juſtinianus declarat œconomum odio dignum eſſe majore, pœna majore, idcirco teneri etiam eum emptori, idemque ſervari in permutatione & in mutuo. Ei enim, qui permutationem contraxit eſſe regreſſum in œconomum quaſi re evicta, & creditori eſſe condictionem in eundem. In donatione donatarium rem donatam amittere, & ἀντίδωρον, ſi quod intervenerit, vel non intervenerit, conferre. Emphyteuſi autem non jure facta, auferri emphyteuticario prædium, & nihilominus penſitari ab eo canonem, quem penſitaret ſi jure contracta emphyteuſis eſſet. Μηδὲ κατὰ δόσιν] Legendum, μηδὲ ἐπ᾽ ἀντιδόσει: Καὶ συλλογίζεσθαι τὴν ἐκ τοῦ ἀθροιζομένου τιμήματος] Verba hunc ſenſum efficere E videntur, ut ex vero & exacto pretio ſuburbani æſtimetur quantum reditus colligant xx. anni, & ut tantumdem emphyteuticarius præſtet canonis nomine in annos ſingulos: ut ſi ſuburbanum ſit ſolidorum C. quia hac ſumma emitur reditus V. ut quotannis emphyteuticarius præſtet LXXX. Sed hac ratione emphyteuticarius emeret fere ſuburbanum quotannis: quod faceret nemo ſanus. Igitur rectius Accurſius hunc eſſe ſenſum probavit omnibus, ut tantum conſtituatur canonis nomine quantum ſufficit pretio ſuburbani adæquando anno viceſimo. Ἐρείπιον] Interpres Æſchyli, ἐρείπια καλοῦσι τὰ παραπτώματα τῶν οἴκων λέγοντες.

Θεουπολιτῶν] Hi ſunt Antiocheni: ut docui Obſerv. 8. cap. 21. Ἄπορος τις κτῆσις] Recte Vetus interpres, Fœnca poſſeſſio, ut docui eodem libro cap. XL.

NOVELLA VIII.

De præſidibus.

PRæſidum appellatio generalis eſt: ea continentur ſub hoc titulo proconſules, comites, vicarii, conſulares, correctores, imo & defenſores civitatum: nam & ii civitatibus præſidum vice funguntur, *Novel.* 15. Veteris interpretis Codex hunc habuit titulum, Ut judices ſine quoquo ſuffragio., &c. Suffragium pecunia eſt, quæ ſuffragatoribus aulicis datur promittiturve B honoris adipiſcendi cauſa, quo nomine erat actio, Si certum petetur de ſuffragio: nec in honoribus qui à principe deferuntur locus legi Juliæ de ambitu. Et eodem ſuffragii titulo principes etiam ipſi qui honorem deferebant pecunias accipiebant, quæ ſuffragia δωρητικὰ vocantur in formula jurisjurandi huic Novellæ ſubjecta. Sed hoc omne ſuffragiorum genus ſuſtulit Juſtinianus hac Novella, imitatus Nov. Theodoſii, quæ extat *l. ultim. C. ad leg Jul. repet.* & Tiberius *Novel.* 161. generaliter vetans ſuffragii nomine quidquam, vel ſuffragatoribus dari, vel publicis rationibus inferri. Utitur Juſt. ratione omnibus nota, cujus auctor Alexander Severus, neceſſarium eſſe ut qui emit vendat, nec ſine rubore puniri poſſe eum, qui quod emit vendit: & ita Seneca 1. De Beneficiis: *Provincias ſpoliari & numC marium tribunal audita utrinque licitatione alteri addici non mirum, quando quæ emeris, vendere gentium jus eſt.* Proinde æquum etiam eſt vice verſa, ut qui non emit nec vendat .i. ut qui pro honore nihil dedit, nihil etiam accipiat: ac ſane de utroque præſes jurare cogitur initio adminiſtrationis cum ex Juſtiniani Conſtitutione, tum etiam ex Leonis *Novel.* 97. Sufficiunt enim ſalaria .i. annonæ & capita, quæ accipit de fiſco & retro ſufficiunt, quæ dat pro codicillis, commonitoriis: juſſionibus præf. prætorio. Commonitoria appello, quæ vocat σύμβολα. Pro commonitorio datur certum aliquid chartulariis ſacri cubiculi ſive cubicula riis: hi enim edunt σύμβολα. Pro codicillis item datur aliquid primicerio tribunorum notariorum & quatuor ſcriniis ſacri laterculi: & quod ſacro laterculo in- D ferri ait hoc loco, in edicto VIII. ait ſacro palatio. Infertur enim publicis rationibus. Nec idem tamen palatium & laterculum. Expoſui in *l.* 13. *C. de prox. ſac. ſcr.* quid eſſet laterculum, quibus addimus Cedreni hoc, ἡ παρ᾽ Ἕλλησιν αὐτὴ πλίνθος laterculum παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται: ἐν δὲ πλίνθῳ δημοσίᾳ ἐφ᾽ ᾗ τά τε τῶν [illegible] καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφοντο. Pro literis prætorianæ ſedis, quæ ſolæ nonnunquam ſufficiunt: ut puta ſi plebis defenſor creetur, *l.* 8. *C. de defen. civit. Nov.* 15. datur etiam prætorianis certum aliquid ſecundum diſtinctionem in notitia propoſitam huic Novellæ ſubjecta. Cæterum illo edicto VIII. derogatur huic Nov. in eo quod reſtituitur vicarius Ponticæ, quem hæc Novella ſuſtulerat. Sciendum enim eſt quatuor olim fuiſſe vicarios in Oriente, Aſianæ diœceſeos, Ponticæ, E Thraciarum, Macedoniæ, *l. ultim. C. de diver. off. & app. jud.* Et vicarium Thraciarum Juſtiniani ætate vicarium longi muri nuncupatum, qui longus murus haud parvum munimentum fuit præſidiumque Thraciarum, de quo *Nov.* 26. & innumeri alii auctores: vicarium autem Macedoniæ non fuiſſe, fuiſſe vicarium Aſianæ & vicarium Ponticæ, qui tamen hac Novella tolluntur: & cum antea fuiſſet vicarius Aſianæ & præſes Phrygiæ Pacatianæ, pro utroque unus conſtituitur Comes Phrygiæ Pacatianæ, qui in ea tantum provincia juriſdictionem habeat, non in univerſum tractum Aſianum, ut vicarius: & ſimiliter cum antea fuiſſet vicarius Ponticæ & Conſulatis Galatiæ primæ, pro utroque unus conſtituitur Comes Galatiæ

primæ, qui in ea tantum provincia non in cæteris provinciis Pontici tractus jurisdictionem exerceat. Restringitur jurisdictio, non minuitur honor, non apparitio, non salarium. At rursus edicto VIII. vicarius Ponticæ restituitur, qui in universum tractum Ponticæ diœceseos jurisdictionem habeat, civilis & militaris magistratus, vicem agens præf. prætorio simul ac magistrorum militum & magistrorum officiorum & Comitum largitionum & Comitum domesticorum, ac Galatiæ primæ suus redditur Consularis, civilis magistratus. At similiter cum antea fuisset Comes Orientis & Consularis sive præses Syriæ primæ *l.1. C. de off. Com. Or.* pro utroque constituitur Comes qui in Syria tantum prima jurisdictionem habeat, non in universa diœcesi Orientis, quod exposuimus Observationum libro VIII. cap.XXI.

Cætera persequamur. Nov. Theodosii tam dare quam accipere præsides vetat, & tam adversus dantem quam adversus accipientem omnibus tanquam crimen publicum deferendi potestatem facit: & quadrupli pœna convictum damnat: quam civitati inferri Accursius putat in qua honorem adsectaverit: male: movetur *Nov.123.* quæ de episcopo loquitur, non de præside. Episcopus qui suffragium dedit & qui accepit pari pœna coercentur, *l.si quemquam, Cod. de episc. & cleric.* & data pecunia ecclesiæ vindicatur in simplum vel in duplum, secundum distinctionem *Nov.123.* Non sic fit in præsidibus: nam qui pecuniam à præsidibus acceperunt suffragii nomine, in quadruplum tenentur, quod non ærario ullius civitatis, sed τοῖς ἐζημιωμένοις inferri Justinianus ait. Hæc Novella illius imitatio est: merito igitur ex hac illam interpretamur, & ii quidem qui acceperunt, indistincte tenentur lege Julia repetundarum in quadruplum, *l.1. Cod. ad leg. Iul. rep.* etiam durante administratione, *l.4. Cod. eod. Nov.86.* Eodem crimine eademque pœna tenentur qui dederunt ut præsides fierent, non tamen indistincte, sed ita demum si & in provincia sordide versati sint, idque ita hæc Nov. declarat, quæ simpliciter dicit quadruplum restitui. Dicam ergo spoliatis restitui, ut supra, vel quadruplum dividi inter fiscum & spoliatum, ut *l.3. Cod. de adses.* non ulli civitati inferri, eademque pœna est si quid judicum domestici, cancellarii, chartularii, adsessores, ministri abstulerint, *d. l.3. Nov.161.* Sola vero suffragii datio pœnæ non obligat, & quod dicitur in *l.quisquis, C. si cert. pet.* alium sensum habet: collectarium una cum præside relegari qui honoris pretium dederit ambienti, & relegari præsidem non quod ambierit, sed quod pecunia collectarii præses factus se & honorem suum quodammodo collectario mancipaverit. Ad hæc Justinianus constituit cum hoc loco, tum *Novel.17.128.134.* ne præsides provinciarum ullos in civitatibus constituant sibi τοποτηρητὰς sive vicarios, cum in eis defensores civitatum præsidum vice fungantur: nam & ipsi defensores nullos sibi vicarios optare possunt, nulli etiam defensoribus dari. Putem & non posse dari præsidibus, nisi à principe ex magna causa, vel nisi necessariam moram præses in itinere patiatur, *Nov.128.134.* atque ita videtur derogari titulo de officio ejus qui vicem alicujus judicis obtinet, qui est περὶ τοποτηρητῶν, quem vulgo male accipiunt de suffectis. Non sunt etiam τοποτηρηταὶ confundendi cum his quibus præsides jurisdictionem suam mandant: nam hi plerumque sequuntur præsides ipsos, ut legati proconsulis: τοποτηρηταὶ in singulis municipiis absentium vicem sustinent. Quibus mandatur jurisdictio, eos non sequuntur illa quæ præsidibus lege data sunt, *l.1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* Vicarii sive τοποτηρηταὶ constituuntur, ut & ea quæ lege præsidibus specialiter data sunt exequantur, *l.a. C. de off. ejus qui vic. al. jud. obt.* excepto jure gladii *Nov.128.* Id quoque hac Novel. constituitur ut præsides jurisdictionem habeant in paganos in omnibus causis, in milites in causis criminalibus & causis tributorum tantum, (in cæteris enim causis præscriptionem fori habent, *l.1. Cod.in quib. cau. mil. fori præs. l.2. C. de pri. sch. l.ult. Cod. de castr. & minist.*) & in magisterianos, vel præfectianos qui ea urbe in provinciam veniunt exequendi negotii cujusdam causa, siquid supra legitimum modum sportularum exegerint, quod etiam repetitur *Nov.17.86.124.* Et ut concussiones coerceant ademptione cinguli: nam in provinciis vicem principis gerunt, ut veteribus legibus caveri Justinianus ait: puto eas significari quibus præsides legati Cæsaris appellantur. Sed & veteribus legibus omnibus magistratuum urbanorum vice funguntur, *l.de omnibus & seq. ff. de off. præf. l.si in aliquam, §.ult. ff. de off. proc.* Additur hac *Nov.* ut præses post depositam administrationem L. dies moretur in provincia omnium actiones, vel accusationes excepturus, nec excusetur divina revocatoria. Sic esse legendum in *l.1. Cod. ut om. jud. tam civil. quam cr.* hujus *Nov. §.pen.* indicat *l.3. Cod. de silent. l. ult. Cod. de dignit.* Vetat postremo in provincias mitti ληστοδιώκτας, ut *Nov.128. & 134.* id est latronum prosecutores, vel (ut Julianus interpretatur) latrunculatores: vetat mitti βιοκωλύτας, qui scilicet vim, impressionem, deprædationes arceant. Fuit quondam specialis quidam dux βιοκωλύτης, qui imperium habuit in Phrygia utraque & Pisidia & Lycaonia & Lydia, quæ provinciæ erant Asianæ diœceseos, sed minuitur potestas ejus *Nov.145.* At vetat etiam hæc Nov. extra ordinem mitti ἀφοπλιστάς, id est, qui arma privatis auferant, quæ recondant in publicis armamentariis, secundum Novellam de armis & edictum de vicario Ponticæ, hoc genere hominum sub specie juris opprimuntur sæpe provinciales mirum in modum. Publice igitur interest ne mittantur, præsertim cum his omnibus curis sufficiat religio & diligentia præsidis, cujus jurisdictionem in hujusmodi causis nemo declinare potest, sed additur etiam in *l.ult. Cod. de metatis*, ne quid occasione etiam ἀφοπλισμοῦ præses ipse à provincialibus exprimat illicite. Id non est omittendum quod exigit in fine, ut præsides caveant fisco tributorum nomine, quod & *Nov.134. & 149.* repetitur. Omissa cautio habetur pro data: & ideo cautionem hoc loco accipere debemus pro nuda repromissione, non pro satisdatione.

NOVELLA IX.

De Ecclesia Romana.

HÆc est de c. annorum præscriptione, de qua scripsimus lib. de temporibus cap.31. & Observationum 5. cap.5.

NOVELLA X.

De referendariis.

HI sunt qui recitant principi supplicum desideria, & mandata principis judicibus insinuant, *Novel.* 113.124. *l.1. C. de off. ejus qui vic. alic. jud.* Procopius 2. de bel. Pers. Ammonius 4. c.41. Ex eorum numero sunt qui referendarii dicuntur majoris ecclesiæ Novel.6. qui specialiter destinati sunt ad majoris ecclesiæ negotia principi referenda. Hac autem Nov. referendarii ad veterem numerum rediguntur: ut clerici *Nov.3.*

NOVELLA XI.

De prima Justiniana.

HUjus Novellæ summam edidit Julianus: Integram Latine edi curavimus ad finem Novellarum Juliani. Ad *Novel.* autem 131. quidam notarunt Justiniani patriam esse Dalmatiam, alii Thraciam, quos refellit hæc Nov. in qua Justinianus ipse, In Pannonia secunda, inquit, nostra felicissima patria: hodie appellatur Bulgaria. Justinianus eam simul ac urbem nata-

lem

lem Achrido vel, ut Agathias ſcribit, Vedecinam civitatem Illyrici, de ſuo nomine primam Juſtinianus appellavit, & præf. prætorio Illyrici, & non Metropoleos, ſed etiam archiepiſcopatus honore donavit, ſubjectis ei omnibus provincialibus epiſcopis diœceſeos Daciæ & Myſiæ ſecundæ, Dardaniæ, Prævalitanæ, & ſecundæ Macedoniæ. Gregoras lib. 2. *καὶ κελεύσας βασιλικῶς παρὰ τοῦ πατριάρχου τὴν τῆς Βουλγαρίας ἀρχιεπισκοπὴν δεῖ διάγεσθαι ἐλευθέραν· τὸ γὰρ ἄλλοις αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐκ παλαιοῦ τετίμηκεν Ἰουστινιανός, τ' αὐτῷ γεγονυῖαν πατρίδα, καὶ πρώτην ὀνόμασεν Ἰουστινιανὴν, καὶ δεῖ καὶ ἀντονομάζεσθαι ταύτην εἰς τὸ δεσποτικὸν προστεταχέναι*: & paulo poſt, *καὶ βασίλειον ἐν διαστήματι οὕτως εἶδε εἰς τὸ λοιπὸν νομίζεσθαι αὐτὴν ἡ πόλις ἣν ἀρχιεπισκοπὴν ὁ βασιλεὺς τετίμηκεν Ἰουστινιανὸς, καὶ πρώτην ὀνόμασεν, ὡς εἰρήκαμεν, Ἰουστινιανήν, εἶτα τῆς προσηγορίας τοῦ ἔθνους ἐν ὅσοις διαδεξαμένης Βουλγαρία ἡ χώρα μετωνομάσθη καὶ μητρόπολις Βουλγαρίας ἡ πρώτη Ἰουστινιανή.* Et inde apparet majorem eſſe dignitatem archiepiſcopi quam metropolitani. Nam archiepiſcopus & patriarcha idem eſt: & hoc de archiepiſcopo primæ Juſtinianæ repetitur in *Nov.* 131. in quo pro *Τριβαλλέων* ex iſta legendum *Πραιβαλλέων* .i. Prævalitanæ. Alia fuit in Africa Juſtiniana Carthaginenſis *Nov.* 131. ex eo nomen adepta Juſtiniani, quod is eam Romano imperio vindicarit & reſtituerit, ut Photius ſcribit. Alia Juſtiniana ſecunda in Cypro inſula patria Theodoræ uxoris, ut Nicephorus Calliſtus ſcribit. Omnes donatæ Archiepiſcopo. Alia Juſtiniana nova in notitia *Nov.* 8. & alia *Nov.* 28.

NOVELLA XII.

De inceſtis nuptiis.

INceſtæ nuptiæ ſunt, quæ oatura prohibitæ ſunt. In *l.* 8. *& l. ſororis*, *ff. de rit. nupt.* ait, quæ moribus, quod idem eſt, nempe tacito conſenſu omnium gentium. Confirmat definitionem hæc Nov. variis locis: ut cum inceſtas nuptias naturæ contrarias dicit, & bruta quædam eas conjunctiones abhorrere, & cum jubet ut nos intra naturæ fines contineamus, ne contra naturam obnitamur. Male igitur Accurſius etiam ad nuptias legibus interdictas hanc Novellam trahit: nam & verbo *ἀθέμιτος*, quo movetur, illæ tantum nuptiæ ſignificantur, quæ ſunt naturæ contrariæ. Idem quoque Accurſius & Harmenopulus male differentiam faciunt inter neſarias & inceſtas nuptias: nam hæc *Nov. & §. ergo inſt. de nupt.* nuptias naturæ contrarias promiſcue appellat inceſtas, neſarias, damnatas, uno facinore notato variis appellationibus. At contra jus naturale inceſtum committi videtur inter parentes tantum & liberos, inter eos, qui veniunt ex latere & inter adfines contra jus civile, *l. ult. ff. de rit. nupt. l. adulterium, §.* 1. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Non ergo omnis inceſtus naturæ repugnat, aut non de omni inceſtu hæc Nov. eſt. Reſpondeo: Imo & inter eos, qui veniunt ex latere vel inter adfines jure gentium inceſtum committitur. De adfinibus eſt *l. ult. §. ult. ff. de cond. ſine cau.* Et ex his qui ſunt à latere conſtat ſororem moribus uxorem duci non poſſe, *l.* 8. *ff.* de rit. *nupt.* Idem dicam de ſororis filia, *l. etiam ſi concubinam, ff. eod.* imo & de ſororis aut fratris nepte vel pronepte, quia liberorum loco ſunt, *l. ſororis*, *ff. eod.* At *d. l. ſi adulterium, §.* 1. ait cum ſororis filia jure civili inceſtum committi. Reſpondeo, inter parentes & liberos jure gentium inceſtum committi in infinitum: nec enim in recta linea ullo unquam gradu jure civili conceſſæ ſunt nuptiæ. Inter fratres quoque & ſorores jure gentium inceſtum committitur: quia nec jure civili unquam inter eas perſonas permiſſæ nuptiæ ſunt: idcirco etiam vulgo quæſitam ſororem uxorem ducere non licet, *l. & nihil*, *ff. eod.* Idem dicam de ſocru, nuro, noverca: nam hæc conjunctio ſemper habita eſt pro nefaria, etiam ſi qua in patris tantum concubinatu fuiſſet, *l.* 1. *§. pen. ff.* de *concub.* Cum ſororis aut fratris filia fuit quandoque permiſſa, *l. ult. C. de inceſt. nupt.* etiam S.C. ut Cor. Tacitus ſcribit, quandoque prohibita, *l.* 5. *C. eod.* Similiter cum conſobrinis modo fuit prohibitum connubium, modo permiſſum, *l. celebrandis, C. de nupt. l.* 2. *C. Th. de inc. nupt.* Ideoque eſt in his perſonis à latere conjunctis jus civile ſpectandum maxime, quia cum eis vel inter eas nuptiarum prohibitio ex jure civili pendet, quandoquidem in eis jus civile modo inceſtum committi dicit, modo negat, & ob id ipſum de inceſto jure civili commiſſo: ut ſi amita nupſerit filio fratris vel filia patruo, vir quidem punitur, ſed mulier non punitur ſi prætendant juris civilis ignorantiam, *l. qui in provincia*, *§. ult. ff. de rit. nupt. d. l. ſi adult. §.* 1. quod & hac No. exprimitur. Mulier jus civile ignorare poteſt: jus gentium ignorare non poteſt. Unde ſi forte nupſerit filio, punietur omnimodo, quia natura probrum admiſit. Idem ſi adulterium commiſerit, quia natura probrum eſt, *l. probrum*, *ff. de verb. ſign.* Lactantius in Epit. Inſtit. *Corrumpere alienum matrimonium etiam communi gentium jure damnatur*. At non punitur ſi nupſerit filio fratris, dum exiſtimat cum eo jure civili nuptias eſſe permiſſas. His cognitis videamus, quæ ſit pœna inceſtarum nuptiarum. Jure antiquo dos caduca fit & fructus dotis, *l. inceſtæ*, *ff. de rit. nupt.* & donatio propter nuptias, *l.* 4. *C. de inc. nupt.* Liberi ex ea conjunctione ſuſcepti ſpurii ſunt, *l.* 1. *C. Th. eod. tit.* Ergo non videntur patrem habere, cujus debeatur ſucceſſio, vel qui debeat alimenta, *l. ſi quis*, *C. eod.* Nov. 89. Bona contrahentium inceſtas nuptias ſervantur liberis juſtis uſque ad tertium gradum, & parentibus uſque ad ſecundum, & fratri, ſorori, patruo, amitæ, niſi ſi quis ex his nuptiarum inceſtarum interpres & conciliator fuerit, *d. l. ſi quis*: quæ exceptio in aliis etiam caſibus locum habet *Nov.* 117. *&* 134. Non poſſunt, niſi inter eas perſonas facere teſtamentum. His perſonis deficientibus, bona publicantur. Hac Novella augetur pœna: nam qui inceſtas contraxit nuptias, verberibus affectus, ſi humilior ſit, ſi honeſtior, miſſa verberum caſtigatione deportatur in inſulam. Sic exilium accipio in hac Novella, cum dicat liberos juſtos pœna patris ſui juris fieri, conſtat autem ſui juris non fieri relegatione, ſed deportatione: & vero etiam olim inceſti pœna erat deportatio, *l. ſi quis viduam*, *ff.* de *quæſt.* Conſequens erat deportatione bona adimi: ſed filiis juſtis conſervantur, & iis quidem ſolis: filiis deficientibus, publicantur. Gravior pœna irrogatur Oſrocoæ & Meſopotamiæ *Nov.* 154. quod in eis potiſſimum provinciis nimium multi ſe inceſtis pollueren, *l. aut facta*, *§. ult. ff.* de *pœnis*. Et hanc quidem pœnam Juſtinianus in futurum conſtituit. In præteritum .i. jam contractas nuptias ſolvi jubet intra biennium. Puniendi, id eſt rei correctione inceſtum excuſatur, *d. l. ſi adulterium*, *§. inceſtum*, *l.* 4. *C. de inc. nupt.* quia videtur fuiſſe involuntarium. Ariſtoteles 3. Eth. *ἀκούσιον ἐν μεταμελείᾳ ὄντος*. Sed *d. l.* 4. jubet eas ſine ulla recraſtinatione dirimi. Juſtinianus dotem non facit caducam, & ſtatum liberorum confirmat, ita tamen ut cum iis, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt patri ſuccedant, non ex æquis partibus, ſed quadrante tantum, fiſco quoque alium auferente quadrantem bonorum. Itaque ſi unus ſit filius ex inceſto, unus ex juſto matrimonio, fiſcus aufert bonorum quadrantem, ex reliquis bonis filius ex inceſto prognatus fert tantum ſextantem & ſicilicum. Quod ſi qui divortio non diſſolverint inceſtas nuptias intra biennium, hos ſubdit pœnis iiſdem quibus & illos, qui in futurum inceſte coierint, & hoc amplius filiis legitimis adimit quadrantem bonorum. Sed hujus pœnæ poſtea gratiam fecit habitantibus in Tyro, *Nov.* 139. *& Nov.* 154. provinciæ Oſrnenæ & Meſopotamiæ, ut Juſtin. *Nov.* 3. Excuſantur vicinitate Perſarum, quibus nuptiæ nullæ ſunt inceſtæ, & in præteritum indulgentur, in futurum diſtricte vetantur. Verum enim pœnæ hac Nov. propoſitæ opponitur primum *Nov.* 17. quæ damnatorum bona ſervari vult cognationi univerſæ: quod

quod utique in his criminibus locum habet, quibus nominatim legibus irrogata bonorum publicatio non est, non in cæteris, quæ specialiter bonorum publicatione plectuntur. Tum opponitur etiam *Nov.* 134. *§. ult.* quæ bona punitorum non tantum liberis conservat, sed & parentibus usque ad tertium gradum. Dico excipiendum esse incesti crimen: nec enim ea generali Constitutione voluit derogare Novellis suis, sed veteribus legibus quæ in multis variisque criminibus bonorum publicationem inducebant: & eadem ratione nihil per eam derogatur *Nov.* 117. quæ bona ejus qui posteaquam voto studioque castitatis primam uxorem reliquit, vel stupro contaminavit se, vel secundam duxit, liberis addicit, vel his deficientibus, fisco.

Secunda pars hujus Novellæ est de concubinatu sive de liberis ex concubina susceptis, qui nothi dicuntur. Nothorum nomen non possis exprimere Latine, sed pro eo naturalium usurpabis, male Haloander Spuriorum: nec enim sunt spurii. Ex Constitutione Constantini liberi in concubinatu ex ingenua muliere suscepti, concubinatu in matrimonium converso, sui & legitimi fiunt, quam restituit Zeno, *l. Divi*, *C. de nat. lib.* Non satis est sequi matrimonium, sed intervenire etiam debent instrumenta dotalia, *Nov.* 18. Dos, concubinatus abolitio & nuptiarum argumentum est. Plautus Trinummo, *Me germanam meam sororem in concubinatum tibi sic sine dote dedisse magis quam in matrimonium*. Sufficit & aliud quodlibet argumentum nuptiarum, quod modo sumatur ex scriptu, *Nov.* 117. *cap.* 2. At Constitutio Zenonis pertinet tantum ad præterita .i. ad eos qui filios habent ex concubina, ut per matrimonii conjunctionem eos possint facere legitimos, nihil vero ad eos pertinet qui post eam Constitutionem ex concubina filios susceperunt, ideoque post eam suscepti filii naturales, per nuptias jura legitimorum adipisci nequiverunt: quare hortabatur homines Zeno ad solutionem concubinatus & matrimonii coitionem justam. Sed Anastasius *l. jubemus eod. tit.* etiam in futurum hanc rationem sobolis naturalis faciendæ legitimæ valere voluit. Est enim in ea separata oratione legendum: In posterum nihilominus: (quemadmodum Accursius legit) qua clausula quod dixit initio legis, In præsenti, etiam in posterum servari jubet: & adiicit, Aliquæ mulieres uxoris loco habentur. Verior est secunda interpretatio Accursii, Uxoris loco habentur .i. uxores sunt veræ, dotalibus instrumentis confectis, ut in fine ait. Sequitur, Ex his sibi progenitos seu procreandos: progenitos ante nuptias, procreandos post nuptias. Ait, Pro ejus sobole: etiam suscepta post hanc legem & ante nuptias. His notulis si careat lex difficilis videbitur. Anastasio consentit Justinianus, *l. cum quid. eod. tit.* eodem loco habens tam editos post nuptias quam editos ante nuptias, quod in *l. nuper*, ita declarat, ut & liberi ante nuptias suscepti legitimi sint, licet alii post nuptias editi non sint, vel etiam editi defuncti sint, ut *d. l. Divi*, & multo magis si gravidam puero concubinam in matrimonium duxerit, puer suus nascitur. Cur multo magis? Quia conceptus est in concubinatu, editus in matrimonio. In his autem qui non legitime concipiuntur, tempus editionis spectatur, auctore Ulpiano, favore liberorum, ut contra favore eorumdem tempus conceptionis spectatur, *l. & servorum*, *ff. de sta. hom.* *Nov.* 89. Hæ Constitutiones quas retuli, causam dederunt huic Novellæ. In Zenonis enim & Anastasii Constitutione additur hic modus, Non existentibus justis & legitimis liberis: qui omittitur in Constitutionibus Justiniani. Quapropter an habendus esset pro omisso ambigi poterat. Et hæc Nov. declarat habendum pro omisso, ac proinde etiam existentibus legitimis liberis ex concubina susceptos matrimonii coitione suos & legitimos fieri. Habenti legitimos liberos, mortua uxore, licet habere concubinam, non etiam uxore viva, *l. 1. C. de concub. l. ult. in*

A *fi. ff. de div. l. ult. in fi. C. com. de mand. d. l. Divi*, & ita emendo atq; interpretor Catonis illud, *Quum conjunx tibi sit, ne res & fama labores, Vitandum ducas inimicum nomen amici*: ut ne sit quis simul uni mulieri maritus, & amicus alteri, ne uxorem habeat & amicam: hoc enim est verum concubinæ nomen, *l. 144. ff. de verb. sig.* Præterea Constitutio Zenonis loquitur de concubina ingenua: Justiniani de libera cum qua sit conubium. Liberæ appellatione continetur etiam libertina. Sed de ancilla dubitari potest, an concubina manumissa cum liberis & ducta in matrimonium, liberi sui fiant. Et Justiniano suos fieri placet *Nov.* 18. verum posuit sibi non tantum manumissam concubinam cum liberis, sed etiam liberis & matri impetratum jus aureorum anulorum, restitutosque natales. Manumissio libertinos facit: jus aureorum anulorum honorem & jura
B ingenuitatis tribuit: restitutio natalium ingenuos facit. Hodie ex *Nov.* 78. etiam manumissio sola ingenuos facit, & supervacuum est petere jus aureorum anulorum, restitutionemve natalium: manumissio item matris sola & contractus dotis cum ea habitus filios naturales ingenuos & suos facit. Exigit ergo Justin. *Nov.* 18. ut ancilla & liberi ex ea suscepti ingenui fiant, nam soli ingenui, jura suorum heredum, agnatorum, cognatorum habent: libertini cognationem non habent. Exigit etiam ut nulli extent justi & legitimi filii: quod Haloander perperam omisit. Porro eæ Justiniani Constitutiones pertinent non ad futura modo, verum etiam ad præterita quæ nondum transacta, finita sunt, quod nominatim adscripserat *d. l. cum*
C *quis*, *& l. nuper*, ut ipse testatur *Nov.* 19. sed ideo detraxit eam clausulam edito Codice, quod præcedentium Imperatorum Constitutiones præterito tempori sufficerent. In hac Nov. nihil adiicit de præterito, quia satis intelligitur & hanc pertinere ad præterita, cum sit interpretatio & appendix *d. l. nuper*. Id tamen adiicitur hac Nov. quod non fuerat cautum superioribus Constitutionibus, hoc modo filios naturales non tantum patri suos & legitimos fieri, sed & consanguineos liberis justis: denique hoc modo jus etiam agnationis adquiri: quod non similiter fit per oblationem curiæ, *l. communium*, *C. de nat. lib.* *Nov.* 89.

NOVELLA XIII.

D *De prætoribus.*

NOn est de prætoribus omnibus, sed de prætoribus plebis sive de præfectis vigilum. Qui olim Romæ præf. vigilum dicebatur & in provinciis νυκτοστρατηγὸς, *l. ult. §. legati*, *ff. de mun. & bon.* & ut Ægypto Straboni νυκτερινὸς στρατηγὸς, & Constantinopoli, νυκτέπαρχος, cœpit ex hac *Nov.* in urbe c. p. appellari prætor plebis: quam appellationem durasse post Justinianum ex eo apparet quod in *d. §. legati*, *& l. 2. ff. de ser. fug. & tit. de off. præf. vig.* qui appellatur præf. vigilum sive nyctostrategus, in libris βασιλικῶν est prætor plebis. Primus Augustus Romæ incendiis arcendis & excubiis agendis septem constituit vigilum cohortes ex libertinis, ut alii plerique auctores scribunt,
E & Ulpianus noster in fragmentis. Vigilibus præposuit Tribunos, & super omnes præf. vigilum, *l. 3. ff. de off. præf. vig.* quem constituit tantum pro tempore, ut Dio scribit, & ideo extra ordinem constitutus dicitur *l. 2. ff. de orig. jur.* Constituerat & antea vicomagistros, quos Dio vocet στενωπάρχας, qui etiam duraverunt diu cum Romæ tum Constantinopoli, & in descriptione antiqua urbis Constantinopolitanæ, Vicomagistros, inquit, quibus per noctem tuendæ urbis cura mandata est. Sed conferamus modo præfect. vigilum cum prætore plebis. Præfectus vigilum cognoscit de raptoribus, invasoribus, furibus, receptatoribus, effractoribus, incendiariis, *d. l. 3.* Cognoscit & de his ex hac Nov. prætor plebis, itemque de sicariis & adul-

& adulteris. Jus fustium, flagellorum, virgarum præfect. vigilum habet, *l. 3. & l. ultim. ff. eodem*, & jus gladii in servos fures *l. pen. ff. de cond. cau. da.* vel in fugitivos, *l. ult. ff. de off. præf. vig. l. 2. ff. de serv. fug.* quia furtum faciunt, *l. 1. C. de ser. fug.* Alia facinora, quæ graviorem animadversionem desiderant, remittit ad præf. urbi, *l. 1. C. de off. præf. vig. l. 3. §. ult. l. ult. ff. eod.* Prætor plebis jus gladii habet etiam in liberos homines. Constituebatur præf. vigilum judicio, & electione præf. urbi. Prætor plebis non constituitur, sine symbolo, & probatoria principis. Invenio etiam equites Romanos, & cæteros præter illustres, & perfectissimos, impetrata venia ætatis, mores suos probasse præf. vigilum, *l. 1. C. Th. de iis, qui ven. æt. imp.* pro quo Justinianus substituit prætorem, *l. 2. C. eod.* Prætorem igitur plebis intelligam ex hac Novella. Id summe notandum est, quod hac Nov. de seditiosis, & factionariis cognitio prætori plebis mandatur, quæ propria videtur præf. urbi fuisse, *l. 1. §. quies, ff. de off. præf. urb.* ubi populares eodem sensu dicit quo populum Prasinianorum Capitolinus in Vero: ut docui Observationum octavo. Sed ex hac Nov. Juliani antiquus interpres notat non tantum præf. vigilum, sed & prætorem plebis quasi adjutorem præf. urbi seditiones plebis compescere, & eos qui à coloribus, & partibus quas tuentur nomina accipiunt. Præf. vigilum creabatur ex equestri ordine, ut Dio scribit: Vicomagistri ex plebe. Suetonius in Augusto, Vicos tuentur magistri ex plebe cujusque viciniæ. Prætorem plebis Justinianus creari vult ex senatorio ordine, ut tutelarem, liberalem, fideicommissarium, & cæteros, puta ex viris illustribus, vel ex spectabilibus Comitibus consistorianis, vel ex viris clarissimis tribunis prætorianis, & notariis, vel ex his qui magistratum in provinciis gesserint: ubi eleganter interpres Juliani, Si ex eis constituti non sunt prætores plebis, poterit eis dici: Subripuistis principi, id est, per obreptionem facti estis prætores plebis: quod συναρπαγὴν vocant Græci. Præfect. vigilum habuit suum forum, & officiales & commentarienses. Prætori plebis hac Novella datur assessor xx. milites & xxx. matricarii: & matricarios Juliani interpres definit esse eos quorum opera spongiis, hamis, dolabris, sifonibus & aliis ferramentis incendia extinguuntur, perfodiuntur parietes, diruuntur ædificia, quasi matricularios, quod in matriculam, sive commentarium prætoris plebis relati sint, vel potius quasi materianos, quia ξυλουργοὺς Cedrinus interpretatur. Τῇ τε ὑπατείᾳ παραζεύξαντες τὰς στρατηγίας. Prætores collegæ consulum sunt, non quod sint pari imperio (majus enim est imperium Consulis, & superior magistratus, *l. 4. ff. de receptis*: sive major Festo est consul) sed quod iisdem auspiciis creantur, & inter se quasi collegæ auspicia turbare, aut retinere possit, & quod ita rogentur prætores ut collegæ Consulum sint, quodque quasi participato magistratu se invicem collegas soleant appellare, Plinius in Panegyrico, Consul pleraque ad prætores remittebat atque ita ut collegas vocaret. M. Tullius ix. ad Atticum, Prætores ita rogantur ut collegæ consulum sint. Neque tamen hoc sensu Sabinus scripsit collegam à magistratu tutorem dari posse, *l. ubi. ff. de tut. & cur. da.* alioquin posset à prætore Consul dari, quod est falsum. Sed collegam accepit pro eo, qui pari imperio esset, *l. collegarum, ff. de verb. sign.* Δεύτερον τε αὐτῇ μετὰ τὸν νόμον δοῦναι τὴν θέσιν. Jus civile subsequitur jus prætorium, *l. Scio, ff. de testib.* & prætor, ut dicitur, lex loquens est, lex, mutus prætor: Τῶν μεγίστων ἐξηρχόντων θελῶν. Plinius in Panegyrico: *Parum est ut consul in curiam venias, nisi & convocas, ut intersis senatui nisi, & præsides, ut censentes audias, nisi & perrogas.*

Consistorianōn] Basilica, τοῦ ὑψηλοτάτου βήματος, quod exposui Obs. viii. capite x.

Κατηλείας.] Hoc nomine depeculatio significatur. Βενεφικιαλίους] Beneficiarios malim interpretari. Et cum Festo beneficiarii sint milites, qui vacationem habent munerum graviorum ut mensores, veterinarii, fabri & alii qui enumerantur *l. ultim. ff. de ju. im.* putem hic significati exploratores & judices, quia pro hujus ministerii præmio habeat prætor plebis immunes. Tertullianus de fuga in persecutione. In matricibus, inquit, beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios & lanios & fures balnearum & aleones continentur: ubi sane beneficiarios & curiosos non accipiam pro his, qui curam habent cursus publici, ut docui, *l. 3. C. de can. larg. tit. de curiosis* sed ut hoc loco pro delatoribus, à quibus & delatoria curiositas dicitur, *l. 6. ff. de juris & fac. ign.* Cæsaris, Plinio, Agathio aliter beneficiarii sunt corpore custodes sive protectores & buccellarii.

NOVELLA XIV.

De Lenonibus.

ALii sunt lenones, alii productores. Hæc Novella est de lenonibus. Lenones ad quos scortorum captura redit, qui simul cum scortis ipso jure infames sunt. Jus etiam capiendi hereditates & legata scortis Domitianus ademit: quod non obtinuit. Attamen in scorta stuprum commissum legibus non vindicatur, *l. si ea quæ stupro, l. quæ adult. & ad leg. Jul. de adult.* nam & scorta non censentur, nisi quæ professæ sunt impudicitiam apud Ædiles. Cor. Tacitus 2. *Vistilia licentia stupri apud Ædiles vulgaverat more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant.* Productores sunt earum etiam mulierum in quibus strupra commissa legibus vindicantur, ut Asconius Pedianus scribit. Non male autem hæc *Nov.* jungitur superiori: nam prætoribus plebis de lenonibus cognitionem dat, & in universum tollit prostibula & lenocinia omnia, quæ fuerunt tamen ab aliis jam ante sublata una cum vectigali eo quod ad fiscum inde redibat, *l. ult. C. de spect. & scæ.* Id fuit aurum lustrale, ut in *Nov.* Theodosii de lenonibus hæc verba declarant, Cum Florentius lenonum calliditate damnabili circumventam veterum videret incuriam, ut sub cujusdam lustralis præstationis obtentu corrumpendi pudoris liceret exercere commercium.

NOVELLA XV.

De defensoribus civitatum.

DUæ superiores sunt de prætoribus plebis: hæc est de defensoribus civitatum, qui defensores plebis dicuntur, *l. 1. Cod. de off. jurid. Alex. l. 4. & 5. Cod. de defens. civit.* & magistratus sunt vice præsidum, ut diximus *Nov.* 8. Præses est magistratus magistratuum. Et promoventur confirmanturque defensores plebis sine impendio ullo sola auctoritate præf. prætorio, vel quæstoris, *Nov.* 75. creantur decreto civitatis, *Novel.* 8. *l. 8. C. de def. civit. l. jubemus, C. de episc. audi.* etiam inviti & jurati. Et Christiani soli *d. l. 8.* ut advocati *l. ultim. C. de postul.* & officiales judicum *l. 9. C. de div. off.* & primates Alexandrinæ plebis *l. 6. C. de episc. aud.* Ut vero urbs Roma habuit Senatum, Consules, Tribunos plebis, ita & aliæ civitates quædam habuere pro Senatu curiam, pro Consulibus Duumviros, pro Tribunis plebis defensores plebis, quædam defensores tantum, *l. in hac, C. de donat.* Horum munus fuit olim quinquennale, *l. 4. C. de defens. civit.* Ex hac Novella est biennale. Apud eos fiunt insinuationes testamentorum & donationum testationes, depositiones, conficiuntur & eduntur acta etiam adversus potentiores, vel præsides ipsos, *d. l. in hac, l. 9. C. de defens. civit.* qua de causa & archivum habent sive scrinium, & scri-

scriniarium unum & exceptorem & officiales duos. Cognitionem olim habebant in causis pecuniariis usque ad aureos L. *l.* 5. *C. ead.* ex hac Nov. usque ad ccc. & rei judicatæ executionem habent: & qui forte plus petit dolo malo, ut causa à defensore transeat ad præsidem, litem amittit, revocata veteri plus petentium pœna. Quod & ad Duumviros trahi potest: nam & ii usque ad certam summam judicandi jus habent, *l. inter ff. ad municip.* & v. *Sentent. Paul. tit.* v. ideoque si quis forte supra eam quantitatem petat ne Duumviri judices sint, causa cadat. At vero tentarit, quis forsitan motus quingenorum & quinquagenorum frequenti mutatione, & eo quod proditum est, posse eos tutorem dare una cum civitatis episcopo, si pupilli facultates non excedant D. aureos, *§. pen. inst. de Atil. tut.* posse etiam defensores civitatum de causis civilibus cognoscere usque ad D. aureos: nisi admonuero longe aliam esse rationem eorum quæ jurisdictionis sunt: tutoris dationem legis esse, causarum cognitionem jurisdictionis, nec mendo laborare ullo, *l.* 5. *C. de defen. civit.* cum usque ad L. solidorum summam minores causas dicat, quæ utique non essent minores usque ad D. nam & eadem est minorum facultatum sive paupertatis definitio in *l.* 10. *ff. de accus.* & Constantini Porphyrogenetæ Nov. *περὶ ἀναδόσεως τεμμάτων στρατιωτῶν*. Porro cognoscunt etiam defensores civitatum de levioribus criminibus: majora enim remittunt ad præsidem, *l.* 7. *Cod. eod.* & prehensionem habent ex hac Nov. quæ negatur, *l.* 5. *C. Th. de exh. reis* & ab eis appellatur præses. Male ergo quidam negant defensores habere jurisdictionem. Et nihil obstat, quod dicitur, non conficere eos acta his de rebus, quæ jurisdictionem desiderant, quæque pendent ex præsidum imperio & forensi magnitudine dignæ sunt, ut cum emancipandus vel manumittendus quis est: quæ tamen Accursius male opinatur fieri apud defensores posse, cum *l. pen. & ult. C. de emancip. lib. & l. ult. C. de vind. lib.* judices exigant, apud quos sit legis actio.

NOVELLA XVI.

De clericis.

HÆc Nov. est veluti accessio ad Nov. 3. utraque est specialis, hoc est pertinet utraque ad majorem ecclesiam Constantinopolitanam, cui erant connexæ aliæ tres ecclesiæ, quarum clericis major ecclesia suppeditabat annonas. In his ecclesiis ut restitueretur antiquus clericorum numerus, vetuit *Nov.* 3. Justinianus in locum demortui alium ordinari, donec corpus clericorum rediisset ad veterem numerum: nunc adjicit ut si forte in una ecclesia nondum redierit ad veterem numerum, in alia redierit, adeo ut in locum defuncti alium in ea substitui sit necesse, is adsumatur ex his qui in alia abundant, non novus ordinetur.

NOVELLA XVII.

De mandatis principum & præsidibus.

MAndata dat princeps præsidibus, quibus jurisdictioni eorum formam modumque imponit certum *Nov.* 26. veluti ut multam dicere, ut damnare in metallum, ut gladio punire possint, ut perpetuis vinculis damnare non possint, ut relegatos ab alio restituere non possint: & non tantum jurisdictioni, sed etiam vitæ & moribus, veluti ut ne fœminam provincialem in matrimonium ducant, *l. si contra, C. de nupt.* ne dona vel munera accipiant, *l. solet, §. ult. ff. de offic. procons.* Dantur etiam mandata his qui extra ordinem in provincias mittuntur, veluti Comitibus consistorianis & tribunis notariis, *l.* 1. *C. de mandat. pr.* Dantur & præfect. prætorio, *l.* 2. *C. de off. ejus qui vic. al. jud. obt.* Ea Græci vocant *παραγγέλματα* & *ὑποθήκας*, *Nov.* 26. & *ἀπογράφου* tanquam mandata ea quæ legatis dantur, Nov. 25. secundum libros *Βασιλικῶν*. Est autem hæc Nov. veluti mandatorum quæ præsidibus dantur formula quædam & liber, quem jubet etiam deponi in sacro laterculo inter cæteras notitias, leges & formas gerendæ Reip. ut *Nov.* 25. & 26. & sunt ex hoc libro mandatorum notanda potissimum capita quæ sequuntur. Prætermittam ea quæ exposui *Nov.* 8. & quod de bonis damnatorum *Nov.* 12. Ut præsides circenses factiones compescant: sic *δήμους* interpretor. Ut leviores & vilium personarum lites ex non scripto definiant minuendorum sumptuum causa, & omnino gratuito, ut *Nov.* 28. Regulariter lis ex scripto agitur, sententia ex scripto, ex libello, periculo, tabella recitatur. Non satis est scribi sententiam, recitanda etiam est partibus ex scripto per judicem ipsum, vel si illustris sit judex, per officium, ut ostenditur in titulo de sententiis ex periculo recitandis. Inter viles personas aut de re modica sententia recitatur ex non scripto, & sportularum exactio nulla est. Sequitur ut ne quos præsides provinciarum admittant quocunque ex foro prodeant inspectores vel discussores formarum, portuum, itinerum, pontium, statuarum, murorum, operum publico loco inædificatorum, quæ plerumque gravant provinciales, sine sacra pragmatica: quod congruit cum *l. ult. C. de discuss.* & ut expectent secundam pragmaticam sive jussionem secundam, ut fit *Nov.* 124. *& edicto* 12. *& Nov.* 24. 25. *& seqq.* Et ut nullos admittant quæsitores hæreticorum: quam potestatem sæpe nefarii quidam à principe postulabant, ut sub hoc prætextu calumniis onerarent & expilarent plebem innocentem & piam, quæ ratio etiam repulit quæsitores latronum & quæsitores armorum Nov. 10. & hoc de quæsitoribus hæreticorum repetitur edicto secundo. Si quid canonicum inciderit, ut id præses disceptet una cum metropolitano: quod non male Juliani interpres notat corrigi *Nov.* 123. qua vetantur canonicis causis immiscere se præsides .i. quæ sacris canonibus deciduntur, & ecclesiasticam censuram desiderant. Ut ne præsides *λόγον* dent in longius tempus quam dierum xxx. Intelligit *λόγους ἀσυλίας καὶ συγχωρήσεως*, ut *Nov.* 128. *& edicto* 2. *&* 13. qui consensu episcopi dantur iis, qui ad ecclesiam confugiunt metus causa, dum scilicet vim, injoriam, sævitiam potentiorum vel dominorum vel patronorum pertimescunt, ut hæc Nov. aperte demonstrat, & *l.* 4. *& ult. C. Th. de iis, qui ad eccle. conf.* Vis asyli hæc est, ut inde inviti non extrahantur. Quid igitur si quis judicio experiri cum eis velit? Aut civile judicium id est, aut criminale. Si civile, vocari in jus possunt & per se aut per procuratorem causam agere: vocari, inquam, non rapi: & si venerint aut miserint procuratorem, in condemnatos fit executio judiciorum more, salvo jure asyli: nec enim ante constitutum tempus asylo extrahi possunt. Si nec venerint nec miserint procuratorem, ob contumaciam fit missio in possessionem bonorum, secundum ea quæ constituuntur in *l. ult. C. de iis, qui ad eccl. conf.* quæ hunc ordinem constituit, sive confuga ille fuerit privatus, sive publicus debitor, nec pro eo vult Episcopum vel œconomum conveniri: quare abrogatur *l.* 1. *C. Th. de iis, qui ad eccle. conf.* In causa tamen tributorum debitoribus non servatur jus asyli, & pro iis œconomi vel defensores ecclesiæ tenentur nisi eos exhibuerint, ex hac *Nov. & edicto* 13. Si judicium est criminale, non servatur jus asyli, exempli gratia sicariis, adulteris, raptoribus virginum, ut hac Novel. cavetur, *&* 37. *&* 117. Constantinus Novel. *περὶ φονευόντων μετὰ ξίφους. Η τοῦ Μωσέως νομοθεσία ἀποφαίνεται, τὸν ἀνδροφόνον ἐκ θυσιαστηρίου λύεσθαι, ἀλλὰ καὶ Ἰουστινιανοῦ οὐκ ἔστιν ἀσυλίας τόπος μοιχοῖς καὶ παρθένων ἅρπαξι καὶ φονεῦσι καὶ ἀνδροφόνοις*, & ratio aperta, quod innocentes asyla tueantur, non nocentes.

Sequitur de apochis tributorum, ut eas curent præsides ab exactoribus tributorum ita confici ut prædio-

rum

rum nomina exprimant; & tributorum, quæ prædiorum nomine illata sunt modum, & capitum item modum jugesumque sive jugorum aut centuriarum, sive quo alio nomine pro consuetudine regionis mensuræ agrorum vocentur: nam alii jugis, alii jugeribus, alii versibus, alii centuriis, alii libris, alii parallelis agros metiuntur *Nov.* 124. Ut si dubitetur de possessionibus, quæ tributa debent, vel de tributorum modo: exempli gratia, si multo plura prædiorum jugera esse dicantur quam sint, consulantur tabulæ censuales, & ut censitores, quos *Nov.* 128. vocat τῶν δημοσίων ἀπογραφῶν φύλακας edere cogantur veras, & cum omni subtilitate confectas ἐκθέσεις, id est, exemplaria publici census, ut Juliani interpres exposuit recte, & ut ejus rei disceptatio referatur ad præf. prætorio: interim vero ut absque præjudicio collatores inferant, quæ diu præstiterunt, & ut venditio prædiorum non inhibeatur à decurionibus, vel censualibus, qui exactioni tributorum incumbunt, etiamsi emptor non idoneus esse dicatur, si modo venditor in se periculum recipiat: & ut ea res apud præsidem disceptetur sine sportulis & impendio nullo. Convenitur ergo primum emptor tributorum nomine quasi possessor, deinde venditor quasi fidejussor. Sequitur ut præsides dum circumeunt provinciam & officiales atque milites eorum suis annonis contenti sint, neque sumptibus, vel angariis provinciales onereut, ut *Nov.* 128. *l. ult. C. Th. de officio omn. jud.* qua in re derogatus Nov. Majoriani de eutialibus: & aliud caput de patrociniis & redemptionibus alienarum litium, quod exposuimus Observ. 8. cap. 31. Sunt & alia quædam ad banc Nov. pertinentia exposita eodem lib. capite ultim. & 6. cap. 13. Pertinere etiam ad causam patrociniorum videtur quod est in hac Novella, ut ne quis alienos colonos, vel adscriptios (hi sunt servi, illi liberi) suscipiat, & nisi eos confestim restituat ut terram desertam defectamque colonorum, vel adscriptitiorum penuria suscipere cogatur; & pro ea fisco solemnia tributa præstare, quam terræ adjectionem vocat ἐπιβολὴν, & in eum locum eleganter Juliani interpres. *Nota*, inquit, *quando terra deserta non fertilibus agris, sed damni causam præstantibus personis imponitur*. Regulariter ἐπιβολή sive adjectio minus idoneorum fundorum fit si fertilibus steriles imposuetis, ut si terra sterilis & defecta à domino deserta est, ne quid fisco depereat, ei qui alios ejusdem substantiæ eorumdemque bonorum agros possidet, terra sterilis imponitur, ut ejus onera agnoscat, *l.* 10. *&* 12. *C. de om. agro des. Nov.* 128. 166. 168. Ejusdem substantiæ possident bona coheredes & socii possessores, qui eidem domino canonem pensitant, vel qui in tabulas censuales conjunctim referuntur. Sed ex hac Nov. terræ desertæ & defectæ imponuntur etiam his qui damni causam dederunt, seductione colonorum, licet ejusdem substantiæ prædia possideant. Id quoque ad patrociniorum & redemptionum causam pertinere videtur, ut ne quis alienis prædiis titulos, tabulas, signa, characteres suos imponat, vel sinat imponi per causam patrocinii & deterrendi adversarii causa: quod etiam repetitus *Nov.* 164. & nos exposuimus *l.* 3. *C. de bon. vac.* & sunt in Codicis lib. 2. tres tituli, *De his qui potent. no. tit. &c.* ne potentiorum tituli alienis prædiis adligantur: *Ut nemo pr. &c.* ne prædia sua, vel aliena muniat quis falso titulo principis, vel suspenso velo regio: *Ut nem. lic. sine jud. &c.* ne quis rei detentæ ab alio de qua cum eo litigat ante sententiam signa, vel δείγματα sua imprimat; etiamsi contendat esse suam, vel obligatam: post sententiam & generaliter suo prædio à se possesso signa sua & characterem quemlibet imprimere posse. Characterem dixit *Nov. Tiberii de divinis domibus.* Ἐπεὶ τοίγε καὶ χαράγματα τῶν θείων οἴκων ἀφαιρεῖσθαι. Privati homines, si egestate laborant, litigant gratis: Fiscus autem semper litigat gratis: quod Juliniani interpres esse relatum ait 1. l. Codicis titulo competenti. Imo neque relatum id est lib. 1. neque ullus est lib. 1. hac de re titulus competens. Libro tertio est titulus competens de sportulis & sumptibus in diversis judiciis faciendis, quo desideratur ultimo loco Græca Constitutio Justiniani de modo sportularum: & ea (ut suspicor) cautum fuit, nullas à fisco sportulas præstari, & introducta condictio in triplum in eos, qui quid supra modum sportularum exegissent, *§. tripli, Institut. de act.* Ἄρχοντες] Patres civitatum intelligit, de quibus *l.* 3 *C. de his quisp. mun. sus.* Ζυγοκεφάλων] Hoc exposuimus in *l.* 2. *C. ut nemi. lic. in coempt.*

NOVELLA XVIII.

De hereditaria portione, & de collatione dotis, & de divisionibus bonorum, & de inficiatoribus, & his qui alienas res tenere deprehenduntur, & de his qui ex ancilla nascuntur.

UT superior Novella utraque lingua scripta fuit; ita fuit etiam hæc scripta Latine ad Salomonem P. P. Africæ, ut declaratur *Nov.* 66. Sunt autem ejus fere sex capita. Primum est de modo legitimæ portionis ex testamento debitæ liberis, ne testamentum per querelam quasi inofficiosum rescindant. Hæc portio debitum dicitur hac Novella, & pleniori oratione debitum bonorum subsidium, *l. si totas, C. de inoff. donat.* & legitima portio, ut Græce, νόμιμον μέρος, νόμιμον λόγον, νόμιμον ποσοστημόριον: quanquam legitima sive debita portio sit proprie, quæ ab intestato capitur: hæc quæ ex testamento capitur proprie legitimæ portionis portio est, *§. sed hæc, Instit. de inoff. test.* quarta legitimæ partis, *l. Pap. §. quoniam, ff. eod. tit.* quarta debitæ portionis, quarta ab intestato successionis, *l. parentibus l. quæ nuper, C. eod. tit.* & in *Nov.* 1. quarta, τῶν ἐξ ἀδιαθέτου licet nonnunquam ab intestato debetur, veluti factis codicillis sine testamento: nam ut lex Falcidia proprie ad testamenti causam pertinet, trahitur tamen & ad causam intestati, *l. filiusf. ff. ad leg. Falcid.* ita & lex Glicia proprie pertinet ad testamenta: trahitur tamen ad codicillos factos ab intestato. Debitum naturale proprie est successio ab intestato, *l. scimus §. illud, C. de inoff. test.* sed & ex testamento debita portio debitum naturale dici potest, quia natura debitæ successionis portio est. Cæterum jus civile eam portionem taxavit: lex Glicia primum ad modum quadrantis legitimæ portionis non observato numero liberorum, deinde Justinianus hac Nov. ad modum trientis, vel semissis: vel dodrantis pro numero liberorum: trientis, si non plures sint quatuor, semissis, si plures sint quatuor, dodrantis, si liberi masculi sint curiales, vel fœminæ curialibus nuptæ: atque ita Justinianus auxit portionem ex testamento debitam liberis ad excludendam querelam: auxit & debitam parentibus utriusque sexus, & debitam fratribus, turpibus personis heredibus institutis. Nam generaliter ait se augere portionem debitam his omnibus, qui ea non relicta de inofficioso testamento queri possunt: quæ clausula male à Juliano coangustatur ad liberos, cum jam satis dixerit supra non de filiis tantum, sed generaliter de liberis. Auget igitur portionem omnibus personis exheredatis, vel præteritis, qui pro exheredatis habentur ad finem trientis, vel semissis, quo non relicto inofficiosi querela competit. Quin & ex sententia Justiniani dicam auctam esse portionem debitam ex lege Falcidia institutis liberis, vel parentibus & oneratis præstatione legatorum aut fideicommissorum: alioquin melior esset condicio exheredatorum quam institutorum: nec tamen æquum est ut ferant minus instituti, quam non instituti. Sed & in Oriente communi consensu fuit porrectus etiam hujus Novell. modus ad Falcidiam extraneis heredibus institutis: non sic in Occidente. Illud etiam notandum est, Justinianum augere portionem liberis non tantum ex testamento patris; sed ex testamento matris

& cæterorum parentum utriusque sexus: nam & olim, ut in matre exemplum ponam, S. C. Orfitiano filio legitimo herede constituto matris, D. Marcus (quo auctore factum est S. Orfitianum) filio etiam ex testamento matris legitimam portionem dedit, ut Nicephorus Callistus scribit: sicut S. C. Tertulliano matre legitima herede constituta filii D. Pius (quo auctore lactum est S. C. Tertullianum) matri etiam ex testamento filii legitimam portionem dedit, ut Zonaras scribit: & similiter ut ex Constitutione Juliani nepotes ex filia avo succedunt ab intestato cum patruis & avunculis & cum consobriois, non deducta tertia, & cum agnatis, non deducta quarta. Deductio quartæ tollitur *l. ult. Cod. de suis & leg. her.* Deductio tertiæ hac *Novel. & Novel.* 118. atque ita abrogatur *l. si defunctus, Cod. de suis & leg. her. & l. illam, C. de collat.* Quartæ & tertiæ deductio fiebat ex Constitut. Valentiniani & Theodosii, *l. si defunctus, Cod. Theod. de leg. her.* cui Arcadius & Honorius de dotis & donationis propter nuptias collatione quædam addiderunt in *l. nepotes, Cod. Theod. eod.* quæ citatur *d. l. illam*. Ut igitur nepotes ex filia sine ulla deminutione ab intestato veniunt, ita & ex testamento eis portio relinquenda est, ne de inofficioso agant: & generaliter liberis & parentibus qui ab intestato defuncto succedere possunt jure civili, vel jure prætorio, satisfaciendum testamento est. His qui ex latere veniunt licet ab intestato rem habituri forent, testamento satisfaciendum non est nisi fratribus consanguineis, si turpes personæ heredes instituantur: Id etiam adnotandum est, Justinianum augere portionem debitam liberis procreatis ex justis nuptiis, etiamsi sine dotalibus instrumentis copulatæ sint nuptiæ. Consensus enim nuptias facit, non dos, *l. ult. §. 1. Cod. de don. ante nupt. l. ult. Cod. de repud. Novel.* 22. Majorianus tamen omnimodo dotem exegit *Novel. de sanctim. & viduis*. Vult etiam Justinianus eandem portionem relinqui naturalibus per nuptias dotalesque tabulas legitimis effectis: nam ut oaturales efficiantur legitimi non satis est nuptias contrahi cum concubina, sed etiam dotalia instrumenta intervenire oportet, ut dictum est *Novel.* 12. & ita tam Græci quam Latini interpretes accipiunt hunc hujus Novellæ locum, *ταυτὸ δὲ κρατείτω* hoc idem obtineat, &c. Julianus longe aliter, nempe ut eodem jure sint liberi ex priore matrimonio sine dotalibus instrumentis procreati, & liberi ex posteriori matrimonio confectis dotalibus instrumentis suscepti, quod est ex *Novel.* 117. sed huic profecto loco non congruit, & quod hoc loco refertur non est ex *Novel.* 117. quæ longe post hanc edita est, sed ex anterioribus Constitutionibus, puta ex *l. cum quis, & l. nuper, Cod. de nat. lib.* Nec omittendum quod de dodrante Justinianus ait debito liberis curialibus, repetitum est *Novel.* 38. quæ tempore prior est. Ut olim plus erat relinquendum liberis curialibus quam cæteris curialibus, nempe quarta bonorum omnium, cæteris quarta legitimæ portionis, *l. ult. Cod. quan. & quib. quar. pars, &c.* ita hodie plus curialibus liberis debetur quam cæteris. Curialibus enim dodrans bonorum omnium, cæteris trient, vel semis legitimæ partis. Id quoque ootandum est, relinquendam esse liberis & parentibus portionem legitimam pleno jure non deducto usufructu: quin & uxori relicto usufructu bonorum, legato non contineri portionem legitimam. i. in ea portione uxorem sibi vindicare usumfr. non posse recte. An & extraneo herede instituto & legato usufructo bonorum omnium, plenam Falcidiam heres deducit, & præstat dodrantis usumfructum? Minime. Quid ergo? Æstimatur ususfructus, *l. computationi, ff. ad leg. Falc.* Finge: Gajus legavit Titio usumfructum bonorum omnium. Bona ejus cum ex eorum fructu quotannis redigerentur x. æstimantur cc. ad rationem, ut dicitur, unius pro xx. Dodrans igitur est cl. Ususfructus autem legatum, quia sexagenario legavit æstimatur l. facta computatione annorum quinque, Vel etiam si legaverit agenti ætatem xlv. annorum, ususfructus æstimatur cl. facta computatione xv. annorum qui ætati legatarii ad annum sexagesimum desunt. His casibus legatum ususfructus bonorum omnium valet, & Falcidiam non patitur, quia non excedit æstimationem dodrantis. Sed si legetur ususfructus quadragennario, cc. legatum æstimatur, atque ita absumit bona, & locus est Falcidiæ. Præstabit ergo legatarius heredi l. pro Falcidia, & hæc est sententia *l. omnium, ff. de usufr. & l. 1. §. si ususfructus, in fin. ff. ad leg. Falc.* Obstat tamen quod dicitur, heredem Falcidiam habere debere & Falcidiæ fructus, *l. 15. §. fructus, l. 24. §. 1. ff. eod. l. mulier, §. si heres, ff. ad Treb.* Sed hoc ita procedit si non sit legatus bonorum ususfructus: nam usufructu legato, tueri debet heres voluntatem defuncti, si legatum non excedat dodrantis æstimationem, vel si excedat, inire debet æstimationem ususfructus, & ex ea Falcidiam retinere, qua pecunia statim utetur fruetur arbitratu suo. Rursus obstat *d. §. si ususfructus, in princ.* quo non æstimandum usumfructum, sed ex eo, id est ex fructibus quasi ex corporibus, quartam retinendam ait. Veteres usumfructum æstimabant: Aristo & Julianus putant ex eo quasi ex corporibus quartam partem retinendam: quod hac distinctione facile explicabitur. Aut constat locum esse Falcidiæ, aut non. Si constat intervenire Falcidiam, ut ex cæterorum legatis ita ex legato ususfructus fundi quarta pars detrahitur pro rata, secundum Aristonis sententiam, *l. 5. ff. usufr.* Si non constat de Falcidia, & ususfructus fundi legatum secundum veterum sententiam & cætera omnia legata communi calculo necessario subiiciuntur, ut sciatur, quanti sunt bona, quanti legata, atque ita ponitur ratio legis Falcidiæ. Idemque est si ususfructus tantum legetur, veluti ususfructus bonorum omnium, & dubitetur de Falcidia: nam & hic necessario ususfructus bonorum omnium æstimandus est, num excedat dodrantem bonorum. Sed rursus his duobus casibus totum usumfr. æstimari, ut sciatur quantum sit in legato: Falcidiam autem non ex æstimatione deduci, sed ex fructu Accursius putat in *d. §. si usufr.* quod est falsum: repugnat enim *d. l. computationi.* repugnat *d. §. si ususfructus*, qui veterum sententiam non recte opponit sententiæ Aristonis, nisi veterum sententia hæc est, habitæ æstimationis Falcidiam detrahi. Hæc in extraneis heredibus. Eadem ratio non servatur io liberis aut parentibus heredibus institutis: Nam uxori legato usufr. bonorum omnium, ex usufr. detrahitur triens, legatario bes præstatur ex hac Novella: qua io re emendat jus vetus (ut Accursius sentit) citata *l. uxori meæ, ff. de usufr. leg.* & verbis Novellæ demonstratur satis, cum id juris dicitur habere prætextum, de cætero tamen fieri vetatur. Idem ergo fuit olim hac in re jus extraneorum & liberorum, *l. 18. Cod. de exc. tut.* nisi fuisset adiectum ut frueretur mater una cum filiis, ut in oratione pro Cæcinna, & *l. si mulieri, ff. de usufr. accresc.* Plena & pura debetur legitima portio. Pura à die & condicione, *l. 30. 32. 36. §. cum autem, Cod. de inoff. test.* nisi bona mente dies vel condicio apponatur, *l. 25. Cod. eod.* qua ratione etiam excusatur substitutio pupillaris, *l. 26. Cod. eod.* Idemque dicitur de portione debita patrono, *l. sive libertus, §. 1. & 2. ff. de ju. pat.* in qua hæc verba, Sine condicione & dilatione, videntur esse ex Constitutione Græca Justiniani de jure patronatus, in qua ita est, *πάσης αἱρέσεως καὶ πάσης ὑπερθέσεως ἀπηλλαγμένης*. Pura etiam debet esse ab omni onere legati & fideicommissi, & inde ratio dubitandi ad *l. 12. Cod. eod.* sicut portio debita patrono *l. 28. ff. de leg. 2.* quibus exemplis fortiter defendi potest, sicut patronus qui legem Papiam se omissurum fideicommissario cavit, non tenetur, *l. si patronus, ff. de donat.* ita liberos qui legem Gliciam se omissuros caverunt non teneri, cum tamen heres extraneus qui se legem Falcidiam omissurum cavit, teneatur, *l. ult. Cod. ad leg. Falc.* &

olim

olim hæc tantum fuit differentia inter patronum & liberos, quod liberis debitam portionem libertates minuebant, patrono debitam non minuebant: hodie tamen & hanc minuunt ex Constitutione Justiniani Græca de jure patronatus. Item liberi heredes instituti ne parentibus quidem paternis & cognatis .i. ab eodem patre progenitis fratribus præstant legata supra portionem legitimam, quia nec extranei supra Falcidiam, *l. 28. ff. ad leg. Falc. l. pen. C. de inoff. test.* patroni præstant liberis & parentibus liberti supra semissem, non tamen supra quadrantem, *l. 4. ff. de cond. & dem. l. 6. §. si patronus, ff. si quis omis. cau. test. l. ex asse, ff. ad leg. Falc. l. si ejus, §. ult. ff. ad Treb.* hodie ne illis quidem præstant supra trientem ex eadem Constitutione, *§. sed nostra, Inst. de suc. lib.* Itaque patronos liberis Justinianus exæquavit in omnibus, certe & in modo: nam ut patrono debetur triens, ita unico filio hodie debetur triens bonorum omnium. Pura debet esse portio legitima ab onere æris alieni, vel ejus quod æris alieni loco est. Plena & integra hodie debet esse non deducto usufructu, etiamsi matri relinquatur ususfr. bonorum omnium. An & ex ea deduci Falcidia non potest: Certum est lege Falcidia non excipi patrem & filium, *l. 28. ff. ad leg. Falc.* qui tamen excipiebantur lege Furia: sed quantum deduxerit heres, tantum refundere & supplere cogitur, *l. scimus, C. de inoff. test.* Frustra igitur deducit Falcidiam. Ad hæc notandum est filium heredem institutum in universum jus, fratribus partem facere: ut si sint sex liberi unus instituatur heres universalis, alii quinque in legitimam, singuli quinque habebunt unciam, heres universalis septuncem: ut extraneus habet semissem: nam & in semisse non minus extraneum quam filium pater heredem instituere potuit: ut filius in alio semisse habet virilem portionem. Et hoc jure utimur: quod probatur Harmenopulo quinto epitomarum. Et ita exheredatus, qui omittit querelam inofficiosi testamenti, id est, qui tacet & non agit querela, partem aliis facit: ut si sint quatuor filii, & unus ex eis exheredatus cui nihil relictum est omittat querelam, reliquis tribus quibus singulis relicta est uncia, satisfactum videtur, licet non habeant integrum trientem: vel si reliqui tres quibus forte nihil aut minus debito relictum est agant querela, vindicabunt dodrantem non assem, exheredato servabunt quadrantem, *l. Pap. §. quoniam, ff. de inoff. test.* Aliud dicendum est in exheredato qui repudiavit, vel qui repudiantis animo non egit de inofficioso, vel egit & non obtinuit, exclusus forte præscriptione temporis vel agnitæ voluntatis: nam hic partem non facit. Itaque satisfactum non videtur reliquis tribus, quibus tres tantum unciæ relictæ sunt, cum debuerint relinqui quatuor, & agentes querela assem vindicabunt, *l. filio in princ. l. qui repudiantis, l. si ponas, §. ult. ff. eod.* nam hoc casu exheredatus pro mortuo habetur, *l. 1. §. sed & si patruus, ff. de conjung. cum em. lib. d. l. qui repudiantis.* Liberi autem mortui ante rescissionem testamenti non faciunt partem. Non concurret igitur fratribus is qui exheredatus est in hereditatem legitimam. In *d. l. si ponas in fi.* quo loco ait, Non agere: recte Accursius supplet, repudiando: secus enim est si omittendo. Idem supplendum est his verbis, Non egit, *d. l. filio. in princ.* In earum legum ignoratione & in summo errore versatur Paulus Castrensis & alii quidam, qui generaliter statuunt, exheredatum partem facere cæteris, qui ad bona defuncti veniunt: & exheredatio, inquiunt, filii non prodest fratribus. Imo prodest si constituerit non agere, vel si egerit & non obtinuerit, *d. l. si ponas, §. ult. & d. l. qui repudiantis.* Rursus, inquiunt, exheredatus ab intestato admittitur. Imo non admittitur, si repudiantis animo non egerit & non obtinuerit, *d. l. filio in princ.* Item portio, inquiunt, exheredati accrescit heredi scripto non fratribus, *d. l. si ponas, §. ult.* Quid tamen si (ut alio

A exemplo utar) quinque sint filii, quatuor instituti in trientem, unus exheredatus, qui non obtineat in querela? Et hic etiam exheredatus partem non facit .i. ejus persona non computatur, quia habetur pro mortuo. Itaque satisfactum videtur quatuor filiis, dato triente, qui tamen non sufficeret si quinque liberi computarentur: eademque ratione quatuor filii, quod eis forte nihil relictum sit, si agant querela, assem vindicabunt, & exheredatus frater non concurret in legitimam hereditatem, *d. l. filio*: eodemque exemplo si sint fratres exheredati sive præteriti, qui non agant querela vel non obtineant, & mater, relinqui debet matri triens, ac si nulli essent fratres: vel si mater agat querela, assem vindicabit, nec concurrent fratres in legitimam hereditatem fratris, licet alias

B solent cum matre ab intestato succedere, *Nov. 118.* idemque dicemus multo magis in his omnibus liberis, qui non succedunt ab intestato, veluti deportatis qui cognationem amiserunt, ut partem non faciant cæteris .i. ut pro nullis habeantur, itemque in monachis & filiabus, quos quasve leges municipales excludunt. Jure nostro neque filiæ neque monachi excluduntur. Idem etiam dicam in filiabus, quæ pacto à successione intestati removentur: quæ pactio moribus civitatum comprobatur, non jure civili pop. Romani. Sequitur ut id notemus, ex hac Novella liberis legitimam non tantum institutionis sed & legati & fideicommissi titulo relinqui posse. Ex quo efficitur exheredatos non habere querelam, si legati aut fideicommissi, imo & si donationis mortis causa jure eis sit re-

C licta debita portio: id quod probat etiam *Nov. 5. & 22.* & juri antiquo congruit. Sed mutatur *Nov. 115.* secundum quam sola institutio querelam excludit, non legatum, non fideicommissum, sive hereditatis sive pecuniæ fideicommissum sit, quod à Justiniano constituitur, ne cui temere inuratur exheredationis nota, ut idem perspicue declarat eadem No. *§. ταῦτα*: Exheredatio enim macula quædam est & injuria, & inde causa dandæ querelæ, quia filii injuria est, *l. 8. ff. de inoff. test.* & indignatio, *l. filius, ff. eod.* Non id quidem agit principaliter Justinianus ut instituatur filius in legitimam, sed ut ne temere exheredetur, sicut in specie, *l. 132. ff. de verb. obl.* qui stipulatur in hunc modum: Si me non exheredaveris, non hoc agit palam & principaliter ut instituatur, sed ut ne notetur

D & ne rubore suffundatur: & ideo valet stipulatio, quæ non valeret si palam ita conciperetur, Si me heredem non feceris. Conclusio igitur hæc sit: Exheredato querelam competere, etiamsi aliquo titulo singulari vel universali relicta ei sit debita portio. Conclusio de exheredato. *Nov. 115.* loquitur etiam de præterito à patre, sed de præterito à matre vel avo materno vel filio, qui pro exheredato habetur: est enim tota de querela inofficiosi testamenti, non de bonorum possessione contra tabulas aut querela injusti vel rupti testamenti. Rursus conclusio est de exheredato notæ causa, non de exheredato bona mente ut in specie *l. pen. ff. de cur. fur.* ubi etiam Græci notant non esse in eo locum Novellæ Justiniani, & *l. multi, ff. de lib. & post. l. si patronus, §. si quis non mala. l. Paulus 2. ff. de bon. lib.*

E Conclusionis exceptio hæc una est, nisi exheredationi adscribatur elogium unum ex his, quæ à Justiniano enumerantur, & probetur ab herede. Probandum etiam olim erat ab herede, *l. 22. 23. 30. C. de inoff. test. l. ult. C. de sec. nupt.* & contra filius quoque admittebatur ad probandam elogii falsitatem aut nullitatem, *l. 28. C. de inoff. test. l. si postumus, §. ult. ff. de lib. & post.* Certa sunt elogia, certæ ingratitudinis sive indignitatis causæ. Olim erant incertæ & positæ in judicio centumvirorum. Itaque recte Paul. in *l. 7. ff. de bon. dam. meritis de causis*: male vulgo, *certis de causis*: nam certæ causæ non fuerunt ante eam Novellam, sed expendebantur merita filii exheredati, *l. filius, ff. de inoffic. test. l. 19. C. eod. l. 3. §. emancipatus, ff. de bon. pos. con. tab.*

Censebantur & quædam justæ irarum causæ, quæ Justiniano non probantur, ut si filius emancipatus turpem & ignominiosam fœminam sine consensu patris sibi matrimonio junxisset, satis causæ videbatur esse ad irascendum non filio tantum sed & nepoti ex ea conjunctione procreato, *d. §. si emancipatus*, licet injustæ nuptiæ erant, ut si filiusfam. ignominiosam fœminam in matrimonium duxerat, justissima erat offensæ & odii causa, quæ tamen à Justiniano non est recepta. Qui vero honestam duxerat injussu patris, neque olim potuit neque hodie potest ob eam causam exheredari. Justinianus de filia tantum loquitur, inter quam & filium in nuptiis contrahendis magna differentia est. Filius consensum & auctoritatem parentis ejus in cujus potestate est adhibere debet: filia minor xxv. annis consensum etiam matris & propinquorum, *l. 1. l. viduæ, l. in conjunctione, C. de nupt.* Filius qui uxorem duxit citra consensum patris hodie exheredari indistincte non potest: non potuit etiam olim, nisi se ad turpem fœminam applicasset: filia nubens citra consensum patris, vel matris exheredari potuit, quod Patricius Græcus interpres colligit ex *l. 18. conjuncta l. 20. C. de inoff. test.* & ita declaratur *Novel.* 115. ut omnium morato patre in quærenda conditione, si post xxv. annum patiatur stuprum puella, vel si nubat libero homini absque consensu patris, exheredari non possit. Videtur exheredari posse si post eam ætatem nubat servo, si post eam ætatem meretricio more vivat, si ante eam ætatem nubat absque consensu patris aut matris, certe si ante eam ætatem turpem & impudicam vitam vivere maluerit, quam oblatam à patre, vel matre conditionem accipere, exheredari potest, *l. 19. C. de inoffic. testam.* idque evidenter exprimitur *Novel.* 115. De minori xxv. annis quæ nubit sine consensu patris, de majori, quæ nubit servo, vel quæ meretricio more vivit, nihil differte exprimitur, sed intelligitur satis. Recensentur & aliæ in ea causæ ingratitudinis, ut si filius prohibuerit parentes testamentum facere, quod est ex *l. 23. Cod. de inoffic. test.* Quid fiet si ex hac causa filium non exheredaverint, utpote quia postea nunquam eis contigit posse facere testamentum? Et placet filio auferri hereditatem quasi indigno, & fisco vindicari, *l. 1. ff. si quis aliq. testam. prob. l. 2. Cod. eodem, Paulus 5. Sent. tit.* 12. Si duo sint filii, unios factum alteri non nocet, *l. 2. §. 1. ff. eodem*, ideoque pars tantum ejus fisco vindicatur, qui prohibuit, pars servatur ei, qui non prohibuit: sicut jure prisco solus sine coheredibus sacris obligatur, qui solus pecuniam exigit quam defunctus permiserat ne sacris alligaretur, Cicero 2. de legibus. Si unus sit filius, assem vindicat fiscus. Tenetur, & qui prohibuit in factum actione his quorum interest .i. qui quid amiserunt ob eam rem, *l. Lucius, §. Sempronia, ff. de leg.* 2. veluti his quibus hereditatem, legatum, aut fideicommissum pater relicturus, & iis qui alioquin excluso filio, defuncto ex asse ab intestato heredes futuri erant, ut puta ejusdem, vel sequentis gradus heredibus, quorum interest fiscum non vocari: & ita Julianus recte, *læsionem*, inquit, *passi secundum priora jura suas adversus eum exerant actiones*. Puto esse actionem in simplum. Male Accursius notat esse in duplum ex *Novell.* 134. cum in ea non adversus eum, qui prohibuit testamentum fieri proponatur actio, sed adversus præsidem, qui pecuniam extorquet ab his, qui testamentum faciunt, ut eis scilicet quam extorserit in duplum reddat. Datur ergo ea dupli actio testatori. Superior non datur testatori, sed ei cujus interest interclusam alii testandi facultatem non fuisse. Male etiam Accutsius putat, cum cui defunctus testamento legatum aut fideicommissum relicturus erat, habere petitionem legati aut fideicommissi adversus fiscum: quia legati aut fideicommissi petitio non est ex imperfecta voluntate, *l. ex ea, ff. qui testament. fac. pos.* aut si legati petitio est,

A cur non etiam hereditatis? Illud tamen recte, eis quibus legatum aut fideicommissum relictum est testamento, quod testator mutare prohibitus est, fiscum teneri, *l. 2. §. ultim. ff. si quis aliq. test. prob. l. 3. §. ultim. ff. ad Trebel.* Est & alia causa exheredationis, si filius arenarius aut mimus fuerit, nisi & pater ipse ejusdem conditionis sit, ex *l. in arenam, C. de inoffic. testam.* Denegatur filio arenario in ea lege querela inoffic. testamenti. Denegatur & bon. possessio Unde liberi, quæ ordinat litem de inofficioso: male Accursius contra tab. nam hæc exheredato non datur. Item si filius, vel filia furiosi parentis curam nullam habuerit, postea sanitate recepta jure exheredabitur: vel si in ipso furore decesserit intestatus, aut non mutato testamentu quod an-
B te furorem fecerat, in quo filium, vel extraneum heredem scripserat, qui postea testatorem furore correptum non procuravit, heredi legitimo, testamentario aufertur hereditas quasi indigno, & non fisco, sed extraneo applicatur, si quis sit pietate motus testato nec quicquam conventis admonitisque liberis, vel aliis heredibus, furiosi ejus procurationem susceperit. De furioso Justinianus loquitur, sed constat etiam generaliter ei, qui ægrotum non curat hereditatem auferri quasi indigno, *l. 3. ff. de his, quæ ut ind.* & ex eadem causa dominium servi amitti & jus patronatus, *l. 1. §. sed scimus, C. de lat. lib. tol.* & generaliter in libris *Βασιλικῶν* scriptum est, filium qui ægrotum, inopem, imbecillum patrem non curat, alit, defendit, ob hanc causam jure exhereda-
C ri: quu exemplo comprobari non potest non hanc causarum enumerationem restrictius accipiendam. Ejusdem conditionis sunt liberi, qui parentem non redimunt ab hostibus: nam parente postliminio reverso exheredari juste ob eam causam possunt: vel si parens apud hostes decesserit, hereditas liberis, imo generaliter legitimis omnibus, vel testamentariis heredibus, si forte ante captivitatem testamentum fecerit, quod lege Cornelia confirmatur eo moriente apud hostes: his, inquam, omnibus si negligentiores fuerint in redimendo captivo hereditas aufertur quasi indignis: & hoc etiam casu nun fisco, sed ecclesiæ applicatur, ea conditione ut quidquid ex hereditate pervenerit in redemptionem captivorum insumatur. Ignoscitur ætati ejus, qui redemptionem non procuravit, id est nondum exhephe-
D bis. Exhephebi autem possunt ob eam causam etiam prædia sua pignori obligare, licet minores sint annorum xxv. Oratione Severi excipitur tantum æris alieni causa, sed ex hac *Nov.* quam tractamus addenda est causa redemptionis, nec exigendum decretum. Possunt etiam prædia captivi propria pignori obligare, licet eorum domini nondum sint. Sequitur etiam exheredationis causa, si filii sint hæretici. Et generaliter hæretici non succedunt patri ab intestato, vel ex testamento, *l. Cognovimus, C. de heret. Nov. 118. in fin.* non succedunt etiam agnatis, vel cognatis, & his deficientibus, vel exclusis, si defunctus plebejus fuerit, fiscus vocatur: si clericus fuerit, ecclesia intra annum, post annum fiscus. Quod si quidam sint filii orthodoxi, quidam hæretici, orthodoxi soli patri succedunt: resipiscentibus tamen
E fratribus restituunt portionem suam sine fructibus medii temporis, nullaque administrationis ratione reddita. Cæteræ causæ exheredandorum liberorum, vel parentum sunt notissimæ. Causæ summovendorum fratrum referuntur in *Nov.* 22. His vero causis enumeratis Just. constituit nove, ut nisi una harum exheredationi adscribatur, & adscripta probetur ab herede exheredato detur querela, & ut per querelam (quod etiam novum est) infirmetur tantum institutio, cætera valeant, veluti legata, fideicommissa, tutelæ, libertates, tabulæ pupillares: cui simile est decretum Adriani certa in specie, de qua *l. cum mater, ff. de inoff. test.* & hoc est quod Irnerius ait, Ex causa exheredationis, vel præteritionis irritum esse testamentum quantum ad insitu-

stitutiones, cætera firma manere: ubi præteritionem incunctanter accipere debemus pro ea, quæ pro exheredatione habetur: nam filio præterito à patre, nec libertates nec legata valent.

Sequitur secunda pars hujus Novellæ, de successione, & capacitate filiorum naturalium, & concubinarum, an capere possint ex bonis patris, vel matris testamenti vel donationis jure, vel ab intestato. Olim concubinæ licebat donare in infinitum, *l. donationes, ff. de donat. l. 2. §. Divus, ff. de don. inter vir. & uxor.* poterat, & solidum capere ex testamento, *l. cum tab. §. 1. de iis, quæ ut ind. auf.* Potuit etiam filius naturalis, & potest etiam hodie à matre heres institui ex asse: quin & exheredatus habet querelam, sicut spurius, *l. si inspecta, §. 1. ff. de inoff. test.* Patri quoque ex testamento olim heres esse potuit in assem, sicut extraneus quilibet. Hodie neque concubina, neque filius naturalis in bonis contubernalis, aut patris assis capacitatem habent. Nam ex Constitutionibus existentibus justis liberis, vel patre, aut matre, naturales liberi unciam tantum ex testamengo, vel inter vivos capere possunt una cum matre, mater sula semunciam illis non existentibus, quadrantem una cum matre, soli filii (ut arbitror) unciam integram quadrantemve integrum, *l. 1. C. Th. de nat. filius*, de qua fit mentio *Nov. 89. l. 2. C. eod. tit.* quem Constitutionum modum auxit primum ita Justinianus, ut non existentibus liberis, vel patre, aut matre, naturales liberi semissem ex testamento, vel inter vivos capere possint una cum matre, *l. humanitas, C. de nat. lib.* deinde ut assem; *Nov. 89.* Existentibus patre, aut matre, deducta portione eis debita, reliquum capere possunt ex *Nov. 89.* ex qua recte Irnerius ad *l. 2. C. de nat. lib.* Nunc soli liberi naturales, & legitimi ad hunc modum coarctant, non etiam mater: nam existentibus liberis justis unciam tantummodo capere possunt una cum matre. Datus quoque liberis naturalibus testamento tutor, vel curator, confirmatur, & potest etiam eorum tutelam gerere mater, *l. ult. C. de conf. tut. l. ult. C. quan. mul. tut. off. fun. pos. Nov. 22.* An autem ab intestato filii naturales heredes sint patri, videamus. Matri constat esse heredes una cum justis liberis ex S. C. sicut spurios, *l. pen. C. ad S. C. Orf.* ergo & aviæ maternæ, *l. Modestinus, ff. unde cog. §. 1. Inst. de S. C. Orf.* & fratribus ex matre eadem, quasi cognatos, *l. 2. & 4. ff. eod.* Patri olim non succedebat ab intestato. Patri etiam hodie non succedunt existentibus justis liberis, vel justa uxore, quæ etsi non veniat ad successionem mariti, obstat tamen filiis naturalibus: verumtamen alendi sunt viri boni arbitratu. Et non existentibus liberis justis, vel uxore justa, non succedunt nisi in sextantem, vel soli, vel una cum matre dividendum in capita, ut si sint tres & mater, singuli habeant semunciam, ex hac *Novella, & 89.* Videtur ergo, & his exheredatis competere querela, non relicta sextantis tertia parte. Nepotes autem cæterique liberi naturales, avo vel proavo nullo modo ab intestato succedunt, *l. ult. C. de nat. lib.* Sed neque fratribus ex eodem patre cæterisque cognatis per patrem consanguinitatis, vel agnationis jure. At ex testamento etiam in assem avis succedere possunt, non existentibus justis liberis, existentibus in unciam tantum, *d. l. ult.* Eodem autem modo pater, & mater filio naturali ab intestato succedunt quo & illis filius naturalis. Mater igitur in assem, *l. 2. ff. ad Tertyl.* Pater in sextantem, si filius naturalis justos liberos non reliquerit: in nihilum si reliquerit, qui tamen naturali avo inopia laboranti alimenta suppeditabunt, *Nov. 89.* Spuriis filiis nihil horum, quæ diximus datur in patris successione legitima. Spurii sunt, qui ex incesto, vel stupro, vel adulterio progeniti sunt: naturales, qui ex concubinatu. Unam concubinam habere licet, non plures: uxorem enim imitatur, & in antiquis inscriptionibus appellatur Viceconjunx. Plures si sint, scorta potius sunt, quam concubinæ: & liberi spurii, non naturales. Matri autem spurii quales quales sint, sane tam ex testamento, quam ab intestato succedunt, nisi illustris sit fœmina, quæ justos liberos habeat, *l. pen. C. ad S. C. Orf.* & multo magis naturales, imo & hi etiam illustri simul cum justis. Illustrem quoque matrem spurio non succedere Accur. putat in *l. 2. §. 1. ff. ad Tertyl.* forsitan male: nam *l. penult.* de hereditate matris loquitur, non de hereditate spurii filii, de S. C. Orfitiano non de S. C. Tertylliano. Sed æquitatis ratio opinionem Accursii valde confirmat, & quod soleant jura successionum esse reciproca. Si non possim tibi succedere mater, cur tu possis mihi? Quæritur cur spurii, & nothi matri succedant ab intestato, non patri. In spuriis ratio evidens est, quia nullum patrem habere intelliguntur, *§. vulgo, Instit. de succ. cog.* & eleganter à Seneca dicuntur *publici pueri*, in Controversiis. Mater semper est certa. Æquum igitur est ut quod justi liberi utrique parenti debent, id omne à liberis, qui sunt, sine patre transfundatur in matrem. Synesius Evoptio, ὅσον ἀμφοτέροις παρὰ τῶν εὖ γεγονότων ὀφείλεται, τοῦτο πᾶν ἥκειν ἔδει παρὰ τῶν ἀπατόρων εἰς τὰς μητέρας. In nothis, sive naturalibus, propterea quod concubina uxorem legitimam imitatur, non idem omnino dici potest incertum esse patrem. Certus proprie est, quem nuptiæ demonstrant, *l. 5. D. de in jus voc.* certus quodammodo est is, quem concubinatus demonstrat. Concubinatus non est conjunctio justa ut matrimonium: concubina non est justa uxor. Ex concubinatu nati liberi non sunt justi, & in potestate patris. Denique est in concubinatu vitium aliquod, & liberi ex eo suscepti degeneres sunt, *l. ult. C. de nat. lib. & Theod. Nov. 1. de bon. decur.* Solinus in Æthiopia: ea propter inter omnes populos degeneres habetur, id est, nothi & obliqui. Statius, *Obliquumque à patre genus*: ubi Lactantius, *Quis fuerat*, inquit, *patris mei nothus*. Obliquum ergo dicit ex concubina progenitum: ut Lucanus, *-obliquum maculat, qui sanguine regnum*. Bastardi vulgo à Germanico *Boes art.* i. degeneris ingenii. Et ideo pater non omnino certus est, quasi tamen quodammodo certus est: qua de causa ei etiam omnino ab intestato non succeditur, & ex testamento ejus liberi non semper solidum accipiunt.

Tertia pars hujus *Nov.* est de collatione bonorum. Jure veteri, & novo ab intestato collationi locus est, ut si filius emancipatus præteritus testamento patris petat bonorum possessionem contra tabulas, fratribus qui erant in potestate patris præteritis, vel institutis, ac similiter petentibus bonorum possessionem contra tabulas, vel etiam miscentibus se, conferre debet bona propria, quæ patri quæsiisset si mansisset in potestate, & non tantum fratribus, sed etiam nepotibus ex se natis in familia, avi retentis; idemque erit si omnes veniant ab intestato per bonorum possessionem Unde liberi, vel per querelam rescisso testamento quasi inofficioso. Filius si non fuisset emancipatus, quæsisset olim patri tam adventitia, quam profectitia & adventitiorum usumfructum. Ergo emancipatus suis hodie confert bona profectitia tantum, & adventitiorum usumfructum, *l. ult. C. de collat.* Rursus hodie bona profectitia non tantum emancipati suis conferunt, sed & sui emancipatis, & sui suis, & emancipati emancipatis dotem, & donationem propter nuptias profectitiam conferunt, *l. ut liberis, l. illam, l. pen. C. de collat.* Ex testamento autem jure veteri non est collationi locus: nam fratres coheredes testamento scripti nihil inter se conferunt, *l. 1. & 7. C. de collat. l. ult. C. com. utriusque jud.* nihil etiam conferunt fratres præteriti institutis venientes ex judicio defuncti, *l. 1. §. vel maxime, ff. de collat.* nihil instituti præteritis, nisi commisso edicto, & petita bon. poss. contra tab. aucta fuerit eorum portio, *l. 3. ff. de collat. dot.* & generaliter nisi collationem fieri testator præceperit, *d. l. 1. & 7. l. pen. ff. de col. dot.* Jure novo .i. ex hac Novella etiam instituti conferunt dotem, & donationem pro-

pter

pter nuptias vel donationem simplicem, nisi id nolle se declaraverit testator: nam & ab intestato non est collatio nolente eo de cujus successione agitur, *l. ex parte §. intestato, ff. fam. erc.* De collatione donationis simplicis scripsi Obs. 151. cap. 30.

Quarta pars est de divisione bonorum à patre facta inter liberos. Plus potest ultima voluntas defuncti inter liberos quam inter extraneos. Inter liberos testamentum imperfectum fit non inutiliter, *Nov.* 107. inter liberos fit divisio matrimonii recte quacunque scriptura, licet neque testamenti neque codicillorum jure censeatur, & quacunque nuncupatione voluntatis, *l. parentibus, C. de inoff. test.* & eam sequitur judex familiæ erciscundæ *l. filii, l. cognatione, l. ult. C. famil. erc. l. si filia, §. si pater, l. ex parte §. intestato, C. eod.* Sed ex hac Novella ita demum valet servaturque divi- B sio bonorum per scripturam facta inter liberos citra formam testamenti aut codicillorum, si ei subscripserint filii omnes vel pater: alioquin ex æquo inter se hereditatem filii ab intestato partientur. Olim quodlibet indicium voluntatis paternæ (ut dixi) & qualiacunque verba sufficiebant, & scriptura qualiscunque, ut in donatione ex Constit. D. Pii.

Quinta pars est de inficiatorum & abjuratorum pœna. Multæ simplariæ actiones duplantur inficiatione, ut legis Aquiliæ, & ex testamento legatorum nomine quæ per damnationem relicta sunt, & hodie piorum legatorum nomine, & actio ex empto de modo agri & judicati & interdum depositi, & actio ex contractu habito cum argentariis sine scriptura, edicto septimo. His adjungit hac *Nov.* Justinianus actionem, Si cer- C tum petetur de syngraphis. Nam si debitor neget se scripsisse, vel si opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, & probetur judici scripsisse vel accepisse, damnatur in duplum: quod congruit cum *l.* 5. *C. Th. de usur. rei jud.* & novissimo edicti regis nostri comprobatur. Datur venia pœnitenti & bonam fidem agnoscenti, licet initio litis ad inficias ierit, ita tamen ut sumptus litis præstet quos actor jurejurando taxaverit, nisi id forte judex moderetur, *l. sancimus. C. de judic.* cui solet opponi Nov. 82. quæ judicem sequi omnino vult jusjurandum actoris. Hoc si prius jussit judex ad certum modum jurari, & juratum sit, *l. si quando, C. unde vi*, non si ipse actor suo arbitratu juratus modum sumptuum edixerit: hoc enim moderari judex potest. Est & alia inficiatoris pœna, ne pluri- D bus defensionibus utatur contra regulam juris: nam qui inficiatus est semel, & convictus, postea non auditur solutionem allegans: quin & si verum sit solvisse eum, iterum solvere cogitur: nec potest aptior poni species ad hæc verba *l.* 43. *ff. de regulis juris*. Nisi lex impedit: quam ob rem & ea sola Harmenopolus utitur, et ante hanc Novellam fuisse etiam idem veteri quadam l. sive Constitutione cautum Justinianus narrat. Pœna dupli constituitur etiam in actorem qui apocham .i. professionem solutæ pecuniæ falso negat à se conscriptam: nam et summam apocha comprehensam debito reputare cogitur, et alterum tantum præstare. Pœnitenti parcitur, ut in aliis plerisque causis. *l. quamvis, ff. de in jus voc. l. de ætate, §. ult. ff. de inter. in jure fac. l.* 4. *l. si quis libellos, C. de appel. Nov.* 52. Et E hæc de actione Si certum petetur. In actione in rem alia est inficiatoris pœna, ut possessor si conventus rei vindicatione negavit rem esse actoris, postea convictus alleget pignoris vel emphyteuseos vel superficii causam, vel quam aliam defensionem, non audiatur: translatam eam esse in actorem, deinde agendum hypothecaria aut vectigalia aut superficiaria actione. Et sic pœnæ causa transfertur possessio eodem judicio in specie, *l. ult. C. de rei vind.* et in specie *l. de bonis, §. ult. ff. de Carb. edict. l.* 2. *§. ult. ff. de collat. l.* 5. *C. uti possid. l. postquam, §. Imp. ff. ut legat. nom. cau.* Erat etiam olim actio de duplis fructibus ex XII. Tab. quam tacite Justinianus tollit, dum superiorem pœnam in A actionibus in rem existimat sufficere.

Sexta pars est de naturalibus, quemadmodum per nuptias sui & legitimi fiant quam exposuimus *Nov.* 12.

NOVELLA XIX.

De filiis ante dotalia instrumenta natis.

HÆc Novella est de filiis naturalibus, ut postrema pars superioris, & hoc tantum quod per se intelligi poterat rei magis dilucidandæ causa declarat, *l. nuper & l. cum quis, C. de nat. lib.* & *Novel.* 12. *§. ult.* etiam ad præterita pertinere, quod etiam exposuimus *Novel.* 12.

B

NOVELLA XX.

De his qui in causis appellationum, apparitorum officio funguntur.

EX Novel. 23. quæ hanc tempore præcedit, nata est quæstio hujus. A clarissimis judicibus si lis excedat x. libras auri appellatur ad præf. prætorio Orientis solum, & ideo obsequuntur ei in ea lite soli præfectiani. Ab spectabilibus appellatur ad præf. prætorio & quæstorem: & ideo tam memoriales quam præfectiani in ea lite apparitorem officio funguntur. Plerique à Justiniano ex clarissimis facti sunt spectabiles, *Nov.* 24. 25. 26. & sequentibus usque ad 31. & *Nov.* 102. 103. Cum ab eis clarissimis appellabatur ad præf. C prætorio Orientis jus actorum soli præfectiani sibi vindicabant: nunc spectabilium honore auctis eisdem, & in causis appellationum manantibus ab eisdem, præfecto prætorio adjuncto quæstore sacri palatii, in societatem apparitionis & actorum venire etiam volunt memoriales sive epistolares & libellenses: quod hæc Novella vetat: vult enim ea in re veterem morem observari: solos igitur apparere præfectianos: cæterum appellationibus porrectis à comite Orientis ad præf. præt. & quæstorem, præfectianos & memoriales vel epistolares apparitorem officio fungi promiscue tam in causis introducendis, actis excipiendis, scribendis, edendis, quam in exequendo judicato, non observata divisione *l. præcipimus, §. in his autem, C. de appellat.* In appellationibus tamen porrectis à patronis causarum delegatis à D principe, ad præfectum prætorio & quæstorem, servari, *d. l. præcipimus, §. hinc saluberrimæ*, ut soli libellenses appareant. In vulgari titulo hujus Novellæ malim ἐν τοῖς σακροῖς, ut intelligatur, in sacris judiciis appellationum. Sacra judicia appellationum sunt quæ in consistorio ab ipso principe per consultationem disceptantur adhibitis proceribus palatii & senatoribus, *l.* 2. *C. de legibus. Nov.* 62. & hujus generis erant appellationes non tantum ab spectabilibus, sed etiam à clarissimis judicibus: nam & à præfecto annonæ appellabatur princeps, *l. ult. ff. quod cum eo qui in ali. pot. potest*. Sed cum non posset audiendis omnibus appellationum causis sufficere princeps, placuit consultationem & sacrorum judiciorum loco haberi, si appellaretur ab spectabilibus judicibus, judicium præfecti E prætorio & quæstoris, *d. leg. præcipimus*: & in hac significatione sacra judicia dicuntur in hac Novella, quæ & speciem principalis judicii retinuisse dicitur sæpius, propterea quod perinde ac si præsente principe eisdem verbis, eodem ordine, forma & observatione peragebantur eadem, & idem erat in ejus exercendis indumentorum & calciamentorum usus, quod tamen sustulit *Nov.* 126. Ἤδη μὲν θεῖον ἐπεμψάμεθα νόμον] Non intelligit *l. ult. C. de temp. appel.* ut Accursius opinatur, sed *Nov.* 2. quæ scripta est Triboniano illustri magistro officiorum & quæstori sacri palatii: sic est restituenda inscriptio *Nov.* 23. Eadem scripta fuit etiam ad Joannem præf. prætorio Orientis, ad quem hæc mittitur, sicut retro & hanc missam opinor ad Tri-

Tribonianum quæstorem : Et vero par erat ad utrumque mitti, cum sit utraque de causis positis in cognitione utriusque. Καὶ παρῇ καὶ ὁ ἐνδοξότατος ἡμῶν κοιαίστωρ.] Ut igitur præfect. prætorio adjungitur, quæstor æquum esse videbatur ut & præfectianis adjungerentur memoriales. Præfectiani parent præf. prætorio, memoriale quæstori. Eorum enim obsequio rem quæstoriam geri ait *l. ult. C. de prox. sac. sc.* Militantes in sacris scriniis memoriæ, libellorum, epistolarum, generali nomine memoriales appellantur, & sunt adjutores potius quam officiales *l. 13. C. eod. tit.* licet *Nov.* 23. officiales dicantur improprie. Notitia Romani imperii. Quæstor, inquit, officium non habet, sed adjutores de scriniis, quos voluerit. Κόμης τῶν σκρινίων] Docui legendum esse τῶν σκρινίων Obs. 8. cap. 42. Ὀρδιναρίων τιμώμενον] Latinam & Græcam appellationem posuit: qua significatur minima dignitas: ea est clarissimatus, media spectabilitas: major illustratus, *Nov.* 7. 23. 102. Ordinarius ergo judex i. clarissimus, ut puta præses, corrector, consularis, etiam Synesio in Epistolis, opposito ei comite militari, ut ordinarius miles Festo, id est manipularis: nam & hic est infimus militiæ gradus, *l. 1. C. ad leg. Jul. rep.* Vopiscus in Bonoso: *Milites primum inter ordinarios, deinde inter equites.* Ἢ τὴν φύσιν τῆς οἰκείας ἀρχῆς] Ex judicii qualitate *l. pen. C. de app.* ex ordine vel ex jurisdictione propria, *l. à proconsulibus, l. jubemus, C. eod.*

NOVELLA XXI.

De Armenis.

DAmnat mores Armeniorum fœminas excludentes successione parentum, liberorum, cognatorum ab intestato: nec mirum, cum & Romanorum damnarit legem Voconiam. Damnaverat jam ante eosdem edicto 3. sed edicto hoc jus valere præcepit ex initio sui imperii, hac Novell. quæ tempore posterior est ex imperii sui anno octavo. Julianus exposuit sententiam edicti, non hujus Novellæ. Damnat etiam mores Armeniorum puellas collocantes sine dote, & accipientes à marito, quales fuisse etiam Germanorum Cor. Tacitus scribit, & superiores quoque de excludendis hereditate fœminis, Saliorum, Anglorum, Thuringorum fuere.

NOVELLA XXII.

De solutione nuptiarum, & de secundis nuptiis.

HOc primum Justinianus ait, se legem ferre in futurum non in præteritum: quæ vulgaris est differentia legis a judice. Judex enim statuit de præteritis, lex de futuris: quædam tamen leges ad præterita trahuntur. Deinde hac lege potiorem præmonet esse voluntatem defuncti, ut ecce, ususfructus bonorum legatus uxori, non amittitur propter secundas nuptias, nisi id caverit testator. Ab eo cui adscripta est conditio viduitatis, exigitur cautio Mutiana, nisi aliud caverit testator. Tum declarat nuptias contrahi nudo consensu. Quidam concubitum exigebant, *l. pen. C. de inc. nup.* quod non est receptum. Alii instrumenta dotalia: quod etiam reprobatur: nam sine dote ac sine tabulis nuptialibus nuptiæ contrahi possunt, ut diximus *Novell.* 18. Nuptias facit maritalis honor & affectio, *l. donationis, ff. de donat.* plenus honor, *l. cum tabulis, §. 1. ff. de his quib. ut ind.* quo solo secernitur concubina ab uxore, *l. item legato, §. pen. ff. de leg.* 3. Honor est in ipsa appellatione, *Nov.* 74. Uxor, materfamilias, domina, nomina sunt dignitatis: Concubina quasi nomen est voluptatis. Exiguntur tamen tabulæ nuptiales, ut per nuptias filii naturales sui, & legitimi fiant, *Nov.* 12.

A 18. Exigebantur & in nuptiis contractis inter impares honestate personas, ut si Senator scenicam duceret ex rescripto principis, *l. si donationum, l. Imp. C. de nup.* Hodie exiguntur nuptialia instrumenta si illustres viri uxorem ducant: (possunt autem etiam sine rescripto quamlibet ducere) in cæterorum nuptiis non exiguntur instrumenta dotalia, sed testatio sufficit, quæ fiat apud defensorem ecclesiæ tabulis congnatis defensoris, & testium subscriptione, quæ tamen tenuioribus remittitur, & agricolis, & gregariis militibus, & his qui nuptias jurejurando adfirmant palam in æde sacra, vel tactis divinis scripturis, *Nov.* 17. quod ita emendat *Nov.* 117. ut illustres quidem viri non contrahant nuptias sine dotalibus instrumentis: exceptis illustribus barbaris Romano imperio subjectis, propter eorum simplicitatem,
B ut Julian. ait: hi & cæteri omnes, ut eas contrahant consensu solo, sine dote, aut donatione propter nuptias si velint, & sine testatione, vel jurejurando. Regulariter ergo nuptiæ solo consensu contrahuntur. An vero, & nudo consensu distrahuntur? Ita fuit jus olim, *l. si constante, C. de repud.* Sed tollitur Justin. *Nov.* 117. & reducitur Justin. *Nov.* 140. idque est, ut Justin. ait, bona gratia matrimonium dirimere, id est dulciter, sine querela, & sine libello repudii: Plutarchus μετ᾽ εὐφημίας: & sic quod Anastasius communem consensum vocat in *d. l. si constante*, Justinianus appellat bonam gratiam, *l. 1. §. ult. C. de rei ux. act. Nov.* 98. atque ita vel bona gratia dissolvitur matrimonium sine causa, & ratione ulla, quod fieri Justinianus vetuit *Nov.* 117. vel ex certa causa veluti ob sterilitatem, *l. & ideo, ff. de don. inter vir. &*
C *uxor.* & hoc Justinianus permittit cæteris ex causis. Ut repudii certæ sunt causæ, ita & bonæ gratiæ: nec enim passim temere dissolvi matrimonia possunt: id lex Ausonia vetat, ut Palladas ait 2. Epigr. Οὐ δύναμαι δ᾽ ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν. Εἴργει χάρτης γὰρ καὶ νόμος Αὐσόνιος. Causa repudii olim hæc fuit debilitas mariti, qui ab initio matrimonii biennio integro, nihil potuit cum uxore, *l. penult. Cod. de repud.* hodie causa est bonæ gratiæ etiam sine repudio, ut Julianus ait in hac Nov. & triennii oscitatio exigitur, atque ita soluto matrimonio sine ulla deminutione dos uxori restituitur, donatio propter nuptias penes maritum remanet. An & propter sterilitatem uxoris matrimonium dissolvatur bona gratia, Justin. non definit. Constat tamen olim & hanc dissidii causam idoneam fuisse, *l. vitricus in fin. ff. de don. in-*
D *ter vir & ux.* & fuisse Sp. Carbilio, Cor. Sullæ & aliis plerisque. Huic adiicit Justinianus monachismum, & comparat monachismum morti, atque ideo quod pacti sunt conjuges in casum mortis, trahit etiam ad casum monachismi, ut *Nov.* 5. *l. ult. §. nam & maritis, C. de episc. & cler.* in qua quod ait, *Anteriore lege*, legem Græcam intelligit, quæ in eo titulo desideratur, in qua aperte definit ut viro eligente solitariam vitam reddatur mulieri dos, & ex donatione propter nuptias lucrum, quod sibi pacta est in casum mortis mariti: muliere autem eandem vitam eligente, ut maritus retineat donationem propter nuptias, & ex dote lucrum de quo convenit in casum mortis, non de quo convenit in casum repudii: nam hæc conjugii dissolutio fit sine repudio, *Nov.* 123. Quod si uterque solitariam vitam elegerit, sine ulla de-
E minutione mulieri dos redditur, vir retinet donationem propter nuptias: idemque servatur si voto studioque castitatis, & continentiæ separentur. Sed quid si per causam continentiæ soluto matrimonio, postea tamen secundum contrahant, vel polluant se stupro. Pœna huic peccato imponitur *Novell.* 117. Tertia causa propter quam bona gratia dissolvitur matrimonium est captivitas, & patientia quinquennii. Secundum jus vetus matrimonium captivitate dirimitur, ut alia servitute, *l. 1. ff. de divort. l. si ab hostibus, l. si quis, ff. solut. matrim. l. in bello, §. medio, ff. de cap. & postlim.* nec postliminio redintegratur, consensu novo redintegratur, & pœnia dissidii tenetur, qui dissentit sine causa probabili, *l. 8. l. cum duæ, in fi. ff. eod.* Julianus ex-

cipit

cipit matrimonium contractum cum liberta : hoc enim captivitate patroni non dirimi, *l. eo jure*, *§. ult. ff. de rit. nupt.* Ex Novella Justiniani matrimonium captivitate non solvitur statim, & qui quæve mansit in civitate connubium non habet .i. jus secundi matrimonii, quamdiu certum est superesse captivum, nisi velit mulier multari dote, vir donatione propter nuptias. Sed si incertum hoc sit, satis est eum expectari quinquennio, post quinquenniom secundæ nuptiæ imponitæ sunt, quasi bona gratia solutis primis. Hæc eadem hujus Novell. sententia est in *l. uxores*, *ff. de divort.* Sed, ut memini jamdiu scribere me in notis Institutionum, stilus probat Triboniani eam esse, non Juliani. Julianus initio scripserat de libertabus tantum, *d. l. eo jure*, *§. ultim.* Ex mente Justiniani id traducitur ad omnes uxores. Et quod ait, *Temere*, id est, qnod in hac Novella τῷ προπετῶς. Deinde quod subjicitur, *Et generaliter definiendum est*, &c. definitio est hujus Novellæ, quam sumpsisse videtur (ut ipse notat) ex anteriorum quorumdam Imperatorum Constitutione : nam παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, non est à præcedentibus jurisconsultis, sed à præcedentibus Imperatoribus. Unde & in *l. 8. ff. de cap. & postlim.* hæc verba *Post constitutum tempus*, Triboniani esse adfirmo. Id non est omittendum, huic Constitutioni Justiniani derogasse Leonem *Novell. 33.* in eo, quod connubio destricte interdicit ei, qui in civitate mansit, altero hostium potito, donec certum de morte ejus nuntium acceperit. Solvi secundas nuptias reverso captivo, vel lege Julia de adulteriis accusari posse eam, quæ interim nupsit alteri, nec sufficere pœnas injusti dissidii. Idemque vult in captivis servari, quod de militibus, qui sunt in expeditione constitutum est, *Novell. 117.* Dirimebatur olim bona gratia matrimonium ob militiam *l. vel senectutem, ff. de don. int. vir. & uxor.* quod adhibita distinctione Constantinus divisit in hunc modum, ut quadriennio integro si nullum à marito, qui agit in militia nontium mulier acceperit, publice contestatione habita, & nuntiata duci sub quo maritus militat, impune nubat alteri, *l. uxor*, *C. de repud.* *Si nullum*, inquit, *sospitatis ejus potuit habere judicium*, legendum, *indicium*, quod σύμβολον in hac Novella. Idem error in *l. 2. C. ut in pos. leg.* in qua legendum, *indicio*, ut in *l. avia*, *§. ult. ff. de cond. & demonst.* Idem in *l. cogitatione*, *C. famil. ercisc.* ut probat *l. ultim. eodem tit.* Idem in *l. liber*, *C. de postlim. & red. ab host.* Hae autem Novella pro quadriennio præstituitur decennium : sed hoc recantat mox *Novell. 117.* quam probat Leo, & secundum eam idem in captivis constituit, & militibus, ut nec si diu expectarit nubat ante mulier, quam certior facta fuerit mortis mariti, & de milite etiam ex depositione ducis sub quo militabar, & morte mariti comperta, ut adhue vacet anno. Multatur dux, qui de morte mariti acta falsa ediderit, & mulier quæ testimonio ducis, vel tribuni decepta nupserit alteri, à priori viro repeti potest. Quæ secus nubir, rea est adulterii : & idem hoc constituitur non tantum de militibus, sed & de fœderatis, & scholaribus, qoæ sunt alia militum genera. Scholares sub primiceriis scholarum, milites sub magistris militum, vel ducibus, vel tribunis : fœderati sub optionibus sive phylarchis, ut docui *l. 7. C. de exact. trib.* Julianus in *Novell. 117.* quæ illi est 108. *de ordine*, corrupte, pro, *de optione*. Idem Julianus perite Novell. 102. Phylarchum, ducem Sarracenorum interpretatur, qood ex fœderatis Romano nomini fuisse constat. Sex. Ruffus : *Phylarchi Sarracenorum in Osroene cessere superati*. Jornandes : *In Osroene Sarracenorum Phylarchi devicti Romanis se dediderunt*. Sed pergamus ad reliqoa. *L. 1. ff. de divort.* matrimonium dirimi ait captivitate, vel alia contingente servitute alterutrius eorum. An igitur damnatione in metallum? Sic sane jure veteri : nam damnatio in metallum maxima capitis deminutio est. Ex *hac Novell.* damnatinne in metallum media non maxima capitis deminutio est. Et consequenter deportatione non solvitur matrimonium, quod & olim obtinuit, quia deportatio non fuit maxima capitis deminutio, *l. 1. C. de repud. l. res uxoris*, *C. de don. inter vir. & uxor. l. 14. ff. eod. l. 5. ff. de bon. damnat.* Imo deportatio, sive aquæ & ignis interdictio, maxima capitis deminutio est *l. penul. ff. de ext. cog. l. 4. §. ult. ff. de grad. & adf.* & deportatione solvitur matrimonium, *l. si quis sic stipuletur*, *ff. solu. matrim.* Utrumque ἐναντιοφανῶν auctor proponit; sed in media salebra est, conciliandi rationem nescit. Verius est, eos qui deportantur vel quibus aqua & igni interdicitur, nec cives nec liberos manere jure Quiritium, nuptias non manere jure Quiritium, liberos manere, nuptias manere jure gentium. Et jus gentium in nuptiis potissimum spectari, *l. adoptivus*, *§. 1. ff. de rit. nupt.* Servitute matrimonium solvi constat bona gratia, ut si libertus, vel filius liberti ingratus in servitutem redigatur, mariti nomen amittit: Notandum quod ait de filio liberti : sic enim confirmat *l. ultim. C. de libert. & eor. lib. l. 2. C. de in jus voc.* nam & filius liberti patrono paterno acceptam ferre ingenuitatem debet. Ut autem de monachismo diximus supra, ita servitute soluto matrimonio, locus est pactionibus in causam mortis. His addit, inter servos, vel cum servo, aut serva non esse connubinm, non dotem; non donationem propter nuptias. Contubernium cum eis est, non connubium, *l. 3. C. de inc. nupt.* Si tamen sciente, aut dissimulante domino servus, vel ancilla liberæ personæ matrimonio se conjunxerit, justum est matrimonium, quasi contractum inter ingenuos : nam servus tacito jure ingenuus fit, adeo ut nec juri patronatus obstringatur : idemque est si servum dominus ægrotantem dereliquerit : nam & hic liber fit : quod etiam veteres probarunt. Ex his intelligitur quatuor esse caosas solvendi matrimonii bona gratia, debilitatem, monachismum, servitutem, captivitatem.

Nuno tractemus de repudiis : Ex aliis enim causis matrimonium non solvitur sine repudio. Repudium mittitur per nuntium, aut per libellum conjugi datum missumve ad domum ejus, *l. 6. Cod. de repud.* & concipitur certis formalibusque verbis ex XII. Tabul. sicut, & Judæos narratur habere certam formulam repudii : à qua qui recedat, repudiando nihil agat. Mulieri in ipso repudio claves adimuntur, vel ab ea deponuntur. Cicero Philipp. Claves ademit, exegit: quem imitatus Ambros. ep. 65. *Mulier offensa claves remisit, domum revertit.* Non mittitur autem repudium nisi meritis ex causis : alioquin injusti repudii actio est, pœnalis actio. In *l. 8. ff. de capt. & postlim.* fit mentio pœnarum dissidii, & pœnæ sunt eæ : Mulier quæ absque probabili causa discedit à marito, vel quæ discedendi causam marito præbet, dotem amittit, & lucra nuptialia, quæ maritus servat liberis communibus, & intra quinquennium alii nubere non potest, *l. consensu*, *C. de repud.* quod hæc *Novell. & 117.* uno tantum casu comprobat, si culpa uxoris maritus repudium miserit, altero .i. si ipsa repudium sine causa miserit, vacat tota vita, & in monasterium conjicitur ex *l. 1. & 2. Cod. Theod. de repud.* etiam deportatur, & omnia sua deponit in domo mariti usque ad acuculam capitis .i. acum erinalem. Mulier indotata marito præstat quadrantem bonorum suorum æque servandum liberis communibus, modo non excedat c. libras auri, *l. ult. C. de repud.* hunc enim hac Nov. Justinianus ait esse modum maximæ doti : qui fuit olim decies centenorum milium nummum, *l. cum de in rem verso*, *ff. de usuris*. Martialis.

Centena decies, quæ tibi dedit dotis. Juvenalis : *Et ritu decies centena dabuntur antiquo*. Tacitus 2. Annal. *Decies sestertium dote solatas est*. Vir autem, qui causam dissidio dedit, amittit donationem propter nuptias, & dotem : vel si matrimonium fecerit sine dote, quartam partem bonorum suorum, & mulieri est post annum cum alio connubium. Annum vocat propter

incer-

incertum uteri: sed si peperit, jure nubit etiam intra annum. Viro licet ducere statim aliam: quod tamen non licuit olim, *l. 1. C. Th. de repud.* Hodie communis est pœna viri & uxoris, ut si sine causa repudium miserint, in monasterium detrudantur, *Nov.* 127. & 134. Erat olim actio de moribus pœnalis *l. de moribus, C. Th. de incest. nupt. l. 5. C. Th. vic. civil. cr. ag. non pos. l. viro, ff. sol. mat. l. 5. ff. de pac. dot.* in qua judex pronuntiabat, quis videretur causam dedisse dissidio, quæ non dabatur heredi vel in heredem, *l. rei judicatæ, §. ult. ff. sol. mat. d. l. de moribus*, & ea actione ex dote exigebantur portiones quædam propter mores mulieris, propter mores mariti dos repræsentabatur cum fructibus quadriennii, reddebatur sexto mense à die repudii, auctore Ulpiano. Hodie sublata est actio de moribus, *l. ult. C. de repud.* Erat in ea actione differentia inter mores graviores, ut si cum alieno ultro viro probri, quid fecisset mulier, & mores leviores (eodem Ulpiano auctore) inter crimina & mores, *l. 2. C. Th. de repud.* Est & hodie quædam inter mores differentia: nam ob adulterium maritus non tantum dotem & donationem propter nuptias retinet, sed etiam ex cæteris bonis uxoris tantum dotem capit quantom facit tertia pars dotis, & adultera in monasterium detruditur, nec potest nubere post quinquennium. Pari pœna coercetur maritus ob calumniam, si falsu mulierem adulterii ream postulaverit, *Nov.* 117. vel etiam ob adulterium, si cum aliena uxore probri quid fecerit *Nov.* 134. Certæ olim non erant causæ repudiorum, sed positæ erant in arbitrio & disquisitione judicantium: hodie sunt certæ ex utraque parte, *l. consensu, & l. ult. C. de repud.* Et pleræque olim justæ, ut si mulier vinum bibisset, quæ hodie non sunt justæ. Item si vir impudice & luxuriose viveret, ut ex Justino exemplum Eusebius refert l. 4. cap. 17. usurpans Latinam repudii vocem, *τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν ῥεπούδιον δῦσα*, quod hodie non aliter licet quam si cum aliena uxore fuerit, quo casu tenetur lege Julia *Nov.* 134. Sed si cum virgine aut vidua fuerit, non tenetur lege Julia de adulteriis, *l. 1. C. ad leg. Jul. de adult.* & Zonaras Apost. cap. 48. & Augustinus de verbis Apostoli serm. 4. quanquam si is forte mulierem accuset adulterii, idem ipsa in eum referre & retorquere crimen possit, *l. si uxor, §. judex, ff. ad leg. Jul. de adult. Periniquum enim videtur*, inquit, *ut pudicitiam vir ab uxore exigat quam ipse non exhibeat*: & ita Lactantius: *Exemplo continentiæ docenda uxor ut se caste gerat: iniquum est enim ut id exigas quod præstare ipse non possis*: & Nazianzenus: *πῶς σὺ σωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις δέ*; Sunt ea verba §. judex ex rescripto Imp. Antonini, auctore Augustino ad Pollentium, quod tamen in eo prætermissum est, ut plerisque aliis Pandectarum locis rescriptorum & Constitutionum verba referuntur, eo non indicato, exempli gratia his, *l. ne piscatores, ff. de incend. rur. & nauf. l. ita autem, §. ult. ff. de adm. tut. l. 6. ff. si tab. test. nul. ext. l. 6. ff. de cap. & postl. l. 3. §. non perpetuæ, ff. de sep. viol. l. 1. §. si quando, ff. de mag. con.* Sed redeamus ad rem. Ex parte viri certæ sunt causæ dissidii, ut si cum aliena uxore fuerit, si sacrilegus, si plagiarius, &c. si servilibus verberibus uxorem adfecerit, *l. cons. C. de repud.* quod mutatur *No.* 117. in qua certe non vult ob verbera repudium mitti, & aliam statuit pœnam huic malæ tractationi, ut tertia pars donationis propter nuptias mulieri repræsentetur. Ex parte mulieris certæ etiam sunt causæ, ex quibus una est jure veteri probata, non tantum si adulterii in hoc matrimonio commissi, sed & si commissi in priore damnetur, *l. miles, §. ult. ff. de adult.* Sed eæ causæ repudii ad breviorem numerum contrahuntur *Nov.* 117. Expositis causis pœnisque dissidii, Justinianus docet non esse connubium adscriptitio cum libera muliere, etiamsi hoc sciat consentiatque dominus, & ideo dirimi connubium à domino posse: quod est ex *l. ult. C. de agr. & cens.* Deterior est hac in re adscriptitiorum quam servorum condicio propter agriculturæ necessitatem: nam servi si duxerint liberam sciente aut consentiente domino, matrimonium non dirimitur. An vero jure nubat adscriptitia libero homini, non dicit: sed constat jure nubere, propterea quod ex eo connubio nati ascriptitii sunt, *l. mulier, l. ne divus, l. ult. C. de agr. cens.* Ex adscriptitio autem & libera nati, liberi sunt non adscriptitii *d. l. ult. Nov.* 54. Post hæc Justinianus docet ut contrahi, ita dirimi non posse matrimonium à filiisfam. sine consensu patris: item nec dirimi à filiis emancipatis posse in fraudem parentum, qui pro eis dederunt vel acceperunt dotem aut donationem propter nuptias, ut scilicet subjiciant eos exactioni dotis vel donationis propter nuptias, & pœnis injusti repudii: quam tamen fraudem sine effectu esse constituit, & se jam ante constituisse refert, videlicet, *l. ult. C. de repud.* quæ fuit Græce scripta, & in eo titulo desideratur, sed extat ejus sententia 28. *Βασιλικῶν*: ac similiter filiarum divertentium fraus amovetur, *l. si filia, ff. de divor. l. filiæ, ff. sol. mat.* E contra matrimonium contractum à filiof. cum consensu patris, non potest dissolvi sola patris voluntate, nisi ex magna & justa causa: ut recte queratur filia apud Ennium in hunc modum:

Injuria abs te afficior indigna pater.
Nam si improbum esse Cresphontem existimaveras,
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem invitum invitam cogis linquere? Et ita in Plauti Sticho filia ad patrem: *Aut olim nisi tibi placebant, non datas oportuit, Aut nunc non æquum est abduci pater.* Contractum autem ab emancipato matrimonium dissolvere pater nullo modo potest, *l. 5. C. de repud. l. cum hic status, §. si socer, ff. de don. inter vir. & uxor.* Tum agere incipit Justinianus de matrimonio soluto morte: quo casu vir ex dote, mulier ex donatione propter nuptias lucratur, quod pactis dotalibus in casum mortis conventum est: æqualia debent esse pacta, non æquales quantitates: potest enim dos esse ccc. donatio propter nuptias cc. Hodie æquales etiam esse quantitates debent ex *Nov.* 97. At si maritus, exempli gratia, in casum mortis uxoris pactus sit partem quartam dotis, æque mulier in eundem casum ex donatione propter nuptias amplius pacisci non debet: & si forte amplius paciscatur, pactio restringitur, & redigitur ad æqualitatem .i. ad quartam, *l. ex morte & seq. C. de pact.* quibuscum tantum abest ut pugnet *l. ult. §. igitur, C. de don. ante nupt.* ut nominatim confirmentur in *§. sin autem*. Species & sententia *l. ult.* hæc est, Donatio simplex jure civili vetita est inter virum & uxorem, non tamen dos vel donatio propter nuptias: nam constante matrimonio ut dos, ita & donatio propter nuptias, quæ veluti contraria quædam dos est ex parte mariti, constitui potest. Sed ante nuptias vel initio nuptiarum si dos & donatio propter nuptias constituatur, non est necesse utriusque æqualem esse quantitatem. Sin vero dos constituatur ante nuptias, donatio sponsalitia post nuptias, potest etiam non æqualis esse quantitas, ut si major sit dos, minor donatio. Cæterum è contrario major dote donatio propter nuptias constitui non potest, ne fraus fiat legibus prohibentibus donationes inter virum & uxorem, & ideo *l. si constante, C. eod.* ait, *ejusdem quantitatis*, non majoris scilicet, minor secus. Quod ad pacta attinet, dote constituta ante nuptias, sponsalitia largitate post nuptias, si specialiter edictum sit ut sponsalitia largitas .i. donatio propter nuptias supponatur pactis dotalibus, quæ conventa sunt in dote, obtinebunt etiam in donatione propter nuptias: & hæc est sententia *§. si igitur.* Additur in *§. sin autem*, etiamsi id specialiter dictum non sit, pro dicto haberi .i. æqualia pacta servari. Sequitur in hac Nov. morte soluto matrimonio lucra nuptialia ad superstitem pertinere quasi propria, & alienari, obligari ab eo posse non transeunte ad secundas nuptias, non alienata pertinere ad liberos, etiamsi parenti heredes non extiterint, *l. hac edictali, §. ult. C. de*

sec. nupt. sicut & jura paternorum libertorum, nisi ex A merito exheredati sint, & casus militiarum, & jura sepulchrorum, & adsignatores libertorum, & dotes à parente filiabus nomine eorum datas, & si parenti heredes extiterint, pro æquis non pro hereditariis portionibus. Alienare lucra nuptialia parens potest non tantum inter vivos, sed etiam testamento per legatum aut fideicommissum aut generalem institutionem, *l. generaliter, §. ult. l. si quis prioris, §. 1. & §. certum, C. de sec. nupt.* Ex hac Novella specialiter tantum, non per generalem institutionem extranei: itaque abrogatur *§. tertium*, obrogatur & *§. talem*. Ex eo enim si quidam liberi patri heredes extiterit, quidam repudiaverint, illi soli, qui heredes extiterunt vindicant lucra nuptialia: & male in eo §. Accursius putat autorius matrimonium dici comparatione secundi, quod B sequutum non est. Anterius dicitur ut prius legis initio. Ex hac Novella omnes vindicant lucra nuptialia nondum alienata etiam hi qui patri heredes non extiterunt: & hæc quidem est sententia hujus Novellæ, quæ recantatur ita Justinianeo more *Novell.* 99. ut sine ad alias venerit nuptias conjunx superstes, sive non, usumfructum tantum habeat, proprietatem servet liberis: ergo ut non possit alienare. Rursus ex *Novel.* 127. & Leonis 22. præter usumfructum hoc amplius habet is qui abstinet secundis nuptiis, portionem virilem pleno jure in lucris nuptialibus, quam alienare potest: quam partem *Nov.* 127. male huic Haloander inseruit. Male etiam Haloander sic vertit, Soluto per quascunque supradictas divortiorum species: cum hæc tantum dicantur de lucris obvenientibus morte, vel C quasi morte, puta servitute aut monachismo, soluto matrimonio: ut Accursius & Theodorus interpretantur, non divortio, *l. consensu, §. si vero filio, C. de repud.* & διαζεύξεις recte Vetus interpres, disjunctiones sive discidia, scilicet κατὰ ποινὴν, ut ait infra *§. ἐπειδὴ δὲ τὰ κεφάλαια.* Ad hæc subjicit Justinianus idem servari in matrimonio contracto sine dote, vel donatione propter nuptias: nam & in eo soluto morte, nonnihil superest lucri pro superstite, quarta nimirum pars puræ substantiæ, *Nov.* 53. cui modus & distinctio quædam apponitur *Nov.* 117. nec mirum, cum & concubina ex defuncti bonis nonnihil ferat etiam ab intestato una cum naturalibus liberis, *Nov.* 18. Id autem quidquid est lucri servatur aut non servatur liberis secundum ea quæ superius definita sunt, cum utrinque dos intervenit. D

De secundis nuptiis. Hac in parte differentia est inter marem & fœminam. Mas non luget fœminam, & secundam uxorem ducere statim potest sive morte sive repudio justo aut injusto solutum sit matrimonium secundum, *l. consensu, C. de repud.* Fœmina defunctum maritum lugere debet. Luctus fœminæ potissimum consistit in continentia: olim etiam in habitu, non hodie, *l. decreto, C. ex quib. cau. inf. ir.* Olim quoque præstituti erant luctui peragendo menses x. nam & hoc fuit legitimum pariendi tempus. Hodie præstituti sunt xii. nam & morte mariti soluto matrimonio mulieri luctus inducitur non tantum ob incertum uteri confusionemve sanguinis, sed etiam ob memoriam & reverentiam defuncti mariti: quandoquidem etiamsi intra annum peperit, annum E luctum peragere debet, nisi hoc à principe, vel à senatu impetraverit ut sibi intra legitimum tempus nubere liceret: ut docui *Observ.* 6. capite 32. id quod prægnanti nunquam concedit princeps. Quin & si talis sit maritus quem more majorum lugeri non oporteat, veluti hostis .i. transfuga, vel perduellionis damnatus, vel suspendiosus. Tiberius capite damnatum propinquos lugere vetuit: *Pater Silani funeri ejus cum suspendio vitam finisset non interfuit*, auctores Suetonius & Florus. Igitur & si talis sit maritus, vidua tamen quamdiu erit prægnans non poterit alii nubere, vacua nubet statim, *l. libertorum, §. 1. ff. de his qui not. inf.* Divortio quoque aut bona gratia soluto matrimonio, mulier prægnans nubere non potest antequam pepererit, sed ubi pepererit nubere confestim potest etiam intra annum. Itaque multum interest morte an inter vivos solvatur matrimonium. Mortui luctus est annuus: vivi non est luctus, sed in incerto propter turbationem sanguinis annum abstinere nuptiis mulier debet: qua ratione cessante, ut puta maturius edito partu, maturius etiam ei licebit alii nubere, & hoc sive bona gratia, veluti mutuo consensu ex constitutione Anastasii, vel servitute, vel electione solitariæ vitæ, sive repudio solutum sit matrimonium, *l. si constante, Cod. de repud.* & Constit. Græca *de episc. & cleric.* Pœna autem earum, quæ defunctum maritum non elugent, id est quæ intra annum iterum nubunt, hæc est, ut notentur infamia ex edicto prætoris, quæ tamen rescripto principis aboleri potest, *l. 1. C. de sec. nupt.* cui conjungenda est *l. si qua, Cod. ad Tertyl.* ut hac Novella Justinianus utramque conjunxit, & ut nihil capere possint ex bonis prioris mariti, nihil ex donatione propter nuptias: quod hæc Novella declarat sumptum esse non ex *l.* 1. sed ex *l.* 2. *C. de sec. nupt.* ex quo apparet in *d. l.* 2. sponsalium nomine significari donationem propter nuptias, ut in *Nov. Valent. de episcop. jud.* Alias sponsalia sunt arræ, *l. 6. C. Th. de spons. & in tit. Si rector provinciæ, vel ad eum pertinenter sponsalia dederint*: sic legendum. Nihil etiam ex testamento extraneorum capere possunt: relicta ab extraneis pro non scriptis habentur, & apud heredem remanent: relicta à priore marito eripiuntur quasi indignis, propterea quod injuriosæ in priorem maritum fuerunt, & fisco vindicantur: sed tamen fisco præponuntur x. personæ comprehensæ edicto, Unde x. personæ. Nullo etiam titulo possunt, quæ nubunt intra annum luctus in secundum maritum transferre ultra tertiam partem bonorum suorum liberis non existentibus ex priore conjugio non plus quam virilem, *l. 1. hac edictali, C. de secund. nupt.* Item agnatis, vel cognatis suis succedere ab intestato non possunt, nisi usque ad tertium gradum, *l. 1. C. eodem.* Sed ut infamia, ita omnes ex pœnæ remitti possunt, speciali indulgentia principis: & quidem simpliciter, si non habeat liberos: si habeat, ita demum si eis pure & pleno jure donaverit semissem bonorum, quæ habuerit tempore secundarum nuptiarum inter eos ex æquo dividendum: ita ut mortuo uno intestato sine liberis, pars ejus accrescat fratribus superstitibus: omnibus mortuis, bona redeant ad matrem, *l. si qua, Cod. ad Tertyl.* Fratres præferuntur matri. At ne dixeris ideo indistincte in reliquis bonis matrem filio succedere, quod tamen additum est in Basilicis: sed notatur à Theodoro rectissime: nam ex hac *Novell.* in bonis profectis à patre usumfructum tantum habet pro parte virili, in adventitiis plenum jus: atque ita discrimen est inter bona adventitia, & bona profecta à matre & bona profecta à patre. Et hæc de pœna earum, quæ immature secundas nuptias contrahunt, quæ locum habet etiam non existentibus liberis propter honestatem solam *§. εἰ δὲ ἐπιτρεπομένην*, infra. Immaturum matrimonium dicit *l. 1. C. de sec. nupt.* quod hac Novella ἄωρον. Plinius 4. Epistolarum: *Nuptias lugentis, nuptias senis, quorum alterum immaturum, alterum serum est.* Nunc de pœna earum tractemus quæ maturo tempore, id est annuo luctu peracto, vel quæ misso repudio secundas nuptias contrahunt. Hæ mitius puniuntur: nam neque infames fiunt neque incapaces. Puniuntur & mares ex hac causa, licet non poniantur ex causa immaturi matrimonii. Sed neque ex hac puniebantur olim *l. 2. §. ult. C. Theod. de sec. nupt.* Nam suadet tantum Theodosius magnus ut & mares abstineant secundis nuptiis extantibus liberis, vel ut eadem subeant, quæ mulieres. Suasio legis non est conjuncta necessitati: ut in fine hujus *Novel.* quod suadet liberis primis non minus relinqui quam secundis, non est permistum necessitati. Legis virtus est imperare, permittere, punire, vetare: legis virtus nulla

nulla est in suadendo. Ideoque quod suaserat Theodosius magnus, et Theodosius junior necessitatem injecit, *l. generaliter*, *C. de sec. nupt.* Causa pœnarum hæc est, quod plerumque injuria & damno adficiantur: liberi priores matrimonii, quibus non existentibus nullæ etiam sunt pœnæ secundarum nuptiarum. Et primum quidem ita coercetur, is qui secundas contrahit nuptias, ut lucrorum nuptialium & cæterorum bonorum, quæ à defuncto superstiti obvenerunt usumfructum tantum habeat, proprietatem servet liberis etiam constitutis in potestate, atque ideo ex eis bonis ut nihil alienare, vel obligare possit, imo nec eligere unum ex liberis, ut docui *Novell.* 2. Servatur autem proprietas liberis etiamsi neutri parenti heredes extiterint, quasi honore præcipuo & privilegio quodam: qua in re derogatur *l. generaliter §. penult. Cod. de secund. nupt.* nisi merito exheredati proponantur. Et hoc quidem modo multari secundas nuptias ex eo apparet quo ex *hac Novella & l. generaliter §. ultim. l. si quis prioris §.* 1. *C. de secund. nupt.* is qui secundas nuptias non contrahit habet dominium lucrorum nuptialium in solidum, vel (ut novissime constitutum est *Novell.* 127.) pro virili portione. Qui secundas contrahit, nullius portionis dominium habet: & adjecit Justinianus, nihil interesse dederit conjunx, an dederit alter pro eo dotem, vel donationem propter nuptias, ex *d. l. generaliter §.* 1. Nihil etiam mutare si donatio propter nuptias in dotem redacta sit, ex eadem lege *§. hoc observari*, ut è Græcis Eustathius exposuit recte. Quod ut dilucidius intelligi possit, sciendum est, mortuo marito uxori superstiti reddi dotem, & lucrum nuptiale præstari ex donatione propter nuptias: sed (ut supra dictum est) servari liberis prioris matrimonii, muliere iterum nubente, casum donationis propter nuptias, & omnia quæcunque mulier nacta est ex bonis prioris mariti, dotem eis non servari, *l. si liberis, C. de don. prop. nupt.* Sed quid si donatio propter nuptias conversa sit in dotem, ut si acceptas à marito res ex causa donationis sponsalitiæ postea uxor marito dederit in dotem? Utrum mortuo viro, & muliere nubente iterum, res illæ non sequentur liberos prioris matrimonii quasi dotales, an sequentur quasi sponsalia? Et placet eas censeri sponsalium bonorumve paternorum jure, *d. §. hoc observari* ac proinde servari debere liberis, nec alienari aut pignerari posse, alienatas vindicari à possessoribus posse, vel ex aliis parentis, qui alienavit bonis quasi tacito jure hypothecæ debere reparari, *l.* 3. *l.* 6. *§. pen. l.* 8. *§. pen. C. de sec. nup.* ut si forte possessorem defendat præscriptio xxx. an. quæ incipit currere adversus liberos ex eo tempore quo sui juris effecti sunt. *l.* 4. *§. ult. C. de bon. quæ lib. adq. l.* 1. *§. ult. C. de ann. exc.* etiam adversus minores 25. an. non tamen adversus pupillos, *l. sicut, C. de præscr.* 30. *an.* hoc casu suum liberi reficient sibi ex aliis bonis. Sed an rata est alienatio si præmoriantur filii? Præmortuo patre constat non esse ratam: Præmortuis autem filiis, vel ex filiis nepotes existunt, vel non: si nepotes existunt, hi succedunt in ea bona in stirpes jure hereditario, *l. in quibus, C. de sec. nupt.* Si non existunt, aut fratres reliquerunt, aut non. Si reliquerunt, ut si tres erant filii, & unus excessit relictis duobus fratribus & parente, parens ex eis bonis sibi deducit quod pactum est in casum ἀπαιδίας. Finge, convenit ut moriente marito sine liberis, mulier donationis propter nuptias semissem lucraretur, existentibus liberis, assem. Donatio propter nuptias est solidorum mille. Nullis existentibus liberis matri debentur D. Existentibus liberis, integram donationem lucratur. Si iterum nubat, dominium ejus pecuniæ liberis adquiritur, ut si sint quinque, singulis adquiruntur cc. Moritur porro ex eis liberis unus, cujus portio erat ducentorum. Hujus portionis semissem habebit mater, puta c. reliqua c. obveniunt fratribus, vel etiam extraneis heredibus filii testamento scriptis: Quod quidem, inquit, maxime accidit in matre: qui locus est obscurus, ut scilicet

A matre superstite, filii quasi sui juris, nec subjecti potestati matris, testamento sibi extraneum heredem instituant: nam patre superstite in cujus sunt potestate, non possunt ne de iis quidem bonis, quæ patri non adquiruntur, facere testamentum, *l. ult. §. filiis, C. de bon. quæ lib. l. Imp. ff. ad Trebel.* Igitur ea bona ex testamento ad extraneos venire non possunt, sed ab intestato veniunt ad fratres, deducta portione debita patri ex conventione in casum ἀπαιδίας. Omnibus autem defunctis, parens habet integrum semissem: atque ita fit ut alienatio lucrorum nuptialium modo sit irrita, præmortuo nimirum patre, qui alienavit, modo rata, præmortuis omnibus liberis, modo partim rata, partim irrita, quibusdam ex filiis præmortuis relicto parente & fratribus: idque attigimus jam supra *Novell.* 2. Secundum

B genus coercendarum secundarum nuptiarum est ex *l. hac edictali*, *C. de sec. nupt.* nam vir mulierve qui quæve existentibus filiis aut nepotibus in secundum matrimonium transit, non potest in secundum conjugem dotis, vel donationis sponsalitiæ, vel quo alio titulo plus transferre quam in unum ex liberis prioris matrimonii: & si inter eos liberos inæqualis fiat divisio bonorum paternorum aut maternorum, non potest plus conferre in secundum conjugem quam acceperit filius cui minor portio attributa est: minus potest attribui uni quam cæteris, non tamen minus portione debita. Cum filio, qui nihil tulit, summoto forte ex causa exheredationis, non comparatur conjunx secundus, sed cum eo, qui minus abstulit. Quod si plus relinquatur cedaturve secundo conjugi quam ei, qui ex liberis minus

C acceperit, superfluum pro non relicto sive pro non dato est, & inter liberos prioris matrimonii ex æquo dividitur. Ex *l. quoniam*, *C. de sec. nupt.* inter liberos prioris & posterioris matrimonii: quam sententiam Julianus sequitur in epitome hujus Novellæ, cum tamen ex ea superfluum dividatur tantum inter liberos prioris matrimonii, & quidem omnes, nisi quidam sint merito exheredati, *l. ult. C. de sec. nupt.* nam exheredati neque in superflui partem veniunt, neque ex parentis bonis tantum quantum vitrico aut novercæ parens dedit, imo nihil vindicare possunt. Exheredatio extinguit omne jus filii, & hoc *l. ultim.* adjicit ad *l. hac edictali*: nec enim id in *l. hac edictali*, hæc exprimebant verba, *Nisi ex his causis &c.* quibus hoc significatur, Minus quarta legitimæ portionis filio relinqui non

D posse, nisi sit ingratus. Lege autem ultima, Minus quantitate relicta, vel data conjugi secundo, filio prioris matrimonii relinqui non posse, nisi sit ingratus. Duplex est beneficium, ut ne minus legitima, & ut ne minus quam novercæ, vel vitrico: & utrumque adimit exheredatio. In quantitate autem bonorum parentis contrahentis secundas nuptias exquirenda, Justinianus definit tempus mortis spectari, non matrimonii secundi, non testamenti, vel donationis: qua de causa si mortua uxore prima relicto filio vir superstes, qui habebat cccc. in bonis, secundæ uxori donaverit cc. & postea in tantum decreverint bona incendiis forte, vel naufragiis, vel morte servorum aut pecorum, ut non plus quam cc. supersint tempore mortis viri, novercæ cui donata sunt cc. privignus auferet c. idemque serva-

E tur in ponenda ratione legis Falcidiæ & in aliis plerisque causis. Et hæc quidem sunt, quæ pertinent ad primam partem *l. hac edictali*: cui nihil obstat *l. si liberis*, *C. de don. ante nupt.* quæ matrem iterum nubentem ait filiis prioris matrimonii non servare dotem. Potest igitur ea dote iterum fungi in secundo matrimonio: nam hoc ita verum est si ex aliis bonis suis tantum præstiterit præstaturave sit filio, quantum dotis præstiterit secundo marito. Sed si præter eam dotem nihil habeat in bonis, virilem tantum ex ea conferre in secundum maritum potest, & ita Accurs. recte in *d. l. si liberis*, cujus in eam legem litera nulla non digna approbatione. Secundam partem *l. hac edictali*, ea est *§. his illud*, exposui *Nov.* 2. Ejusdem *§. pen.* est de tacita hypotheca

data liberis in omnibus bonis parentis lucrorum nuptialium conservandorum causa, de qua diximus supra. Ejusdem *§. ult.* est de alienatione lucrorum nuptialium concessa his, qui abstinent secundis nuptiis: quod jam sæpe dictum est supra mutari *Nov.* 127. Porro exposita, & approbata *l. hac edictali*, Justinianus etiam exponit sententium *l. 4. C. eod. tit.* quæ est hujusmodi, ut si quis tam ex primis, quam ex secuodis nuptiis liberos susceperit, lucra primarum nuptiarum capiant primi liberi, lucra secundarum secundi, in cæteris parentis bonis ut omnes ab intestato primarum secundarumve noptiarum liberi promiscue succedant. Et donationem propter nuptias Justinianus vocat, quod *d. l. 4.* sponsalitiam largitatem: quod est frequentissimum. Lucra secundarum ouptiarum, capiunt soli liberi secundarum nuptiarum neque concurriont primi, licet ad tertias nuptias non transierit parens, videlicet si non fuerint alienata: nam ex hac Nov. alienari possunt, non ex 98. *&* 127. Lucra primarum alienari non possunt, quia transiit ad secundas nuptias. Tum deinde exponit Justinianus sententiam *l. pen. §. ult. C. de don. ante nupt.* quæ est Julioi. Justinianus tamen se eam fecisse profitetur, *l. ult. §. ult. eod. tit.* imperantem scilicet cum patre, quo vivo, & nobilissimus Cæsar, & Imperator appellatus est. Dos & donatio propter nuptias ampliari, vel augeri potest constante matrimonio: imo & constitui, itemque deminui constaote primo matrimonio. In matrimonio secundo liberis existentibus ex primo deminui non potest, ne fraus fiat *l. hac edictali:* ut si secundo marito data, vel cauta sunt mille in dotem, quia debet etiam mater singulis liberis prioris matrioıonii relinquere, aut dare mille, forte ut liberos fraudet .i. ut ne mille singulis dare compellatur, utque minuat portionem liberorum, manente matrimonio si fingat se minuere dotem, hoc oon fit jure. Quin & generaliter evitandæ fraudis causa io secundo matrimonio inhibetur deminoutio dotis. Sequitur aliud genus coercendarum secundarom ouptiarum, ut qui secundas contrahit nuptias, relictum, vel concessum sibi à priori conjuge usumfructum bonorum omnium amittat, & liberis prioris matrimonii integrum restituat, *l. 1. C. si sec. nupt. mul.* Sed hoc genus pœnæ hæc Nov. non admittit. Hodie igitur ususfroctus bonorum à priori conjuge acceptus non amittitur propter posteriorem, nisi hanc legem prior conjunx conjugi, cui usumfructum dedit, indixerit, & nisi pro ratione Falcidiæ ut *Nov.* 18. & hoc si usumfructum dederit titulo legati, vel fideicommissi, vel donationis simplicis. Quod si usumfructum bonorum dederit in dotem, vel donationem propter nuptias, is qui eam dotem, vel donationem propter ouptias .i. usumfructum bonorum lucratus soluto matrimonio, eam retinet optimo jure transiens ad secundas nuptias, etiamsi aliud cautum conventumve sit: quia etsi bona fuissent data in dotem, vel donationem propter nuptias, lege competeret eorum bonorum ususfructus contrahenti secundas, nec posset adimi caotione privatorum. Diversum est si quæ bona sint in conjugem collata alio titulo quam dotis, vel donationis propter nuptias: nam etsi quoties nihil in contrarium actum est, lex velit transeuntem ad secundas nuptias eorum bonorum usumfru. retinere, proprietatem autem amittere, tamen & hoc reliquit, in arbitrio dantium, ut donationi dicerent legem, quam vellent. Igitur nihil interest usumfruct. an plenam proprietatem alio titulo contulerit in conjugem, quia utroque casu excipere potest casum secundarum nuptiarum: sicut & nihil interest usumfructum an plenam proprietatem dotis, vel donationis propter nuptias titulo contulerit io conjugem, quia neotro casu ulla cautione efficere potest ut contractis secundis nuptiis non habeat usumfructum. Addit patrem quoque contrahentem secundas nuptias oon amittere usumfructum bonorum adventitiorum adquisitorum à filiofamilias. Adquiruntur ergo adventitia patri osusfructus jure, nec amittitur ususfructus

A si induxerit novercam filio, *l. ult. C. de bon. mat.* Castrensia tamen, & quasi castrensia filiof. adquiruntur pleno jure. Adjicitur in Haloandri editione, & in Basilicis, Et alia quædam, quod videtur adjectum ex sequeotibus Novellis, veluti ex 117. de his, quæ filusiam. relinquontur sub hac cond. ne ad patrem ususfr. pertineat, & ex 118. de bonis fraterois. Sed persequamur modo breviter, & alias secundarum nuptiarum pœnas. Quæ iterum nubit non utitur privilegiis, vel dignitatibus prioris mariti, *l. filii, §. 1. ad mun. l. cum te, C. de nupt.* Lege Julia, & Papia stuprum committit liberta, quæ est in matrimonio mariti, si eo invito nubat alteri, *l. 1. C. de inc. nupt.* Mater, quæ iterum nupsit, ab ingratis liberis donationem non revocat nisi tribus casibus, *l. 7. C. de rev. don.* Idem in patre constituitur. Gravius coercentur B mulieres, quæ plurimum faciliusque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt, *l. lex, C. de adm. tut.* Viri non adeo sunt faciles & inconsiderati: quamobrem nec ullo modo multabaotur olim. Liberi impuberes non educantur apod matrem si iterum nupserit: quod tamen olim non obtinuit; nec tere ulla alia multa secundarum nuptiarum. Livius 39. *Pupillus relictus sub tutela matris, & vitrici educatus fuerat.* Si iterum non nupserit, morte soluto matrimonio, educantur apud matrem: divortio facto, apud eum, qui divortio causam non dedit, *Nov.* 117. His Justinianus obiter adjicit explicationem, *l. 1. si dos const. mat. sol. fuer.* Dos constante matrimonio uxori reddi non potest, nisi certis ex causis: nam representatio dotis species donationis est, *l. mutus, §. manente,* C *l. ult. ff. de jur. dot. l. quamvis, ff. solu. matr.* Quod si constante matrimonio dos reddita sit, sine justa causa, mortua uxore repetitur ab ejus heredibus cum fructibus medii temporis, & retinetur, si in casum mortis dotem sibi maritus receperit, proprietate servata liberis prioris matrimonii, viro secundas contrahente nuptias: hæc est interpretatio *d. l. 1.* cui adjicit Justiniaous, dotem cautam non datam mortua uxore maritum ab heredibus uxoris petere secundum conventionem habitam in casum mortis mulieris, æque servata proprietate liberis, si iteraverit nuptias: sed huic petitiooi obstat præscriptio certi temporis ex *Nov.* 100. Nondum multandarum nuptiarum rationes exposuimus omnes. Sequitur alia: Mater deficientibus testamentariis, & legitimis, tutelam filiorum gerere potest, D si modo juraverit se iterum non nupturam, & renunciaverit S. C. Vellejano: nam tutela species intercessionis est. Sed si contra fidem jurisjurandi iterum nubat non redditis rationibus, nec petito alio tutore, filii habent tacitam hypothecam tam in vitrici, qoam in matris bonis, quia fraudem cum eo participasse mater videtur, *l. 2. C. quan. mul. tut. off.* & amittit mater successionem filiorum legitimam, & testamentariam, qood alium filiis tutorem non petierit, exemplo Constitutionis Severi, *l. omnium, C. ad Tertyl. l. si matr, C. in quibus cau. pig. tac. cont. l. sciant, C. de leg. her.* quæ simul omnes conjungendæ sunt. Hodie jusjurandum non exigitur, sed testatio apud acta *Nov.* 94. cum tamen, & in hac Nov. in qua recte Vetus interpres legit διαμαρτυραμένη, non ἐπαγγειλαμένη, & *Nov.* E 155. probasset jusjurandum. Item hodie mater præfertur legitimis *Nov.* 118. At præterea, quæ nondum finita tutela filiorum, quem gerendam suscepit, secundo marito nubit, eis quoque pœnis alligatur quibus illa, quæ nubit iotra annum luctus: nam & utroque modo nuptiæ censentur immaturæ. Octava pœna secundarum nuptiarum, quæ hac Nov. proponitur, sumpta est ex *l. jubemus, §. in supradictir, C. ad Treb.* ex qua pater a quo legatum, vel fideicommissum filio suo relictum est in diem, vel sub conditione, non præstat filio satisdationem legatorum, aut fideicommissorum servandorum causa, nisi transeat ad secundas nuptias: nam hoc casu satisdat, ut ait *d. l. jubemus.* Hæc stipulatio legatorum seu fideicommissorum sui origine satisda-

tisdatio est : Cum tamen de ea agitur interponenda à patre, puto satisdationem accipiendam pro cautione nuda : atque ita in *hac Novella*, Justinianus non ἱκανοδοσίαν dixit, sed ἀσφάλειαν:& præstatur hæc cautio filio emancipato, *l. filio, ff. ut leg. nom. cau.* non filiofamilias, *l. Imperator, ff. ad Treb.* Nono loco ostenditur secundas nuptias officere iis qui aspirant ad clerum, primas non officere, nam qui justam uxorem duxit & habet, diaconus, hypodiaconus, presbyter fieri potest .i. ante clericatum matrimonium legitimum contrahere potest, primum, non secundum, ducta etiam ea quæ nunquam experta sit virum, non vidua. Post clericatum non potest matrimonium contrahere, ut Leonis *Nov.* 3. ne ex permissu quidem Episcopi, *Novel.* 23. quæ hac in re derogat Ancyranæ synodi, cap. 10. nec queri de eo possunt clerici : Cur enim antequam offerrent se clero, sibi non adjunxerunt uxorem, vel ejus die pridie quo clerici facti sunt ? & sic ante monachismum testamentum facere licet, post monachismum non item *Nov.* 5. nec de eo queri possunt monachi. Cur enim ante ingressum monasterii testamentum non fecerunt ? Quod si post clericatum matrimonium contraxerint, pœna hæc est ut clero moveantur, *Nov.* 6. *&* 123. vel ex Leonis *Novel.* 79. ordine clericali eo quem tenebant ante nuptias, veluti diaconatu aut presbyteratu, non clero : & liberi sunt spurii ex *l.* 44. *de episc.& cleric.* quæ in eo titulo desideratur. Excipiuntur lectores & cantores non tantum Constitutionibus, sed & cap. 26. Apostolorum, & cap. 6. synodi sextæ in Trullo : nam ii licet post clericatum nuptias contrahant, si modo eas non contrahant cum vidua, non moventur clero vel ordine suo, sed neque arcentur superiori ordine, veluti diaconatu, nisi contraxerint secundas nuptias. Tertiæ interdictæ sunt *Nov.* 6.

Ultimo loco Justinianus proponit explicationem & emendationem legis Juliæ Miscellæ : quæ lex remittit conditionem viduitatis, si is cui forte legato relicto ea conditio adscripta est, intra annum (luctui nondum erat præfinitus annus) secundas nuptias contraxerit, & juraverit se procreandorum liberorum causa id facere, ut Sp. Carbilius jurasse dicitur apud Censores : ut lege Junia Norbana testatio interponitur liberorum quærendorum causa uxorem duci, apud Ulpianum tit. 3 t.& vulgo solebat inseri tabulis nuptialibus, liberorum quærendorum causa duci uxorem. Cornelius Tacitus 11. *Adhibitis qui obsignarent velut suscipiendorum liberorum causa convenisse*. Augustinus 3. contra Julianum : *Pudicitia conjugalis facit quod præscribunt tabulæ matrimoniales, ne ultra quam generandis filiis satis est, conjugis corpus attrectet*. Idem serm. 244. Uxor *non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem accipitur. Denique & ipsæ tabulæ matrimoniales hoc continent, Liberorum*, inquit, *procreandorum causa* : & t. de nuptiis ad Valerium Comitem : *Ut secundum matrimoniales tabulas nonnisi liberorum procreandorum causa concumbant* : & inde *l. liberorum, ff. de verb. signif.* liberorum procreandorum animo & voto uxores duci. Pertinet autem id legis Juliæ caput tam ad virum quam ad fœminam, *l.* 3. *C. de ind. vid. tol. l. heres, §. ult. de cond. & dem.* & ob id, quantum opinor, Miscella appellatur. Est de ea *l. ult. ff. de statulib.* et plæræque aliæ in *tit. de cond. & dem.* Capit igitur ex ea lege vir mulierve hereditatem aut legatum intra annum, etiamsi secundum matrimonium contrahat, sive à conjuge sive ab extraneo hereditas aut legatum relictum sit sub conditione viduitatis. Post annum non capit, nisi præstita cautione Mutiana, quæ solet interponi in omnibus conditionibus quæ morte legatariorum finiuntur, sive quæ in non faciendo concipiuntur, qua caveat se non coiturum secundas nuptias, et si coierit, redditurum legatum cum fructibus medii temporis, *l. Mutianæ, l. heres, §. qui post, l. Titio fundus, ff. de cond. & demon. l. cum filius, §. qui Mutianam, ff. de leg.* 2. Ex Constitutione Justiniani conditio viduitatis remittitur etiam post annum, atque etiamsi cum juraverit se liberorum quærendorum causa nuptias contrahere. Sed proprietas rei legatæ servatur liberis prioris matrimonii, ut et cæterarum omnium quas ex bonis prioris conjugis superstes conjunx accepit, *l.* 2. *C. de ind. vid. tol.* At hæc conditio, Si vidua erit, vel Cum vidua erit, Si uxorem amiserit, Cum cœlebs erit, non remittitur, *l.* 3. *C. eod.* Nec enim indicit viduitatem, sed solatium viduitati præbet. Conditio viduitatis omnimodo remittitur. Sed hoc rursus in hac Novel. ita Justinianus emendat, ut conditio viduitatis nullo modo remittatur. atque adeo ut intra annum legati aut hereditatis petitionem non habeat, nisi qui conditionem expleverit : expleri eam morte vel sacerdotio, ut conditionem, Si sine liberis decesserit, auctore Theodoro. Post annum vero ut legatum non capiat nisi præstita coheredibus vel heredibus testamentariis aut legitimis cautione Mutiana juratoria : atque ita revocatur jusjurandum legis Juliæ Miscellæ, cum hypotheca rerum suarum expressa vel tacita, vel præstita satisdatione, secundum distinctionem hujus Novellæ, ni conditioni pareatur de restituenda re integra cum fructibus medii temporis, vel pecunia cum usuris trientibus, vel cum usuris ex ea pecunia perceptis. Cautio Mutiana est satisdatio, *l. cum sub hac. l. hoc genus, ff. de cond. & demonst.* et interdum repromissio juratoria cum hypotheca bonorum ex *hac Nov.* et inde *l. Titio fundus, ff. eod.* cautio deficere dicitur non quæ præstita non est, sed quæ non durat eversis facultatibus fidejussoris, vel mortuo fidejussore sine heredibus. Contractis secundis nuptiis stipulatio committitur, et rem legatam vindicat stipulator à quocunque possessore. Sed quid si is cui legata est pecunia, non possit satisdare ? quid si etiam indignus est qui committatur juratoriæ cautioni ? Tum vero ei legatum non præstatur ante conditionem expletam, sed præstantur usuræ trientes, ut in specie *l. hac edictali, §. hic illud, C. de secund. nupt.* Addit Justinianus remitti hanc cautionem à testatore posse. Non omnis cautio remitti testatoris voluntate potest. Fructuaria non potest remitti : legatorum non potuit remitti ante Constitutionem Marci : Mutiana potest remitti. Et hoc postremo genere & illo, ut non utatur dignitate & privilegiis prioris mariti, itemque in clericis, & in liberta coercentur secundæ nuptiæ, etiam non existentibus liberis. Cæteræ pœnæ locum habent existentibus tantum liberis : & hoc si secundæ nuptiæ non sint immaturæ. Immaturæ dicuntur dupliciter. Si nubat mulier intra annum, & eæ coercentur etiam non existentibus liberis : Si nubat nondum finita tutela filiorum, & has coerceri palam est propter causam existentium liberorum. Quod sequitur de administratione lucrorum nuptialium & de successione matris exposuimus *Nov.* 2. Οἱ δὲ αἰτίαν ἀπάσης χωρίς.] Illa sine causa ulla, hæc justa ex causa. Τῶν ἐν δικαστηρίῳ στρατηγῶν.] Judicum civilium alii sunt illustres, ut præf. prætorio : alii spectabiles, ut proconsules & prætores : alii clarissimi, ut correctores. *Nov.* tamen 17. correctores quartum ordinem occupant, quia non omnes sunt clarissimi, perfectissimi quidam. Ad modum eundem hic locus demonstrat judicium militarium alios esse illustres, ut magistros militum : alios spectabiles, ut duces : alios clarissimos, ut tribunos. Κατὰ πρόληψιν.] Ergo ex præsumptione voluntatis lucra nuptialia pertinent ad liberos, etiamsi patri heredes non extiterint, & ita *Nov.* 39. ex generali fideicommisso vel obligatione quædam κατὰ πρόληψιν dicuntur excepta : & *Nov.* 136. argentarii κατὰ πρόληψιν, qui de usuris pacti sunt, de bessibus pacti videntur : & Harmenopulus ex mobilium legato quædam excipi κατὰ πρόληψιν. Possent similia ex Græcorum adnotationibus adjungi pleraque ad præsumptionum materiam magnopere conducentia, ut ad *l. pen. C. de fidejuss.* fidejussorem sine scripto acce-

ptum

ptum judicio rei exhibendi causa, non teneri ultra duos menses, quod κ̀ πρόληψιν non fidejusserit in longius tempus: quod & iisdem verbis adnotat Isidorus ad *l. 8. Cod. de dot.* & alii ad *l. neque absentes, ff. de fideicommiss. lib. l. 3. §. ult. ff. de adim. leg. l. cum quidam, ff. de iis, quæ ut indig.* & ἐκ προλήψεως ad *l. defensionis, Cod. de jure fisc.* & ad *l. 13. C. de postlim.* ὡς προλήψει δοθὲν αὐτῇ συγχωρεῖ τὸ τίμημα, *& l. jurisgentium §. pactorum, ff. de pact.* & in Novellis Leonis & Constantini: οἱ μάρτυρες οἱ ἀξίαν, ἢ στρατείαν ἢ ἐπιτήδευμα, ἢ εὐπορίαν ἔχοντες κ̀ πρόληψιν δοκιμοι τυγχάνοντες. Τηνικαῦτα πάσης φιλοτιμίας] In hunc locum hæc inveni adnotasse Græcos interpretes: τὸ φιλοτιμίας ἐνταῦθα ἐ περὶ τὰ ὑποβόλα νοεῖται λεγόμενον ἢ τὰ θεώρετρα: ταῦτα γὰρ ὡς χρέος εἰσὶ χρεωστούμενα πλέον τοῖς παισίν: ἀλλ' ἐκ τῆς εἰρημένης κυρίως φιλοτιμία, κ̀ ἐκπίπτει τῶν ἡ δευτερογαμήσασα ὅπερ μέλλει κερδαίνειν: οἷον λεγάτα, δωρεαὶ καὶ ἄλλα τινὰ, εἰς ἃ οἱ μὲν αὐτῆς παῖδες μὴ δευτερογαμησάσης ἐδὲν ἔχεσι δίκαιον: τὸ δὲ ὑποβόλα μὴ δευτερογαμοῦσα μὲν παίδων λαμβάνει μοῖραν κ̀ δεσποτείαν: τὸ δὲ πλημμελήσασα καὶ ταύτης στερεῖται, καὶ ἔχει τὴν μερίδα κ̀ χρῆσιν μόνην, καὶ ἐδὲ ἐκποιεῖται ταύτην: ἀνατρέπεται γὰρ ἡ πρᾶξις παρὰ τῶν παίδων. Ὅπερ τινί] Intelligit *l. ult. C. de bon. mat.* Haloander & Vetus interpres male τελεῖν. Πρόνοια δὲ ἔστω] Hoc idem confirmatur *l. 2. C. quan. mul. tut. off. l. 1. C. de sut. illust. pers. Nov. 94.* Corrupte Julianus, præf. præt. Οὐκ αὐτὸς ὁ Ἰέλιος] Non ipsa lex Julia Miscella. Legi] Subscriptio est quæstoris, Quæstor legi, ut *Nov. 105.*
Observa Johan. Robert. Animadv. lib. 1. cap. 1. 2. 3.

NOVELLA XXIII.

De appellationibus.

TRia sunt capita hujus Novellæ. Primum ut à sententia judicum spectabilium vel clarissimorum appellare liceat intra dies à recitatione sententiæ tam in propria quam in aliena causa, sublata bidui & tridui antiqua distinctione, *l. 1. §. biduum, ff. quando app. sit.* A sententia illustrium præfectorum prætorio ut appellari non possit, *Nov. 82. 119.* Secundum caput, ut si princeps ad quem appellatum est aliis distentus occupationibus. Senatum convocare nequiverit habendæ consultationis causa, nulla ex mora judicii præscriptio temporalis appellanti objici possit. Inducenda in consistorium principis est causa appellationis intra annum, nec tamen si eodem die compleri non potuerit per occupationes principis vel senatus, ideo deperibit, *l. ult. §. si tamen, C. si tem. appell.* nam si ad alios judices introducta causa appellationis, quo minus intra annum peragatur per judices ipsos steterit, lis non perit, sed datur temporis reparatio, *d. l. ult. §. illud etiam, Nov. 119. l. 2. C. Th. de rep. ap.* Symmachus ad Theodosium. *Parentum numinis vestri divorum principum protulit sanctiones, quæ inter reliquas exceptiones reparationem jurgantibus tribuant si per cognitorem causa labatur.* Tertio capite demonstratur, quis à quo appelletur in Oriente, quem dividit in diœceses quinque, ut *l. 2. C. de mil. vest. l. 1. C. ut nemo ad suum patr.* Et in Ægypti quidem diœcesi à clarissimis judicibus, si lis non excedat quantitatem decem librarum auri, appellatur ad virum spectabilem præf. Augustalem, sive præf. Ægypti, qui sine spe appellationis vice sacra cognoscat .i. qua de re appellari olim princeps solebat ut ipse Julianus ait. Quantitatem D. aureorum, debuit dicere DCCXX. Fuit tamen ex anterioribus Novellis quingentorum, anterioribus tempore, posterioribus collocatione: nam hæc post Belisarii consulatum, sequentes Belisario Consule. In diœcesi Orientis ex causis quantitatis ejusdem appellatur à clarissimis ad viros spectabiles Comites Orientis. In Pontica & Asiana diœcesi à clarissimia appellatur ad comites vel proconsules, vel prætores, vel moderatores viros spectabiles, quibus à lege specialiter datum est, ut vice sacra cognoscant in causis quantitatis ejusdem, ut à Consulari IV. Armeniæ v. c. appellatur Comes III. Armeniæ v. s. & à Correctore secundæ v. c. Proconsul primæ v. s. *Nov. 31.* De diœcesi Thraciæ nihil dicit, quia in ea est urbs, à clariss. omnes appellationes ad v. i. præf. prætorio referuntur. In cæteris diœcesibus illæ tantum quæ superant quantitatem decem librarum auri. An & si clarissimi judicaverint ex delegatione principis, eadem distinctio, & quantitas observatur? Sic sane: qua in re derogatur *l. præcipimus, C. de appell.* quæ indistincte ab his quos princeps delegavit appellationes transmittit ad præf. prætorio & quæstorem. Ab spectabilibus judicibus, cujuscunque quantitatis lis fuerit, de qua ipsi ex ordine judicant, non ad alios spectabiles appellatur, ne par à pari appelletur, sed ad virum illustrem præfect. prætoriu Orientis, ut is de re cognoscat vice sacra; adhibito viro illustri quæstore sacri palatii, *d. l. præcipimus, & seqq. Nov.* obsequentibus tam præfectianis, quam memorialibus: qua ex re nata est quæstio *Nov. 20.* Ab spectabilibus vel illustribus, qui ex principis delegatione cognoscunt, appellari dicit eos, qui solebant antea, id est principem ipsum vel magistrum officiorum & quæstorem, *l. præcipimus, §. ult. l. pen. C. de appel.* (ET SI PRIVATI SINT) Id est, non illustres, *d. l. præcipimus.* In fine ἀνεγράφετο leges, non προεγράφετο.

NOVELLA XXIV.

De prætore Pisidiæ.

PIsidiæ provinciæ Asianæ diœceseos Prætor Justinianeus civilis & militaris magistratus munere fungitur, & à clarissimis, qui ex delegatione in ea provincia cognoscunt, ad eum tanquam spectabilem appellatur, si modo causa non excedat quantitatem quingentorum aureorum, non ad Comitem Phrygiæ Pacatianæ: & contra ab eo ad præfect. prætorio appellatur, qui de re omni cognoscat adhibito quæstore sacri palatii, secundum superiorem Novellam. Dantur huic prætori officiales centum promovendi sacra probatoria ex scrinio libellorum, ut *Nov. seq. & l. 6. l. pen. & ult. C. de diver. offic.* & adsessor, & insignia prætoria, sex fasces, & carruca argentea, & inter milites Ad responsum: qua appellatione quid significetur diximus, *l. ult. C. de re milit.* (Οὐ δὴ κ̀ πραίτωρες ἐκάλουν) M. Tullius à præeundo Prætores appellantur, Lucilius: *Prætorum est ante praire.* (Δικαστικὰ καταγώγια) Domos judiciarias, *l. 8. C. Th. de oper. pub.* (Οἱ μὲν Σικελίαν) Pomponius *l. 2. §. capta ff. de orig. ju.* Livius 32. Prætores creati crescentibus jam provinciis & latius patescente imperio.

NOVELLA XXV.

De prætore Lycaoniæ.

UTi in Pisidia, sic in Lycaonia, quæ etiam est Asianæ diœceseos, constituitur judex spectabilis prætor Justinianeus, cui dantur & mandantur eadem, quæ superiori Novella prætori Pisidiæ. (Πρίν γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων) Festus, Initio prætores erant, qui nunc consules: & ii bella administrabant.

NOVELLA XXVI.

De prætore Thraciæ.

TErtius hac Novella constituitur prætor Justinianeus provinciæ Thraciæ, & eadem illi dantur, quæ superioribus, nisi quod prætoriani officiales illius probatoriam sumunt ex scrinio epistolarum, quam superiores ex scrinio libellorum, *l. ult. C. de divers. offic.*

substi-

ſubſtituitur hic in duorum locum, vicarii ſcilicet magiſtri militum, & vicarii præf. præt. præſes autem retinetur.

NOVELLA XXVII.

De Comite Iſauriæ.

CONſtituit Comitem Iſauriæ ad exemplum Comitis Phrygiæ Pacatianæ, & Comitia Galatiæ primæ conſtituti *Nov.* 8. Is ante duplici appellatione dicebatur Comes & præſes Iſauriæ, ut Notitia Romani imp. declarat.

NOVELLA XXVIII.

De moderatore Helenoponti.

CUm antea fuiſſent duo præſides ſive correctores Helenoponti, & ponti Polemoniaci, & duæ provinciæ, modo facit ex utroque Ponto Juſtin. provinciam unam Helenopontum, eique moderatorem præficit unum, ſive Harmoſten, quæ vetus (ut ait) appellatio eſt Lacedæmoniorum Reip. Appianus *ἐμφυλίων lib. 4. ὃν αὖτις ἄλλοι ἁρμοστὰς ὀνομάζουσιν ὃ καὶ Λακεδαιμονίοις τοῖς καθισταμένοις τὰ ὑπήκοα ἐτίθεντο ὄνομα.* Moderatorem, inquam, unum, ſicut & habuiſſe utrumque Pontum refert ſemper publicorum tributorum & deſcriptionum tractatorem unum, nec tamen metropolim unam, ſed duas. Amaſiam, & Neocæſaream, ſicut provincia Syriæ Phœnices, quamvis una ſit, duas tamen metropoles habet, *l.* 1. *C. de metr. Ber.* & provincia Paphlagoniæ *Nov. ſeq.* Repetuntur multa tam hac quam ſuperioribus inferioribuſque Novellis ſpecialibus de officio provincialium magiſtratuum, ex generalibus 8. & 17.

NOVELLA XXIX.

De prætore Paphlagoniæ.

HÆc quoque Novella ex duabus provinciis, Honoriade ſcilicet, & Paphlagonia, unam facit, & prætorem Paphlagoniæ Juſtinianus unum (Ἐκ Βιθυνίας) *L.* 119. *C. Th. de decur.* Dio *in Adriano.*

NOVELLA XXX.

De proconſule Cappadociæ.

CAppadociæ primæ præſes, ut ait *Nov.* 20. vel potius primæ, & ſecundæ Cappadociæ præſides duo, mutantur in proconſulem unum, qui non tantum civilis, & militaris, ut ſuperiores, ſed etiam tamjaci magiſtratus fungatur officio, & tamjacus magiſtratus abrogatur: is eſt, qui olim dicebatur Comes domorum: erant enim in Pontica diœceſi, & in Cappadocia præcipue, domus & poſſeſſiones multæ proprii patrimonii principis, & in eis coloni æque, & inquilini, & ſervi, & equitia ejuſdem juris, conditionis, nominis, homines puta tamiaci, poſſeſſioneſque tamiacæ, qui quæve omnes erant ſub juriſdictione Comitis domorum, *l. pen. C. ubi cau. fiſ. Nov.* 20. quod memini me latius comprobare in tit. Codicis *de præpoſ. ſacr. cub.* Ergo ſublato Comite domorum transfundit hanc rerum tamiacarum, ſive *βασιλικῶν*, juriſdictionem omnem hæc Novella in proconſulem Cappadociæ, ſimul ac cohortem omnem Comitianam: ita tamen, ut hæc ſeorſim à cohorte civili exigat reditus, tractet, adminiſtret prædia tamiaca, nec ſe muneribus cohortis officiiſve præſidialis admiſceat, & retro etiam, ut officium præſidiale nihil attingat eorum, quæ ad officium Comitianum ſpectant. Comitianum & præſidiale dicimus *διαφορικῶς*, quod conjunctum hodie, unique proconſuli attributum, Proconſulare nuncupatur. Inter officialia Comitiana nominantur ſummarii, ſic dicti ab æſtimationibus faciendis, ut *Novell.* 64. & M. T. initio x. ad Atticum, & tredecim exactores, & *καταρχιναστάί*, & primi ac ſecundi magiſtri primates officii: tolluntur procuratores, & tractatores (horum enim onera ſatis illos implere) & conſequenter quidquid malo more ab his collatores exigi ſolebant. Videtur autem, quod ad res tamiacaa attinet, ſuperior eſſe proconſule præpoſitus ſacri cubiculi: nam & ejus præceptis parere jubetur proconſul, & relationes ad eum facere, & admittere, quos ille miſerit palatinos ſive canonicarios, & proconſul ſpectabilis eſt, præpoſitus illuſtris. Deputati erant reditus tamiaci cubiculo, & cellario ſacro, id quod proprie *ταμιεῖον* eſt: & inde cauſa juriſdictionis præpoſitorum ſacri cubiculi, ut diximus *l.* 1. *C. de prædiis tamiacis:* ἢ τινι Ῥωμαίοις πρότερον τὴν ἐν Ἀφρικῇ] Carthaginem intelligit, quæ (ut Sex. Ruffus ſcribit) prima fuit proconſularis provincia, & ſimpliciter proconſularis provincia cum dicitur, hæc dicitur, & proconſul quoque per eminentiam, Africæ proconſul. Οὐ γὰρ αὖτις ἀντίθεσιν τοσόνδε τι τῷ δημοσίῳ] Hoc congruit cum *l.* 5. *C. de oper. pub.* tantum abeſt, ut pugnet cum veteri jure, quod perperam tamen Juliani interpres adnotavit. Ὥστε καὶ δημοσίαν ποιεῖν τὴν οὐσίαν] Interpretatione pœnæ molliendæ ſunt, *l. pen. ff. de pœnis.* Igitur hoc forſitan non male Juliani interpres, non omnia bona publicari, ſed ea tantum quibus titulos impoſuerit. Εἴτε ἐν ἱεροῖς τελοῖεν] Ut *Nov.* 102. ſecundum modum tantum *Novel.* 123.

NOVELLA XXXI.

De præſidibus Armeniæ.

QUatuor Armenias conſtituit, primæ dat proconſulem, ſecundæ correctorem, tertiæ Comitem, quartæ Conſularem. Corrector, & Conſularis ordinarii ſunt: Proconſul & Comes, ſpectabiles: & ut ſupra *Nov.* 28. & 29. ita hac Novella quæ fit innovatio in magiſtratibua, & provinciis, ei non adſtringuntur eccleſiæ. Nec ſimiliter hodie pleriſque regionibus, quæ civili, aut militari magiſtratui eſt metropolis, non eſt etiam metropolis epiſcopis: & provinciarum longe aliam diviſionem obſervat eccleſia, aliam Reſpublica.

NOVELLA XXXII.

De his, qui pecuniam credunt agricolis.

HÆc Nov. pertinet ad provincias Thraciæ, & duo conſtituit favore agricolarum, unum de antichreſi, alterum de uſuris. De antichreſi, ut creditores *ἀντίχρησιν* cum agricolis non paciſcantur fundorum, vel pecorum, vel mancipiorum ruſticorum, id eſt, ut ne ab agricolis fundos pignori capiant, ea lege ut fructus omnes percipiant uſurarum vice, quod ſors oblata, vel ſoluta ſit, atque ita ut fructus non imputent in ſortem. Qui modus datus eſt uſuris, idem datus non eſt antichreſi: nam pacta antichreſi fructus creditori cedunt etiamſi quo anno excedant uſurarum modum, propterea quod non ita ſemper fructus bene proveniunt. Pacto antichreſis conſtituitur, uſuræ ſtipulatione. Antichreſis perimitur nuda oblatione ſortis, uſuræ non item, *l. ex prædiis, C. de uſ.* Antichreſin ab agricola paciſci non licet, uſuras ſtipulari licet. Et de uſuris quidem hoc conſtituit, ne ab agricolis creditor ſtipuletur graviores trientibus, credita pecunia, hoc eſt non plus quam ſingulas ſiliquas quotannis in ſolidos ſingulos, & non plus quam ſolidos quatuor, & ſiliquas quatuor in centenos: hæc enim eſt definitio uſuræ trientis, ut conſtat ex Leone *Nov.* 83. & Aniano *l.* 2. *C. de uſur.* Credito autem frumento, vel aliis fructibus, ab agricola ſtipulari creditor poteſt uſuram centeſi-

tesimam .i. in singulos modios octavam modii partem: hæc est usura centesima, ut constat ex *Nov.* 130. nam ut in pecunia usura centesima est, quæ in singulos solidos quotannis reddit tres siliquas .i. octavam partem solidi, ita in frumento centesima est, quæ in singulos modios quotannis reddit sextarios duos .i. octavam partem modii. Proinde usura centesima est, quæ in centenos solidos, vel modios quotannis reddit duodenos semis. Hæc est nova definitio usuræ centesimæ: vetus hæc, quæ in centenos solidus, vel modios quotannis reddit duodenos. Successit novæ, & alia amplior, quæ in centenos solidos reddit XVI. semis & quatuor siliquas, hoc est in libram auri, quæ est LXXII. solidorum duodenos, auctor Harmenopulus III. Epit. & Zonaras Nicenæ synodi c. XVII. Ut nunc libræ, inquit, sunt solidorum LXXII. ita olim centenariæ erant, & c. solidorum usura erat XII. quæ & ob id dicitur centesima, quod de sorte c. exigatur, itaque quod Cedrinus scribit Nicephorum ἀπὸ γεννικῶν usuræ nomine in singulos solidos exegisse quatuor siliquas auri libras XII. solidos, usura centesima est. Olim credita pecunia stipulari licebat usuram centesimam, *l. 4. §. pro operis, ff. de nav. fœn. l. 8. C. si cer. pet.* credito frumento & frugibus omnibus quatuor centesimas, *l. 1. C. Th. de usuris*, & probat etiam *l. 24. C. eod. tit.* fruges recepisse immodicas usuras. Hodie credita pecunia stipulamur besses, aut semisses: credito frumento cæterisque frugibus, centesimas, *l. eos, C. eod. tit.* Causa differentiæ inter pecuniam, & fruges posita est in incerto, & inconstanti frugum pretio, quæ etiam efficit ut frugum usuræ ex pactu debeantur, pecuniæ nonnisi ex stipulatione, *l. 12. C. de usur.* Et in frugibus jus est commune creditorum, & debitorum omnium, ut admittant centesimam usuram: in pecunia separantur viri illustres à cæteris creditoribus, rusticani à cæteris debitoribus: nam hi promittere, illi stipulari tantum trientem possunt. Creditor qui plus exigit, credito cadit: miles hoc amplius exauctoratur. Crimen exasperatur in militem, *l. quædam, ff. de pœnis.* In inscriptione non est, quod dubitemus de nomine Agerochi, de quo ita lusit Tzetzes, Λέξον τὸν ἀγέρωχον τελεῖ σημαίνει ταῦτα, ἔνδοξον, ἀριστεύοντα τε, τὸν ὑψηλὸν σὺν τούτοις. Ἀγέρωχον τὸν ἔνδοξον ἔτυμολόγησι, &c. Ξηρῶν καρπῶν] Fructus aridi sunt messes, *l. ult. §. ult. ff. de ju. fis. l. 15. C. Th. de suscep. l. 1. C. Th. de usur.* Sed idem dicendum in liquidis, arg. *d. l. 1. & l. oleo, C. de usur.*

NOVELLA XXXIII.

De his qui pecuniam credunt agricolis.

QUæ superiori Novella lex data est provinciis Thraciæ, hac porrigitur etiam ad provincias Illyrici.

NOVELLA XXXIV.

De his, qui pecuniam credunt agricolis.

EXemplum est Latinum *Nov.* 32. quod superiori subjicitur aliquanto latius, ut eo utantur Illyrici perinde ac Thraces in contrahendo mutuo cum agricolis: & legendum in eo, In Mysia secunda, & in provincia quam tu administras. Præses enim Æmimonti non regebat Mysiam secundam.

NOVELLA XXXV.

De adjutoribus Quæstoris.

QUæstor palatii est is, quem nunc Cancellarium appellamus, ut docui libro decimo Codicis. Is adjutores habet ex scriniis quos vult veluti officialium vice, ut dixi *Nov.* 30. olim habuit XXVI. *l. comperimus, l. ult. C. de prox. sac. scr.* ex scrinio memoriæ XII. ex scrinio epistolarum VII. ex scrinio libellorum VII. sacræ vocis ministros, ut est in Latina translatione hujus *Nov.* deinde multo plures. Hæc nov. veterem numerum revocat, adeo ut nullorum in locum velit alios supra numerum subrogari, nisi si qui sint adjutores supra numerum leterculenses in scrinio memoriæ, vel in aliis duobus scriniis melloproximi: hi namque alium possunt in suum locum subrogare, accepto pretio quantolibet. De statuis quoque non ambigitur .i. qui sunt intra numerum XXVI. quin possint alios ponere in locum suum, consensiente quæstore, vendito scilicet alii loco militiaque sua. Sed & transmittere eam in heredes extraneos possunt, dummodo inferant pro introitu solidos c. & hoc est quod ait *l. ult. C. de pign.* militias transferri in heredes sub certa pretii definitione. Pretium est c. aureorum: nam nec pluris vendere eam possunt. Hanc quoque militiam hæc Novella docet transmitti in liberos, etiamsi defuncto heredes non extiterint. Quod si heredes, aut liberi minus idonei militiæ sint, vel si qua alia ratione non heredes, aut liberi, sed in locum defuncti adjutoris alii subrogentur, ii eam pretii definitionem certam heredibus, aut liberis defuncti præstare compelluntur, *l. 7. & 11. C. de prox. sac. scr. l. omnimodo §. ult. C. de inoff. test.* & dicitur hæc præstatio scholæ placitum, *l. ult. C. de pign. & casus militiæ Nov.* 53. & 97. Inde, Julianus hoc loco, *Qui fiunt in locum eorum, qui suo loco ceciderunt, c. solidis præstitis fiant.*

NOVELLA XXXVI

De successoribus in Africa.

EDita hæc Constitutio est pulsis Africa Vandalis: Et hoc ea cavetur ut Afri sua bona, vel paterna, aut avita, vel quæ jure cognationis eis obvenerunt usque ad tertium gradum, per præf. prætorio Africæ, vel præsides provinciarum recipiant intra quinquennium, salva præscriptione XXX. annorum: quod & similiter fuit constitutum pulsis Italia Gotthis pragmatica sanctione Justiniani. Additur, ut si sit quæstio gentis, ex utraq; parte probationes admittantur, cognitionaliter non μονομερῶς: quod valde pertinet ad *l. 1. ff. de probat.* & ut Afri Romanis non Vandalicis legibus utantur.

NOVELLA XXXVII.

De ecclesiis Africæ.

EOdem quo superior tempore hæc etiam fuit edita Constitutio, ut ecclesiæ Africæ bona sua à Vandalis seu Arrianis occupata recipiant sub onere tributorum publicorum. Ecclesias non fuisse olim immunes à publicis collationibus certissimum est. Damnat, & Arrianorum, & Donatistarum parabaptismata, & parasynaxeis, & conventicula, & ecclesiarum privilegia confirmat, nec vult hæreticis patere dignitates, & officia publica.

NOVELLA XXXVIII.

De decurionibus.

COnstitutum fuit olim ut decuriones prædia sua donarent, sine decreto, non etiam venderent, *l. 3. C. de præd. decur.* Faciliores erant in vendendo quam in donando, idcirco prohibebatur venditio non donatio: & venditio, quia Reipub. interest decuriones facultatibus esse idoneos ad subeunda munera publica: nec enim inopes sunt oneribus ferendis pares. Desideratur in eo titulo *l. 4.* Justiniani Constitutio Græca, quæ etiam decuriones prohibuit donare, sine decreto. Desideratur & *l. 5.* quæ nullam causam donandi, nullas

perso-

personas excepit : De donatione directa, communi, simplici loquor. Dos enim & donatio propter nuptias non prohibetur, quia non est donatio simplex, cum & constante matrimonio fieri possit inter conjuges, *l.ult. §.sancimus, Cod. de don. ante nupt.* Simplex donatio prohibetur, quia propter nuptias non fit : donatio simplex non est contractus. Donationi propter nuptias inest species quædam contractus, ut eleganter Justinianus ait in hac Novella: comparatur enim doti, quam constat esse contractum, *l.contractus*, *ff. de div. reg. jur. l. exigere*, *ff.* de judic. & hoc apertius ita definit *Novel.* 119. donationem propter nuptias specialem esse contractum. Idem Justinianus *de decurionibus l.ult.* enarrat, & confirmat hac *Novel.* ut curia liberent eæ dignitates, Patriciatus, consulatus, magisterium militum, præf. prætoriana vel urbicaria : patriciatus & consulatus etiam honorarius, reliquæ nonnisi re ipsa administratæ, & *Novel.*70. & 81. Videtur his addi d. *l.ultim.* patronatus fisci, principatus agentium in rebus, proximatus sacrorum scriniorum. Sed quod ad has dignitates sive militias attinet, confirmat tantum *d. l.ult.* Justinianus libertatem his qui tum ea fruebantur ex jure antiquo, non etiam generaliter, & in futurum statuit patronatum, principatum, vel proximatum curia liberare, *l.7. de prin. agen. in reb.* Idem Justinianus, *l.ult. Cod. quan. & quib. quar. pars*, constituit ut omnimodo curiæ, vel curialibus liberis maribus aut fœminis curialibus nuptis curialis quadrantem omnium bonorum suorum relinquat : quod hac Novel. emendat mutato quadrante in dodrantem. Cæteri satis habent, si liberis relinquant trientem, vel semissem legitimæ partis. Rursus cæterorum liberi naturales ab intestato non succedunt nisi in sextantem, ut diximus *Novel.*18. Decurionum succedunt in dodrantem si se offerant curiæ. Liberi justi decuriones nascuntur, naturales non item & ob id debent se offerre curiæ, si quidem velint deficientibus justis liberis ab intestato dodrantem amplecti, & hoc de dodrante idem plenius definitur *Nov.*18. 89.101. De naturalibus loquimur, non de spuriis : nam etsi spurii decuriones esse possint, *l.spurii, ff.* de *decur.* tamen decurionatus non facit eos capaces hæreditatis paternæ ab intestato, quia nec patrem habere intelliguntur. Id quoque novum est in hac Novella, ut ex curiali, & tamiaca vel murilegola vel vicaria nati, patrem sequantur : repugnat enim *l.nati, Cod. de decur. l.his qui. Cod. de murileg.* Κωμῆται vel κωμητικοὶ sunt vicani, ut *Novel.*52. capitationi subjecti, non (ut Halnander interpretatur) Comitiani. Comitiani sunt officiales Comitis privatarum vel largitionum, vel domorum. Βίδιναι] De his *Novel.*128. & Observ.3. cap.14. Νέ μη ἀπέστησαν.] Ut *l.qui res §.ult. ff. de solut. Lex scit.*

NOVELLA XXXIX.

De fideicommissaria hereditate, & de ea quæ parit xi. mense.

HÆc Novella non est de restitutione dotis & donationis propter nuptias, sed de restitutione hereditatis, id est, de precaria substitutione, quo genere substituitur cuilibet heredi, non directo : & secunda ejus pars de ea quæ ex stupro parit. Quod ad primam partem attinet, quæstionis est, an is qui rogatus est restituere hereditatem, possit ex ea deminuere aliquid, aut alienare, aut obligare. Vetus distinctio, quæ probatur etiam Novella 108. hæc est. Aut rogatus est restituere hereditatem simpliciter, aut quod ex hereditate superfuerit. Si simpliciter, nihil deminuere aut alienare potest, & si quid alienaverit, fideicommissi persecutio competit jure ordinario .i. actionib. solemnib. ex testamento, vel in rem non tantum in heredem, sed etiam in emptorem, vel donatarium & quemlibet possessorem, *l.si quando, ff. de leg.1. l.qui solidum*, *ff.* de *leg.2. l. pater §.1. ff. de leg.3.* & hoc sive purum sive conditionale, sive in diem fideicommissum sit, *l.ult. §.sed quia*, *C. com. de leg.* Olim erat in heredem persecutio extraordinaria interventu prætoris fideicommissarii: & herede non existente solvendo, in extraneum possessorem solemnis in rem missio : hodie est persecutio ordinaria in quemlibet possessorem. Libertas tamen data servo pendente conditione fideicommissi, non revocatur, sed est persecutio æstimationis servi, *l quidam §.pen. l.si heres institutus*, *ff. ad Treb.* Valet ergo libertas data servo fideicommisso, quæ tamen non valet data servo legato, *l.servum*, *ff. de manumiss.* conjuncta *l.si locus*, *ff. de religios.* Legatum magis heredem adstringit quam fideicommissum, maxime ubi concurrit libertatis favor. Præterea sciendum est ei qui rogatus est restituere hereditatem, alienationem permitti ad finem quadrantis, quem deducere potest, vel etiam si liberi sint instituti & onerati fideicommisso, ad finem trientis vel semissis, quem deducturi sunt, *l.3. §.res, ff. ad Trebell.* Res igitur alienatæ heredi imputantur in Falcidiam, & catenus valet alienatio quatenus Falcidia largitur : quod supra Falcidiam est revocatur. Valet etiam alienatio quæ fit ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, si liberi sint heredes instituti, & Falcidia non sufficiat doti, vel sponsalibus constituendis pro dignitate personarum sive natalium, *l. quæro*, *ff.* de *jur. dot. l.9. Cod.* de *adm. tut. l. mulier §. penult. ff. ad Trebel.* atque ita ex generali fideicommisso deducitur quantum doti sufficit & donationi propter nuptias : quod non esse ut novum videatur, Justinianus ait hac Novella, cum & ex generali hypotheca quædam excipiantur tacito intellectu, *l. obligatione*, *ff. de pignorib.* Ut vero liberi fructus medii temporis hodie non imputant in Falcidiam, *l. jubemus*, *Cod. ad Trebel.* ita consequens esse arbitror ut ne in dotem, vel donationem propter nuptias fructus imputent contra d. *l. mulier §.penult.* ut deductionum omnium quæ liberis ex fideicommisso permittuntur jus, & ratio sit eadem. Sequitur alterum membrum distinctionis. Si heres in diem vel sub conditione rogetur restituere quod ex hereditate superfuerit, hoc casu deminuere interim & obligare potest, ex perspicua defuncti voluntate, qui superfluum tantummodo reddi jussit, *l. deducta §.penult. & ult. ff.* ad *Trebel.* Sed non dissolute tamen neque passim, veluti bona omnia intervertendi fideicommissi causa. Bona enim fides in deminuendo exigitur, & justa causa, veluti dotis aut sponsalium, aut redemptionis captivorum, aut alimentorum, d. *l. deducta*, *§. ult. l. Imperator*, *l. mulier §. ult. eod.* & boni viri arbitrium, *l. Titius*, *ff. eod.* puta ut deminuat tam ex suo patrimonio quam ex bonis fideicommisso subjectis pro rata, *l.3.§. nonnunquam*, *ff.* de *usur. l. sed & si lege §. quod autem*, *ff. de pet. hered.* ut si in patrimonio heredis sint cc. in fideicommisso c. & consumat XII. patrimonio suo accepta ferat VIII. fideicommisso IV. Id quoque boni viri arbitrium exigit, si creditorem debitor heredem instituerit, & rogaverit restituere quod ex hereditate superasset in conditionem aliquam, & interim deminuerit aliquid heres, idemque creditor defuncti, ut cum credito consumpta compenset, nec in ponenda ratione legis Falcidiæ deducat, quod sibi defunctus debuit, vel non deductum condicat incerti, *l.penult. ff. ad Trebel.* Summa igitur hæc est, eum qui rogatus est restituere superfluum hereditatis, non posse profundere & dilapidare bona fideicommissi, & deminutionem eam illi permitti tantum quæ boni viri arbitrio congruat. & quæ fiat bona fide. Cæterum hic deminuendi modus non est admodum certus. Quamobrem Justinianus *Nov.*108. deminutioni certum modum dedit. ut heres rogatus superfluum restituere, deminuat pro dodrante omni ex causa, & ut solum quadrantem fideicommissario conservare cogatur : imo & ex quadrante ut possit aliquid delibare justa ex causa, veluti dotis

aut donationis propter nuptias, sive sit filius, sive extraneus: nec enim hoc casu distat filius ab extraneo. Superior differentia est de herede simpliciter rogato hereditatem restituere: nam filius filiave deminuent dotis, vel sponsalium causa, extraneus non item. Id etiam additur *Nov.* 108. ab herede rogato superfluum restituere, sive filius is sit sive extraneus, cautionem esse præstandam de restituendo quadrante, & de dolo malo, ut *d. l. Titius*: quod pugnare videtur cum *l. jubemus*, *Cod. ad Trebel.* quæ cautionem remittit filio: ad quam ita soleo respondere: Filio rogato restituere filiis suis nepotibus defuncti, remitti onus cautionis, exceptis duobus casibus, si parens jusserit caveri, vel si transeat ad secundas nuptias, *d. l. jubemus*. Filio rogato restituere fratribus suis, non remitti onus cautionis, *Nov.* 108. Secunda pars hujus Novellæ est de muliere, quæ parit XI. mense post mortem viri, id est, quæ ex stupro parit: partus enim hic justus non est, si edatur sub finem mensis undecimi: si sub initium, justus est, ex decreto quodam Adriani. Quod de XIII. mensib. scriptum est Plinii VII. cap. v. est corruptissimum. In veteribus ita lego, Massurius auctor est L. Papyrium prætorem coherede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mulier partum se decem mensibus diceret tulisse. Hæc vero, quæ stupro se polluit intra annum lugubrem, præter pœnam stupri eisdem etiam pœnis obstringitur quibus illa quæ immaturas nuptias contrahit, de quibus *Nov.* 22. Hæc enim, quæ stupro se polluit intra annum odio certe non est indigna minore: liberis enim, & defuncto injuriam facit: illa soli defuncto, que nubit luctu non peracto: quæ nubit iterum, etiam liberis.

NOVELLA XL.

Vt ecclesia S. resurrectionis domos alienare possit.

DErogatur ad aliquid *Nov.* 7. permissa ecclesiæ Hierosolymitanæ domorum venditione, cum decreto, ut *Nov.* 120. Pretii rationem discussimus *Novella* 7.

NOVELLA XLI.

De appellationibus quinque provinciarum.

SCripta est ad Bonum quæstorem exercitus, ut *Nov.* 50. quæ tempore prior est, cuique hæc derogat. Alius fuit quæstor palatii, de quo dictum est supra: alius quæstor exercitus, quem Procopius definit, *χορηγὸν τῆς τοῦ στρατοπέδου δαπάνης*, id est, de bel. Persico: rectissime, nam & hæc Nov. *στρατιωτικῆς δαπάνης*, & Julianus Nov. 50. annonas militum tam Comitatensium, quam limitaneorum, qui per castra sunt, eum distribuisse. Sed habuit etiam jurisdictionem, & auditorium, & apparitionem instar præf. prætorio, & vicarium in urbe: nam sub eo erant provinciæ quinque. Scythia, Mysia, Caria, Cyprus & Cyclades insulæ, quarum caput Rhodus: & inde Rhodi appellatione hac Novella Cyclades significantur. Habuit harum provinciarum unaquæque suum præsidem, & de præside Cycladum est l. 4. *C. de clavicul.* *Nov.* 163. & ab his præsidibus appellabatur non ad præf. prætorio, sed ad quæstorem exercitus ex *Nov.* 50. cui hæc ita derogat, ut ex Mysia quidem & Scythia appellationes apud eum inducantur, quod is sedem suam in eis provinciis habeat: ex cæteris autem provinciis ut appellationes in urbem inducantur apud eundem ipsum, si forte in urbe fuerit, vel apud vicarium ejus adhibito quæstore sacri palatii. Item à judice, quem ipse dederit in eis provinciis, puta Caria, Cypro, Rhodo, ut appelletur ad vicarium ejus, & ut lis apud eum in urbe cœpta, apud vicarium ejus peragi possit: si forte eum exercitus causa, & necessitas avocaverit à munere judicandi. Vulgo dicitur, A judice dato eum appellari, qui judicem dedit: id sic est accipiendum, ut & successor ejus appellari possit, *l.* 1. *ff. quis à quo appell.* vel vicarius ex hac Nov. vulgo dicitur, apud quem cœptum est judicium, & finem accipere debere. Et hic quoque addatur, vel apud successorem ejus, aut vicarium.

NOVELLA XLII.

De episcopis regradatis.

DUo sunt genera pœnarum ecclesiasticarum, *ἀφορισμός*, qua plectuntur plebei, & monachi, & *καθαίρεσις*, id est, regradatio, sive ordine motio, quæ episcoporum, & clericorum est propria: & ita *hac Novella* regradantur episcopi quidam hæretici, qui negabant in Jesu Christo domino, & salvatore nostro duas naturas distincte confitendas esse: divinam enim humanam absorbuisse: & fit hujus Novellæ mentio ab historicis multis, & in actis quintæ synodi Constantinopolitanæ, quæ eosdem episcopos reprobavit & condemnavit. *τῶν εἰς κάλλος μηδὲ τῶν εἰς τἀληθὲς γραφόντων*] Sudas in Origene.

NOVELLA XLIII.

De officinis ecclesiæ Constantinopoleos.

FUnerum sumptus fecit major ecclesia Constantinopoleos, cui etiam ob eam rem Constantinus, & Anastasios imperatores destinaverant mille, & centum tabernas, sive officinas in pulcherrimis foris urbis, ut ex earum reddita faceret sumptus funerum, auctor Leo *Nov.* 12. Ex eis earumve inquilinis, & habitatoribus alii defensoribus ecclesiæ præstabant vispelliones, quos vocat decanos, & lecticarios, & copiatas, ut *Nov.* 59. l. 4. *C. de sac. eccl.* l. 1. *C. de collegiatis*: alii fossarios. Veteres etiam vocarunt Bargenas, aut Bergenas, barbaros funerum elatores. Caper, Bergena non Bargina, cui genus barbaricum est: & Glossæ veteres. Barginna, *νεκροφόρος βάρβαρος*, *νεκροφόρων βαρβάρων*, Aliæ tabernæ præstabant pecunias œconomis ecclesiæ. Cæteroquin erant liberæ, ia cæteris muneribus, & intributionibus civilibus immunes: & hoc jure possidentur etiam hodie à sacerdotibus Maumetanis. Aliæ officinæ, quæ non sunt ex hoc numero, id est, quæ funerum causa ecclesiæ destinatæ non sunt, immunes non sunt, licet ad ecclesiam, vel ad alias domos pietati dedicatas, vel ad viros illustres, vel ad domum Imperatoriam pertineant.

NOVELLA XLIV.

De instrumentis, & ut protocolla instrumenta relinquantur.

TAbelliones publici sunt contractuum scriptores, ut docui *l.* 15. *C. de decur.* *l.* 24. *§. his tabellionibus.* *C. de sacros. Eccl.* à Græcis *νομικοὶ* dicuntur & *ἀγοραῖοι*, ut quæ ab eis conficiuntur instrumenta, *ἀγοραῖα* sæpe in his Novellis, publica vel forensia, *l. comparationes*, *C. de fide instrum.* quanquam proprie publica ea tantum sint, quæ insinuata sunt apud magistrum census, vel defensores civitatum. Solene autem tabelliones primum contractus referre extra ordinem in schedam, quæ sic dicitur *ἀπὸ τοῦ σχίζειν*, vel à sciendo, ut qui sine aspiratione scidam scribunt, sentiunt. Deinde redigunt eos in mundum, vel ut hæc Nov. loquitur, in chartam puram, & hoc modo instrumenta complentur, absolvuntur, expediunturque partibus, *l. contractus*, *C. de fide instrum.* *l. ult.* *C. de contrab. empt.* Hieronymus adversus Rufinum, Schedulis nondum emendatis, nondum ad purum digestis. Exigitur à tabellionibus peritia juris, *Nov.* 66. infra, & Leonis *Nov.* quadam. Separantur tamen à juris studiosis in *l. moris*, *ff. de pœnis*.

rii. Nec idem omnino jurisperiti & juris studiosi: nam A & tabelliones (ut dixi) & advocati, pragmatici, formularii, tabularii, juris periti sunt, nec tamen juris studiosi: hae enim appellatione juris interpretes consultique significantur. Constituitur autem hac Nov. ut rogati tabelliones ipsimet adeant contrahentes, non discipulos mittant, ut ipsimet instrumenta forment, & ut ne aliter ea discipuli ministrique absolvant edantque partibus quam scientibus præsentibusque tabellionibus: quod ideo constitutum est, ne interrogati à judice tabelliones causentur ignorantiam rei gestæ. Cuilibet ergo contractui ipsi per se præesse & interesse debent, & gestorum omnium scientiam præstare, non uti hac in re opera discipulorum. Licebit tamen eis auditorem vel substitutum habere, & per eum contractus formare absolvereque partibus, & per hunc quidem solum, B non per alium quemlibet. Probari hic debet apud acta magistri census. Hic magistratus erat in urbe, quem posterior ætas γενικὸν appellavit auctore Leone *Nov.* 44. & Suda in Artemio, & locum etiam ipsum, quo acta & insinuationes fiebant, quod & Cedrino est γενικὸν. In provinciis partes ejus sustinebant defensores civitatum. Cur igitur magistro census hac Novella non junguntur defensores civitatum? quia hoc in urbe tantum permittit Justinianus, ut tabellio habeat adjutorem & quasi vicarium, propter ingentem numerum contrahentium. Pœna tabellionum, qui per discipulum, exceptorem sive notarium, non per se instrumenta formant & excipiunt, & hæc est, ut excidant stationibus suis & officio tabellionum, & ut statio transferatur in eum cujus opera uti maluerunt, si idoneus C sit, vel in alium virum idoneum. Interdum alius est stationis dominus, alius tabellio: & tunc ex facto tabellionis dominus stationis non læditur: nam officio quidem & statione tabellio removetur, dominus tamen stationis proprietatem retinet,& ex ea solemnes reditus atque obventiones capit. Ex eo etiam tabellionis facto contrahentes non læduntur .i. contractus non redditur inutilis. Notandum initio hujus Novellæ differentiam constitui inter tabellionem & tabularium: hic enim est sensus, Mulierem litterarum ignaram protulisse instrumentum absolutum & completum à tabellione, subscriptum à muliere tabularii manu, secundum Nov. 73. ex qua quidam male colligunt, duos tabularios exigi, qui subscribant pro imperito literarum, ut Alciatus docuit 6. & 8. παρέργων: nam ex initio hujus Novellæ constat unum sufficere, & in *Nov.* 73. D legendum διὰ πάντως, non δύο πάντως. Igitur initio hujus Novellæ hæc verba, παρὰ ταβουλαρίου τὴν ὑπογραφὴν ἔχον τῆς αὐτῆς, sic interpretor, Per tabularium ipsius mulieris subscriptionem habens. Secundo capite hujus Novellæ constituitur, ne tabelliones in mundum redigant contractum alia charta quam ea, quæ habeat protocollum, ex eo coargui falsum posse. Protocollum quid est? Alius majorem & regiam chartam interpretatur, alius schedam negligentius scriptam, alius exemplar formularum, quo tabelliones uti solent, Omnes errant vehementer. Ut hodie chartæ habent notam aliquam,ex qua dignoscitur, quis eam chartam præparaverit, ita habebant olim chartæ brevem adnotationem,quæ declarabat quo Comite largitionum (sub ejus cura erant charta- E riæ) quo tempore & à quo præparatæ fuissent chartæ: ex eo coarguebatur sæpe falsitas: sicut Lutetiæ audivi accidisse ut Senatus suspectum chirographum ex die in eo adscripto quo nondum ejus notæ charta ulla erat in rerum natura, certissimo argumento quasi falsum improbaret: & hac ratione Justinianus non vult ex chartis abscindi protocolla, & hoc valere jubet in urbe. Prius caput valet in urbe & in provinciis. Περὶ συμβολαίων] De hac voce sic Græci interpretes scribunt in hanc Novellam, τὸ μέγιστον τῶν θεληματικῶν τῶν συμβαλλόντων προσώπων συμβολὴ λέγεται: διὸ καὶ τὸ ἀπὸ πάντων ἔγγραφον σύνταγμα συμβολὴ καλεῖται, οἷον ὑπομνήματα συμφωνηθέντων μεταξὺ τῶν συμβαλλόντων ἔτι συμπεφωνημένων καὶ συναινεσάντων, καὶ εἰς τοῦτο τὸ ἴδιον σύμβολον γράφεται: & in de symbolum fidei nihil aliud est quam instrumentum fidei. Τῆς στατίωνος κυρίῳ] Græci interpretes, τῷ βαθμοῦχῳ.

NOVELLA XLV.

De decurionibus hæreticis; qui adversus orthodoxos testimonium perhibere possunt.

PRimo capite, ut Judæi, Samaritani, hæretici decuriones propter diversitatem religionis curialibus muneribus non liberentur, quod & juri antiquo congruit, *l.* 4. & 9. *C. de jud.l.*49. *ff. de decur. l. curiales, C. de hæretic.* honore tamen & privilegio decurionum careant veluti in pœnis vel in exhibitionibus, quod soli Christiani & orthodoxi habent, *l.* 15. & 33. *C. de decur. Nov.*151. Secundo, ut Judæorum vel hæreticorum judiciale testimonium non recipiatur contra orthodoxos ex *l. quoniam, C. de hæretic.* testamentarium ut recipiatur, & inter se invicem quodlibet, præterquam hæreticorum quorundam, qui cæteris improbiores sunt. Et additur hac Novella, admitti etiam testimonium hæreticorum adversus orthodoxos si orthodoxi curiæ vindicentur: nam si pro orthodoxis admittitur,& multo magis pro universitate orthodoxa. Ergo non omnes hæretici intestabiles sunt,non omnes infames,& rursus non omnes infames, intestabiles, veluti calumniæ damnati, *l.* 13. *ff. de testib.* vel furti,vel tutelæ vel de dolo.

NOVELLA XLVI.

De alienatione rerum ecclesiasticarum.

PRædia ecclesiastica,si pecuniæ & mobilia desint, privato creditori in solutum dari,vendi item posse cum præsidis decreto, ita ut ex pretio solvat emptor fisco tributa,quæ debet ecclesia:nec enim fiscus prædia in solutum accipit. Et dandam esse tributorum apocham emptori, simul ae insinuandum apud acta, ut si forte eam amiserit emptor, fides petatur ex actis publicis, *l.* 2. *C. de discuss. l. illatæ, C. de fide instrum.* Ex *Nov.* 120.non est opus decreto præsidis: hoc exposui *Nov.* 7.

NOVELLA XLVII.

Ut instrumentis præponatur nomen Imperatoris, & eorum tempus Latinis literis adnotetur.

SOlebat tempus initio instrumentorum & actorum designari multifariam,ex Consulibus, indictionibus, mense, die, quibusdam civitatibus etiam conditæ civitatis annos præscribi mos erat. His omnibus vult Justinianus præponi nomen Imperatoris & annum imperii: idque generaliter injungit tabellionibus, qui publice contractus scribunt, & actuariis & exceptoribus,qui vel in judiciis vel apud magistrum census aut defensores plebis acta conficiunt. Etiam illud adjungit, ut in instrumentis vel actorum monumentis tempora notentur claris & vulgaribus literis Græcis vel Latinis non antiquis: & antiquas vocat, qualis fuit Latinis C aversa, sive apostrophus, & I præposita V literæ pro quatuor, Græcis ἄκεσα, & π intra se δ complectens pro quinquaginta. Non hoc quidem vult numerorum vel temporum notationes esse ἀλογογράμμους: sicut in Mecœnatis medici libro quodam, αὐτοκράτως ὁ λογγράμματος, iosctipto, αὐτοκράτως, ὑπὸ τούτου προσεσῴζεται ἀλογγράμματος, διότι χωρὶς χαρακτήρων ὅλας τὰς συλλαβὰς γέγραπται, ut Galenus ait t. de antidotis & VI t. τῶν κτ' γένη. Sicut Justinianus idem Pandectas voluit esse ἀλογγραμμάτως & ultimas voluntates etiam inter liberos *Nov.*107.non sic instrumenta vel acta vult esse ἀλογγραμ-

ἀλογεύμματα. Vulgares tantum & notas omnibus in notandis temporibus literas sive syllabas exigit.

NOVELLA XLVIII.

De eo qui moriens juravit quantum haberet in bonis.

UT si quis testamento, vel alia scriptura descriptionem bonorum suorum fecerit, & juraverit se nihil præterea in bonis habere, eam descriptionem omnino heredes ejus sequantur, sive sui sint sive extranei, nisi malint hereditate multari secundum Nov. 1. Contenti igitur eis bonis esse debent, nec alia requirere quasi hereditaria per tormenta servorum hereditariorum, vel alio modo. Jusjurandum exigimus: alioquin nihil veritati officit quod defunctus modum patrimonii sui declaravit, *l. 1. C. arb. tut. l. scriptura, C. com. utriusque jud. l. si fundum, §. si libertini, ff. de leg. 1. l. cum pater, §. pater qui filio, ff. de leg. 1. l. 15. §. ult. ff. ad leg. Falcid.* quia persæpe eum declarat ὡς ἐν πλάτει, non exquisite adeo ut velit eum suos heredes sequi. At cum jusjurandum adiicit, enixius hoc velle videtur, ut bonorum descriptioni stetur, & ita in specie *l. cum pater §. filius, ff. de leg. 2.* Jusjurandum enixæ voluntatis argumentum est. Catullus, *Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt jurare.* Et in *l. cum quis, §. codicillis, ff. de leg. 3.* jurisjurandi dati adseveratio auget fidem scripturæ, & creditoribus prodest. Additur hac Novella, heredes solos quod propius accedant ad vicem defuncti, obstringi jurejurando defuncti, non creditores: Licere enim creditoribus, & alia defuncti bona perquirere, & hypothecæ nomine vindicare. Igitur descriptio bonorum à defuncto facta interposito jurejurando heredibus nocet, creditoribus non nocet. Debitoribus quoque prodest, ut puta si juraverit testato sibi Titium debere c. cum debeat cc. nam sola c. à Titio heredes petere possunt. Sed si nihil debeat Titius, puto ei etiam religiosam adfirmationem testatoris nihil nocere, & ampliari hoc modo posse *l. 6. Cod. de probat.* denique idem esse in debitoribus quod in creditoribus.

NOVELLA XLIX.

De appellationibus, & de privatis scripturis, & jurejurando dilationis jurejurando calumniæ coaptando, ut semel tantum pro omni probatione juretur.

TRia sunt capita hujus Novellæ. Primum est de appellationibus. Certum est causam appellationis introduci posse μονομερῶς, id est, una tantum parte præsente, *l. ult. §. illud, Cod. de temp. app. l. ult. ff. ad Trebell.* longe aliter quam priorem litis causam, quæ introduci debet cognitionaliter sive συντάδην .i. utraque parte præsente. Semel autem inchoata causa appellationis, sive μονομερῶς sive cognitionaliter inchoata sit, peragenda est intra annum, vel si per judicem res trahatur, aut per vim casumque majorem, intra biennium *d. §. illud*, alioquin quasi deserta appellatione prior sententia ipso jure confirmatur, videlicet si is qui appellavit inchoatam appellationis causam ad summum non peragat intra biennium: quod ita explicat Justinianus hac *Nov. & 126.* ut tempore quidem bienii confirmetur sententia, sed tutius sit cessante eo qui appellavit, præsente eo qui priore judicio vicit, hunc prope finem biennii, ita ut tantummodo mensis supersit, de deserta appellatione quæri, & à judice ad quem appellatum est, qui Græce uno verbo dicitur Ephetes, vel Eccletarius, rem judicari postulare. Judicaturum autem eum pro præsente, vel etiam pro absente si bonam causam habuerit, ut in eremodiciis fieri solet, *l. & post edictum, ff. de jud. l. properandum, C. eod.* in quibus etiam causa agitur μονομερῶς. Quin & eremodicium est sive quis apud priorem judicem sive apud judicem appellationis inchoatam causam deserat. Quod si forte priore judicio victus, cum abesset in causa appellationis victor evaserit, præsenti adversario eum sumptus litis debere reddere, atque ita hoc casu victorem victo sumptus refundere, quod & proditum est in *l. properandum, §. sin autem ex gestis, Cod. de judic.* Unus est casus Novellæ 93. quo biennii præscriptio locum non habet, si interim litigarint partes apud arbitrum ex compromisso: præscriptiones enim officere non cessantibus non possunt, *lege contra, Codice de inoffic. testam.* Secundum caput est de comparationibus literarum, & pertinet ad *l. pen. C. de fide instr.* Finge, mecum agitur ex meo chirographo, vel ex chirographo testatoris qui me heredem scripsit, vel ex instrumento à Titio tabellione confecto, nego me scripsisse, vel testatorem, vel tabellionem. Si de meo chirographo agatur, in promptu est, ut alia scribere cogar, & fiat comparatio: si agatur de scriptura testatoris, vel tabellionis mortui, & alia ejusdem scriptura inveniatur indubitata potest hæc cum illa conferri. At quæstionis est an sola collatio instrumento fidem adjiciat. Periculosum est hoc statuere, propterea quod multi sunt sciti alienarum literarum imitatores, & ut similes sint scripturæ, possim tamen hanc scripsisse, illam non scripsisse. Verum olim placebat indistincte ex comparatione literarum fidem instrumento adquiri. Justinianus hanc distinctionem adhibuit *d. l. pen.* ut ex publico instrumento à tabellione confecto, & subscripto à partibus, facta comparatio fidem faciat, ex privato non aliter quàm si habeat subscriptionem trium testium, ex quibus duo saltem chirographa & subnotationes suas recognoscant, vel negantes collatione propriarum literarum convincantur: idque procedit etiamsi privatum instrumentum, quod quis ad comparationem profert, contra proferentem faciat: nam ex eo etiam non fit collatio nisi subscriptionem habuerit trium testium. Huic Constitutioni *l. pen.* Justinianus hac Novella addit exceptiones duas: Una hæc est, si ego agam, jusve meum tuear ex privata scriptura subscriptionem non habente trium testium, & tu defendas tem ex ejusdem manus alia scriptura: nam si eam qua uteris insimulem quasi suspectam, fiet comparatio cum ea qua quidem ego utor, licet non habeat subscriptionem trium testium, ejus enim scripturæ fidem improbare non possum qua utor, ut testes excipere non possum quibus utor, *l. si quis testibus, C. de testib.* Altera exceptio hæc est, si privata scriptura, quæ non habet subscriptionem trium testium, proferatur ex archivis publicis, veluti apocha ex arca præfecti prætorio, vel ex publicis monumentis confectis apud magistrum census aut defensores civitatum. Hæ enim scripturæ ad comparationem valent, licet non habeant subscriptionem trium testium, nec fiunt à tabellione confectæ: quia publicum testimonium habent: quinimo publicæ sunt proprie: Forenses autem, quæ à tabellione, vel ab iis, qui acta judicum scribunt. Augustinus epist. 162. *Non chartis veteribus, non archivis publicis, non gestis forensibus agimus.* His additur hac *Novell.* comparationes scripturarum facere homines peritos literarum juratosque, & relationi eorum stari: quod est repetitum ex *d. l. penult.* Additur & infra *Nov. 73.* comparationem literarum factam ex publico instrumento, vel ex privato habente subscriptionem trium testium, fidem ei instrumento non addere de quo ambigitur, nisi id quoque instrumentum privatum, vel publicum cujus fides ducitur ex comparatione, tribus testibus muniatur: & si forte aliud testes dicant, aliud suadeat comparatio, fere semper vivæ, & juratæ voci testium potius esse credendum. Scripturæ nudæ, licet comparatione literarum confirmetur, plenam fidem non esse: judicem tamen moveri ea posse ad deferendum jusjurandum .i. probationem eam facere semiplenam, eam quæ testes subscriptos habet, probationem facere plenam. Testes si vivant inter-

interrogari, si mortui sint, privato instrumento fide stabiliendo comparationem sufficere. Publico etiam instrumento, testibus mortuis & tabellione & exceptore qui scripsit dictante tabellione, & argentario per quem pecunia numerata est more prisco, *l. filiæ*, *ff. de solut.* quem numeratorit nomine significari opinor *Nov.* 73. bis omnibus mortuis, forensi instrumento, ut cœpi dicere, fidem addit comparatio sola literarum tabellionis & contrahentium & testium. Tabellione vivo, instrumenti forensis fides non indiget comparatione, quia tabellionis jurati testimonium sufficit, si sua manu scripserit instrumentum & compleverit, nec ullus intervenerit numerarius: idemque est si instrumentum scripserit alter, qui modo non extet, compleverit tabellio: ausim dicere idem esse si qui scripsit & complevit mandato tabellionis non superfit. Sed exigo etiam duorum vel trium testium subscriptionem aut præsentiam. Ideoque cum apud Harmenopulum lib. 1. tit. 6. adnotatum esset solius tabellionis testimonium sufficere in comparatione prolatorum instrumentorum, ad illum Harmenopuli locum recte in Regio Harmenopulo subnotatum est, *ἡ παρασημείωσις αὐτὴ δεῖται ἐξετάσεως*. Tabellione mortuo, literarum tabellionis comparatio fit, interrogantur etiam testes & argentarius & exceptor sive discipulus tabellionis. & hæc quidem sunt ex *Nov.* 73. quæ est de instrumento ad quod fit comparatio, hæc vero de instrumento ex quo fit comparatio. Non tractat igitur utraque de eodem genere instrumenti, non etiam de eodem genere jurisjurandi: nam hæc jusjurandum exigit à literatoribus qui literas aliis alias conferunt. Illa à partibus .i. ab eo qui profert instrumentum, & ab eo qui comparationem fieri desiderat, ut uterque juret de dolo & de calumnia.

Tertium caput est de jurejurando dilationis & jurejurando calumniæ. Datur de calumnia jusjurandum variis ex causis: nam & is qui jusjurandum adversario defert, jurat se id non deferre calumniandi animo, *l.* 11. *§. pen. ff. rer. amot. l.* 34. *§. qui jusjurandum*: *l.* 37. *de jurejur. l. ult. C. de fideicom. l. delata, C. de reb. cred.* & qui postulat ut sibi thesaurum suum qui est in alieno fundo effodere liceat, se id non postulare calumniandi animo, *l.* 15. *ff. ad exhib.* & similiter qui postulat sibi copiam fieri inspiciendarum & describendarum tabularum testamenti, *l. pen. C. quemadm. test. aper.* & qui probationes petit, veluti testes & instrumenta, vel qui servos in quæstionem petit, *l.* 1. *C. de jurejur. prop. cal. l. ult. C. de quæst.* vel qui petit comparationem literarum fieri, *Novel.* 73. & qui satisdandi causa in municipium evocat, *l. de die, §. jubetur, ff. qui satisd. cog.* & qui novum opus nuntiat, *l. de pupillo, §. qui opus, ff. de no. op. nunt.* & qui petit instrumentum exhiberi, quod falsum dicat, etsi fides ejus approbata jam semel judici fuerit, *l. ult. C. de fide instr.* & qui postulat edi sibi rationes argentariæ, *l.* 6. *§. exigitur, l. quædam, §. ult. ff. de edendo*, vel caveri sibi damni infecti, *l. qui bona, §. qui damni, ff. de dam. inf.* Item initio litis cujusque utraque pars jurat se non calumniandi animo litem contestari: quod juris etsi videatur sibi Justinianus vindicare, *l.* 2. *C. de jurejur. prop. cal.* tamen & in Pandectas relatum est *l. inter coheredes, §. qui famil. ff. fam erc.* Hoc tamen nove adjicit hæc Novella, ut & initio litis juret utraque pars se differendi negotii causa probationes ab adversario minime petiturum, quod dicitur jusjurandum dilationis, & ut semel dumtaxat detur in rem litis initio, non in singula quæque momenta, quibus probationes ab adversario desiderabuntur. Petita tamen comparatione literarum, jurabitur iterum, quia & de dolo juratur, *Nov.* 73. Petito item jurejurando, ut Leonis *Nov.* 99. Forsitan & petitis servis in quæstionem, quia res est magni momenti, & petita exhibitione instrumenti semel probati, quod velit quis modo arguere falsum: Prout horum quidque in litem inciderit, ita à petitore jurandum erit de calumnia. Aliæ probationes vel productiones si petantur, sufficiet jusjurandum datum litis initio. Jusjurandum calumniæ, quod dicitur vulgo, non est generale de quacunque, sed de litis contestatione tantum: & datur in causis civilibus tantum, non in criminalibus, ut constat ex Leonis *Nov.* 107. & 97. nam in criminalibus sufficit inscriptio. Fridericus tamen Constitutione de pace tenenda et de incendiariis id etiam exigit in causis criminalibus, non (ut plerique opinantur) etiam Henricus libro secundo legum Longobardorum, cujus Constitutionem retulit Honorius c. 1. *de jur. cal.* Nec enim hoc dicit Henricus, clericos neque in civili neque in criminali causa jurare de calumnia, sed nullo eos modo ulla in causa jurare, & legem Martiani .I. *l. cum clericis, C. de epis. & cler.* quæ loquitur de clericis Constantinopolitanis, ad omnes omnium civitatum clericos pertinere. Formulam jurisjurandi hoc loco hanc posuit Julianus antecessor, SI DEUS, concisam, ut illa apud Gregorium Turonensem, SI VALEAS.

NOVELLA L.

De appellationibus quinque provinciarum.

HUic Novellæ, quæ est de quæstore exercitus, derogatur ad aliquid, quod ad appellationes quinque provinciarum attinet, *Nov.* 41.

NOVELLA LI.

De mulieribus scenicis.

GEneraliter proditum est, ex turpibus obligationib. actionem non nasci: exemplo sint impudicæ mulieres, quæ se & fidejussores à se datos frustra productoribus obligant. Impudicæ sunt sive in lupanari sive in taberna, caupona, aut scena pudori suo non parcant: idque nominatim cautum est de scenicis quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt, *l.* 4. *C. de episc. aud.* & hac *Nov.* repetitur, hoc addito ut nec jurejurando obstringantur quo minus possint ad bonam frugem redire: quia jusjurandum contra bonos mores nullius est momenti, *l. jurisgentium, §. & generaliter, ff. de pact. l. si quis inquilinos, §. ult. ff. de leg.* 1. *l. non dubium, C. de leg. Dionys. Halic.* XI. *θεοὶ γὰρ ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις παραλαμβάνεσθαι φιλοῦσιν ὁμολογίαις οὐκ ἐπ' αἰσχροῖς καὶ ἀδίκοις*: neque obstat *l.* 1. *C. si adv. vend.* nam in ejus legis specie jusjurandum neque est contra leges neque contra bonos mores, ut puta si minor XXV. annis se à venditionis contractu non abiturum juraverit: cujus jurisjurandi hæc vis est, ut adversus venditionem in integrum restitui non possit, videlicet si corporaliter juraverit, non si instrumento: hæc duo sunt diversa, *l.* 3. *C. si minor se maj. dix.* Corporaliter jurat qui jurat tactis sacrosanctis Evangeliis vel manu sublata, quos Balsamo vocat *σωματικοὺς ὅρκους*. Minori qui corporaliter juravit se emptori controversiam nunquam facturum, non datur restitutio in integrum. Petierat forte tantum restitutionem in integrum in specie *d. l.* 1. Quid si petiisset sibi gratiam jurisjurandi dari? hanc quoque non dedisset Imperator, idque significat his verbis NEQUE PRAESIDIA NEQUE PERJURII, NE AUCTOREM FUTURUM. Verbis, NEQUE PERJURII, denegat restitutionem in integrum. Verbis, NEQUE PRAESIDIA, jurisjurandi veniam. Et vero si daretur venia jurisjurandi, consequenter daretur etiam restitutio in integrum. Principum erat olim gratiam facere jurisjurandi *l. ult. in princ. ff. ad municip.* Suetonius

in

in Tiberio, Equiti Romano jurisjurandi gratia facit uxorem in stupro generi deprehensam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. Sed ad ordinem redeamus. Accursius ex hac Novella scribit scenicam, quæ resipuit, cuilibet etiam illustri, vel clarissimo nubere posse sine rescripto principis, contra *l. Imperialis*, *C. de nupt.* quæ rescriptum speciale exigit, cujus formula extat Cassiodori VII. Variarum: exigebatur etiam in ducenda ancilla. Hieronymus ad Oceanum, Si ab Imperatore stolam illis, i. ancillis meruerint, inter uxores eas recipere cogentur: sin autem principale rescriptum eadem tenuitas impetrare non quiverit, &c. Verum quidem illud est, eam mulierem hodie nubere cuilibet posse sine rescripto speciali, sed hoc est ex *Nov.* 89. & 117. non ex hac Novella, quæ jurisjurandi inhonesti taotummodo gratiam facit sine rescripto speciali.

NOVELLA LII.

Ut ne quis pro alio pignoribus satisfacere cogatur, & ut in principem collatæ donationes valeant sine actorum insinuatione.

Primo capite hoc cavetur, ut ne alius pro alio teneatur ob id solum quod sit ejusdem civitatis aut vici: quod & multis aliis legibus cautum fuisse ait. Citat Accursius *l. ult. C. unde vi. l. ult. C. loc.* quæ profecto nihil ad eam rem faciunt. Citare debuit *l.* 4. *C. de execuc. & l.* 1. *C. ut nul. ex vic. pro alie. vic. deb. ten.* in qua cum tradiderim quidquid ad hanc rem pertinet, non est quod idem retractem modo. Secundum caput pertinet ad Constitutionem de insinuandis donationibus, quæ excedunt D. aureos, à qua excipiuntur Imperatoris liberalitates Constitutione Zenonis (ut Justinianus ait) quæ confirmatur *l. sancimus §. exceptis, C. de donat. l. ult. in fi. C. de quad. præs. l. illud, C. de sac. eccl.* Excipiuntur etiam hac *Nov.* donationes à privatis collatæ in Imperatorem, & hoc tantum in eis requiritur, ut publico instrumento comprobentur subscripto à donatore. Adjicit, Et testibus, quod *l. in donationibus*, *C. de donat.* remittebat.

NOVELLA LIII.

De exhibitionibus reorum, & ut fiant post diem xx. de lis, qui juratoriam cautionem præstant, & hypothecis ex casu militiæ.

Prima pars hujus Novellæ est de reis, qui via quadam extraordinaria, vel uti rescripto principis, vel auctoritate præfecti prætorio extra suum territorium in aliam provinciam evocantur, vel ex sua provincia in urbem: quo casu reus, ut in aliis causis fieri solet, cavet judicio sisti: actor, quod in aliis causis fieri non solet, se adfuturum judicio, & litem acturum ac peracturum ex animi sententia, adjecta certa summa pœnæ nomine, nec nisi præstita ea satisdatione quæstor palatii emittere talia rescripta debet. Nunc finge, reo vocato extra suum territorium, & mutua cautione præstita, reum venire ad diem condictum, actorem non venire. Eum operiri reus debet adhuc diebus x. post x. dies, reus absolvitur ab observatione judicii, id est instantia consumitur non lis: & pœna actore promissa committitur, & si quid amplius in viatica impenderit reus, ejus repetitio est. Viatica autem æstimabit jurejurando, quod tamen ut moris est judicis taxatione moderari potest. Nec dabitur actori alia dilatio, *l.* 2. *C. de dilat.* Quid autem ex diverso statuendum sit reo non vocato ad extraordinarium judicem, dicemus *Nov.* 69. 96. 112.

Secunda pars Novellæ est de tempore dando reis

A qui in judicium vocati sunt, ad deliberandum utrum cedere an contendere debeant. Dabantur olim x. dies, hac Novella dantur xx. quæ confirmatur *Nov.* 82. & 96. & dantur etiam ad deliberandum an judicem recusare debeant, vel postulare ei collegam adjungi, sive συνδικαστήν, ut hæc *Nov.* loquitur, & 13. & 113. Ante xx. diem lis contestatur inutiliter: ante xx. diem judex recusari, vel ei collega adjungi potest: post xx. diem litemque contestatam, non item, *l. apertissimi*, *C. de judic.* cui nihil derogat *Novel.* 113. cum collegam rescripto principis adjungi dicat secundum leges: hoc enim est, ante litem contestatam. Recusato judice, intra triduum per eundem executorem litis partes alium judicem eligere compelluntur, *d. l. apertissimi*: & hic fere recusari nullo modo potest. Recusari so-

B lent judices dati, nisi consensu utriusque partis dati sint: quæ ratio est dubitandi ad *l. ex consensu, ff. de appellat*: nam ut recusari non possunt, qui consensu utriusque partis dati sunt, ita ab eis videbatur appellari non posse. Magistratum non posse recusari Bulgarus putat: quod est falsum si judicet extra ordinem, *Nov.* 96. Frequentius tamen est ei collegam adjungi, *Nov.* 13. & 86. Martinus quoque in hac quæstione recusationum, recusandum esse judicem ante litem contestatam male colligit ex *l. nemo*, *C. de jurisd. omn. jud.* cum non de recusatione suspecti ea lex loquatur, sed de præscriptione fori, quæ opponenda etiam est ante litem contestatam, *l. ult. C. de exception. l. sed & si susceptis*, *in princ. ff. de judic.* & simili errore Bulgarus suæ sententiæ perperam addit exceptiones, quas Accursius

C notavit in *d. l. apertissimi*, ex legibus, quæ sunt de incompetenti judice, non de suspecto. Incompetentis forum declinatur proposita præscriptione fori. Suspecti judicium recusatur per libellum, vel acta, *l. ult. C. de judic.* Libello recusationis, vel actis inseritur causa, *l. si pariter*, *ff. de lib. cau.* alioquio libellus quinam hic est si causam non habet? ut libellus conventionis, libellus inscriptionis sane inanis est si causam non habet. Possis hæc cum eis conferre, quæ de refutatione judicum scripsimus IX. Obs. Porro dies xx. quos diximus reo dari ad deliberandum utrum cedere, an contendere, & an coram eo judice ad quem vocatus est contendere debeat, ab eo die numerantur quo per executorem reus in judicium vocatus est. Vocari libello debet, qui dicitur libellus conventionis: alius est

D libellus responsionis, hoc ἀντιβιβλον, illud βιβλίον. Pessime Haloander ἀντίβιβλον exemplum libelli: nam reus ἀντίβιβλον subscribit se libellum conventionis sive exemplum ejus accepisse, & quo die acceperit, quæ subscriptio hoc loco appellatur rectissime, subscriptio ἐκ τοῦ βιβλίου, quod non est subscriptio libelli, sed subscriptio ex adverso libelli, ex opisthographo. Debet autem reus statim atque accepit libellum conventionis, cautionem personalem præstare, judicio sisti. Personalis dicitur ad differentiam cautionis judicatum solvi, quæ de re est, non de persona: debet etiam reus executori pro conventione solvere sportulas, quas tamen si absolvatur, ab actore repetiturus est *l. ult. C. de fruct. & lit. exp. l. ult. C. de cast. & minist. l. ult. C. de priv. ag. in reb. §. tripli*, *Inst. de act. Nov.* 112. & ma-

E le quidam etiam ab actore pro conventione rei aliquid dari executori colligunt ex *Nov.* 86. quæ de sportulis pedaneorum judicum loquitur, non executorum, male ex *l. ult. C. de fruct. & lit. exp.* quæ de reo tantum loquitur, & hoc vult, eum qui hoc privilegio subnixus est, ut vocatus in judicium nullas executori sportulas solvat, pati debere ut eodem erga se jure utatur is quem ipse vocaverit in jus: male ex *l. ult. C. de agen. in reb.* quæ loquitur de sportulis executorum & sumptibus litis. Sumptus in litem facit utraque pars. Sportulas pro conventione dat solus reus: & ita Placentino videtur. In contextu pro ἐκλαμβάνειν, legendum, ἐπιλαμβάνειν. Tertia pars Novellæ est de eo qui juravit judicio sisti, & pejeravit. Jurat, non satisdat immobi-

mobilium rerum possessor, *l. scientium*, *ff. qui satisd. cog. l. ult. C. de princ. ag. in reb.* Jurant memoriales, *l. 12. C. de prox. sac. scr.* & viri illustres, *l. ult. C. de dignit.* Jurat & quilibet quandoque judici justa causa videtur esse, forte non invento fidejussore, *Novel.* 112. Qui autem juravit judicio sisti, & contra fidem jurisjurandi latitat ante litem contestam, requiritur & ducitur manu injecta etiam in civili causa jussu magistratus, cujus jurisdictio est quive judicem dedit. Non invento, præstituitur dies certus, intra quem si non venerit, judex ordinatius summatim de causa cognoscit, & nisi evidens sit calumnia actoris, eum mittit in possessionem bonorum debiti servandi causa, *l. pen. C. de dignit.* & per eam missionem (ut Julianus ait) jus pignoris constituitur pro modo debiti: rectissime: id enim est quod dicitur prætorium pignus. Possessionem autem reus qui è latibulis vel fuga emergit integris omnibus, id est bonis non venditis, non recipit aliter quam si omnia damna actori restituerit, *l. sancimus*, *C. de judic.* & præterea satisdederit judicio sisti, ac tum deinde de lite disceptatur plenissime: nam summaria cognitio rem non definivit, litem non consumpsit. Pœna perjurii hæc est, ut absens reus qui pejeravit judicio sisti, non citetur edictis solemnibus, quemadmodum cæteri solent, sed requiratur & ducatur: quod valde pertinet ad explicationem *d. l. sancimus*, dum ait, *Licet non citati, sed requisiti*, &c. quæ verba non intellexit Accursius. Pœna perjurii etiam hæc est, ut reus quamvis sit ex his personis quæ satisdare non coguntur, nunc satisdare cogatur, nec amplius juratoriæ cautioni committatur. Hæc est syncera hujus partis interpretatio. In ea vulgo interpretes multa peccant. Statuunt certum tempus, alii XXX. annorum, alii unius anni post missionem in possessionem intra quod copiam sui facere reus possit, & bona sua recipere, .i. intra quod vendi bona non possint. Bonis vendendis constitutum est certum tempus pignore capto ex causa judicati, & in pignore conventionali, in pignore prætorio arbitrarium, ut docui Obs. v. Item quod dicat Justinianus actorem mitti in possessionem bonorum pro modo debiti, existimant eum mitti in rem aut in partem aliquam bonorum pro quantitate debiti, atque ita corrigi edictum prætoris, quo non tantum fit missio in universa bona mobilia & immobilia, sed etiam venditio universorum: nec si quid superest, id redditur debitori: hoc enim ut reliquum debitori restituatur certis tantum personis datum est *l. Fuscinius §. ideo*, *ff quib. ex cau. in pos.* Id vero corrigi hac Novella certe falsum est: cum generaliter dicat actorem mitti in possessionem bonorum, & bona habere, & reversum dominum bona recipere. Intelligit igitur omnia bona, non res certas: nec movetur his verbis PRO MODO DEBITI: nec enim hæc sunt pugnantia, mitti in universa bona & mitti pro modo debiti: quia venditione facta portionem singuli creditores ferent pro rata debiti. Missio igitur fit in universa bona pro modo debiti .i. debiti servandi causa, ut paulo post ait, crediti, *l. 2. §. non quærimus*, *ff. si quis omis. cau. test.* Vulgo, *Rei.* Specialiter dotis, *l. ea quæ*, *ff. ad municip. l. pen. §. item danda*, *ff. de div. temp. præs. l. officium*, *de rei vindic. judicati l. 2. & 3. C. qui pot. in pig.* Male etiam scribunt, judicem delegatum pronuntiare de actore mittendo in possessionem bonorum, cum hoc sit imperii sive jurisdictionis: & ob id pignus prætorium dicitur. Delegatus autem neque imperium habet neque jurisdictionem. Male delegatum confundunt cum eo cui mandata est jurisdictio. Male actorem prius mittendum esse in bona mobilia, deinde immobilia, tum nomina. Hic ordo servatur in pignore capto extra ordinem ex causa judicati, non in pignore prætorio quod in universa bona & jura constituitur, *l. 5. C. de præt. pig.*

Quarta pars est de militiis, an hypothecæ obligari possint. Quædam militiæ vendi possunt, & in heredes transmitti sub certa pecuniæ definitione, *l. ult. C. de pign.*

A *l. 5. C. qui milit. pos.* ut militia adjutorum quæstoris, *Nov.* 35. ubi demonstravimus eam pecuniæ taxationem scholæ placitum & casum militiæ appellari, & miltiam quæ dicatur ex casu nullam esse in *l. 3. §. si quid minori*, *ff. de minor.* Ejusdem conditionis est militia Silentiariorum, *l. 30. §. ult. C. de inoff. test.* & Domesticorum, *arg. l. restituendæ*, *C. de adv. jud.* Quod vendi potest, & pignerari potest, *l. 1. Cod. res alie. ger. l. 9. §. 1. ff. de pign.* Ergo militiæ illæ etiam pignori obligari possunt. Aliæ sunt militiæ quæ vendi non possunt: ergo nec hypothecæ obligari. Sed tractemus de his quæ obligari possunt. Quæ utilitas hypothecæ hujus? Qui militiam habent, ferunt commoda & annonas ex fisco: eane commoda sibi vindicant creditores jure hypothecæ? Sic videtur. Atquin commoda certaminum creditor jure hypothecæ non vindicat, *l. 5. C. quæ res* B *pig. obl. pos.* Horum alia est ratio. Sacra sunt commoda ex sactis certaminibus, quæ & εἰσελαστικὰ dixerunt quidam, sicut hodie receptum est commoda ecclesiastica pignori obligari non posse conventione privatorum: in causam tamen judicati capi & hæc ipsa & commoda ludorum possunt, *l. commodis*, *ff. de re jud.* & stipendia armatorum militum, *l. 4. C. de exec. rei jud.* Rursus quæro, militia hypothecæ obligata, an casus militiæ comprehendatur hypotheca. Hoc ita definit Justinianus in hac Novella ut casus militiæ cedat creditori, cui militia hypothecæ obligata est, si miles sine uxore & liberis decesserit. Liberos vel uxorem defuncti militis præferri creditori, non hereditatis nomine (nam etiam non heredes in casum militiæ veniunt) sed privilegii & principalis liberalitatis: quod est ex *l. 11. C. de prox. sac. scr.* nisi si pecunia creditoris C militia comparata sit: hoc enim casu creditor præfertur uxori & liberis defuncti: & similiter creditor in speciali hypotheca rei sua pecunia comparatæ, præfertur antiquoribus creditoribus hypothecariis, *l. licet*, *C. qui pot. in pig. hab.* & si pupillus sit vel furiosus, vel miles, habent in ea re tacitam hypothecam, *l. pen. C. de ser. pig. da. man.* Ad hæc Justinianus confirmat privilegia concessa Silentiariis, puta ut pretium militiæ non conferant nec imputent in legitimam, si empta sit pecunia patris, *d. l. omnimodo*, *§. ult.* & ut quæsita ex ea militia deputent castrensi peculio, *l. ult. C. de Silent.* et tutelis ac curationibus excusentur, *l. ult. C. de exc. tut.*

Quinta pars est de indotatis uxoribus: *ex l. ult. C. de repudiis*, si matrimonium contrahatur affectione sola sine dote aut donatione aut propter nuptias, is qui di- D scidio causam dat præstat conjugi partem bonorum suorum, ita tamen ut non excedat ea pars C. libras auri, ut *Nov.* 22. Hoc ita ampliat *hæc Novella & 74. §. ult.* ut idem quadrans debeatur conjugi superstiti & egeno vel egenæ morte soluto matrimonio, sive extent liberi sive non: atque ita uxor viro & vir uxori succedit jure hereditario, extantibus liberis, pro quadrante, nec mirum, cum & concubina succedat una cum liberis naturalibus pro sextante, & olim quoque extantibus parentibus & propinquis conjuges invicem ex parte certa succedebant, antequam hoc tolleret *l. ult. C. Th. de leg. her.* Sed ex hac Novella etiam extantibus liberis inops conjunx locupleti succedit in quadrantem, quod rursus ita dividit *Nov.* 117. ut si tres sint filii, uxor inops viro in quadrantem succedat, si plures, in virilem E usufructus tantum jure: imo & proprietatis jure ex Leonis *Novel.* 106. Vir ut non succedat uxori.

NOVELLA LIV.

De colonis natis ex liberis personis, & ut locata sacra prædia invicem commutare possint.

PRima parte declarat ex quo tempore valere velit *l. ult. C. de agric. cens.* de qua Obs. 4. c. 28. Secunda permitti ecclesiis & piis domibus, ut invicem causa cognita & interposito jurejurando permutationes prædiorum faciant: qua de re tractatum est satis Nov. 7.

NO-

NOVELLA LV.

Ut cum solo principe sacrorum locorum permutatio fiat, & ut loca sacra invicem perpetuam emphyteusim contrahere possint.

PErmutationem prædiorum ecclesias inter se facere permisit superiori Nov. hac permittit etiam eisdem perpetuam emphyteusim. Excipit utraque majorem ecclesiam Constantinopolitanam, & territorium ejus, ut *Nov.46.& 120.* Etiam illud cavet, ut quæ sunt permissæ inter ecclesiam, & Imperatorem permutationes, citra fraudem fiant; ne forte ab Imper. mox prædia ecclesiastica ad privatum transeant: sed in eo non perstat *No.119.*

NOVELLA LVI.

Ut in sola ecclesia Constantinopolitana præbeantur insinuationes.

INsinuationes, sive ἐμφανιστικὰ vocat quæ pro introitu novi clerici dant veteribus: quod in majori tantum ecclesia Constantinopolitana fieri concedit, ut Nov.123.

NOVELLA LVII.

De subrogatis clericis, ut qui ædificant ædem sacram ordinent in ea clericos patriarchæ auctoritate.

UT in locum clericorum, qui ecclesiam cui erant deputati dereliquerunt, alii protinus subrogentur, qui eadem diaria percipiant, quæ desertores illi solebant accipere, & ut ne ea diaria œconomi in suum lucrum vertant, sed integra fide distribuant clericis. Diaria appellamus erogationes annonarum, ut *Novell. 6.* quas Cyprianus sportulas t. Epist. Julianus antecessor, salaria. Item ut qui ecclesiam ædificavit, vel de suo clericis præbet annonas, jus habeat instituendi, & substituendi in ea clericos, quos voluerit, quod vulgo appellatur jus patronatus, modo si eos prius obtulerit, & commendaverit Episcopo, dignos Episcopum recipere, indignos rejicere, ὥστε μὴ βεβηλοῦσθαι τὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ: quod sacris literis proditum esse ait, Ezechielis scilicet xx. τὰ ἅγιον οὐ βεβηλώσεις. Idemque de hoc jure patronatus expressum est *Novel.123.* in ædificanda quoque ecclesia exigitur scientia, auctoritas, σταυροπηγία, sive dedicatio Episcopi, & alia quædam, de quibus *Nov.5. & 67. & 131.*

NOVELLA LVIII.

Ut ne domi fiat communio sacra.

NE igitur in privatis ædibus fiat sacrosanctum epulum, quo ἀῤῥήτῳ συνεγγίζω, ut Theophylactus, ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ καὶ ταπεινοτάτῃ οἰκονομίᾳ] ut Samonas ait, exhibetur nobis verum corpus verusque sanguis Jesu Christi Domini, & Salvatoris nostri, nisi scilicet auctoritate episcopi, & clericis adhibitis: alioquin ædes publicari, *Nov.131.* ait ecclesiæ civitatis vindicari, Dicam igitur eas, aut fisco, aut ecclesiæ vindicari, ut de conventiculis illicitis, quæ habentur in privatis ædibus, *l. conventicula, C.de epis. & cler.* ædes publicari ait *l. 3. & 8. C. de heret.* ecclesiæ vindicari: itemque *Nov. 132.* Eodem vero modo prohibet etiam tinctionem sacram, sive baptismum fieri in privatis ædibus sextæ synodi in Trullo c.31. & 59. Utrumque tamen Leo privatim fieri permisit à familiaribus, & domesticis clericis, *Nov. 4. & 15.* quod sua ætate conveniret bene Christianis inter se. Dissidia enim Christianorum supradictæ prohibitioni ansam præbuerunt.

NOVELLA LIX.

De sumptibus funerum.

HÆc Novella est quasi appendicula quædam *Novell. 43.* pertinet certe utraque ad urbem Constantinopolitanam, & hac illa corroboratur, ut sumptus funerum faciat, & feretra suppeditet major ecclesia Constantinopolitana: cui ejus rei gratia donaverant Imperatores Christiani mille, & centum officinas, atque etiam ex fundis quibusdam reditus certos, ut patet ex *l. 18. C. de sac. eccl.* & ut ne quid per causam funeris exigatur ab heredibus defunctorum. Præscribitur hac Novella sumptibus modus, puta quantum in semestribus singulis œconomos decanis sive copiatis dare oporteat, qui scilicet efferant, & sepeliant mortuos, quantum prælucentibus acoluthis, quantum præcinentibus ascetriis, & canonicis. Separantur ascetriæ à canonicis, ut asceteria à monasteriis. Canonicæ sunt monachæ, ut constat ex 2. Nicenæ cap. 20. & epistola Basilii, περὶ θεοδώρας κανονικῆς περὶ βίου κανονικοῦ, & Macarii homil.27. & Chrysostomi homil. περὶ τοῦ μὴ τὰς κανονικὰς συνοικεῖν ἀνδράσι. Ex mora sex mensium, œconomis infliguntur usuræ trientes. Definiuntur etiam numerus ascetriarum sive canonicarum, quæ præcinere, & assectarum sive ἀκολούθων, qui prælucere debent. Majore pompa, & nobilioribus pretiosioribusque ferculis sive lectis, qui defuncto funus ducere voluerit, ut id suis sumptibus faciat, quos etiam Justinianus taxat pro locorum spatio quibus est pompa traducenda. Minus solvi si ducatur intra novos muros, & trajectum Sycarum Justinianarum, plus solvi si extra novos muros. De novis muris, qui à Theodosio constructi sunt est alius locus in *l. turres, C.de op. pub. & l.7. C.de met. & epid.* De trajecto maritimo, quod appellat Sycenum, vel sycas Justinianas, ut Nov.159. hodie Peræum sive Galatinum appellari fertur: Stephanus sive Hermolaus libro de urbibus sic scribit: Συκαὶ καθ' ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ μετονομασθεῖσαι, Justin. vocat πέραμα .i. trajectum maritimum: male Haloander terminum. Sic paulo post, ἔξω τῶν νέων τειχῶν, ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις περάμασι: id est, extra novos muros, vel alios trajectus, male, extra novus muros, vel ad alios terminos: Julianus recte, Trans novos muros, vel in alio transmarino loco, TRIUM SOLIDORUM.] Julianus corrupte tremissem, pro tressem.

NOVELLA LX.

Ne reliquiæ debitorum à creditoribus injuria adficiantur, & ne adsessores causarum cognitionem suscipiant.

HAc Novella coercentur creditores, qui ægrotante modo non animam agente debitore domum ejus ingrediuntur, & signa bonis imponunt sine auctoritate judicis. Hoc quidem vis est: & ideo jus crediti amittunt, & tertia bonorum suorum parte multantur, & infames fiunt: quod Justinianus ait esse ex decreto D. Marci: id extat in *l. penult. ff. ad l. Juliam, de vi priv.* Sed in eo nihil nisi de credito amittendo expressum est: imo & vim fieri dicit. Ergo tertia bonorum parte multantur, & infames fiunt: quæ est pœna legis Juliæ de vi, *l. ult. ff. eod. l. sed & partus, §. ult. & l. seq. ff. quod met. cau.* ad quas addendum ex hac Novella, non tantum eos creditum amittere, sed & alterum tantum heredibus defuncti præstare. Eadem vero pœna coercentur, qui corpora defunctorum detinent, ac si volentes sibi de corio defuncti satisfieri, nec sepultura adfici eum, & funeri justa persolvi sinunt priusquam fuerit omnis pecunia soluta: qua de re queritur Ambrosius lib. de Tobia, cap. 10. Leviorem pœnam constituerat Justinus, *l. ult. C. de sep. viol.* ex qua creditor qui debitoris sepulturæ impedimento est, non amittit credi-

creditum, quod quodammodo pugnabat cum decreto Marci, sed multatur 2. libris auri: & ea ratione extorta pecunia restituitur, extorta cautio, vel satisdatio, vel hypotheca inanis constituitur. Est & generale edictum Severi ne corpora defunctorum detineantur, aut vexentur, *l. 3. §. non perpetuo, ff. de sep. viol.* Causa funeris publica est, *l. funt personæ, ff. de religios. & sumpt.* & ideo, qui funus ducunt, vel prosequuntur, vel justa mortuo faciunt, in jus vocari non possunt, *l. 2. & 3. ff. de in jus voc.* & eo nomine sustinetur cognitio, *l. intendum, ff. de jud.* & sustinetur omnis exactio cognitione diebus 1x. ex *Nov.* 115. quod scilicet in novum diem justa defunctis & [illegible] persolvi solerent, *Nov.* 133. Gregor. 3. [illegible] : qui mos ex Paganis manavit. Dio in Adriano: [illegible]. Esse jam ex aliis hoc probavi satis libro de temporibus capite 6. Secunda pars Novellæ hoc habet. Adsessores non habere causarum audiendi plenam facultatem sine ipsis magistratibus, vel judicibus à principe delegatis (nam & ii adsessores habent, & alium delegare possunt, quod cæteri legati non habent, *l. 5. C. de judic.*) sed litem coram magistratu urbano esse contestandam, ultimam cognitionem coram eo esse peragendam. Ultimam cognitionem eleganter Julianus dixit, ut *l. ult. C. de præscr. 30. ann.* novissimam cognitionem, cum allegationibus, & probationibus finem litigatores imposuerunt. Sententiam quoque definitivam ab ipso magistratu urbano esse ferendam & appellationem recipiendam. A judice delegato à principe, qui privatus homo sit, vel à provinciali magistratu causam omnem in integrum audiendam esse, non per adsessores, ideo ut nec possis per adsessores subscribere libellis, *l. 2. C. de adsess.* in quo titulo desideratur Constitutio una Zenonis Græca, & alia Iustiniani hac eadem de re, sed earum sententiam hæc Novella conservavit.

NOVELLA LXI.

Ut ne consentiente quidem muliere alienentur, vel obligentur prædia donationis propter nuptias.

CErtum est prædia dotalia inæstimata virum alienare, vel pignori obligare non posse ne consentiente quidem muliere, *l. 1. §. & cum lex, C. de rei ux. act.* Hæc prædia licet sint in bonis mariti, mulieris tamen sunt, *l. quamvis, ff. de jure dot. l. in rebus, C. eod. l. Lucius, §. idem respondis, ff. ad municip.* mariti jure civili, mulieris jure gentium, ut exposui Observ. x. & ideo liberum est mulieri ut, vel ea vindicet recta vindicatione quasi sua, vel hypothecaria quasi aliena. Prædia autem donationis propter nuptias mulieris nondum sunt, quia non donantur statim, sed adsignantur & conscribuntur in causam donationis: inde quæritur an hæc possit maritus alienare aut pignori obligare constante matrimonio. Et idem hac Novella constituitur esse juris in his prædiis quod in dotalibus, ne fraudetur mulier lucro nuptiali, quod sperat ex donatione propter nuptias in casum mortis vel discidii, & consequenter liberi communes quibus plerumque lucra nuptialia servare parentes solent. Dices, non fraudabitur: nam revocabit & rescindet alienationem aut pignus utili vindicatione: quod & quidam judices tentabant, ut Justinianus refert. Sed melius est statuere nullam esse alienationem, vel hypothecam ipso jure, quam agere rescissoria. Quid enim si vir prædia potentioribus alienaverit conventu difficillimis? Nulla autem est alienatio, nulla hypotheca ipso jure, quantum ad mulierem attinet, quæ hoc intercedere efficaciter potest. Nam inter ipsos contrahentes rata est conventio: quemadmodum rei alienæ hypotheca nulla est, quod ad dominum attinet: inter ipsos contrahentes valet, & parit actionem pigneraticiam, *l. si rem alienam, §. pen. l. si pignore §. si prædo, ff. de pign. act. l. si ab eo, ff. de pign.* idemque est in venditione rei alienæ. Joannes tamen putat hanc superesse differentiam inter dotem & donationem propter nuptias, quod prædii dotalis alienatio, vel hypotheca non valeat, etiamsi sæpius consenserit mulier, prædii donati propter nuptias alienatio valeat, ut hæc Novella definit, si consenserit semel atque iterum post biennium, dummodo ex aliis mariti bonis contingentem sibi portionem lucri ex tabulis nuptialibus servare possit: & hoc exemplo S. C. Vellejani intercessionibus mulierum, circa quod Justinianus constituit *l. 22. C. ad Vellejanum*, mulierem non juvari Senatusconsulto Vellejano, si perseverantia apparuerit eam judicio animi intercessisse non levitate quadam, id est, si biennium postquam intercessit iterum pro eodem ejusdem rei nomine intercedat. Sed hoc tamen exemplum hic per omnia non sequimur, quandoquidem addimus hunc modum, si ex aliis bonis mariti refici possit casus donationis propter nuptias. Item si vendenti marito rem immobilem destinatam donationi propter nuptias consentiat mulier, hic consensus post biennium confirmatur: nec enim intercessio est. Intercessio pro marito non valet, neque confirmatur etiamsi post biennium eam mulier iteraverit, *Novella* 134. Intercessio pro extraneo post biennium iteratione confirmatur. Cæterum Joannis differentiam non admitto: nam idem arbitror esse constituendum in dote, Juliano auctore, & latiori titulo hujus Novellæ, & eo quod ait in extremo, conservari alia privilegia jam doti data: ac si diceret, Æquiparari quidem dotem donationi propter nuptias in superiori specie, sed non in privilegio. Nam dotis exactio privilegiaria est, non donationis propter nuptias, *l. si adsiduis, §. ult. ff. qui pot. in pign. hab. Novell.* 97. Theophilus in *§. fuerat, de actio.* Beneficium autem illud dotis personale esse ait, quia in heredem extraneum non transmittitur, *l. 1. Cod. de privil. dot.* In filium transmittitur, *Novella* 91. Ergo in privilegio est differentia inter dotem & donationem propter nuptias, non in facultate vendendi, vel obligandi consensu mulieris iterato post biennium, si ex aliis bonis mulieri satisfieri possit. Non eodem jure sunt alia mariti bona, licet in eis mulier habeat tacitam hypothecam & dotis nomine, & donationis propter nuptias. Nam eorum bonorum alienatio & hypotheca valet ipso jure, nec revocari potest à muliere jure tacitæ hypothecæ, si semel hypothecam remiserit, *l. etiam, l. jubemus, Cod. ad S. C. Vellejanum, l. quamvis, in princip. ff. eodem l. 1. §. & cum lex, Cod. de rei uxor. actio.* nam remissio pignoris, neque donatio, neque intercessio est.

NOVELLA LXII.

De Senatu.

DUo sunt capita hujus Novellæ. Unum est de consultationibus, quæ scilicet fiunt ad appellationem factam ad principem convocatis amplissimis magistratibus, & Senatoribus omnibus, ut diximus *Nov.* 20. & si forte harum causarum disceptationi non interfuerit princeps, quoniam ad principem appellatum est, quidquid decreverit Senatus non aliter valet quam si id principes ratom habuerit. Hodie moribus nostris dum appellatur ad Senatum, appellari videtur ad principem, quia pars est Senatus, *l. 8. C. de dignit.* & contra Senatus pars principis, *l. quisquis, C. ad leg. Jul. majestat.* nec necesse est confirmari à principe decreta Senatus. Julianus adjicit alias conventum denunciari Senatoribus, alias silentium sine conventu: silentio ta-

men conventum inesse. Convenisse proprie dicuntur, quorum sententiæ conquisitæ sunt: conventum enim vocat συμβελής. Interfuisse, audisse, discessisse aut manus porrigendo, aut pedibus in sententiam eundo, qui siluerunt, & ii etiam convenisse dicuntur, sed generali vocabulo, non proprio: & sic olim S. C. fiebant alias conquisitis singulorum sententiis, alias per discessionem tacito consensu. Alterum caput est de ordine Senatorum, inter quos nominat primum præfectum urbi, deinde patricios, consules, consulares, præfect. prætorio, magistros militum, & cæteros illustres, Quo ordine nominat, qui eorum prior est, prior sententiam dicit, prioreque loco sedet. Igitur præfectus urbi omnes alios antecedit, *l. 3. C. de offic. præf. urb.* Cassiodorus in formula præfecturæ urbanæ: *Consides supra omnes consulares, sententiam primus dicis, &c.* Præfect. urbi sequuntur patricii, patricios consules, hos consulares, & consulares sunt vel exconsules, id est, qui consulatum ordinarium gesserunt, vel honorarii consules. Etiam honorarii pars Senatus sunt, *Nov. 70.* Inter eos qui consulatum gesserunt, is præfertur qui prior gessit, *l. 1. C. de consulib.* & ordinarius honorario etiam antiquiori, *l. 4. C. de prin. agent. in reb. l. 2. in fi. C. de primic. & not.* Post consulares ponuntur præf. prætorio, & magistri militum, & cæteri illustres. Ex hac Novella sive ex more relato in hac Novella, & recepto tempore Justiniani, Tribonianus evidenter ad finem tituli Digestorum de Senatoribus hæc appinxit verba: Senatores accipiendum est, &c, Abrogatur hac Nov. *l. 3. C. de consulib.* ut & ibi Accursius adnotavit. Additur etiam, eum qui propter magistratum quem gerit connumeratur inter Senatores, deposito magistratu Senatorem esse non desinere. Dare Senatores pro introitu sportulas: qui vetus mos est omnium promotionum: dant curiales, dant clerici & sacerdotes, dant memoriales, dant consules. Tum adscribitur etiam de loco in quo haberi Senatum oporteat, & Hippodromum justum locum esse in urbe Constantinopolitana. Olim ab augustibus constituebatur.

NOVELLA LXIII.

De hortulanis.

QUi ædificat, vicino directum prospectum maris auferre non potest, nisi intermisso spatio c. pedum obliquum intermisso spatio XII. ex Constitutione Zenonis Græca de ædif. pri. Pertinebat ea Constitutio ad urbem CP. Justinianus eam porrexit ad provincias, *l. pen. C. eod.* Quinetiam voluit in obliquo quoque prospectu auferendo observari spatium c. pedum *Nov. 165.* idemq; Harmenopulus ex Papiani lib. III. Quæstionum porrigit ad prospectum montium, ex similibus enim similia decidi oportere. Hoc cognito, finge. Qui cupiebat intra c. pedes domum ædificare quæ obstrueret vicino prospectum maris, quod per legem ei facere non licebat, hoc in fraudem legis callide excogitavit ut intermisso spatio c. pedum murum altissimum exstrueret quo vicino auferretur prospectus maris, ac deinde intra eum murum atq; adeo intra c. pedes domum ædificaret, quæ etiam diruto muro officeret prospectui maris, atq; ita ædificio consummato voti compos factus murum demolitus est. Huic fraudi occurrit Just. hac No. & comparat hominem raptori, quod eripiat gratissimum vicino prospectum: non abs re, cum & is qui alii vel minimam rem rapuit, teneatur vi bonorum raptorum, *§. 1. Instit. vi. bo. rap.* Cur igitur & ille non coercebitur, qui prospectum maris eripit sine servitutis jure & sine intermissione spatii legitimi? Ideoque multatur x. auri libris inferendis arcæ theatrali præf. urbi, & jubetur deiicere domum. Hic enim est eventus judiciorum hujus generis. Augustinus homil. 30. *Plerumque homines de usu solis & luminis in ædificiis suis lites injustissimas concitant, & ut fenestris suis radii liberiores aliquanto largius infundantur, domos alienas deiicere sæpe moliuntur.* Adjicit Julianus eum teneri vi bonorum raptorum, bonorum appellatione non continentur res incorporales.

NOVELLA LXIV.

De hortulanis.

IN conductione hortorum initio iniri æstimatio quædam solet, ut finita conductione appareat quatenus aucti vel deminuti sint: nam conductor si hortum deteriorem fecerit, tenetur ex locato: si meliorem, repetit meliorationes actione ex conducto, *l. dominus, §. 5. l. colonus, ff. loc. Novell.* 120. Igitur finita conductione, quo in statu sint horti, æstimatur. Æstimationem faciunt selecti quidam alii hortulani, necessario, quia harum rerum periti sunt. Sed ex eo sæpe locatoribus incommodum accedit: nam hortulani qui æstimationis causa arcessuntur, quasi in re negotioque communi, quod scilicet ipse ejusdem sortis & conditionis sint, gratificantur conductoribus, & initio locationis vile æstimant olus insitum, fine locationis exactæ subtiliterque æstimant omnia, olus, sterquilinium, consitiones & insitiones arborum: & insitiones quidem arborum sane perperam, quod quarum ratio non habetur initio locationis, nec debeat haberi fine, & quod exemplo fructuarii debeat horti conductor jam satas arbores tueri, & in locum demortuarum alias substituere, *l. agri, ff. de usufruct.* idque plerumque lege locationis continetur. Huic vero fraudi ut occurrat Justinianus constituit uti deinceps in facienda æstimatione hortulanis æstimatoribus specialiter huic rei destinatis adjungantur ii qui vulgo summarii dicuntur, & ut æstimationem hortorum faciant jurati propositis sacrosanctis Evangeliis: quod est commune omnium æstimatorum, *Nov. 49. l. hac edictali, §. his illud, Cod. de secundis nupt.* Summarii dicuntur qui faciendæ rationis summarum quarumcumque periti sunt: nam & summis tributorum faciendis adhibentur, *Novel.* 30. Ad hæc constituit Justinianus ut finita locatione quantum oleris accesserit vel deperierit æstimetur, siquidem & initio locationis olus æstimatum sit: sterquilinii aut insitionum rationem habendam non esse: si quis tamen non hortum, sed terram squalidam & incultam locaverit horti inferendi causa, sationis & culturæ mercedem conductori præstandam, & insiti oleris habendam æstimationem.

NOVELLA LXV.

De relictis ecclesiæ Mysiæ.

UT prædia huic ecclesiæ relicta, vel data in alimoniam pauperum, vel redemptionem captivorum, si certum statumque reditum habeant non possint alienari: si incertum, & longo intervallo distent ab ecclesia, adeo ut barbarorum sint exposita vastationi, ut vendi possint, forte ex pretio uti propinquiora comparentur, vel redemptiones fiant captivorum, *l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cleric. Nov.* 131. Si non longe distent, ut non aliter alienentur quam si id ita caverit testator, & sic Julianus recte. Integram vero hanc Nov. Latine ex vet. libro edi curavit Pet. Pithœus vir de jurisprudentia optime meritus, in quo & breviter addita subscriptione ejus sententiam sic expressam inveni. *De terris vel domibus, vel vineis quæ relicta sunt ecclesiæ Mysiæ in redemptionem captivorum, aut in nutritionem pauperum posse vendi non simpliciter, sed secundum distinctionem hujus legis, quæ specialiter permittit ecclesiæ Mysiæ relicta ab ejus episcopo vel administratoribus vendi pro redemptione captivorum, vel alimoniis pauperum, ita tamen si vel infructuosa sint, vel cultores sufficientes non habeant,*

vel

vel in longinquo sint posita, & à Barbaris depopulentur. Dat. x. Kal. Apr. c p. *Imp.* d n. Just. pp. *Aug. Joanne* v.c. *Cos*. Haloander adjecit de reo, qui litem contestatam deserit, & edictis, vel literis evocatus præsentiam seu facere contemnit: ut damnetur ita demum si malam causam habuerit: nec enim significatur his verbis: *κακὸν πρᾶγμα ἔχων*: nam absens per contumaciam si bonam causam habuerit, non ideo minus vincit, *l. & post edictum, ff. de jud.* Hæc vero sententia est ex Theodori intepretationibus ad *Nov. 69.* & Julianus eam non agnovit.

NOVELLA LXVI.

De successionibus.

HÆc Novella pertinet ad duas Constitutiones Justiniani, quarum una est *Nov.* 18. quæ quadrantem legitimæ portionis debitum liberis mutat in trientem, si quatuor, vel minus sint, in semissem si plus quam quatuor: qui si non relinquatur, inofficiosum testamentum est, & querela competit, vel supplementi actio. Altera est *l. jubemus, Cod. de testam.* quæ vult in testamentis scriptis, manu testatoris scribi nomen heredis, vel si nesciat literas palam nuncupari coram testibus, & à testibus in subscriptionibus scribi: alioquin nullum esse testamentum. Declarat autem hac Novella, cum forte incidisset causa testamenti quædam, in qua de utriusque Constitutionis jure non observato ambigebatur, se velle ut utraque constitutio valeat ex eo tempore quo proposita & insinuata est in urbe, vel in metropoli, vel alia civitate cujusque provinciæ, nec tamen confestim ex eo tempore, sed post duos menses demum à publicatione: idemque servari generaliter in omnibus Novellis Constitutionibus. Et ut siquis testamentum fecerit contra quam ea quæ nuper prodierit constitutio nova præcipiat, non ideo cogitur mutare testamentum, & aliud conficere secundum legem novam, ita ante facta homines non mutare invitos ob legem novam: verum hoc ita, nisi id lege nova nominatim comprehensum sit. Leges trahi ad præterita, si hoc sit nominatim expressum, ut *Nov.* 12. *l. ult. C. de pact. pignor. l. 1. Cod. de cont. jud.* & similiter leges ex citeriori tempore obligare, & valere, quam definiatur hac Novella, si hoc sit in legibus specialiter expressum: ut *Nov.* 57. c 16. Illud non est omittendum, & postea Justinianum emendasse, *d. l. jubemus. Nov.* 119. qua quidem non vult testatorem literarum ignarum, qui scribendum testamentum dictar, palam testibus nuncupare nomen heredis: alioquin testamenta scripta, secreta non fore, & inter ea, & illa quæ per nuncupationem fiunt discriminis nihil fore. Satis igitur esse per alium scribi nomen heredis.

NOVELLA LXVII.

De his, qui templa ædificant, & ne episcopi Ecclesiis suis aberrent, & de alienatione prædiorum ecclesiasticorum.

NE quis ecclesiam, vel monasterium novum ædificet, antequam quo loco ædificaturus est eam dedicaverit episcopus, & constituerit ipse titulo donationis sumptus idoneos, cum alendis clericis, vel monachis, tum faciendo sacro ministerio, & sartis tectis, & cereis noctu accendendis, vel ètiam luci, ut in Oriente fieri solebat auctore Hieronymo, interea dum populo legebatur Evangelium. Ne quis etiam veterem ecclesiam exornet, vel tueatur, & reficiat, sine episcopi auctoritate, & hoc casu, ut sumptus nullos cogatur ecclesiæ, quam reficit constituere, cum suos jam reditus habeat, & proprium tamen nomen operi ut inscribere possit, *l. ult. ff. de oper. pub.* quod tot ædium sacrarum, & monasteriorum, quot fuerunt olim ædificatores potissimum affectasse Justinianus ingenue profitetur. Ne episcopi diutius extra suam ecclesiam evagentur in comitatu principis, vel alibi secundum *Nov.* 6. ne aberrantibus diu, solemnes annonas œconomi suppeditent. Postremo addit hoc ad *Nov.* 46. ut æris alieni dissolvendi causa non possint etiam metropolitani vendere prædia ecclesiastica, nisi decreto interposito præsente clero, & duobus episcopis in diœcesi, sive synodo, cui ipse metropolitanus præest. *Nov.* 46. episcopis vendentibus exegerat præsentiam cleri, & metropolitani. Decretum cum dicit, decretum præsidis intelligit, quo hodie non est opus ex *Novella* 120.

NOVELLA LXVIII.

De Constitutione successionum in lucra nuptialia.

MOrte soluto matrimonio, & postea liberis præmortuis, proprietas lucrorum nuptialium, quæ eis conservabatur, consolidatur usufructui .i. ad parentem superstitem redit ex Constitutione Leonis. Ex Constitutione Justiniani Græca, ut docui *Nov.* 2. c. 3. casus tantum *ἀπαιδίας* ad parentem superstitem redit, nisi liberis parens extiterit heres. Ex hac Novella, qui casus contigerunt ante Constitutionem Justiniani Græcam, deciduntur Constitutione Leonis, ac proinde Constitutio Græca non pertinet ad præterita. Et de hoc parente dicitur, qui contrahit secundas nuptias: sed idem procedit hodie etiam in eo, qui abstinet secundis nuptiis, excepta portione virili ex *Novella* 127.

NOVELLA LXIX.

Ut omnes obediant præsidibus.

NOvella 53. tractatum est de actore, qui reum ex suo foro ad extraordinarium judicem evocat: quod rescripto principis nonnunquam conceditur. Hac tractabitur de reo, qui æque rescripto principis, vel quo alio privilegio se alibi conveniri debere contendit, quam in foro competenti; ut qui ex provincia in qua deliquit litem educit in urbem: nam provincia in qua deliquit est pro foro competenti, *l. 1. ff. ubi de cred. agi opor. l. 7. §. pen. l. ult. ff. de accus.* l. 1. *C. ubi Sen. vel clar.* & ne ex rescripto quidem principis vel sanctione pragmatica, vel alio privilegio potest revocare domum, nisi per appellationem, vel nisi Reip. causa in urbem ex qua oriundus est evocetur pragmatica forma. Puto etiam interpretes recte excipere privilegia jure publico concessa. Melior est igitur hac in re conditio actoris, quam rei: nam rescripta quibus actori datur facultas extra suum forum trahendi adversarii, non improbantur, rescripta quibus reo conceditur jus mutandi fori, improbantur: atque ita vitiatur regula *l. 41. ff. de div. reg. jur.* nam actori licet, quod reo non permittitur. Ratio hæc est, quia actori cui incumbit onus probandi, facultas probandi præripitur, si alio loco agere compellatur, quam quo delictum commissum est: ideoque in alium locum trahere eum reus, sine fraude non potest, ne ex rescripto quidem principis. Durum quoque est ex rescripto principis actorem non sequi forum rei, sed strictius id etiam rescriptum accipitur, ut exposuimus *Nov.* 53. non tamen improbatur, aut rejicitur. Porro huic Nov. locus est tam in civilibus quam in criminalibus causis, ut recte Julianus, & Joannes, & Accursius sentiunt: & tituli latior inscriptio probat quanquam (ut verum fateamur) non sit ex titulis Novellarum necessaria argumentatio, propterea quod arbitrio sunt studiosorum, non auctoritate Justiniani confecti, & idcirco tam varii, alii Juliano, alii veteri interpreti, alii Haloandro, alii Scrimgero, alii Basilicis, alii Indici nostro, quo maluimus

uti. Martinus in causis tantum criminalibus huic Novellæ locum esse putat. Et in criminalibus certe ei locus est sive magnum sit crimen, veluti sacrilegium, sive parvum, veluti abigeatus, quod quidem crimen vel unus equus aut bos abactus facit. Furti etiam crimen, quod extraordinarium est, vel una gallina facit, sicut & furti, & vi bonorum raptorum civilem actionem *Nov.* 63. quam in rem hoc loco Julianus eleganter, Quamvis res, qua de agitur, inquit, minima videatur, tamen justitiæ ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis debet æstimari: nam & quod aliis vilissimum esse videtur, hoc aliis pretiosissimum est. Proinde huic Novellæ locus est sive ex maleficio magno agatur, sive ex parvo, & sive ex maleficio agatur civiliter, veluti vi bonorum raptorum, sive criminaliter, veluti lege Julia de vi: itemque in aliis civilibus causis, ut si agatur vindicatione, cujus varia sunt genera: nam aut dominium vindicatur, aut servitus, aut hypotheca, aut possessio, aut fines. Separat Justinianus vindicationem finium à vindicatione dominii, ut *l.* 10. *Cod. de evict.* Hæ omnes vindicationes moventur in ea provincia in qua prædia propter quæ lis est constituta sunt, & est ea provincia pro foro competenti, *l. ult. C. ubi in rem act. exer. deb. l.* 1. *Cod. ubi de pos. agi opor.* & frustra reus domum revocat. Idem statum si agatur in personam, nam generaliter ait provinciæ præsidi obtemperandum esse sive de criminali, sive de pecuniaria causa agatur, & nominatim memorat *συναλλάγματα*. Igitur qui ratione contractus sortitus est forum Uticæ, licet Romæ domicilium habeat, non potest revocare domum, *l. heres, §.* 1. *ff. de judic.* ne ex rescripto quidem principis. Et hujus Constitutionis facilis est executio, si utraque pars sit in provincia. Sed quid fiet si in provincia degat actor, possessor in urbe: possideat tamen prædium per procuratorem vel actorem vel colonum? quod & in actione in personam quæri potest, si reus principalis habitet in urbe, institorem habeat in provincia cum quo contraxerit actor, ut *l. heres, §. pen. ff. de judic.* Verum id in vindicatione tractemus tantum, & quidem ex *l.* 2. *C. ubi in rem actio ex. deb.* ad quem proculdubio respexit Justinianus in hac No. Qui in urbe habitat, in provincia per procuratorem, actorem, custodem, colonum vel inquilinum possidet prædium meum. Ago cum procuratore rerum, scilicet ejus non litium, vel cum inquilino vel cum custode possessionis, qui prædium absentis nomine possidet, is in judicio dominum laudat. Dari ei debet secundum moderamen locorum, ut & in aliis causis observari solet, *l.* 1. *& ult. C. de dilat. l.* 3. *C. Th. de jure fisc. l.* 4. *C. Th. de appel. l. ult. C. Th. de rep. app.* dilatio sex, vel quatuor, vel octo vel novem mensium ad certiorandum & evocandum dominum, ut vel ipse intra id temporis veniat, & judicium suscipiat, vel litis causa mittat procuratorem: quod est ex *d. l.* 2. *C. ubi in rem act.* nisi quod dilationis tempus relinquit in arbitrio judicis, hæc Novella certum tempus statuit pro locorum intervallis. Si dominus neque veniat, neque procuratorem mittat, lis agitur cum eo qui absentis nomine prædium possidet, quasi cum vero & legitimo procuratore absentis: male Haloander, quasi is ipse dominus sit qui fecit: nam *ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ποιῶν πράττοντα*, & paulo post, *νομίμως πράττοντα*, procuratorem vocat. Damnatur autem vel ipse vel dominus, & si judicato satis non fiat, fit missio in possessionem bonorum absentis. At quid fiet si & is, qui absentis nomine possidet non compareat? Servabitur ordo solemnis, qui servari solet in eremodiciis, id est, desertionibus litis contestatæ. Male Haloander vadimonium & litem contestatam confundit. Desertio vadimonii est desertio promissionis judicio sistendi causa factæ. Longe aliud desertio litis contestatæ, graviorque ex hac causa quam ex illa pœna: nam hæc damno litis coercetur, quia desertori non licet appellare, vel ex integro causam agere, illa non item: & olim quidem, qui litem inchoatam deserit evocabatur edictis tribus & peremptorio, non etiam is, qui non parebat promissioni judicio sisti. Cæterum ex hac Novella sive reus litem inchoatam deserat, sive inchoandæ liti præsentiam sui non faciat, nec defendatur, citatur legis voce, id est, præconis, ut Julianus & Irnerius interpretantur. Præco vox legis dicitur eadem forma qua Synesio carnifex, manus legum, in epistolis. Dicitur & vox judicis: solet enim præco verba judicis pronunciare: & scribitur tamen gestis, Judicem dixisse, non præconem, ut August. scribit 3. de Trinitate, & de verbis Domini, serm. 16. Et ex *Nov.* 112. citatur reus edictis tribus, per singula intermisso spatio dierum xxx. olim x. quibus si non pareat, damnatur etiam absens si malam causam habuerit. Damnatur sententia diffinitiva, si litem contestatam deseruerit. Damnatur summatim re cognita, & mittitur actor in possessionem bonorum custodiæ causa, si non venerit ad litem contestandam, lite manente salva, ut *l.* 2. *C. ubi in rem act.* & *Nov.* 53. *cap.* 3. & eodem modo absente actore, præsens reus sententia definitiva absolvitur omnimodo, si actor litem contestatam deseruerit, vel si ante litem contestatam abesse cœperit, absolvitur observatione judicii, ut *Nov.* 53. *cap.* 1. Cæterum ex *Nov.* 112. & Leonis 108. utroque casu lis consumitur revocato jure antiquissimo, quo qui ad vadimonium non occurrebant, causa cadebant, ut Suetonius scribit in Caligula: & reus præsens si bonam causam habuerit, absolvitur omnimodo, videlicet si actor evocatus tribus edictis, & post edicta annum expectatus fuerit. Excipiendus tamen est casus *d. Nov.* 53. *cap.* 1. quo actor diebus tantum x. expectatur, nec edictis evocatur, cum scilicet non est actor sequutus forum rei. Id etiam notandum ex *Nov.* 112. contumacem post edicta annum tantummodo expectari, cum ex *l. properandum, §. hujusmodi, Cod. de jud.* expectari debeat ad finem triennii. Itaque multa innovat *Nov.* 112.

NOVELLA LXX.

De liberationibus decurionum.

PRæfecturæ nomine significatur præfectura urbis Romæ, vel urbis Constantinopolitanæ, & præfectura prætoriana Orientis vel Occidentis, id est, Italiæ, vel Africæ, vel Illyrici, & magisterium militum. Sunt enim eæ tres dignitates indiscretæ, *l.* 1. *C. de præf. præt. sive urb.* Sed vel honorariæ tantum sunt vel ordinariæ: hæ liberant curia, illæ non item: repetit quod jam constituerat sup. *Nov.* 38. *Αὐτῷ τῷ ἀρχῆς παραγγέλματι.*] Rectissime vetus interpres. Ipso cingulo designatum: nam honorarii cingulum non habent, & *ἀρχὴ* administrationem significat sive cingulum. Quid autem sibi voluit is, qui vertit, Petito per denunciationem magistratu? *Ἀπήνη*,] Rectissime etiam vetus interpres, Carpentum: quod Vopiscus judiciale carpentum.

NOVELLA LXXI.

De litibus eorum, qui in dignitate positi sunt.

VEtus est Constitutio ut nec clarissimi, nec spectabiles, nec illustres litem pecuniariam agant per se, sed per procuratorem: quod honori eorum datur: & est hac de re *l. pen. C. de procurat.* in qua tamen, qui enumerantur omnes vel illustres sunt, vel spectabiles, nulli clarissimi. Et sane videtur clarissimorum appellatione hac Novella, Justinianus significare Senatores omnes etiam illustres & spectabiles: nam regulam ponit de clarissimis, & excipit illustres. Et inter clarissimos nominat Comites & tribunos. Comites intelligit consistorianos, ut *l.* 1. *C. de mand. princ.* quos constat esse spectabiles, *Novel.* 13. & tribunos notarios,

rios,

rios, qui modo ſpectabiles dicuntur, modo clariſſimi. Et veterem Conſtitutionem recipit in illuſtribus tantum, veluti præfecto prætorio, aut præfecto urbi, aut magiſtro militom, ut per procuratores cauſas civiles agant. Criminales nemo agit per procuratorem, *l.pen.ff. de pub. jud. l. ult. C. ubi Senat. vel clar. l.1. ff. an per alium cau. ap. red. poſ.* præterquam criminalem injuriarum illuſtres ordinarii, vel honorarii, *l.ult. C. de injur.* & epiſcopi ac presbyteri ex Nov. Valentiniani *de epiſc.jud.* Igitur viri illuſtres cauſas civiles agere debent per procuratorem: cauſas criminales per ſe excepta injuriarum cauſa, quam per procuratorem exequi poſſunt. Spectabiles autem & clariſſimi cauſas civiles ex hac Nov. per ſe agere poſſunt, nec per procuratorem eas exercere compelluntur, quia & plerique ex bis tuendo in litibus pecuniariis procuratori pares non ſunt. Habent etiam viri illuſtres aliud privilegium ex *l. ult. C. ubi Senat. vel clar.* ut in criminalibus cauſis ſi ordinarii ſint habeant jus ſedendi in ſecretariis judicum tam in urbe quam in provinciis, honorarii in provinciis tantum. In ſecretariis inferiori parte, ut ait *d.l.ult.* Symmachus primo Epiſtolarum, in uno ſubſelliorum capite, regulariter litigatores ſtant, *l.1. C. de offic. civil. judic.* & cauſidici, *l. quiſquis, in fin. Cod. de poſtul.* Plinius 1. Epiſtol. *In tribunatu abſtinui cauſis agendis, quod deforme arbitrabar cui loco ſedere omnes oporteret hunc omnibus ſedentibus ſtare,* & VI. *Ingens utrinque advocatorum univerſa ſubſellia perſtantium corona:* ſic legendum.

NOVELLA LXXII.

De tutoribus.

JUre veteri debitor creditoris, vel creditor debitoris tutela aut curatione non excuſatur, *l.vi tr. Cod.qui na. tut. poſ. l. neque, C.de exc. tut.* Item qui litem habet cum pupillo, vel adoleſcente non excuſatur, niſi fuerit lis de omnibus bonis, vel maxima parte eorum, vel de ſtatu, *l.6. §. pen. l. ſi pupillum, & l. ſeq.ff. de excuſ.* Ex hac *Nov.* excuſatur, vel removetur, niſi ſit mater, vel avia *Nov.* 94. Vel ſi poſt ſuſceptam adminiſtrationem tutelæ adquirat tutor obligationem adverſus pupillum, forte adita hereditate creditoris pupilli, ei contutor aut concurator adjungitur: quod etiam fiebat olim litis cauſa, *d.l.neque.* Diverſum erit ſi poſt ſuſceptam, vel etiam depoſitam tutelam ceſſionis jure obligationem inquiſierit: nam ceſſiones actionum factæ in perſonam tutoris, vel curatoris, donationis, venditioniſve titulo, ipſo jure nullæ ſunt, nec regreſſum habet adverſus eum, qui ceſſit: & pupillus ab utroque liberatur: olim valebant, *l. non ſit, ff. de reb. cor. qui ſub tut.* Itaque multas leges Pandectarum & Codicis hæc Novell. tollit: & quidem merito. Eveniebat enim ſæpe ut tutores, vel curatores, quorum in poteſtate erant omnia, redimerent ioanes, infirmas, inutiles actiones adverſus pupillum, vel ex cauſa donationis eas ſibi cedi procurarent, ac deinde ſupprimerent apochas, quibus ſe defendere & agentem excludere pupillus poterat. Apochas vocat ἀποδείξεις τῶν χρεῶν, ut *Nov.* 46. 49. Haloander interpretatur male probationes. Sed tamen paulo poſt recte, ἄλλας ἀποδείξεις, alias probationes. At priore hoc loco ἀποδείξεις vocat profeſſiones ſolutæ pecuniæ: quod & vetus interpres intellexit, qui interpretatur, De ſuſcepta: ſic enim ſolet appellare apochas. Accedebat etiam hoc incommodum, quod tutores pupillo obligati intercipiebant chirographa aliaſve debiti probationes. Itaque merito viſum eſt utilius eſſe, ſi debitor creditoris, vel creditor debitoris tutelam curamve non ſuſciperet, excepta matre & avia, quæ ſunt extra ſuſpicionem omnem quandiu abſtinent ſecundis nuptiis: eademque ratione excipiam patrem & avum, imo & parentes omnes virilis ſexus; non cognatos: nam id de matre & avia tantum cautum eſt, quod eæ ſolæ liberorum tutela fungi poſſint, *Nov.*118. Tutor, qui huic Conſtitutioni non paret .i. qui diſſimulat ſe eſſe creditorem pupilli, nec excuſat ſe, jus crediti amittit, & qui diſſimulat ſe eſſe debitorem, non liberatur, quaſi à ſemetipſo exegerit: denique nec ſibi ſolvere nec à ſemetipſo exigere poteſt: quod tamen vetus prudentia admittit locis innumeris. Secundo quoque capite hujus Novellæ multæ Pandectarum & Codicis leges emendantur, quibus cavetur tutorem teneri in uſuras ejus pecuniæ quam non depoſuit ad comparationem idoneorum prædiorum, vel quam non idoneis hominibus fœnori occupavit. Nam ex hac Novella non cogitur eam fœnori occupare, vel ex ea comparare prædia: ſatis namque eſt ſi eam cuſtodiat diligenter: pupillo igitur vacabit impune. Sed ſi negotiorum pupilli adminiſtratio & tuendæ vitæ pupilli ratio hoc neceſſario exigere videatur, etiam fœnerari cogitur. Ultro etiam fœnerabitur recte, ſuo tamen periculo: & ſecundum jus vetus habebit ſingulis annis laxamentum duorum menſium exigendæ, & rurſus occupandæ pecuniæ cauſa, *l. tutor, §. uſuræ, ff. de adm. tut.* Ultro etiam ex ſuperflua pecunia comparabit prædia idonea ſuo periculo; & idonea prædia deſinit eſſe fertilia & levioribus tributis obnoxia, & quorum auctor idoneus eſt .i. locuples, ut de evictione cum effectu conveniri poſſit. Quod dixit de pecuniæ, idem dicit de prædiorum reditu, ut videatur ſuo officio præclare functus tutor ſi tutiore loco reditus ſuperfluos deponat. Adjicit etiam hoc ad jus vetus, ut non niſi juratus tutor, vel curator ad adminiſtrationem accedat, neque tamen rationi jurisjurandi ſe exiſtimet ἀνεξέλεγκτον fore. Exigitur jusjurandum à curatore furioſi, *l. de creationibus, Cod. de epiſc. aud.* hac Novella ab omnibus.

NOVELLA LXXIII.

De inſtrumentis.

INane eſt chirographum quod nullis teſtibus nulliſve ſubſcriptoribus confectum eſt, quodque nulla literarum comparatione confirmatur: non eſt omnino inane quod literarum comparatione confirmatur: nam deferendi jurisjurandi (quod hic extremum ſubſidium vocat litium finiendarum) occaſionem judici dabit. Non quod teſte uno, vel duobus: nam & ſi teſtis unus non debeat movere judicem ad deferendum jusjurandum ſine chirographo (ut in Feudis docuimus) movebit in hanc rem merito tamen judicem chirographum, & teſtis unus, vel duo. Firmiſſimum autem id eſt quod trium teſtium præſentia, vel ſubſcriptione confirmatur, licet comparatione literarum non confirmetur, cum & ſine chirographo teſtes ſufficiant: & ita firmiſſimum quoque eſt forenſe inſtrumentum quod tabellionis mandatu amanuenſis ejus ſcripſit, & complevit, vel ſcripſit tantum, tertia perſona veluti argentario adnumerante pecuniam: nam hi tres, tabellio, amanuenſis, argentarius, pro tribus teſtibus habentur: & niſi conſentiant horum teſtimonia, conſtat fides rei geſtæ ſatis etiam ſine ſcriptura. Sed ſi nullus intervenerit amanuenſis, vel argentarius, præter tabellionem duorum, vel trium teſtium præſentiam, aut ſubſcriptionem deſidero ex ſententia hujus Novellæ. Quid igitur? Tabellionis ſolius fides non ſufficit, forenſe inſtrumentum publicum teſtimonium non habet? ita videtur: hoc jure cenſetur id ſolum quod actis inſinuatum eſt apud magiſtrum cenſus, vel magiſtratus municipales, vel defenſores plebis. Strinxi breviter ſententiam hujus Novellæ, & dilucidius tamen forte quam in *Nov.*49. Id non eſt omittendum, hanc in inſtrumentis tantum eis diligentiam exigi, quæ in urbibus fiunt, & quæ ſuperant libram auri, non in iis quæ ruri fiunt: nam & teſtamentis, quæ ruri fiunt diligens obſervatio remittitur, *l. ult. C. de teſtam.* Sed & majorem

jorem exigit in chirographis, quæ excedant L. libras auri, *l. ult. C. si cert. pet.* nam subscriptionem exigit trium testium: nec contenta est præsentia, qua hæc Nov. tamen omni in summa videtur esse contenta. Τῶν τελειωμάτων] Completionum. Prius enim solent tabelliones contractus scribere in schedula, deinde complere in mundo, ut patresfamilias rationes suas in adversariis primum, deinde in codice. Δύο μάρτυας] Legendum διὰ πάντων, ut docui *Novell.* 44. Πέντε μαρτύρων] Quinque hi sunt, tabellio, tabularius, tres testes, quoniam tres testes Novella exigit. Sed in forensi instrumento putem sufficere duos, propterea quod tertii vicem explet tabellio. Sed tamen si ex abundanti duobus fuerit adjectus tertius, ita connumerato tabulario, & tabellione, fuerint quinque.

NOVELLA LXXIV.

De suitate liberorum, & de nuptiis.

SUitatem appello, quod Græci γνησιότητα, imitatus non tam interpretes nostros, quam Stoicos, quibus familiare est ex qualitatibus fingere nomina: nec aliena Jurisconsulto Stoicorum imitatio, quandoquidem omnes prisci juris auctores ab Stoicis imbutos multis mihi quidem & magnis liquet argumentis. Explicantur autem hac Novella modi quibus filii naturales efficiuntur sui, volentes scilicet: nam invitus nemo fit suus, sicut & invitus nemo emancipatur. Primus modus hic est, si nuptiæ dotali instrumento contrahantur cum concubina, ex qua filii naturales procreati sunt, de quo Nov. 12. diximus satis. Hoc deficiente, veluti concubina mortua, vel indigna connubio, vel absente, vel patre in clerum cooptato, sequitur alter modus, ut precibus à patre Imperatori oblatis, vel à liberis naturalibus prolato testamento patris, quo sibi eos heredes suos esse voluerit, beneficio principis sui, & legitimi fiant. Princeps libertinos potest ingenuitati restituere, & natalibus, in quibus initio omnes homines fuerunt nondum neque naturali neque civili jure descripto, *l. 2. ff. de nat. restit. l. Imperialis, §. 1. C. de nupt.* quo tempore incognita erat servitus: sed necesse est (ut hoc loco valde singulari Justinianus ait) uti eos donet prius anulis aureis, atque ita quodammodo præpurget: & hac de causa, ut opinor exigit in *Novell.* 18. ut ancillæ manumissæ impetretur jus annulorum simul ac natalium restitutio. Eodem vero exemplo princeps potest liberos naturales suos facere, & restituere antiquis natalibus, in quibus omnes homines fuerunt, legibus nondum scriptis, quo tempore liberi omnes fuerunt conditionis ejusdem, non alii naturales, alii legitimi. Synesius Anastasio, τὰ χρυσᾶ παιδία τῆς τοῦ βασιλέως φωνῆς νόμῳ σοι παῖδα γινόμενα. Hoc vero genere dandæ suitatis utitur pater si non extent legitimi liberi, & si muliere libera filii naturales progeniti sint, priore utitur etiam extantibus legitimis, atque etiam si ex ancilla filii naturales procreati sint. Est & tertius modus *Nov.* 89. Si pater filios naturales offerat curiæ civitatis teste populo, vel actis intervenientibus, si filias naturales curialibus matrimonio jungat, vel si ipsi se filii naturales curiæ offerant ex patris ultima voluntate, aut sponte sua: & hunc modum Theodosius introduxit, *l. 3. C. de nat. liber.* & probavit Leo, *l. 4.* ex qua refert Justinianus in *d. Novell. 89.* Philocalum quendam filium naturalem publice obtulisse patrem curiæ Bostræ civitatis: unde liquet aperte in *d. l. 4.* pro *nostræ*, esse legendum, *Bostræ*, quæ est civitas Arabiæ, *Novel.* 102. & ita jamdiu memini me emendare in notis Institutionum. Primum modum invenit Constantius, Justinianus amplificavit: secundum invenit Justinianus: nam rescripto principis olim non fiebant legitimi nisi qui nati erant ex muliere, quæ propter inæqualitatem justa uxor esse non poterat: rescripto enim justa uxor simul ac liberi justi fiebant. Hoc vero tertio modo, quem Theodosius adinvenit, filius naturalis susceptus ex libera muliere suus, & legitimus fit ex patris voluntate etiam existentibus legitimis liberis: ita tamen ut pater non plus ei dare, vel relinquere possit, quam uni ex justis liberis cui minimam portionem dederit, vel reliquerit, *l. communium, §. ult. C. de natur. lib.* qua in re Novellæ Theodosii *de bon. decur.* derogatur, ex qua in *d. l. 3.* addita perperam videntur hæc verba: *Naturalem dumtaxat fæcunditatem sortiatur.* Sua autem sponte filii naturales ex libera muliere nati si se offerant curiæ non aliter sui, & legitimi fiunt, quam deficientibus legitimis, idemque dicendum de iis, qui ex ancilla nati, & manumissi, vel patris voluntate, vel sua sponte decuriones fiunt, *Novell.* 89. Est etiam inter hunc modum faciendi legitimi, & superiores differentia hæc, quod superioribus non tantum jus suitatis, sed etiam jus agnationis adquiratur, hoc modo jus suitatis tantum, *d. l. communium.* Ei autem, qui decurio simul ac patri filius heresque legitimus factus est, qui & pro qua parte succedant definitur in *d. l. communium, §. sed si quidem,* usque ad *§. pen.* aliter quam in *No. 89.* quæ varie demonstrat in ejus successione semper hanc rationem esse servandam, ut curia curialesve heredes defuncti bonorum dodrantem habeant sublato quadrante, & besse, de quo *d. l. communium*: sublata etiam differentia bonorum adventitiorum, & profectitiorum. Erat & olim quartus modus, Adoptio, *l. jubemus, in fin. C. de nat. lib.* qui tollitur *l. legem, C. eodem,* & hac *Nov. & 89.* Tentari posset reduci *Nov.* 117. *§. 1.* nam si sola nominatione filii naturalis suus fit, & adoptione multo magis, quod tamen non admitto.

Secunda pars hujus Novellæ est de nuptiis, quæ dotis, & donationis propter nuptias conventionem exigunt, & de iis, quæ testatione, vel jurejurando, vel nuda affectione contentæ sunt, cui aliquatenus derogatur, *Nov.* 117. ut exposui *Nov.* 12. & 22. & de quadrante bonorum relinquendo mulieri indotatæ, qua de re diximus *Nov. 53. cap. ult.* Κυρίαν ἐκάλει.] Epictetus in Enchiridio, αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ ιδ᾽ ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. Hieronymus adversus Jovinianum, *Vocanda domina, celebrandus natalis ejus.*

NOVELLA LXXV.

De appellationibus Siciliæ.

UT appellationes à Consulari, vel Prætore Siciliæ referantur ad quæstorem palatii, quæ olim ad præfectum prætorio, *l. 27. C. Th. de app.* Ut decreto quæstoris confirmentur defensores plebis in Sicilia creati, & patres civitatum. Alii defensores confirmantur auctoritate præfect. prætor. *Nov.* 15. Dixi à Consulari, vel prætore. Consularem primum Sicilia habuit, deinde prætorem, *Novell.* 104. in qua pro τῶν πραιτώρων, ex ista legendum, τῶν πατέρων.

NOVELLA LXXVI.

De monachis.

QUi ante *Novel.* 5. quæ post monachismum interdicit testamenti factione, facti jam erant monachi, vel monachæ, testamenti factionem habent, præsertim existentibus liberis.

NOVELLA LXXVII.

De impudicis, & juratoribus.

CEdrinus scribit Justin. tulisse νόμους κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων: hanc Constitutionem intelligit, & 141. Et junguntur etiam his, qui per capillum Dei, vel per caput, vel alio modo dejerant contumeliose.

NO-

NOVELLA LXXVIII.

De dotalibus instrumentis & manumissionibus.

EX hac Novella manumissio sola ingenuos facit; non quod ad patronum, sed quod ad cæteros & jura alia ingenuitatis attinet: nam jus patronatus integrum manet, nisi id patronus in manumissione remiserit nominatim, *l. penult. & ult. C. de bon. lib.* Quin & si id remiserit, honor tamen & obsequium debitum patrono, remissum non videtur, sed neque actio ingrati. Hæc actio est extraordinaria, *l. 1. C. de libertis & eorum lib.* cum tamen sit ex lege Ælia Sentia, quia post eam legem S. Consultis & Constitutionibus de ingratitudine libertorum extra ordinem agi cœpit. Competere eam actione in hoc loco Justinianus ait non tantum manumissori, sed & filiis manumissoris: quod etiam est ex lege Ælia Sentia, *l. Sciendum, ff. de verb. signif.* At *l. pen. Cod. de libertis & eorum liber.* eam dat generaliter heredibus patronorum. Sed id Accursius recte restringit ad filios heredes, *Nov. Valentiniani de libertis*, etiam filiis eam ademerat. Alia est actio ingrati adversus donatarium: & omnino duæ tantum sunt in jure actiones ingrati, adversus donatarium & adversus manumissum: nam adversus alios actionibus ingrati, ut quodam loco Seneca ait: fora non sufficerent. Ex his autem colligitur, pleniorem esse natalium restitutionem quam manumissionem remissionemve juris patronatus: nam manumissus etiamsi quantum ad cætera attinet ex hac Novella pro ingenuo habeatur, tamen juri patronatus obstringitur, & eo etiam remisso, obsequiis & actioni ingrati. Natalibus restitutus nec obsequium vel honorem debet, nec quasi ingratus accusari potest, *l. pen. C. de bon. lib. l. 10. §. sed & si jus, ff. de in jus voc.* Sed nemo etiam facile à principe natalibus restituitur nisi consentiente patrono, *l. 2. in fi. l. ult. ff. de nat. rest.* & filio patroni, *l. pen. ff. eod.* Igitur ne hodie quidem omnimodo supervacua est petitio anulorum & restitutio natalium: nam quantum ad patronos non est supervacua, quantum ad cæteros est supervacua: ut ecce, liberti hodie decuriones fiunt impune contra legem Viselliam, & cognationem amissam recipiunt, etiamsi natalibus restituti non sint, & libertæ Senatoribus nubunt jure, quia ingenuæ esse censentur: & ex eo matrimonio sui ac justi liberi nascuntur, & ante matrimonium suscepti in concubinatu ex eadem muliere per matrimonii conjunctionem sui & legitimi fiunt, Quin & manumissio sola concubinæ contractusque dotis cum ea habitus filios naturales ingenuos & suos facit, etiamsi jus anulorum & restitutio natalium impetrata non sit: qua re derogatur *Nov. 18.* Manumissa igitur matre & nuptiis cum ea dotali instrumento contractis, manumissi etiam videntur filii: quod novum videri non debet: nam & ita κατὰ πρόληψιν milites servum cui legatum adscripsit manumisisse videtur, *l. ex his, C. de test. milit. l. Lucius, §. 1. ff. eod.* nec minor est præsumptionis ratio in proposito casu, ut concubina manumissa, & uxoris nomine honorata, videantur etiam filii naturales ex ea suscepti libertate donati, ac consequenter sui ac legitimi effecti. Dederat jam ante Antoninus omnibus ingenuis jus Quiritium, quod olim pro beneficio dari solebat: dederat & Justinianus libertinis, sublata Latinorum & dedititiorum conditione. Hac Novella dat omnibus libertinis ingenuitatem & jus anulorum & restitutionem natalium.

NOVELLA LXXIX.

De monachis litigatoribus.

NOvella est de monachis: monachi non sunt clerici: sed dicemus etiam de clericis conjuncta *Nov.* 83. Olim monachi utriusque sexus, & clerici conveniebantur in provinciis apud præsidem, in urbe apud præfectum prætorio, & vocati in forum venire compellebantur ex Constitutione Leonis, *l. omnes qui ubicunque, C. de episc. & cleric.* de qua Theodorus Lector in hunc modum: Λέων ἐνομοθέτησε τοὺς κληρικοὺς παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων μόνον ἀποκρίνεσθαι. Volente actore conveniebatur coram episcopo, *l. decernimus, C. de epis. aud.* conjuncta *l. cum clericis, C. de episc. & cler.* Ex hac Novella monachi non possunt conveniri nisi coram episcopo, cujus arbitrio vel ipsi monachi respondere debent per se, vel per antistitem suum, vel per actorem sive syndicum communem, qui apocrisiarius dicitur: & multantur civiles judices, qui huic Constitutioni non paruerint: & coercentur carcere executores, qui quem ex his vocaverint ad judicem civilem non ad episcopum: nam & ab ipso episcopo executores conjici possunt in decanica. Decanica dicuntur & diaconica, ut in *l. 3. C. de heret.* & Laodic. Synodi c. 21. ἐν τῷ διακονικῷ. Non sunt carceres, licet in ea tei quandoque conjiciantur custodiæ causa, cum & haberi in eis conventus soleant, & recondi res pretiosæ. Ex *Nov.* autem 83. clerici actione pecuniaria conveniuntur coram episcopo, qui litem finiat celerrime sine sumptu, & sine scriptura solemni: nam neque ex libello in jus vocandi sunt, neque ex libello dicenda sententia est: quod & in monachis locum habet. Episcopo nolente aut nequeunte judicare, lis agitur apud judicem civilem. Quid si causa criminalis fuerit? ut militare delictum à communi distingui solet, ita separare debemus ecclesiasticum crimen à civile sive communi. Si commune fuerit clerici crimen, veluti adulterium aut homicidium, à judice civili disceptabitur intra duos menses, & de damnato clerico non ante supplicium sumetur quam regradatus fuerit ab episcopo. Si ecclesiasticum, veluti sacrilegium, ut Zonaras scribit CP. Synodi 1. c. 6. & ambitus, ut puta si pecunia ambierit clericatum, vel contumacia adversus episcopum, disceptatio erit episcopi, ut *Nov.* 123. in qua plenius aliisque distinctionibus adhibitis tota hæc res explicatur.

NOVELLA LXXX.

De quæstore.

ALius est quæstor palatii, de quo *Nov.* 35. alius quæstor exercitus, de quo *Novell.* 41. alius est quæstor, quem hac Novella Justinianus creat constituitque in urbe quærendis coercendisque mendicis, inertibus, otiosis, peregrinis, errantibus & vagis, cujuscunque conditionis sint, sive clerici, sive monachi, sive advocati aliarum civitatum: & hic quos συνηγόρους, recte Julianus interpretatur scholasticos, ut *l. 2. C. de lucr. advoc.* Eo nomine primum nuncupati sunt Rhetores, ut Cor. Tacitus scribit lib. de Oratorib. & declamatores litium fictarum: deinde à fictis litibus transiit ad veras. Plin. 2. Epist. *Adhuc scholasticus tantum est: quo genere hominum nihil simplicius: Nos enim qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus.* Schola & auditorium & ficta causa innoxia est. At si forte externi litis causa in urbem venerint, vult Justinianus quæstore imminente, instante, urgente, & ad extremum audiente & cognoscente morantibus judicibus celerrime eorum lites finiri. Eidem in mendicos validos coercitionem dat mitiorem quam definiatur, *l. 1. Cod. de mend. val.* & constituit quandam veluti ἀργίας actionem, ut ipse ait, id est, inertiæ & lenitudinis, qualis fuit olim apud Græcos. Pollux. 8. τῆς ἀργίας ἐπὶ μὲν Δράκοντος ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα, ἐπὶ δὲ Σόλωνος εἰ τρὶς τις ἁλοίη ἠτιμοῦτο. Nicolaus apud Stobæum, Ἀθήνησι τῆς ἀργίας εἶναι δίκας. Plutarchus de Dracone, Μία δ' ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία θάνατος, ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας

ἀργίας αἰτίους ἀποθνήσκειν. Datur etiam huic quæstori potestas cognoscendi de crimine falsi, & de superexactionibus executorum, id est, si supra modum legitimum sportulas exegerint. Videtur, & jus habuisse imbecillis dandi tutoris, ut ex Harmenopulo constat 5. Epit. tit. 11. qui & in fine sexti de ejus officio tractat. Deputantur etiam huic novo magistratui annonæ & salaria, & adsessores, & apparitores certi.

NOVELLA LXXXI.

De solutione patriæ potestatis.

AD *l. ult. C. de consulibus*. Justinianus addit, non tantum patriciatus dignitatem solvere potestatem patriam, sed & cæteras dignitates, quæ curiali conditione liberant, de quibus *Nov. 38. & 70.* His dignitatibus liberi sui juris fiunt, sine capitis deminutione, sequiturque eos peculium tacite, sicut emancipatos. Sine capitis deminutione, quia non desinunt esse in familia, sicut morte patris, *l. 3. §. ult. ff. ad Maced.* & olim sacerdotio Vestali, & flamonio Diali. At qui emancipatione sui juris fiunt capite minuuntur, quia in imaginariam servitutis formam rediguntur, *l. liberos, ff. de cap. min.* & ideo emancipati agnati esse desinunt, & nepotes ex eis suscepti post mortem avi non recidunt in eorum potestatem: superioribus modis recidunt, & agnatio non tollitur. Emancipationem fieri solitam ait injuriose fronte pulsata, ut *l. ult. C. de emancip. lib.* erat enim emancipatio legis actio, id est, actus legitimus, & in omni fere actu legitimo symbolum, in cretione digitorum crepitus, in mancipatione æs & libra, in manumissione alapa. Addit etiam in extremo episcopatum solvere patriam potestatem: quod ante non obtinuerat, *l. sacrosanctæ, C. de episc. & cleric.* Liberat, & curia episcopatus, secundum modum *Nov. 123.*

NOVELLA LXXXII.

De judicibus.

EST hæc Novella de urbanis judicibus, non de provincialibus. Judicum nomen generale est, §. ult. eo continentur tam magistratus, quam judices pedanei: hi sunt judices dati, qui quasi plano pede judicant, non pro tribunali, & à Græcis χαμαιδικασταὶ dicuntur, & διαιτηταὶ κληρωτοί. Continentur etiam eo nomine judices compromissarii, qui διαιτηταὶ αἱρετοί dicuntur. Pedaneis dantur δικαστικά, sive sportulæ: magistratibus non dantur, quia ampla salaria habent, pedanei permodica, & similiter sportulas permodicas: pedanei non habent adsessores: magistratus habent adsessores. Magistratus, plerumque erant viri militares, legum ignari: pedanei periti νόμων καὶ πόλεως, ut ait hoc loco, sicut adsessores, qui nihil à pedaneis distant, *Nov. 60.* nam ex eodem corpore studiosorum juris adsumuntur, & pedanei judices, & adsessores, & hi debent præstare scientiam legum, & morum, non magistratus, *l. 2. ff. quod quisque jur.* Magistratus habent tribunal, padanei non habent tribunal, sedere tamen eos Justinianus vult à matutino ad occasum solis: & locum notat, In porticu regia, qua etiam Agathias scribit se libellis litigatorum dedisse operam ab ortu solis ad occasum: Historiæ 111. Significat igitur se ex pedaneis, vel ex pedaneorum notariis fuisse. Julianus ait, In basilica, quod fere idem est, nam basilicæ adjacebat porticus. Sedere autem, vel litigatoribus conducentibus subsellia, ut olim fieri solebat, auctore Suetonio in Nerone, vel ærario præbente gratuita. Zeno singulis judiciis certos, & proprios deputaverat judices pedaneos, veluti in judicio præfecti prætorio certos, in judicio præfecti urbi certos, in judicio magistri officiorum certos, quibus solis causarum cognitiones magistratus delegarent. Justinianus quos constituit octo vult esse communes, & in judiciis omnibus eis caosas delegari atque etiam ab ipso principe, & his etiam solis à magistratibus, non aliis, nisi forte partem quandam litis velint adsessoribus suis demandare, dum tamen ipsi litis contestationi, & ultimæ cognitioni præsint, ac sententiam definitivam pronuncient, *Novell. 60.* A pedaneis autem si à principe dati sint appellationem fieri ad magistrum officiorum, vel præfectum prætorio, & quæstorem, ut *Novel. 23.* Si à magistratibus, ad eos, qui dederunt, *l. 1. ff. quis à quo app. l. præcipimus, C. de appel.* ex quo apparet, quam ii distent à legatis, vel ab iis quibus magistratus suam jurisdictionem mandant, à quibus ad mandatorem non appellatur. Excipit duos casus, quibus à pedaneis jus appellandi non est, qui & generaliter recepti sunt in omnibus judicibus, Si quem damnarint ex eremodicio, *l. ex consensu, §. ult. de appellation. l. post edictum, §. ult. ff. de judic. l. properandum, C. eodem, l. 1. Cod. quorum appel. non recip.* Si bis jam reus appellaverit, nam tertium interposita appellatio non recipitur, *l. 1. C. ne liceat in una eademque cau. ter. prov.* His autem pedaneis judicibus, *l. ult. C. de pedan. judicibus*, ait magistratus humiliora negotia committere. Ea negotia Justinianus definit usque ad summam ccc. aureorum: eaque vult eos disceptare ἐν σχήματι παρασημειώσεως: quod ita Græci interpretantur, τουτέστι μὴ γίνεσθαι ὑπομνήματα πλατυκὰ ἐπὶ ταῖς διὰ μέσου διαγνώσεσι, καὶ ἀναγεγραμμένα ἔχοντα πάσας τὰς τῶν μερῶν δικαιολογίας. Tria sunt vocabula diversa, σημείωσις, ὑποσημείωσις, παρασημείωσις. Primo significantur acta omnia judicii, secundo subscriptiones libellorum, tertio brevibus comprehensa præcipua capita litis. Græci interpretes, παρασημείωσις, τουτέστι τὰ συνελόντως τῶν λαλουμένων, περιλαμβάνοντα καὶ γράφοντα ταῦτα ὡς ἐν συνόψει, καὶ δι' ὀλίγων. Itaque nec jurisdictionem pedanei habent, quod certissimum est, nec solemnem & plenam cognitionem, quia non cognitionaliter, quod est actis accurate diligenterque confectis, sed per adnotationem tantum causas humiliores disceptant, brevitatis & celeritatis causa. Sententiam tamen dicere ex periculo, sive ex scripto solemni omnimodo debent secundum generalem Constitutionem juris. Eodem vero brevitatis studio in his causis si appellatum sit à judice pedaneo, Justinianus constituit ut causa appellationis introducatur intra duos menses, post quos tempora fatalia currant, & post fatalia non impetretur reparatio, quod confirmat *l. 2. & ult. C. de rep. appell.* & *Novel. 126.* Post hæc Justinianus singulis judicibus in cognitione causarum duos exceptores, sive notarios deputat, & duos executores, quos sumi vult ex cohortibus seu apparitionibus majorum judicum, vel scholis agentium in rebus, vel scriniis sacris seu memorialibus, & creari totius cohortis, vel scholæ, vel scrinii periculo, & removeri à judicibus pedaneis si male fungantur suo munere, & alios substitui electione, & periculo cohortis, ut supra, quod pertinet ad *l. 2. Cod. de sportul.* Constituit autem eis modicas sportulas, quas det utraque pars, si modo lis excedat quantitatem c. aureorum: nam si lis eam quantitatem non excedat, sportulas nullas accipiunt. Constituit, & eis ex arca præfect. prætorio modicum salarium. Adjicit, ut definitiva sententia exprimant uter ex litigatoribus sumptus litis agnoscere debeat, vel nominatim ut utraque ex parte compensentur impensæ: & ad id quod pertineat nonnihil diximus *Novell. 18. §. ult.* Confirmat & ea, quæ dicta sunt de recusationibus judicum, & de xx. diebus reo dandis ad deliberandum, *Nov. 53.* Secunda pars est de compromissariis judicibus, qua confirmantur, quæ de eis prodita sunt jure veteri, & hoc tantum adjicitur, ut mutuo se obstringant stipulatione pœnali, qui in eos consentiunt, quæ committatur in eum, qui non paruerit arbitrio. Olim etiam se jurejurando obstringebant, & eo casu arbitrio stare compellebantur omnimodo

actio-

actione in factum, vel condictione, ex *l.4.C.de recep.arb.* Hoc Novella corrigit: neque enim patitur arbitros eligi cum jurejurando, vel jurejurando si forte intervenerit non adstringi partes arbitrio, nisi metu divini numinis. Vindicem perjurii Deum facit. Tertia pars est communis judicibus omnibus etiam magistratibus, ut ab omnibus appellari possit excepto præfecto prætorio: sed adversus sententiam præfecti prætorio, ut sit appellationis loco remedium *ἀναψηλαφήσεως*, libello Imperatori porrecto, *l. 1. C. de sentent. præf. præt.* qui tamen executioni impedimento non est, *Nov.119.* Interposita appellatione, vel petita restitutione in integrum, nihil novari potest. Non idem restitutio in integrum, & *ἀναψηλάφησις*, quæ retractatio *l.ult.C.de fide instrum. l. ult. C.de temp. appell.* Judex contra sententiam suam in integrum restituit, *l. in causæ, §. ult. & l. seq.ff.de minor.* Non tamen retractatur apud eum causa ex rescripto principis, sed apud successorem, *l.1.C.de sent.præf. prætor.* Igitur si non sit successor, ut si Senatus judicaverit, putarem etiam non ad Senatum, sed apud alios *παλινδικίαν*, sive retractationem inducendam, & videnda hanc in rem Plinii epistola ad Ursum, libro VI. A judice compromissario non appellatur, *l.1.C.de recep.arb.* & Carthaginensis Synodi cap.28. & 123. moribus Galliæ appellatur. Additur, ut ne judices aliter judicent, quam legibus proditum est, nec pareant in medio litis emissis rescriptis, aut pragmaticis, Nov.113. referre tamen, ut possint. Sed & Nov.125. relatione cohibentur. *Ἐπὶ τῆς βασιλέως στοᾶς*] In foro. Synesius in Epistol. *τὴν στοὰν τὴν βασίλειον τὸ πάλαι κεκτημένον.* *Μηδὲ φαίνεσθαι φιλανθρωπότερον τοῦ νόμου*] Symmachus in Epist. *Corruptæ videntur esse sententiæ si sint legibus mitiores.*

NOVELLA LXXXIII.

De Clericis litigatoribus.

HÆc Nov. declarat apud quos clerici conveniendi sint in civilibus, vel criminalibus causis: quod exposuimus supra *Nov. 79.*

NOVLLA LXXXIV.

De Fratribus.

FRatrum alii ex eodem patre eademque matre, alii ex eodem patre tantum: utrique germani dicuntur: alii ex eadem matre tantum, qui uterini vocantur. Germani consanguinei sunt, nisi emancipatione soluta sit agnatio: consanguinitas enim species agnationis est. Germani igitur agnati sunt. Uterini non sunt consanguinei, quia cognati sunt non agnati, Ambrosius epist. 66. Uterini fratres .i. diverso patre, sed eadem matre geniti, agnationis jus habere non queunt, sed cognationis tantum sibi titulo connexi sunt. His cognitis, finge. Quidam decessit intestatus sine liberis, cui proximiores cognati sunt fratres. Sed ex his alii germani, alii uterini: & ex germanis alii ex eodem patre eademque matre, alii ex eodem patre tantum. Quæritur qui potiores sint in successione intestati. Justinianus cum *hac Nov. tum Nov.* 118. cæteris anteponit fratres utroque parente germanos: post eos vocantur uterini, & consanguinei simul diversi matribus, *l.ult.§.sed nec fratrem, C.de leg.her.* ita tamen, ut in bonis profectis à patre, soli consanguinei succedant, in bonis profectis à matre soli uterini, in cæteris bonis utrique, *l.de emancipatis in fin. Cod. eod.* & hoc est quod vulgo dicitur, Paterna paternis, materna maternis deferri. Quod autem constituit Justinianus, ut in legitima successione defuncti fratris potiores sint ii, qui defuncto sunt utroque parente conjuncti, ejus se argumentum præbuisse narrat in *l. ult. Cod. com. de success.* qua lege si filiusfam.

A sine liberis decesserit, in bonis ejusdem adventitiis, quorum proprietatem constat non adquiri patri, primum succedunt fratres ex eodem matrimonio nati, deinde fratres ex alio matrimonio, tum his deficientibus pater. Præfert ea lex fratres utroque parente conjunctos his qui ex altero tantum parente conjuncti sunt: quod & hæc Novella comprobat generaliter, & Nov. 118. Præfert & fratres patri: quod improbat Nov.118. quæ cum fratribus conjungit patrem. Quod autem constituit, ut defuncto frater eodem patre genitus pariter cum uterino ab intestato succedat, idem non servatur in querela inofficiosi testamenti: nam consanguineis tantum datur non uterinis, *l. fratres, C. de inoff. testam.* & agente consanguineo ac testamentum rescindente, sane uterinus non concurrit in hereditatem legitimam, B *arg.l.filio in princ.ff. de inoff.testam.* & eodem modo in successionem legitimam hodie per bon. possessionem unde legitimi parens cum fratribus defuncti vocatur, in querela parens præfertur fratribus, & rescisso testamento locum eis non facit, ut docuimus *Nov.* 18.

NOVELLA LXXXV.

De Armis.

FAbricensium fuit schola, & militia certa, qui in publicis fabricis arma bellica fabricabant, & erant sub dispositione magistri officiorum: qua de causa Novella scripta est ad magistrum officiorum, C ut *l.2.3.6.7. C. de fabricens.* His solis arma fabricare licet, non privatis: quin & privatis ferrariam habere non licet, *l.ult. §. Magnus Anton. ff. de public.* Privatis quoque fabricenses arma vendere prohibentur, & emptoribus arma jubentur auferri, non reddito pretio. Ex eis quidam erant, qui dicebantur deputati, statuti numerorum à Juliano, qui numeri cujusq; militum arma procurabant: & sic in Notitia Rom.imperii legimus deputatos scholæ agentium in rebus, & deputatos domesticorum. Deputati autem fabricarum etiam privatis arma vendere vetantur. Non ergo tantum fabricenses, sed fabricenses deputati: hi milites sunt, & annonas ferunt ex publico, illi non item. Id etiam generaliter præcipitur fabricensibus, & deputatis, ut nova arma, quæ fabricaverint, D statim reponant in publico armamentario: idem præcipitur ballistariis in provinciis constitutis, & fabricensib. Variæ sunt fabricarum genera, aliæ armorum, aliæ scutorum, aliæ clibanorum, aliæ sagittarum, aliæ loricarum, aliæ arcuum, spatharum, hastarum, ballistarum. Vult autem Justinianus, ut in provincis ballistarii, & armamentaria sint sub cura patrum civitatum: unde intelligimus, quod in libris *Βασιλικῶν* scribitur in hunc modum, *οἱ βαλλιστάριοι τοῖς πατράσιν ὑπόκεινται τῶν πόλεων*, id est, ex hac Novella. De patribus civitatum in hoc Novellarum libro sunt multi loci, *Nov.17. 75.104.128.160.* ex quibus 17. & 128. ostendunt, curam eos habuisse operum publicorum, quod & *l.1.C.de rat. op.pub.* probat: hæc Novella habuisse curam armamentariorum, quæ & ipsa numerantur intra opera publica. E His addatur, quæ diximus, *l.3.C. de his, qui spon. mun. suscep.* Constituit ad hæc Justinianus, ut magister officiorum mittat chartularios, sive scriniarios quinque ex scrinio fabricarum creandos periculo quinque primorum scrinii, de quo, & in *l.5.C.de agen.in reb.* ut eos conquirant, qui privatim arma faciunt, & eripiant eis arma, quæ fecerint, eaque fisco vindicent: artifices autem idoneos fabricis publicis deputent adhibita confirmatione principis, & à magistratibus, apparitoribus, defensoribus, patribus civitatum, juratam cautionem exigant, curaturos se ne quid admittatur contra hanc Constitutionem. Armorum autem appellatione idem declarat se intelligere arcus, sagittas, contos, lanceas cujuscunque generis, scuta, cassides, spathas & gladios,

quos παραμήρια vocant, quod femori accingantur. Cedrinus, τῷ παραμηρίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐξέτεμε. Vetus interpres semispathas vocat recte. Vegetius 2. *Gladios majores quos spathas vocant, & alios minores quos semispathas*. Eadem forma dixere semisicas M. Tullius 3. de Leg. *Rumis, & semisicis quas ipse se projecisse in forum dixit*: sic ut legam, vetus lectio, emisitiis, conjecturam movet. Addit Justinianas ζάβαρ, quas interpretatur esse loricas, ut Sudas verbo ζαβαρεῖος. Addit, & ζιβύνας, quæ interpretatur missibilia, venabulorum genera, Latine Ennius Sibinas. Apollon. 2. Arg. σιγυνοῦντες, à quo & σίγυννοι gens Scythiæ. Oppianus 1. de venat. σιγύνῃσιν ὀρεγνάμενοι. Parvæ tantum machæræ privatis permittuntur, quia non sunt arma bellica.

NOVELLA LXXXVI.

Ut Præsidi suspecto in audiendis litibus adjungatur episcopus.

Dictum est *Nov.* 80. in urbe lites advenarum, & peregrinorum à judicibus esse finiendas celeriter, imminente, & instante quæstore: idem à præsidibus in provinciis fieri jubet hæc Novel. imminente, & urgente episcopo, & de præsidum negligentia, & tarditate episcopum ad principem referre, sine relatione episcopi principem à provincialibus interpellandum non esse, suspecto præsidi in causæ cognitione adjungi episcopum, ut *Nov.* 53. Et ut lis dirimatur amice quasi ab honorariis arbitris, vel per adnotationem: quod quid sit exposui *Nov.* 82. vel cognitionaliter. Tria sunt genera finiendarum litium. Judex potest esse honorarius arbiter, non receptus ejus rei de qua judex est, *l. 9. §. 1. de receptis*: licet è contrario receptus arbiter postea possit ejusdem rei judex esse, ut Piso in causa Roscii Comœdi. Additur etiam manente administratione adversus præsidem repetundarum agi posse coram episcopo, *l. 4. C. ad leg. Jul. repet. Nov.* 8. Clericos, aut monachos non venire in urbem sine literis episcopi, episcopos sine literis archiepiscopi, aut metropolitani, *Nov. 6. l. si per calumniam, C. de episc. & cler.* Cessantibus quoque præsidibus in cohercendis officialibus cujuscunque sort supra modum legitimum sportulas exigentibus, hoc referre ad principem episcopos debere. Magisterianum Julianus peritissime interpretatur agentem in rebus.

NOVELLA LXXXVII.

De Donationibus factis à decurionibus.

Interdicta est decurionibus rerum immobilium donatio inter vivos *Nov.* 38. donatio causa mortis non est interdicta: permissa igitur *Nov.* 46. nam & legatis comparatur *l. ult. C. de mort. cau. don.* licet non ab intestato, *l. si filius, ff. de legatis præst.* Unde eveniebat, ut decuriones mortis causa donarent, etiam addita lege contraria naturæ legati, ne eam donationem pœnitentia revocarent: hanc enim legem donationum causa mortis jus civile non improbat, *l. si alienam, §. 1. ff. de mort. cau. don.* At hoc modo facta à decurione donatio causa mortis, effectum habebat quodammodo donationis inter vivos. Quapropter tandem visum est Justiniano hac Novella interdicere decurionibus donatione causa mortis, perinde, ac donatione inter vivos etiam cum decreto, venditione sine decreto.

NOVELLA LXXXVIII.

De Deposito, & denunciatione inquilinis facta, & de suspensione erogationis annonarum.

Hæc Nov. pertinet ad *l. pen. C. depos.* ex qua testatione, & denunciatione alterius restitutioni depo-
A siti mora adferri non potest: ut si creditor meus nuntiet depositario ne rem, quam apud eum depositi mihi restituat antequam sibi satisfactum sit: quæ denunciatio efficax est, *l. ult. ff. de lege com.* & sane si ita denunciatum sit depositario, rem quidem nihilominus statim repetenti depositori restituere cogitur, sed non sine cautione. Cavere enim dominus satisdato debebit depositarium defensum iri adversus denunciationem creditoris: quod non tollitur hac Novella: nam hæc Nov. pœnam tantum irrogat denunciatoribus, per quos fit, ut depositarius rem depositam retineat, vel cautionem extorqueat, ut scilicet à denunciationis tempore rei, aut pecuniæ depositæ periculum sustineant, & pecuniæ usuras trientes præstent: quod etiam observandum censet si inquilinis denunciaverint ne pensiones
B solverent dominis, vel si erogatoribus annonæ ne præberent panes civiles, aut tesseras. Nam damnum, quod ex ea denunciatione contigit omne denuntiatori reputatur, nec immerito: quia denunciatio restitutioni depositi, aut solutioni pensionum annonarumve impedimento est, nisi restituenti, aut solventi defensionis, & indemnitatis cautio præstetur, quæ non semper est in facili. Cautio enim ea satisdatio est: quia nulla est idonea defensio sine satisdatione. Hæc autem Constitutio obtinet dumtaxat locum in tribus casibus in ea expressis, depositi, pensionum, annonarum. In casibus pensionum, & annonarum, quia de alimentis plerique pendent, & ex pensionibus tantum, vel annonis ea sibi parant. Alimentorum autem causa favorabilis est, & eorum petitioni etiam opponi compensatio non potest,
C *l. 2. §. frumentariæ, ff. de adm. rer. ad civit. pert.* & verecundiam pulsat, *l. pecunia, ff. de alim. leg.* In casu depositi, quia hic præ cæteris contractus bonam fidem exigit, & ideo famosa est actio, & opponi ei compensatio non potest, *l. ult. C. de compens.* & depositi ratio privilegiis anteponitur, *l. si hominem, §. ult. ff. depos.* & chirographis depositorum non opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non traditæ rei, *l. in contractibus, C. de non num. pec.* At si creditor meus denuciarit ei, qui mihi pecuniam debet ex causa crediti, vel fideicommissi, is nec satis offerenti mihi solvere cogitur: quinimo parere denunciationi, & potest, & debet. Perperam huic Novellæ Accursius opponit *l. officium, ff. de rei vind.* quæ cum depositario dominum jure experiri ait rei vindicatione. Nec enim vindicatio hac Nov. tollitur, sed de-
D nunciatio: non dominus repellitur, sed creditor. Possim rem meam à depositario .i. ab eo apud quem tu eam deposuisti, vindicare. Non possim ob pecuniam quam tu mihi debes depositario denunciare ne rem tibi, quam apud eum deposuisti restituat: potest enim depositarius huic denunciationi non obtemperare.

NOVELLA LXXXIX.

De Filiis naturalibus.

Narrat initio quædam esse de naturalibus liberis in Codice scripta, titulo scilicet *de nat. lib.* & quædam in tractatu de tutoribus, ἢ ἐν τῷ τῶν ἐπιτρόπων
E λόγῳ, & intelligit *l. ult. C. de conf. tut. & l. ult. C. quan. mul. tut. off. fun. pos.* Quam suaves sunt, qui Græca ea verba, quæ retulimus accipunt de Institutionum libro? Enumerant deinde modos per quos filii naturales sui, & legitimi fiunt, & quibus hi, quique his ab intestato succedant, & pleraque alia, quæ exposuimus his locis supra *Nov.* 12. 18. 22. 74. Id nondum explicatum est: *l. 1. C. de nat. lib.* & Nov. Martiani *de matr. Sen.* cujus pars est *l. humilem, C. de incest. nupt.* abrogari à Justin. in fine hujus Novellæ, & *Nov.* 117. Ex eis constitutionibus si Senatores, vel Duumviri, vel perfectissimi (sic legendum *d. l.* 1. ut docuimus primi in notis ad Ulpianum) vel sacerdotes provinciarum, veluti Asiarchæ, Syriarchæ, duxerint humilem abjectamque per-

so-

sonam, id est, ancillam, libertam, scenicam, tabernarii, aut lenonis, aut arenarii filiam, vel eam, quæ mercimoniis publice præfuit, non est matrimonium, liberi nec justi, nec naturales, sed neque justi fieri possunt judicio patris rescriptione principis, & incapaces sunt sicut spurii, incapax etiam uxor. Hodie ex Nov. Just. Senatores viri clarissimi, viri perfectissimi, & cæteri cum eis si resipiscant connubium habent, exceptis ancillis. Antiquata igitur est *l.1. C.de nat.lib.* Antiquata lex Julia de Senatorum, & libertinarum nuptiis.

NOVELLA XC.

De Testibus.

PRimo capite ostenditur testes vilissimæ conditionis subjici tormentis arbitratu judicis cujuslibet, adeo ut possit etiam pedaneus judex testem humilioris, & obscurioris vitæ quæstioni subjicere, non tamen solus, sed in provinciis adhibito defensore plebis, in urbe adhibito officiali prætoris plebis: nam obscurarum, & ignobilium personarum testimonio sane credendum non est sine tormentis, *l.ob carmen, §.si ea res, ff.de test.* Secundo capite confirmatur *l. testium, C.de test.* ex qua si debitum ex chirographo petatur, dissolutio etiam ejus probari debet scripto, id est, apocha, Scriptum scripto plerumque refutatur, *l.3. C.si minor se ma.dix. l.pen. de cont. stip. l.generaliter. C. de non num. pec.* Igitur si oblatio constat scripto, testibus solutio non probatur: recte, nisi sint quinque idonei, & jurati quibus præsentibus solutio facta sit. De auditione testimonium hac in re omnimodo non valet: quod tamen valet in quæstione de finibus, & de operibus. Debent enim illi quinque testes testari se vidisse solventem debitorem, vel etiam se audiisse creditorem dicentem sibi solutam pecuniam, unde retro colligitur de auditione testimonium valere: verum hoc ita procedit, non si id viderint, vel audierint sorte fortuna, sed si rogati in eam rem sint specialiter, ut solutioni intersint, vel confessioni in solutum, vel in creditum acceptæ pecuniæ. Non rogatorum testimonia non recipiuntur: quod non pugnat cum *l. ad fidem, ff. de test.* quæ non rogatos admittit ἐπὶ τῶν συμβεβηκότων καὶ πρεσβευτικῶν, ut Harmenopulus ait, non in solutionibus pecuniarum, vel in conventionibus. Et hæc quidem observatio exigitur si desit apocha, vel sola fidem facit, sicut chirographum, vel cum testibus tribus secundum distinctionem *l.ult.C. si cert.pet.* vel potius secundum novissimam distinctionem *Nov.* 73. Quid si chirographum, vel apocha non fiat, sed depositio, & confessio apud tabularios extra judicium, qua debitor deponat se debere, vel creditor sibi solutum esse? & hæc etiam fidem non facit, nisi quinque testes rogati adfuerint, & subscripserint. Quid si confessio fiat in jure, vel in judicio? hæc fidem facit, & quod dicitur, Confessum haberi pro judicato, de confesso in jure tantum dicitur, & ita accipienda lex 12. tab. *Æris confessi*, &c. *l. post rem, ff. de re jud. l.1. §.proinde, ff.si quid in fraud.pat. l.4. §.pen. ff. ad leg. Jul.maj. l.4. C.de rep.her. l.quidam, ff. de donat.* Hæc tria sunt paria, Jusjurandum, res judicata, confessio, *d.l.post rem*. Omnia hæc plerumque fiunt in judicio: Non solet quis absens damnari. Non solet etiam absenti obligari, qui juravit de operis, quo solo casu ex jurejurando actio est, si præsenti juraverit: non habetur etiam pro judicato, qui absente adversario confitetur, *l. 6. §. si quis absente, ff. de confes.* Certa debet esse sententia, *§. curare, Institut. de act.* Certa confessio, *d. l. 6. in pr.* Certum jusjurandum, atque ita definitur à Clemente Alexandrino, ὁμολογία καθωρισμένη. Tertio capite ostenditur, eos, qui varie, aut contrarie testimonia dixerunt circa ea, quæ totam causam continent, quæ vocat κυριώτερα, rejici, & reprobari, improbos coerceri à judice, stultis veniam dari, *l.qui falso ff. de test.* Quarto, eum, qui semel, vel iterum, vel tertio testes produxerit, si & testium productioni renunciaverit, noo admitti ad aliam productionem, & priorum testimonia, vel adversarii exceptiones cognoverit: sed si nondum ea perceperit, admittitur, duomodo juret se priora testimonia comperta non habere, & citra fraudem alia productione uti: quod & in titulo de testibus Pontifices probant, quamvis appellatum sit. Male Accursius hoc capite putat corrigi, *l. officium, ff. de rei vind. l.19. C.de probat.* Coercetur enim hoc capite tantum multiplex productio testium, non etiam ab actore probata intentione sua cognitisque reo probationibus actoris, reus prohibetur exceptionis suæ probationes exequi, *l. 9. C. de except. l. emptor, C. de præscr. 30. ann.* Ad hæc quærunt interpretes, qua ex re cognosci possit, una sit productio testium, an plures. Alii vices spectant, ut si aliquos produxero hac hora, sit una productio: si hora sequenti alios, altera. Alii dilationes, ut si intra dies x. jussus sim testes producere, quotquot producti sint intra eam dilationem, id pro una productione habeatur. Verum longe aliter definitur productio Nov. Leonis, & Constantini, nimirum ex diebus singulis, ἑκάστην, inquiunt, παραγωγὴν μίαν ἡμέραν λαμβάνοντες. Quinto loco, testium productionem fieri posse extra judicium, si testes absentes sint, missis partium procuratoribus ex sententia judicis, quod est ex Constitutione Græca Justiniani, quæ desideratur in tit. de testibus, & banc intelligit hoc loco, ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν, &c. & in *l.judices, C.de fi.instr.* ex qua similiter instrumentorum productio fit extra judicium, si in præsentia non sint. Et hac Nov. id generaliter fieri conceditur non tantum extra urbem in provinciis, sed etiam extra provinciam in urbem, vel extra unam provinciam in aliam provinciam. Fit autem in provinciis testium productio apud præsides, aut defensores actis intervenientibus. Præsidibus junguntur defensores, ut significetur in eis civitatibus, quibus præsidum adeundorum facultas non est, iri ad defensores, *Nov.* 86. qui præsidum vice funguntur. Finem autem lis accipit ubi, & cœpit, *l.ubi, l. si is, qui Romæ, ff. de jud.* Et hæc in civilibus causis: nam in criminalibus testes omnimodo in judicium venire compelluntur. Cornelius Tacitus de Oratoribus: *Testimonia in judiciis publicis* (sic lego) *non absentes, nec per tabellam dare, sed coram, & præsentes dicere cogebantur.* Et ideo D. Adrianus testibus non testimoniis esse credendum, hoc tantum in causis criminalibus dixit, *l. 3. §. idem Divus, ff. de testib.* Sextum caput est de exceptionibus testium. Excipiuntur testes quasi servi, recipiuntur tamen interim si se liberos esse contendant. Excipiuntur quasi inimici, ut Socratis t.c.31. τοῖς περὶ Εὐσέβιον ὡς ἐχθροῖς παρεγράφετο: sed interim recipiuntur, & audiuntur nisi sint inimici capitales, id est, nisi judicium capitale exerceant inter fœnam ii rejiciuntur statim: & ita etiam in *l.6. ff. de exc.* capitales inimicitiæ accipiuntur. Septimum caput est de testibus cogendis. Olim inviti testimonium dicebant in causis criminalibus tantum, *l. 4. 20. 21. ff. de test.* Plinius 3. Ep. *E testibus quidam quod evocatus esset invitus, ut accusationem exarmaret*, &c. In causis civilibus testes erant voluntarii, ut Quintilianus ait 5. Ex Constitutione illa Justiniani Græca etiam invitis in causis civilibus testimonium denunciatur, exceptis adfinibus, & cognatis, & viris illustribus, ut docui Obs. 8. c. 13. exceptis etiam mediatoribus, quo nomine significari putant Græci sequestres, apud quos res litigiosa deponitur, quos tamen μεσεγγυητὰς solent vocare, non μεσάζοντας, vel μεσιτεύοντας. Alii sequestres pacis sive honorarios arbitros, quorum sententia verior est, ut ex Harmen. constat 1. Ep. qui dum apud alios judices testes eos esse vetat, eos quasi judices accipit. Hæc Novel. addit exceptionem, nisi ex consensu utriusque partis citentur in testimonium, Octavum caput est de testium productione, ut non fiat μονομερῶς, nisi altera pars absit per contuma-

ciam, *l. pen. C. de testib.* quod & io omnibus actis judiciorum locum habet.

NOVELLA XCI.

De duarum dotium debito, & de eo, qui dotem accipere non vult.

DUo sunt capita bojus Novellæ. Primum est de privilrgio dotis. Mulier in actione personali de dote, & in actione hypothecaria dotis nomine privilegium habet, ut præferatur omnibus creditoribus chirographariis,& hypotbecariis etiam antiquioribus, sive expressam, sive tacitam hypothecam habeant. Idem privilegium habent filii heredes matris, & liberi omnes, ut hæc Novella declarat, non extranei heredes. Sed si duæ sint mulieres, quæ de dote sua agant, antiquior causa dotis præfertur, *l. ult. C. qui pot. in pign. hab.* quod & bæc Nov. confirmat. Præfertur ergo ptima uxor secundæ: præfertur socrus nurui in declamatione Quintiliani 360. Extantes dotales res suas quæque mulier vindicat, *l. in rebus, C. de jure dot.* Consumpta autem, vel deminuta dote,in cæteris bonis potior est prior uxor, aut liberi ejus: & ita etiam si duobus fiscis debeatur .i. duabus fisci stationibus,non præfertur una alteri nisi ex prærogativa temporis. Secundum caput est de marito,vel socero, aut prosocero, per quem stat quo minus dotem ab uxore,nuru vel pronuru accipiat,ut ab eo nihilnminus lucretur mulier donationem propter nuptias soluto matrimonio: qua de re diximus *Nov. 2. cap. ult.* Offerri debet dos testato si in prædiis consistat:si in aliis rebus,offerri & consignari,& deponi extra judicium in æde sacra,vel tabulario civitatis,vel offerri in judicio viro non ignorante:alioquin viri nulla mora videtur esse, ac proinde lucrum etiam nullum ex donatione propter nuptias obveniet mulieri.

NOVELLA XCII.

De immensis donationibus collatis in liberos.

QUerela inofficiosæ donationis introducta est rescripto Alrxandri, & data liberis his qui superstites erant tempore donationis, sive in unum ex eis, sive in extraneum collata sit donatio, per quam non totam rescindunt donationem, sed pro modo Falcidiæ tantum, ut memini me fusius drmonstrare Obs.5.c.14. & hac quidem ratione, licet extranei heredes non detrahant Falcidiam ex donationibus inter vivos, *l. Seja, §. ult. ff. de donat. cau. mort.* liberi tamen heredes instituti si ex reliquis bonis Falcidiam srrvare non possint, eam revocant ex donationibus inter vivos,habita ratione nnn tantum bonorum, quæ parens habuit tempore mortis, sed etiam eorum, quæ habuit donationis tempore: ut si habuerit ccc. in bonis,& donaverit ccl. quia hodie Falcidia est triens, filius heres institutus explendæ Falcidiæ causa revocat à donatario, si extraneus sit l. si frater, & sint instituti ex æquis partibus, à fratre coherede eodemque donatario,revocat xxv. Sin autem cc. donaverit, quia ea, quæ supersunt Falcidiæ sufficiunt,sive unus fuerit filius,sive duo,tres, quatuor, non est locus querelæ inofficiosæ donationis: eademque ratio intervenit si quæ lege aliqua detractæ sint portiones bonis parentis, dandæ puta uxori defuncti, & matri,nec quod superest Falcidiam libtis expleat: sed si expleat, non possunt queri, & inique in specie c. *Raynutius, de testam.* liberi habentes quantum satis est Falcidiæ tertiam Langobardico jure debitam matri, & alteram tertiam debitam uxori defuncti abscindunt, cum salva supersit illis tertia legitimæ portionis. Ille etiam pontificis error est non ferendus dantis filio trientem, ut filio, simul ac quadrantem, ut extraneo; hoc enim perinde est ac si patri præterito, cui datur qurrela inofficiosi testamenti, ut patri, bonorum possessio contra tabulas, ut extraneo simul dederis utramque. Nec minus à jure civili abhorret in eo capitulo,quod à pagano facta substitutio verbis directis post pubertatem trahitur ad fideicommissum: hoc enim io milite tantum admissum est, *l. precibus, C. de impub. & aliis subst. l. centurio, ff. de vulg. subst.* Itaque in specie ejus *cap. Raynutius* secundum jus civile dirimenda tria sunt peccata. Hæc de liberis institutis. Exheredati qui non habent querelam inofficiosi testamenti, nec inofficiosæ donationis habent. Sed si habent illam .i. si jure eis effectuque competit querela inofficiosi testamenti, non & hanc protinus habent, nisi tantum non sint ab intestato laturi quantum sufficiat Falcidiæ,habita ratione non tantum bonorum, quæ mortis tempore fuerunt, sed etiam eorum,quæ inter vivos donata sunt. Rursus hæc quæ diximus locum habent, si donationis tempore superstites fuerint liberi: nam post donationem suscepti liberi in extraneum collatam, ut proponitur in *l. si unquam, C. de revoc. don.* patronum donasse liberto, vel libertum patrono, quod olim erat frequentissimum, *l. si vero, §. inde Papinianus, ff. mand.* eam revocant io solidum,non pro ratione Falcidiæ tantum,quia verisimile est donaturum patrem non fuisse si se habiturum liberos existimasset, atque ideo etiam ipsemet eam revocare potest in solidum: quod & leges Langobardorum probant, *l. 1. de eo, quod pater fil. nec hab. rel. l. 14. de success.* non tamen videtur obtinuisse ante Constitutionem *d. l. si unquam*. Augustinus ser. de vita clericorum. *Quidam cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes, retento sibi usufructu, donavit ecclesiæ: nati sunt illi filii, reddidit episcopus, nec etiam opinanti illi, quæ donaverat. In potestate babebat episcopus non reddere, sed jure fori, non jure cæli.* Collatam autem donationem in liberos, liberi postea suscepti non revocant in solidum, sed pro ratione Falcidiæ tantum, *l. 5. C. de inoff. don.* ac similiter donator etiam ipse. Quod dixi initio querelam inofficiosæ donationis esse ex rescripto Alexandri, apparet ex *l. Titia, §. Imperator, ff. de leg. 2.* in quo proponitur rescriptum ad Claudianum Julianum præfectum urbi. Claudium Julianum vocat Capitolinus in Maximo,& Balbino: nec tamen ideo diversi, sicut nec Bæbins Marcellns noster, & Bæbius Marcellinus Dionis, nec Barbarius Philippus noster, & Barbarius Philippicus Sudæ.

NOVELLA XCIII.

De appellationibus.

HÆc Nov. addit exceptionem ad *l. ult. §. illud, C. de temp. appr.* ut præscriptio bienni nibil obstet appellatori, si interim dum de re transigenda cum adversario tractat,vel componenda per arbitrum compromissarium, labatur biennium:quod jam ootaveram supra *Nov. 49.* & ita observatur hodie justissima ratione: alioquin biennii cursu ait κυρίαν γίνεσθαι τὴν κρίσιν .i. sententiam in suo robore durare, *d. §. illud.* Alii, abire in rem judicatam: malim dicere, redire. Semrl enim prioris judicis pronunciatione transiit in rem judicatam, *l. si fundus, §. si plurrs, ff. de pign.* sed judicatum extinxit appellatiu, *l. 1. §. ult. ff. ad Turpil.* Modo igitur appellatione circumscripta, redit causa ad condemnationem.

NOVELLA XCIV.

De tutela matrum.

COnfirmat *Nov. 72.* Sed excipit ab ea matres. Excipiam, & avias, eodem modo quo de matre Constitutio Severi trahitur ad aviam, *l. 2. §. & quid si nepotibus, ff. ad Tertyl.* Derogat *l. 2. C. quan. mul. tut. off. fun. poss.* remisso jurejurando. Confirmat quod de ioventario bonorum pupillarium conficiendo legibus proditum est, *l. tutor, ff. de adm. tut. l. 24. C. eod. l. ult. C. arb. tut.* in provin-

vinciis præſente ſcriba, ut ait, viro clariſſimo: qui qualis ſit expoſuimus tit. de tabulariis x. Codicis, in urbe auctoritate præſ. urbi, & prætoris tutelaris per apparitorem ſcribam, *l.ult.C.de mag.con.*& ea etiam, quæ prodita ſunt de ſatiſdationibus tutorum, vel curatorum.

NOVELLA XCV.

De Præſibus, ut depoſito magiſtratu L. dies maneant in provincia, ſive militarem, ſive civilem geſſerint adminiſtrationem.

NOn id ſolum, quod titulus indicat hæc Novella conſtituit, ut *Nov.* 8. ſed etiam, ut ne præſes antequam fines provinciæ ingrediatur ulla edicta mittat in provinciam, quod eſt contra *l.4.§. antequam, ff.de off. proconſ.* & ut biduo tantum antequam provinciam ingrediatur amice ſcribat deceſſori ſuo, ut ſibi officia mittat obviam, qui & ex eo tempore deſinet eſſe magiſtratus, & annonas capere de publico, vel de arca præſ. prætorio, ſucceſſor juriſdictionem exerceere, & annonas capere incipiet. Officia in provinciis erant perpetua, *l.præſidis, ff.ſi cert.pet.* & ſingulis præſidibus parebant, *l.59. C.Th.de appellat.* Et ut præſidi antequam ſucceſſor mittatur decedere provincia non liceat: quæ vetus eſt Conſtitutio, *l.illud, ff.de off. præſ.* Dio. 39. *καὶ τοὺς ἀπαγορεύοντας τῷ νόμῳ μέχρι εἰς τὴν ὑποστροφὴν τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀποδημιῶν*, &c. Quod autem dicitur Romam demum reverſum deponere imperium, *l.ult.ff.de off.proc.* id recte Accurſius accipit de inſignibus & ornamentis, quæ ut aſſumit ſtatim atque urbem egreſſus eſt, *l.1.ff. de off. proconſ.* (*τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα καὶ τῆς ἡγεμονίας κοσμήματα* vocat Dio) ita & deponit ſtatim atque urbem regreſſus eſt. Id etiam accipit recte de voluntaria juriſdictione: Nam etſi in provincia eam non exercet recte poſt adventum ſucceſſoris, arg. *l. ſi forte, ff. de off.præſid.* in itinere tamen eam exercere poteſt, ut eundo, cur non, & redeundo? *l.2.ff.de off. proconſ.* Plinius VII. Epiſt. *Hic proconſul provinciam Bæticam eſt petiturus: ſpero ut ex itinere deflectat ad te, ſi voles vindicta liberare quos proxime inter amicos manumiſiſti.* Hæc juriſdictio multum à contentioſa diſtat. Contentioſa tribunal exigit: voluntaria exercetur de plano. Urbem ingreſſus, & inſignia, & poteſtatem omnem deponit: atque ideo refert Dio Auguſto data proconſulari poteſtate, id etiam datum ſpecialiter, ne Romam ingreſſus eam poteſtatem deponeret. Cæteri proconſules ad urbem eſſe dicuntur, quoniam in urbe nullam juriſdictionem habent: & ita quos Cæſar I. de bello Civili, in Senatuſconſulto quodam conſules ad urbem, recte M. Tullius de eodem S. C. ſcribens XVI. Epiſt. Proconſules.

NOVELLA XCVI.

De Exactoribus, & mutuis petitionibus.

DIctum eſt *Nov.* 53. reum extra ordinem non vocari extra ſuum forum, niſi ſtipulanti reo actor promiſerit pœnam certam, datis fidejuſſoribus, ſi judicio defuerit conſtituta die, vel non obtinuerit: hac Novella oſtenditur reum non vocari in ſuum forum, niſi actor reo, & executori promiſerit ſe intra duos menſes niſi litem conteſtatus fuerit, omne damnum reo præſtaturum in duplum, dummodo ea cautio non excedat quantitatem XXXVI. ſolidorum .i. dimidiæ libræ auri. In caſu *Nov.* 53. pœna definitur arbitrio judicis: in caſu hujus Novellæ pœna lege ipſa definitur, ut non ſit amplior dimidia libra auri. In caſu *Nov.* 53. eſt ſatiſdatio: hic nuda cautio, ſive repromiſſio. Ibi de obſervatione judicii uſque ad ſententiam: hic de lite conteſtanda, & de damno ſportularum pro conventione ſolutarum reo reſtituendo in duplum. Alia eſt cautio, quam actor præſtat apud acta de ſua perſona, ſive obſervatione judicii, puta quod in judicio permanebit uſque ad terminum litis, & ni vicerit, decimam partem litis præſtabit. Vetus eſt cautio *§. hæc autem, Inſt. de pœna tem. litig.* & erat olim repromiſſio, ut oſtendi Obſ. 6. ex *Nov.* 112. eſt ſatiſdatio, vel juratoria cautio: Excipiuntur tamen edicto ſeptimo argentarii, quibus agentibus ſufficit nuda decimæ repromiſſio: excipiuntur, & *Nov.* 112. lites quæ conſenſu utriuſque partis moventur in judicio: namque in his de decima parte litis nihil omnino cavendum eſt. Secundum caput hujus Nov. eſt de mutuis petitionibus, ut earum unus idemque ſit judex, ut *l.22.ff. de judic.* niſi recuſetur intra conſtitutum tempus *Nov.* 53. Itaque ſi quid mutuo velim petere ab eo, qui mecum egit coram judice, quem non recuſavi, id debeo apud eundem judicem petere, non apud alium, vel expectare debeo dum de adverſarii intentione pronuntiatum ſit, ac deinde mea mihi intentione uti licebit apud alium judicem: & huc pertinet *l. 1. §. 1. ff. de juriſdic. om. jud. l. 1. §. ult. ff. de extr. cog. l. Lucius, ff. mand. l. 34. ff. de procur. l. 15. ff. de exc. rei jud. l. 1. C. rer. amot.* Exiſtimatur etiam huc pertinere *l.pen.C. de ſentent.* male, cum dicat in eodem negotio .i. in eadem lite, ut Albericus animadvertit: non eſt igitur ea lex de mutuis petitionibus. Solet etiam ad eundem judicem iri ſi inter plures agatur familiæ erciſcundæ, communi dividundo, aut finium regundorum, *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat.* ſi plures ſint tutores, *l.2. ff. eod. l. 5. C. arb. tut.* ſi plures conrei ejuſdem pecuniæ *Nov.* 99. ſi plures vindicent ſervi dominium, vel unus dominium, alter uſumfructum, niſi juſtam recuſationis cauſam is qui poſterior venit adferat adverſus judicem, *l.cognitio, l.ſi pariter, ff. de lib.cauſ.*

NOVELLA XCVII.

De Jure dotis.

INæqualis ante hanc Novellam potuit eſſe quantitas dotis, & donationis propter nuptias, æqualia tamen pacta eſſe oportebat *Nov.* 22. ſed ex primo capite hujus Novellæ non tantum æqualia pacta, ſed etiam æquales debet eſſe quantitates: & merito: nec enim aliter conſtitui ſine ſumma captione poteſt, quod tamen non obtinuiſſe Leonis *Nov.* 20. docet. Eademque ratione ſi augeatur dos conſtante matrimonio, augenda etiam eſt donatio propter nuptias pari quantitate, & è contrario: & ſic etiam olim cum dote aucta, augebatur donatio propter nuptias; non poterat majori quantitate augeri, quam dos, ne hac ſpecie donaret vir uxori, quod moribus vetitum eſt: nec aliter poterat à marito augeri donatio propter nuptias, quam ſi, & dos augeretur, *l.ſi conſtante, C.de don. propt. nupt.* Sed è contrario aucta dote, neceſſe non erat donationem propter nuptias augeri, ut *Nov.* 22. quod hac Novella tollitur, quæ omnino vult congruere ſummas dotis, & donationis propter nuptias. Secundo capite caute proſpicit ne in fraudem creditorum dos augeatur. Certum eſt mulierem præferri omnibus creditoribus in exactione, aut perſecutione dotis, atque adeo etiam in perſecutione augmenti dotis. Quid igitur ſi dotem fingat ſe mulier augere, ut hoc colore ſoluto matrimonio ſibi vindicet omnia bona mariti excluſis creditoribus, quibus forſitan hoc commento ſublato bona mariti ſufficerent ſimul ac doti? Igitur hujus fraudis amovendæ cauſa ita diſtinguit: Aut quo tempore augetur dos, laborat ære alieno maritus, aut non: ſi non laborat, dos augeri poteſt citra ſuſpicionem fraudis: & in eo augmento non minus, quam in dote initio conſtituta mulier privilegium habet: ſi laborat, & dos augeatur prædiis, in eo etiam augmento privilegium habet, cum augmentum ſit evidens, & ut Græci loquuntur, *φανερὸν*: mobilia vocant *ἀφανῆ*. Et ideo ſi mobilibus augeatur dos, quia hoc genere per fraudem adfingi, & adumbrari

brari possent multa, in eo augmento privilegium non habet, nisi ex tempore. In donationem propter nuptias nihil horum spectamus, quia & in ea mulier privilegium nunquam habet, *Nov.* 61. 109. Sequitur aliud de privilegio dotis. Mulier præfertur omnibus creditoribus etiam antiquioribus: is etiam cujus pecunia res mobilis, vel immobilis comparata, aut refecta est, in ea re jure hypothecæ præfertur omnibus creditoribus etiam antiquioribus, *l. licet, C. qui pot. in pign. hab. l. interdum, ff. eod.* Inde quæritur, an hic præferatur mulieri, vel an potius huic mulier. Et in exactione quidem donationis propter nuptias constat hunc præferri mulieri etiam antiquiori: quia in donatione propter nuptias, id est, in lucro nuptiali mulier privilegium non habet, damno rei suæ, id est, in dote privilegium habet: & si prior fuerit tempore, præfertur etiam ei cujus pecunia res comparata est, sicut ex diverso hic si fuerit antiquior in hypotheca, mulieri præfertur. Non est igitur alter potior altero nisi ratione temporis, sicut de duabus mulieribus dictum est *Novella* 91. Excipitur is, cujus pecunia militia comparata est: nam hic mulieri præfertur etiam antiquiori, si modo interveniente scriptura, & testium subscriptione casum militiæ pignori ceperit, & pepigerit nominatim se in eo potiora jura habiturum. Quid sit casus militiæ dixi *Nov.* 35. & 53. Quartum caput est de dote filiæ non minuenda. Finge, morte generi solutum est matrimonium, cui pater dotem numeraverat filiæ nomine. Aut filia est in potestate, aut non: si est in potestate, pater habet tacitam ex stipulatu actionem, *l. 1. §. extraneum, C. de rei ux. act.* quam tamen intendere debet filiæ voluntate, quia communis res est, *l. qui hominem, §. si gener, ff. de solut. l. 2. & 3. ff. solut. mat.* Si est emancipata, pater non habet nisi expressam ex stipulatu actionem, alioquin sola emancipata agit, *l. si cum dotem, §. eo autem Titia, ff. solut. mat.* Finge igitur morte generi soluto matrimonio, patrem egisse ex stipulatione expressa, vel tacita, & dotem repetiisse, filiæ etiam lucrum obvenisse ex donatione propter nuptias, quod patri, nec filiaf. adquirit nisi ususfructus jure. Quæritur, filia secundas contrahente nuptias, an pater minuere possit dotem filiæ maxime si ex primis nuptiis lucrum fecerit filia. Et constituitur ne possit, nisi fortuito quodam casu deminutæ fuerint facultates patris. Dos est mulieris proprium patrimonium, etiam si sit in potestate, *l. 4. ff. de coll. l. denique, §. ergo, ff. de minor. l. pater, ff. ad leg. Falc.* Dotis igitur eadem quantitas constituetur filiæ in secundis nuptiis, & lucrum primarum nuptiarum ipsa sibi habebit in paraphernis, non in dotem. Ultimum caput est de collatione dotis. Filia quæ se bonis paternis miscet, conferre fratribus dotem debet, aut tantum remittere de bonis paternis quantum conferre debet, *l. 5. C. de coll.* quod in hac Novella, *παρ' τοσῦτον λαβεῖν*, & paulo post, *παρ' τοσοῦτον συνεισφέρειν*: ubi male Haloander, Collationem in tanto majore summa facere. Quid vero si dotem filia recuperare nequiverit, marito non existente solvendo? Ulpianus in *l. 1. §. cum dos, & Gajus l. 2. ff. de col. dot.* marito non existente solvendo dicunt, non integram dotem conferri, sed id tantum, quod ad mulierem potest pervenire .i. quod maritus facere potest. Hoc emendat nominatim hæc Novella, interpretatione, & distinctione adhibita. Aut mulier fuit sui juris, aut in potestate patris: si sui juris, marito vergente ad inopiam, constante matrimonio potest dotem repetere, aut vindicare, imo & lucrum donationis propter nuptias, *l. si constante, in pr. ff. sol. mat. l. ubi, in rebus, C. de jur. dot.* Si in potestate, & ampla fuerit dos, eodem casu cessante patre sola constante matrimonio de dote agere potest. His casibus si mature mulier major 25. annis (minori parcitur) dotem non repetierit, nihilominus eam conferre fratribus debet, nec liberatur conferendo inanem actionem. At quid si ampla non fuerit dos, & fuerit filia in potestate? quo casu pater agere debuit voluntate filiæ. Culpa, & cessatio patris filiæ non nocet, liberatur conferendo nudam actionem dotis, & fert ex bonis paternis partem suam integram. De hac Novella scripsit aliquid Alciatus tttt. *παρέργων*. Et probo, quod ait filiamf. ne adventitiam quidem dotem repetere posse sine consensu patris, quia communes sunt actiones, *l. ult. §. & filius. §. ubi autem, C. de bon. quæ lib. adq.* Sed hæc dos hodie non confertur. Non probo definitionem magnæ dotis: placet magis definitio *Nov.* 22. ut magna censeatur, quæ est centum librarum auri. Non probo, quod illa verba, *Et collatio circa illam vertitur spem*, intelligit de spe paternorum bonorum, cum spem collationis significent, ut hæc paulo ante, *Speretur collatio, & l. 1. §. si impuberi, ff. de coll.* Ἐμπορευων] Hoc est naturale in commerciis, ut possint contrahentes se in pretio circumscribere, id puta, agit emptor, ut quam minimo emat, venditor, ut quam plurimo vendat: & hic nimirum est animus omnium (ut minus quidam dicebat) ut velint vili emere, caro vendere. Dolus abesse debet, fraus abesse non debet. Sed in faciendo pretio tantum hoc dicitur: nam Æsopica illa fabula falso colore juris nititur, in qua emptor, qui promiserat pretii reliquum debiturum se, ac proinde ideo se reliquum non solvere dicebat, ne debere desineret: objicienti venditori fraudem, respondet in emptione, & venditione licere contrahentibus se decipere. Imo nec se decipere licet dolo malo ulla in re, & in pretii conventi cautione multo minus.

Observ. Johan. Rob. Animad. lib. 3. cap. 14.

NOVELLA XCVIII.

De Lucris nuptialibus.

LUcrum nuptiale .i. casum mortis, vel casum repudii, parens cui obvenit, conservat liberis ex eo matrimonio procreatis, etiamsi abstineat secundis nuptiis, & usumfructum solum sibi habet: imo & veluti pro viduitatis præmio virilem portionem habet proprietatis jure ex *Nov.* 127. Olim habuit plenam proprietatem in solidum. Liberis in lucrorum nuptialium proprietate quis succedat diximus *Nov.* 2. 22. 68. Quod diximus de lucro nuptiali, quod pars est dotis, vel donationis propter nuptias, idem obtinet in universa dote, vel donatione propter nuptias, ut si cujus culpa obvenerit uni ex parentibus toto, ejus proprietatem liberis conservet idem mutuo consensu, quod tamen infra prohibiturus est *Nov.* 117. soluto matrimonio, quo casu nullum nulli lucrum accedit, si quid in ipsa disjunctione donaverit alter alteri, ut ejus etiam proprietatem is conservet liberis ex eo matrimonio procreatis.

NOVELLA XCIX.

De Duobus reis.

DUo rei ejusdem pecuniæ non inutiliter fidejubent vice mutua, *l. reos, ff. eod.* nam sic fit, ut solventi solidum partim suo, partim fidejussorio nomine, mandati actio competat adversus alterum, quæ non competeret, imo nec ulla alia si vice mutua non fidejussissent: nisi si socii essent, actio pro socio, vel ex stipulatu. Item quia etiamsi socii non sint, unus potest compensare, quod alteri stipulator debet, ut Accursius sensit recte in *l. 10. ff. de duob. reis*: fidejussor enim recte compensat, quod reo debetur, *l. 4. & 5. ff. de compens.* Non sunt autem duo rei fidejussores invicem, nisi id dictum sit nominatim, ut his, quæ diximus de mandati actione, & de compensatione locus esse possit. Videntur tamen effectu obligationis, & exactione creditoris inspecta, invicem fidejubere, licet id dictum non sit nominatim, quia solidum à singulis exigi po-

potest: ideoque & in S. C. Vellejano si mulier, & Titius duo rei accepti fuerint, mulier videtur intercessisse, *l. vir uxori, in fi. ff. ad S.C.Vell.* & hac quoque ratione à Græcis semper appellantur ἀλληλέγγυοι, licet expressim vice mutua non fidejusserint, quod tacite id agatur, ut unus pro alio teneatur. Qua forma loquendi, cum pro his, qui lapsi essent facultatibus tributorum nomine jussisset Basilius Porphyrogenneta locupletes conveniri, hanc novam exactionem ἀλληλέγγυον appellavit, auctore Zonara, & Cedrino. Sed hoc quod diximus singulos in solidum conveniri, etiamsi vice mutua non fidejusserint, mutatur hac Novella, quæ vult, ut conveniantur pro parte tantum, nisi nominatim singuli se obligaverint in solidum, vel scilicet proprio nomine, vel mutua fidejussione. Quin & ii qui in solidum se obligaverunt, si omnes solvendo, & præsentes sint, habent beneficium divisionis: quod beneficium ante Adrianus dederat confidejussoribus, & mandatoribus, dederat, & Justinianus conreis constitutæ pecuniæ, *l. ult. C. de const. pec.* Dat & idem modo conreis principalibus, & vult, ut omnes ad eundem judicem mittantur. Si quidam absentes sint, vel non solvendo, ii onerant cæteros. Notandum ex hac *Nov.* duos reos non teneri in solidum singulos, etiamsi facti sint eo modo, qui proponitur in *l. 4. de duob. reis*, id est, etiamsi id agatur, nisi exprimatur nominatim: quod olim necesse non fuit exprimi nisi in specie *l. reos, in fi. ff. eod.* & sic idem Justinianus noluit etiam novationem fieri, quamvis hoc ageretur, nisi, & nominatim exprimeretur. Notandum quibus de rebus ad eundem judicem eundem est, compelli litigatores per apparitorem judicis: vel si apparitionem non habeat, ut si pedaneus sit, per apparitionem magistratus. Implorat pedaneus judex auxilium magistratus, & ubi res exigit utitur cohorta ejus, ut & *Nov. de testibus* demonstratum est.

NOVELLA C.

De Non numerata dote.

EXceptio, sive querela non numeratæ pecuniæ creditæ biennio finitur, *l. in contractibus, C. de non num. pec.* Exceptio non numeratæ dotis post solutum matrimonium anno finitur, *l. ult. C. de dote cau. non num.* quod ita procedere Justinianus declarat si biennio tantum duraverit matrimonium: nam si diutius duraverit, non tamen amplius decennio, post solutum matrimonium tribus mensibus finitur: si amplius decennio duraverit, mulieri dotem repetenti ex instrumento dotali nulla opponi non numeratæ dotis exceptio potest. Excipitur maritus minor xxv. annis, cui à contracto matrimonio xii. anni dantur ad contestandam querelam non numeratæ dotis, heredi ejus annus, eo defuncto intra annos xii. Differentia igitur hæc est inter majorem, & minorem, quod in majore si amplius decennio duraverit matrimonium, silentio decennii extinguitur exceptio, in minore non aliter, quam si plus quam xii. steterit matrimonium: Excipitur etiam heres mariti minor xxv. annis, cui datur quinquennium à morte mariti, sive defunctus major fuerit, sive minor, dummodo vivo marito non fuerit decennio extincta querela, i. modo intra decennium maritus decesserit. Et hæc ita constituit in futuris matrimoniis: in constantibus matrimoniis vult, ut si in recenti contracta sint, intra decennium opponatur exceptio, vel si jam aliquantum temporis steterit matrimonium, ita ut non minus biennio desit ad decennium explendum, id temporis habeat maritus heresque ejus ad contestandam querelam. Quod si decennio jam duraverit, aut minus biennio desit ad decennium, ut ipse maritus intra biennium opponat exceptionem non numeratæ dotis, heres ejus intra tres menses à soluto matrimonio. Sed hoc postea alia quædam Leonis, vel Basilii Nov. clarius declaravit, cujus sententiam Harmenopulus refert, sublatis omnibus dubitationibus, quæ in hanc Novellam moveri solent de minore xxv. annis, & de heredis condicione meliore deterioreve, quam defuncti. Etiam illud adjicit Justinianus querelam hanc esse contestandam non nuda denunciatione, sed literis in judicium vocata muliere, aut eo, qui pro ea dotem cavit: quod & ita sit in contestatione non numeratæ pecuniæ, *l. in contractibus, §. pen. C. de non num. pec.* Contestatio perpetuat exceptionem, & transfert onus probandi in actorem, *l. 3. C. eod.* nisi agatur ex chirographo, quo adscripta sit debiti causa, *l. generaliter, C. eod.* Id quoque notandum est, huic exceptioni non numeratæ dotis locum non esse, si præter instrumentum dotale etiam apocha caverit maritus se dotem accepisse, *l. in contractibus, §. ideoque, C. eod.*

NOVELLA CI.

De Decurionibus.

HÆc Novella tota est de dodrante debito curiæ, vel successoribus curialis curialibus, vel se ultro dantibus in curiam, de quo diximus satis *Nov.* 34. 74. & hoc adjicit præterea, ut eum, qui se dat curiæ, nati sequantur tacito jure. Olim patre facto curiali, liberi postea suscepti erant curiales, ante suscepti non erant curiales, *l. communium, §. sed si quidem, C. de nat. lib.* Hodie etiam ante suscepti curiales fiunt.

NOVELLA CII.

De Moderatore Arabiæ,

HAbuit olim Arabia præsidem civilem magistratum, & ducem militarem: hæc Novella præsidem mutat in moderatorem, clarissimum in spectabilem, & auget ei annonas, adsignatque milites, quamvis civilis sit, non militaris magistratus: & ad summam eadem ei dat quæ moderatori Helenoponti *Nov.* 28.

NOVELLA CIII.

De Proconsule Palestinæ.

CÆsariensium lex est specialis. Cæsarea autem metropolis Palestinæ primæ, colonia Vespasiani, *l. ult. ff. de censib.* à qua Cæsariensis advocatio sæpe in Codice, an potius à Cæsarea Cappadociæ, de qua *Nov.* 30. Illa enim Palestina advocatio dicitur, *l. pen. C. de fidejus.* Scribit autem Justinianus Cæsaream Palestinæ nomen accepisse à Vespasiano contra omnium scriptorum sententiam, qui nomen Herodi regi Judææ, acceptum ferunt. Et constituit in ea Justinianus proconsulem, magistratum civilem, ad quem à viris clarissimis appelletur ex utraque Palestina, si lis non excedat quantitatem x. librarum auri, ut *Nov.* 23. & quæ sint nam ejus, quam ducis Palestinæ propria munera breviter stringit. Τηβέννῳ] Trabea Remi, & Romuli poetis, quæ Plutarcho τήβεννος, Polluci, & Themistio τήβεννος: nam & inventor Temenus Arcas. Stola proconsularis *Nov.* 31. Eunapius τὴν πορφυροφόρον ἐσθῆτα, τήβεννον ῥωμαῖοι καλοῦσιν, Dionys. Halic. 6. τηβέννας τὰς καλουμένας τραβέας: Polybius 10. λαμπρὰν τήβενναν, λαμπρὰν ἐσθῆτα, vestem candidam. Strabo 3. ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι.

NOVELLA CIV.

De Prætore Siciliæ.

NOn ut ad superiores pertinent cura publicorum tributorum, ita & ad prætorem Siciliæ, sed ad Comi-

A mitem patrimonii Italiæ, qui & comes dicitur largitionum Italicarum. Videnda est *Nov.* 75.

NOVELLA CV.

De Consulibus.

SOlebant Consules olim missilia spargere in vulgus, *§.pen. Inst.de rer.divis.* & ob id quamcumque sparsionem posteriores arbitror ὑπατείαν appellasse. Cedrinus duobus locis ἐῤῥίφθη ὑπατείας πολλάκις. Martianus *l.2.C.de consul.* constituit ne quid deinceps Consules in populum spargerent, sed certam dumtaxat summam expenderent in formarum reparationem: cujus Constitutionis meminit Justinianus hoc loco, sed eam non B probat, quia missilia jactare in vulgus, & sportulas populo dare Consulibus volentibus permittit, ad certum modum tamen, & septies tantum in anno: ac primum quidem initio magistratus Kal. Jan. quibus, & prætores, & Coss. inire magistratum solebant, *l. Publius, ff. de cond. & dem.l.pridie, ff.de feriis*: deinde Circensibus ludis, quos Mappæ appellatione designat, cujus rationem Georgius Cedrinus exposuit, & Cassiodorus ad Faustum præf. prætorio: tum theatrica venatione: & quartum, in spectaculo, quod μονημέριον dicebatur. Extat epigramma Leonis philosophi εἰς τὸ μονημέριον. Edebantur in eo pancarpum, & ferarum venatio. Et pancarpum Vetus interpres exponit silvam, qua ratione, & Chamæleo niger dictus forsitan sit pancarpum, ut ad Dioscoridem Græci quidam adnotarunt, ex va- C rietate colorum: & oraculo quodam cum Dianæ juberetur Neleus statuam erigere ἀπὸ παγκάρπου ξύλου, erexit ex quercu in qua offenderat multos variosque suspensos fructus, ut interpres Callimachi scribit. Appellatur, & à Sophocle in OEdipo Tyrlaurus πάγκαρπον. Augustinus adversus Secundinum Pancarpium ludicris muneribus edi propter omnium generum, quæ inerant herbas: ut Festo pancarpiæ coronæ ex vario genere florum. Quinta munificentiæ exhibitio fit ludis scenicis, quos πόρνας vocari refert, à productione meretricum in scenam: Seneca, florales jocos nudandarum meretricum: seata iterum ludis circensibus: septima tempore depositi magistratus. Modum erogationis subjecit huic Novel. Justin. quæ tamen notitia periit, eamque notitiam servari voluit in judicio, vel actis Co- D mitis largitionum: & inde Consulibus edi. Fuit & in ea impositus modus sparsioni uxoris, aut matris Consulum: nam eæ solæ Consularibus insulis uti, & munificentiam populo exhibere possunt. Uxor ipso jure Consularis est, non mater, *l.1.ff.de senat.* mater Consularis fit filii voluntate: nec vero aliam præter matrem hoc honore adficere Consul potest. Item constituit, ut ne aurum populo Coss. spargant (hæc enim largitio propria Imperatoris est) sed argentum tantum, idque in minutioribus nummis, veluti miliarensibus, μήλοις, καυκίοις, τετραγωνίοις. Καυκία dicuntur à forma, quod sint paululum concavi, quales vidi nonnullos, ut τετραγώνια, quod quadrati, μῆλα, quod rotundi. De miliarensibus scripsi in *l.7. C. de pal.sac.larg.* quos decimam partem solidi facere Sudas scribit, & Epiphanius Cedri- E nusque dictos miliarenses quasi militares. Leo hanc Justiniani Constitut. abrogavit *Nov.*94. Πρόοδον] Processus, *ut l. nam & Imp. ff. de don. inter vir. & uxor.*

Βραχὺ νυκτῶν] An loquitur, ut Germani, quos Cor. Tacitus ait non dierum numerum, sed noctium computare? Προσδέχεται δὲ, ἄχρις ἂν αὐτοῖς νεύσειεν ἡ στολή] Rectius legit Vetus interpres αὐτὸς, ut sit sensus, perpetuum quodammodo ab Imperatore Consulatum geri, & ab eo manare trabeam, aliisque deferri ex nutu ejus, atque hac ratione Consulatum Imperio hærere semper, sceptrave subsequi. Et hujus loci sensum, ut ita adsequeremur viam fecit Petrus Faber magister libellorum ordinarius, doctissimus, meritissimus, laudatissimus in doctissimis commentariis ad *l. 2. ff. de orig. ju.* ΛΕΓΑΤΥΡ] Rectius etiam Vetus interpres, *Legi*, ut *Nov.* 22. Subscriptio est quæstoris.

NOVELLA CVI.

De Nautico fœnore.

EX *l. eos, C. de usuris,* nauticæ pecuniæ, cujus scilicet creditor periculum suscipit, usura centesima est, terrenæ autem usuræ, cujus periculum pertinet ad debitorem, inter negotiatores usura legitima bes est: Periculum nauticæ pecuniæ suscipit creditor ad diem certum, vel ad condicionem certam, puta quoad navis redierit salva, *l. 4. de nau. fœn.* & discusso periculo desinit currere usura centesima, & inter negotiatores incipit deberi bes *l.1.2.4.C.de nau.fœn.l.fœnerator, l.pen. ff. eod.* Hoc cognito, hanc statuamus esse sententiam hujus Novel. comprobari in nautico fœnore more receptam conventionem hanc, uti creditor in centenos solidos capiat denos, quæ est usura dextans, & hoc amplius, ut navi imponat in singulos solidos singulos modios tritici, vel hordei, pro quibus vectigal debitor. i. navicularius sive negotiator fisco dependat: quo adjecto excedit hæc conventio usuræ centesimæ modum. Comprobari, & aliam conventionem more receptam, ut creditor in singulos solidos capiat tres siliquas, quæ est usura centesima, ut exposui *Nov.* 12. & ut hæc usura præstetur non usque ad diem certum, sed omnino usque dum salva redierit navis, sive redierit post annum, sive post mensem unum, vel duos, qua pactione efficitur, ut navi reversa post mensem in singulos solidos usuræ nomine creditor accipiat tres siliquas: quod rationem usuræ centesimæ mirum in modum excedit, quæ non in mensem, sed in annum pro singulis solidis tres siliquas reddit. Ideoque hæc Nov. abrogata etiam fuit postea *Nov.* 110. secundum quam in nauticis pecuniis centesimam usuram nullo modo licet excedere.

NOVELLA CVII.

De Testamentis factis inter liberos.

TEstamentum militis scriptum notis valet *l. Lucius, ff. de mil. test.* Pagani non valet, & secundum notariam non datur bonorum possessio, *l. sed cum patrono. §. ult. ff. de bon. pos.* nisi facta sit inter liberos suos, vel emancipatus ex Constitutione Constantini, *l. 1. C.Th. fam. ercisc. l. ult. C. eod.* vel etiam inter quoscunque liberos ex Constitutione Theodosii, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C.de testament.* quod hæc Nov. tollit. Vult enim etiam inter liberos omnia, etiam unciarum modum claris literis perscribi, quod & de omnibus numeris Basilium Macedonem constituisse in omnibus instrumentis Cedrinus scribit. Alia tamen ratione si imperfectum sit testamentum factum inter liberos sane valet quantum ad portiones eis adscriptas *d. §. ex imperfecto*, legata, aut fideicommissa, aut libertates non debentur, portiones extraneis adscriptæ non debentur, nisi propinquis, vel uxori, vel alumno, vel aliis personis quibus verisimile est omnimodo præstari testatorem voluisse, arg. *l. in testamento, ff. de fid. lib.* Ex hac Novella etiam extraneis liberi ex imperfecto testamento præstare debent legata, si modo holographum, & testibus palam nuncupatum testamentum fuerit. Item ex hac Nov. testamentum imperfectum factum inter liberos non rumpitur alio testamento imperfecto scripto, vel non scripto. Quod non ita procedit in testamento militis, nam infirmatur imperfectum alio testamento imperfecto intra annum missionis, *l. ejus, §. ult. ff. de mil. test.* Confirmatur, & hac Novella, quod de divisione bonorum inter liberos cautum est *Nov.* 18. *§.* 4.

NO-

NOVELLA CVIII.

De fideicommissariis hereditatibus.

HÆc Nov. declarat quantum ex bonis heres deminuere possit, qui rogatus est post mortem suam restituere quod ex eis bonis superfuerit: quod nos exposuimus jam supra *Nov.* 39. In hac Nov. fideicommissarius pro herede accipitur, ut *l. quamvis, ff. de judic.*

NOVELLA CIX.

De hæreticis.

MUlieres tacitam hypothecam habent in bonis mariti tam sponsalium quam dotis nomine. Habent & privilegium in persecutione dotis, non item sponsalium, ut *Nov.* 61. 91. 97. Hac Novella excipiuntur hæreticæ, ut neque tacitam hypothecam habeant, neque privilegium, nisi resipuerint, Confirmantur & veteres Constitutiones, quibus hæreticis militia qualibet & curatione publica interdicitur: Citat Constitutionem Leonis: ea est *l. 6. C. de diver. off.* Citat & Constitutionem Justini: ea desideratur in tit. Codicis de *episcop. aud.* sed ejus sententia extat 57. *βασιλικῶν*.

NOVELLA CX.

De nautico fœnore.

HÆc Novella abrogat *Nov.* 106. In ea *ἀναληφθῆναι*, &c. male Haloander sic interpretatur, Mandato dato ut è judicio tuo reciperetur. Vellem dixisset, revocaretur. Vetus interpres rectius, Resumi eam præpasantes ex foro tuo.

NOVELLA CXI.

De tempore actionum sacris locis competentium.

SI cum ecclesia agatur, servamus actionibus præstituta tempora: si ecclesia agat, quæcunque tandem illa sit actio: non obstat nisi annorum XL. præscriptio, ut *Nov.* 131. obrogatur C. annorum præscriptio, quam probaret *Nov.* 9. *& l. ult. C. de sacr. eccles.* qua de re scripsimus Observ. 5. cap. 5. Hæc Novella est in edictis quintum.

NOVELLA CXII.

De litigiosis.

REi litigiosæ alienatio, vel pigneratio non valet jure prætorio, quia scilicet emptori, vel creditori eam rem persequenti obstat exceptio litigiosi. Non valet igitur propter exceptionem, valet tamen ipso jure, *l. 17. in princ. l. 18. ff. de rei vind.* & ita est accipiendus titulus de litigiosis, qui est ultimus titulus libri XLIV. Digestorum, qui totus liber est de exceptionibus. Nam proponitur in eo primum generalis tit. De exceptionibus, deinde speciales de exceptione rei judicatæ, de exceptione doli, de exceptionibus temporum, tum tit. Quarum rerum actio non detur, & in eo exceptiones tres, Jurisjurandi, Quod alea gestum sit, Quod libertatis onerosæ causa: & addiderat etiam lib. LXXVI. ad edictum Ulpianus, ex quo est *l. 1. eod. tit.* exceptionem rei venditæ & traditæ, *l. 1. ff. de except. rei vend.* & ad extremum ponitur tit. De litigiosis .i. de exceptione litigiosi. Nam qui rem litigiosam emit, repellitur tantum exceptione, non ipso jure: tenetur tamen uterque fisco: nam commune est crimen emptoris & venditoris, *l. 1. ff. de jure fisc. l. 2. ff. de litig. l. ult. C. eod.* atque ita partim ab emptore, partim à venditore duplum sibi conficit fiscus pœnæ nomine, ut in specie *l. Senatus, ff. de contr. empt. l. ult. ff. de dam. inf.* ita videlicet ut venditor pretium quod accepit & alterum tantum præstet, vel emptor æque duplum præstet, simplum à se, simplum à venditore. Neque tamen propterea ipso jure fit irrita venditio: nam & re litigiosa in sacrum dedicata, quo casu pœna dupli infertur adversario, non fisco, *l. 3. ff. de litig.* irrita non constituitur dedicatio, quamobrem puto manumissionem etiam servi litigiosi inanem non esse. Quod autem dixi de communi pœna emptoris & venditoris, hoc ita procedit, si emptor scierit rem esse litigiosam: nam ignorante emptore verius est venditorem fisco teneri in duas partes, emptori autem in simplum & tertiam partem pretii ex *l. ultim. C. de litig.* Ex eadem lege res litigiosa alii datur recte transactionis, vel divisionis causa, vel in causam dotis aut sponsalium: quod & hæc Nov. confirmat. An & legatur recte? Sic sane ex *d. l. ult.* & legatario præstatur æstimatio litis, *l. 3. C. de litig.* Ex hac Novel. videtur tantum legari litis eventus, & ideo adesse liti legatarius potest, ut *l. si suspecta, ff. de inoff. testam.* Res autem litigiosa ea est de cujus dominio lis contestata, vel mota controversia est in jus vocato adversario. Sola denunciatio rem litigiosam non facit, *l. 1. in princ. ff. de litig. l. 1. C. de pign.* quæ scilicet fit venditionis impediendæ causa: nam (ut dixi) quæ fit juris experiundi causa, rem litigiosam facit, ut & in S. C. petita videtur hereditas si vel lis denunciata sit. Controversia de hypotheca rem litigiosam non facit, *l. 1. C. de litig. l. 2. C. de distr. pign.* Litis metus, vel comminatio rem litigiosam non facit, *l. 8. §. 1. ff. de alien. jud. mut. cau.* Secunda pars hujus Novellæ est de cautione ab actore præstanda de observatione judicii & decima parte litis, antequam libellus conventionis reo offeratur, de qua diximus *Nov.* 95. Tertia pars est de contumacibus, quam exposui *Nov.* 69.

NOVELLA CXIII.

Ne sacræ formæ fiant in medio litis.

QUod cautum est *Novella* 42. *§. ult.* id hac Nov. cavetur explicatius, ut judices, vel arbitri compromissarii judicent secundum leges & mores, non secundum rescripta, vel pragmaticas formas, vel jussiones principis, quæ pendente lite impetrantur & insinuantur judicibus, non secundum depositiones referendariorum nuntiantium judicibus quemadmodum litem finiri princeps velit, non secundum jussiones magistratuum. Ipse princeps suo decreto litem finiri si velit, potest non judici formam rei judicandæ præscribere, satis legibus moribusque præscriptam: nisi forte in re dubia principem judex de jure consuluerit: quod tamen postea etiam judici interdictum fuit *Nov.* 125. Judicis, qui rescriptis non jure litem disceptaverit, definitivam sententiam ipso jure nullam esse, ex compromisso pœnæ petitionem non esse, *l. 10. & 11. C. de judic.* Rescripta hujusmodi Julianus eleganter Ambitiosa vocat, id est, ad gratiam composita, Græci *κολακεία*: quibus si locus non est pendente lite, nec sane locus erit lite finita, quamvis appellatio, vel retractatio speretur. Retractationis remedio utimur cum appellandi jus non est *Nov.* 82. *§. pen.* Loquimur autem de rescriptis, quibus rei judicandæ forma præscribitur, non de aliis rescriptis, quibus ad litem celerrime finiendam judices invitantur, vel ad acta edenda litigatoribus, vel ad sumendum *συνδικασταῖς*, *l. 2. C. ut lite pend.* his enim omnimodo parendum est. Præcipit ad extremum ut in singulis litibus initio antequam satisdationes judiciales præstentur, quas vocat confirmationes personarum, ut in *§. sin autem, Inst. de satisdat.* hæc Constitutio actis inseratur.

NOVELLA CXIV.

De sacris jussionibus.

UT in litibus emissæ sacræ jussiones non aliter à judicibus recipiantur quam si subnotatæ fuerint à quæstore palatii, in qua subnotatione & judex & litigatores & is rui jussio perferenda data est, nominatim exprimi debent. Adiicit Theodorus non obstare *l.pen. Cod. de div. rescr.* quæ exigit subnotationem principis. Nam in rescriptis sane exigitur etiam subnotatio principis, neque id hoc loco negatur. Videtur tamen non exigi in jussionibus omnibus, & sufficere subnotatio quæstoris, his verbis, *Quæstor legi*. Fuit Constitutio Latina, ut & *Nov. 65. & 143.* & aliæ, & extat in vulgari B Latino Codice Novellarum, cui addatur hæc subscriptio. *Dat. Kalend. Nov. C. P. D. N. Just. PP. Aug. ann. XVI. Basilio V. Cos.*

NOVELLA CXV.

De appellationibus, & de litigatoribus, & de Falcidia, & de exheredatione, & de iis qui lugent, & de constituta pecunia.

PRimo capite hoc constituitur, ut causa appellationis finiatur secundum leges quæ dicundæ sententiæ tempore valebant, non secundum novas, quæ post sententiam à qua appellatum est invaluerunt, etiamsi novæ nominatim porrigantur ad præterita negotia. Nam C hæc claulula, Si novis legibus adiiriatur, de præteritis negotiis nondum finitis accipienda est, non de iis quæ jam finita sunt sententia judicis, vel transactione partium, *l.1. in fin. C. de cont. jud. l.penult. C. de sacr. eccl. Nov.131.* Putat etiam Accursius eam clausulam non esse porrigendam ad negotia quoquo modo in judicium deducta, sed repugnat *Nov.113. & d. l.pen.* Quod de apellarinnibus dictum est, idem etiam servatur in retractationibus, veluti si adversus sententiam præf. prætorio, à qua appellari non potest, retractatio postulata sit. Nam in retractatione leges novas quæ post sententiam præf. prætorio obtinuerunt, non sequimur: idem etiam servatur in relationibus judicum, quibus post ultimam cognitionem, eum inibi res est ut judicetur, principem de jure ronsulunt, quæ tamen facultas refe- D rendi cohibetur *Novella 125.* Nam in his causis, jus quod valuit relationis tempore, sequi debent Senatores qui in consilium principis adhibentur, non jus novum, quod post eam introductum est. Secundo capite constituitur, ut si unus ex litigatoribus lite diu disceptata tandem renunciaverit suis allegationibus, alter nolit renunciare, sed moretur & frustretur diffidentia causæ, detur ei spatium trium mensium ad proferendas reliquas allegationes & probationes, post tres menses, ut perinde acsi uterque renunciasset allegationibus suis, sententiam dicat judex vel referat, *l.9. C. de judic.* Spatium trium mensium datur extra ordinem ad convincendam improbitatem & ralumniam litigatoris post legitimas dilationes, ut ipse Justinianus ait. Itaque nihil obstat *l.ult. ff. de feriis*, quæ de legitimis tantum & E ordinariis dilationibus loquitur. Tertium caput est de exheredationibus liberorum aut parentum, quod exposuimus satis diligenter *Nov.18.* Quartum caput est de sustinenda exactione omni luctus & memoriæ defuncti diebus IX. quod exposuimus *Nov.60.* Quintum est de constituta pecunia, ut obligetur ex constituto qui dixerit, Constituo sive Satisfacio, quod est, Securum te facio: non qui dixerit impersonaliter, Satisfaciam, quo modo & stipulationem ronceptam valere non arbitror. Quod si ita, Satisfiet tibi à me, constitutum valet etiam in solidum. Si ita, Satisfiet tibi à me aut Titio, valet etiam in solidum, perinde ac si non adjecisset, Aut Titio: id namque agitur ut & ego tenear in solidum. Sin

A autem hoc modo, Satisfiet tibi à me & Titio: teneor tantum pro parte, quia adjectio Titii inutilis non augee obligationem meam. Idemque fit in stipulatione: nam de se quisque promittit, non de alio.

NOVELLA CXVI.

De militibus.

VEtus est constitutio, ne milites privatis negotiis occupentur, *l. milites*, *C. de loc. l.milites*, *C. de re mil.* Vegetius 1. *Militibus privata negotia non mandabantur*. Florus XI. *L. Posthumius consularis, quoniam cum exercitui præesset, opera militum in agro suo usus esset, damnatus est.* Idem & de fœderatis constituit hæc *Nov.* B *& l. ult. C. de loc.* quæ sub optionibus erant, ut diximus *Nov.22.* & ideo fœderati ad optiones suas milites ad numeros suos, relictis privatorum negotiis, redire jubentur, alioquin milites quidem & fœderati, ex har causa capite plectuntur: qui opera eorum in suis prædiis negotiisve utuntur, confiscantur.

NOVELLA CXVII.

De divortiis & aliis capitulis.

PRimum caput pertinet ad adventitia bona quæ pee filiassamil. patri adquiruntur ususfructus jure: C quod ita procedere Justinianus declarat, nisi is cui donat vel relinquit filiofamil. hanc legem adiiciat, ne ususfructus patri adquiratur; nam in bonis har lege donatis, pater nihil juris habet. Nunquam tamen probata fuit hæc adjectio, Ne proprietas patri adquiratur, in bonis quæ patri pleno jure adquirebantur: erat olim contra jus publicum: non est tamen contra jus publicum hæc, ut qui est proprietarius, sit etiam fructuarius. Administratio autem eorum bonorum quæ filiofamil. pleno jure adquiruntur, rompetit filiofamil. majori XXV. annis, vel curatori à testatore, vel donatore dato in eis bonis, vel à judice. Non tamen poterit filiusfamil. de eis bonis testamentum farere, *arg. l. Imperator*, *ff. ad Trebel.* Secundo capite unus introducitur modus, quo naturales filii sui fiunt, de quo diximus in *Novella 74.* D Filiorum nominatio in publico instrumento, vel in privato munito testibus tribus, vel in testamento, vel apud acta, quæ etiam justæ uxoris argumentum præbet. Unde argumentabor forsitan, non male, & adoptione filios naturales, suos & legitimos fieri: Nisi plus aliquanto dare libuerit nominationi quæ fiat ex scripto quam adoptioni: nam & adoptio unius, cæteros non faceret legitimos, concubinam non faceret uxorem: unius nominatio & concubinam, uxorem, & naturales omnes ex ea procreatos, suos facit. Nam si unum habes pro filio suo non adoptatum, & matrem igitur pro uxore, & fratres æque pro suis. Videntur itaque omnes fieri sui per nuptias: & nuptiæ sane majoris momenti sunt quam adoptio. Alias non plus potest nominatio filii quam adoE ptio, *§.ult. Institut. de adopt.* Tertium caput est de exæquandis liberis primarum & secundarum nuptiarum, licet non in utrisque nuptiis intervenerint instrumenta nuptialia. Quarto rapite declaratur, quando in nuptiis exigantur instrumenta nuptialia. De utroque diximus *Nov.18. 22.* & plerisque aliis locis supra. Quintum caput de uxoribus indotatis exposuimus *Nov.22. & 53. §.ult.* Sexto confirmatur Constitutio Leonis, id est, *l.ex morte*, *C. de pact. con.* & abrogatur *l.1. Cod. de nat. lib.* & Nov. Martiani *de matrimoniis Senatorum*, qua de re diximus *Novel.89.* Septimo declaratur apud quem & cujus sumptibus liberi edurari debeant divortio facto, quod pertinet ad tit. Codicis, *Divortio fac. apud quem filii mut.* & de eo di-

ximus

ximus *Nov.* 2. Octavum eſt de juſtis cauſis divortii, A quæ quidem multæ ſuot ex *l. conſenſu C. de repud.* & *Nov.* 22. Cæterum Nov. hac ad breviorem numerum contrahuntur, & pleræque ex prioribus improbantur, quæ tamen & poſtea à Leone tevocatæ ſunt *Nov.* 30. *&* 31. ut ſi mulier vivo marito de contrabendis nuptiis cum alio egerit, vel ſi odio mariti partum abegerit. Nonum caput eſt de matrimonio non ſulvendo nudo conſenſu, qua de re *Nov.* 22. ſimul ac de eo quod ſequitur, de matrimonio ob militiam vel ex aliis cauſis dirimendo,& de pœnis injuſti repudii. Ultimo capite datur marito jus occideodi adulteri etiam non deprehenſi poſt tres,denunciationes: quod & jure vetuſtiſſimo obtinuit,& *Nov.* quadam Majoriani, lege Julia non omnimodo. Qui denunciationibus non parent, habentur pro adulteris: quod valde novum eſt. Id etiam eſt novum, ut B conſtante matrimonio maritos uxorem adulterii accuſare poſſit, quod expoſuimus lib. de temporibus c. 13.

NOVELLA CXVIII.

De æqualitate agnatici & cognatici juris.

COgnatio triplex eſt, ut ait *Nov.* 89. dividitur enim in parentes & liberos,qui in recta linea conſtituuntur, & eos qui ſunt ex tranverſo,ſive à latere, qui rurſus dividuntur in agnatos & cognatos. Sed & parentes ipſi ac liberi dividi poſſunt in agnatos ac cognatos: nam pater filiofam. eſt agoatus, filio emancipato cognatus: mater quæ convenit in manum viri fi- C lio eſt cognata non agnata: nepos ex filiofam. avo eſt agnatus, nepos ex filiafam. cognatus: filius ſuus patri agnatus, filius emancipatus, cognatus. Quibus expoſitis, videamus quis inter eos ordo ſervetur io ſucceſſione ab inteſtato. Primo loco vocantur liberi tam ſui quam emancipati, ſed diverſo jure: ſui jure civili; emancipati jure prætorio: quam differentiam hæc Novella non tollit. Itaque ne dixeris filium emancipatum ex hac Novella jure civili ſuccedere: quod ſi dixeris, & hoc dixeris, filium emancipatum excludere nepotem ex eo retentum in poteſtate, & ſublatum eſſe edictum novum De conjungendis cum emancipato liberis, quod tameo eſt falſum. Id autem latius exprimitur hac Nov. primo ordine liberos vocari tam cognatos quam agnatos, ut avo oon tantum nepotes ex D filio ſuccedunt, ſed etiam nepotes ex filia & pronepotes proneptesve ex nepte ex filio filiave nata,vel ex nepote ex filia nato cum certæ partis deminutione, quæ ſuis heredibus vel agnatis defuncti accreſcit ea Conſtitutionibus: hodie ſine ulla deminutione ex hac *Nov.* *&* 18. Hodie igitur non eſt neceſſe codicillis ab inteſtato factis vocari nepotem ex filia io integram portionem matris, cum ipſo jure ita ſe res habeat, quod ex formulis Marculphi io hunc modum ab avo decerni ſolebat: *Quidquid pater de facultatibus ſuis erga filios aut nepotes diſtribuit, id lex Romana omnimodo obſervari præcipit: ideoque ego L. Titius in Dei nomine dulciſſimis nepotibus meis Gajo & Sejo, dum peccatis meis facientibus mater eorum filia mea jam vita functa eſt, & poſſant illi per legem cum filiis meis avunculis ſuis in* E *alodio meo ex integro ſuccedere, banc epiſtolam emiſi, ut intelligant velle me ut in omni alodio meo cum avunculis ſuis in integram matris partem ſuccedant: ea tamen ratione ut quidquid matri eorum tempore nuptiarum dedi, vel ſi quid aliud ex rebus meis ad eam pervenerit, id in partem matris imputent.* At ſimiliter ſine conventione in manum matri ab inteſtato ſuccedunt filii, licet cognati ſiot, non agnati: ex S. C. Orfitiano, nepotes ſuccedunt aviæ ex Conſtitutionibus. Sed & generaliter ex hac Nov. liberi defuncto ſuccedunt ſive agnati ſint, ſive cognati, & præferuntur parentibus, etiamſi defunctus in parentis fuerit poteſtate, in eo ſcilicet quod parenti acquiritur: ut ſi defunctus fuerit in poteſtate pa-

A tris & filium habuerit, peculium profectitium defuncti pertinet ad patrem peculii jure pleno, peculium adventitium pertinet ad patrem uſusfructus jure, in proprietatem defuncti filius lege ſuccedit, in peculium quoque caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe lege ſuccedit pleno jure, itemque in bona adventitia quorum uſusfructus patri adquiſitus non eſt, ut ſi donata fuerint ea lege ne patri adquireretur uſusfructus. Id etiam ſciendum eſt, in hac liberorum linea gradu proximiorem non præferri: nam filius emancipatus non præfertur nepoti ex ſe nato & retento in familia avi, ſed conjungitur ex edicto novo: & filius non præfertur nepoti ex alio filio jam ante mortuo, ſed ſimul uterque inteſtato ſuccedit, & ſic deinceps cæteri. Item ſciendum eſt, in hac liberorum linea hereditates dividi B pro ſtirpibus, non pro virilibus portionibus, ut ſi defuncto ſit filius & ex alio filio jam mortuo nepotes duo, filius ei ſuccedit in ſemiſſem, nepotes in ſemiſſem, non ſinguli in trientem: ac ſimiliter ſi defuncto tantum ſint nepotes ex diverſis filiis aut filiabus, in ſtirpes ſuccedunt, *§. cum filius, Inſt. de her. quæ ab int. l. 2. & 3. C. de ſuis & leg. lib.* De ſucceſſione liberorum naturalium diximus N. 18. De ſucceſſione adoptivorum oihil tractabimus. Poſt liberos ſecundo loco vocantur parentes gradu proximiores tam cognati quam agnati. Vocabatur jam ante mater ex S. C. Tertulliano, filio cognata oon agnata: ex hac Novella vocantur omnes ſervata graduum prærogativa, ſive ſint agnati ſive cognati, & præferuntur iis, qui ſunt ex tranſverſo, non tamen omnibus. Olim fratres præferebantur parenti- C bus, *l. ult. C. com. de ſucc. l. 4. C. de bon. quæ lib. adq.* Ex hac Nov. defuncto fratres vel ſorores utroque parente conjuncti conjunctæve una cum parentibus ſucceduot in capita, ſublato S. C. Tertulliano, quo mater cum ſororibus defuncti ſuccedebat in ſemiſſem, non in capita, ut expoſuimus *Nov.* 2. Olim filius bona fraterna adqnirebat patri in cujus erat poteſtate uſusfructus jure: hodie bona fraterna, quæ ab inteſtato obvenerunt pro parte virili ne uſusfructus quidem juri adquirit patri, quia pro uſufructu hodie io hereditatem filii defuncti pleno jure concurrit pater, quem filius ſuperſtes, id eſt frater defuncti excludebat jure veteri. Olim pater excludebat matrem etiam ex S. C. Tertulliaoo: hodie ſimul admittuntur: idemque eſt in cæteris parentibus, ut ſine diſcrimine ſexus vel co- D gnationis gradatim defuncto ſuccedant. Id non eſt omittendum, ſi plures ſint parentes defuncto ejuſdem gradus, quorum alii ſint agnati, aliis cognati, ut ſi defunctus reliquerit avum paternum & avum maternum aviamque maternam, tum hereditatem non dividi in capita, ſed avum pateroum in ſemiſſem vocari, cæteros in alterum ſemiſſem. Tertius ordo eſt eorum, qui ex tranſverſo veniunt, in quo ordine nullum etiam hodie eſt diſcrimeo agnationis & cognationis, oullum diſcrimen ſexus. Ex cognatis ante hanc Nov. vocati ſunt fratres emancipati Conſtitutione Anaſtaſii, & fratrum emancipatorum ſororumque filii Conſtitutione Juſtiniani: ex bac Nov. vocantur omnes cognati ſimul cum agnatis, ejuſdem gradus, exceptis fratribus: nam fratres utroque parente conjuncti eorumque filii E præferuntur uterinis, id eſt patre diverſis: agnati igitur cognatis. Nec mirum, cum & conſanguineis eorumque filiis præferaotur ex patre tantum conjunctis, id eſt matre diviſis, *Novel.* 84. & ſic agnati agnatis præferuntur, licet ſint eodem gradu. Idemque ſervatur inter fratrum filios: nam fratris utroque parente conjuncti filii excludunt fratris altero tantum parente conjuncti filios. Ruſſus in hoc ordine venientium à latere, proximior, ſive ſit agnatus ſive cognatus, ulteriorem excludit, & hereditas in capita dividitur longe aliter quam in ordine liberorum. Excipiuntur tantum fratrum jam defunctorum eodem jure conjunctorum filii, qoos fratres non excludunt, ſed ſimul fratres ſuperſtites, fratrumque jam mortuorum filii defuncto ab in-

A testato succedunt, quasi subjerint in locum gradumque parentum: & succedunt quidem fratrum filii in stirpes non in capita: succedunt, inquam, cum fratribus defuncti, non cum parentibus fratribusque defuncti, ex hac Novell. sed ex *Nov.* 127. succedunt etiam cum parentibus fratribusque defuncti: cum parentibus, non item. Quod si soli sint fratrum filii, non parentes, non fratres, succedunt in capita, ut docuimus Feudorum 2. cap. 11. ubi & pleraque alia de successionibus ab intestato adnotavimus, quæ in hunc locum transferri possunt. Id etiam notandum est, ultra fratrum filios non esse repræsentationi locum. Soli fratrum filii repræsentant patres suos, adeo ut & si sint tertio gradu fingantur esse secundo, & præponantur patruis, vel avunculis defuncti, qui sunt eodem gradu. Cæteri cognati gradatim succe-
B dunt, & in capita, sine discrimine sexus, sublata lege Voconia, sine discrimine agnationis, & cognationis, sublato jure XII. Tabular. & jure prætorio, quo agnati etiam ulteriores præferuntur cognatis. Illud animadvertendum est, tolli tantum differentiam agnationis, & cognationis in successionibus ab intestato, & in tutelis legitimis, non in cæteris causis. Et tolli in tutelis legitimis per consequentiam, quia quo hereditas redit, eo & tutela pervenit, nisi fœminæ intercedant, aut minores xxv. annis. Ex fœminis tamen excipitur mater, & avia, ut *Nov.* 22. 27. Minores xxv. annis primus Justinianus exclusit tutela legitima. Ante Justinianum non excludebantur: & ideo in *l.* 73. *ff. de div. reg. jur.* sexus muliebris excipitur, non minor ætas. Jus agnaticum, & cognaticum hæc *Nov.* dicit, ut *No-*
C *vell.* 84. & in veteribus libris *l. ult. C. de leg. her.* ad juris agnatici formam.

NOVELLA CXIX.

De donatione propter nuptias, ut specialis sit contractus, & de aliis capitulis.

PRimo capite donationem propter nuptias specialem facit contractum, qui non eodem, quo cæteræ donationes, sed proprio, & speciali jure censeatur. Donationem simplicem insinuandam esse si excedat D. aureos. Donationem propter nuptias non egere insinuatione, nec ex parte mulieris, nec ex parte viri: quod ita emen-
D dat *Nov.* 127. ut egeat insinuatione ex parte viri, id est quatenus pro rata donationis propter nuptias vir lucrum captat ex dote, non ex parte mulieris. Olim erat insinuanda indistincte, nisi collata fuisset in matremfam. minorem xxv. annis, *l. minoribus, C. de donat. ante nupt. l. sancimus, §. alias vero, C. de donat. l. ult. §. similî quoque, Cod. de jur. dot.* Dos nunquam fuit insinuanda *d. l. ult. in princ.* licet veteres eam connumerarint inter donationes, *l. ult. §. 1. C. de don. ante nupt.* non tamen est donatio simplex, sed contractus. Donatio simplex neque est contractus, neque pactum: hæc insinuatur, coercetur, strictius accipitur: contractus non insinuatur. Ex Constitutionibus regum nostrorum optimorum & fœlicissimorum, & dos & omnis contractus insinuantur, ut falsitatis occasio nulla sit, longe melius quam
E Leonis *Nov.* 50. ne donatio quidem ulla insinuatur, quæ modo in scriptis habita sit. Secundum caput derogat legi Æliæ Sentiæ de manumissionibus, quæ minorem xx. annis testamento servum manumittere non sinit: id permiserat Justinianus primum majori XVII. annis *§. ultim. Instit. qui & quib. ex cau. man.* Hoc capite permittit mari XIV. fœminæ XII. anno completo, id est ab ipsa statim ætate qua testamentum facere potest. Non ergo vindicta solum manumittere minor xx. annis potest causa probata apud consilium, sed etiam testamento. Tertium caput est de instrumentis sive chirographis, ut commemoratio in chirographo uno facta de altero chirographo, vim obligationis, & justæ petitionis non habeat, nisi id quoque chirographum proferatur, aut alia-tione debitum comprobetur, quod confirmat *l. ultim. ff. de probat.* quam omisit Accursius, & alias citat, quæ sunt de exemplo alterius scripturæ, de quo nihil hoc capite. Ut autem commemoratio illa nihil prodest, ita nec omissio nocet, *l. Lucio, ff. de obl. & act.*

Quartum caput exposui *Nov.* 23. Quintum est de retractationibus, de quibus diximus nonnihil *Nov.* 82. 113. 115. A sententia præf. prætorio non appellatur, sed adversus eam retractatio postulatur intra biennium, postquam deposuit præfecturam, & ei in ea dignitate successit alter, oblato libello principi, *l. 1. C. de sentent. præf. præt.* vel etiam (ut hac Nov. definitur) libello oblato præf. prætorio intra dies x. à tempore latæ sententiæ, qui libellus didascalicus appellatur, nec necesse est omnino eum offerri præfect. prætorio, cum & præfectianis offeratur rite, à quibus litium causæ introduci solent, & adsessoribus præfect. prætorio, quos vocat συμβούλους, male Haloander collaboratores: recte Vetus interpres, Consiliarios: & ita innumeris locis adsessores, sive consiliarios, Græci modo συμβούλους, modo, παρέδρους, συνέδρους, συγκαθέδρους vocant, Latini etiam participes *l. 3. Cod. si rector provin. vel ad eum pert. l. 1. Cod. de cont. jud. l. 2. Cod. Theod. de inc. nups.* Plautus Milite, *Socium tuorum consiliorum, & participem consiliarium.* Et consiliatores ut filium Dei salutem certissimam hominum Dominum nostrum Jesum Christum, quem Sibylla σύμβουλον vocat, Lactantius Consiliatorem interpretatur 11. & IV. Plinius 4. Epist. *In gerendis honoribus consiliator, & rector.* & sæpe in translatione Veteris testamenti. In *l. 12. C. Th. de legatis,* à consiliantibus: ut Horatius, *consiliantibus divis.* Tacitus 2. Hist. *Redierr omnes Bononiam rursus consiliaturi.* Cicero 15. ad Att. *Difficili ad consiliandum legatione.* Priscianus de præex. Rh. *Consiliabantur de urbe condenda.* Sed ad rem. Potest etiam post x. dies offerri libellus didascalicus retractandæ litis causa: sed si offeratur intra x. dies, non ante poterit sententia prælect. prætorio executioni mandari, quam victor satisdederit de re restituenda, sententia rescissa, si post x. dies victor non satisdat.

Sextum caput est de restitutione in integrum, quæ heredi minori xxv. annis datur abstinendi causa, ut si hereditatem minus lucrosam adquisierit, *l. ait prætor, §. sed & si hereditatem, ff. de minor. l. necessarii, ff. de adq. her.* Constituit autem Justinianus, minore postulante restitutionem abstinendi causa, ut evocentur solemnibus edictis, adhibeantur creditores hereditarii: qui si non venerint intra menses tres, sine periculo minori dabitur restitutio in integrum; idoneo loco depositis rebus hereditariis, inventario publice confecto, quod valde pertinet ad interpretationem *l. etiamsi, §. ult. ff. de minor.* Septimum caput est de longi temporis præscriptione. In rem actiones tolluntur usucapione decennii inter præsentes, vicennii inter absentes adversus bonæ fidei possessorem: quid si initio decennii bonæ fidei possessor præsens fuerit, tum deinde abfuerit, ut si præsens fuerit octennio, absens biennio? Tum exigimus ut quantum abfuerit temporis, tantum expleto decennio præsens possideat ad implendam usucapionem. Adversus malæ fidei possessorem actiones in rem tolluntur præscriptione xxx. annorum, & ex hac Nov. adversus bonæ fidei possessorem, qui à malæ fidei possessore ignorante domino emit: nam si sciente domino emit, sufficit longi temporis possessio continua. Octavum caput pertinet ad testamenta, quod exposuimus *Nov.* 66. Nonum est de prædiis ecclesiasticis, quod *Nov.* 7. Decimum de lege Falcidia, quod *Nov.* 1.

NOVELLA CXX.

De ecclesiasticis contractibus.

ID est singulare in ecclesia majore C P. & aliis religiosis ædibus, quæ sunt intra eam urbem, vel intra territorium

torium ejus, ut prædiorum suorum perpetuam emphyteusim, vel etiam invicem permutationem prædiorum facere non possint: quo respectu initio hujus Nov. excipiuntur venerabilia monasteria sita intra eam urbem, vel intra territorium ejus, quæ eodem jure utuntur quo vulgo cæteræ ecclesiæ ædesque venerabiles: nam & prædiorum invicem permutationem faciunt, & perpetuo jure emphyteutico conferre prædia sua in alios possunt. Id etiam est singulare in eis, ut post contractam emphyteusim cum fisco, vel Imperatore, vel Republica, vel curia, vel cum alio venerabili loco, possint pœnitere intra biennium. Et ut locationes eorum non excedant annos xxx. cum privatorum & publicorum fiant etiam in centenos, ut Hygenus scribit lib. de limitibus, in plures annos, *l. si in lege, §. ult. l. qui fundum, l. cum plures, ff. loc.* id est in plures quam quinque: nam plerumque solebant in quinquennium fieri. Siculus Flaccus: *Alii per singula lustra locare soliti, alii in plures annos.* Id quoque est præcipuum in majore ecclesia cp. ut nec possessionem alienare possit inutilem & publicis oneribus prægravatam, & aliud *Nov. 46. de dandis prædiis in solutum aut vendendis fiscalium tributorum dissolvendorum causa*, Cætera sunt communia ecclesiarum omnium venerabiliumque locorum, quæ exposui *Novell. 7.* Id tantum omisimus, non posse œconomos, vel alios administratores, vel cognatos aut adfines eorum ullo modo accedere ad locationem, vel emphyteusim, vel *ἀντίχρησιν* rerum ecclesiasticarum, vel emptionem, quibus casibus venditio permittitur, eodem exemplo quo nec tutor ad emptionem rerum pupilli, nec comes patrimonii, vel palatinus vel patronus fisci ad emptionem rerum privatarum principis. Et ædificia vetustate collapsa nullius reditus, quæ vix sumptibus ecclesiæ refici queant, perpetuæ emphyteuseos jure reficienda dari sub tertia parte pensionis, quæ ex locatione antequam ruerent redigi solebat, vel sub dimidia parte pensionis, quæ post refectionem justior esse videbitur. Illo igitur casu remisso besse, hoc remisso semisse. Et non ratam traditionem prædiorum sterilium & defectorum factam ecclesiæ, etiamsi ut illa acciperet ecclesia ei fuerit certa pecunia adnumerata: quod etiam cautum est *Nov. 7.* Ἐπί τινι ποσότητι] Hæc quantitas definitur *Nov. 7.* Ἵνα ἀντιχρήσεις νέμωνται] Hæc pignoris lex vocatur *ἀντίχρησις.* Ὀδησσοῦ καὶ Τόμεως] Tomos ponit Ptolomæus in Mysia inferiori, & Odesson. Claudianus in Epithal. Palladii, *veteresque Tomi matris Nobilitas.* Τὸ κάνονι] Pactum pro canone, ut *l. 3. C. de obseq. pat. præst.* & alibi sæpe suffragium & *μίσθωμα* pro eo quod datur suffragii & locationis causa.

NOVELLA CXXI.

De usuris.

Usuræ supra duplum non debentur .i. altero tanto sorte amplius, *l. si non sortem §. 1. ff. de cond. ind. l. 4. §. pro operis, ff. de nau. fœn. & edicto 9.* quæ vetus lex est, ut docui Observ. v. Et ne per retentionem quidem pignoris servari possunt supra duplum, *d. l. 4. §. nec pignora, l. pen. C. de usur. l. pretii C. mand.* Usuræ creditæ pecuniæ, quæ ex pacto peti non possunt, servantur retentione pignoris, *l. 4. & 22. C. de usur.* non ita retentione pignoris usuræ servantur supra duplum. Item ex hac *Nov. & 138.* usurarum solutiones, quæ fiunt per partes diversis temporibus, coacervantur, & in duplum computantur abrogata *l. 10. C. de usur.* ex qua usuræ solutæ per partes duplum excedere possunt. Excipiuntur tamen *Nov. 160.* quæ annui reditus, quam usuræ speciem habent: ut in specie proposita. Resp. ex legatis collectam pecuniam & relictam in opera publica, vel calefactiones balnearum ita collocavit, ut pro ea quotannis certus reditus certave intributio Reip. penderetur. Hic reditus perpetuo debetur, quandiu sortem, qui acceperit non reddiderit, nec si ad duplum pervenerit, finitur. Species autem hujus Novellæ hæc est: sors erat D. aureorum: usurarum nomine soluti sunt primum DCCCLXVII. deinde LXXII. tum X. In summa DCCCCXLIX. Debitor adhuc paratus est solvere LI. ut perficiat M. aureos, quæ summa duplum efficit. Liberatur & sorte & usuris. Et verba quibus Latine olim hæc Nov. expressa fuit, quæ nondum quisquam viderat hac ætate quantumvis licet anteriore magis magisque clara, vidit & invenit Petrus Pithœus delicium & flos veteris novæque prudentiæ juris, & quod caput est fidei & probitatis species lumenque verum, & hæc sunt. Imp. *Justinianus A. Arsilio. Quidam mutuatus ab aliquo D. aureos solvit aliquam quantitatem usurarum, quasdam autem debens cautionem causit in DC. aureos. Quoniam autem omnis solutio ad DCCCCXLIX. aureos pervenit, & creditor dicebat totum in usuras solutum fuisse & exigebat DC. qui cautione continebantur, Ait lex, Si reliquos LI. solverit ut debitum duplicetur, nihil aliud exigetur, quamvis veteres dixerint tunc supra duplum non competere debitum quando nulla solutio in medio contigit, Datum XVIII. Kal. Majas C. P. Belisario V. C. Cos.*

NOVELLA CXXII.

De dispositione artificum.

Hæc Novella integra extat inter edicta Justiniani ut agricolæ, nautæ, artifices, negotiatores pretii mercedisve nomine plus more veteri non exigant. Auxerant pretia impensu mercedesque, adeo ut coactus fuerit Justinianus veterem morem reducere. & occurrere cupiditati eorum: qui ad hæc præcipit architectis, mensoribus aliisque operum æstimatoribus, ne pluris operas æstiment quam vetus mos ferat, & ne etiam quisquam pluris emat conducatve: & huic rei indicit pœnam tripli. Æquissima Constitutio, cujus epitome ab Haloandro edita ex Theodoro vitiosa est, illo loco τὴν περσικὴν διατύπωσιν: legendum enim est, τὴν παλαιὰν διατύπωσιν. In edicto 6. id est in hac *Nov.* pessime, *μεθόδους* quidam interpretantur ludos literarios, cum eo nomine potius significentur convectiones sive conventus hominum & mercatus.

NOVELLA CXXIII.

De episcopis & clericis.

Prior fuit *Nov. 6.* cujus meotio fit initio hujus. Hæc pertinet ad Codicis titulum *de episc. & cleric.* illa ad tit. de *sacros. eccles.* & ut hic titulus in Codice prior illo, ita merito Nov. illa hanc præcessit. At quod attinet ad ea, quæ hac continentur, quoniam pleraque vel jam exposita sunt supra variis locis, veluti *Novell. 5. 6. 22. 57. 67.* vel nulla indigent expositione, seligam tantum locos eos in quos quod adnotemus erit aliquid. Locus unus est quo demonstratur primum presbyterum & archidiaconum in ecclesia pecuniæ distributionem habuisse, & ob id Nov. Majoriani *de episcop. jud.* archidiaconus multam inferre jubetur ei quem fecerit clericum episcopus invitum, & Prudentius Laurentium, quem primum è septemviris vocat .i. archidiaconum (nam VII. tantum diaconi initio fuerunt) votas opes dispensasse ait: & idcirco industriam in eo Hieronymus & Sidonius requirunt. Hieronymus Evagrio. *Diaconi eligant de se quem industrium noverint, & archidiaconum vocent.* Sidonius Domnulo, *Archidiaconus, in quo seu gradu seu ministerio multum retentus propter industriam.* Alius est locus quo declaratur episcopos & monachos tutores, vel curatores fieri non posse: clericos unam tutelam legitimam suscipere posse: quod ita accipiendum est, ut tamen inviti eam non suscipiant, *l. generaliter, C. de episc. & cleric.* Testamento tuto-

eutores eos dari concilia vetant, ut Cyprianus scribit 1. Epistolarum. Sequitur, ut non possint etiam episcopi vel clerici vel œconomi .i. dispensatores pauperum, privatis negotiis occupari, non susceptores vel exactores tributorum fieri, non conductores vectigalium vel alienarum possessionum, nec actores aut procuratores aut fidejussores: quod congruit cum Chalced. synodi cap. 3. & Carthag. cap. 16. & *Nov. Leonis* 86. & exemplo militum comparatum est, *Nov.* 116. Et eodem exemplo monachi non possunt exheredari ex hac Nov. hoc enim etiam in militibus olim obtinuit, *l. filiusfam. ff. de lib. & post.* Et clerici quasi castrense peculium habent. Alio loco ostenditur, episcopos ad testimonium dicendum in jus vocari non posse. Nec honore nec legibus, inquit *l.7.C.de episc.& cler.*id est nec volentes nec invitos: sed domum mitti, ut fit *l.2.§.fin autem, C.de jurejur.prop.cal.* Aliud est in clericis *l.8. C.de episc. & cleric.* Sequitur de episcopis vagantibus & deserentibus ecclesias suas, de quibus eleganter Synesius, χηρεύειν τούτοις ὅσοι τὴν οἰκείαν ἐκκλησίαν ἀπολείπουσι, πάσας ἐκκλησίας ἀπολείπεσθαι. Est alius locus, quo episcopis & clericis interdicit aleæ lusu: est enim ταβλίζειν alea ludere, ut lib. 60. *Βασιλικῶν* tit. de aleatoribus, aleatorum susceptor est ταβλοδόχος. Moschopulus περὶ σχεδῶν, Κύβοι, τὰ τετραγμένα ἐστὶ οἷς χρῶνται ταβλίζοντες. Sudas, Πεσσοί, τὰ βόλια οἷς ταβλίζουσι. Deest autem hac de re Constitutio Græca in tit. *C. de episc. & cleric.* cujus sententiam retulit Photius Nomocanonis tit.9.c.27. Est & alius locus de tollendis duplicibus monasteriis, quæ tolluntur etiam Nicenæ 2. ca. 20.& epistola Cypriani quadam, & Constitutione Græca Justiniani, quæ desideratur in Codice eodem titulo. Et alius, de his qui præferunt cruces in publicis rogationibus, quas λιτὰς vocat, litanias, *l.3.C.de heret.* ἀμφοτέραν προσόδον *Nov.* 67. inventum recens Mamerci in Gallis. Et alius singularis de conditione legatorum vel institutionum vel donationum, si sine liberis decesserit, vel si nuptias non contraxerit, ut sacerdotio vel clericatu expleatur. Itaque statim post sacerdotium legati petitio est. Contra hic locus ostendit hanc conditionem, Si liberos susceperit, Si nupserit, vel Cum nupserit, remitti ei qui monachismum vel clericatum præoptaverit, & ideo legati statim petitionem esse, & substitutionem precariam extingui, si sub conditione contraria oneratus sit fideicommisso, nisi in redemptionem captivorum vel exhibitionem pauperum substitutio fideicommissaria concipiatur, quod est ex *l. 52. Cod. de episc. & cleric.*

NOVELLA CXXIV.

De litigatoribus.

EX SC. jurabant olim litigatores (ut Plinior scribit v.Epill.) priusquam agerent, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse: & pariter ex primo capite hujus *Nov.* jurant nihil se judicibus aliisve personis patrocinii causa dedisse, cavisse, præterquam honoraria advocatis & sportulas executoribus, quod interatur in causa appellationis, & præstatur etiam in consistorio principis. Jurat autem præsens litigator præsente judice, absens præsente adversario & officialibus quibusdam judicis, & interdum adversario non præsente. Absens .i. qui in forum non venit. Multæ enim sunt causæ ob quas domum mittitur ad jusjurandum præstandum, vel ob dignitatem personæ, vel si valetudine impediatur in judicium venire, *l. ad personas, ff. de jurejur.* Ad episcopos domum mitti debet ex Novella superiori, & ad matronas, *l. 2. §. fin autem, C. de jur. prop. cal.* quæ & proprium hoc habent ex hac Novella, honestiores scilicet & verecundiores, ut solos officiales in domum admittant, non adversarium. Qui abest longius, in alia provincia jurat apud acta præsidis provinciæ vel defensoris civita-

A tum. Per procuratorem non juratur. Contumacia nolantis jurare coercetur damno litis. Et qui fatetur se pecuniam dedisse vel cavisse, si hoc probaverit, venia datur, & punitur is qui accepit cuive cautum est. Si non probaverit, coercetur, si modo & is cui dixerat se dedisse purgaverit se jurejurando. Perjurium ex hac causa punitur .i. si falso juraverit se non dedisse, dummodo probetur intra menses IV. à die sententiæ. Additur etiam, hoc jusjurandum præstari à tutoribus & curatoribus qui pupillorum vel adolescentium nomine litigant, sine periculo tamen minorum: quod & de jurejurando calumniæ proditum est, *l.2.§.quod observari, C.de jur.prop. cal.* eosdem eo jurejurando adfici, quomodo & Suetonius loquitur in Caligula. *Ut omnibus sacramentis adficerentur.* Sic libri veteres. Ratio utriusque est evidens, quod

B tutores & curatores de calumnia & de data pecunia, id est de conscientia sua liquido jurare possint ex animi sui sententia, quæ cessant in jurejurando in litem, *l.4.ff. de in lit. jur.* Secundum caput hujus Nov. est de sportulis apparitorum sive executorum, de quo dictum est satis *Nov.* 8. 17. 86. Tertium est de referendariis sacri palatii, de quibus *Nov.* 10. & hoc quidem capite confirmatur Justini & Justiniani Constitutio quædam, qua cavetur, ut jussiones principis scriptæ vel non scriptæ omnimodo judicibus per referendarios insinuentur, nec fides habeatur judici soli, qui sententiis suis admonitoriis adscripserit, se jussione principis sine scriptis habita aliquem exhiberi vel duci jubere: & eam Constitutionem Julianus testis est fuisse positam lib.1.Codicis. Eam vero hæc Novella confirmat, & præterea declarat referendariis esse tan-

C tum jus referendi desideria supplicum ad principem & insinuandi judicibus sacras jussiones: causis eos se immiscere non posse, vel prehendendo litigatores, vel satisdationem exigendo, vel adigendo eos ad pactionem vel transactionem aliquam.

NOVELLA CXXV.

De judicibus.

HAc Novella tolluntur relationes judicum, quæ superioribus comprobatæ sunt 113. 115.

D

NOVELLA CXXVI.

De appellationibus.

PErtinet initium Novellæ ad *l. præcipimus, C. de appellat.* ex qua appellationum causæ porrectarum adversus sententias spectabilium judicum, veluti proconsulum, vel adversus sententias judicum delegatorum à principe, non disceptantur, ut solebant, à principe ipso sacro consistorio Senatu præsente, sed à præf. prætorio quæstore palatii, eo ordine, inquit, ea observatione, iisdemque temporibus, quibus in sacro consistorio lites finiuntur. Quæ verba ita accepta sunt, ut formulas easdem, ritos eosdem adhiberent, ac si princeps adesset, habitu etiam augustiore quasi præsente principe litigatores vel

E advocati vel apparitores uterentur, veluti campagis, ut Juliani interpres ait *Nov.*20. qua voce utuntur Capitolinus & Pollio pro calceamento regio. Præf. prætorio & quæstor quasi principes ita pronunciarent, Nostra pietas, vel Nostra serenitas decernit &c. quod hæc Novella vetat. Cætera pertinent ad *l.ult.§.illud, C.de temp.app.* Ex *d. §.ult.* appellator si litem apud judicem appellationis inchoaverit suo tempore, deinde destituerit, silentio anni vel ad summum biennii sententia prioris judicis ipso jure confirmatur: quod ita emendat *Nov.* 49. ut non solo tempore confirmetur, sed causa cognita & pronunciatione judicis ad quem appellatum est sub finem biennii, instante eo qui vicit priore sententia. Hoc rursus ita recantat modo, ut appellatore qui causam appella-

tionis

tionis inchoaverat intra legitima tempora, quæ fatalia vocantur: destituerit litem, expectetur tantum is quoad exierit petendæ reparationis tempus, quod est trium mensium, *l.2. C.de temp. app.* tum deinde causa cognita recte, & ordine, non præcipitanter de lite pronuntietur, non expectato, vel observato fine biennii. Ea parte quoque victoris si absit, appellator autem adsit finitis fatalibus diebus proculdubio lis causa cognita definienda est, & quidem sine dilatione ulla. Adjicitur in hac *Nov.* ut judex à quo appellatur intra dies edat acta litigatoribus: quod est ex *l.judicibus, C.de appel.* quæ lex adjicit, *Cum sua relatione.* Hæc Nov. *Cum sua subscriptione.* Subscriptiones non erant nudæ nominis appositiones, sed & is, qui subscribebat, cui rei subscriberet adnotabat.

NOVELLA CXXVII.

De successione filiorum fratris, & de insinuatione donationum propter nuptias.

UT Fratrum præmortuorum filii intestato succedant cum parentibus fratribusque defuncti, emendata *Novel.* 118. Ut donationes propter nuptias si excedant D. aureos ex parte mariti, sine insinuatione non pareant ei æquale lucrum ex dote in casum mortis uxoris, vel injusti repudii, ex parte uxoris ut valeant etiam, sine insinuatione, *Nov.* 119. Ut conjunx superstes qui abstinet secundis nuptiis, extantibus liberis, in lucris nuptialibus veluti pro castitatis præmio habeat virilem portionem pleno jure, ut eadem sit viri pœna, & uxoris, qui auctor fuerit injusti repudii, quod exposuimus *Nov.* 22. & plerisque aliis locis. Igitur tota hæc Novella pertinet ad emendationem superiorum.

NOVELLA CXXVIII.

De exactione publicorum tributorum.

INitio cavetur, ut Julio vel Augusto mense apud acta præf. prætorio cujusque diœceseos insinuetur descriptio tributorum sequentis anni, vel indictionis, atque inde edatur cuilibet postulanti, qua quidem declaretur quantum quamque provinciam, vel civitatem inferre oporteat jugorum, vel centuriarum nomine secundum morem regionis, in auro, argento, speciebus, vel annonis, & quæ etiam ad ærariam rationem æstimet species, quoniam plerumque collatoribus adærantur: item quæ declaret quid in arcam præfectorum inferendum sit, quid insumendum in militares, vel alios usus. Mittitur hæc descriptio à præf. prætorio præsidibus in diversas provincias, *l.ult.C.de can.larg. tit.* Mittitur initio cujusque anni, sive indictionis, & à presidibus proponitur in singulis civitatibus. Significat autem hoc loco indictiones incipere à mense Septembri, *ut l.ult. C.de annon. & trib. l. 1. C.de mil. vest.* Hic ordo si non fuerit observatus, damnum fisco præstari à præf. prætorio, & præsidibus, & tractatoribus cujusque provinciæ, provinciales ipsos nihil damni facere, si ignorantia descriptionis tributorum, modum, legemque in ea adscriptam in tributis solvendis minime servaverint. Species inferendas esse statim initio indictionis, pecuniam divisis pensionibus. Quod sequitur, est de apochis publicis, qua forma fieri debeant à subscriptionibus publicorum tributorum. Ex his alias facit particulares, alias plenarias. Plenariæ sunt totius debitæ apochæ generales. Eodem sensu forsitan plenaria dicitur in edicto de Alexandr. Gregorius plenariam munitionem dixit 4. Epist. His adjicit, *desiderantibus possessoribus censualem proferre debere tabulas publicas, ex quibus discant debitorum, sive reliquorum modum:* quod & *Nov.*17. cavetur: & congruit cum *l. 2. C. de discuss. l. 4. C. de fide instr.* Sequitur ut possessores suo periculo non nominent susceptores auraA riæ functionis, sed ut pro more regionis, vel presides, vel curiales, vel exactores, vindices, canonicarii, aurum quod infertur suo periculo suscipiant, & transmittant, vel erogent. Vindices Anastasius creavit, & opposuit iniquis exactionibus curialium, adempta curialibus exigendi facultate, ut Evagrius scribit: de quibus, & *Nov.* 38. & *Nov.* 134. ut eis manum porrigant præsides, & cohortales, & ut quibus in regionibus vindices non fuerint, exactionis periculum ad præsides redeat. Canonicarii, sunt palatini, qui mittuntur in provincias ex scrinio canonum ad exigendos solemnes titulos fiscales, & mittuntur, vel à Comite domorum, aut præposito sacri cubiculi, *Nov.* 30. vel à Comite privatarum, ut est in formula Comitivæ privatarum Cassiodori, Canonicarios dirigis. Scriniarii dicuntur *Nov.* 134. 147. De his B *Nov. Majoriani de indul. rel. Nunc canonicarios* (inquit) *superioris militiæ auctoritate terribiles, & in provincialium viscera, & damna sævientes.* Et paulo post, *Ne ulterius canonicariorum venalis improbitas publicis fortunis inferat privatisque dispendium, veteri more revocato, provinciarum rectores celebrandæ exactionis summa respiciat.* De his etiam est *l. ult. Cod. de exact. trib.* ut post canonicarium in provinciam compulsor mittatur, quod hæc *Nov.* prohibet, abolito compulsorum nomine. Nam (ut Valentinianus ait in *Nov. de pud. rel.*) si utilis publico esse non potuit, qui ante perreait, superfluum est ire alterum æque provincialibus obfuturum. Sequens caput est *περὶ ἐπιβολῶν* .i. quando steriles agri fertilibus imponantur, quod onus fuisse *τῶν ῥωμαίων καὶ ἀνθρώπων* C *χωρίων*, & Justiniani tempore potissimum invaluisse. Sudas scribit: qua de causa, & multæ de eu Justiniani constitutiones novæ, ut 57. 166. 168. & hæc ex quibus observavimus quodam loco in definitione *ἐπιβολῆς* ab Harmenopulo tradita, pro *ὁμοκήνσους* legendum esse *ὁμοκήνσους*. Et *ὁμοκήνσους* quidem vocat eos, qui ex eis bonis, quæ simul in censum relata inveniuntur, prædia possident. Fieri enim potest ut bona, quæ unius cum essent, tabulis censualibus juncta sunt, postea distrahantur in plures, ac tum si quod uni obvenit prædium forte deficiat, ne quid censui depereat, imponi debet alteri: Qua de causa in Codice post titulum de censibus, datur titulus, De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponantur, *ὁμοδούλους* vocat eos ex eis bonis, quæ eidem domino serviunt, possident bona, quasi D Conservos agricolas, ut Sozomeno ad finem novi *ὁμόδουλος τῶ ἀγρῶ*, est Agricola, qui eidem cum aliis domino servit: & ad hos etiam defectorum desertorumque prædiorum onus redit, itemque ad *ὁμοχώρους*, id est, ejusdem territorii possessores, ut dixi *Nov.* 17. Et hoc quidem capite Justinianus jubet ut ex eo tempore prædiorum defectorum tributa quis agnoscat, quo sibi prædia imposita fuerint, non præteriti temporis tributa, ut *l.ult. C. de censib.* licet alias possessor, puta qui emit, vel ex legati causa accepit, tributis præteritis obligetur, *l. cum possessor. §. ult. ff.de censib.* Et ut ea impositio, sive adjectio (verus interpres superindictionem vocat) decreto fiat præsidis provinciæ, salvo provocationis remedio; & ut fiat cum omni jure suo, cum mancipiis, & peculiis, & pecoribus, & fructibus, & enthecis, & omni E alio instructo, & instrumento agri. Enthecas Haloander dotes prædiorum interpretatur ex *l. 2. ff. de instrum. leg.* id est, instrumenta, & ferramenta agri causa reposita, *lege si mihi mœnia, ff. de leg.* 3. & Columella primo capite octavo, & ita Libanius, quicquid pecuniæ seponunt mensarii, Atticos vocare enthecam. In lege Rhodia alio censu entheca est onus impositum navi. Leontius in Joanne Elemone, *Nauclerus emit enthecam*, id est, Oneravit navem emptis mercibus. Augustinus ad fratres in eremo. *Enthecam nobis habere non licet:* rationes afferens à se amissæ hereditatis navicularii: è quibus & illa placebit, quam priorem attulit, si fuerit emendata. *Naviculam* (inquit) *nolui esse Ecclesiam Christi*, legendum

Navi-

Naviculariam : Et paulo post, *Homines ad tormenta daturi eramus, ut de subversione navium secundum consuetudinem quæreretur* : quod postremum pertinet ad *l.* 3. *C. de naufr.* Instructi autem & Instrumenti differentia nota est. Latior instructi appellatio, ut ecce, Pecora pascendi causa parata ut ex eis fructus capiatur, instructo continentur, non instrumento. Ad hæc sciendum est, species illatas à provincialibus vel ad arcam præf. prætorio transmitti, vel consumi in provincia ipsa, & transmitti sumptibus provincialium, quæ ἐγχώρια & παραπομπικὰ vocat, ut *l. ult. C. de discus.* & pro eis, quæ consumuntur in provincia ipsa, cum non transmittantur, nec absurde παραπομπικὰ exigi. Deinde constituitur ne exactores vel canonicarii missi in provincias, aliter admittantur quam si mandatum & delegationem suam præsidi insinuaverint, quod confirmat *l. ult. C. de excus. & exact.* Et adjicit Justinianus idem servari oportere in privatis exactionibus, ut scilicet procurator creatus exigendi debitoris causa non aliter admittatur quam si judici mandatum insinuaverit : quæ fuit Sententia Placentini : de qua Accursius disputat in *l. non solum, §. 1. ff. de procur.* nisi contentus sit reus cautione de rato, vel nisi sit procurator ex eis personis, quæ etiam sine mandato alieno nomine experiri possunt : quod verissimum esse arbitror, & male Accursius hunc locum coangustat ad executorem rei judicatæ : & pro Placentino fortissimum argumentum ducitur ex *l. exigendi, C. de procur.* Additur in hac Nov. ne exactor publicorum tributorum privatis exactionibus occupetur : id est, ne suscipiat procurationem alienæ litis, & ne debitorem debitoris publici aliter convenire possit, quam si debitor publicus solvendo non sit, *l.* 3. & 4. *C. quan. fis. vel pr. l.* 3. *§. multa, ff. de ju. fis.* Exigit debitorem debitoris fiscalis jure tacitæ hypothecæ. Excutit prius debitorem principalem, quia fiscus electionem non habet, *l.* 1. *C. de conf. deb. l. Moschis, ff. de ju. fis.* Sequitur jus asyli non dari censualibus vel tabulariis adversus eos, qui de illorum fraude & malitia queruntur in exactione tributorum : sicut vicissim & tributorum debitoribus dictum est jus asyli non dari, *Nov.* 17. Prohibentur clarigationes, ut *l.* 4. *C. de exec. & exa. l.* 16. *C. de om. agro des. Nov.* 52. & specialiter ne dominus pro colono vel adscriptitio suo conveniatur, ut *l.* 4. *C. de agr. cens. & col.* Prohibentur iniquæ mensuræ & pondera : qua de re est *l.* 9. & *l. ult. C. de defens. civit.* In *l.* 9. publice deponi jubentur : hac *Nov.* in æde sacra. Specierum mensuras & pondera tradi à præf. prætorio, auri, argenti, æris, à Comite largitionum : ex quo conjicere possis quid arcæ præfectorum, quid ærario inferri consueverit. Id quoque colligendum ex hac Novella, exactores publicorum tributorum etiam tractasse pecunias civiles, deputatas scilicet annonis civilibus vel operibus publicis, vel salariis professorum aut medicorum : nam & principes eas sibi quodam modo vindicabant, *l.* 2. *C. de pet. bon. sub.* sed non boni. Collectas autem pecunias jubentur statim curatoribus Reip. præstare sine ulla deminutione vel sportularum vel descriptionum specie, ut *l. ult. C. pub. læt.* Curatores Reipub. (qui & patres civitatum appellantur) & curatores, operum, vel curatores emendi frumenti, quos σιτώνας appellant, creari decreto Episcopi & primorum civitatis, id est locupletiorum, ut *l. ult. C. ut nem. lic. in coempt. sp.* Et sane tota hæc Nov. est veluti summa brevis & retractatio Constitutionum Codicis de jure fisc. & populi, sicut *Nov.* 123. *de episcopis & clericis*, *Nov.* 22. *de nuptiis ac repudiis*. Denique hæ tres Novellæ, veluti libelli tres. Hi porro administratores rerum ad civitates pertinentium rationem reddere debent episcopo & quinque primis civitatum, nec potest mitti discussor alius rationum (quem logothetam proprie Julianus vocat) à præf. prætorio vel comite largitionum aut privatarum vel præside : hoc enim sibi reservat princeps : quod etiam est ex *l. ult. C. de discus.* Et nominatim discussio harum rationum interdicitur scriniariis operum, qui scilicet erant sub præfecto prætorio, *l. ult. C. de num. act. & chart.* Cætera quæ continentur hac Nov. sunt de præsidibus provinciarum. Et hoc in primis, ne idem sit in provincia & præses & vicarius præf. prætorio vel magistri militum. Alii sunt vicarii præf. prætorio, alii magistrorum militum. *Nov.* 26. Idem & de exactore publicorum tributorum cavetur, & generaliter ne vicarius præfecto prætorio ullus constituatur, nisi ex adnotatione principis expeditionis tempore ob negotium copiarum, quod repetitur *Nov.* 134. excepta Osroena provincia in Mesopotamia. Idemque præsidibus injungitur ne ullos sibi vicarios constituant, ut Nov. 8. in qua etiam quod in hac de non mittendis latrunculatoribus, & de 50. diebus : exposuimus. Quod vero præterea, ne præsides angariis aliisve muneribus provinciam onerent, idem est *Nov.* 17. 134.

NOVELLA CXXIX.

De Samaritis.

Lex *penult. C. de haeret.* Samaritas ait non absimiles esse Montanistis. In *Novel.* 144. eis exprobrantur sabbata : manarunt enim ex Judæis. Fecerat eos Justinianus intestabiles, & jura legitimarum hereditatum & rerum suarum administrationem, quasi dementibus ademerat. Hac Novella restituit administrationem rerum & testamenti factionem & hereditates legitimas, ita tamen ut si Samaritano intestato plures sint agnati ejusdem gradus ex quibus alii sint Christiani, alii Samaritæ, Christiani Samaritas prorsus excludant, resipiscentibus portionem suam reddant, detractis fructibus medii temporis, ut *Nov.* 115. Testamento autem si plures sibi Samarita heredes scripserit, alios Christianos, alios Samaritas, ut Samaritæ sextantis tantum capacitatem habeant ; reliquum Christianis accrescat : nisi quis forte (inquit) Christianis ex eis bonis (quæ scilicet relicta sunt Samaritis) legata relinquat, quod ita declaro : Samarita duos filios habet, unum Samaritam, alterum Christianum : utrumque heredem scribit ex æquis partibus. Non stabitur judicio defuncti (neque enim singuli semissem ferent) sed Christianus dextantem habebit, Samarita sextantem. At finge, à Samarita, quem heredem instituit ex semisse, pater Christianis legavit quantum efficit bes portionis ei adscriptæ, id est, ad finem unciarum quatuor. Hoc casu Samarita solidum semissem capiet, quod congruit cum judicio prudentum, qui incapacem oneratum legatis capacibus præstandis non repellunt, *l. cum ei qui, ff. de leg.* 2. *l. cogi, §. hi qui solidum, ff. ad Treb. l. si fidei meæ, ff. de leg.* 3. loquuntur omnes de incapaci pro parte : nam is qui in totum incapax est propter legatarii aut fideicommissarii personam, non admittitur. Ille facilius solidum capit, quia non est omnino incapax. Accursio tamen idem & in eo qui nihil capere potest, esse statuendum videtur. Movetur *l.* 1. *§. sed si legatum, Cod. si quis aliq. test. prob. l. legatarius, ff. de excus.* quæ de indigno sunt, non de incapaci. Indignus legatum capit propter fideicommissarium. Hereditatem indigno eripit fiscus cum onere fideicommissi, fiscus lucratur quadrantem. Legatum non eripit, quia nihil lucraretur : id enim restitueret fideicommissario statim. Legatum autem in totum incapaci relictum, pro non scripto est, & apud heredem remanet sine onere fideicommissi, quia & fideicommissum pro non scripto est, idemque in hereditate juris est relicta incapaci. Transit enim in heredem legitimum sine onere. Hanc autem Novellam postea Justinus successor Justiniani abrogavit *Novel.* 144. Fisco vocato, exceptis tantum agricolis Samaritis, quibus beneficium hujus Novellæ conservavit, ne cultura agrorum cessaret : quin & in successio-

cessione eorum deficientibus cognatis, fisco dominium præferri voluit, qui & pro eis solet fisco tributa solvere, *l. 4. Cod. de agr. cens. & col.* Præterea Justinus interdicit Samaritis militia omni & curatione publica, ut generaliter omnibus hæreticis, *Novel.* 109. & advocatione, & adsessura, & rhetorices professione ac institutione adolescentum: & pœnam gravissimam irrogat Samaritis, qui post sacram lotionem redeunt in pristinum errorem: & inde quidem generaliter pupillorum & eorum qui non ita dudum facti sunt puberes, baptisma probat, etiamsi nulla præcedat catechesis, cujus nimirum capaces non sunt. Majores natu non admittit ad sanctum baptisma, nisi biennio auditores sive catechumeni fuerint: & in extremo decernit ut servus Christianus Samaritæ venditus, continuo liber fiat: quod & de vendito Judæis primus Constantinus constituit, auctore Eusebio. Constantius fisco vindicari voluit, auctore Hermia & Cedrino, & extat utriusque lex in Codice Theodosiano. In Justiniano Codice, si fuerit circumcisus, & rem gestam detulerit, hoc solo casu pro præmio delationis libertatem consequitur tit. *Ne Christ. man. hær. vel Jud. vel pag. &c.* in quo desideratur constitutio Græca, quæ idem constituerat de Christiano mancipio vendito hæreticis aut paganis. Legendus Grægorius Epist. 3. cap. 21.

NOVELLA CXXX.

De transitu militum.

INitio constituitur ut expeditionis tempore delegatores sint certi qui provideant annonæ militari. Delegatores vocat, quos Harmenopulus legatarios. Epit. 6. tit. 14. ex eparchicorum libris, dum ad curam eorum pertinere dicit, ut eos qui in annonæ penuria invectas species supprimunt & flagellant, præfectis prætorio deferant, sicut ex libris *βασιλικῶν* idem ad finem 4. Epit. chartulariis & tribunis sive prioribus numeri, quos solos nominaverat *Nov.* 117. adjungit legatarios, id est delegatores: hi sunt qui provident copiis militaribus, Optiones qui erogant, *l. 9. C. de exact. trib. l. 3. C. de ap. pub.* & in Basilicis ad *l. 1. ff. de mun. & hon.* Optio militum pro divisione annonæ. His hæc *Novel.* pro salario dat 15. partem copiarum, sicut & aliarum rerum susceptoribus certa pars datur, *l. 9. C. de suscept.* & adjicit eos collatoribus annonæ militaris recauta facere .i. Apochas. Augustinus de cura pro mortuis: *Ubi esset recautum quo illa cautio vacuata fuerat.* Sudas, Recautum, species apochæ. Et sic dicemus Recavere pro cautionem solvere, ut Repignerare, pignus dissolvere. Cautio est obligatio: Recautio, obligationis dissolutio, quæ ut dixi *Novel.* 72. veteri interpreti est De suscepta, id est Securitas de suscepta pecunia, ut opinor, ex *l. 4. C. de col. fun. pat. lib.* 11. Et quod ex recautis apparuerit possessores contulisse, id eis reputatur in tributa quæ debent vel debituri sunt: vel redditur ex communi canone totius provinciæ, vel ex arca præfecto prætorio cujusque diœceseos. Et si forte optiones vel duces recauta non fecerint, tum apud episcopum & præsidem sive defensorem civitatis satis erit inter acta deponere possessores quantum in alimoniam exercitus impenderint: & actorum non minor erit fides quam recautorum. Nihil vero præterea milites aut fœderati à possessoribus exigere possunt vel cœnaticorum vel introitum nomine, vel quo alio titulo commentitio, *l. 3. C. de erog. milit. an.* nihil nomine *ἐπιδημητικῶν*, ut *Nov.* 134. *l. ult. C. de metatis*, nihil etiam adærationis nomine, id est pretia pro annonis, *l. 7. C. de erog. mil. an.* quam adærationem hæc *Nov.* *ἀπαργυρισμὸν* vocat, ut *Nov.* 43. Adærationem debuit vertere, non Concussionem exactæ pecuniæ. De metatis .i. hospitiis præbendis militibus, hoc etiam cavetur hac Novella, ut principales partes ædium dominis sive inquilinis reserventur, ut *l. 2. C. de metat.* Et adversus violatores hujus constitutionis pœnas inducit non tantum delegatoribus, sed etiam militibus & metatoribus & præfectis, tribunis, comitibus, sive alio quo nomine vocentur duces exercitus. Coercentur etiam præsides provinciarum, qui cum ducibus paciscuntur, & agunt ut itinere devio per diversas civitates exercitus evagetur. De fructibus conferendis ob transitum exercitus est, *l. 27. ff. de usufr.*

NOVELLA CXXXI.

De ecclesiasticis canonibus, & fideicommissis, & orphanotrophis.

HAc Novella confirmantur canones sacri .i. quatuor synodi œcumenicæ & prærogativæ, privilegia, salaria ecclesiis concessa, ut *l. 2. C. de sacros. eccl.* Confirmatur immunitas sordidorum & extraordinariorum munerum, inter quæ non numerantur instructiones reparationesque pontium vel itinerum, *l. pen. C. de priv. dom. Aug. l. 5. & 7. C. de sacr. eccl.* Confirmatur immunitas lucrativorum descriptionis: quoties scilicet lucrativo titulo curialium bona ecclesiis obveniunt, *l. pen. C. eod.* Subjicitur & aliquid de præscriptione 40. annorum, qua sola tolluntur ecclesiasticæ actiones, ut *Nov.* 111. & de iis quæ legati vel institutionis titulo Deo aut divis relinquuntur, ex *l. 25. C. eodem*, *Ἐπειδήπερ οἱ πολλοὶ*, &c. & alia quædam quæ exposuimus *Nov.* 5. 57. 58. Id valde placet, ut si quid testator jusserit fieri in rem piam, non adscripto loco, in ea civitate fiat in qua testator domicilium habuit: congruit enim cum *l. quæ conditio, §. ult. ff. de cond. & dem. l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cler.* Et ut eligat ministrum sive dispensatorem quem voluerit: quod & sæpe fit exequendi testamenti causa, *lege 17. ff. de leg. 2. lege Divus, ff. si cui plus quam per leg. Falcid. Novel. Martiani de test. cl. Nov. Leonis* 68. & huic dispensatori præstatur cautio legatorum, *l. quidam, §. pen. ff. de leg. 1.* imo & legatorum petitio datur, *l. nulli, C. de ep. & cl. l. alio herede, ff. de alim. leg. l. quidam §. pen. l. si à pluribus, ff. de leg. 1.* Id etiam notandum coerceri contumaciam heredum qui piæ voluntati non obtemperant: & piorum legatorum usuras fructusque deberi ex tempore mortis: si in eis præstandis heres sex menses moratus sit ab insinuatione testamenti, & Falcidiam eum amittere. Pœna hæc est contumaciæ & frustrationis: alioquin non frustrator heres etiam ex legatis piis deducet Falcidiam: & ita Balsamo interpretatur rectissime *l. 1. ad ea, ff. ad leg. Falcid.* Id etiam valde notandum, ea quæ episcopi vel orphanotrophi & similes locorum piorum administratores post creationem acquisierint, non posse in extraneum vel cognatum ullo modo transferri, sed in dominio ecclesiæ permanere, quasi præsumantur parte ex rebus ecclesiæ, aut data sive relicta pietatis & religionis contemplatione potius quam personæ, nisi si qua constet eis obvenisse cognationis jure ab intestato usque ad quartum gradum. Ex *l. 41. C. de ep. & cl.* à parentibus tantum aut fratribus aut patruis hæc sola videtur necessitudo & conjunctio personarum detulisse, cætera quæ ab ulterioribus cognatis vel extraneis obveniunt, religio & pietas. Et de hac quidem constitutione sic Cedrinus scribit in Justiniano, *τύπον δὲ ἐδίδου περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων καὶ ὀρφανοτρόφων καὶ ξενοδόχων, ὥστε μὴ κληρονομεῖσθαι εἰ μὴ ἃ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἶχον ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει εἰς ταῦτα ἵνα διατίθωνται: ἀφ' ἧς δὲ ὥρας προεχειρίσθησαν, μὴ ἔχειν ἄδειαν εἰς ἃ περιεποιήσαντο διατίθεσθαι, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν πάντα τὸν εὐαγῆ οἶκον κληρονομεῖν.* Neque tamen huic præsumptioni locus est in clericis, sed observatur *l. sacrosanctæ, C. de Episc. & cler.* Est igitur in episcopis tan-

tum et derogatum, quia ſoli epiſcopi ſoluuntur hodie poteſtate patria, & acquiſita in epiſcopatu in alium transferre non poſſunt. Alio capite Juſtinianus confirmat *l.ſi quis orthodoxæ*, *Cod. de hæret.* quod tamen illa fiſco, Juſtinianus addicit eccleſiæ: ſed hoc eſt indifferens, ut diximus *Novel.52.* Et plerumque novæ conſtitutiones eccleſiæ dant, quod veteres fiſco: ut moriente epiſcopo, vel clerico ſine ſucceſſore ab inteſtato, eccleſia ſuccedit, non fiſcus, *l.ſi quis presb. Cod. de epiſc. & cler.* *Nov.131.* delinquente epiſcopo, æquè bona ejus eccleſiæ vindicantur, non fiſco ex hac Novella. Ultimo capite confirmat *l.orphanotrophos, C.de epiſc. & cler.* quod male Accurſius exiſtimat abrogari *Novel.123.* Nam de orphanotrophis loquitur tantùm, qui ſunt tutorum, vel curatorum vice, & in judiciis non ſatiſdant de rato, vel de judicato, ſicut nec tutores aut curatores, *l.ult. §.defenſionem, C. de adm. tut. l.1. §.ſufficit, ff.eod.* quia dominorum loco ſunt, & tamen tutelaribus, vel curatoriis rationibus obnoxii orphanotrophi non ſunt, quia ſunt patrum loco, *l.ult.§.ſin autem non habeat, C.de bon. quæ lib. acq.* Orphanotrophi ergo orphanis tutelæ vel negotiorum geſtorum actione non tenentur. Epiſcopo non negatur quin adminiſtrationis ſuæ rationem reddere debeant.

NOVELLA CXXXII.

De hæreticis.

HÆc Novella condemnat conventicula hæreticorum, ut *Nov.37.* Collectas vocat interpres vetus, quod commune eſt nomen etiam precum quæ in conventibus illis habentur, ut concionis communis conventus & orationis in conventu habitæ.

NOVELLA CXXXIII.

De vita Monachorum.

DE monachis diximus ſatis *Nov.5.* & aliis pleriſque locis ſuprà.

NOVELLA CXXXIV.

De præſidibus, de adulteriis & pœnis.

VAria ſunt capita hujus Novellæ. Priora de magiſtratibus ſive præſidibus: & quæ primum in eis de vicariis & latrunculatoribus, & de non oneranda provincia, & de exactione tributorum, tractavimus jam ſatis ſupèrque ſuprà *Nov.17.128.130.* Unus inter ea locus eſt, quo largitiones interpretatur *ὑπεροχὰς*, id eſt Magnificientias, niſi legendum eſt *παροχὰς*. Aliud, quo ſordes præſidum coercentur, qui ex qualibet re quæſtum faciunt, ſive quis teſtamentum ſuum ſive donationem propter nuptias inſinuare velit, quæ ex parte viri indiget inſinuatione, *Nov.117.* itèmque ſi quis velit inventarium bonorum aut teſtationem aliquam facere, vel apud acta aliquid deponere, vel juſta defuncto facere: quæ ne pretio nundinentur præſides, hæc Novella ſancit. Aliud caput eſt de appellationibus recipiendis, ut omnes judices eas recipiant, & ſine dilatione edant acta litigatoribus. Atqui *Nov.129.* edendis actis dat xxx. dies: Reſpondeo, Hæc verba, *Sine dilatione*, ſic eſſe accipienda, ſine dilatione fruſtratoria, ut *l.1. C.de relat. l.eos, §.ult. C.de appel.* Adjicitur interpoſita appellatione nihil novandum, id eſt, Suſpendendam executionem ſententiæ, ſuſpendendam translationem poſſeſſionis. Idem ſervatur poſtulata reſtitutione in integrum, *l.1. C. in integ. reſt. poſt. ne quid. no. fiat*, non etiam poſtulata retractatione. Alio capite cavetur ne ex cauſa criminali alius pro alio teneatur, licet ſit concivis aut contribulis: nec mirum, cum & idem ſit in cauſa civili *Nov.52.* 128. Propinquos etiam reorum aut notos aut familiares non teneri proditum eſt, *l.ſancimus, C.de pœnis*. Bonorum Imperatorum conſtitutiones hæ ſunt: nam ſub malis ne propinqui quidem aut familiares reorum, ſatis tuti fuerunt. Abſentem autem reum vocari edictis puta per triduum, *l.inter, ff.de pub.jud.* quemadmodum vocari etiam per triduum ſolet is cui denuntiatur teſtimonium ex XII. Tab. Quin & præſes ad præſidem alterius provinciæ in quam reus transfugit, publicam epiſtolam ſcribit, ut reum remittat, cui omnimodo parendum eſt: & ſit etiam publicæ epiſtolæ mentio *Nov.80.* Poſt hæc conſtituitur ut præſides juſſiones principis, vel præcepta majorum judicum miſſa ad deceſſores ſuos nondum impleta, impleant ipſi perinde atque ſi ad ſe miſſa eſſent: quia etſi mutetur præſes, idem judicium idémque tribunal manet, *l.proponebatur*, *ff. de judic.* eadémque ratione præcepta majorum judicum, veluti præf. præt. non ideo minus ſequenda eſſe quòd poſtea abierint præfectura, quia mutatur tantum præfectus, eadem præfectura manet. Et quod traditur in *l.ult.ff.de pœnis*, ſpeciale eſt ex conſtitutione Antonini, ut præſes ſua arte non poſſit cuiquam interdicere ultra adminiſtrationis ſuæ tempus. Quæ enim pertinent ad merum imperium, non ſigillatim omnia lege dentur, magiſtratus non habet omnia: ut præſidi jus eſt deportandi in perpetuum, interdicendi foro, advocationibus, negatione, negotiis publicis in perpetuum: jus confiſcandi non eſt, jus victu interdicendi non eſt, jus item fabro arte ſua interdicendi non eſt ultra tempus adminiſtrationis ſuæ. Nam dum arte interdicit, victu quodammodo interdicit. Non obſtat etiam quod dicitur mandata juriſdictione, re integra finito magiſtratu, finiri mandatum, *l.6. ff.de juriſd.* nam hoc ideo, quia is cui juriſdictio mandata eſt, propriè juriſdictionem non habet niſi quatenus fungitur vice mandantis, cujus poteſtate finita, neceſſario finitur & ſua: quod non ſimiliter dixerim in judice dato. Nam hic ſuſtet etiam in tempus ſucceſſorum ejus qui dedit durare, licet (quantum opinor) cum litigatores nondum adierint, *l.venditor, in fi.ff.de judic.* quia non ex juſſu ſolo, ſed proprio jure poſteaquam datus eſt, cognitionem habet, & ita mandata actione ex cauſa venditionis, quo caſu & proprio jure mandatarius actionem habet, mandatum morte mandatoris non ſolvitur, *l.1. C. de obl. & act.* Sequitur aliud caput de liberis debitorum, ne ob æs alienum patris, à creditoribus detineantur, & ſervire cogantur. Qua de re Ambroſius lib. de Tobia, *Vidi*, inquit, *miſerabile ſpectaculum, liberos pro paterno debito in auctionem deduci*, *&c.* quod iiſdem verbis Baſilius in Pſalm.14. *εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὸ χειρῶν πατρῴων ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον.* Et in illo loco Ambroſii igitur in actionem, id eſt, in auctionem. Idque generaliter prohibetur, *l.ob æs, Cod.de obl. & act.* ne liberi homines ob æs alienum creditoribus ſervire compellantur, & *hac Nov.* pœna legis Juliæ de vi privata creditoribus indicitur. Aliud caput pertinet ad S.C. Vellejanum, quo oſtenditur mulierem quæ pro marito interceſſerit etiamſi eam interceſſionem ſæpius confirmatit, ipſo jure non teneri. ſi pro alio interceſſerit, & poſt biennium interceſſionem confirmaverit, omni modo teneri, *l.22. C.ad Vell.* Quo facilius intercedit mulier pro marito quàm pro alio, eo magis ſubvenitur ei: quod & ſuprà jam attigimus *Nov.61.* Aliud caput eſt etiam de mulieribus, ne ex debiti cauſa carcerem patiantur, cuſtodiæve tradantur. Mares carcerem patiuntur, *l.1. C. qui bon. ced. poſ.* Quin & invitæ mulieres ab apparitore domo abſtrahi & in publicum educi non poſſunt, *l.1. C. de off. om. jud.* In cauſa criminali fidejuſſoribus committuntur vel juratoriæ cautioni, vel ſi grave crimen intentetur, cuſtodiæ mulierum. His addit de pœna adulterii ſe confirmare capitalem pœnam introductam à Conſtantino, & Conſtantino tribuit quod erat Conſtantii & Conſtantis, *l.4. Cod. Th. quor. ap. non rec.*

Olim

Olim non fuit capitalis. Præter capitis pœnam, vir qui adulterium commisit, si uxorem habuerit, amittit dotem & donationem propter nuptias, vel quartam debitam indotatis uxoribus: cætera bona liberis & parentibus ejus servantur usque ad tertium gradum, post tertium gradum fisco viodicantur. Mitius punitur mulier, quasi infirmior, quæ adulterium commisit: quanquam inter se conjuges exæquentur in pœnis ob caufam injusti repudii, *Nov.* 127. Coercentur & hac Novella gravissime adulter & adultera, si forte gratia judicis vel qua alia ratione evaserint pœnam capitalem, & postea nuptias inter se contraxerint. Hoc enim est palam fateri adulterium, & lege Julia etiam comprehensum fuit, *l. miles*, *§. licet*, *ff. de adulter. l. commissum*, *C. eod.*

Martialis,

Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paula negare?
Ecce vir est, nunquid Paula negare potes? Et alio loco,
Quod nubis Proculina concubino,
Et mœchum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Julia te notare possit,
Non nubis Proculina, sed fateris.

Postremo generaliter de pœnis constituit, non posse ullum ita damnari, ut utraque manus vel uterque pes abscindatur, vel solvantur artus. Fugitivo unus pes amputatur, *l.* 3. *C. de serv. fug.* Falsario manus una, *Nov.* 17. 42. non utraque. Furi vetat amputari manum vel pedem, aut vitam adimi: Furi, non latroni: nam latroni vita adimitur. Reorum bona (nisi rei sint perduellionis) confiscari vetat, si supersint liberi vel parentes: usque ad tertium gradum. Quo capite non continetur casus *Nov.* 12. de incestis nuptiis, nec *Nov.* 117. de his, qui post solutum matrimonium voto castitatis castitatem violant, quibus bonorum publicatio irrogatur. Scripta autem fuit hæc constitutio ad Petrum PP. & rescripta ad Monachium P. V. Et habet hanc subscriptionem. *Dat. Kal. Maj. CP. Imp. DN. Just. PP. Aug. an. xxx. post consulatum Basilii V. C. an. xv.*

NOVELLA CXXXV.

Ne quis cogatur cedere bonis.

Beneficium cessionis bonorum introduxit lex Julia: Beneficium est, quia etiamsi, qui cedunt bonis, bonorum venditionem patiantur, *l. debitores*, *C. ex quib. inf. irrog. l.* 3. *& 5. ff. de ces. bon. l.* 2. *& 4. C. qui bon. ced. pos.* tamen infames ex ea causa non fiunt: quia non invitis illis venditio fit. Non tamen caret hæc res suggillatione aliqua, *Nov.* 4. propter ea quod decoquunt creditoribus, cujus generis homines Adrianus in amphitheatro catamidiari jubebat, ut plerisque locis hodie fit in foro: & Bœotiis fuisse eandem legem Nicolaus apud Stobæum auctor est c. 42. Lex Roscia cum cavisset ut equites in xiv. ordinibus sederent, exceperat decoctores. Et hanc omnem contumeliam pati cedendo bonis decoctores cogebantur metu carceris & vinculorum & verberum: quæ supplicia proposita erant iis, qui creditoribus suis satis non fecerant, *l.* 1. *& ult. C. qui bon. ced. pos. l.* 1. *C. Th. eod. tit.* Verum eos qui non suo, sed fortunæ vitio decoxerunt, hac Novella Justinianus liberat tam suppliciis quam cessionis necessitate, dummodo jurent se pares non esse solvendo, id est, si ejurent bonam copiam. Quod congruit antiquo juri: Cum enim ex XII. Tab. olim debitores creditoribus necterentur & addicerentur, id antiqua lege sublatum fuit, relata à M. Varrone, & liberati sunt, qui bonam copiam ejurassent, ne essent nexi, sicut hac Nov. qui ejurant bonam copiam, id est, se non esse solvendo, liberantur carcere cruciatuque omni corporis, imò & cessionis ignominia. Sed creditoribus pro extremo subsidio datur jus quantum potuerint bonorum debitoris conquirendi & vindicandi, & conveniendi etiam debitores debitoris.

NOVELLA CXXXVI.

De argentariorum contractibus.

Argentariorum officium omne, quod alibi exposui, hic exponam uberius. Id enim notare satis habebo, eorum officium publicam causam habere, *l. argentarius*, *ff. de eden.* & necessarium usum argent. *l. quod privilegium*, *ff. depos.* quod singulorum rationes conficiant, *l. prætor*, *ff. de eden.* & pro aliis vulgo intercedant, ut *edic.* 9. *& l. pen. C. de const. pec.* Intercedunt suo quodammodo, recipiendo, cæteri constituendo: & major vis recepti quam constituti. Nam ex recepto, est civilis actio, ex constituto, prætoria: & utilior prætoria civilis, *l. si creditor*, *ff. de leg.* 1. Item cæteri, qui intercesserunt pro aliis non conveniuntur inexcusso reo: argentarii (si hoc malit creditor) priores conveniuntur, *Nov.* 4. Idem vicissim non dabatur argentariis, ut ipsi (si vellent) prius convenirent accessiones quam reum principalem: quod erat inæquabile, atque adeo contra jus. Par enim species est juris certa consuetudine recepti: & (ut ait Paulus *l.* 2. *ff. mand.*) iniquum est non esse mihi cum illo actionem si nolit, illi vero, si velit, mecum esse. Qua de causa Justinianus hac Novella id ita moderatur, ut ex pacto argentariis quoque, si velint, liceat prius accessionem quam reum principalem convenire. Pactionem hanc non esse contra jus publicum, sive contra *Nov.* 4. Ea enim constitutio accessionum favore promulgata est. Licet autem suo favore suoque jure cuilibet non uti. Et ut publicam ea constitutio utilitatem omnino respiceret, tamen probatur nunc pactio contraria, ut hodie comprobata est pactio contra legem Falcidiam, & pactio ne liceat provocare vel observare tempora fatalia. Et hodie illa pactio recepta etiam est in omnibus creditoribus, & appellatur vulgo, Renuntiatio beneficii excussionis. Secundum caput hujus Novellæ pertinet ad *l. ult. C. de pig.* ex qua lege si argentarii rogaverint aliquam mutuam pecuniam, & post eum contractum militiam aliquam ex genere earum, quæ vendi possunt, sibi vel liberis vel cognatis suis comparaverunt, ea militia creditori hypothecæ jure obligata est, quia præsumitur comparata ex pecunia credita. Et idem vicissim *hac Nov.* datur argentariis, ut si pecuniam alicui crediderint, & is postea sibi vel liberis suis vel cognatis militiam comparaverit, sit ea militia argentariis pignori obligata. Nihil de cognatis dicit hæc Novella, sed Julianus perire adjecit cognatos ex *d. l. ult.* Eadem præsumptio non est si post mutui dationem extraneus debitor emerit militiam. Nec enim videtur eam emisse ex pecunia credita, nisi creditor probet emptam sua pecunia, id est, ea quam credidit. Priore casu creditor hoc probare non cogitur, quia præsumptio legis ab eo facit, sed is qui militiam habet, probare debet militiam non esse comparatam ex pecunia credita. Dixi militiam hypothecæ obligatam esse. Quæ res, sitne obligata tacito jure, an ex conventione? Dicam, Ex conventione usitata argentariorum & negotiatorum, qua empta ex pecunia credita, pignori fore recipiunt, *l. qui Romæ*, *§. Callimachus*, *ff. de verb. oblig. l. cum tabernam*, *ff. de pign.* Et hoc est quod ait *d. l. ult.* Super hypothecis quas dare solent: alioquin res, ex pecunia credita comparata, creditori non est tacito jure obligata, & specialis vel generalis conventio exigitur, *l. licet*, *C. qui pot. in pig. hab. l.* 17. *C. de pign. l. procuratoris*, *§. plane*, *ff. de trib. act.* Idemque tertio capite comprobatur, cujus sententia hæc est, Argentarium cujus pecunia res comparata est, si specialis vel generalis conventio hypothecæ intervenit, in ea re præferri omnibus creditoribus, etiam antiquioribus: quod & in alio quolibet locum habet, *d. l. licet*, *Nov.* 97. Sed probare debere argentarium, eam rem pecunia sua comparatam, nec locum esse præ-

sumptioni, ut in militia. Hoc tamen argentarii præcipuum habent, ut si (quod plerumque fit) agentibus non pecuniam mutuam dederint, sed monialia vel ornamenta quædam pretiosa crediti vel venditionis nomine fide habita de pretio, nec eis satisfiat, jus habeant vindicandorum monilium, licet de hypotheca nihil convenerit: quod non ita fiat in cæteris creditoribus: nam hoc tantum proditum est: venditorem retentionem habere quasi pignoris, *l. Julianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. hereditatis, ff. de her. vend. l. quod si nolit, §. idem Marcellus, ff. de ædil. edic.* non vindicationem. Sed & tacitam hypothecam argentarii habent in bonis debitoris, etiamsi non ex hac Novella, ex edicto septimo. At in rebus sua pecunia comparatis, si forte ad illos res pervenerint quam ad debitorem, non habent hypothecam, nisi ita convenerit. Hoc etiam habent præcipuum argentarii, ut liceat eis stipulari besses usuras, *l. eos, C. de usuris.* Et ex hac Novella ut debeantur eis besses, etiamsi earum modus dictus non sit, quod in aliis locum non habet, *l. quod in stipulatione, ff. de usuris.* Et ut sine stipulatione debeantur ex præscriptione & conventione sola, quod etiam in aliis non procedit. Neque hoc novum est, cum & ex pacto stricto judicio debeantur usuræ pecuniæ trajectitiæ & pecuniæ civilis, & earum rerum quæ mensura constant: imo & interdum sine pacto αὐτομάτως ut *l. 3. §. nonnunquam, ff. de usur. l. ult. §. præterea, C. de jure dotium.* & in actione ex testamento: quamvis & hæc sit stricta. Postremo datur hoc privilegium argentariis, ut eis agentibus debitores qui quid se debere caverunt vel publico instrumento vel chirographo vel subscriptione propria, non possint opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: idemque verum est, etiamsi cautione ab alio scripta expressis causis debiti, veluti ex causa mutui tot, ex causa transactionis tot, (perperam Haloander acceptilationis) in subscriptione non sint repetitæ causæ, id est, si nuda subscriptio fuerit: quo tamen casu dat Justinianus debitori facultatem actori deferendi jurisjurandi intra biennium contra *l. in contractibus, §. illo videlicet, C. de non num. pec.* quæ quibus casibus cessat exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam cessare vult dilationem jurisjurandi.

NOVELLA CXXXVII.

De Episcopis & Clericis.

REpetuntur quædam ex iis quæ dicta sunt *Nov. 6. &* 123. de creatione Episcoporum & clericorum: & utitur in eam rem auctoritate Gregorii Nazianzeni in magno apologetico de fuga sua in Pontum, & in oratione funebri Athanasii Alexandriæ episcopi, & Basilii can. 12. ad Amphilochium, & Nicenæ Synodi c. 3. qui est de extraneis mulieribus, de quibus & *Nov.* 123. *& l. eum qui probabilem, C. de episc. & cler.* Repetitur etiam ex *Nov.* 123. de synodis quotannis habendis finitimorum episcoporum in provinciis singulis, disciplinæ ecclesiasticæ tuendæ & corrigendæ causa, quod est ex Apostolorum c. 37. & Antiochenæ c. 20. & hujus rei curam injungit præsidibus provinciarum.

NOVELLA CXXXVIII.

Ne usuræ excedant duplum.

USuræ solutæ per partes supra duplum non debentur: hoc exposui *Nov.* 121. interpretatio principis vim legis obtinet, *l. ex facto, ff. de vulg. subst.* Hanc edidit Anton. Augustinus, sed corruptam: nam uno loco legendum est, *Alii adhuc minus consecuti sunt hi quidem qui in duplum ex usurarum quantitate, &c.* & in fine, *quæ civitates mutuantur.*

NOVELLA CXXXIX.

Indulgentia incestarum nuptiarum.

POena incestarum nuptiarum definitur *Nov.* 12. cujus gratiam facit *hæc Nov.* habitantibus in Tyro & Sundyos pago. Quod quidam hic habent de appellationibus, ut omnes judices appellationes recipiant, & acta edant litigatoribus, & ut pendante appellatione nihil novetur, sumptum est ex *Nov.* 134. & hoc loco locatum male.

NOVELLA CXL.

Ut consensu solvatur matrimonium.

HÆc Novella est Justini, non Justiniani. Justinianus enim noluit nudo utriusque consensu matrimonia dissolui, *Nov.* 117. Justinus permittit bona gratia ut dissolvantur etiamsi nulla subsit causa. Communis consensus, est bona gratia. Dicuntur tamen & justa ex causa dissolui bona gratia, ut dixi in *Nov.* 22. eadem forma qua Titionius, Quanta stultitia cupidinis, petunt consilium bona gratia ut parvifaciatur.

NOVELLA CXLI.

De stupro.

STuprum vocat ἀιδεγγμανίαν, quæ coercetur etiam *Novel.* 77.

NOVELLA CXLII.

De iis qui eunuchos faciunt.

COnstituitur in eos pœna qui eunuchos faciunt, quam corrigit Leo *Nov.* 60. Castrati servi, liberi fiunt ex hac Novella, qui ex *l. 1. C. de eunuch.* publici fiebant, videlicet si suos quis castrasset: nam si alienos, dominis redduntur, & est in eum qui castravit actio in quadruplum, ex edicto ædilium, *l. servus servum, §. & si puerum, ff. ad leg. Aq.* Vetus autem hæc est Constitutio, ne eunuchi fiant, Nervæ, Adriani, Domitiani, de qua præter alios auctores Papinius,

Qui fortem vetat interire sexum,
Et censor prohibet mares adultos
Pulchræ supplicium timere formæ.

Sunt & eadem de re S. Consulta quædam, *l. 3. & 6. ff. ad leg. Cor. de sic.* quibus omnibus hæc exceptio applicatur, Nisi præses permittat, & nisi morbus irrumpens in eam partem hoc exigat. Quod autem in extremo hujus Novellæ Justinianus ait, Si barbari huic præcepto meo paruerunt statim, & de Abasgis esse intelligendum Evagrius indicabit 4. c. 22. & Procopius 1. de bel. Pers. Ἀνακρίσεις) Cognitiones, & cognitiones proprie de statu.

NOVELLA CXLIII.

De raptu mulieris.

HÆc Novella pertinet ad interpretationem *l. unicæ, C. de rap. mul.* ex qua raptoris bona raptæ addicuntur, & interdicitur raptæ connubio raptoris. Inde orta quæstio est, si forte contra legis interdicta nupserit mulier raptori, an eo etiam casu raptoris bona ad eam pertineant. Et placet non pertinere, sed neque ex testamento raptoris quicquam capere potest, & bona transferuntur ad parentes raptæ qui nuptiis non consenserunt, vel his deficientibus ad fiscum. Idem cavetur *Nov.* 150. & patrem deportari, qui hujusmodi nuptiis consenserit. Olim raptor cum rapta nuptias faciebat

ciebat in pœnam, ad raptorem uxore per lictorem deducta, ut Quinsilianus ait, quod & Pontifices reduxisse videntur. Male pro hac *Nov.* hic edunt quidam quod est *Novel.* 145. Est autem hæc Constitutio latina, cujus subscriptio hæc luit, *Dat. xii. Kal. Jun. c. p. Imp. d. n. Just. pp. Aug. ann. xxxvi. post* Cos. *Basilii v. c. ann.* xxii.

NOVELLA CXLIV.

De samaritis.

HÆc est Justini, quam exposuimus supra *Nov.* 129.

NOVELLA CXLV.

De duce vis arcendæ.

B*ιοκωλύτης* speciale fuit nomen ducis in Phrygia, Pisidia, Lycaonia, Lydia, ut diximus *Nov.* 8. à compescendis violentiis, & grassationibus, quæ io eis provinciis erant nimio plures: militaris magistratus. Ex hac Novella imperium ejus minuitur, & Lydia ac Licaonia circumscribitur, quasi, cessantibus jam in Phrygia & Pisidia grassationibus, in his principiis minime necessarius. Phrygiam sæpe in his libris duplicem facit, Salutarem & Paeatianam, atque etiam Notitia Romani imperii: unde satis liquere potest de subscriptione primæ epistolæ ad Timotheum, recensiorem eam esse.

NOVELLA CXLVI.

Ut Hebræi legant scripturas Hebraice.

QUacunque lingua legi vult sacros libros, nec probat versutiam Judæorum, qui quo facilius linguæ Hebraicæ ignaris imponerent, non aliam, quam Hebraicam linguam recipiebant. Non tamen quamlibet translationem probat, ut Græca lingua (cum essent translationes octo, quæ vocarunt ἐκδόσεις ἐκτακτὰ) interpretationem tantum probat LXX. & interpretationem Aquilæ. *Δευτέρωσιν* damnat, id est (ut Hieronymus variis locis interpretatur) Traditiones, & observationes Pharisæorum. Judaicas fabulas, hæc Novella hominum inventiones. Damnat & impias hæreses Judeorum.

NOVELLA CXLVII.

De indulgentia reliquorum tributorum.

REcte, Indulgentia. Marcellinus xvi. *Id eum scimus observasse ne per indulgentias quas appellant tributariæ rei concederet reliqua.* Ab indulgentiis diversæ sunt relevationes: hæ futurum, illæ præteritum tempus respiciunt. Atque ita hoc loco Justinianus collatoribus remittit reliqua certorum annorum, sub hac conditione tamen, ut & à fisco vicissim ex præterito tempore nihil exigatur, maxime ab iis, qui sportulas potius (quæ plerunque nullo merito accipiuntur) quam quod jure meritoque debetur exiguot. Sed ex præterito (si qua forte jam exacta fuot) ea non vult exactorum lucro potius, quam fisco cedere. Provincialibus enim reliqua indulget, non exactoribus: & consequenter ea etiam non indulget quæ tractatores provinciarum, vel scriniarii, id est, canonicarii, vel arcarii, fisco jam confessi sunt, vel constituerunt se soluturos. Et arcarios eos vocat, qui his exigendis recipiendisque præpositi sunt, quæ in arcam præf. prætorio (quæ eadem & mensa dicitur) inferuntur, ut in tit. *de suscept. & arcar.* Alias arcarii sunt dispensatores servi, vel œconomi, *l. Thaii, §. ult. ff. de fid. lib.* Et perite vetus interpres epistolæ ad Romanos œconomum, arcarium. Excipit etiam Justinianus ab hac indulgentia discussiones pecuniarum civilium, & operum, & discussiones militares, id est, si quid civitatum commodis, vel militibus deputatur, oec erogatum sit. His exceptis, cætera omnia remittit, etiamsi ex publico forte debito in privatam cautionem transierint emissam curialibus, vel canonicariis, vel similibus personis.

NOVELLA CXLVIII.

De reliquis.

QUæ præcedit indulgentia, est Justiniani: hæc indulgentia Justini Curopalatæ.

NOVELLA CXLIX.

De præsidibus.

HÆc quoque Novella est Justini ejusdem; ut creentur presides, sine ullo impendio, cautione fisco præstita tributorum nomine, ut *Nov.* 8. 134. & ex nominatione episcoporum cujusque provinciæ, & principalium possessorum: & ut si præsidem sibi oon nomioaverint, & optaverint, de eo, quem princeps miserit, querelam instituere non possint. Commendat, & tributorum illationem, sine ullo personarum domorumve delectu.

NOVELLA CL.

De ea quæ raptori nubit.

Hæc confirmat sanctinnem *Nov.* 143.

NOVELLA CLI.

Ne decurio, vel cohortalis in judicium vocetur, sine jussione principis insinuata præfecto prætorio.

INter alia privilegia decurionum, hoc unum est, ne ex una provincia litis causa trahantur in urbem, vel in aliam provinciam, *Nov.* 45. quod noo tam ipsis datur, quam Reip. cui daot operam. Idem hæc Novella dat cohortalibus, eadem ratione: quia perperui erant io provinciis sicut decuriones, *l. præsidis, C. de reb. cred.* Utrisque sub hac condicinne, nisi evocentur jussione sacra simul ac præfecti prætorio. Cohortales dicimus officiales præsidum, ut in tit. *de cohortal.* & passim in Constitutionibus. August. in Evangelium Joannis: *Cohors non Judeorum, sed militum fuit:* à præside itaque intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum, servato ordine legitimæ potestatis.

NOVELLA CLII.

Ne sacræ jussiones de publicis causis valeant, sine approbatione præfectorum prætorio.

JOannis præfect. prætorio Orientis suggestio superiorem Novellam extorsit, de insinuanda io judicio suo sacra jussione, qua decuriones, vel cohortales extra suam provinciam evocantur liris causa. Ejusdem suggestio effecit ut insinuari etiam in judicio ejus voluerit Justinianus sacras jussiones de publicis causis, veluti de operibus publicis: alioquin irritas esse.

NOVELLA CLIII.

De infantibus expositis.

UT infantes expositi, liberi fiant, videlicet si eos dominus exposuerit, quemadmodum de spadonibus,

gibus, & de circuncisis dictum est *Nov.* 129. 142. Nam A si alienum quis vernam exposuerit, domino reddendus est. Id vero apparet argumento ægrotantis servi, quo utitur: quem si dominus ejecerit, nec curaverit, dominium & patronatum amittit: servus fit Latinus ex Constitutione Claudii, civis Romanus ex Constitutione Justiniani, *l. 2. ff. qui sine man. ad lib. per. l. ult. C. de bon. lib. l. unica §. sed scimus. C. de lat. liber. tol.* Expositus à Græcis appellatur *ἀπρονόητος* ad *d. l. 2.* ideoque apud Harmenopulum lib. 1. tit. ult. perperam *ἀπρονόητος* definitur esse furiosus & demens: nam certe furor non liberat servitute. Non possunt etiam expositorum educatores, eorum dominium sibi vindicare, *l. ult. C. de infant. exposit. & de iis qui sanguin. nut. accep.* ubi infantes recens nati, sanguinolenti vocantur, ut *l. 2. C. de pat. qui fil. distr.* Donatus in Andriam, A matre sanguinolentum B non pulchrum, sed scitum pronuntiat. Juvenalis, *A matre rubentem.* Prudentius contra Symmachum, *Quos sanguinolentos edendi mos juvat.*

NOVELLA CLIV.

De his quæ in Osroena incestas nuptias contrahunt.

OSroenæ & Mesopotamiæ provinciis hæc Novella Justiniani & tertia Justini in præteritum incestas nuptias indulgent generalem definitionem, *Nov.* 12.

NOVELLA CLV.

Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ sint.

MAtres, quæ tutelam aut curationem gesserunt filiorum, rationibus reddendis obnoxiæ sunt, præsertim si iterum nubant, Nov. 22. & adversus eas potest peti restitutio in integrum: hic enim casus secundarum nuptiarum excipiendus est à *l. ult. C. qui & adv. quos in int. rest. non poss.* Regulariter anelogistæ sunt, & non possunt adversus eas liberi petere integri restitutionem hoc colore quasi minores liberos in administratione rerum circumscripserint. Unus est locus, quo secundum Haloandri interpretationem ait se lege cavisse ne tutores filiorum suorum aliter tutelam suscipiant quam si apud acta caverit, &c. & intelligit *l. ult. §. personis, C. de* D *adm. tut.* Sed male Haloander vertit, Filiorum suorum, cum in Græco sit, pupillorum, non filiorum: nam à patre cautio sane non exigitur.

NOVELLA CLVI.

De sobole cum colonis.

SI adscriptitia mea tuo adscriptitio nupserit, & liberos procreaverit, quæritur utrum patrem liberi, an matrem sequantur, *i.* tuo an meo dominio subjecti sint? Et ex *Nov.* 162. quæ hanc tempore præcessit, soboles dividitur in æquales partes si pari numero constat: ut si duo sint filii, unus sequitur matris dominium, alter E patris: & electio fit sorte, vel micando, ut in aliis plerisque causis, *§. optionis, Inst. de leg. l. Sed cum ambo, ff. de judic. l. 2. C. quand. & quib. quar. pars deb.* & olim in dandis judicibus, & in dijudicando utra pars deberet prior dicere. Si unus tantum nascatur filius, matrem sequitur, & generaliter, si impar fuerit numerus, qui superat, matrem sequitur. Id hæc Novella confirmat.

NOVELLA CLVII.

De colonis qui in alienis prædiis nuptias contrahunt in Mesopotamia & Osroena.

HÆc Novella pugnare videtur cum superiori, quia liberos natos utroque parente adscriptitio, vult patrem sequi, non matrem: & matrimonium à domino adscriptivæ non dirimi: sed de præterito tempore loquitur, non de futuro, & de Mesopotamia tantum & Osroena, provinciis diœceseωs Orientis.

NOVELLA CLVIII.

Ut jus deliberandi etiam impuberes transmittant.

SCiendum est impuberem, per se heredem existere matri adita hereditate, vel petita bonorum possessione, tutore auctore, si excesserit infantiam, *l. 1. C. ad Tertyl.* Infantem per se adire, vel bonorum possessionem petere non posse, per tutorem posse: atque ideo si delatam infanti hereditatem matris tutor non adierit, vel si bonorum possessionem non petierit, & infans interim decesserit, non transmitti eam hereditatem ad heredes infantis, sed in eam vocari eos, qui vocarentur, si hereditas infanti delata non fuisset, *l. si infanti, C. de ju. delib.* Cui videtur obstare *l. tum in antiquioribus, eod. tit.* quæ generaliter definit, heredem post delationem heredita- C tis habere annum ad petendam deliberationem, & intra eum annum decedentem transmittere arbitrium deliberandi in heredes suos. Itaque (sicut hæc Novella declarat) ne pugnet *d. l. Si infans*, dicemus, eam non habere locum, nisi infante decedente post annum, quo casu jus deliberandi non transmittitur in heredem infantis. His cognitis, ponamus speciem de qua quæritur in hac Novella. Decessit mater relicta filia impubere, quæ & patrem jam ante amiserat: mox post mortem matris intra annum deliberationis, nondum agnita hereditate matris filia decessit relictis avunculo & amita. Quæritur an hereditatem matris transmiserit ad heredes suos, & quos habeat heredes. Inciderat hæc species ante Nov. 118. quæ non pertinet ad præterita, & hoc est quod ait in hac Novella, hanc speciem esse antiquiorem eo D die ex quo ea 118. Novella valere jussa est. Nam legendum hoc loco *τῆς ἡμέρας*, non *τῆς ἡμετέρας*. Debuit ergo species decidi secundum jus vetus. Tractemus tam novo quam veteri jure uti decidi debeat. Jure veteri huic filiæ ab intestato heres est amita sola, excluso avunculo: quia agnata præfertur cognato, & in eam filia transmisisse censetur hereditatem matris, quia decessit intra annum deliberationis. Jure novo huic filiæ ab intestato heredes sunt amita & avunculus ex æquis partibus, confuso agnatico & cognatico jure, & in eos filia censetur transmisisse hereditatem matris, quia decessit intra annum deliberationis: & ad *l. si infanti*, respondendum est, eam locum habere post annum.

NOVELLA CLIX.

E

De substitutione facta in familiam morientis, usque ad quotum gradum valeat.

SPecies de qua hic tractatur, est hujusmodi. Testator filios heredes suos alienare prohibuit certa prædia, quæ jussit eos conservare filiis, si quos gignerent legitimos, vel naturales: quod si quis eorum decederet sine liberis, ei verbis precariis substituit fratres superstites, & interdixit ne de ea re sibi invicem caverent, ut Constitutio Marci permittit, *l. 2. C. ut in pos. leg.* Postea codicillis suburbanum quoddam, quod testamento adscripserat Constantino uni ex filiis suis, legavit

vit nepoti ex eo nato cum omnibus prætoriis & scalis & jure omni, cum emancipatus esset, interdicta alienatione extra familiam tam ei quam successoribus ejus, eique substituit Constantinum patrem, si nepos prior decederet sine liberis legitimis. Scalas vocat trajectus maritimos, ut *l. 7. C. de aquæductu*. Sive potius aut stationes navium auctore Moschopulo *περὶ σχεδῶν*. Alciatus perperam Cœnacula. Prior decessit Constantinus, & omnia bona paterna transmisit in filium, nepotem testatoris. Hic quædam prædia alienavit extra familiam: suburbanum illud moriens reliquit filio suo, .i. pronepoti testatoris, & hic rursus pronepos id reliquit abnepoti, eique si impubes decederet, substituit extraneos matrem & uxorem. Existente conditione substitutionis extranei vindicant hereditatem. Contradicit propatruus .i. fratres Constantini, quasi in eis bonis præferendus ipse sit ex voluntate testatoris, qui notavit ea bona de nomine suo exire. Refellitur ab extraneis hoc pacto. Testator in infinitum non prohibuit alienationem extra familiam, sed consulere tantum voluit filiis & nepotibus, dum cavit ut filii bona conservarent liberis suis, vel, si sine liberis decederent, fratribus. Frater tuus Constantinus non decessit sine liberis: & in infinitum quidem prohibuit alienationem suburbani, sed cucurrerat jam id per quatuor gradus familiæ defuncti, id est, usque ad abnepotem eumque impuberem: hoc satis esse. Nihil igitur juris ex causa fideicommissi in eis bonis habes. Refellitur & hoc argumento: Tu ex bonis tibi à patre relictis sub eadem prohibitione quædam alienasti, tibi præjudicasti, quia & ipse voluntati patris non paruisti, *l. quoties ab omnibus C. de fideicom. l. cum pater §. libertus, ff. de leg. 2.* Justinianus judicat contra fratrem pro extraneis: Nam generaliter definit interdicta filiis alienatione sub hac conditione, Si sine liberis decesserint, natis liberis finiri prohibitionem, & nepotes posse bona extra familiam alienare. Quin & prohibitionem factam in infinitum, & substitutionem precariam ei adjunctam, ut oportet, ne sit nudum præceptum, qualis fuit prohibitio scripta in codicillis, non debere extendi ultra quartum gradum, maxime eum à quarto gradu vocantur in ea bona mater & uxor, quæ non omnino videntur esse extra familiam, cum & nurus numeretur in familia ex *l. ult. C. de verb. signif.* eo etiam maxima quod omnes, qui ejus familiæ, erant vendiderint ex eis bonis atque adeo quasi mutuo consensu præcariæ quasi substitutioni renuntiaverint, *d. l. quoties:* dico, maxime, ex abundanti. Nam & his detractis, generaliter ex hac Novella constituendum est, prohibita alienatione extra familiam, & ex ea causa vocatis iis qui sunt ex ea familia jure fideicommissi, fideicommissariam substitutionem non extendi ultra quartum gradum, videlicet si extraneus extiterit heres per medium impuberem, ut mater per abnepotem in pupillari ætate decedentem in proposita specie, quæ est summa hujus Novellæ non temere extendenda ad omnes species. Nam etiamsi priora, quæ dixi detrahas, non est tamen detrahenda hæc adjectio, Si per medium impuberem extraneus extiterit heres, quæ non magnam rationem habet: nam jus ita est, ut liceat in infinitum substituere. Et videtur hæc Novella ex earum numero esse, quas Harmenopulus Tribonianum composuisse narrat, & obscure & ambigue pecunia corruptum, ut & *Nov. 2. & 106.*, & recantatæ pleræque.

NOVELLA CLX.

De pecuniis & usuris civitatum.

Usuræ supra duplum non debentur, *Nov. 121. 138.* Sidonius Apollinaris: *Cauta centesima est, quæ per bilustre producta tempus modum sortis ad duplum adducit.* Recte, per bilustre tempus: nam si sors fuerit C. decennio usura centesima cum producatur ad cxx. & utique producitur ad c. quod est duplum: & vero jure nouniti ad c. decennio producitur, 20. usuræ non accrescunt, sed sorti soluta imputantur. Duplum idem paulo post vocat medietatem. Superpositam (inquit) medietatem, quæ per usuræ nomen accrevit. Alia est causa redituum, alia usurarum. Reditus enim supra duplum debentur ut in specie hac Novella proposita, in qua pro reditu habet, quod vere judicantibus usura est. Quamobrem, & hanc forsitan ambitiosis Triboniani Novellis aliquis adnumeraverit. Fateor reditum ædium aut fundi duplo non finiri: reditum pecuniæ duplo finiri ajo. Nihil enim aliud esse reditum pecuniæ quam usuram, *l. Titius, ff. de præs. verb. l. alumna, ff. de adim. leg.* nec posse constitui vere, usuram esse, Si me tibi mutuam sortem dare rogaveris, & ei quot mensibus certam te summam superadditurum esse caveris: reditum esse: Si ego te sortem accipere rogavero, & mihi quotannis pro ea certam pensionem inferre, quoad omnis soluta mihi & reddita esset. Nam & hoc genere pecunia mutua fit, & fœnori collocatur, *l. 10. & 11. ff. de reb. cred.* Sed ideo supra duplum usuræ hoc genere contractæ deberi possunt, quia sortis periculum meum est, qui te sortem accipere rogavi: & ita censeo: *νομὴν*, Intributionem: male alii, pastum.

NOVELLA CLXI.

De præsidibus.

HÆc est Tiberii ejus, qui à Justiniano secundus imperavit, qua tamen Justiniani Constitutiones pleræque de præsidibus confirmantur, ut *Nov. 8. 95. 128.*

NOVELLA CLXII.

De donationibus sacra forma, & de adscriptitiis.

DOnatio inter virum & uxorem confirmatur morte ex oratione Antonini. *Vir* donavit res certas uxori, nec tradidit. Quæritur an post mortem viri eas petere possit. videtur non posse, quod non sit perfecta donatio: nam lege Cincia donatio re perficitur: legendum Κιγκία, non Σεντία & perperam Haloander addidit, Ælia: nam Ælia Sentia de manumissionibus fuit, non de donationibus. At ex Constitutione Justiniani donatio consensu nudo perficitur, sicut emptio, *l. si quis argentum, §. ultim. C. de donat.* & petitur condictione ex lege, ut hoc loco nominatim cavetur. Etiam id adducitur nove, ut maritus rem donatam uxori pignori obligando, non videatur mutare voluntatem, quod est contra *l. si maritus, Cod. de donation. inter virum & uxor. l. cum hic status, §. si maritus, ff. eodem.* Consequens tamen est priori Constitutioni, quæ nudo consensu donationem perfici voluit: nam quæ nudo consensu constant, non videntur adimi pignoris obligatione, ut de legatis constitutum est, *§. si rem suam, Inst. de leg.* Olim cum traditione, vel mancipatione constabat donatio, sane revocari videbatur non tantum venditione, sed etiam pigneratione. Id deinde adjicitur, ut si donatio in conjugem, vel in alium quemlibet collata, excedat legitimum modum, id est, D. aureos, nec insinuata fuerit, non vitietur utile per inutile, id est, ut in D. aureis utilis sit, in superfluo inutilis, secundum *l. sancimus, C. de donationib.* Et hæc de donationibus. Alia capitula sunt de adscriptitiis. Ex libero, & adscriptitia constat adscriptitium nasci. De nato ex libera & adscriptitio dubitatum fuit. Olim placebat & hunc adscriptitium nasci. Ex Constitutione Justiniani liber nascitur, *l. ult. C. de agr. cens. Nov. 22. 54.* Sed adjicit Novella, ut colonus sit, nec terram deserere possit, argum, *l. cum satis, C. de agrorum cens.* quod Justinus comprobavit Novella de filiis libe-

liberarum in Africa, & tandem ad extremum idem Justinianus secundum jus vetus adscriptitium eum nasci voluit, ut in Observationibus docuimus: quod tamen non obtinuit. Sequitur de sobole ex conjugio duorum adscriptitiorum nata parienda inter adscriptitiorum dominos, quod exposuimus *Nov.* 156.

NOVELLA CLXIII.

De relevatione futurorum.

Relevatio hac Novella à Tiberio concessa (nec enim est Justiniani) similis est ei quam dedisse Constantinum Eusebius narrat 4. De vita Constantini, relevatis possessionibus quarta parte tributorum in quadriennium. At non vult tamen hac relevatione Tiberius minui sacram embolam, (sic vocat publicarum specierum transvectionem ut *l.* 10. *C. de sacros. eccles.*) sed integram eam inferri, reputato collatoribus pretio concessæ quartæ partis.

NOVELLA CLXIV.

De heredibus.

Hæc etiam est Tyberii, de titulis vel signis alienis rebus non imponendis, ut *Nov.* 17. qua re sæpe heredum jura perturbantur & confunduntur, ut hereditarium esse non putent, quod est: aut si sciant hereditarium, alieno titulo à possessione aut vindicatione perterreantur. Augustinus in sermonibus: *In ipsis deprædationibus suis titulum Christi heretici posuerunt, ut prædæ ipsorum quasi defenderentur per titulum potentis. Quid facit Christus? Ejicit prædatorem, titulum non deponit, & possidet domum, quia invenit ibi titulum suum.*

NOVELLA CLXV.

Generalis forma de prospectu maris.

Videtur esse ἐπαρχικὸν, id est, Forma præfecti prætorio, ut explicui Observ. 6. cap. 10. & eadem de re extant ex ἐπαρχικῶν libris quædam apud Harmenopulum lib. 2. Pertinet autem hoc ad *Nov.* 63.

NOVELLA CLXVI.

De prædiorum sterilium ad fertiles impositione.

Novellæ quas exposuimus hactenus, excusæ sunt omnes, licet non uno volumine. Alias enim Haloander, alias Scrimgerus, alias Julianus Antecessor urbis Constantinopolitanæ, alias vetus interpres, bene meriti de hoc jure novo nobis suppeditarunt. His quatuor viris utatur oportet, qui volet sibi parare omnes vel earum epitomen, simul ac quærere eum diligenter veteris interpretis, quas suppressit hominum incuria vel inscitia. Putem enim reperiri posse omnes, ut mihi contigit reperisse Nov. de prima Justiniana: De prætoribus plebis, De Armeniis, & Accursio etiam ipsi contigerat 38. & 45. quas adducit nescio, quo loco: & hac ratione persuadebitur forsitan imperitis, indocilibus, incredulis, non minus esse omnes authenticas 168. scilicet, quam pauculæ sint illæ, quas solas esse è corpore juris falso testificantur & adseverant, quasque solas jus facere volunt. Porro, quæ sequuntur tres, à me modo dantur ex libris βασιλικῶν. Hæc est περὶ ἐπιβολῶν. Si defunctus justa ex causa fundum aut territorium aut compossessionem alienaverit, & moriens residua bona liberis vel extraneis heredibus reliquerit, qui ex eis similiter prædia quædam alienaverint, ex quibus possidente emptore aliquod forte postea defecerit, ita ut locus sit ἐπιβολῇ, quam prædia sustinent, quæ sunt ex eadem substantia & origine, *l.* 10. & 12. *C. de om. agro. deser.* ut ne defecti vel deserti prædii onus irrogetur simul ejusdem substantiæ prædiis omnibus, sed cæteris primum prædiis, quæ possidet is, qui ea emit à liberis vel extraneis heredibus defuncti: vel, si hic idoneus non sit, heredibus defuncti, id est, prædiis, quæ possident heredes defuncti ex eadem substantia: aut, si forte hæc etiam non sufficiant publicæ collationi, tum ut onus transferatur ad alia defuncti bona, quæ ad alios quam ad heredes pervenerunt. Ad eum igitur, qui fundum aut compossessionem à defuncto emit, ut posuimus initio. Idemque dicendum est, si ea prædia per plures successiones transierint. Quamdiu enim proximiores sive posteriores possessores idonei sunt, ἐπιβολὴ antiquioribus non irrogatur, id est, defecta prædia, eorumque tributa antiquiores possessores non agnoscunt: quod si ejusdem gradus & ordinis plures sint possessores quibus injungi ἐπιβολὴν oporteat, ut inter eos oneris divisio non fiat ex æquo, sed pro rata fertilium bonorum, quæ possident ex eadem substantia. Hæc est fere sententia hujus constitutionis, sermo hic,

Εἴ ποτε συμβαίη τινὰ κατά τινα τῶν νόμων γινομένην αἰτίαν ἐκποιήσαντα ἀγρὸν, ἢ χωρίον, ἢ γήδια, ἢ σύγκτησιν ὅλην, εἶτα τελευτήσαντα ὕστερον παραπέμψαι τὴν αὐτοῦ περιουσίαν εἰς ἐξωτικοὺς ἢ παῖδας, κἄπειτα ἐὰν ἴσως τρόπῳ τινὶ συμβαίη τῆς περιουσίας ἧς διεδέξαντο, χωρίον, ἢ ἀγρὸν, ἢ γήδια ἢ σύγκτησίν τινα, καὶ τὸ παρὰ τῶν διαδόχων ἐκποιηθὲν εἰς ἀπορίαν ἐλάσῃ, ὥστε χώραν γενέσθαι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ: οὔτε ἅμα πᾶσι τοῖς προκτησαμένοις, οὔτε παρὰ τὴν τῆς διαδοχῆς τάξιν ἐπάγεσθαι τὸ βάρος τῆς τῶν [illegible] ἀπορίας κελεύομεν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τὸν παρὰ τῶν ἐκείνου παίδων, ἢ διαδόχων ἐξωτικῶν τοῦτο κτησάμενον, ὃ νῦν εἰς ἀπορίαν ἤλασεν, καὶ τὴν ἀνίκητον αὐτοῦ περιουσίαν τὴν ἐπιβολὴν δέχεσθαι: ἀπόρου δὲ τούτου φανέντος, καὶ τῆς οὔσης αὐτῷ κτήσεως, ἐπὶ τοὺς εἰς αὐτὸν παραπέμψαντας φέρεσθαι τὸ βάρος: εἰ δὲ μήτε αἱ τούτων κτήσεις πρὸς τὴν ἐπιγραφὴν τῆς συντελείας ἀρκέσουσιν, οὕτω ταύτην ἐπὶ τὸν πρῶτον κύριον τὸν εἰς τοὺς παῖδας, ἢ τοὺς ἐξωτικοὺς τοῦτο παραπέμψαντα, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἀνίκητον κτῆσιν (αἱ τοῦτο ἔχουσα ἢ ἐκείνου περιουσία) ἐπανιέναι, ὥστε τὸ ἐκ τῆς ἀπόρου ἀπορίας εἰς τὸν παρὰ τοῦ πρώτου δεσπότου τὸ χωρίον, ἢ τὸν ἀγρὸν, ἢ τὰ γήδια ὠνησάμενον τὴν ἀρχὴν, ἢ καθ᾽ οἱ ἂν δήποτε νόμιμον αἰτίαν παρειληφότα: ταὐτὸν δὲ ἂν εἴη λέγειν, κἂν αἱ πολλαὶ μεταξὺ τυγχάνωσι διαδοχαὶ οὖσαι: ἕως γὰρ ἂν ὁ προσεχέστερος εὔπορος εἴη, οὐδένα ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἐν πρεσβυτέροις χρόνοις τὰς κτήσεις ἐσχηκότας, ἢ τὰς ἐκείνων οὐσίας προσήκει: καὶ ταῦτα μὲν οὕτω διατετάχθω. τὰς δέ γε τῶν ἀπόρων ἐπιβολὰς, εἰ εἰς ὅλους ὑπαχθῶσι πολλοῖς ὧσι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπέχουσι τάξιν, ἢ καὶ ὀλίγοις, ἀναλόγως τῆς οὔσης περὶ αὐτῶν ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας εὐπορίας κτήσεως, καθ᾽ οἷον δή ποτε τρόπον γίνεσθαι, καὶ τὸ κατ᾽ αὐτὰ τὸ τῶν συντελειῶν βάρος ὑπὲρ τούτων αὐτοῖς ἐπάγεσθαι, ἵνα καὶ τὸν

ἄπορον

ὕστερον αὐτοῖς κτῆσιν εὐλόγως παραδοθῆναι συμβαίνῃ, ἢ ὅτι πρὸς τὸ παραλαβεῖν ταύτην αὐτοῖς ἀπαγορεύεται: πρὸς τοῦτο οὐδὲν δικαιοῦν ἐστὶ τινὰ τοὺς ὑπὲρ τούτων συντελείαις βαρύνεσθαι, ὥστε πρόνοιαν τὴν σὴν λαμπροτάτην ποιήσασθαι δεῖ ταῦτα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξετάζεσθαί τε καὶ πράττεσθαι: εἰ γὰρ μὴ ταῦτα παραφυλαχθείη καθ' ἃ διωρίσαμεν, ἴσθι ποινῆς ἅμα τῇ πειθομένῃ σοι τάξει ἀνὰ δέκα χρυσίου λιτρῶν καταθήσων, ἢ καὶ ἑτέραις, ὡς εἰκὸς, ἐπιτιμήσεσι μείζοσι περιπεσούμενος, οὐδὲν ἧττον τῶν παρ' ἡμῶν διωρισμένων καὶ οὕτως κρατεῖν ὀφειλόντων: ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ Νικαμήδης ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀπεστάλη τάξεως. A B

Finis indicat esse formam præfecti prætorio transmissam ad præsidem provinciæ quod memini me probare 6. Observ. c. 10. & περὶ ἐπιβολῶν etiam tractate plenius lib. 4. cap. 30. & Nov. 17. & 128. Σύγκτησιν ex glossis veteribus interpretatus sum Compossessionem, id est, Universam possessionem plurium prædiorum, ut *l. 34. §. Lucius, ff. de leg. 2. l. alumnæ, §. Titia, ff. de adim. leg.* Μετοχὴν appellat *d. l. 34. §. ult.* nec enim eo nomine participatio significatur, sed universitas prædiorum uno clausa consepto, ut auctore Suda illo Davidis loco, ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό, id est, cujus Conseptum in semet revolvitur: qua oratione summa conjunctio civium significatur. Glossæ etiam veteres σύγκτησιν interpretantur massam ut in Feudis docui: quod quidem massæ nomen in ea significatione etiam imperatores, Leo & Anthemius, usurparunt in *Nov. de bonis vacantibus. Vt communi inquiunt, jure Cestiana massa, de qua quæritur, prædictæ dominæ, illustri fœminæ, restituatur.* C

N O V E L L A CLXVII.

Generalis forma de missione in possessionem:

IN MS. Cod. CL.V. doctissimique Nicolai Heinsii amici nostri legitur, Βάσσος τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ. FABROTUS. Additur Βάσσος τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάτῳ. Suspicor legendum ὑπάρχου, ut sit, & hæc alia forma præfecti prætorio, cujus verba hæc sunt. D

Εἴ τις ἀκίνητα τινὸς ἀντιλαβέσθαι σπουδάζων ἐκ δικαστικῆς ψήφους ποιήσοιτο, ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἀρκέσει τυχὸν ἡ τάξις τὴν σχολὴν μαρτυροῦσα τῆς τῶν πραγμάτων ἐρημίας τούτων, ἢ καὶ τῶν γειτόνων ἡ αὐτὴ τάξις λέγῃ μαθεῖν, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων ἐπιλέληπται, ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένων ὑπὸ τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις ὑπομνήματα ἃ παραπλησίως ταυτὸ τοῦτο πράττονται, δεῖ συνίστασθαι, μαρτυρίαν μὲν ἔχοντα τῶν γειτόνων: τοιαῦτα δὲ ἄδειαν παρέχομεν τοῖς ψήφοις νενικόσι τὰ πράγματα κατασχεῖν: καὶ τοῖς μέλλουσιν ἐκ συναλλαγμάτων τινῶν πράγματα λαμβάνειν, καὶ νομὴν τοιαύτην ἢ δεσποτείαν ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι κατοχὴν, ἀναγκαίας τὰς τῶν ἐκδίκων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρίας νομίζομεν, ὥστε ὑπομνημάτων συνισταμένων ὑπ' αὐτοῖς, δηλοῦσθαι τὴν παράδοσιν, εἴτε ἐπιστάλματα τύχοι γραφέντα φροντισταῖς, εἴτε ἐπισταλμάτων χωρὶς ἡ παράδοσις μέλλει γίνεσθαι, προσεῖναι τοῦ ἐνταῦθα τῷ, καὶ τοὺς γεωργοὺς ἤτοι φροντιστὰς χρῆναι συνομολογεῖν ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, εἰς τὸν E τελευταῖον εἰδότων σωμάτων καὶ δεσποτείαν; καὶ τῇ τοῦ παραδόντος ἀκολουθήσαιεν γνώμῃ, τοῦτο αὐτῷ ἐπιτρέψαντος: εἴθε δὲ ἂν ἔκδικος μὴ παρῇ, τὸν λαμπρότατον τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα τὰ τοιαῦτα συνιστᾷν ὑπομνήματα προστάττομεν, ἢ τὸν ὁσιώτατον τῆς πόλεως ἱερέα ὑφ' ἣν ἡ κτῆσις ἐστιν, ὑπὲρ ἧς τὰ τοιαῦτα πράττεται, εἰ πολλῷ τυχὸν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἀπολείποιτο τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ παράδοσις γίνεται: ἐν δὲ τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει, καὶ τοῖς ἐκκλησιῶν ἐκβιβασμοῖς, καὶ τὰ ὑπὲρ τῆς παραδόσεως συνιστάμενα ἐκμαρτύρια ῥοπὴν ἱκανὴν δίδοσθαι τοῖς παρειληφόσιν ἡγούμεθα.

Hoc quod vult; breviter, ut dicam, & summotenus, ex sententia judicis non recte apprehenditur nisi possessio vacua, & quam in urbe quidam vacuam esse executorum testimonia adseverent, in provinciis acta defensorum plebis vicinorum testimonio confirmata. Et similiter ex contractu in provinciis, quoties quis ingredi possessionem desiderat, acta apud defensores civitatum fieri debent traditæ possessionis, simul ac consentientium voluntati tradentis, novoque domino colonorum vel actorum possessionis. Si non sit copia defensoris, apud præsidem: vel etiam, si hic longe absit ab eo loco, quo traditio fit, apud episcopum.

N O V E L L A CLXVIII.

Forma præfecti prætorio, de his, qui eidem domino subjecta prædia possident.

HÆc est περὶ ὁμοδούλων, id est, de prædiis hominibusve prædiorum ratione eidem domino servientibus. His solent accrescere invitis defecta desertave prædia ejusdem substantiæ, ut diximus *Nov. 128. & 166.* denique ἐπιβολὴ, onus est ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων, & irrogatur rusticis prædiis tantum. Nam & hæc sola referuntur in censum, non annonæ civiles, non ædes. Et ideo in tit. Dig. *de censibus*, agrorum tantum censendorum mentio fit: ac quod est de servis, *l. 4. §. in servis*, id de rusticis tantum accipio, qui pars agrorum sunt, ut dixi supr. *Nov. 7.* Sed & quod dicitur de tributo capitis *l. 3.* id in agris tantum locum habet, non in urbibus, aut metrocomiis, *l. 1. C. de cap. civ. l. 8. C. de exact. trib.* Prædiis igitur urbanis, aut annonis civilibus non irrogatur agrorum ἐπιβολὴ, quia nec sunt ὁμόκηνσα, nec satis est si sint ejusdem originis. Verba eparchici hæc sunt.

Προστάττομεν κοινῇ ἐγγαίου ἀπογραφῇ, χωρία φέρεσθαι μόνον, οὐ μὴν οἰκίας, ἢ ἄλλα πράγματα: ἡ δὲ ἐπιφορὰ ὁμοκήνσοις γίνεται: φυλάξει δὲ τοῦτο ὁ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενος, καὶ ἡ πειθομένη αὐτῷ τάξις, καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων εἰσφορῶν, ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ποινὴν ταύτῃ τῇ ψήφῳ καὶ νῦν ἀκολουθοῦντες, γενικοὺς ποιούμεθα τύπους, ὥστε μηδένα διδόναι ὑπὲρ ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολὴν ἐπὶ οἰκίαις, ἢ ἀρτίοις πολιτικοῖς, ἢ ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐγγεγραμμένῳ τῷ κήνσῳ: ταῦτα φυλάττεσθαι, τοῦ πράγματος παραδεδόσθαι, τῶν παραβαινόντων αὐτὰ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν καταθησόντων, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν οὐσίας οὐ μετρίαν ἐπιφερόντων ζημίαν: οἱ γὰρ διὰ ταῦτα ἀδικούμενοι, ἕξουσι κατὰ τῶν παραβαινόντων καὶ τῶν ἐκείνοις κληρονομούντων, καὶ πραγ-

μάτων αὐτῶν ἀγωγὴν, ὑπὲρ τῆ παρὰ τὸν νόμον ὑπομεῖναι ζημίαν: τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐταῖς τάξεων, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ γῆς ἐκδίκων, τὰ παρ' ἡμῶν γενικῶς διατεταγμένα φυλαττόντων, καὶ ὑφορωμένων τὰ εἰρημένα τοῦ ταύτης ἐπιτίμια. A

Hic eſt finis Novellarum. Laus ſit Deo Patri noſtro, & Domino Jeſu Chriſto, qui ut hunc finem adſequerer, etiam medio in turbine rerum, Gallia neſciente tueri ſocietatem humanam, utque redimeretur omnis hæc opera mea ab inſulſo milite cui prodita fuerat inique, pro ſua clementia fecit. Te Sancte Deus veneror, tibique gratias ago, uni, ſoli, omnipotenti, veniam petens, ut velis, quamdiu voles eſſe me in hac ærumnarum valle, ſtudia quæ feciſti mea, fortunare pariter, ne quis mihi malus ea turbaſſit male, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

F I N I S.



DE

DE FEUDIS,
LIBRI QUINQUE.
QUORUM

Primus eſt GERARDI NIGRI,
Secundus, & Tertius OBERTI DE ORTO, Juriſconſultorum Mediolanenſium,
Quartus ex variis, & incertis Auctoribus antiquis,
Quintus IMPERATORUM CONSTITUTIONES, quæ ad feuda pertinent complectitur.

Aucti, emendati, atque etiam explicati ſtudio, & diligentia

JACOBI CUJACIJ J.C.

JACOBUS CUJACIUS

NOBILISSIMO, ET OMNI VIRTUTE INSTRUCTISSIMO VIRO,

D. THOMÆ REDIGERO

S.



ULLA est pars Juris pejori conditione, quam illa; quæ de Feudis est; & jure militum, sive militari, nec tamen illepido sermone conscripta. Nam vel qui cæteras se tenere profitentur, hanc rejiciunt, quasi barbaram: vel, qui in hanc potissimum operam ponunt suam, facile damnum patiuntur cæterarum: hos abhorret, illos adpetit ipsa quidem vehementer, verum hi contra deperєunt illam soli, illi despiciunt solum: ac proinde ab utrinsque misera errat sæpenumero ad villicos rerum, sine doctrina Juris, prudentiores nonnunquam æstimatores, quam sint illi, quos dixi, Juris utriusque conciliatores semidocti. Quod mihi eo usque visum est indignum, ut hoc anno habitationem ei, tanquam matronæ elegantiori, mundiorem paraverim, epulasque quibus exciperetur, conquisitiores, te præsertim, quibus usus erat, librorum (ea sunt illi epulæ) rariorum, & vetustiorum promo, cujus beneficii memoria nulla est in me, nisi quidquid struxi inde, id omne tibi tuendum commisero. Ac ne quid secus faciam, etiam observat nobilis Daniel Scram communis amicus noster, homo omnibus bonis artibus perpolitus, totaque vita innocentissimus. Ecce jam igitur tibi veluti ab utroque, quos amicitia reddidit unanimes, feudorum Jus purius mundiusque acceptum, nisi nos fallimus, quam fuit ante, quod in fidem tuam, & clientelam, veluti quodam feudi Jure conferimus lubentes animis. Bene vale. Biturigis XV. Kal. Junii M. D. LXVI.

GERARDI



GERARDI NIGRI DE FEUDIS,

LIBER PRIMUS.



HUJUS libri auctorem esse Gerardum Nigrum, argumento est tit. 29. quo improbatur feudum datum lege commissoria, & tit. 2. §. pen. & 4. §. ult. quo si in dando feudo convenerit, ut liberi masculi, & fœminæ id obtinere possint, & vasallus moriatur relicto filio, & filia, filius præfertur: utraque enim sententia Gerardo tribuitur, lib. 4. tit. 63. & 66. Oberto de Orto displicuit. Noo est igitur hic liber Oberti, sed Gerardi: uterque fuit consul Mediolanensis. Otho Frisingensis 2. de rebus gestis Friderici cap. 12. *Aderant*, inquit, *Cumanorum seu Laudensium consules de Mediolanensium superbia facientes querimoniam, præsentibus duobus Coss. ejusdem civitatis, Oberto de Orto, & Gerardo Nigro*. Libri tamen II. & III. auctorem Obertum esse negare non possumus. Liber IV. est ex variis, & incertis auctoribus. Continentur his libris mores quibus in feudorum causis Ligures, sive Laogobardi utebantur: qui plerunque fuere diversi, ut ecce, Cremonæ, Ticini, Mediolani vasallus leudum poterat alienare sine voluntate domini: Mantuæ, Verone, & aliis quibusdam locis exigebatur consensus domini. Rursus Placentiæ, qui militem investierat de feudo hac lege ne in successorem transiret, non poterat eo vivo sine ejus voluntate alium de eodem feudo investire, Mediolani, & Cremonæ secus. Et hos quidem Italiæ mores, & jus, quod his libris digestum est, aliæ gentes si qua in re propriis moribus deficiantur, libenter observant, ut idem plane de his libris statuere possis, quod de lege Rhodia Imper. Antoninus, eam in rebus nauticis Romanos sequi, nisi si qua in re adversetur juri publico P. Romani: & nos quoque jus feudorum, quo Italia utitur, sequimur non inviti, nisi si qua in re pugnet cum legibus, aut moribus nostris. Constitutiones autem Imperatorum de feudis, quas his libris Hugolinus inseruerat, Odofredo teste, quibusque nos alias adjecimus, proprio libro, id est, quinto, conclusimus. Intellecta igitur librorum partitione, materia, auctoribus, pretium curæ est de Feudi nomine, & definitione, ut statuamus aliquid. Feudum quidam dixere fœdum, ut Guillelmus Imperator in Constitutione quadam in Chronicis Flandriæ relata, perquam terris imperialibus privatur Margarita Comes Flandriæ ob fidem non præstitam. *Ut*, inquit, *eadem Comitissa in fœdum tenuit*. Vocem sane Feudi Isidorus à fœdere deduxit, Obertus autem à fidelitate, vel fide: quod rectius puto, vel eo maxime, quod hi qui rem à domino jure feudi acceperunt, dicantur esse ejus Leudes, sive Leodes; quod est Francorum lingua. *Ses leaux, ou loyaux*. Annonius 3. cap. 81. *Guntranus fuit leudis suis benevolus*. Et lib. 4. legum Gottorum, tit. 5. *Si intee leudes in expeditionibus constitutum de labore suo aliquid adquisierit*: & in exemplo pactionis habitæ inter Guntranum, & Childebertum reges apud Gregorium Turonensem, lib. 9. *Leudes illi, qui domino Guntrano sacramenta præbuerunt*: & inferius: *Convenit ut nullus alterius leudes nec sollicitet nec venientes excipiat*: & ejusdem lib. 8. *Credo alicujus ex leodibus nostris esse filium*: & 3. *A leodibus suis defensatus est*: & lib. 2. *Hæc dedit leodibus ejus*. Unde puto Germanos feudum appellare Leudum, sive *Leben*. Nam & pari ratione iidem illi leudes, feudales dicuntur, quod est Francorum lingua, *Feaux*, & feudum jus, sive res, cujus acceptione fidei dominis exhibendæ vinculo constringuntur. Fideles his libris sæpe: quo nomine olim servi nuncupabantur, & vero milites etiam, qui quid in feudum acceperunt, servos imitantur: nam tametsi servi non sint, serviunt tamen, & servitia debent, quæ duo sunt diversa, *l. uxori, in fin. ff. de usufr. leg.* Servum scilicet esse, & servire, servitus, & servitium. Potestas domini servitutem, patientia servientis servitium facit, Vasalli igitur non sunt servi, sed ἀντίδουλοι, ut Æschylus loquitur: & licet sæpe Homines nostri dicantur, quia tamen ea appellatione proprie servi significantur, recte dixeris, non tam eos, qui quid à nobis jure feudi possident, homines esse nostros, quam nobis Hominium debere, quæ vox Hominii concinnior est, quam Homagii, qua utuntur Robertus in Supplemento Chronicorum Sigeberti, Helmodius in historia Slavorum, Otho & Radevicus, & Abbas Urspergensis sæpe, & Fridericus Imp. ad Othonem Frisingensem. *Hominio, inquit, ac fidelitate nobis facta coronam regni de manu nostra, Petrus rex Danorum suscepit*. Sed & Vvassi, vel Vasalli nomen, quod eisdem competit, servitium significat, sive comitatum cum deducatur non ex eo, quod sint quasi in vasario nobilium, & vasa eorum instrumentaque censeantur, sed à Germanica,

nica,

nica, & veteri Gallica voce *Gessel*, qua significatur comes, qui nobis servit mercede certa, unde & Gessatas populos Gallica lingua nuncupatos, Polyb. 11. & Plutarchus in M.Marcello scribunt. Licet autem mercenarii, aut vasalli servi non sunt, tamen ut servi appellatione mercenarii continentur, ita & vasalli. Mercenarios, quos etiam vocarunt ambactos, servorum loco esse probat *l.4. ff. de usu, & habit.* adhibita interpretatione Theophili in §.1. *eod.* & ita Græci accipiunt *l.1. §. familiæ, ff. de vi, & de vi arm.* & confirmatur *d. l.1. §. si filiusfamilias*: & ea ratione furti non tenentur, *l. si libertus, ff. de furt. l. respiciendum, §. furta, ff. de pœnis*. Placet ergo nobis Stoicorum sententia, quam Diogenes Laertius refert, tria esse servitutis genera, unam quoties non est potestas vivendi, ut velis, ut si liber homo carcere contineatur, quam definiunt, *στέρησιν αὐτοπραγίας*: alteram esse *ἐν κτήσει*, ut eam qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur: tertiam *ἐν ὑποτάξει*, ut ea quam serviunt mercenarii, obærati, addicti, vasalli, clientes. Separo vasallos à clientibus, licet vasalli his libris nonnunquam clientes appellentur, & conveniant in multis, & separationis ratio evidens. Clientibus onus militiæ adnexum non est. Vasallorum condicio hæc est, ut cum delectus edicitur, in militiam eant, vel vicarium mittant, vel certum censum domini ærario inferant, quod Heribannum, sive Haribannum dicitur à Germanorum antiqua voce *Here*, qua significatur exercitus, quo sensu, & *Heristit* dixerunt, *l. 15. Lang. de exercit. l. 17. de eo, qui alii anteit. desertionem exercitus*. Theodulphus in Chronicis: *D. Pipinum regem in exercitu derelinquens*, & id quod Thedisca lingua *Harislit* dicitur. Idem Hermannus Comes lib. de origine Francorum. Heribanni quantitatem definivit Carolus legum Langobardarum lib. 3. Fridericus pro ea portionem certam reditus feudi, inf. lib. 5. Bannum est generale nomen, quo significatur edictum, sive citatio. Heribannum speciale citatio nempe ad delectum. Utroque nomine significatur etiam pœna edicto non obtemperantis. Igitur heribannum non tantum edictio delectus est, sed etiam pœna non respondentis ad delectum, quam & *Herischuldam* Germani vocant, Aventino teste. Sed, ut alias etiam differentias inter clientes, & vasallos exequamur, clientes prædicta sua pleno jure possident, vasalli prædia feudalia usufructus tantum jure perpetui, vel temporarii, proprietas est dominorum à quibus prædia acceperunt beneficii jure: usumfructum dicimus cum Oberto lib. 3. quod Interpretes utile dominium vocant, propterea quod vasallus rei in feudum datæ utilem non directam vindicationem habet, ut inf.2. tit. 8. §. 1. quæ tamen ratio utile dominium non inducit, & verior est Conradi sententia *lib. 4. tit. de alie. pat. feudi*: nullum esse utile dominium. Clientes dabant se in fidem patronorum, & ab eis ferebant sportulas, vel cœnam rectam. Vasalli, vel ultro fidem suam nobis offerunt cessa proprietate honorum suorum, vel nos collatis in eos prædiis nostris, fidem eorum eligimus, & sequimur, sportulas, vel cœnas à nobis non ferunt; nisi qui feudum quod dicitur de camera, vel caneva, quod vere non est feudum, obtinent: his sportulas damus, quæ Soldatæ dicuntur, libro secundo titulo decimo, à Gallorum, & Germanorum antiqua voce *Sold.* nam & Cæsar ipse scribit, Gallis esse devotos, quos illi Soldurios appellant, *quorum*, inquit, *hec est condicio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint, si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant*. Robertus in Supplemento Sigeberti. *Sumpsit Henricus rex pecunias de feudo uniuscujusque loricæ. Capitales barones secum duxit. Solidarios vero milites innumeros*. Otho 1. cap. 31. *Hospites, quos nunc solidarios dicimus*. Radevicus 3. cap. 20. *Ut largitione pecuniæ milites, qui solidarii vocantur colligeret*. Clienti respondet patronus, ut in XII. Tab. *Patronus si clienti fraudem fecerit sacer esto*: & inde sumpta translatione, qui causam agit actoris vel rei, patronus, reus cliens dicitur, vel susceptus: nam & clientes posterior ætas vocavit Susceptos, & summissos, *l.1. C. de prin.ag. in reb.* Vasallo autem respondet dominus, qui & senior dicitur, licet provectæ ætatis non sit, eadem forma, qua Senatorem, & Presbyterum dicimus, morum potius, quam ætatis habita ratione. Nomen igitur ætatis mite dominus feudi habet, quamvis adolescens sit, aut juvenis. Interea tamen, cum jus feudorum antiquissimum esse Gerardus scribat, qui ipse fuit Langobardus, inepte id repetieris ex Langobardis ipsis, sive Gothis, quorum leges nihil de feudis habent palam, nec antiquissimum esse nobis unquam persuaseris, nisi id liquido deduxeris ex moribus P. Romani, quod fiet ita commodissime. Fit sæpe in libris nostris hominum mentio, qua appellatione frequentius servi significantur. Sed & liberi, puta actores, procuratores, custodes prædiorum, insularii, conductores, emphyteuticarii, chartularii, precarii possessores. His possessio conceditur ad tempus. Quæ actori, feudum est gastaldiæ. Quæ custodi, feudum guardiæ. Iisdem postea cœpit concedi in perpetuum, quod est verum, & proprium feudum, atque ita, ut me Observat. 8. tradidisse recordor, paulatim qui erant actores, custodesque prædiorum nostrorum temporarii, perpetui esse cœperunt. Latinumque Hominum nomen retinuerunt, novum & externum Vasallorum, sive Leodum: & Feudatariorum acceperunt à principibus, & nobilioribus, qui eis sua prædia in perpetuum concedere maluerunt, si militiæ oneribus se obligarent, invecta in Italiam nomina, à principibus Germanis, quibus fuere semper multi Comites (sic Corn. Tacitus vasallos vocat: Glossæ *συστρατιώτας* interpretantur) & principum æmulatio magna, cui plurimi, & acerrimi. *His*, ut ait, *præcipuum sacramentum erat defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ principis sui adsignare*: quod vulgo sacramentum fidelitatis appellamus. Et eadem fere hominum condicione usam Græciam Novella Constantini Porphyrogennetæ *περὶ στρατιωτῶν* probat, cujus sententia hæc est. Quædam esse prædia militaria quibus cohæreat onus militiæ, ita ut possessorem necesse sit se ad militiam comparare domino edicente delectum: vel si nolit, aut non possit se ad delectum exhibere, certam eo nomine pecuniam fisco dependere, quæ feudorum omnium lex est, sive à nobili, sive à plebejo possideantur, sive, quod pene idem est, à milite, sive à pagano. Distinxit omnis ætas nobiles à plebeiis, sed procedente tempore, qui nobilium erant milites, vasalli, ministeriales, feudatarii, ut recte Albertus Krantzius scribit in metropoli, etiam nobilitatem sibi vindicarunt: qua de re dicturi sumus 2. tit. 10. At quoties tam vile est feudum, ut non possit possessor se aliumve in expeditione ex ejus reditu tueri, hoc jure utimur hodie in Francia ex Capitulis Caroli additis ad legem Langobardorum, ut ei adjungatur alius quoad pro modo redituum æquabiliter simul eis miles unus indici possit. Ut vero ex constitutione Lotharii vasallus alienare feudum non potest, ita Constantinus Porphyrogenneta vult, ut prædia militaria, quæ nunc dicimus feuda, à militibus non alienentur. Sed militum duo sunt genera. Quidam *ἐν τῷ καταλόγῳ*, novitii, caligati, gregarii manipulares, soldurii. Horum prædia, quæ nondum sunt relata in codices militares ex ea Novella jure militari non censentur. Alii sunt originarii, & justi milites, qui nobilibus adnumerantur, quam differentiam militum Fridericus sequitur in tit. de pace tenend. §. *si miles*. Et justorum quidem militum meliora prædia ex Novella Constantini militiæ sunt tacite obligata, si equites sint, usque ad quantitatem 4. librarum auri: si classiarii, qui ab eodem Constantino *πλώϊμοι*, & *θαλάττιοι* dicuntur, usque ad quantitatem duarum librarum. Supra eam quantitatem prædiorum suorum alienatio-

pem

nem habent, intra eam non item. Quod si prædia eorum, quæ eam quantitatem excedunt, nominatim omnia sint relata in codices militares, & hæc omnia heredibus conservari debent, sive militibus, sive paganis, non distrahi. Sin vero non sint omnia adscripta militiæ, sed habeat miles jure optimo possessionem aliquam, militiæ functione liberam, quæ alode, sive alodium dicitur his libris quasi fidei vinculo soluta, Constantinus vocat κτῆμα ἰδιοπεριόριστον ἢ τῆς στρατείας ἀκαταδούλωτον, quæ scilicet possidetur proprio jure, non feudi, non beneficii jure, hanc distrahere potest. Illam neque possessor, neque fiscus vendere potest: vel si vendiderit, eidem possessori repetitio competit, indemnitate emptori præstita: quo cessante agnati ejus possessionem revocare possunt, neque adversus eos emptori est repetitio, vel reputatio pretii, aut meliorationum, auferre tantum potest ea, quæ imposuit prædio si recipiant separationem: deficientibus agnatis, succedunt σύνδοτοι ἢ σύμμαχοι, id est, consortes, quibus simul militiæ nomine prædia adsignata sunt. Consortibus succedunt milites indigentiores, & his rursus pagani πρὸς τὸ μὴ διαπίπτειν τὸν ἐκ τοῦ κήνσου φόρον, id est, ne census fisco depereat: ex quo intelligimus hujus generis militaria prædia obnoxia esse oneribus militiæ, vel si refugiat possessor militiam, censui certo, id est, banno & heribanno: & possideri ea posse tam à paganis, quam à militibus. Ejus Novellæ pars quædam est apud Harmenopulum Epitomarum 1. tit. 16. Sed valde corrupta. Legendum συντηρεῖσθαι δὲ τὰς ἑκάστου στρατείας ἕως μὲν τεσσάρων λιτρῶν ἀκίνητον κτῆσιν, ἃς ἀναθεματίσθαι κελεύομεν, καὶ ἐπὶ τῶν στόλων τεταγμένοις πλωΐμοις τοῦ τε Αἰγαίου πελάγους καὶ τοῦ Σάμου: λοιπὸν δὲ πλωΐμων λιτρῶν δύο. Quod subjicitur, est ex eadem Nov. si quis militem, ἐν παροίκου λόγῳ, id est, quasi colonario jure sibi subjectum retinuerit: atque ita prædia ejus militaria invaserit, ut damnetur in aureos VI. ex quibus pars media militi detur, pars alteram media in fiscum redigatur. Quod si non invaserit ea prædia, sed emerit, milite suæ conditioni reddito, ut pretii repetitionem non habeat, & hoc amplius, ut fisco pœnæ nomine inferat aureos XII. Deest in Harmenopulo quantitas aureorum. Sin vero cum alius quidam milites sedibus suis, & possessionibus expulisset, vel illi ipsi bonis suis cessissent, male Interpres, ex statione sua discessissent, corrupte etiam in Harmenopulo, ἢ αὐτῶν ἢ ἐκείνων, cum sit legendum ἢ αὐτῶν ἐκείνων ἐκστασίᾳ κεχρημένων: illo, inquam, casu si quis miseratione ductus milites suscepit quasi colonus, vel mercenarios, eum non teneri. At si quis militem castris abductum, quæ vocat fossata, in privato obsequio detinuerit, cum fisco teneri in annos singulos, quibus illum detinuerit, in aureos VI. eamque summam exigi ab excussore, sive discussore publico, qui vocatur illo loco ὁ ἐξκουσσεύων, vulgo corrupte ὁ ἐξκουσσατεύων. Ex his quæ diximus hactenus, cum feudi naturam ostendant satis aperte, facile eruetur definitio feudi. Quid est feudum? Jus prædio alieno in perpetuum utendi fruendi, quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit sibi fidem, & militiæ munus aliudve servitium exhibeat. Jus est non prædium ipsum, ut exponam initio libri tertii, & jus usufructus. Solet usufructus constitui in personam tantum. Sed tamen conveniri potest, ut & in heredem fructuarii transeat. Verum enim hæc pactio à Justiniano coarctatur ad primum heredem, ne in universum inutilis sit proprietas semper abscedente usufructu, *l. antiquitas, C. de usufruct.* Quin imo receptum est conveniri posse, ut ad successorem transeat in infinitum. Si modo addatur lex fidei, hominii, servitii, ut diximus, quæ efficit ne sit inutilis proprietas. Quin & quorumdam locorum hi sunt mores, ut ejus anni, quo heres vasalli se in fidem, & clientelam domini commendavit, reditum integrum dominus ferat, vel ut certa ei summa numeretur ἀντὶ τῆς ἀναζώσεως, sive pro redem-

A ptione, ut loquuntur, & restauratione feudi, & ut si mutetur vasallus venditionis genere domino præstetur pretii quinta pars à venditore, vel ab emptore, si id actum sit, & quintæ quinta, ut si venierit fundus c. XXIV. si mille, CCXL. quæ præstationum genera à Leone in Novellis συνήθεια appellantur, quod quasi præstentur novi possessoris admittendi, et suscipiendi causa. Sic fit, ut non sit inutilis proprietas, licet ususfructus in perpetuum constituatur, et pleniori quidem jure, quam soleat ususfructus esse: nam & vasallus fundi ac servitutum vindicationem habet, & fructus suos facit quoquo modo terra separatos, quæ non solent fructuario dari. Liberi tamen vasalli plerumque moribus nostris nihil debent, præter manus porrectionem, & deosculationem. quæ sunt hominii symbola.
B Annonius 4. cap. 64. *Tassillo dux Bajoariorum more Francico in manus regis Pipini in vassaticum manibus suis semetipsum commendavit, fidelitatemque jurejurando promisit*: quod ita Ado Viennensis: *Tassillo se illi in vasallum commisit*. Et Richardus: *se in manibus Caroli commendavit*. Ne dixeris etiam feudum esse contractum. Jus est potius, quod per contractum constituitur, dum scilicet dominus id per investituram cedit, quæ cessio datio est, ea lege, ut qui accipit fidem, & servitium danti semper exhibeat. Et contractum hujusmodi sequitur traditio, ut *inf. 2. tit. 7. §. ult. & 4. tit. 15.* & est ex eo contractu actio de evictione in dominum, ut *2. tit. 8.* & adversus vasallum condictio causa dati si fidem fallat, ut infra tit. 20. vel etiam præscriptis verbis, si nolit dominus feudum revocare.
C Constituitur autem hoc jus in rebus soli non in mobilibus. Omnium quidem rerum ususfructus constitui potest ex S. C. non tamen jure feudi. Quædam sunt res quæ immobilibus adnumerantur, ut annonæ, sportulæ, pensiones, *l. Jubemus 2. C. de sacros. Eccl. Nov. 7.* & in his feudum illud consistit, quod dicitur de camera, id est, cum ex ærario, sive arca domini vasallo adsignatur stipendium certum, vel cum dicitur de caneva, id est, cum ex cella domini vasallo præbentur annonæ. Hujus generis feudum est in curte domini, ut *inf. tit. 2. §. Item si quis*: nec est proprium feudum, sed jure feudi censetur: quæ duo sunt diversa, sicut Gallis aliud est, *Tenir fiefs*, aliud, *Tenir en fiefs*. Proprium feudum est extra curtem, & consistit in prædiis. Illi simile est feudum guardiæ, cum curti, sive domui
D suæ quasi jure feudi dominus custodem apponit: vel gastaldiæ, cum actorem præficit, quæ tempore, vel morte dantis, aut accipientis finiuntur, & definitione non comprehenduntur: quia sunt improprie feuda. Porro adjeci in definitione feudum pro beneficio dari: hæc res efficit, ut feudum beneficium appelletur sæpe, & vasallus beneficiarius, χαριστικάριος: nam originem ex officio, & amicitia trahit, ut *inf. tit. 30.* & simili sensu in Constitutionibus beneficiarii dicuntur quibus beneficii loco cura committitur mansionum cursus publici, vel quod aliud officium munusve publicum. Postremo quod est adjectum de fide, pernecessarium est, nec conventione mutari potest: nam etsi valeat conventio, ne jusjurandum fidelitatis præstetur, ne servitium præstetur: nulla tamen vis est
E hujus conventionis, ne fides præstetur. Est enim contra naturam substantiamve feudi: & ideo non est rata habenda, *l. cum precario, de precario*. Idem est natura, & substantia: & falsa vulgaris interpretum differentia, *§. de illa, Instit. de societ. l. pacta, ff. de cont. empt. conjuncta l. jurisgentium, ff. de pact.*

De

De iis, qui feudum dare possunt; & qualiter adquiratur, & retineatur.

TITULUS I.

QUia de feudis tractaturi sumus, videamus primum, qui feudum dare possunt. Feudum autem dare possunt, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, si antiquitus consuetudo eorum fuerit feudum dare. Dux, Marchio, & Comes similiter feudum dare possunt, qui proprie regni, vel Regis capitanei dicuntur. Sunt & alii, qui ab istis feuda accipiunt, qui proprie Regis, vel regni valvasores dicuntur, sed hodie capitanei appellantur, qui & ipsi feuda dare possunt. Ipsi vero qui ab eis accipiunt feudum, minores valvasores dicuntur.

Feudum dare possunt: Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa. Itemque Præpositus. Dignitas ecclesiastica hæc est, cui canones deferunt ab Episcopo primum locum, & rerum ecclesiasticarum dispensationem in Aquisgranensis concilii c.139. Quod autem dicitur de Archiepiscopo, & cæteris, ei obstat *tit.2.* §. *Item si Episcopus*, quo negatur Præpositum, vel aliam Ecclesiasticam personam iure feudum dare, longam tamen consuetudinem in ea re observandam esse, quod consentit cum hoc loco, quo ecclesiasticis personis datur jus concedendi feudi, ita demum si hic mos antiquus ejus Ecclesiæ fuerit, si antiquitus, ut ait hoc loco, consuetudo eorum fuerit, quæ eadem verba repetuntur *inf.*4. *tit.*91. Negantur, inquam, jure feudum dare de rebus Ecclesiarum, quæ eis subjectæ sunt, & hoc esse ex decreto Urbani Pontificis facto in sancta Synodo, quod tamen in futurum tantum valet, non in præteritum: nec enim jus in præterita constitutum intelligitur, nisi id nominatim exprimatur.

Is est Urbanus II. qui Synodum Placentiæ habuit, in qua Ecclesiasticorum mores licentiamque correxit, & hoc etiam inter cætera cavit, ne ulla fieret ordinatio sine titulo, id est, rebus quibusdam, unde se alat, ordinato non adscriptis, *cap. statuimus* 70. *dist.* quod Carolus Magnus ita expressit in suis Constitutionibus. *Ut nullus absolute ordinetur sine pronuntiatione, & stabilitate loci, ad quem ordinatur.* Et hujus tituli res vetuit Urbanus Episcopos, & cæteras personas Ecclesiasticas in feudum dare: & merito, quia proprio patrimonii jure ad Ecclesias pertinent, & decimas, ac primitias concilium Lateranense, ut Vincentius scribit, non bona profana, non quæ jam olim dederant in feudum si ad eos redirent ob fidem non præstitam, vel quam aliam vasalli culpam, excepto Archiepiscopo Mediolanensi, ut *inf.*4. *tit.* 40. De veteri feudo non est dubium eos investituram facere posse. De Abbatis nobile illud non omittam, nonnunquam in historiis Abbates accipi pro nobilibus, quod nomen etiam hodie retinent in montibus Pyreneis nobiles quidam: & hoc sensu, quantum opinor, Annonius 5. c.1. *Carolus*, inquit, *ordinavit per totam Aquitaniam Comites Abbatesque, necnon alios plurimos, quos Vassos vulgo vocant*, & c.34. *Quibusdam Abbatiolas sicut erant integras dedit, quibusdam de Abbatia Martiniana beneficiola donavit*, & c. 36. *Ludovicus quos potuit conciliavit sibi, dans eis Abbatias, & Comitatus, ac villas*, Suidegerus in Chronicis Franciæ Gallicis: *Abbates*, inquit, *in antiquis historiis non sunt monachi, vel religiosi, sed Barones Magnatesque seculares, quibus Abbatias, vel monasteria princeps dat ad tempus, vel quoad vixerint*. Similia ejusmodi multa olim principes Christiani sibi adrogarunt, maxime urgente rerum necessitate, quæ in exemplum trahere non debemus: alioquin sequeretur confusio ordinum omnium; nam & legimus Clotharium edixisse, ut cunctæ Ecclesiæ Galliarum fisco tertiam partem fructuum persolverent. Annonii 1. c.26. & Carolum Martellum decimas, & Ecclesias militibus, & laicis cogente bellica necessitate, cum non haberet, quod eis largiretur, ut eum sequerentur possidendas concessisse in Richardi Chronicis: *Quæ*, inquit, *usque in hodiernum diem ab eorum, quibus dedit possidentur heredibus*, & apud Jacobum Meyerum, in Flandria Comites, quod tamen postea sustulit Urbanus Pontifex, clericorum bona sibi vindicasse, sive testati, sive intestati decessissent: erant enim intestabiles. Illud non est incognitum, quod & Sigebertus, & Godefridus, & plerique alii Chronographi scripserunt, sæpe Romanos Pontifices, Imperatoribus, & Regibus concessisse, ut Episcoporum facerent investituram per anulum, & virgam, & ne ante Episcopus consecraretur, quam esset à Rege laudatus, & investitus, & inde illud Helmodii: *Episcopos investire solius imperatoriæ majestatis est*, qua de re dicemus 3. *tit.* 1. Nunc de reliquis videamus, qui feudum dare possunt. Et ait Ducem, quæ vox desiderabatur antehac, Marchionem, Comitem, feudum dare posse. Hi temporarii olim fuerunt, hodie perpetui: quales multos ordinasse Carolum Magnum historiæ narrant, non rei tantum militaris causa, sed ut ab eis etiam populus jura peteret, ut in legibus Ripuariorum, cap. 55. & 90. *Si quis judicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit*: idem Gravio, vel Graphio appellatur, vel Paulo Diacono teste Historiæ Langobardorum quinto, quo nomine judex significatur: & inde Landgravii, id est, provinciæ Comites, sive Judices, & Marchgravii limitis Comites, Psaltzgravii, palatii Comites, qui, & majores domus, & præfecti rectoresque palatii dicuntur, ut Eginhartus, Jordanes, Annonius scribunt, Burgravii, arcis præsidiive comites, & Centgravii, qui in antiquis Germanorum legibus Centenarii dicuntur, Gogravii, & Dinggravii, judices pedanei: ita Comes pro judice accipitur. *inf. tit.* 28. & in Constit. Friderici *de pace tenen.* Cœpit, & præfectus quilibet Comes appellari, ut Navarchus, vel Eustathio teste in illum Homeri locum:

Ἐν δὲ τοῖς ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω.

Et præfectus equorum regiorum, Comes stabuli primum, deinde corrupte Contestablus tam in Orientis: quam in Occidentis imperio, cujus appellationis veriverbium aliud, quod Thomas retulit, libro de regimine principum, miror ut non omnibus moveat risum, quem, ut conciliaret lectoribus, mihi videtur non in eo tantum, sed in aliis omnibus toto libro delirasse: aut verius sane non putem summo philosopho, & pene ab Aristotele secundo *σύνταγμα* tam ineptum excidisse. Marchionem autem Obertus 2. tit. 10. intelligebat esse eum, qui limiti certo regni præesset, sed inepte vocabulum à mari deducebat, quod plerique limites sint maritimi. Nota est Francorum, vel Germanorum vox *March*, sive *Marche* pro limite. Annonius 5. cap. 11. *Reliquit Marchiones, qui fines regni tuerentur, & hostium arcerent incursus*. Scio etiam antiqua Gallorum lingua, & Bajoariorum, & Alamannorum equum militarem *March* appellari, cum ita Gallos equestrem pugnam instituisse, Pausanias scribit libro decimo, ut singulos equites selectos, equis sequerentur alii duo, qui domini equo occiso suum submitterent, quique domino, & sibi invicem auxilio, vel supplemento essent, quomodo aut simili etiam hodie lanceas componimus, & hanc quidem equestris pugnæ institutionem eos vernacula lingua vocasse *Trimarchisiam*, quod singuli equites constarent ex tribus, equum enim eos marcham appellasse: & ita hodieque vocitant Britones, quos priscam linguam Gallicam retinuisse simul, & Britannos, sive Anglos montanos, quos Uvalos appellant, Rhenanus comprobavit: nec enim

fuit

fuit eadem prorsus cum Germanica, cum Ariovistum Germanum Cæsar scribat longinqua in Galliis consuetudine Gallicam linguam didicisse: & Tacitus, Gothinos non esse Germanos Gallicam linguam coarguere. Commune tamen fuit illud Marcb. pro equo: ut in lege Bajoariorum, *Si equus est, quem Marcb dicimus*, & alio capite: *Si quis aliquem de equo suo deposuerit, quod Marcb Galli vocant*, & in lege Alamannorum: *Si tamen equum involaverit, quem Alamanni Marcb dicunt.* Sed non ideo adsentior Alciato marchionem interpretanti præfectum equitum. Nicephorus Gregoras 7. *ὅπερ ὂν τοῖς ῥωμαίων στρατεύμασιν ὁ τὸ βασιλικὸν κατέχων σημεῖον τοῦτο παρὰ λατίνοις μαρκέσιος*. Significat Marchionem Imperatori vexillum prætulisse. Sed ad reliqua transeamus. Duces, Marchiones, Comites, proprie in Liguriæ, sive Langobardiæ regno, Regis, vel regni Capitanei vocantur. Qui autem ab illis feuda accipiunt, Regis Valvasores, vassi dominici ab Annonio sæpe, & in Synodo Ticinensi corrupte vassi domestici, pro dominici. Et rursus, qui à Regis Valvasoribus, minores Valvasores. Otho Frisingensis 2. de rebus gestis Friderici cap. 12. *Tres sunt ordines in Langobardia, Capitaneorum, Valvasorum, plebis.* Feudum autem dare possunt Capitanei Regis, & Valvasores, qui & majores Valvasores, & hodie Capitanei dicuntur improprie, ut *inf. tit.* 3. *&* 4. Minor Valvasor in minimum jus feudi proprium non transfert; nam eo mortuo sine liberis feudum quod dederat minimo Valvasori ad Capitaneum redit: quod tamen Mediolani non observari traditur *lib.* 2. *tit.* 10. Maxime si jam ab antiquo in minimi Valvasoris familia feudum resederit, non si de eo nuperrime investitus fuerit: hic enim plebeis adnumeratur, sicut soldurius, cujus commoda morte finiuntur. Quinetiam minor Valvasor feudum, quod in alium transtulit, etiamsi nulla subsit culpa valvasini, quandocunque libuerit, avocare potest, reddito pretio, si id forte vendiderit, nisi Valvasinum cum eo Romam, cum qua Langobardis res fuit semper, in expeditione perrexerit: quo casu temere ei feudum auferre non potest. Sed Mediolani generaliter idem jus est minori Valvasori, quod majori; & hæc omnia demonstrantur *infra §. notandum*, *& tit.*3.*&* 2. *tit.*10. *&* 4. *tit.*38. Unde forsitan in *tit.*3. pro Mediolanenses, legendum est Mediolani.

Et quia vidimus de personis, videamus qualia prius habuerunt initia. Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum à se datam: postea vero, eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent, deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur: sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare, quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter veniat. Cum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est à fidelibus, qui in ejus erant servitio, ut lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & ut frater fratri sine legitimo herede defuncto, in beneficio, quod eorum patris fuit succedat. Sin autem unus ex fratribus à domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo herede, frater ejus in feudum non succedit, quod & si communiter acceperint, unus alteri non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet ut uno defuncto sine legitimo herede, alter succedat: herede vero relicto, alter frater removebitur.

Hoc autem notandum est, quod licet filiæ, ut masculi patribus succedant legibus, tamen à successione feudi removentur, similiter, & earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. Hoc quoque sciendum est, quod beneficium ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum, licet moderno tempore usque ad septimum geniculum sit usurpatum, quod in masculis descendentibus novo jure usque in infinitum extenditur.

Nunc incipit Gerardus tractare de origine, processu, & successione feudorum, quorum jus fuisse antiquissimum ait: non igitur nuper à Langobardis in Italiam invectum. Et quidem initio, qui quid jure feudi possidebant, erant tantum temporarii possessores, veluti actores, procuratores, precarii possessores, qui & homines nostri dicuntur sæpe in pandectis, & Codice, & à Græcis *προσήκοντες, οἱ διαφέροντες*: mutata enim voluntate licebat domino quandocunque feudum revocare, exemplo precarii, quod precibus utendum conceditur tamdiu quamdiu is, qui concedit patitur. Post cœpit feudum in annum tantum concedi, & singulis annis renovari, vel re ipsa, vel patientia, sicut, & precarium constitutum ad tempus, & locatio conductio patientia renovatur, *l. in rebus, §. ult. ff. de prec. l. qui ad certum, ff. loc.* & hujus generis etiam hodie est feudum guardiæ, vel gastaldiæ, id est, quod fidelis noster tenet quasi custos, vel quasi actor prædiorum: finitur enim anno, nisi datum sit in longius tempus, ut *inf. §. item illud. & tit. 6. §. ult.* At deinde feudum concedi cœpit quoad vasallus viveret, sicut plerumque ususfructus constituitur in vitæ tempus, quamquam, & ad aliud tempus certum, & precario, ut cum libuerit danti revocetur constitui possit. Potest etiam ea lege, ut ad proximum heredem fructuarii transeat, sicut & paulatim obtinuit, ne feudum finiretur morte vasalli, sed ad unum ex filiis vasalli, quem dominus optaret, & tandem, ut etiam ad omnes filios vasalli perveniret, quod postea Conradus Imp. lege lata produxit ad nepotes ex filiis, quos vocat aviaticos, idemque Conradus filiis, & nepotibus, ex filiis deficientibus, fratres consanguineos invitavit ad successionem feudi à communi parente adquisiti. Quam aliam originem feudorum quærimus? His veluti incrementis paulatim feuda constituta sunt, quæ & post Conradum usus recepit, ut transirent ad liberos mares in infinitum, & ad cæteros, qui ex latere conjunctis essent defuncto usque ad fratres patrueles, id est, usque ad quartum gradum, & novissime usque ad vii. vel etiam in infinitum. Quin & ad extremum cœperunt moribus nostris feuda etiam ad filias transire, & jure patrimonii censeri, salvo censu debito senioribus. Legem autem illam, quæ proponitur lib. 5. Conradum promulgasse Gerardus ait petentibus vasallis cum Romam proficisceretur, coronæ scilicet Imperii accipiendæ causa, quam dedit Joannes xxi. Is est Conradus, Salicus nuncupatus, quod dux esset Francorum Orientalium, qui Salii dicti sunt. Ammianus Marcellinus xvii. Petit primum omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit. Sigibertus: *Franci*, inquit, *uti cœperunt legibus, & legem Salicam dictaverunt*. Separatis libris habetur lex Salica, & lex Francica: hæc est Occidentalium. Illa Orientalium. Notandum quod ait Conradus, in beneficio, quod patris eorum fuerit: nam si beneficium illud, sive feudum sibi frater acquisierit non à patre acceperit, quod novum dicitur, in eo fratri successionem non dedit, neque si duo fratres communiter à domino feudum adquisissent. Igitur ex sententia Conradi fratres in feudo genearchico invicem sibi succedunt, non in feudo novo, nisi id nominatim cautum sit in constituendo feudo (feudum enim ex conventio-

ne legem accipit) vel nisi communi nomine communique pecunia domino sciente emptum, aut bello partum, aut communi munere, id est, communibus armis, & equis, quæ plerumque vassalli offerebant, ut est in lege Conradi, à domino impetratum sit: ut *inf.* 19. *&* 2. *tit.* 12. Notandum agnatos vocari ad successionem feudi, non cognatos, ut puta fratres consanguineos, non uterinos, fratres patrueles, non consobrinos: nam dominus, qui dat feudum, eligit sanguinem, familiam, stirpem generosam, & fortem aliquam, nihilque minus vult, quam ut ad feudum invitentur, qui seorsum ab ea familia nascuntur. Eadem mens, & cogitatio domini facit, ut agnati vocentur, non agnatæ, filii non filiæ, quia mares certiorem generositatis fidem habent, & ut in optimo libro additur hoc loco, quia fœminæ neque faidam levare, neque pugnam facere possunt, id est, quia bello gerendo faciendove idoneæ non sunt, & bellorum necessitas peperit feuda, quæ ratio sumpta est ex *l.* 18. *Lang. de hom. lib. ho.* Faida est bellum, aut inimicitia, *l.* 15. *Lang. de plag.* & compos, *l.* 10. *de success.* à Germanico *Feed*, aut *Vehd.* In *lib.* 4. *tit.* 41. *infra*, quia feudum servire non possunt. Fœminæ igitur in feudum omnino non succedunt: quod ita procedit nisi aliud convenerit nominatim in constituendo feudo, vel nisi feudum fuerit muliebre, id est, de quo fuerit à primo mulier investita, ut *infra tit.* 4. *& l.* 4. *tit.* 59. & hoc jure fretus Rodolphus Imp. ab Othocaro Bohemiæ rege repetebat Austriam, ut Æneas Sylvius scribit, quasi ad se reversam morte Friderici ducis Austriæ defuncti sine masculis heredibus. Othocarus eam retinebat per uxorem Margaritam sororem ducis defuncti. Contra Rodolphus Austriam negabat feudum esse muliebre. Eodem jure defuncto Gulielmo Aquitaniæ duce absque herede masculo relictis filiabus duabus, Ludovicus rex totam Aquitaniam quasi feudo aperto sibi vindicavit: quia non erat feudum muliebre. Constat enim vasallo defuncto sine legitimo successore, feudum ad dominum reverti. Et hæc quidem in feudo: nam in alode Langobardorum moribus etiam filiæ sororesve succedunt, ut *inf.* 2. *tit.* 17. Eadem fuit lex olim in Francia Occidentali. In terra Salica secus, ut est scriptum legis Salicæ *tit. de alode*, atque etiam in Anglia & Thuringia, quemadmodum scriptum est legis Anglorum eodem titulo, ne à lancea in fusum hereditas pertransiret. Sed ad feuda, & jus Italiæ redeamus. Cognationes tres sunt limites Superior, Inferior in recta linea, & Obliquus. Superior cognatio, quæ est parentum, non vocatur ad successionem feudi, ut 4. *tit.* 45. & in constitutionibus Neapolitanis, *tit. de bon. forjud.* in feudis, quæ liberis ex liberalitate principis, vel alio justo titulo obvenerunt, ascendentes non succedere: quia qui feudum accipit sibi tantum, & posteris suis accipit. Parentes non sunt posteri: cognati ex transverso non sunt posteri. Ergo neque parentes, neque cognati ex transverso mihi succedere in eo feudo possunt, quod ipse primum adquisivi. Liberi mei, quæ est inferior cognatio, succedent in infinitum. Sed & si duobus filiis relictis decessero, Primo, & Secundo, & Primo feudum, quod adquisieram divisione obvenerit, in eo Primi liberi in infinitum succedent: & cum defecerint, Secundus ejusque posteri in infinitum: ita fit, ut licet mihi cognati ex transverso in feudum non succedant, succedant tamen filiis meis, qui eis sunt à latere conjuncti: quoniam mihi sunt liberorum loco: ut ecce, Mihi frater, aut patruus meus non succedit, filius succedit, & huic filio meo frater: id est, alter filius meus, vel nepos mihi succedit post filium, & huic nepoti patruus, id est, alter filius meus, vel patruelis, id est, alter nepos meus: denique in feudum succedunt semper ejus, à quo feudum originem cœpit, posteri soli: his deficientibus, feudum ad dominum recurrit, atque ita dominus fratri, aut patruo meo, aut patri præfertur: quod variis locis inferius demonstrabitur, maxime *inf. tit.* 8. *&* 2. *tit.* 11. *&* 4. *tit.* 59. *Sine legitimo herede.* Id est, sine masculis liberis, ut *infra* 8. *&* 4. *tit.* 38. *Legibus* 12. *tab. Hoc quoque sciendum est, quod beneficium.* Quidam hoc loco accipit beneficium pro lege Conradi, qua primus ex latere vocavit secundum gradum in feudum paternum. Ergo pro feudo, nec his libris alio sensu beneficium accipi sinam, Controversia eadem est, quæ inter Fridericum fuit Imperatorem, & Adrianum Pontificem Romanum. Hic cum satis superbe literas Friderico exprobrasset oblivionem beneficii de manu sua accepti, collata imperii corona, respondit Fridericus, se imperium soli Deo acceptum referre, Adriani se beneficiarium non esse. Adrianus autem pœnitentia actus, ut gliscentem perniciem à se depelleret, ita se excusabat subdole, beneficium se pro bono facto accepisse, non pro feudo. Re tamen vera ita Adrianum sensisse demonstrabat inscriptio quædam Lateranensis palatii, & senserunt etiam alii plerique, quasi feudi jure regna, & imperia à se penderent. Pendet quidem regnum Siciliæ. Cætera pendent ex Imperio, Polonia. Bohemia, Anglia etiam alias Imperatorem salutavit quasi feudataria. Francia nunquam. Albertus Argentinensis in Chronicis. *Francia à nullo haberi dicitur in feudum. Usque ad vii. geniculum.* Reposui, geniculum, ex Vet. & ita *l.* 1. *Lang. de succes. Omnis parentela usque in vii. geniculum numeretur:* & in lege Salica c. 46. *In masculis descendentibus*, id est, in liberis, ut *inf. tit.* 10. *&* 11. Liberos ergo dicit in infinitum admitti. Agnatos à latere, usque ad vii. gradum, ut inf. tit. 4. Sed & hos in infinitum admitti defendi potest ex *lib.* 4. *tit.* 34. cum & in alode agnati in infinitum jure civili succedant, *§. ult. Instit. de suc. cog.* Hunc tantum locum male vulgo accipi, de iis, qui veniunt à latere ajo: & hoc de liberis adscribi par erat: quos Conradus non vocarat ultra secundum gradum.

Notandum est autem, quod illud beneficium, quod à Regis Capitaneis, atque Regis valvasoribus aliis impenditur, proprie jure feudi censetur. Illud vero quod à minoribus in alios transfertur, non jure feudi judicatur, licet aliter in curia Mediolanensi observetur, sed quando voluerint, recte auferre queunt, nisi Romam cum illis in exercitu perrexerint, quo casu in jus feudi transit, vel nisi aliquid propter feudum acceperint: tunc enim nisi restituto pretio auferre non possunt.

Quæ ad hunc §. pertinent, exposui initio hujus tituli.

Item illud quod datur nomine gastaldiæ, vel guardiæ, & pro mercede alicujus rei, transacto anno potest jure auferri etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus datum fuerit.

Si vero gastaldi aliquid nomine proprii feudi possederint, non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per pares curtis, vel breve testatum potuerint probare se antequam gastaldi essent, vel postquam desierunt esse investituram accepisse.

Vulgo hic adscriptus est titulus De feudo guardiæ, & gastaldiæ. Sed ab optimo libro, tam hic, quam duo sequentes absunt, & *tit. Quib. modis feud. amit.* est hujus libri tit. 2. recte, nam à tit. *De iis, qui feudum dare possunt, & qual. adq. & ret.* usque ad titulum, *Quib. mod. feud. amit.* id agit Gerardus, primum ut doceat, qui feudum dare possunt, deinde quibus modis adquiratur, & retineatur. Adquiri successione, vel investitura. Retineri proprium feudum jure perpetuo, non id, quod dederint minores valvasores; revocari enim dan-

tium

tium arbitrio, §. prox. supra, non id, quod dicitur guardiæ, vel gastaldiæ: anno enim finiri: & his omnibus explicitis, quibus modis feudum amittatur declarare incipit tit. 2. ab his verbis: Quia supra dictum est, quibus modis feudum adquiratur, & retineatur, &c. quæ superioribus primum titulum sufficere perspicue, & evidenter ostendunt. Hoc autem loco ait, feudum quod datur guardiæ, vel gastaldiæ nomine, & pro mercede alicujus rei, finiri anno, nisi detur ad certum tempus, puta biennium, aut decennium, ut *inf. tit. 6. §. ult.* Pro mercede alicujus rei, ut quod datur advocatiæ defensionisque nomine, de quo dicemus in Constit. Friderici de pace ten. vel pro mercede oneris alicujus. Hæc in fragmentis Ardizonis, id est, lib. 4. tit. 81. appellantur feuda pro vice dominicaria, vel villicaria, vel decania, vel aliis angariis: quod perinde valet, ac si diceres, feuda quæ nomine guardiæ, val gastaldiæ, vel advocatiæ, vel pro mercede oneris alicujus dantur, nisi decaniam non pro decania, sed proprie mavis accipere, ut Langobardorum, & Gotthorum legibus decanus est, non tantum, qui in militia decuriæ imperat, sed & qui domi judicandi munere fungitur, ut advocatus: ut centenarius, millenarius, quingentenarius, & hæc feuda dicuntur impropria, *d. lib. 4. tit. 81.* recte, cum his adversa vera feuda dicantur propria. Et plerumque, ut dixi, maxime quæ actus, aut custodiæ nomine dantur, quotannis renovantur: namque ut annuis vicibus redit annona, ita hæc quæ per causam quasi servandæ, vel procurandæ annonæ mandantur functiones quotannis resumuntur, & quidem tacite si modo post annum dominus patiatur eum, qui tale feudum acceperit, possidere, exemplo precarii. Quod si forte pro eo feudo dominus aliquid acceperit, non ideo minus, ut ait hoc loco, revocabit feudum post annum etiam non reddito pretio: quia ea pecunia ejus tantum anni reditus emptus videtur: & nihil vetat jus etiam proprii feudi modico pretio à domino promereri: non utique prædii ipsius vero, & justo pretio, ut *§. prox sup. & inf. tit. 3. & 13. 16. 25. & libro 2. tit. 12. & 15.* & sic etiam hodie, qui veniunt à latere in omnibus fere Galliæ provinciis, si velint cognati defuncti feudum obtinere, id redimere debent à domino, vel reditu unius anni, vel pecunia certa: nec obstat, quod dicitur *inf. tit.* 29. feudum non sub prætextu pecuniæ dari, &c. nam & similiter mandatum dicitur esse gratuitum, & originem ex amicitia trahere, *l. 1. ff. mand.* recipit tamen honorem, salarium, remunerationem, *l. si remunerandi, l. salarium eodem tit.* Pretium, quod domino dat vasallus, honor, sive munus est potius quam pretium, alioquin beneficium non esset beneficium. Vincentius Speculi doctrinalis 7. cap. 145. *Feudum*, inquit, *appellatur beneficium, licet non sit gratuitum, sicut & dos appellatur donatio propter matrimonium, licet gratuita non sit: & sic inter advocatum, & clientem, licet interveniat pecunia, non tamen dicitur esse locatio, & conductio, sed magis opera beneficii loco præberi, & id quod datur ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari*, quæ postrema Vincentii verba sunt ex *l. 1. ff. si men. fal. mod. dix.* à mensore ab eo ad advocatum non male translata. Et ita etiam in deposito, quod nonnunquam intervenit pretium custodiæ, *l. 2. §. & generaliter, ff. de vi bon. rap.* ἀντίδωρον est potius quam pretium, quo genere commodatum pariter, & precarium, licet origine gratuiti sint contractus, nihil vetat pretium, sive ἀντίδωρον recipere, & dotem ἀντίφερνα. Feudum autem nomine guardiæ datur ei, qui quasi custos prædio opponitur, sive casario, id est, casæ custodi, ut Festus interpretatur, ut *l. 7. C. de bon. prof.* Solet custos separari à fructuario, inquilino, institore, *l. 1. §. quod autem, ff. de vi, & vi arm. l. 11. § Item si cum plures, ff. de instit. l. 90. ff. de leg. 3. l. à filio, §. testator, ff. de adim. leg. l. 1. C. de rep. her. l. ult. C. de delat.* Feudum gastaldiæ causa datur ei, qui quasi actor, sive procurator prædiis nostris imponitur. Gastaldus enim

sive gastaldio, non multum distat ab actore, *l. 20. Lang. de fur. l. 1. & 2. de adq. act. reg. Gastaldis*, inquit, *nostris curtes nostras providentibus, vel gubernantibus*, & hoc nomine habuere etiam olim Ecclesiæ quædam actorem, sive administratorem rerum, *can. salvator 1. quest. 3.* Est tamen aliqua differentia inter gastaldum, & actorem, *l. 1. Lang. si actor reg. res reg. alie. & inf. tit.* 6. eadem quæ inter villicum, & dispensatorem, *l. 166. ff. de verb. signif. l. pen. in pr. ff. de adim. leg.* & Columellæ inter villicum, & actorem, sive procuratorem 1. c. 6. 7. 8. Ut autem custos, ita gastaldus proprie feudatarius non est: quia quodammodo in præsens tantum constituitur, non ut perpetuo eo munere fungatur: itaque Paulus Diaconus lib. 5. Hist. Langob. c. 11. cum scribit jussu Grimoaldi Langobardorum regis in Italia certas possessiones datas Alzeconi duci Bulgarorum, ita tamen ut non Dux, sed Gastaldus vocaretur, hoc significat jure Gastaldiæ datas, non perpetuo proprioque feudi jure. Etymum ex Germanica lingua deduxit Amerbacchius in adnotationibus ad Constitutiones Caroli Magni. Quod si gastaldus prædium possideat jure feudi proprii, dominus contra se jure tantum gastaldiæ id dedisse contendat, quæritur cui incumbat onus probandi? & videtur hac in re repugnare hic *§. eum, §. Item si aliquis inf.* Finge dominum repetere feudum quasi gastaldiam: potest enim revocari post annum, & ut scriptum est *lib. 4. tit.* 94. quod nomine Gastaldiæ, vel Guardiæ in feudum datur, ablata gastaldia, vel guardia jure auferri potest. Constat autem domino revocanti mandatum, sive gastaldiam probationem incumbere ex *d. §. Item si aliquis*, qua impleta non poterit sibi possessor possessionem defendere: id est, restituere domino feudum cogetur, nisi contra probaverit se de prædio jure proprii feudi investitum fuisse priusquam gastaldus fieret, vel etiam post susceptam gastaldiam, dominum gastaldiam, in proprium feudum commutasse. Probatio elidet probationem, ut in plerisque aliis causis fieri solet. At à domino primum, qui feudum repetit quasi gastaldiam, probatio exigitur: qui si in ea defecerit, tuebimur possessorem etiamsi pro sua parte nullas probationes attulerit, modo juraverit, ut dicemus *inf. §. si autem controversia*. Hoc igitur loco, *Non valebunt*, sic interpretabimur, ut non possint sibi possessionem defendere domino probante intentionem suam, nisi præstita probatione contraria, quæ quidem (nam & hic adjicitur modus) sumatur ex brevi testato, id est, breviculo sive instrumento publico, ut *inf. 2. tit. 3. & 4. titul.* 1. vel ex duobus testibus idoneis, puta paribus curtis. Hæc probatio satis competens est, ne inopes vasalli gravioribus onerentur impensis, ut *inf. 4. tit.* 88. Sunt autem partes curtis, qui & pares curiæ dicuntur nonnunquam, & pares domus convasalli, qui ab eodem domino eademve domo feuda tenet, ut *inf. tit. 6. §. pen. & 28. & 2. tit. 16. 20. & 4. titul.* 35. 36. 55. 60. non quasi patricii, ut volunt ignari feudorum. Curtem dixere pro domo castro, palatio, prætorio. Ideo autem ad probationem investituræ non alii testes, quam pares admittuntur, quia coram eis solemniter fieri debet investitura, ut *inf. 2. tit.* 3. Hujus generis feudis, quæ tempore finiuntur adjungunt quidam θυρεοφόρων, sive scutiferorum feuda, sed refelluntur eo, quod ex Fragm. Ardizonis scriptum est lib. 4. feuda scutiferorum, ut ad libitum dominorum possint adimi, rationes non esse dum tamen serviant laudationem curiæ: hæc putem esse feuda valvasinorum, quæ etiam curia Mediolanensis temere auferri non patitur. Citat & in hanc rem Ardizo *l. 1. Lang. qual. cum fara sua alicui mig. per. sit.* Sed nihil ibi profecto ea de re: male etiam ibidem vulgo faram pro substantia accipiunt, cum sit soboles, & progenies, auctore Paulo Diacono 2. Hist. Langob. cap. 7. Cæterum ejusdem generis sunt feuda de camera, vel de caneva sive soldatæ, quæ in annonis nummisque consistunt militi concessa sub onere fidei,

atque servitii : finiuntur enim morte dantis, vel accipientis, ut *inf.2. tit.*10. nihilque distat feudum soldatæ à feudis ærariis cellariisve, id est, de camera, vel de caneva. Feuda quoque habitationum, nisi aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur, ut *inf.4. tit.* 105. recte : nam & in jure civili habitatio jus personale est. Dubitatum olim fuit esset unius anni, an quamdiu viveret is cui concessa habitatio esset. Sed placuit quamdiu viveret, competere, *l. si habitatio, §.utrum, ff. de usu, & habit.* Habitatio igitur non est annua. At guardia, & gastaldia prædiorum unius anni esse intelligitur, sicut annuis vicibus prædiorum reditus disterminantur. Sed de his hactenus.

Si vero Archiepiscopus, Episcopus, vel Abbas, vel Abbatissa investituram ejus feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut post decessum ejus, qui possidet, habeat, & ante decesserit, quam ille, qui feudum possidet, successores eorum non coguntur eam investituram facere, vel confirmare, etiamsi pares ejus curtis adsint testes, vel breve testatum inde sit, nisi ille, qui investituram acceperit, nomine ejus feudi in possessionem missus sit eo consentiente, qui detinet. Sed si ille, qui feudum possidet, prius decesserit, quam ille, qui investituram fecit, jure cogitur eam ratam habere. Laici vero iisdem modis quibus supra diximus, si aliis investituram dederint, heredes eorum si rationibus claruerint, omnimodo eam adimplere compelluntur.

PRoxime recensui feuda impropria, quæ tempore vel morte finiuntur. Inde quæritur, an vivo possessore feudi improprii, cui finem mors allatura sit, possit dominus id in alium conferre per investituram, & an successor domini ex causa posterioris investituræ ad tradendum obligetur. Aliud est investitura, aliud traditio. Investitura est cessio feudi solemnis sive contractus, qui sine traditione possessionis per se subsistit. Investituram sequitur traditio possessionis vacuæ, ut *inf. §. prox. & lib.4.tit.*15. & plus est possessionem dare quam investituram concedere *c. vilis* 16. *q.* 2. At qui investituram fecit, præcise obligatur ad tradendum, nec liberatur præstando id quod interest, *d. titulo* 15. & idem probat 2. *tit.* 7. *§. ult.* namque ait dominum omni modo compelli ad tradendum, & hoc amplius propter moram obligari in id quod interest : & ita ex venditionis contractu verius est secundum Martini sententiam, venditorem præcise obligari ad tradendum, *§.* 1. *Instit. de donat.* Paulus 1. Sent. *Si id quod emptum est, neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi potest, ut tradat, aut mancipet.* Et nihilominus omne id quod interest emptoris ob venditoris moram, in æstimationem venit, *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.* Idemque in herede receptum est, ut abscisse cogatur rem legatam tradere, *l. si domus, §. confitetur, & §. seq. ff. de leg.* 1. quem etiam constat ex mora teneri in id quod interest. Ergo, ut ad rem redeam, si qui me de feudo investivit, prædiumque tradidit, deinde me vivo te de eodem feudo investierit in tempus mortis meæ : quæritur, an successorem ejus posterior investitura obliget ad tradendam tibi possessionem vacuam. Et hac in re Gerardus, & Obertus separandos esse censent laicos à clericis, quæ vetus est distinctio Christianorum : licet si generaliter rem tractes, omnes Christiani sint clerici, omnes sacerdotes. Posterior investitura quam laicus fecit, successorem ejus obligat sine ulla distinctione. In clerico distinguitur. Aut enim clericus, qui ex rebus Ecclesiæ duos de eodem feudo separatim investivit, ante priorem feudatarium feudo decessit, aut post. Si ante priorem, successor ejus non tenetur implere investituram : quia obligatio, quæ non cœpit à defuncto, non potest incipere à successore secundum regulam juris antiqui : non potuit autem incipere à defuncto, quamdiu vixit prior feudatarius : quia investitura posterior in se conditionem habuit, si prior feudatarius moreretur, cujus morte feudum ad dominum redibat. Sin autem post priorem feudatarium clericus decesserit, quia hoc casu obligatio cœpit à defuncto, & in successorem ejus continuatur : quam differentiam confirmat *lib.* 4. *tit.*4. & id quidem præcipue de clericis in præcariis constituit Lotharius Imp. quod nos trahimus ad feuda, ut *infra tit.* 5. *l.* 2. *Langob. quan. lic. rect. ecc. acta antecess. suor. rest.* quæ Constitutio concil. Carthag. falso tribuitur in c. *de precariis* 10. *q.* 3. & videtur indistincte loqui, ut significabitur *inf. tit.* 27. In clericis, regula juris antiqui servatur, ut à successoribus obligationes non incipiant, favore Ecclesiarum : In laicis, regula juris novi à Justiniano proditi, ut incipiant : nam & successorum qualitas est diversa. Laicorum successores sunt universi juris defunctorum successores. Clericorum successores, ecclesiastici juris non defunctorum successores sunt. Receptum autem est fere tota Italia, in posteriori investitura non exigi consensum prioris feudatarii, *d. tit.* 4. *& inf.* 30. & merito : nihil enim ei præjudicat posterior investitura, quamdiu advivit : nam hæc non de feudo perpetuario dicuntur, sed de feudo quod accipientis morte finitur, ut *inf. tit.* 5. *&* 31. Proficit tamen consensus prioris posteriori, si eo volente mittatur in possessionem, ut ait hoc loco. Rursus hæc disputatio de duplici investitura ita procedit si in posteriori insit conditio : nam si omnino posteriorem investieris pure, quasi mox prædium traditurus, inanis est investitura : & qui eam accepit, aut sciens accepit, aut ignorans : Si ignorans, actionem habet in id quod interest : Si sciens, nullam habet, nisi de evictione convenerit nominatim, ut *inf.* 2. *tit.* 8. *&* 4. *tit.* 20. 80. 87. 96. *Si vero Archiepiscopus*, &c. quoniam hi solent res ecclesiasticas in feudum dare. *Iisdem modis*, in tempus mortis prioris feudatarii, coram paribus, aut instrumento publico. Si *rationibus claruerint*, id est, si probetur investitura per pares curtis, aut instrumento publico : ut infra §. si vero feudum. Si rationes investituræ heredibus constiterint.

Si autem controversia inter dominum, & fidelem de feudi investitura fuerit : quid juris sit, videamus. Et si investitura facta fuerit coram paribus curtis, aut in brevi testato : recte eum, qui investitus est, cogitur dominus mittere in feudi possessionem. Si vero fuerit in possessione, & mota fuerit ei controversia à domino : ei defensio detur propter possessionem. Si autem non fuerit in possessione, nec supradictis modis poterit probare : tunc illius erit defensio, qui investituram dicitur fecisse. Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nulla controversia est, & dixerit se investituram alterius feudi accepisse ab eodem domino, nec in possessione fuerit, nec prædictis rationibus probare poterit, licet domini esset defensio ex ordine, tamen quia aliunde vasallus est, remittitur domino ex æquitate defensio.

Cum autem quis dixerit feudum ad se per successionem pertinere, afferendo illud esse paternum : si fuerit in possessione medietatis, vel alicujus partis, vel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit, vel aliis justis rationibus illud esse paternum probare potuerit : jure obtinebit. Si vero probare non potuerit prædicto modo, dabitur ei defensio cum XII. sacramentalibus.

Item si aliquis possederit castrum, quod dixerit

se

se pro feudo tenere, & è contra dominus per guardiam dixerit se ei dedisse: domini est probatio; & A si poterit probare, tunc ille qui tenet, domino debet restituere, vel probare per pares curtis, vel per breve testatum, postquam in guardiam suscepisset, se à domino pro feudo investituram accepisse: domino vero in probatione deficiente, tunc illius erit defensio, qui possidet.

Similiter si aliquis possederit castrum, vel aliam rem, & dominus dixerit se pro pignore ei dedisse, è contrario ille dixerit se accepisse pro feudo: si potuerit dominus probare, quod ei pro pignore dedisset, tunc ille qui tenet, domino restituet, vel probet supradicto modo se postquam à domino B pro pignore accepit, feudi nomine accepisse: & si dominus non poterit probare se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius qui possidet.

Quæstio est de probatione investituræ, & successionis, qui duo sunt modi adquirendi feudi, difficilis & plena scopulis, ad quos dum feruntur incaute, impingunt multi, & pertinent ad eam plures tituli, qui omnes, nisi quis diligenter animum advertat, velitari quodammodo inter se, & confligere videntur, & omnium maxime obscurus est tit. 7. infra, qui hoc loco explicabitur. Feudum aut investitura adquiritur, aut successione. Qui investituram allegat, aut actor est, aut reus. Actori incumbit probatio, reo defensio. Probatio est C testium idoneorum, vel instrumentorum publicorum productio. Defensio est purgatio, quæ fit dato jurejurando, cum juratoribus XII. Tria erant olim purgationis genera. Unum, jurisjurandi religio, cum conjuratoribus, sive sacramentalibus XII. cognatis, vel adfinibus, vel clientibus, vel extraneis, qui scilicet idem, quod reus jurarent. Sunt qui de probitate, & religione nostra ita confidant, sintne ita rerum nostrarum instructi peritia, ut non dubitent se una nobiscum devovere: jurabant autem tactis sacrosantis Evangeliis, vel armis sacratis, *l. 5. 7. 10. Lang. qual. quis se def. deb.* Annonius 4. cap. 26. *Pactum inter Francos, & Saxones sacramento super arma, ut eis mos erat, jurantibus, firmatum est.* Alterum est lex duellionum probata etiam Constitutione Friderici Imp. certis casibus: D impia lex, quam rex Langobardorum Liutprandus profitetur se propter suæ gentis consuetudinem vetare non potuisse, *l. 13. Lang. de hom. li. bo.* & hoc genere purgationis diu usi sunt Christiani, tam in civilibus, quam criminalibus causis, re omni duello commissa, quod singulare certamen dixeris recte: cum & qui in eam pugnam descendit, Latine singularis appelletur. Glossæ enim veteres singularem interpretantur esse μονόμαχον, ἀπόκοπον: quod nomen Latini etiam tribuunt apro, ut Græci, qui μονιὸν appellant: delectatur enim solitudine: proinde à Gallis *Sanglier* dicitur, quasi singularis. Tertium genus purgationis est periculum aquæ ferventis, vel aquæ frigidæ, vel laminæ candentis: quo etiam diu usi sunt Christiani, ducto more, argumento nescio an bono à potione illa, quam E stupri insimulatis mulieribus dari jussit Moses: quod usque eo processit, ut & leges scriptæ juberent adhiberi ignitos vomeres, vel aquam frigidam, aut calidam litium dirimendarum causa, ut Langobardæ sæpe, & militares Friderici Imperatoris apud Radevicum, & in pactione pacis inter Alsatiæ principes, & civitates apud Rhenanum, liber vel personatus serviens furti reus cum aliquot suæ comparitatis testibus, plebejus et rusticus aquæ frigidæ judicio esse expurgare jubetur, quod tamen primum omnium exolevit in Langobardia, *l. 32. Lango. qual. se quis def. deb.* Id hac ratione sumebatur, quam et vigere adhuc in Saxonia Occidentali narrant, ut in flumen demissum, et emersum, pro sonte, submersum pro insonte haberent, ut indicat *l. 1. Constit. Neapol. De legibus paribilibus sublatis.* Quid vero est paribilibus? E tribus purgationis generibus, unum legem duellionum, ut apud Urspergensem, alia leges paribiles dixerunt, quæ in Gallicis Neustriæ consuetudinibus *Loyx apparissantz*, In legibus Philippi Comitis Flandriæ, quas Neoportuensibus dedit vulneris noctu illati reus, si ita scabinis videatur (nomen est Judicum, quod retinuimus, ex Hebraica lingua deflexum) ferro candenti se excusare jubetur. Res hæc omnis gerebatur interventu sacerdotis, qui priusquam periculum fieret, Deum certis conceptisque verbis obtestabatur, et adorabat, ut innocentes servaret, nocentes male perderet. Helmodius in hist. Slavorum: *Offerebant criminibus pulsatos sacerdoti ferro, vel vomeribus examinandos.* Et precum formulas prodidit Joan. Aventinus Annalium Bojorum IV. Plerique exibant illæsi: testis oculatus Georgius Pachymerius in Græcorum historia, et alii innumeri. Mitto judicium per crucem, de quo *l. 26. & 33. Lang. qual. se quis def. deb.* et in testamento Caroli Magni, apud H. Mutium. *Si propter terminos*, inquit, *aut confinia regnorum orta fuerit controversia, volumus ut ad declarationem rei dubiæ judicio crucis Dei voluntas, & rerum veritas perquiratur.* Mitto judicium per corpus, et sanguinem Domini, de quo Sigibertus, *Ludovicus rex*, inquit, *ab Adriano comprobandæ suæ innocentiæ caussa ad examinationem corporis, & sanguinis Domini invitatus est*, etc. Solemnia erant illa tantum tria defensionum genera, et horum primum intelligi his libris debet, quoties fit defensionis mentio: non defensio nuda, quæ fit, ut Aristoteles loquitur, ad hominem hoc modo, Vici jam jam satis, quia quod intendisti probare nequivisti: quia etiamsi actor, vel accusator deficiatur, probationibus defendere se reus debet, vel jurejurando cum aliis XII. vel duello, vel periculo aquæ ferventis, aut laminæ candentis. Nec ambigitur de primo genere defensionis hunc locum accipiendum esse, cum se quis jurejurando defendit cum conjuratoribus XII. Unde si is qui investituram allegat, actor sit, id est, si intendat sibi vacuam possessionem à domino tradi oportere, sic statuamus, cum probare debere investituram per pares curtis, id est, convasallos, aut per instrumenta publica: eo non probante domini esse defensionem, puta ut juret cum aliis XII. se investituram non fecisse, atque ita absolvatur: hoc enim jure feudorum actore non probante, non continuo reus absolvitur: namque sicut jure civili actore defecto probationibus non ideo judex statim reum absolvit, sed in dubiis causis, ut omnem animo suo eximat scrupulum, quandoque jusjurandum defert actori, vel reo, *l. 3. C. de reb. cred. l. admonendi, ff. de jurejur. Nov.* 114. ita hoc casu à domino unde petitur rem tradi ex causa investituræ, etiamsi actor deficiatur probationibus, exigitur ut juret cum XII. sacramentalibus, vel referat jusjurandum, ut infra tit. 28. & in aliis causis duello res dirimitur. Itaque non potest hæc sententia absolute usurpari semper, Actore non probante reus absolvitur. Multum tamen hac in re potest auctoritas prudentiaque judicis quo fit, ut dominus nonnunquam injuratus absolvatur in totum remisso jurejurando, ut *infra 4. tit. 36. §. sacramentum, & §. ult.* nonnunquam conjuratores tantum remittantur. Sane uno casu necessario satis habebit, si juret dominus solus non adhibitis conjuratoribus, puta si actor vasallus, sive gastaldus sit ejus ex causa alterius feudi, de quo non sit controversia. Honor enim hic seniori, id est domino debetur, ne quærendis & adhibendis sacramentalibus fatigetur: & hoc est, quod ait §. si vero feudum, licet domini esset defensio ex ordine, id est, licet jure exigi à domino jusjurandum posset cum aliis XII. ante absolutionem: tamen quia actor vasallus est, ex æquitate remitti domino defensionem, eam scilicet, quæ fit per sacramentales, non ipsius domini jusjurandum,

dum, ut *inf. tit. 6.* Opponit ordinem æquitati. Ordo est merum jus: & ita *lib. 4. tit. 71. Domini*, inquit, *est defensio ex ordine*. Hoc igitur casu religioni solius domini statur: atque ita, quod adquisierit gastaldus, id domino cedet, si non probet domini investituram, *l. 1. Lang. de adq. act. reg.* quasi præsumatur id omne parasse ex re domini, sicut Episcopus, & curator omnis rerum Ecclesiasticarum omnia videtur parasse ex rebus Ecclesiæ, quæ non paret ei obvenisse jure cognationis, *Nov. 123.* Uxor ex rebus viri, *l. Quintus, D. de don. inter vir. & uxor. l. 6. Cod. eod.* Plautus Casina,

Nam peculi probam nihil habere addecet
Clam viro, & quod habet, partum, ei haud commodi est,
Quin viro, aut subtrahat, aut stupro invenerit.
Hoc viri censeo esse omne, quidquid tuum est.

Quod si is, qui investituram allegat, si reus, id est, si sit in possessione feudi, domino rem suam vindicanti incumbit onus probandi non jure feudi proprii eam se concessisse, sed jure gastaldiæ, vel jure pignoris, vel quo alio jure. Domino non probante, defensio est rei, hoc est jurare reus debet cum sacramentalibus XII. se de eo feudo investitum fuisse, ut possessionem retineat: si non ita juraverit, domino juranti possessio restituetur, ut *inf. tit. 6. & 24. & 4. tit. 37.* Uno casu reus jurabit solus sine sacramentalibus, si superiore aono sciente, & tacente domino feudum pessederit, atque ita, ut fit in causa interdicti Uti possidetis, possessionem retinebit, ut *inf. tit. 28. §. ult. & 4. tit. 36. §. 1.* Domino autem probante se jure gastaldiæ, aut jure pignoris prædium concessisse, non jure feudi, nulli defertur conditio jurisjurandi, sed potior est in lite dominus, oisi contra possessor probet per convasallos, aut instrumenta publica pignore, vel gastaldia posteriorem esse investituram, ut *sup. §. Item illud, & inf. tit. 6. §. pen.* & hoc loco *§. Item si aliquis, & §. Similiter*, Nunc de eo dicamus, qui successionem allegat, in quo videndum illud etiam est in primis, reus an actor sit, id est, possideat an non possideat. Finge, Ego & frater meus divisimus feudum paternum: mortuus est frater meus sine liberis: ego in partem fratris mei me successisse dico, quod fuerit paternum feudum: dominus negat: quid fiet? Aut ego possideo portionem fratris mei, aut non. Si possideo, domino incumbit probatio, mihi defensio: domino probante, vincor, domino non probante vincam dato jurejurando. Si non possideo, mihi incumbit probatio, domino possidenti defensio: si probavero, obtinebo: si non probavero, vix obtinebo: & hoc est quod ait *tit. 7. infra. Si tamen vasallus poterit probare paternum fuisse, sive possideat, sive non* (quæ tamen verba, *Sive non*, delenda sunt) *obtinebit: alioqnin nisi probaverit, vel nisi possideat, dominus obtinebit*. At rursus in hac specie ita distinguendum est: Aut ego, qui non possideo portionem fratris feudi paterni, partem meam habui ex divisione, aut non. Si non habui, & agam de parte fratris, ac probavero esse paternum feudum, neutri dabitur jusjurandum: si oon probavero, domino dabitur, propter supradictam rationem, ut ait tit. 7. id est, propter inopiam probationum, quam dixerat tit. 6. Integra vero mihi erit semper petitio partis meæ, quam nondum habui. Quod si habui partem meam ex divisione feudi paterni, licet eam nunc non habeam, ut quia eam partem commutavi cum domino, vel cum fratre, vel quo alio accepta proprietate, sive alode alterius prædii, quod cambium vocat, *§. Cum autem*, ab antiquo verbo cambire, Hermannus Contractus concambium, hæc res movebit Judicem ad deferendum mihi jusjurandum cum XII. ut fieri solet, conjuratoribus, ut *infra 7.* nec enim semper jusjurandum datur reo: sed quandoque reo, quandoque actori, prout Judici videtur, ut *inf. 4. tit. 36. §. sacramentum*. Et hoc est quod sequitur in *§. Cum autem*. Si vero probare non potuerit prædicto modo, id est, si actor testibus, vel instrumentis probare non potuerit feudum esse paternum, dabitur ei defensio cum XII. sacramentalibus, videlicet si partem suam habeat, vel habuerit ex divisione. Io plerisque Codicibus hæc clausula deest: sed eo modo accepta, omni vitio caret,

Si quis de manso uno feudi nomine investituram aeeeperit, & dixerit, quod omne incrementum pertineat ad eum per investituram, si dominus reservaverit sibi aliquid in ipsa curte, tunc oportebit fidem incrementi investituram per pares curtis, vel per breve testatum probare. Sed si dominus in ipsa curte nil sibi retinuit, tunc omne incrementum jure feudi fidelis obtinebit. Si vero fidelis in possessione incrementi fuerit, non oportebit eum investituram probare, sed jurare.

Rursus si aliquis acceperit investituram feudi cum omni incremento, quod ei obveniret, & aliquid accreverit vivente eo, à quo acceperit: ipsius erit: & si ille, qui investituram fecit, sine herede decesserit, & feudum reversum fuerit ad eum à quo ipse tenuerit, vel ad alium: quicquid post mortem ejus, qui dedit aecreverit, ad eum pertinebit, ad quem regressum fuerit.

Mansum Amerbacchius putat esse jugerum, & quasi à mensura mansum dici: alii agrum definiunt esse XII. jugerum. Jugerum est mansura agrestis, quæ in longitudinem pedum CCXL. in latitudinem pedum CXX. Eandem mensuram glossæ arvipendium vocant, & πλέθρον esse interpretantur, vel finem geometricum quo finiuntur agri, cum tamen alii, quod illi simile est nomen, arapennem exponant semijugerum sive actum majorem undique versum finitum pedibus CXX. Mansus autem, ut ego definio, est fundus, unde quis se, & familiam suam tueri satis commode potest, ac præterea vectigal sive censum domino referre, & quod veteres discere heredium: nam hereditates Carolus Magnus interpretatur mansa in suis Constitutionibus, à manendo scilicet. Childebertus in quodam Pragmatico apud Annonum: *Cum mansis, & eum manentibus meis*. Helmoidus Hist. Slavorum. *Vir iste primo VII. mansu totidemque manentibus ex hereditate patrum contentus fuit*. Et in antiquis monumentis S. Galli Helvetiorum monasterii relatis ab Ægidio Tscudio in antiqua Rhetia. *Testificati sunt se vidisse de legitimis curtilibus usus omnes istos, & nobis ad monasterium nostrisque mansis in nostris territoriis in manentibus cum illius civibus esse communes*. Definitionem mansi confirmat, quod curtem hic §. significat esse partem mansi, sicut villa pars est fundi, *l. fundi, ff. de quib. mod. usufruct. amit.* & quod Annonius scribit, Carolum Calvum in Francia, & Burgundia tribitum exegisse ad hunc modum: E mansis dominicatis, id est, qui ad fiscum pertinerent, solidum unum, è manso ingenuo denarios IV. de censu dominico, de facultate mansuarii totidem, è manso servili denarios duos de censu dominico, de facultate mansuarii totidem: quæ distinctio mansorum invenitur etiam XII. Epist. Gregorii ad finem. Et idem Annonius Carolum Magoum oe inopia coacti ministri divini cultus in eo segnius elaborarent edixisse, ut singulis Ecclesiis mansus tribueretur unus: quod & io Constitutionibus Caroli ab Angesiso Abbate collectis legitur, *eo addito ut pro manso illo Ecclesiæ nullum servitium nullumve censum senioribus debeant: eo plus si quid possederint, ut pro eo Ecclesiæ non sint immunes*: quod consilio Vormatieosi tribuitur, *c. 1. de censib.* Et inde Coloniensis synodi c. 4. *Nec ex dote Ecclesiæ*, id est, *ex uno manso, & IV. mancipiis census exigatur*. Mansuarios

dixit,

dixit, quos alii manentes sive commanentes, id est, A villicos alii παραμοναρίους, ut Synodi Chalcedonensis c. 2. & villam μονήν, alii massarios: nam & mansum dixere massam Cassiodorus, & Gregorius, & alii, pro quo glossæ Græcæ reddunt σύγκτησιν. Eosdem Amerbacchius putat mansionaticos appellari in Constitutionibus Caroli Magni: sed fallitur. Mansionatici sunt mansiones, sive diversoria, quæ Græci dixere ἀλλαγάς. Annonius 5. c. 31. *Generale placitum Duziaco habuit, & inde per Attiniacum, & consuetos mansionaticos Compendium adiit*: & Carolus in Constitutionibus: *Cæteri per singula territoria habitantes, & discurrentes mansionaticos*: & alio loco: *Illis vero locis ubi modo via, & mansionatici ordinati sunt*. Quæstio autem hujus §. hæc est. Si quid manso in feudum dato accreverit, puta alluvione, vel insula juxta mansum in flumine nata, B utrum ad vasallum, an ad dominum pertineat: idem olim fuit quæsitum in fructuario. Et Paulus accessionem alluvionis negabat ad fructuarium pertinere, quia fundi fructus non est, *lib. 3. Recept. Sentent.* Sed placuit pertinere, *l. 9. §. huic vicinus, ff. de usufruct.* Latenti incremento augeri usumfructum, non evidenti. In vasallo mediam viam Gerardus sequitur, & latentis evidentisque incrementi omissa differentia distinguit tantum, in curte, id est, in villa ipsa, sibi receperit dominus aliquid, puta membrum habitandi causa, & hortum forte, aut viridarium, an nihil receperit. Si nihil sibi receperit, vasallum sequitur accessio. Si aliquid sibi receperit, dominum, nisi de incremento sive accessione illa mox vasallus à domino investitus fuerit: quod & si agat probare debet, ut dictum est supra, C per convasallos, vel per instrumentum publicum, si excipiat, id est, si quod accrevit possideat, domino non probante intentionem suam, satis est, si se jurando defendat, id est, si cum XII. conjuratoribus juret se de incremento investitum fuisse. Sic posteriores Jurisconsulti, & imperatores diligentius quædam tractarunt, quam priores mediis sententiis, & novis distinctionibus quibusdam introductis, ut in hac quæstione, Si alius in venatione feram bestiam vulneraverit, & alius ceperit, cujus esse intelligatur, ejus qui vulnus inflixerit, an ejus, qui occupaverit? Trebatius ejus eam esse putat, qui vulneraverit. Sed placuit magis eam esse occupantis. Hoc diligentius tractans Fridericus Imp. ita distinguit apud Radevicum. *Si quis cum canibus venaticis sive molossis feram invenerit, &* D *persecutus fuerit, ut ei potius quam occupanti cedat. Si cum canibus leporariis sive laconicis, ut occupanti cedat. Si lancea, vel gladio vulneraverit, aut occiderit, nondum ceperit, ut ejus sit, non occupantis. Si telo, balista, aut arcu misso occiderit, ut æque ejus sit, non occupantis, eousque scilicet, donec eam persequatur*: quod & *l. 6. Lang. de venat. probat*. Verum, ut ad rem redeam, si non naturaliter aliquid feudo accesserit, sed opera, & diligentia vasalli, ut si ad finem fundum emerit, id proculdubio feudo non accrescit, cum separatum sit à feudo. Contra, si id quod vasallus adquisivit, separationem non recipiat, ut si servitutem prædio feudali adquisierit, vel si ædificium posuerit in solo feudali, feudo accrescit, feudo tamen domino aperto, pretii repetitionem vasallo competere quidam putant, ut E *inf. 2. tit. 9. §. è contrario, & 4. tit. 29.* His cognitis, fingamus speciem ad §. ult. quam simul, ac rationem ejus vulgo explicant male, Capitaneus dedit feudum valvasori, valvasor minori valvasori, minor valvasor mihi. Feudum quod habet capitaneus, vel quod habet valvasor major, aut minor, est verum, & proprium feudum. Id quod ego habeo, qui valvasinus sum (sic enim me nuncupant) jure feudi proprii non censetur: & ideo mortuo minori valvasore, qui mihi feudum dedit sine herede masculo, feudum redit ad majorem valvasorem, vel capitaneum, ut diximus initio hujus tituli. Finge, mihi minorem valvasorem dedisse feudum cum omni incremento quodcunque

A quandocunque feudo accederet: an si quid accesserit dies, id etiam mortuo minori valvasore ad capitaneum redire, & me non tantum feudo principali, sed etiam accessione excludi? Sic sane, si accesserit post mortem valvasoris, id est, post aperturam feudi, non si accesserit vivo valvasore. Hæc mihi accessio invidenda non est. Mediolanenses ne feudum quidem mihi totum invident, neque enim id ad Capitaneum recurrere volunt.

Quibus modis feudum amittatur.

Tit. II.

Quia supra dictum est, quibus modis feudum adquiritur, & retinetur, nunc videamus qualiter amittatur. Si enim dominus prælium campestre habuerit, & vasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem vulneratum, feudum amittere debet.

Item si fidelis cucurbitaverit dominum, id est, cum uxore ejus concubuerit, vel concumbere se exercuerit, aut cum ea turpiter luserit: vel si cum filia, aut * nepte ex filio, aut cum nupta filio, aut cum sorore domini concubuerit (hoc ita obtinet, si in domo domini maneat) jure feudum amittere censetur.

** γρ. nurum, id est, cum nupta filio.*

Similiter si dominum assalierit, vel castrum domini sciens, dominum vel dominam intus esse. Item si fratrem suum occiderit, vel nepotem, id est filium fratris.

Aut si libellario nomine, amplius medietate feudi dederit, aut pro pignore plus medietate obligaverit, ita ut * transactum permittat, vel dolo hoc egerit, amissione feudi multabitur. His omnibus casibus feudum ad dominum revertitur.

** γρ. distractionem.*

Rursus, si fidelis minus medietate, libellario nomine dederit, & sine herede decesserit, & feudum ad dominum redierit: vel postquam ad libellariam dederit, vel pignori obligarit, domino refutaverit: tunc ille qui ab eo acceperit, nullo jure adversus dominum se tueri poterit.

Præterea si ille, ad quem feudum per successionem jure obvenire debet, consenserit eos investire, ad quos secundum morem, & ordinem rectum non pertinet: nullo modo ad eum repetendum regressum habet. Item si fuerint duo fratres, & unus investituram feudi acceperit: si postea feudum cum fratre diviserit, & ille, qui feudi partem accepit, postea plus medietate vendiderit, & sine herede legitimo decesserit: feudum ad dominum revertitur. Item si quis feudum habuerit in curte domini sui: non poterit ipsum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui sine consensu domini sui dare, vel pignori obligare. Similiter si extra curtem detinuerit, & dominus districtum habuerit, vel alium honorem: si alienaverit sine domini voluntate, jure ad dominum revertitur.

Amittendi feudi causa una est, Perfidia, ingratitudo, improbitas vasalli, quæ his libris felonia dicitur sæpe verbo militari, quod tractum videtur è Græco φήλωσις sive φήλωμα, nec enim felonia est rebellio tantum sive ἀνταρσία, cum & dominus ipse in feloniam incidat, sed fraus, culpa, improbitas. Eadem causa est

est odimendæ hereditatis legitimis heredibus : quæ ademptio ut exheredatio dicitur, ita plerique ademptionem feudi exheredationem vocant : Turpinus in Chronicis : *Johannes rex Angliæ Arturum Comitem Britanniæ peremit, super quo à Baronibus apud regem Franciæ, cujus vassallus erat, accusatus, cum comparere nollet, post multas citationes per judicium Parium exheredatus est*. Sigibertus. *Guilielmus rex Siciliæ exheredavit Comitem de Basevilla, quod ab ipso desciverat*. Una est utriusque exheredationis causa, si generaliter rem universam spectes, Felonia, & Perfidia. Sed hæc rursus in varias, & multiplices scinditur species. Eas quidem Justinianus redegit ad certum numerum, propter quas liberos, parentes, aut fratres exheredare licet : nondum tamen eripiendi feudi causa certa definitione conclusit quisquam, ut *inf.* 3. *tit.* 1. An igitur vassallus feloniam fecerit, quæstio est magis facti quam juris, & ut ante Justinianum exheredationis causæ positæ erant in arbitrio Centum virorum : ita hodie removendi, & abdicandi vassalli causæ disceptandæ relinquuntur judicio parium, id est, convassallorum: proinde arbitrariæ sunt, non certæ, non legitimæ. Cognitionem paribus mandat Constitutio Conradi, & Henrici Conradi filii, & Lotharii, & Friderici. Certæ quidem sunt causæ, quæ jurejurando fidelitatis specialiter exprimuntur. Certæ etiam illæ propter quas jure hereditas adimitur, donatio revocatur, matrimonium dirimitur, quas & revocando feudo observare debemus, ut 3. *tit.* 1. Certæ sunt, quæ his libris exprimuntur. Sed præter omnes istas incidere possunt innumeræ, propter quas æquum sit vassallis feudum adimi : quas probare dominum paribus curiæ necesse est productis testibus quinque ex Constitutione Henrici. Domino non probante, vassallus purgare debet duello : ut *inf.* 4. *tit.* 47. quod non ita accipiendum est, ut dominus ipse in pugnam descendere debeat, cum in honorem dominii soleat ei defensionis necessitas remitti, ut *sup. tit. prox.* §. *Si vero feudum* : sed ut si quis sit compar, qui cum eo vassallo cujus perfidia arguitur, decertare velit, duello se purgare debeat, ut habetur in Constitutione Henrici: quod si desit singularis cum quo ineat pugnam, jurejurando se purgare debet cum tribus paribus, vel si pares habere non potuerit, cum propinquioribus cognatis XII. vel etiam solus, ut est proditum *inf. lib.* 5. ad Constitutionem Henrici. Nunc eas feloniæ causas exponamus, quæ hoc titulo recensentur. Prima hæc est, Si vassallus cum domino in militiam profectus eum in ipso conflictu, & vitæ discrimine dimiserit, & cum eo non laboraverit, ut ait infra tit. 21. id est, si periclitanti opem non tulerit, quod est astalium facere, id est, frustrari, & decipere, *in l. 6. Lang. de malef. & pub.* cr. & idem astalium ab astu quod Felonia, & similiter in eisdem legibus asto animo, est doloso, & callido, *l.* 4. *de fur. l.* 15. *qual. quis se def. deb. l.* 3. *de hom. lib. ho. l.* 1. *de dam. injur.* quo modo Plautus loquitur in Pœnulo :

Mea soror ita stupida est sine animo asto.

Et Accius apud Nonium,

Nisi ut asta ingenium lingua laudem.

Et ejus generis in eis pleraque sunt alia, quæ barbara multis esse videntur, cum tamen originem suam repetant à Græca, vel Latina lingua, ut argi sive argæ contumelia, *l.* 1. *de convitiis*, quam interpretes aliovorsum trahunt, sed ignavum ea, & inertem significari certo certius est à Græco ἀργός. Paulus Diaconus VI. cap. 8. *Memineris ut me inertem, & inutilem dixeris, & vulgari verbo Arga vocaveris*, Didymus de Demosthene. ἄνανδρος ὢν περὶ τὰς συνουσίας, ἐλέγετο ἀργός. Et Strigæ, *l. ult. de hom. ser. l.* 3. *qual. mund. alien. per l.* 2. *de injur. mul.* quæ Festo est malefica, quæ hominis intestina corpore paulatim defluente perdere fingitur. Plautus Pseudolo :

Strigibus vivis convivis intestina quæ exedunt.

Glossis striga, λαιστρυγών, quæ etiam humanis corporibus vesci credebatur, καὶ γυνὴ φαρμακίς, Langobardis *Masca*, hodie *Magsz*. Et tollenonis usus à Festo, Vegetio, Isidoro declaratus, qui explicatur aperte, *l.* 23. *de hom. lib. ho.* Et de equo, aut pecore rabioso, *l.* 2. *de pauperie* : quod & Absyrtus, & Hierocles mulomedici, & Porphyrius confirmant contra Galeni sententiam. Secunda causa amittendi feudi hæc est : Si uxorem domini corruperit, vel si tentarit corrumpere. initium facti pro facto habetur, vel potius attentatio ipsa pudicitiæ perfectum facinus est, si manus tulerit ad papillas, si sub vestimenta. Item si nurum corruperit, quæ filiæ loco est, si sororem domini vitiaverit, quæ nondum exierat domo fratris, id est, virginem, quæ in capillo fuerit, ut *inf.* 3. *qu.* 1. §. *rursus*. Comis enim tantum non velamine ullo virgines obtegebant caput, & præceptum Pauli ad solas virgines pertinere existimabatur, quod tamen est contra sententiam Tertulliani, & ita *l.* 1. *Lang. de eo, quod pat. filiis nec hab. rel. l.* 21. 22. 23. 25. 27. *de success.* & in Constit. Neapolitanis, *tit. suc. nob. in feudis*, in capillo esse dicitur, quæ nondum nupsit viro. Soli autem sorori hic modus injicitur: Si habitarit cum domino vassalli fratre suo, non etiam filiæ, aut nurui. Est autem hic hujus tituli locus valde depravatus: adjicit enim his neptem ex filio: cur non etiam neptem ex filia? Et breviter sic locus restituendus est, vel si cum filia, aut nuru, id est, cum nupta filio, aut cum sorore domini concubuerit (hoc ita obtinet, si in domo domini maneat) jure feudum amittere censetur. Sequuntur aliæ causæ : Si dominum ex insidiis appetierit, si obsederit dolo malo. Sola cogitatio solusve conatus vassalli non punitur, insidiæ puniuntur, ut *inf.* 4. *tit.* 62. Item si vassallus fratrem suum occiderit, aut filium fratris, quem posteriores nepotem dixere, & fratuelem, & fraternum. Cur tamen si fratrem domini sui occiderit, feudum non amittit, ut *inf.* 4. *t.* 42. Quia in dominum suum directo non delinquit. Est quidem in offensa, cujus nomine judicium parium, & coercitionem habere debet, sed non privari feudo. Henricus libro quinto : *De his*, inquit, *culpis unde beneficium non amittitur. Parium laudatione defendat se, vel emendet*. At dices : Ille qui fratrem suum interficit, multo minus delinquit in dominum. Sed parricidium homicidio gravius est, ac proinde æquum, ne tam infamis persona, quæ parricidio se polluit, in curia domini amplius versetur, non quidem feudum domino aperiri, sicut si directo in dominum deliquisset, sed in parricidæ proximos agnatos transferri: idemque est, si aliud quodcunque parricidii genus commiserit, ut *inf. tit.* 2. idem si non occiderit, sed occidendum prodiderit, *d. tit.* 42. Et ita si sororem suam vitiaverit, feudo privabitur, si sororem domini non item, nisi uno casu, de quo diximus supra. Gravius enim est incestum stupro: & in incesto idem merito Jacobus Ardizo, & Uldricus Zasius admittunt : cujus rei exemplum est in Austria Cuspiniani, de duobus Austriæ Marchionibus, Leopoldo, & Alberto : *Aut si libellario nomine amplius medietate feudi dederit*. Sic legendum : Nam in feudum dare non prohibetur, ut inf. 2. tit. 4. & 9. & in Constitutione Friderici de feudis non alienandis. Ante hac corrupte legebatur. In feudum dederit. Libellarius autem contractus est venditio, quæ fit scriptura interveniente certo pretio, & hoc amplius certa pensione constituta in annos singulos, & hac plerumque lege ut stato condictoque tempore contractus renovetur rursus numerato pretio certo, vel arbitrario. Dixi, scriptura interveniente. Brevi scilicet scriptura : & inde nomen : et in Constitutione Lotharii illo loco, *Libellum, vel aliud instrumentum* : quod ait libellum, ad hoc genus contractus proprie respicit. Regulariter venditio perficitur nudo consensu, nisi conveniat, ut scriptura fiat, *l. contractus*, *Cod. de fide instr.* Dixi, certa pensione, quod probat *inf.* 2. *tit.* 9. §. *donare*, &, 4. *tit.* 53.

4. *tit.* 53. Et Gregorius 2. Epist. cap. 1. *Libellario nomine ad summam tremissis unius habere concede.* Vocetur lex libellaria, ut lex commissoria. Utraque venditionis lex est. Venditio dicitur *d. tit.* 8. & in edicto alio Constantini Porphyrogennetæ de prædiis militaribus his verbis: *οἱ δὲ εἴτε παρ' ἑαυτοῦ ἢ βασιλικοῦ στρατιωτικὰ διὰ λιβέλλων ἐξωνήσαντο τόπους*, &c. quibus rescissa venditione vult reddi pretium. Alii locationem esse dicunt, et est eadem quæstio, quæ de emphyteusi, sitne venditio an locatio: qua de causa usus fecit proprium contractum, exemplo emphyteuseos, quod jus *παροικικὸν* Justinianus vocat *Nov.* VII. Quin et libellariam idem esse, quod emphyteusim plerique censuerunt, pro quibus est Leonis *Nov.* XIII. Sed in hoc est differentia, quod non soleat emphyteusia renovari non mutato possessore, Libellaria renovatur statis certisque temporibus etiam non mutato possessore data certa pecunia, vel quam bonus vir arbitratus fuerit secundum qualitatem rei in libellum datæ, quod quidem renovationis pretium Leo *ἀνανεωτικὸν* vocat. Et emphyteusis contrahitur sub lege meliorandæ rei, puta ædificii in area ponendi, vel reficiendi, vel agri excolendi, et recreandi, libellaris hanc legem non habet. Et libellaria in perpetuum fit semper, ut *inf. tit.* 8. Emphyteusis nonnunquam ad tempus. Et si credamus antiquis feudorum conditoribus, in libellaria est commisso locus post biennium, sicut in locatione, cum in emphyteusi triennii cessatio exigatur: et is, qui per libellum à domino possidet, vendere potest sine consensu domini, emphyteuticarius non item. Fit libelli hujus, sive libellariæ mentio sæpe his libris, ut *inf.* 8. *&* 2. *tit.* 9. *&* 4. *tit.* 3. 53. 57. et in Constitutione de Pace Costantiæ, et in Langobardis, et in aliis etiam auctoribus Cassiodorus v. Variar. *Comperimus patrimonii nostri prædia te Thomati libellario titulo commisisse.* Gregorius 8. Epist. cap. 61. *Voluerat possessiones sub specie libellorum tenere.* Vassallus autem feudum totum ejusve partem vendere, ut id emptor haberet quasi proprium non potuit sine consensu domini per libellum mediam partem vendere potuit sine consensu domini plerisque Italiæ locis, aliis etiam totum. Vendere inquam, per libellum potuit dimidiam partem privato non Ecclesiæ. Privato plus permittitur quam Ecclesiæ, id est, non tanta in privato, quam in clerico probitas exigatur, quæ ratio est scripta *inf. tit.* 8. Tertullianus de Monogamia: *Cum ad præquationem disciplinæ sacerdotalis provocamur, deponimus infulas, & impares sumus.* Ecclesiam decet ne partem quidem feudi à vasallo emere, sine consensu domini, maxime cum sit immortalis, privatus mortalis, quo moriente sine heredibus masculis feudi etiam pars ea, quam per libellum alii concessit ad dominum recurrit. Ex Constitutione autem Lotharii, & Friderici, nec vendere ullo modo partem ullam feudi privato vasallus potest sine domini voluntate, ut *inf.* 2. *tit.* 9. *&* 3. *tit.* 2. *&* 4. *tit.* 44. 35. ne domino debitum servitium pereat ad inopiam redacto vasallo: quod etiam olim obtinebat in feudo de camera, vel de caneva: & in feudo proprio, cujus domino juncta erat districtio juris, quæ duo non semper concurrunt in eandem personam, sed cujus in personam concurrunt, ejus auctoritas potestasque major est, ut merito in alienatione ejus sit exploranda voluntas. Æquum etiam est in eo feudo ab alienando, quod quasi è sinu, & penuario domini depromitur, id est, ex camera, vel caneva, domini voluntatem exquiri. Quod diximus de alienatione, idem obtinuit in pignoratione, creditori distractione permissa, quod genus pignoris consultum dicitur *inf.* 2. *tit.* 9. quia eo maxime creditori consulitur. Et hoc est, quod ait hoc loco: *Ita ut distractionem permittat:* cujus emendationis conjecturam fecit vetustissimus liber, in quo erat, transactionem, non transactum. Idem si dolo hoc egisset, ut feudum in alium transiret, puta si investituram pro venditione adsimulasset, ut *inf.* 2. *tit.* 4. & in Constitutione Friderici *de feudis non alienandis.* Et hac

A juris forma neglecta, feudum ad dominum redibat, præterquam si feudi paterni alienatio facta esset agnato, qui omnino successioni jure feudum habiturus erat, quia renunciatio est potius quam alienatio, ut *inf. tit.* 8. *§. ult.* *&* 4. *tit.* 45. vel errante vasallo circa qualitatem rei, puta feudum accipiente pro alode, ut *inf.* 4. *tit.* 30. At, ut dixi, vasallus feudum potuit semper, potestque alii sine fraude in feudum dare sine voluntate domini: ita ut sit vasallus vasalli, nec mortuo priori vasallo sine liberis masculis, ad dominum res ipsa recurret, ut *inf.* 2. *tit.* 10. Jus feudi recurret, vel etiam res ipsa, si nolit posterior ab eo jus feudi recognoscere, ut *inf.* 2. *tit.* 9. *§. sine autem.* An etiam jus feudi alii poterat vasallus vendere invito domino quasi feudum, non quasi libellum, ita ut non suus, sed domini vasallus esset: sicut

B usumfructum vendere fructuarius potest etiam invito domino, quod Græci interpretes cum ita scriptum reliquissent: *ὁ ἔχων χρῆσιν καρπῶν δύναται πωλεῖν αὐτὴν, καὶ ἄκοντος τοῦ δεσπότου ἢ καὶ τοῦ κληρονόμου αὐτοῦ:* quidam eis hanc opinionem quasi singularem adscribit, nesciens id eos sumpsisse ex *l. cui ususfructus, ff. de usuf.* Rursus ut morte mea si jus utendi fruendi, quod meum est vendidero, finitur ususfructus in persona emptoris, an & jus feudi ita venditum, ut dixi, si decessero sine liberis masculis? Et videtur jus feudi in alium per eam rationem multo minus potuisse, aut posse transferri, ne invito domino novus, & extraneus vasallus accedat, ut *inf.* 2. *tit.* 12. cum alienatione facta per libellum, vel pigneratione pro parte dimidia, vel ut Cremonæ, Ticini, Mediolani obtinuit, in assem, vel

C secunda datione in feudum non mutetur vasallus, illo genere mutetur. Et tamen illud quoque fuisse permissum ante Constitutionem Lotharii, ut existimem, facit *§. item si duo fratres*, ut hodie moribus Galliæ receptum est posse omnino jus feudi sine voluntate domini à vasallo cedi, & vendi alteri: qua ratione vulgo dicitur feuda patrimonii jure censeri. Ceditur cum sua causa, nam emptor fidem, & hominium debet, quod nisi profiteatur intra constituta tempora, dominus fructus suos facit, vel quibusdam locis feudum domino aperitur, cujus generis feudum dicitur *Fiefs de danger*, quod ejus amittendi vasallo periculum immineat, nisi mature fidem, & hominium exhibuerit: Emptor etiam debet *καμβίον*, & *εἰσδεκτικά*, & militiæ oneribus ac servitiis feudo cohærentibus obligatur. Igitur mors

D emptoris spectatur, non venditoris. Ususfructus tamen plenum merumque jus omnino vendi alteri non potest, & spectatur mors venditoris, non emptoris. Sed & Ecclesiæ moribus nostris recte vasallus feudum vendit cum sua causa: quo tamen casu ne quid domino depereat, vel quod Ecclesia sit immortalis, vel quod sit inhabilis militiæ, cogitur Ecclesia dare hominem, à quo officia debita exhibeantur, quoque mortuo fidelitas redintegretur. Iisdem moribus eo, qui feudum vendidit absque consensu domini defuncto sine heredibus, feudum emptori non aufertur, cum tamen jure Italico si invicem domino vasallus partem mediam jure vendiderit per libellum, aut pignori obligaverit, & jure *προτιμήσεως* dominus anno, vel renunciatione exclusus fuerit, mortuo vasallo sine heredibus masculis,

E vel etiam cedente feudo in manus domini à quibus acceperat feudum emptori auferatur, ut *§. rursus*, *&* *inf. tit.* 8. *&* 16. *&* 4. *tit.* 83. Domino consentienti non est jus *προτιμήσεως*, non recidit etiam feudum in eum, qui consensit alienationi moriente venditore sine legitimis heredibus, aut refutante dominum hominio, ut dicitur, ei remisso: sed qua condicione quove jure id consentiente domino acceperit emptor puta quasi proprium, vel quasi libellum eadem retinebit semper, præterquam in specie *tit.* 25. 57. *lib.* 4. Consensu etiam agnati amittunt jus *προτιμήσεως*, & jus successionis: & ita demum jus prælationis habent, vel eo jure omisso jus successionis, cum est feudum genearchicum, mortuo venditore, illud reddito pretio, istud non

reddito pretio emptori, si venditori non consentie… ut *hoc tit. §. præterea, & tit. 4. §. 1. & lib. 4. tit. 14. tit. 45.* Quod in contextu isto ait, *His omnibus casibus*, sic est interpretandum, si libelli nomine dederit supra dimidiam partem, si pignori obligaverit permissa distractione, si dolo hoc egerit, non si fratrem suum occiderit. Quod autem ait. *Item si fuerint duo fratres, & unus*, &c. est valde obscurum. Duo sunt fratres consortes Primus, & Secundus. Primus feudum adquisivit, idque in commune contulit: quæ collatio domino nihil præjudicat, qui Primum solum sibi vasallum adoptavit, ut *inf. 2. tit. 12.* Soluta consortione, & diviso feudo, Secundus feudi partem accepit: jure igitur, quia partem dimidiam tantum, totum nequivisset: quo enim colore nisi refutationis? Sed hoc non potuisset, quia in feudo fraterno, id est, feudo novo successurus non erat. Igitur quia partem accepit recte, quandiu vixerit Primus, non redibit ad dominum portio Secundi, nisi Secundus plus medietate suæ portionis vendiderit, & sine liberis masculis decesserit. Utrumque exigimus. Neque hoc neque illud sufficit, quia vivit Primus, à quo ejus portionis alienatio in Secundum collata sustinetur. Utrumque si concurrat, dominum admittemus, quia Secundus eam portionem tenuit quasi feudum ab eodem domino ex divisione, & deficiente ejus sobole mascula, æquum est id domino accedere potius, quam extero emptori, qui plus medietate emit. Ante Lotharium alienatione majoris partis, quam dimidiæ feudum domino aperiebatur. Post Lotharium pars tantum alienata domino aperitur, ut *inf. 4. tit. 44.* Est enim ejus indignitas major, qui indulgentia sibi data abutitur, quam ejus cui nihil lex indulsit. Quod sequitur, *Item si quis feudum*, ejus rationem exposui sup.

Item si Episcopus, vel Abbas, vel Abbatissa, vel dominus plebis feudum dederit de rebus Ecclesiarum, quæ eis subjectæ sunt, & tituli vocantur: nullum habet vigorem, secundum hoc, quod constitutum est à Papa Urbano in sancta synodo: hoc est illud, quod post ejus decretum fuerit datum: quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. Idem juris est, si Præpositus, vel alia ecclesiastica persona, quæ antiquitus non sit solita in feudum dare: scilicet ut quod dederit jure non valeat.

Hujus paragraphi sententiam exposui titu. 1. Illud tantummodo non exposui, quem hic Gerardus vocet dominum plebis. Et is videtur esse, qui Vicedominus dicitur in cap. volumus, & cap. dominum 89. distinct. Administratio est episcopatus, & onus suscipiendæ plebis negotiorum ecclesiasticorum causa, vel inopia incessente adventantis, & hospitantis in Ecclesia. Sigebertus in Chronicis: *Theophilus Vicedominus secundas partes ecclesiasticæ dispensationis sub Episcopo agebat.* Carolus *l. 4. Lang. de rever. eccles. deb. Mandet Comes Episcopo, vel Abbati, vel Vicedomino*, vulgo corrupte, Vicecomiti. Cassiodoro Vicedomini videntur esse œconomi, v. Var. Epistol. Iustitiæ. Hoc autem loco titulum novum perperam apponi finis indicat, in quo ita est. Et his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur. Casibus enim his qui sequuntur feudum, vel quia non jure datum est, vel quia deficiunt heredes masculi, vel quia vasallus linguæ usum emisit, ad dominum revertitur.

Quin etiam si quis eo tenore feudum acceperit, ut ejus descendentes masculi, & fœminæ illud habere possint; relicto masculo, ulterius fœminæ non admittuntur.

Dictum est sup. feudum ad dominum redire vasallo [illegible]oc herede defuncto. Heres his libris sive heres legi[illegible]s masculum significat, ut *inf. tit. 8. & lib. 4. tit.* [illegible]terea quod fœminæ in feudum non succedunt, [illegible]m sit muliebre, vel nisi ita convenerit nomi[illegible]m in dando feudo. Inde quæritur, si in dando feudo convenerit, ut liberi masculi, & fœminæ id obtinere possint, & vasallus moriatur relicto filio, & filia, an uterque succedat? Obertus utrumque succedere existimat, ut *inf. 4. tit. 63.* Gerardo aliud judicium est hoc loco, & *inf. tit. 14. §. ult.* Putat enim masculum præferri, quasi scilicet hæc fuerit mens contrahentium ut ita demum fœminæ admitterentur si masculi deficerent, quod & si palam verbis expressum esset, Obertus probaret, ut *inf. 2. tit. 17.* Sed id quod agitur pro expresso haberi debet, *l. cum quid, ff. de reb. cred.* Et Gerardi sententiam fuisse communiter receptam fragmenta Ardizonis indicant, *inf. 4. tit. 104.* Ex eisdem reliquis didicimus non idem esse dicendum si ita convenerit, ut in feudo succederent fœminæ sicut masculi. Hujus enim conventionis potestate mares, & fœminæ simul succedunt, tam ex mente, quam ex verbis contrahentium. Proponitur & in eisdem alia, quæ ad hanc quæstionem pertinet perelegans species. Maritus, & uxor simul de eodem feudo investiti sunt ea lege, ut & descendentes sive liberi sui id haberent: feudum, hoc non est muliebre, non masculum, sed mistum ex utroque. Conjuges defuncti sunt filio, & filia superstitibus. Filius totum feudum sibi vindicat; filia in partem venire vult: quid fiet? Aut uterque ex eis nuptiis natus est, aut non: priore casu mas præfertur: posteriore, ut si filium maritus susceperit ex prima uxore, filiam ex secunda, feudi quo de agitur socia, filia veniet in partem una cum fratre consanguineo: quia cum sit filius ex aliis nuptiis, non debet filiam excludere, quæ ex his nuptiis progenita est, in quibus feudum adquisierunt, sed potius, quia feudum est ex parte masculum, ex parte muliebre, quisque sibi parentis sui partem vindicare debet: & eadem ratione si filia tantum supersit, nullus filius, filia partem tantum feudi habebit, altera pars domino committetur. Ponitur, & in eisdem fragmentis singularis casus quo fœminæ in feudum succedunt, ut si feudum datum sit ad servitium certum, quod fœminam exequi non deceat, puta ut iter uxoris domini officiose comitetur, *inf. 2. tit. 3. §. ult.* vel ut domi socique dominæ ministret, & rem ejus familiarem accuret, qualis est Vasallus casatus, qui dicitur legis Francicæ 3. *c.* 68. & 4. c. 75. & in Constitutionibus Caroli magni, ut describatur quot homines quis casatos in suo beneficio habeat. Constat vero feudum ad certum servitium dari recte, ut *inf. 4. tit. 67.* Datur & ita plerumque, ut nullum pro eo servitium certum exhibeatur, cujus etiam mulier capax est. Et ii omnes casus sunt excipiendi quibus Galliæ locis fœminæ in feudum non succedunt. Aliis plerique locis liberi utriusque sexus in feudum succedunt. Cognatæ ex transverso non succedunt extantibus masculis. Et circa eam consuetudinem simul, & circa conventionem hoc loco propositam hæc incidit quæstio. Mos hic sive conventio est, ut masculis non extantibus fœminæ succedant, extantibus masculis ut non succedant. Quæritur, an quæ lex dicta est fœminis, dicta etiam videatur posteritati masculæ fœminarum, ut ecce, vasallus mortuus est relicto filio fratris, & filio sororis, utrum censes filium fratris esse potiorem, quod alter descendat ex fœmina, an utrumque admittis, quod uterque sit mas, uterque pari gradu? Sunt, qui utrumque admittant: quod non probo, nam id ea conventione agitur, ut ex ea familia cui primum feudum acquiritur, mares, & fœminæ succedant filius sororis non est ex ea familia. Solus quidem admitteretur ex benignitate quadam, ut *sup. tit. 12.* Sed non concurrente eo, qui est ex illa familia. Et si forte cum feudum pater adquisiisset, deinde obierit relicta filia, & filiis duobus Primo, & Secundo,

quot

quot sunt personæ, tot sunt lineæ : & linearum ordo accurate observandus, ut *inf. 4. tit.* 59. Unde si Primo divisione obvenerit feudum, posteri ejus in infinitum cæteris præferuntur, linea Primi adsumpta, adsumetur Secundi, & hac demum extinta linea filiæ. Proinde si moriens Primus habuerit filium fratris, & filium sororis, filius fratris præferetur filio sororis, id est, linea Secundi lineæ filiæ. A

Mutus feudum retinere non potest, scilicet qui nullo modo loquitur : sed si feudum fuerit * magnum quo ei ablato se exhibere non valeat, tum ei relinqui debet, unde se sustinere possit. Ex his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur.

* ye. paternum.

B

Mutum Gerardus definit eum qui eloqui nihil potest, ut *§. item surdus, Inst. quibus non est per. fac. test.* & ait, mutum retinere feudum non posse, quia scilicet debito servitio parum idoneus videtur. Contra Gerardus refertur muto retentionem dedisse feudi paterni, *inf. 4. tit.* 41. Feudi, inquam, paterni tantum. Quod & hic subjecerat. Sed his libris nulli sunt fœdiores mendis. Ait, *Sed si feudum fuerit magnum*. Dixisse convenientius, *parvum*, quia sequitur, *quo ei ablato se exhibere non valeat*. Scriptum erat corrupte, maternum, unde fecere, magnum, propterea quod non agnoscunt hi libri feudum maternum, ut *inf. tit.* 12. Sed debuissent potius emendare paternum pro maternum. Hic igitur est sensus, si feudum fuerit relictum à patre, quo ablato esuriturus sit, tum ei relinqui debere unde tueri se, & educere possit, quam sententiam pietatis ratio extorsit, jure enim, qui servitio non sufficit, nec feudum retinet. C

De natura feudi.

Tit. III.

NAtura feudi hæc est, ut si princeps investierit Capitaneos suos de aliquo feudo, non possit eos devestire sine culpa, id est, Marchiones, & Comites, & ipsos qui * proprie hodie appellantur Capitanei. Idem est si investitura sit facta à Capitaneis, & majoribus valvasoribus, qui * proprie hodie Capitanei appellantur. Si vero facta fuerit à minoribus, vel minimis valvasoribus, aliud est. Tunc enim possunt devestiri non habita ratione culpæ, nisi fecerint hostem Romæ : tunc enim idem est in minimis, quod in majoribus valvasoribus : vel nisi emerint feudum, tunc enim pretium restituendum est secundum antiquum, & rationabilem usum * Moderni autem non ita subtiliter cernentes dicunt idem observandum in minimis, quod dictum est in majoribus valvasoribus. D

* ye. improprie.
* ye. improprie.
* Item Mediolanenses.

Propria feudi natura hæc est, ut sit perpetuum, nec temere vasallo eripi possit sine causa. Princeps non eripit temere, quod dedit Duci, aut majori valvasori. Dux quoque non eripit id quod dedit majori valvasori, nec major valvasor, quod minori. Minor tamen quod dederit valvasino, quia jure feudi non censetur, vel major dominus eripere valvasino cum libuerit potest, exceptis certis casibus, quos exposui *tit. 1. sup.* Est autem hic duobus locis reponendum, improprie, ubi est scriptum, proprie, ex supradicto *tit. 1. in prin. & inf.* 14. E

De Successione feudi.

Tit. IV.

SEquitur de successione feudi videre. Si quis igitur decesserit filiis, & filiabus superstitibus, succedunt tantum filii æqualiter, vel nepotes ex filio, loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente.

Hoc quoque observatur, ut si frater meus alienaverit partem suam feudi, vel fecerit investiri filiam suam, si moriatur sine herede masculo, nihilominus revertitur ad me, & olim observabatur usque ad quartum gradum tantum secundum quosdam, hoc ideo quia postea non vocatur feudum paternum. Alii autem dicunt usque ad septimum gradum.

Filia vero non succedit in feudo, nisi investitura fuerit facta in patre, ut filii, & filiæ succedant in feudum (tunc enim succedit filia filiis non extantibus) vel nisi investitæ fuerint. Hæc de feudo paterno. In alio vero feudo, quod habuit initium tantum à fratribus, non succedit unus alteri, sive una investitura, sive duabus, nisi hoc fuerit dictum expressim, ut alter alteri succedat.

Loco sui patris. In limite transverso non est, ut loquuntur, repræsentationi locus, nisi in fratrum jam mortuorum filiis, qui succedunt cum fratribus defuncti, patruis suis, ut *inf. 2. tit.* 11. In limite directo liberorum est repræsentationi locus in infinitum, ut si sit filius, & ex alio filio jam ante mortuo nepos, simul uterque succedit in feudum, & in alodem, & sic deinceps cæteri pro stirpibus, non pro capitibus. Tempore Othonis 1. Imperatoris, cum esset ea de re ingens quæstio, an avo succederet nepos una cum patruo, placuit rem committi gladiatorio certamini, & cessit victoria his, qui nepotes computabant inter filios : quod Sigebertus refert in Chronicis, & Vvitichindus 11. rerum ab Henrico, & Othone gestarum. *Nulla ordinatione*. Non potest ergo pater uni ex filiis feudum prælegare : qua de re dicemus *inf. 4. tit.* 54. *Hoc quoque observatur, ut si frater meus alienaverit partem suam feudi*, consentiente scilicet domino : alioquin feudum domino aperiretur, non mihi. *Vel fecerit investiri filiam suam*, ut *inf. 4. tit.* 45. *Revertitur ad me*. Si & ipse alienationi non consensero, ut *sup. 2. §. præterea*. *Usque ad quartum gradum*, usque ad fratres patrueles, ut *sup. 1. §. hoc quoque*. *Quia postea non vocatur feudum paternum*. Qui hac ratione utebantur, feudum id tantum dici paternum existimabant, quod esset à patre, aut avo profectum, quasi scilicet patris appellatione ultra patrem solus avus intelligeretur, *l. justa. ff. de verb. signif.* & ita fratres patrueles defuncti succedere in feudum avitum, propius sobrino, id est, patruelis filium non succedere in feudum proavitum. Sed magis placuit paternum dici, quodcunque à parentibus descendit, ut in *l. patri, ff. ad leg. Jul. de adult.* patres pro parentibus accipiuntur, & hac ratione in feudum à parentibus profectum agnato defuncto agnatos succedere usque ad septimum gradum : quia parentes usque ad ad eum gradum nominantur : ulteriores majores appellantur, non parentes. Paulatim increscunt sententiæ juris, *l. fideicommissa, §. si rem suam, ff. de leg.* 3. Obtinuit ad extremum succedere eos in infinitum, ut dixi *sup. 1. §. 1.* nam & in edicto de in jus vocando, & de legatis præstandis parentes etiam dicuntur ultra tritavum. *Nisi investitæ fuerint*, domini beneficio, ut *inf.* 25. Cætera, quæ ad hunc §. pertinent, exposuimus *sup. tit. 1. §. 1. & tit. 2. §. penult.*

Qualiter heres investitoris teneatur.

T I T. V.

SI quis investitus fuerit de alieno feudo post mortem ejus, vel si quis fuerit investitus sub conditione aliqua, vel tempore, de quo nullus erat investitus, sive præmoriatur tenens feudum, sive investitor, sive investitus: investitor & investitoris heredes tenentur investito, vel heredi ejus veniente tempore, vel conditione: licet alii dicant, si moriatur investitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem existentem, vel ante tempus quod heredes ejus non debeant investiri: nam si quis fuerit investitus pure de alieno feudo, non valet habita investitura: hoc ita est, nisi fuerit facta ab aliqua ecclesiastica persona: tunc enim si præmoriatur investitor antequam feudum tenens vel conditio, vel tempus existat: non obligatur successor illius: & hoc probatur per legem Lotharii de precariis: & hoc intelligendum est in vassallis, qui feudi successionem non habent.

Hic titulus est de feudo, quod successionem non habet, id est, quod morte accipientis finitur. Et ait ejus generis feudo, exempli gratia, Primo concesso, pure Secundo factam à domino investituram non valere, sub conditione, vel in diem factam valere: Primus enim mori interim potest. Et multo magis valere eam, quæ confertur in tempus mortis Primi. At quæritur an jus investituræ in heredem Secundi transmittatur, ut prædium sibi tradi oportere intendere possit. Alii dicunt indistincte transmitti. Hi comparare videntur investituram stipulationi: quia stipulatio omnis in heredem transmittitur. Alii ita distinguuntur: Aut prior mortuus est Primus, aut Secundus. Si præmortuus est Primus, jus suum Secundus transmittit in heredem. Si præmortuus est Secundus, nihil transmittit. Hi legatorum exemplum sequi videntur. Legatum enim relictam in conditionem, vel in diem incertum, veluti, cum mortuus erit Primus, mortuo legatario ante diem, vel conditionem in heredem non transfertur, *l. 1. §. si quis sub conditione, ff. ut leg. nom. cau. l. si dies, ff. quan. dies leg. ced.* Priorum opinio verior est, quia investitura actus viventium est, non morientium: est enim cessio. Cessio autem actus viventium, *l. ult. ff. rom. præd.* Comparanda igitur stipulationib. potius quam legatis. At contra quæritur, an heres domini Secundo teneatur. Et placet eum quoque indistincte teneri, sive post Primum, sive ante Primum, & sive ante conditionem, sive post conditionem dominus decesserit: quod & in stipulationibus, & in legatis ita procedit: nam etsi heres à quo legatum relictum est sub conditione, decesserit ante conditionem, heres heredis legatario obligatur, licet ab herede scripto obligatio non inceperit, *l. sub diversis, §. ult. ff. de cond. & dem.* In clerico tamen distinguitur, & regula juris antiqui strictius observatur: nam si clericus moriatur ante Primum, vel ante conditionem, vel ante diem incertum, successor ejus non tenetur: si post Primum, vel post conditionem, vel post diem incertum, successor tenetur, ut diximus *sup. tit. 1. §. si vero Archiepiscopus.* Voluntas itaque ejus non observatur, nisi eundem ipsum obligatio tenuerit. Et quod in feudis, idem Lotharium ait constituisse in precariis. Quid vocet precarias videamus. Genus est contractus, quo initio primum cum ecclesiis contrahebatur: ut emphyteuseos genere primum cum civitatibus tantum, deinde etiam cum aliis: unde & cum privatis precarias contrahi nihil vetat. Non sunt autem precariæ, sive precaria

A non est id genus contractus de quo agitur in titulo Digestorum de precario, licet idem utriusque beneficii sit nomen, eademque nominis ratio, quod precibus petenti concedatur: quo genere frequens erat liberos ab Ecclesia impetrare bona, quæ parentes donaverant. Precaria est cessio ususfructus rei immobilis: idem possis dicere feudum esse, idem emphyteusim: idem libellariam: nam proprietatem retinet, qui dat: aut igitur nihil, aut usumfructum dat, & cedit. Utile dominium nullum est, ut recte sensit vulgaris interpres quisquis est, sive Pileus, sive Conradus (nam hi duo sunt vetustiores horum librorum interpretes) ad *tit. de alienatione feudi paterni, lib. 4.* Contractuum leges, sive pactiones, ex quibus dicuntur contractus capere formam, ita sunt dispares nonnunquam, ut novas appellationes
B excogitare sit necesse: exemplo sit pignus, aliud est pignus, aliud hypotheca, aliud fiducia, aliud *ἐνέχυρον*: & omnia tamen pignora. Sic aliud feudum, aliud emphyteusis, aliud libellaria, aliud precaria, aliud ususfructus: & omnia tamen ususfructus: quoniam qui dat, retinet proprietatem. Adjiciamus ergo legem præcariæ propriam. Precaria est cessio ususfructus rei immobilis, quæ fit clerico ad tempus, vel dum vixerit ea lege, ut Ecclesiæ ministerium exhibeat, ut Toletani concilii c. v. vel quæ fit, quod erat proprius, & frequentius ei, qui Ecclesiæ rem suam donavit, aut liberis ejus, vel in ea re sola, vel in aliis rebus Ecclesiæ, vel tam in ea, quam in aliis rebus Ecclesiæ ad tempus certum, vel in tempus vitæ donatoris tantum, aut etiam filiorum ejus, *c. precaria 10. q. 2. & Remen-*
C *sis synodi c. 36. & 37. & Turonensis c. 51.* quod genus negotii Ecclesiis permittitur remunerandæ donationis causa, *l. jubemus, §. sane ne omnis, C. de sacros. Eccl. Nov. 7. & 120.* id nonnunquam agitur, ut is cui ceditur ususfructus, certam pensionem, sive censum quotannis præstet, ut lege Alamannorum tit. 2. & ut renovetur singulis lustris, *c. 1. de precariis*. Inde Carolus Magnus legis Franciæ c. v. *Si quis*, inquit, *in censibus reddendis, & precariis renovandis negligens fuerit*. Ubi autem fit renovatio, quæ *ἀνάκαμψις* dicitur aptissimo vocabulo, & præstantur *εἰσδοτικὰ*, ut Leonis *Nov. 13.* cujus titulus compendiosior est *περὶ ἀνακαμψίμων*. De precaria accipienda videtur *l. 2. Lang. de benef.* quæ congruit omnino cum eo, quod scriptum est inter decreta Pontificum, Quicunque fidelium propria devo-
D tione de facultatibus suis aliquid Ecclesiæ contulerunt, si forte ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ temporis usu percipiant, & Turonicæ synodi c. 51. Quid distet precaria à feudo, & libellaria si quis quærat, consulat definitiones: nam & feudi, & libellariæ definitionem tradidi supra. Qui ab emphyteusi, collata etiam emphyteuseos definitio cum definitione præcariæ, statim indicabit. Emphyteusis est contractus, quo dominus prædii sui usumfructum in alium transfert ea lege, ut id melius, & cultius reddat constituta pensione certa. Feudo additur lex fidei, & servitii, emphyteusi lex meliorationis. In aliis nulla est lex talis. In feudo nulla est pensio annua, in cæteris est pensio annua. In feudo, & emphyteusi, nulla *ἀνάκαμψις*; in cæteris est *ἀνάκαμψις*. In his om-
E nibus intervenit, & præstatur domino *εἰσδοτικὸν*, sed varie. In feudo ex morte vasalli reditus unius anni, vel pecunia certa, aut arbitraria, ex alienatione pretii portio. In emphyteusi ex alienatione pretii portio, ex morte nihil. In libellaria, & precaria dum quasi redeunt, & renascuntur, certum pretium etiam non mutato possessore. In omnibus est commisso locus, sed variis ex causis. In feudo ob culpam, in cæteris ob tardius solutam pensionem.

De

De contentione feudi inter dominum, & fidelem.

Tit. VI.

SI consentio fuerit inter dominum, & fidelem de investitura feudi, per pares curiæ dirimatur. Alii enim testes, etsi idonei sint, admittendi non sunt, inopia tamen probationum dirimatur per religionem clientuli possessoris feudi, vel cum duodecim sacramentalibus secundum quosdam. Cæterum si dominus possideat, etiam per suum jusjurandum cum duodecim sacramentalibus dirimatur: hoc ita, nisi clientulus sit gastaldus, vel actor domini: tunc enim tantum suæ, id est, domini religioni statur, nisi habeat testes pares idoneosque: nam aliquando multa bona auferuntur domino hoc modo: & hoc colligitur per legem, quæ est in titulo de acquisitione actorum Regis. Idem dicendum est de guardia.

Similiter si quis voluerit dicere de pignore sibi dato se investitum esse, non credatur suo juramento, sed testibus idoneis paribus domus.

Insuper sciendum est feudum Guardiæ, & Gastaldiæ quacunque hora vult auferri posse à domino, scilicet post annum.

Quæ ad hunc titulum pertinent, exposui *sup. 1. §. si autem controversia*. *De investitura feudi*. Fideli allegante investituram, domino negante. *Clientuli possessoris*. Ergo rei. *Secundum quosdam*. Horum sententia jure verior. Usu hodierno solus jurat, ut *inf. lib. 5. Cæterum si dominus possideat*. Ergo si fidelis agat. *Tantum suæ*. Sine sacramentalibus. *Nisi habeat*. Vasallus scilicet. *Hoc modo*. Sensus hic est. Si non exigantur à vasallo testes pares, & idonei, si domini jurijurando non stetur, evenit ut res adquisitaa domino multas, gastaldi, vel actores sibi retineant commento investituræ. Aut igitur probent investituram testibua paribus, & idoneis, aut domini jurijurando fidem habeant. *Idem dicendum est de guardia*. Ut solius domini jurijurando sine sacramentalibua dirimatur res, quæ ei est cum custode prædiorum de certi prædii investitura. *De pignore*. Quod probat dominus, ut Conradus interpretatur recte ex *§. similiter, tit. 1. sup. Non credatur*. Non detur possessori defensio. *Insuper*: hoc exposuimus supra *1. §. item illud*.

De contentione feudi fratris defuncti.

Tit. VII.

SI contentio fuerit inter me, & dominum de portione feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse; & sic me debere succedere, ille vero minime, tanquam habuerim partem meam, sive possideo, sive alienavi, dabitur mihi jusjurandum, scilicet patrem meum jure investitum fuisse, licet non possideam portionem fratris mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur jusjurandum, nisi propter supradictam rationem domino, non ut ego propter hoc alium meum feudum amittam. Si tamen vassallus poterit probare paternum fuisse, sive possideat, sive non, obtinebit: alioqui nisi probet paternum fuisse, vel nisi possideat, dominus obtinebit.

Sive alienavi. Partem scilicet, quam habui, ut si eam cum alia re permutavi, ut *sup. 1. §. cum autem*. *Licet non possideam*. Quandoque actori dat judex jusjurandum, ut *inf. 4. tit. 36. §. sacramentum*: & hoc casu maxime, quod para, quam habui, arguat intentionem meam esse veram, id est, feudum à patre initium habuisse. *Nec mihi nec domino*. Si probavero feudum esse paternum. *Propter supradictam*. Propter inopiam probationum titulo præcedenti. *Domino*: qui reua est. *Alium meum*: partem meam, quam non habui. *Si tamen vassallus*. Duo sunt casus, si probaverit, Si possideat: primo obtinebit omnimodo: secundo obtinebit domino non probante. Delenda sunt illa, *Sive non*, ut dixi *§. Cum autem*. Sive non probaverit vasallua, vel non possideat, dominus obtinebit, uterque scilicet dato jurejurando.

De alienatione feudi.

Tit. VIII.

SI clientulus voluerit partem suam feudi alienare, id est, medium sine domini voluntate, poterit hoc facere: ulterius progredi non potest, secundum justum, & verum usum. Alioqui & feudum amittit, & non valebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello. Huic consuetudini derogatum est per legem Lotharii. Mediolanenses vero irrationabiliter considerantes, dicunt, clientulum etiam totum alienare posse sine domini voluntate. Inde potest præsumi, si clientulua fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui Ecclesiæ, non valere: ideo scilicet, quia nunquam reversurum sit ad dominum: cum Ecclesiæ non desinat esse heres. Quod observandum est in privato, ex natura perpetui libelli. Sed diversum observatur in Ecclesia, quam in privato: Ecclesia enim cultrix & auctrix justitiæ, non patitur contra justitiam aliquid fieri in se, vel in alterum: Privatus vero sæpe obvias justitiæ: & si Clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi, sine domini voluntate, eo mortuo sine legitimo herede masculo (quod verbum ita intelligendum est in feudo, id est, sine filio masculo) revertitur feudum ad dominum.

Si vero cum domini voluntate totum, vel medium alienaverit stabilis permaneat alienatio: fratri vero, vel nepoti per libellum facta alienatio, etiam sine voluntate domini.

Quæ ad hunc titulum pertinent, exposui *sup. tit. 2. Huic consuetudini*. Adnotatio est interpretis cujusdam. *Feceris libellum*: pro parte dimidia. *Quod observandum est in privato*. In privato datio libelli perpetui pro parte dimidia valet, non in Ecclesia, quod exposuimus supradicto titulo: eadem est in hac re natura feudi, & libelli: utrumque jus perpetuarium est. *Sed diversum*. Quia in Ecclesia non valet, in privato valet. *Vel aliud*. Ut si pignori obligaverit. *Stabilis*. Ita scilicet, ut mortuo vasallo sine heredibus masculis feudum ad dominum non recurrat. *Fratri, vel nepoti*. Qui omnino in feudum successurus erat, & ita ut post mortem vasalli rem quasi feudum, non quasi libellariam tenere incipiat.

De investitura Marchiæ, Ducatus, vel Comitatus, & ejus successione, & retentione.

Tit. IX.

De Marchia, vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua regali dignitate, si quis investitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere. Heres enim non succedit ullo modo, nisi ab Imperatore per investituram adquisierit.

In feudo Comitatus, vel Marchiæ, vel aliarum dignitatum non est successio secundum rationabilem usum, sed hodie hoc est usurpatum.

Jure in feudo tantum valvasorum est successio, quod non recta emanat à Principe, non in feudo Ducum, Comitum, Marchionum, vel majorum valvasorum, quod proxime descendit à principe, & regale dicitur *inf.4.tit.de lege Conradi*, in Constitutionibus Neapolitanis feudum quaternatum, quod in quinternionibus Doanæ, ut earum sermone utar, inscriptum est, à Gallis, *Fiefz chevel, fiefz à pur saus moyen*: Illud *Fiefs par moyen, ou Arrierefiefz*. Videtur, & regale Gallis dici, *Fiefz de hauber*, vel etiam, quod & si pendeat à Duce, exempli gratia, tamen mortuo vasallo sine heredibus Regi vacat, non Duci, sic dictum ab armorum genere, quo Regi possessor ejus servire debet. Mortuo autem vasallo, in feudo regali opus fuit quasi novi beneficii nova investitura, non ergo id Capitaneorum liberi agnative successione adquirebant, sed investitura. Cæterum deinde usurpatum etiam hoc est, feudum regale jure successionis adquiri. Et hoc est, quod sequitur, *In feudo Comitatus, &c.* Quæ adnotatio cujusdam interpretis est. Et quod ait: *Usurpatum est*, consuetudinem inveteratam significat, quæ jam nunc sit pro lege observanda, ut *l. 13. §. ult. ff. de injur. l.1. §. ludi, ff. de ext. cog.* maxime cum eam approbet Fridericus in Constitutione de feudis non alienand. qui tamen aliam differentiam admittit, ut feudum regale non dividatur, sed majori natu cedat, si plures sint ejusdem gradus, quod est juris gentium: Livius 40. *Cupit regnum scelerate, qui transcendere festinat ordinem ætatis, &c.* Justinus 2. *Arthemenes maximus natu ætatis privilegio regnum sibi vindicabat, quod jus, & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit*, & 34. *Quod regnum majori natu cesserit*. Quod illi de regno, idem ratio exigit in regali feudo, quod scilicet à Rege directo proficiscitur, quodque qui obtinent sunt veluti Reguli quidam: Alia feuda dividuntur inter eos, qui sunt ejusdem gradus. Plerisque locis, & ea majori natu cedunt ex asse, aut certe in eis præcipuum aliquid habet. Otho Frisingensis 2. de gestis Friderici cap.29. *Mos in Burgundia*, inquit, *qui pene in omnibus Galliæ provinciis servatur, remansit, ut semper seniori natu ejusque liberis, seu maribus, seu fœminis paternæ hereditatis cedat auctoritas, cæteris ad illum tanquam ad dominum respicientibus*. De hereditate loquitur. Hereditas autem est alode. Sed idem obtinuit etiam in feudo.

De Successione feudi Capitaneorum, vel valvasorum.

Tit. X.

Si Capitanei, vel valvasores majores, vel minores investiti fuerint de beneficio, filii vel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si vero unus ex iis filiis, vel nepotibus sine descendentibus masculini sexus heredibus mortuus fuerit, prædicti fratres, vel nepotes per investituram patris, & avi in beneficium succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis.

Ait, *Si Capitanei, &c.* Nam & in horum feudo successionem esse usurpatum est. Vel accipiantur speciali significatione, ut dicam *inf.2. tit.* 10. Si igitur vasallus moriatur, selictis filiis duobus Primo, & Secundo, & Tertio, & Quarto jam ante mortuis, & nepotibus duobus, hi omnes in feudum, quod non est regale æqualiter succedent. Regale filio majori natu deferetur. Sed & non regale feudum uni ex liberis in solidum obvenire potest ex divisione, cum plura feuda defunctus habuit. Et quod ita tulerit forte Primus in assem, vel in partem, eo moriente sine liberis, perveniet ad Secundum, & nepotes ex Tertio, & Quarto. Concurrunt nepotes cum Secundo in successione Primi. Non concurret tamen cum Secundo nepos ex Quarto in successione nepotis ex Tertio: quia patruus patrueli proximior est. Porro mortuis Primo, & Secundo, si moriatur nepos ex Tertio sine liberis masculis, in feudum, quod habuit succedet alter nepos ex Quasto: & hoc est, quod ait, similiter intelligendum esse in consobrinis, id est, in patruelibus. Est inter fratres consanguineos successio in feudo paterno. Est inter fratres patrueles in feudo avito.

De Successione domini in feudo ejus, qui fratrem, vel filiam habet.

Tit. XI.

Si duo fratres simul investiti fuerint de beneficio novo, & non de paterno, & unus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi hoc pactum conveniet. Quod si fuerit pacto tali facta investitura, ut frater fratri succedat, per pactum frater succedet, non dominus: quod diximus de fratribus, ut unus alii succedat, idem intelligendum est de filiabus. In his omnibus videndum est quid actum sit inter contrahentes. Investitura enim quæ fit ante duos, vel tres liberos homines servari debet, nisi juri, vel naturæ contraria sit. Si ergo domino, & fideli placuit, ut paciscantur de filiabus quatenus ipsæ succedant, hoc quoque servandum est, & sic per pactum filiæ succedunt.

Pleraque edi curavimus aliter quam in hunc diem edi solerent, non aliter quam veterum librorum moneret auctoritas: quod ne singulis locis testificer, hic adscripsisse satis erit: & maxime de titulorum sectione, & restitutione nova, vel potius, ut dixi, vetere recocta. Sed inter cæteros ex libris antiquis hunc præcipue titulum suæ formæ reddidimus, quod & Conradus Interpres tentaverat, *lib.3. tit.1. inf.* Sententia autem hujus tituli non est obscura. Ex pacto fratrem fratri in feudo novo, filiam patri succedere. Pacta formare investituram. Superior titulus est de feudo paterno, hic de novo. Superior de successione filiorum, hic de exclusione filiarum, nisi eis quoque lex investituræ successionem conciliarit.

De Successione feudi materni non conjugalis.

Tit. XII.

Si fœmina habens beneficium moriatur, nullo modo succedit in beneficium maritus, nisi specialiter investitus fuerit. Et si ipsa fœmina filios

filios dimiserit, dicunt quidam, filios non debere A succedere in beneficium matris, nisi specialiter sit dictum, vel investiti fuerint: quia secundum usum regni proprie beneficium vocatur paternum, non maternum. Sed secundum æquitatem dicamus filios debere succedere. Hæc dicimus de Capitaneis, & de majoribus, & minoribus valvasoribus. De minimis autem, id est, qui beneficium tenent à minoribus valvasoribus, sic servatur, ut in sequenti dicetur.

Deficientibus cognatis, vir uxori succedit ex edicto prætoris, in alodem scilicet, non in feudum, in quo maritum dominus excludit, ut *inf.* 2. *tit.* 13. *&* 4. *tit.* 85. Sed etsi fœminæ sint cognati, conjuncti scilicet per fœminas, hi in feudum non succedunt. B Imo nec filii, aut filiæ matri in feudum succedunt, quia cognati sunt non agnati, licet S. C. Tertylliano in alodem succedant quasi agnati, & præferantur agnatia. In feudo, agnati filiis vassallæ præferuntur, & deficientibus agnatis dominus. Verum ex æquitate, l. humanitate, & benevolentia quadamque sexus prærogativa placet filios præferri domino, non etiam filias: & hæc dicuntur de feudo, quod à mare originem cepit, & in fœminam pacto, vel more regionis, vel gratia domini aliquandiu constitit. Sublata enim fœmina, feudum statim repetit suam originem, quia nec nomen, nec naturam suam immutavit ob fœminam, quæ extitit in medio: est enim diciturque proprie (sic emendavi ex Vet.) beneficium paternum non maternum. Dixi, filium præferri domi- C no, agnatis enim certe non præfertur, secundum ea, quæ diximus 2. *§. pen. sup.* Multum interest feudum mulier habuerit, an feudum muliebre fuerit: nec enim omne, quod mulier habuit, muliebre est. Et in muliebre succedunt filii, & filiæ æqualiter. Muliebre est id, de quo mulier primum investita est. Illud quod à mare ad mulierem pervenit pacto, vel privilegio, vel gratia domini, vel more regionis, non est muliebre. Gerardus tamen, & Obertus, qui posita pactione, ut mares, & fœminæ succedant, & à vasallo relictis filio, & filia, in jure successionis dissentiunt, itemque si relictis filiia, aut filiabus duabus, unus ex eia filium, alter filiam reliquerit, utrumque invitante Oberto, fœminam repellente Gerardo, consetiunt tamen in hoc, ut si à vasallo in filiam, quæ sola ei supererat, ut ejusdem D pactionis transierit feudum, muliebre censeatur effectum: ita tamen ut ab ea in fœminas non transeat, nisi deficientibus masculis, ut *inf.* 4. *tit.* 33. At refelluntur ab his, qui acutius cernunt hujusmodi feudum non esse muliebre: nec enim illi duo soli ea ætate jure fuere antistites, sed & plerique alii cum honere tum nomine clariores, ut Bulgarus, Martinus, Jacobus, Hugolinus, quos in consilio habuit Fridericus primus maximus Imperator, ut Radevicus scribit, nec sibi bene cautus Gerardus, cujus ædes ob rem cum Friderico non bene gestam Mediolanenses solo æquaverint. Gunthereus 2. Ligurini.

Hoc stupefacta malo plebes, cladisque futuræ
Territa primitiis, jam nunc præsentia damnans, E
Et ventura timens, Gerardi Consulis ædes,
Quippe hic præcipuus famosi criminis auctor,
Et suasor fueras, rapido fremebunda tumultu
Diruit.

Refelluntur autem illi duo Jurisconsulti hoc argumento scientissime. Si feudum, quod mulier habet transit ad filiam quasi muliebre deficiente filio, transibit, & ad filiam existente filio, hoc autem est falsum, ergo & illud. Sic igitur statuunt in eo feudo, quod mulier habuit ex pacto non est primaria investitura, ipso jure (aliud enim in filio suaserit benignitas) neque filium, neque filiam ejus succedere, sed dominum.

A Idemque est si id habuerit mulier ex privilegio, nam & privilegia principum restricte accipienda sunt. Feuda data generi posterisque tam maribus, quam fœminis, non videntur data his, qui ex fœminis nati sunt, sicut nec immunitates, *l.* 1. *ff. de jur. immun. l. vacatio, ff. de mun. & bonor.* Datum filiæ ejus succedendi in feudo patris, non videtur etiam datum sorori vasalli, qua ratione recte ab Othacaro Rodulphus Imperator Austriam repetebat; Privilegio enim Friderici II. quod ex archiis Austriæ protulit Cuspinianus, duci Austriæ hoc tantum datur, ut si Dux sine herede filio vita decesserit, Ducatus ad seniorem filiam perveniat. Et quod dicitur, beneficia principum plenissime interpretanda, hoc de liberalitatibus, & largitionibus dicitur, non de privilegiis, ut cum pupillis largiuntur alimenta usque B ad pubertatem, hanc magnificentiam sic interpretamur, usque ad plenam pubertatem *l. Mela, ff. de alim. leg.* vel cum loca quædam colonis beneficio concedunt, aut adsignant, quæ libro Beneficiorum Cæsaris adscribuntur, auctore Hygeno, quæ diversa longe erant à feudis, nec enim mutabatur loci conditio. At hunc quem dixi, esse verum sensum tit. 33. argumento est, quod in eo sequitur. Ex hoc illud descendit, &c. Sic enim ratiocinatur: Si feudum, quo fœmina excidit, morte, non recidit in fœminam ex ea descendentem, quod etiam in eandem ipsam non recideret si reviviscere, feudum etiam, quo mas excidit sumpto clerici, vel monachi habitu, non recidet in eundem habitu deposito. *Hæc dicimus.* Locus hic erat vulgo mirum in modum depravatus. *Ut in sequenti dicetur.* Et mox sequi- C tur titulus de feudis datis minimis valvasoribus. Significat autem hac clausula ea, quæ dixi de successione feudi, *tit.* 10. 11. 12. esse de feudo Capitaneorum, vel majorum, & minorum valvasorum. Minorum valvasorum feudum successione non adquiri, nec enim perpetuo jure censeri, & eripi cum libuerit posse, ut *sup. tit.* 1. *§. notandum, & tit.* 3.

De Feudis minimis valvasoribus datis.

Tit. XIII.

SI minores valvasores beneficium tollere voluerint minoribus, licet eis facere: excepto, D si beneficium vendiderint eis. Si vero pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

Si beneficium. Vet. habent, Si beneficium non vendiderint eis. Vendi quidem non potest beneficium quasi proprium, aut quasi libellaria, sed quasi feudum alii rursus dari potest pretio aliquo accepto, quod pro honore sive munere accipitur potius quam pro pretio, ut diximus *sup.* 1. *§. item illud. Dimittant*, ne auferant, ut *sup. tit.* 3.

Qualiter Capitanei, vel valvasores feudo priventur. E

Tit. XIV.

SI Capitanei, vel majores valvasores, qui hodie vocantur Capitanei, licet improprie, vel minores, seniores in bello dimiserint, vel si credentiam ad eorum damnum scienter manifestaverint, si valvasores seniorum uxores adulteraverint, si scienter seniores assalierint, vel similes culpaa commiserint, beneficio carere debent.

Si Capitanei. Emendavi, Si Capitanei, vel majores valvasores, qui hodie vocantur Capitanei, licet impro-

proprie, vel minores seniores in bello dimiserint. *Vel* A *si credentiam*. Hac de re caveri solebat nominatim jurejurando fidelitatis, ut *inf.a. tit.5.* & Constitut. Neapolit. 3. *tit.* 18. Est enim pars fidei summa. De causis amittendi feudi dictum est *sup. tit.* 2. satis, & dicetur *lib.* 3.

De Contentione feudi inter Capitaneos, vel valvasores.

T I T. XV.

SI contentio fuerit de beneficio inter Capitaneos, coram Imperatore definiri debet. Si B vero fuerit contentio inter minores valvasores, & majores de beneficio, in judicio parium definiatur, vel per judieem eurtis.

Hoc est ex Constitutione Conradi, ut inter Capitaneos, veluti de Ducatu, judicet Princeps, qui tamen in consilium adhibebit pares curtis: & ita cum de Ducatu Saxoniæ, cui adjuncta est Archimarescalli dignitas, inter se contenderent Henricus Dux Lauvenburgensis, & Fridericus, quem Imperator investierat de Ducatu Saxoniæ, & à concilio Basiliensi rem vellet Henricus definiri, Fridericus ab Imperatore, scripsit Sigismundus Imperator ad concilium Basiliense hoc modo, Feudalis contentio per dominum feudi, ac pares curiæ terminanda est: quæ epist. extat tertio tomo Concilio- C rum. Si sit lis inter valvasores majores, vel minores de feudo, non à principe, sed à domino, id est, ab eo, qui feudum dedit: simili ratione adhibitis paribus curtis dirimenda est, vel à judice curtis. Capitaneorum feudum proxime descendit à Rege: Valvasorum, non item, qui tamen non ideo minus sunt vasalli Regis. Vasallus enim vasalli regii est vasallus regius, ut in Constitutione Friderici *de feudis non alienan. d. §. illud quoquo.* quæ & id confirmat *§. pen.* quod diximus litem dirimendam esse à domino, & paribus, atque etiam Constitutio de pace Constantiæ, & c. ex *transmissa, de for. comp.* Quod adjicit hoc loco, per judicem curtis, indicat habere dominos feudi nonnunquam proprium judicem, qui judicet inter convasallos de feudalibus controversis, & sic *inf.* 2. *tit.* 55. D Ejus curiæ judicem. Vet. habent, & forsitan ita legendum etiam 4. tit. 55. Si inter vasallum, & dominum de feudo controversia sit, de ea pares curtis jurati cognoscunt ex Constitutione Conradi, & Friderici, quod & olim obtinuit in Gallia, ii scilicet pares in quos dominus, & vasallus consenserint. Si dissentiant in eis eligendis, an hi cognoscent quos dominus ediderit? Minime, hoc enim caemplo pessimum est, *l.observandum, ff. de jud.* sed quot ediderit dominus, tot edet vasallus, & hi simul de re tota cognoscent, ut *inf.* 2. *tit.* 16. *&* 20. His quæ diximus obstat *inf.* 2. *tit.* 15. *&* 20. *&* 4. *tit.* 38. *§.* 5. *&* 55. qui cognitionem dant judici ordinario sive Comiti, vel arbitro, si inter duos vasallos, vel si inter dominum, & vasallum controversia sit. Quod ita explicandum est, Si inter duos E vasallos sit controversia de feudo utroque contendente feudum ad se pertinere, domino eos vocante judicabunt pares. Alter alterum ad pares trahere invitum non potest, quia invicem negant se esse vasallos, sed ad judicem ordinarium, dicto titulo 55. *&* 38. 55. & Constitutione Friderici *de pace ten. §. si duo.* Si de alia re litigent inter se, ut si alter alterum accuset infidelitatis, parium jurisdictio est, ut inf. 20. Si inter dominum, & vasallum sit controversia de causa commissi, pares judicabuot. Si de feudo ipso, domino negante investituram, pares non judicabunt, quia nondum constat, an ei sint pares, nisi secundum modum propositum, *d. tit.* 20. *& lib.* 4. *tit.* 46.

Quando per alienationem Capitanei, vel valvasores feudo priventur.

T I T. XVI.

SI aliquis de Capitaneis, vel de majoribus valvasoribus, vel de minoribus suum beneficium, sive totum, sive partem alienaverit: & ipse vel heres ejus sine herede decesseris, quia senioribus beneficium aperitur, totum quod fecit, revocari debet.

Sive totum. Mediolanensium more. *Sive partem.* Communi, & probatiori more, ut *sup.* 8. & hoc ita, si alienationi dominus non consenserit, ut diximus *tit.* 2.

De Successione, & culpis militis fidelis.

T I T. XVII.

SI quis ex militum ordine decesserit, qui de feudo investitus fuerit, ut constitutum habemus, observetur de beneficio, & successione, & culpis. Si unus inculpatus fuerit una de his nominatis culpis, ut habemus insertum, observetur per Constitutionem domini Lotharii Imperatoris, quam constituit sempore Eugenii Papæ, ante januam beati Petri Apostoli in civitate Romana, per laudamentum sapientum Mediolani atque Papiæ, seu Cremonæ, atque Mantuæ, & Veronæ, quæ vulgo Berne vocatur, & Tarvisii, & Paduæ, atque Vincentiæ, Parmæ, Lucæ, Pisæ, & Syponti, & Marchionum atque Ducum, vel Capitaneorum atque Valvasorum majorum.

Hoc titulo unam Gerardus proponit Constitutionem Lotharii primi Imperatoris, de successione, & causis amittendi feudi. Proponetur alia lib. 5. *de feudis non alienand.* & alia de investitura non petita intra annum, & diem, ambæ Lotharii 11 s. non s. Tres fuere hujus nominis Imperatores. Primus Lotharius Ludovici Pii filius, Secundus Lotharius Hugonis filius, Tertius Lotharius Gebheardi filius, qui Lutherus sive Ludderus proprie dictus est. Unde cum Guntherus Lutherium scribat vetuisse alienationem feudorum, apparet Lothario s t 1. eam Constitutionem esse tribuendam, ut & proditum est *inf.* 2. *tit.* 9. *§. est autem*. Et quod præterea Fridericus s. eam Constitutionem velit trahi ad preteritas alienationes nulla obstante præscriptiono temporis, qund de præscriptione longi temporis intelligitur, ut dicemus 4. *tit.* 49. Igitur non potest id referri ad Constitutionem Lotharii 1. à quo usque ad Fridericum s. intercedunt plus quam ccc. anni, & subscriptio Constitutionis Lotharii de feudis non alienandis, nec non, & Constitutionis de investitura non petita intra annum, & diem omnino ad Lotharii t t s. tempora pertinet, & vere notatur in secunda, anno M. CXXVI t. indiction. v. & in prima, quod sumpsimus ex libro legum Langobardarum, anno M. CXXVI t s. indict. xv. Igitur in inscriptione illius secundæ Constitutionis error videtur esse in nomine Eugenii, & sane etiam hunc hoc loco pro Innocentii: nam quod sequitur de successione feudi, constat primum introduxisse Conradum longissime post Lotharium 1. Confirmavit autem Lotharius t t s. Certe inscriptio tit. seq. vulgo apposita ad Eugenium à vetustioribus libris abest. *Si quis ex militum ordine*. Otho Frisingensis 1. cap. 3. *Ex eorum*

eorum militum ordine; quos valvasores nominare solent: *Inculpatus*. Accusatus. *Ante januam Beati Petri*. Alii dicunt, ad limina: alii in atrio. Libro 3. legum Lang. tit. 10. sunt capitula quatuor, quæ legibus Langobardorum Lotharius primus addidit ad limina Beati Petri sub Eugenio. Addiderat x. Solebant porro eo loci Imperatores Romæ Constitutiones suas promulgare, & proponere. Cassiod. ix. Var. Definita nostra, & S. C. tabulis marmoreis, & ante atrium Beati Petri Apostoli in testimonium collocari. *Per laudamentum sapientum*: id est, consilio Jurisperitorum; idem enim est laudamentum, quod arbitrium, judicium, consilium, ut *inf.* 20. 23. 32. *& lib.* 2. *tit.* 20. Radevicus 4. cap. 11. *Accepto de hac petitione fideli laudamento*, & 3. cap. 10. *Laudamentum accepisse memoratur, ut scriptura, & pictura talis de medio tolleretur*. *Quæ vulgo Berne vocatur*. Retinui veterem scripturam, quæ vulgare Langobardorum nomen exprimit, Berne, aut Berna: nam & hodie Bernæ Helvetiorum, & Veronæ idem Germanice est nomen, *Bern*. Pessime emendant quidam, Quæ vulgo Brennona vocatur, & falsissime adserunt Veronam olim Brennnonam dictam. Reposui, & alia civitatum Langobardiæ nomina, quæ deerant.

Qualiter nepos, vel patruus succedant in feudo avito.

Tit. XVIII.

SI quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, & nepotem reliquerit, in beneficium avi, in patris vicem succedat. Et si hic deest, & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipse succedat. Et si filius fratris mortui fuerit, frater patris in beneficium avi defuncti succedat.

Loquitur de feudo avito sive paterno. Si avus meus feudum adquisierit, patre meo defuncto vivente avo, ego succedam in feudum avi mei. Si pater meus, & tuus feudum adquisierit, & divisione feudum obvenerit, te mortuo sine liberis masculis, ego in feudum patris mei succedam. Si filium reliqueris, mihi præferetur: sed si is postea sine liberis mortuus fuerit, ego succedam in feudum patris mei avi defuncti. Defuncti, id est, filii fratris. Feudum enim paternum, quod uni ex fratribus obvenerat, si defecerit in persona fratris, vel in progenie ejus, confestim recurrit ad alterum fratrem alteramve lineam, atque ita fit, ut in feudum succedant semper ejus à quo feudum originem cœpit liberi soli, non alii ejus agnati: mortuo enim fratre sine liberis, non tam videtur superstes frater fratri, quam patri in feudum succedere, quandoquidem si paternum non esset feudum, nec successio esset inter fratres.

Quando frater fratri succedat in feudo.

Tit. XIX.

SI quis acquisierit beneficium, & sine filio masculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit, frater non succedat fratri, sed dominus, nisi per investituram à domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri si mortuus fuerit sine herede masculo, vel succedat frater fratri morienti sine filio, si beneficium de communibus bonis fuerit emptum utriusque nomine domino sciente, si insimul steterint, vel in hostem regis acquisierint.

Hoc autem titulo loquitur de feudo novo, in quo frater fratri non succedit, exceptis duobus casibus, de quibus diximus *sup. tit.* 1. *Si insimul steterint*. Si simul habitaverint, ut *inf.* 2. *tit.* 12. *Si communis victus fuerit.*

Ut miles feudum non amittat, nisi ex certa culpa.

Tit. XX.

SAncimus ut nemo miles sine cognita culpa beneficium suum amittat * si ex culpis iis, vel causis convictus non fuerit, quas milites usi sunt nominare quando fidelitatem faciunt dominis suis, per laudamentum parium suorum * vel si dominis suis servire noluerint, tunc condictio causa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non servit domino. Nam si steterit viginti annis, & ultra quod non servierit domino, nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit.

* *ye. id est si.*

* *ye. vel si dominis suis servire voluerint. Quod si dominis suis servire noluerint, tunc condictio ob causam dati.*

Sancimus. Idem cavetur Constitutione Conradi, & Henrici. *Si ex culpis*. Reponendum, id est, si ex culpis. *Vel per laudamentum parium*. Sustuli disjunctionem. Henricus Imp. *Si*, inquit, *contra ea, quæ in fidelitate nominantur fecerit; parium laudatione beneficium amittat*: sic etiam inf. 25. & 4. *tit.* 97. *Vel si dominis suis*. Emendavi, vel si dominis suis servire voluerint. Quod si dominis suis servire noluerint, tunc condictio ob causam dati, &c. Non ergo amittunt milites beneficium, si dominis suis servire voluerint, id est, Si prompti, & parati fuerint. Sufficit voluisse, licet non servierint. Sed si dominis petentibus, & quiritantibus adversus hostes defuerint, vel si servitio, quod eis nominatim indictum est defungi noluerint, & cessaverint per annum, ut est in Constitutione Henrici, tunc condictio ob causam dati proponitur ad repetendum feudum. Proinde ipso jure feudum non amittunt, sed causa cognita, ut *inf.* 4. *tit.* 28. & probata legitima vocatione, ut est in Constitutione Friderici *de pace comp. §. ult.* id est, probato banno. Bannum est edictio, proscriptio, denunciatio quælibet etiam Gallis. Inde edicta prætorum, *Bannissemens des Prevosts* in libro Blancæ reginæ, & Gallica translatione Codicis, & ad *l.* 3. *C. de legib. Les loix, qui sont appellées par nom de bannissement*, ubi Latine est edictum. Quo vero edicitur delectus, proprie Heribannum appellatur, ut docui in præfationibus. Cæterum causa illa cognita, & probata, etiam feudum vasallo auferri confirmat Constitutio Friderici *de feudis non alienandis, §. firmiter*: & refert Otho Frisingensis 2. de rebus gestis Friderici cap. 11. hunc fuisse morem Imperatorum tam Francorum, quam Germanorum, ut educto exercitu in expeditionem Italiæ, ad petendam Romani imperii coronam in campo Roncaliæ supra Padum consisterent, ibique ad lignum præaltum scuto suspenso universorum equitum agmen feuda habentium ad faciendas excubias per curiæ præconem evocarent, & eodem exemplo, qui in Imperatoris comitatu essent singuli singulos vasallos suos: ac sequenti die quicunque nocturnis vigiliis defuisse prehenderetur, domique suæ remansisse, is mox feudo suo multaretur, quod & Guntherus retulit 2. Ligurini his versibus:

Roncaliam properat rapidis attingere castris.
Hic quoties claram Regnator tendit ad urbem
Teutonus, Ausoniam sumpturus rite coronam,
Ponere castra solet: ligno suspenditur alte
Erecto clypeus: tunc præco regius omnes
Convocat à dominis feudalia jura tenentes.
Excubias Regi prima celebrare fideles

Nosse, vetustorum debent ex more parentum,
At quicunque domi, domino nolente relictus
Defuerit, feudo privari curia censet.

Dixi, petentibus dominis, alioquin etiamsi diu cessaverit vasallus in servitio debito præstando, ei temere feudum non aufertur, ut *inf.* 4. *tit.* 8. 17. 43. & 28. ubi quæ in causæ cognitione vertantur eleganter explicatur. Si petenti defuerit, feudum amittit, usu tamen curiali Constitutio Henrici, quam lib. 5. posuimus, aut qui ei adnotationes apposuit, receptum docet, ut id medietate quantum valuerit possit à domino redimere, quod ita accipiendum est, quantum valuerit reditus anni ejus, ut in Constit. Friderici *de feudis non alienandis*, §. *firmiter*: cum quo non pugnat 4. *tit. de capit. regis Conradi* §. *ult.* cum in eo sit legendum. In Lombardia dimidiam, in Teutonica, &c. Carolus Magnus, *l.* 1. *Lang. de Heribanno*, statuit ut à ditioribus exigantur libræ tres, id est, LX. solidi, *l.* 13. *Lang. de exerc.* ab his qui tres tantum libras habent xxx. ab his qui duas, quarta pars, id est, x. qui unam, v. Libra æstimatur solidis xx. Solidi denariis XII. inter Salicos, XL. inter Saxones, & Frisones. Sic est legendum *l.* 1. & 3. *Lang. de quan. sol.* ex Remensis concilii c. 41. & veteri scriptura. *Ex quo non servit domino* petenti.

Quot modis miles beneficium suum amittat.

T I T. XXI.

Si quis miles beneficium suum vendiderit totum sine jussu domini sui, ut proprium beneficium amittat decernimus, dominus vero habeat, vel si concubuerit cum uxore domini sui domino vivente, vel si in pugna suum dominum dimiserit, & cum eo non laboraverit, si potuerit, seu ultra annum, & diem vadat, ut investituram beneficii sui à filio, vel successore domini sui non petat, vel post mortem patris sui, vel alterius cui succedebat, nisi causa justa intervenerit quare non petierit, veluti mortis, vel capitales inimicitiæ, vel infantia, vel justa absentia, & si (ut supra dictum est) non petierit, damnetur.

Ait, *Totum*, Nam partis alienationem Lotharius III. non prohibuit palam sed adjecit hoc ad eam Fridericus primus. Illam vero præcipue causam amittendi feudi, quod cæteræ satis explicatæ sint titulo secundo, exequar hoc loco, cum cessavit vasallus contumaciter per annum, & diem in petenda investitura, ut *inf.* 4. *tit.* 76. quæ & Constitutione Friderici probata est, atque ita Constitutionibus: ut Gallice rem exprimam, *Tous fiefs sont fiefs de danger*, quas tamen Mediolanenses non admiserunt, ut *inf.* 3. *tit.* §. *Prima* & 4. *tit.* 49. neque mores Galliæ, nisi quibusdam locis, quibus vigent illa feuda, quæ dicuntur, *De danger*, sed mutato vasallo, aut mutato domino, si non petatur investitura intra annum, vel intra dies XL. aut dies VII. pro varietate locorum quibus alia atque alia præscriptio viget, post ea tempora quamdiu cessaverit vasallus, tamdiu dominus facit fructus suos ipso jure, feudum sibi non vindicat quasi jure commissi: & ita cum Edoardus Angliæ rex ratione ducatus Aquitaniæ non exhiberet Philippo Valesio fidem, & hominium, consuluit Jurisperitos Philippus, an sibi esset apertum feudum, & responderunt non esse apertum, sed eum interim fructus suos facere: qua de causa misit Rex in Aquitaniam Episcopum Atrebatensem, & dominum de Craon, ut juri suo addicerent reditus omnes ducatus Aquitaniæ quoad Rex Angliæ de eo investitus fuisset: sic legi in antiquis Chronicis S. Dionysii à Suidegero, Jo. Chartiero, & aliis quibusdam composita per partes. Sed, ut ad Lotharii Constitutionem redeamus, quæ feudo mutat vasallum, qui intra annum, & diem investituram non petiit, additur exceptio, nisi justa causa impedierit petere, & justam causam explicatur esse mortem, ut si inciderit mors vasalli prope finem anni, quo casu successori ejus æquum est redintegrari tempora ex sua persona, sicut si is cui successit post investituram decessisset: & hac ratione se olim Philippo Valesio excusavit semel idem Edoardus, qui in ducatus Aquitaniæ petenda investitura trahebat moras, & excusationem Philippus admisit. Sunt etiam in justis causis capitales inimicitiæ, id est, bellum & faida, quam exercet vasallus cum alio, quaque distinetur, & distrahitur ab officio debito, vel si vasallus absit Reip. causa, & ejus generis feudum sit ut non possit investitura per procuratorem dari, vel accipi, quod in aurea bulla Caroli IV. Imp. appellatur *Vanleben*: alioquin per procuratorem investitura accipi potest, ut *inf.* 2. *tit.* 4. & procuratorem habere absens Reip. causa, *l. ab hostibus*, *ff. ex quib. cau. maj.* Item si nondum vasallus infantiam excesserit, & hæc postrema est sine ulla controversia. nam & omnis ætas pupillaris excusatur Constitutione Friderici, & *inf.* 4. *tit.* 13. Item justus error, *inf.* 4. *tit.* 92. *Ultra annum.* E veteribus liber melior habebat, ultra annum & mensem, & diem unde non dubitavi emendare, ultra annum, & diem, maxime cogentibus multis locis, qui alioquin adversarentur, nec esset apta distinctio inter militem, & paganum, cum his libris Militis nomine significetur vasallus, & magis domino opponatur, quam pagano, ut *inf.* 4. *tit.* 4. & Constit. Conradi *de beneficiis*, & Hermanno Conracto, *Miles ejus factus est*, id est, vasallus. Sunt & alia quædam, quæ in hoc contextu verissime emendavimus.

De investitura, quam facit dominus sine consensu fidelis.

T I T. XXII.

Si quis fecerit investituram, vel cambium de beneficio sui militis, sine illius consensu cujus est beneficium, pro infecto habeatur.

Aut feudum successionem habet, aut non. Si non habet, investituram de eo alii facere dominus ita diem, vel sub conditione potest sine consensu prioris vasalli, ut diximus supra, §. *si vero Archiepiscopus.* Si habet, non potest id dominus per investituram, libellum, præcariam, venditionem, permutationem in alium transferre sine consensu possessoris, ut & Conradi, & Friderici Constitutionibus cautum est, & probatur Accursio arg. *l. invitus*, *de fid. lib.* quæ tamen Mediolani non observantur, ut infra 4. *tit. de lege Conradi* §. *ex eadem*: namque valet ibi alienatio feudi, id est, dominationis feudi à domino facta pari, vel majori sine voluntate vasalli, non etiam majori: non ergo à nobili plebejo. De venditione feudi loquor sine curte, ex qua pendet feudum. Aliud est vendere cortem, aliud vendere feudum. Curtem vendere potest, qua venditione non continentur vasalli, sive feuda, ut infra 4. tit. 19. & 60. Feudum vendere non potest, nisi moribus Mediolanensium pari, vel majori, qua ratione fretus olim Arturus dux Britanniæ noluit pro Rege Galliæ Regem Angliæ quasi dominum agnoscere, quamvis à Rege Galliæ delegaretur, sed minori domino: & nobiles sæpe feudatarii pro nobili domino substitui plebejum non posse contenderunt, indignum esse rati, nobilem de plebejo feudum recognoscere, quod semper recognoverat à nobili. At tamen dominus potest feudum, & cu-

& curiam simul cuilibet vendere? Sic videbatur Oberto, forte arg. *l. quædam, ff. de adqu. rer. dom.* modo si totum feudum alienaret, ne pro uno duos dominos vasallus agnosceret, ut in Constit. Friderici *de feud. non alien. §. præterea Ducatus*, & ita legendum in *d. §. ex eadem*: dum tamen totum alienet. Contra Gerardo videbatur inferiori, nec cum curia dominationem feudi vendi posse, ne invitus vasallus pareret inferiori: & in veteri libro ad *d. §. ex eadem*, Gerardi sententiæ confirmandæ causa adduntur hæc verba. Et hoc Mediolani judicatum est, & sic ibi obtinet, ut non valeat nisi fiat æquali. In quibusdam curiis Lombardiæ Oberti opinio valet, ut cum curia cuivis feudum totum dominus vendere possit. Hæc est adnotatio. Quod ait hoc loco, *Pro infecto habetur*: significat venditionem esse ipso jure nullam, et ideo emptorem vasallum non habiturum pro domino. A B

Ut miles fidelis de possessione feudi non ejiciatur sine culpa.

TIT. XXIII.

SAncimus, ut nemo miles ejiciatur de possessione sui beneficii, nisi convicta culpa, quæ sit laudata per judicium parium suorum, sicut supra diximus. Si autem dixerit miles, quod sui pares per odium inique judicassent, miles in possessione maneat per sex hebdomadas, & ad nostram veniat præsentiam cum illis, qui laudamentum fecerint, & ante nos definiemus. C

Repetitur primum, quod dictum est supra, & ex Constitutione Conradi, ut militi non adimatur feudum, nisi convicta culpa, & approbata judicio parium. Deinde, ut si contra vasallum ingrati reum pronuntiaverint pares, & de iniquitate queratur vasallus, provocetque Imperatorem, non ante possessione ejiciatur, quam de re ipsa cognoverit Imperator. Pronuntiationem enim extinxit provocatio. Et ut provocationem denunciet adversario sesquimense prius quam ad principem eat, ut proinde paratus veniat ad agendum, quod in majoribus valvasoribus locum obtinet. De minoribus cognoscit missus sive legatus Regis. Hactenus Constitutio Lotharii III. D

Si dominus investituram feudi negaverit, cum fidelis est in possessione feudi.

TIT. XXIV.

SI quis miles in possessione sui beneficii fuerit, & dominus investituram negaverit, miles affirmet per jusjurandum, si potuerit, quod suum sit beneficium per investituram domini sui: & si dominus possederit, & miles si dixerit, quod investitus fuerit à domino suo, & dominus negaverit, adhibeantur pares illius, & per ipsos inveniatur veritas: & si pares non fuerint, veritas inveniatur per dominum, quia non est bonum, ut veritas negetur. E

Vasallo possidente, & allegante investituram, domino allegante pignus, domino incumbit probatio: quo non probante, defensio est possessoris, id est, jurare debet cum XII. se investitum fuisse. Quod si agat is qui investituram allegat domino possidente, similiter actori incumbit onus probandæ investituræ per pares idoneos testes. Actore non probante, domini est defensio dato jurejurando cum XII. sacramentalibus, quæ in Consuetudinibus Neustriæ vocatur, *Desrene*, & fit modo tertia manu, id est, cum tribus sacramentalibus, modo quinta, vel sexta, vel septima. In sacramentalium numerum computatur reus, qui jusjurandum præit, *l. 5. & 21. Lang. qual. quis se def. deb.*

Ut filia in feudo paterno non succedat, nisi fuerit investita.

TIT. XXV.

SI quis sine filio masculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam, filia non habeat beneficium patris, nisi à domino redemerit. Si autem dominus ei dare voluerit propter servitium, & amorem patris, non revocetur ab ullo ex parentibus suis, neque damnetur.

Filia non succedit in feudum paternum: si tamen id à domino redemerit, cæteris agnatis præferetur. Redemptio potior est successione. Redimetur data modica pecunia pro honore magis quam pretio, de qua convenerit inter filiam, maritumve ejus, & dominum, ut infra 2. tit. 15. atque ita censebitur quodammodo esse feudum novum, non paternum: quia id redemptione potius habet filia quam successione. Moribus Galliæ filia succedit in feudum etiam sine redemptione. Onus redemptionis est tantum in limite transverso, Græce ἀνάκαμψις, Gallice *Relief ou rachapt*, non in limite directo, sicut olim jure civili Populi Romani: limite directo nullum erat onus vicesimæ, nullum caducorum, nullum quartæ curiæ civitatis debitæ, aut siliquaticorum. Redimunt ergo feuda a domino ii tantum qui veniunt à latere, vel reditu ejus anni, vel reditu unius anni è tribus retrorsum actis, vel pecunia certa, puta LX. solidis, aut pecunia ea quam bonus vir arbitratus fuerit. Redimendum etiam est quibusdam locis feudum quod filiæ obvenit, si nupta sit, vel cum nupserit, ut Lutetiæ, & Blesis, nisi feudum teneat à fratre natu majore, ut loquuntur paragii jure. *Ex parentibus*. Ex agnatis filiæ sive defuncti. In his libris sæpe parentes accipiuntur pro cognatis, militari, & vulgari sermone, ut Hieronymus ait adversus Rufinum, quo sensu plerisque etiam placet parentelam accipi Julii Capitolini loco illo: Gordianus duxit uxorem filiam Misithei, vel Zosimi Timesiclis viri doctissimi, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua judicavit: ubi tamen manifestum est parentelam, ut D.Paulo πατρεῖας pro paternitate accipi, quod socer patris loco obtineat: & ab eodem illo paulo post Gordianus Misitheum patrem, Misitheus Gordianum filium appellat. Tertullianus ad Martyres. Cætera æque animi impedimenta usque ad limen carceris deduxerint vos, quousque, & parentes vestri. Vospicus in Aureliano. Achilleo cuidam parenti Zenobiæ.

Feudum sine investitura non constitui.

TIT. XXVI.

SCiendum est feudum sine investitura nullo modo constitui posse, etiamsi domino jubente quis alicujus rei possessionem nomine feudi nanciscatur, & teneat: licet tamen possessionem taliter adeptam, dum vixerit, quasi feudi nomine retinere, herede ejus in hoc jure nullo modo ei succedente.

Feudum novum non adquiri investitura. At pro inve-

vestitura traditio habetur sive missio in possessionem feudi, ut infra 4. tit. 36. non tamen omninn. Quod enim ita constitutum est feudum, successionem non habet: non est igitur proprium feudum, & quod veteres Galli dixerunt, *Fiefs de condition feodale*.

Feudum non traditum morte domini Clerici perimi.

Tit. XXVII.

SI dominus, qui investivit, forte sit clericus, & contigerit, ut ante moriatur, quam vassallus possessionem feudi nanciscatur: exinanitur feudum: quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, observatur.

Hoc pugnat cum his, quæ dicta sunt, *§. si vero Archiepiscopus & 5.* obligationem, quæ cœpit à clerico defuncto ex causa investituræ, transire in successorem: hoc casu obligatio cœpit à defuncto: debet ergo in successorem trasmitti: & hoc ipso casu ita respondetur infra 4. tit. 40. Non loquitur de beneficio alieno, quod tamen confingunt interpretes, atque ideo etiam non distinguit uter prior decesserit, vasallus an clericus, sed de beneficio cujus possessio penes clericum fuit, in quo ita distinguit. Aut eam possessionem tradidit investito, aut non. Si tradidit, successor factum mutare non potest. Si non tradidit, investitura evanescit, & obligatio, quæ cœpit à defuncto, in successorem non transit. Sed in beneficio alieno hæc etiam posterior distinctin locum habet: nam si clericus de alieno feudo Titium investierit, & possessionem tradiderit consentiente priori vasallo, etiamsi decesserit ante priorem vasallum, successor investituram, & traditionem ratam facere cogitur, *d. §. si vero Archiepiscopus*. Si non tradiderit, successor non obligatur. Hoc tamen loco nihil est, quod de feudo alieno factam investituram arguat. Igitur in feudo cujus possessio fuit penes clericum, qui investituram fecit, dicam d. titulo 40. spectari rationem juris: Hoc loco Lotharii Constitutionem, qui successores clericorum, id est, qui eis in functione Ecclesiastica successerunt, non multum voluit factis defunctorum obligari, *l. 2. & 4. Lang. quan. lic. rect. Eccl. cap. 2. de precariis*. Colore igitur aliquo assumpto facile mutabant factum defuncti, maxime re integra, id est, nondum sequuta traditione. Loquitur autem de rebus Ecclesiæ, non de rebus clerici propriis: alioquin heres teneretur investituram implere.

De Conventione investituræ feudi inter dominum, & vassallum.

Tit. XXVIII.

SI inter dominum, & vassallum lis oriatur de investitura feudi, domino scilicet investituram se fecisse negante: si testibus res probari non poterit, possessoris sacramento res decidatur. Idem in eorum successoribus observatur. Si vero testes interfuerint, & eos vassallus ad testimonium vocaverit, eorum testimonio cum sacramento credatur: testes vero sint pares ejus, & qui ab eodem domino feudum teneant. Qui si tempore investitionis absuerint, etiam extranei sunt recipiendi: qui etiamsi veritatem celare voluerint, forte amore, vel pretio, vel alia qualibet ex causa, à Comite, vel à populo jurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicant, nec vera se scientibus tacebunt. His enim non cogentibus eos, vassallus cum ipso domino ad Imperatorem ire festinet, eique causam intimet: & quod Imperator inter eos judicaverit, observetur. Si autem se venturum, vel nuncium missurum vassallus promittat: ex quo promiserit, usque ad annum quiete possideat. Si vero ad Regem non venerit, vel non miserit intra annum, domini sacramento causa finiatur. Et si testes sacramento jam dicto præstito se non interfuisse dixerint, domini sacramento quæstio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum personis locum habent, præterquam quod de personis testium dictum est. In clericorum enim feudo pariter accipiuntur pares, & extranei. Hoc ideo, quia cum clerici quosdam de feudo investiunt, sæpe absconse, & sine præsentia suorum factum hoc facere student.

Si quis se, vel patrem suum ab aliquo defuncto, vel patre ejus de feudis investitum esse contendat: nisi per duos pares de domo ipsius domini probaverit, quod intendit: vel etiam cum pares absunt, per alios idoneos duos testes, tunc in electione domini est, utrum velit jurare cum duodecim sacramentalibus, illum, qui feudum quærit, per se, vel patrem ejus, si de hoc quæratur, de ipso feudo investitum non fuisse. Quod si jurare noluerit, actor juret cum duodecim sacramentalibus, se, vel patrem suum investitum fuisse: quod si jurare noluerit, qui convenitur, est absolvendus. Secundum enim morem Mediolanensium, hæc sacramenta præstanda sunt tam à filiis actoris, vel rei, quam ab ipsis principalibus personis. Si autem aliquis in possessione feudi sit, de quo dominus dicit, eum investitum non fuisse, tunc sine probatione ulla testium, debet solus jurare, se, vel patrem suum fuisse investitum. Hæc autem sunt ita tenenda, si per unum annum, sciente domino, & non contradicente, in possessione permansit. Alioquin justa ignorantia, vel parvi temporis negligentia, cum iniquæ possessionis perjurio, quandoque domino in possessione damnum adferat.

Si vasallus allegat investituram, dominus negat repetitur quod dictum est supra *§. si autem controversia*, & 24. actori probationem incumbere, reo sive possessori defensionem cum XII. vel uno casu solo, si anno integro possederit feudum sciente domino: & adjicitur possessores etiam eorum se jurejurando defendere, sed principales personæ jurant de suo facto abscisse, puta se fecisse, aut non fecisse, successores de conscientia, id est, se scire, nescire, credere, aut non credere, ut *inf. 4. tit. 36. & 72.* Vasallum laicum probare investituram per pares, qui adfuerunt, vel si nulli fuerint pares, per extraneos, ut *inf. 2. tit. 1.* ubi plenius hac de re tractabimus, & *lib. 4. tit. 36.* Clericum per quoscunque: quod occultiores sint horum investituræ. Pares vel extraneos testes negantes se de re controversa scire, aut meminisse quidquam, ad jusjurandum adigi à Comite, vel populo. Quomodo à populo? Legendum, *à Præposito*. Comes judex est ordinarius. Præpositus est missus Comitis, aut vicarius, *l. 7. & 81. Lang. de fur. l. ult. Ne lib. ho. op.* Vel etiam ad jusjurandum adigi à domino, & aliis paribus, ut infra 4. tit. 71. Sufficiunt autem duo testes, modo jurent se veritatem neque silentio abdituros, neque mendacio contaminaturos. *Se scribentibus*, inquit. Sic habebat vet. liber, ut *inf. 2. tit. 5.* me sciente, & *l. 14. Lang. de testi-*

testibus l.2. de perjuriis: Græci in suis formulis, *ε'δο-τοι ε'μδ*, Et nisi ita testes jurare cogantur Comiti, forte dum videntur non esse cogendi, rem vasallus refert ad Imperatorem intra annum, possessione vasallo interim salva, quod nisi fecerit, dirimetur lis jurejurando domino cum XII. potius quam rei: & ita in casu tit.7. jurejurando actoris lis finitur, & aliis plerisque, ubi judicem movet æquitas, ut *sup.4. tit.30.* Item si testes, quos protulit reus, ut in specie *§. item illud, & §. si vasallus, & seq. tit.1.* supra se investituræ non interfuisse dixerunt, jam non reo, sed actori defertur jusjurandum. Regulariter deficientibus probationibus reo datur jusjurandum ea conditione ut juret, vel referat: & ita si vasallus agat, deficientibus probationibus dominus jurat cum XII. ut fieri adsolebat, vel refert actori jusjurandum, & eo non jurante, dominus absolvitur, ut tit. seq. idemque est si dominus agat, ut inf. tit. ult. *Cum ipso domino*. Alias, cum misso domini. *Si quis se, vel patrem*. Dixit de vasallo reo. Nunc de vasallo actore: & quibusdam Codicibus hic præponitur titulus hoc loco: Si heres vasalli defuncti se dicat, vel patrem suum investitum. Et dicit de heredibus actoris, & rei apertius, quod supra attigerat illo loco. Idemque & in eorum successoribus observatur. *Pares de domo*, id est, pares curtis. *Solut*, sine sacramentalibus.

De feudo dato lege commissoria.

Tit. XXIX.

SI quis obligaverit aliquam rem pignori eo pacto, ut si statuto tempore pecunia soluta oon fuisset creditori, eam pro feudo habeat: potest debitor quandocunque pecuniam solvendo, pacto oon obstante pignus recuperare. Feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est.

Lex, sive pactio commissoria, quæ etiam fiducia dicitur, in venditione ita fit, ut si ad diem emptor pretium non solverit, venditio resolvatur, & ipso jure rei venditæ dominium ad venditorem recurrat. Hæc conventio justa est. Eadem lex apponitur in pignore, cum ita pignus mancipatur creditori, ut pecunia ad diem soluta, debitori remancipetur, non soluta perpetuo jure apud creditorem remaneat: hoc igitur genere pignoris proprietas mancipatur creditori: qua de causa pactione rescissa rem amittere dicitur creditor, quæ scilicet fuerat mancipata, *l. ult. C. de pact. pign.* Et in *l. si rem, §.2. ff. de pig. act.* hypothecam esse, cum non transit nec possessio ad creditorem, ut Flor. scriptum est, id est, cum nec proprietas transit, ut in fiducia, id est pignore dato l. commissoria, nec possessio, ut in pignore simplici. Pignoris enim possessio sola transit in creditorem, non dicta lege commissoria, *l. cum & sortis, §. ult. ff. de pign. act.* & ideo distrahi potest à tutore sine decreto, cum non intelligatur esse pupilli, *l.5. §. si pupillo, ff. de reb. eor. qui sub tut. sunt*. Fuit olim hæc conventio justa, sed deinde à Constantino improbata est, *d.l. ult.* quod ei insit fraus, & captio nimia, sæpe pro parva pecunia debitore pretiosa amittente pignora. Igitur ex ea Constitutione etiamsi ea lex pignori inserta sit, licebit debitori post diem oblata pecunia pignus repetere. Verum enim vero ita pacisci licet, ut ad diem pecunia non soluta creditor solutionis jure rem retineat, quia hyperochæ repetitio superest, *l. ult. C. de dist. pign. l. quamvis, ff. de solut.* vel ut jure emptionis eam retineat justo pretio; quia & hic superflui petitio est, *l. si fundus, §. ult. ff. de pignor. l. Titium, ff. di pign. act.* An & ita valet pacta conventio, ut eam jure feudi retineat, quod videtur: nam hoc modo totum jus, quod in ea re habet debitor, à se non abjudicat: & hæc fuit sententia Oberti, ut *inf. 4. tit. 66.* Gerardo aliud judicium est, quia hæc conventio est contra naturam feudi, quod originem ex beneficio, & amicitia trahit, non ex pecuniæ sua die non solutæ, veluti multatione quadam. Igitur non parebit debitor huic conventioni, & post diem recte aget pigneratitia actione, oblata, & consignata solida pecunia. Et dari feudum non potest pignoris lege commissoria. In feudo tamen apponi lex commissoria potest, *l. lex vectigali, ff. de pignor.*

Si dominus investierit aliquem de feudo sui militis.

Tit. XXX.

SI quis investierit aliquem de feudo sui militis, viri Placentini prorsus asserunt hanc investituram noo aliter valere, oisi eo consentiente cujus erat feudum. Mediolaneoses, & Cremonenses oihil distare asseverant, utrum eo consentiente an ignorante: dummodo eo vivente oullum detrimentum de feudo suo sibi contingat. Hoc autem dicendum est de eo milite, qui feudi successionem non habet.

Dixi hac de re satis 1. *§. si vero Archiepiscopus*. In fine ex vet. emendavi, qui feudi successionem non habet, ut sup. *tit.5.*

Si dominus feudum militi suo obligaverit.

Tit. XXXI.

QUidam obligaverat terram quandam suo militi, deinde cum filius domini longum post tempus pecuniam offerendo pignus liberare voluisset: filius militis contendebat patrem suum à domino defuncto de prædicto pignore investitiooem feudi accepisse: unde viri prudeotes Mediolaneoses interrogati laudaveruot, in electione filii militis esse cum XII. sacramentalibus jurare patrem suum, vel se à domino suo per investituram prædictam terram tenuisse, ita ut per XXX. annos contestatio pignoris à parte domini adversus ipsum, vel patrem suum facta oon fuisset. Si autem ipse jurare noluerit, filius defuncti domini necesse habet jurare cum duodecim sacramentalibus defunctum militem inde per feudum investitum non fuisse. Quod si ita jurare recuset, investire ipsum filium militis domini filius de jam dicta terra per feudum debet.

Dominus suo vasallo pignori obligavit fundum: post longum tempus filius domini oblata, & consignata pecunia agit, & pigneratitia actione. Filius vassalli allegat investituram, & præscriptionem triginta annorum: tot enim se annis feudum jure feudi possedisse: quo tempore, & si non tollatur jus luendi pignoris, ut Rogerius docuit in dialogo de præscriptionibus, & Harmenopulus 3. Epitomarum tit.5. adquiritur tamen jus feudi, licet initio investitura nulla intervenerit, ut *inf.4.t.6*, & plenius à Friderico II. definitur Const. Neap. 3. *tit.* 38. data etiam actione possessori si possessionem amiserit. Sed exigunt bonam fidem fragmenta Ardizonis, & contenta sunt longo tempore, propter bonam fidem scilicet. Malæ fidei possessori necessaria est præscriptio XXX. annorum: unde & ex diverso dicemus dominationem feudi XXX. annis adquiri. Quid autem fiet

fiet in specie proposita? Aut probat actor pignus, aut A non. Si probat, nec ex adverso probat reus investituram, ut exigitur *tit. 1. §. similiter*, prior est causa luendi pignoris possessione xxx. annorum. Si non probat pignus, satis erit reum jurare cum XII. sacramentalibus se, vel patrem suum investitum fuisse, vel quasi jure investituræ eum fundum sine ulla interpellatione per annos xxx. possedisse: aut si nolit jurare, debet jusjurandum actori referre, quo non jurante, reus absolvitur, cumque actor ne amplius ea res in controversiam veniat, quasi de veteri beneficio investire cogitur. Dicit actorem jurare cum XII. Hoc ita nisi reum constabat ratione alterius feudi suum vasallum esse: hoc enim casu equum est soli religioni domini stari, ut *sup. tit. 1. §. si vero feudum, & tit. 6.* Diximus feudum adquiri possessione xxx. annorum. Non idem dicemus, si dominus xxx. annis fundum possederit, quasi non feudalem, vel si vasallus xxx. annis fundum possederit quasi proprium: nihil enim obstat præscriptio vasallo, vel domino feudi nomine jus suum persequenti: quod & eadem Constitutio Friderici significat: nihil etiam eam obstare vulgo receptum est in census, aut terragii juribus, quorum hoc præcipue discrimen, quod ex hoc non debeantur [illegible], ex illo debeantur. Conditiones eæ sunt, & qualitates prædiorum: quas sola voluntas domini tollit, non vetustas. Voluntas domini, ut si jura sua restrinxerit, ut loquuntur, & absorbuerit. Verum adversus jus commissi, vel petitionem [illegible], vel reliquorum, sive [illegible], poterit se possessor tueri præscriptione xxx. annor. *l. competit, C. de præscr. 30. ann.* ex consuetudine Biturigum adversus petitionem [illegible] præscriptione quinquennii.



OBERTI



OBERTI DE ORTO
DE FEUDIS,
LIBER SECUNDUS.

De Feudis sive eorum consuetudine Mediolanensi.

TITULUS PRIMUS.



OBERTUS de Orto Anselmo suo salutem. Causarum quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur jure Romano, aliæ legibus Langobardorum, aliæ autem secundum regni consuetudinem, quæ quam varia, quamque secundum diversorum locorum, aut curiarum mores sit diversa, nec breviter potest dici, nec hoc libello facile comprehendi: usum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In judicio etenim quod de feudis agitur; illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vilis auctoritas, sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant, aut mores. Strenuus autem Legisperitus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta.

Docet jus feudorum totum manare ex consuetudine, atque ideo in feudorum causis plus valere consuesudinem, quam jus civile Pop. Romani. Quin imo cum ita esset scriptum in *l. 2. C. quæ sit long. consf. Consuetudinis usufque longævi non vilis auctoritas est, sed* C *non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem:* ea verba invertit hoc, modo, *Legum Romanarum non est vilis auctoritas, sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant, aut mores*. Et utraque tamen sententia est vera. Illa intelligitur de consuetudine, quæ nondum in judiciis convaluit. Hæc de consuetudine, quæ contradicto judicio confirmata est, *l. cum de consuetudine, ff. de legib.* Hæc pro lege habe-

A tur, eique etsi non accedat, indulget tamen ratio. Ad hoc sententia *l. 2.* intelligitur de iis, quæ lege definita non sunt. Tertullianus de Cor. mil. *Consuetudo in civilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex*. Recte, Cum deficit lex, ut *l. 33. ff. de legib.* In iis, quæ non ex scripto descendunt. Et eodem modo cum de jure, & æquitate quæritur, & una lex judicem ait æquitatis potius, quam juris stricti ejusdemque scripti rationem habere, *l. 8. C. de Judic.* altera inter jus scriptum, & æquitatem solum principem interponere interpretationem, *l. 1. C. de legib.* rem ita distinguimus, ut in his quæ scripto palam comprehensa sunt etiam si prædura videantur, judex à scripto recedere non possit, & ut solus princeps eam duritiem emendare possit, sicut B duritiem legis Juliæ, de qua *l. prospexit, ff. qui & à quib. man.* moderatus est, *l. in adulterii, C. ad leg. Jul. de adult.* in his autem, quæ palam scripto comprehensa non sunt, judex spectare debeat æquitatem potius, quam ius scriptum, ut si pœna sit in eum, qui ferro percusserit lege comprehensa, non utique eam irrogabit ei, qui clavicula hominem percusserit: spectabit enim mentem non verba legis, legis conditorem non legem: & omnino ibi tum maxime æquitas dominatur, & præponenda est rigori, cum lex scripta deficit: quin imo, ut Aristoteles definit, æquitas nihil aliud est, quam jus, quod lex scripta prætermisit, *τοῦ γεγραμμένου νόμου ἔλλειμμα, τὸ παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον δίκαιον*, sicut consuetudo proprie nihil aliud est, quam jus quod lex scripta prætermisit, sed æquitas jus natum, & naturale, consuetudo, jus constitutum, & receptum. Nihil porro legibus Romanorum cautum est de feudis. Igitur valere in feudis potius debet consuetudo, quam quod legibus generaliter cautum est, quodve disputando, & argumentando ex eis deduci potest, ut in feudis non succedunt parentes ex consuetudine, licet in aliis rebus jure scripto succedant, non succedunt filiæ, licet jure scripto succedant in aliis bonis. Plus potest consue-

suetudo, quam lex in his, quæ lege nominatim comprehensa non sunt. At si qua in re in feudorum caulis mores defecerint, tum decurritur ad jus commune civium. Romanorum, id est, quod eo jure in aliis rebus cautum est, cum nondum feuda in usum venissent, producitur etiam ad feuda: ut si quæratur, Cum vasallus feudi partem pignori obligavit, & deinde feudum domino committitur, cujus causa sit potior, domini an creditoris pigneratii, quod mores nondum desioierunt, dicam commisso feudo pignus extingui, arg. *l. lex vectigali, ff. de pign.* quæ idem in emphyteusi definit. Rursus si quæratur, agro feudali jure belli capto, & adsignato militibus, modica portione possessori relicta, an eam portionem jure feudi à pristino domino recognoscere non debeat, quasi novo jure eam habere cœperit victorum beneficio concessioneque, quod mores non definierunt: dicam ab eodem domino, eam portionem jure feudi recogniturum quasi minime mutata possessionis causa, arg. *l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei vind.* Hygenus de limit. const. Quos dominos in possessionibus suis remanere passus est, eorum condicionem mutasse non videtur. Item si quæratur, an feudo vendito lege commissoria, quibus locis feudi venditio non prohibetur, & solutis domino *αἰδεκτικοῖς*, post resoluta venditione ad diem pretio venditori non soluto, *ἀνδεκτικῶν* repetitio competat, quæ res moribus definita non est: dicam competere, eum & fructuum omnium repetitio competat adversus emptorem, *l. 4. & 5. ff. de leg. com.* & omnia in pristinum statum restituenda sint, perinde atque si neque emptio, neque venditio intercessisset, *l. facta, ff. de ædil. edic.* Consuetudinem dixi pro moribus inveteratis (nam & hoc exigitur, ut consuetudo vim legis obtineat) cum scilicet ex frequenti consuetione quasi tales, aut tales mores populus inducit. Proprie ex consuetudine mos fit. Aristoteles, *ἔθος ἐξ ἔθους περιγίνεται*. Lactantius v. *Paulatim male vivendi consuetudo, mos factus est.* Publius Syrus: *Vitium prius fuit observatio, nunc mos est.* Ovid. 2. Metam. *Morem fecerat usus.* Varro autem vult morem esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem faciat.

In quibus rebus feudum consistat.

T i t. II.

SCiendum est autem feudum sive beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in iis, quæ inter immobilia connumerantur (veluti cum de camera, aut de caneva feudum datur) posse consistere, ac feudum neminem posse acquirere nisi investitura, aut successione.

Feudum consistit in rebus soli, vel solo cohærentibus, vel in eis, quæ pro immobilibus habentur, velut salariis, pensionibus stipendiis, sportulis, annonis, ut *infra*, 4. *tit.* 53. quæ res incorporales sunt: incorporales autem res immobilium magis, quam mobilium jure censentur, *l. 2. C. de serv. & aq.* Nov. 7. Rerum incorporalium propria est species. Ex rebus enim aliæ sunt corporales, aliæ incorporales, & corporalium aliæ mobiles, aliæ immobiles. Sed ubi tantum fit mentio mobilium, & immobilium, incorporales immobilibus potius accensentur: qua de causa nomina, quæ jura sunt incorporalia, immobilia, vel mobilia esse non dicam, sed immobilium jure censeri, quæ forte fuit mens Accursii in *l. moventium, ff. de verb. sign.* licet moribus Biturigum distinguatur, ut si debeatur res mobilis, nomen rebus mobilibus, si immobilis, immobilibus adnumeretur, quæ distinctio sumpta est ex Accursio ad *Nov. de non alien. reb. Eccl.* Ait, solo cohærentibus. Hujusmodi sunt juncta infixaque, quæ quasi pars ædium, aut fundi, vel propter ædes habentur, ut granaria quorum stipites in terra defossi sunt, & quædam alia etiam si non sint affixa, ut claves, claustra, epitonia, *l. Julianus, §. ult. l. fundi, ff. de act. emp.* & tormenta bellica, ut in eis Consoetudinibus expressum est, quia propter ædes habentur. Torcularia etiam, & dolia iidem mores simul ac Turonensium immobilibus adnumerant: quod est contra *d. l. fundi §. 1.* qua rutis cæsis, & instrumento deputantur. Id vero feudum, quod consistit in aliis rebus: quæ etsi solo non cohæreant, inter immobilia tamen connumerantur, vulgo ait appellari de camera, aut de caneva. Camera est ærarium. Caneva vel canava, cella vinaria: quod inscriptio hæc Ennodii ante canavam probat: *Sobria cella cadis vinum, quod servat onustis*, &c. D. Augustinus ser. 61. *De borreo, canabo, vel cellario proferre non possumus:* & hæc quæ in ærario, vel cella sunt constituta feuda, quæ sunt in curte domini, ut *supra 1. tit. 2. §. Item si quis feudum*, non habent propriam naturam feudi, morte enim dantis, & accipientis finiuntur, ut *infra tit.* 10. Finiuntur, & exhausto ærario, vel cellario sine culpa domini, ut *infra 4. tit. 68.* Ex hac enim causa dominus tantum tenetur in id, quod facere potest, deducto ne egeat, imò & deducto ære alieno, exemplo donatoris: nam & in feudum datio, liberalitas, sive donatio est. Adjicit in fine hujus tituli, feudum, aut investitura adquiri, aut successione, ut *infra* 4. *tit.* 36. Adquiritur etiam præscriptione, traditione possessionis facta nomine feudi. Sed hæc habentur pro investitura: Et redemptione. Sed hæc successionis prætextum habet, ut *supra 1. tit.* 25. De investitura autem Obertus primum tractat. Tractabit deinde de successione.

De investitura feudi.

T i t. III.

INvestitura quidem proprie dicitur possessio: abusivo autem modo dicitur investitura quando hasta, vel aliud corporeum quidlibet porrigitur à domino se investituram facere dicente: quæ si quidem ab illo fiat, qui alios habet vassallos, saltem coram duobus ex illis solemniter fieri debet: alioqui licet alii intersint testes, investitura minime valet. Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit investitura, quæratur: non debet probare nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum à tribus, vel à duobus paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius, qui interfuerint, offerat, qui si negaverint, forte corrupti odio, vel gratia seu præmio, & dicant se non interfuisse cum investitura fieret, vel non reminisci: tunc domino cogente jurent tactis sacrosanctis scripturis, quod hujus rei veritatem nesciant: & tunc actor, aut alios producat pares, aut jurisjurandi domino detur electio, ut proinde juret investituram factam non esse, aut sacramentum vassallo referat, & ille, aut juret, aut acquiescat. Quod si jurare pares aliqua ex causa recusaverint, nec dominus eos jurare compellat: liceat vasallo etiam per extraneos probare investituram. Testibus vero deficientibus, jurisjurandi electio domino detur.

Si vero vasallus quidem possideat, vel si feudum

came-

cameræ, aut canevæ in duabus, seu tribus acceptionibus quietis, quasi possideat, dominus autem feudum negans esse, rem suam petat, vel quod de camera, vel de caneva bis, vel ter (sicut diximus) jam solutum est, deinceps solvere renuat: tunc non est opus probatione, sed possidenti data electione, aut juret suum esse feudum rectum, aut domino referat jusjurandum. A

Si autem investitura ab eo, qui vasallos non habebat, dicatur facta: tunc per quoslibet idoneos testes, aut per publicum instrumentum probari potest, aut inopia probationis emergente, res deciditur per jusjurandum.

Præterea si aliquis tenor præter communem feudi rationem in investitura à domino dicatur intervenisse, vel si dicatur feudum sub tali condicione dedisse, ut vasallus in festivis diebus vadat cum uxore sua ad Ecclesiam: omni facultate probandi domino adempta habeat vasallus potestatem defendendi se per sacramentum. Item si vasallus pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, veluti de filiarum successione: liceat ei tenorem, si potest, sicut investituram probare: quod si in probatione defecerit, vel cessaverit; concedatur domino hoc negare jurejurando præstito. B

Et vestimentum, & vestituram dixere Latini: ut in antiqua inscriptione, Vestituris basium. Investimentum. Livius 4. Legem promulgat, ne cui album investimentum addere petitionis liceret causa: sic habent veteres libri. Dicemus ergo recte investituram: quo nomine proprie significari possessionem ait, ut in legibus Langobardorum sæpe. Sed abusive in hoc tractatu investituram accipi pro cessione feudi, quæ fit à domino porrecta hasta, aut vexillo, vel qua alia re coram paribus curiæ, vel aliis testibus. Hoc minus est, quam possessionem tradere: idcirco post investituram agitur ad tradendum, ut *inf. 4. tit. 15.* Porrigunt investiendo alii baculum, alii gladium, alii hastam, alii vexillum, alii anulum: quod donum investituræ dicitur in Constitutione Friderici de pace tenenda, alii aliter, ut Accursius retulit *Inst. tit. de verbor. obligat. in princ.* Otho Frisingensis: *regna per gladium, provincias per vexillum tradi* Guntherus. *Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, ille, hic autem gladio regnum suscepit ab ipso. Hunc etenim longo servatum tempore morem Curia nostra tenet.* Episcopatus, imo & omnia feuda antiquo more Gallico per anulum, & virgam, quod dicebant, *Par rain, & par baston. Rain* pro anulo, ut hodie Germanis, *Rring.* Adjiciebant baculum: unde jactatur hoc vulgo è Gallorum moribus. *Le vasal se peut jover de son fief jusque à mettre la main au baston.* Vasallus feudi sui liberam administrationem habet, modo si non se in alterius domini fidem clientelamque conferat, nimirum ab alio accepto scipione, quod aliis verbis, *Jusque à submission de foy.* Hujus autem generis investituram intervenire etiam in proprietatis alienatione constat ex antiquo contractu emptionis, & venditionis, in quo ita est, *Tu Pascuti fuste illum investito, Tu Segnuti fustem illum manu capito.* Minus autem est, ut dixi, investitura quam possessio. Dices, cur non traditio hastæ, aut gladii, aut scipionis pro possessionis traditione habetur, ut clavium, *l. clavibus ff. de contr. empt. l. 2. Cod. de per. & com. rei vend. l. 1. C. de crim. exp. her.* Dicam, traditis clavibus non videri traditam possessionem domus, nisi in re præsenti traditæ sint. Rei præsentia per se sola facit, ut tradita ejus possessio videatur: apprehenditur enim non manibus tantum, aut pedibus, sed etiam oculis quasi longis manibus, *l. 1. §. pen. l. quod meo, §. si venditorem, l. quarundam, ff. de adquir. poss. l. pecuniam, ff. de solut.* Investitura igitur etiam si fiat porrectis clavibus, pro traditione possessionis non habetur, nisi fiat in re præsenti: sed est tantummodo argumentum possessionis in feudum, aut venditionis: investituram in feudo sequitur fidelitas, fidelitatem traditio. Dixi investituram fieri debere coram paribus: quod ita intelligendum est, si dominos alios vasallos habeat: alioquin extranei admittuntur, ut *supra 1. tit. 28. & infra 4. tit. 36. & 69. & hoc titulo, §. si autem investitura*, & cur omnino pares adhibendi sint, si eorum suppetat copia, non exteri, hæc redditur ratio, ne quid ab exteris falsitatis excogitetur, qua suscipione carent pares, qui fidei vinculo arctiore tenentur obstricti: & hoc dicimus de nova investitura. In veteri quilibet admittitur, ut *inf. 4. tit. 35.* Item hoc dicimus de laicis. Clericis permittitur, ut adhibeant quoscunque, ut *supra 1. tit. 28.* Fit ergo investitura sine scripto. Sed fieri etiam potest ex scripto per publicum instrumentum: quo casu quæritur, an necessaria sit parium subscriptio, sive confirmatio. Hoc loco exigit confirmationem parium: sed obstat *infra 4. tit. 35.* qui & cum eo, quod de clericis diximus pugnare videtur. Sed animadvertendum est, in eo titulo nihil certo definiri, varias tantum opiniones referri. Alii dicunt non valere investituram, quæ fit non accersitis, & adhibitis paribus curtis, licet dominus se eam fecisse confiteatur, & probari possit publico instrumento: nihilque interesse, dominus qui investituram fecit fuerit clericus, an laicus. Alii valere arbitrantur, si modo dominus confiteatur se eam fecisse, etiam si fecerit eam sine paribus. Alii arbitrantur publicum instrumentum non sufficere, nisi fuerit à paribus confirmatum: quæ sententia tribuitur Gerardo, & Oberto: & sane Obertus ita aperte definit hoc loco. Alii, ut Mediolanenses, publicum instrumentum sufficere arbitrantur, quorum opinio verior videtur. Quin & domini confessionem sufficere puto. Et distinctionem inter clericum, & laicum non recipio. Prima, & tertia opinio subtili jure vera est: quod in *dict. tit. 35.* hæc verba significant, ad subtilitatem consuetudinis. Secunda, & quarta voluntatem contrahentium spectat potius quam subtilitatem nimiam, quam judices admittunt raro, *l. sicut, §. si debitor, ff. quib. mod. pig. sol.* Igitur domino possidente si qui investitum se de feudo dicit, adversus dominum experiatur, probare debet investituram per publicum instrumentum, vel per pares, vel certe his deficientibus, aut jurantibus se rei gestæ non meminisse, aut jurare nolentibus, per extraneos. Duo sufficiunt, ut *supra 1. tit. 28. & inf. 4. tit. 69.* Imo plures videntur exigendi, eadem ratione, qua pares quantum potest adhiberi voluimus, ne quid falsitatis incurrat, *l. ult. Cod. de fideic.* Sed Parium qualitas omnem falsi suspicionem tollit. At his deficientibus duobus etiam extraneis contenti sumus: quia scilicet personam, & vicem parium representant, & his substituti videntur. Vasallo autem non probante, dominus jurat cum XII. se investituram non fecisse, aut refert jusjurandum actori, qui si forte relationem suscipere nolit, protinus dominus absolvitur, ut *supra 1. tit. §. si autem controversia, & tit. 28. §. si quis se. & tit. ult.* Dixi de domino possessore, nunc dicam de vasallo possessore. Vasallo possidente, vel quasi possidente quid fiet? Possidetur res corporalis. Quasi possidetur res incorporalis, *l. ait prætor, §. item ei, qui per captivitatem, ff. ex quibus cau. maj.* veluti jus percipiendarum annonarum è cellario domini, quod feudum dicitur de caneva. Id enim videtur quasi possidere vassallus, si bis, aut ter annonas sine controversia perceperit: Ex tribus, aut quatuor acceptionibus formatur quasi possessio: qui locus est in hanc rem hoc titulo singularis, *§. si vero vasallus.* Usus pro possessione est. Vasallo possidente, vel quasi possidente, si dominus agat pigneratitia, probatio domino incumbit, ut diximus *§. si autem controversia.* Si agat rei vindica-

tione, & repellatur exceptione investituræ, & is simpliciter neget esse feudum, vel etiamsi jam amplius nolit præbere annonas, negans se eas ante præbuisse feudi nomine, & adserens rei suæ libertatem, hoc casu, quia negantis nulla est probatio (nemo enim ejus, quod negat factum rationem, aut potest, aut debet, aut solet reddere) necesse est reo defensionem dari, ut juret suum esse feudum, aut actori referat jusjurandum: quo non jurante, statim reus absolvitur. Et quæ diximus observari in probanda investitura, eadem observantur in probando pacto investituræ. Ut in venditione, aut investitura facta venditionis nomine, ita in feudi investitura quodcunque pactum est, id valet, puta ut sine juramento fidelitas præstetur, ut tit. seq. vel ut filiæ succedant, ut *supra* 1. *tit.* 4. ut succedat frater fratri in feudo novo, ut *supra* 1. *tit.* 19. ut vasallus festis diebus officii causa uxorem domini sui in ædem sacram comitetur, & ducat, ut *§. ult. hujus tituli*, ubi hanc pactionem condicionem vocat. Condicionem investitura admittit, ut *supra* 1. *tit.* 5. id est, adjectionem, quæ suspendat actum, licet videatur actus esse solemnis. Admittit etiam conditionem, id est, pactionem quamlibet, modo non sit juri, aut naturæ feudi contraria: & inde condicionale feudum dicitur quod sub pactione certa certove servitio constituitur. Qui autem pactionem allegat, sive sit dominus, sive vasallus, eam probare debet eo modo, quo supra dictum est investituram esse probandam, quo deficiente, alteri defensio competit cum sacramentalibus XII. nisi malit jusjurandum referre. Recte interpres exponit hæc verba, Omni facultate probandi domino adempta, id est, domino in probatione deficiente. At præterea constat investituram non tantum de certo servitio, sed etiam de incerto pacisci licere, puta, indistincte, ut pro feudo servitium præstetur, vel etiam id agi ne ullum servitium præstetur. Unum casum hic adnotare libet, quo etiamsi de certo servitio convenerit, vasallus eo liberatur, puta si domino feudum pignori obligaverit sub lege ἀντιχρήσεως, quod est ex decreto Innocentii III. *c.* 1. *de feudis*, qua ratione, & emphyteuticum prædium eadem lege acciperet dominus si modo ejus temporis nullam pensionem ab emphyteuticatio exigat, ne utrunque habeat canonem, & fructus, vel ille servitium, & fructus: alias enim ἀντίχρησις pontificio jure improbata est, quia usuræ proxima est: id enim agitur, ut creditor fructus lucrifaciat, sorte manente integra: quod male Albertus Krantzius Chron. 8. cap. 35. appellat emptionem sub lege redimendi factam. Præcessit enim pecunia debita, cujus nomine res pignori obligatur ea lege, ut creditor fructus non computet in sortem, utque non aliter eam rem debitori restituat quam omni pecunia soluta. Et igitur pignus, non venditio.

De investitura veteris, vel novi beneficii.

Tit. IV.

INvestitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de novo: quæ de veteri fit, etiam à minore potest fieri. Sive autem à minore, sive à majore fiat, non de omni possessione vasalli, sed de justa tantum facta intelligitur, nisi aliud nominatim dicatur. Novi vero investitura feudi non ab alio recte fit, nisi ab eo, qui legitime suorum bonorum administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit investitutam facere. Sed etiam res cujus alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casu: ut ecce, si quis ex agnatis tuis rem quæ à communi parente per successionem ad eum pervenerit, alienare voluerit, non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi tibi vel alii proximiori pro æquali pretio accipere volenti, per feudum tamen cuilibet dare potest, nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis, vel legis novæ bonæ memoriæ Lotharii Imperatoris, tunc enim rescissa investitura, reddito à te, vel ab alio proximiori, videlicet secundum antiquam consuetudinem pretio, si quod dederit, is qui investituram accepit compellatur rem tibi restituere. Personam vero investituram accipientis non distinguimus: nam etiam servus investiri poterit, nisi ignorantia prætendatur. Sed utrum ipse, an alius pro te investituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus, potest enim hoc negotium, & per procuratorem ab utraque parte expediri. Fœminam quoque etiam novi feudi investituram facere posse plerique consentiunt. Nulla autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat, cum à fidelitate feudum dicatur, vel à fide, nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, ut sine juramento fidelitatis habeatur. Utrum autem præcedere debeat fidelitas investituram, an investitura fidelitatem, quæsitum scio: & sæpe responsum est investituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus jusjurandum, quod vasallus præstat domino.

Duplex est investitura, alia veteris, alia novi beneficii. Veteris est, quæ fit à successore domini, vel successori vasalli, ut *infra* 4. *tit.* 35. mortuo scilicet domino, vel vasallo. Novi, ex qua primum formam suam, & originem feudum accipit. Hæc dat legem feudo, & contractus est. Illa quæ fit de veteri feudo, non est contractus, sed feudi tantum quædam veluti recognitio simplex. sive [illegible], quæ fit gratuito, Constitutionibus Neapolitanis, & in nostris illata certa pecunia. Et peti solet ita, ut quis intendat se de suo recto feudo investiri debere, ut *infra tit.* 20. *&* 4. *tit.* 46. & in fragmentis: *Cum*, inquit, *de veteri beneficio fit investitura, satis est si de recto beneficio fiat investitura*, id est, nulla solemnitas exigitur. Satis est rectum esse feudum, & jurari fidem. Rei nomen exprimi, & adhiberi pares non est necesse, ut *infra* 4. *tit.* 35. & fieri potest à minore XXV. annis, ut hoc loco Obertus ait. De hac dicere possis non esse beneficium, sed injuriam, si quis eam non impetraverit, ut *l.* 1. *§. plane, ff. de aqua quot. & æst.* Nova investitura fit solemniter per symbola, vel, ut Helmodius loquitur, signa, & rei certæ nomine expresso, & adhibitis paribus, & ab eo, qui rerum suarum administrationem habet: nam qui non potest alienare, nec feudi nomine investituram facere potest, excepta fœmina: est enim hæc investitura alienationis species. Placebat quibusdam veteris, sed non novi beneficii investituram à fœmina fieri posse. At diversa opinio obtinuit, ut *hoc tit. §. fœminam*: quæ mitior sententia dicitur in Fragmentis. Ratio dubitandi hæc erat, quia fœminæ nihil alienare poterant sine tutoris auctoritate, *l.* 1. *Lang. Qual. mul. lib. alir. per. est.* Erant enim in perpetua tutela, sive, ut loquebantur, in mundiburnio, Langobardorum jure, quibus tutor est mundualdus, ut Germanis *Munder*, quæ eadem Gallis etiam olim fuere vocabula, ut in Chronicis S. Dionysii, *Bail, garde, munburente*, & Froissardo: *Et feront mis quatre mambours en Angleterre pour governer le Royaume*: Olivario de Marchia, *Mambour, & pere de vous*, Rectum autem feudum dicitur, non, ut vulgo sentiunt, quod commu-

nem

nem feudi rationem, five naturam retinet, cum & id rectum dicatur, quod non est verum, & proprium feudum, ut feudum de camera, *tit. praeced. §. si vero vassallus*, sed feudum rectum dicitur feudum vetus, cujus possessio justa est, & ideo qui investitur de suo recto feudo, ei possessio tantum justa confirmatur, ut ait hoc loco: nam si sit vitiosa possessio, certe non est rectum feudum, nec per eam investituram legitima fit. Additur hoc titulo, Quemadmodum is, qui alienare non potest, feudi investituram facere non potest, ita rem alienari prohibitam, nec in feudum dari posse: quod non tantum de prohibitione legis accipitur, sed etiam de prohibitione testatoris argumento emphyteuseos, *l. ult. C. de reb. alie. non al.* Excipitur unus casus, quo agnatus prædia familiaria, sive alodia sint, sive feuda, extero alienare prohibetur, vel si alienaverit, ea ejusdem familiæ agnato proximiori jure *προτιμήσεως*, quæ Britannis inde dicitur *Premesse*, revocare, & retrahere conceditur, quod jure civili olim obtinuit ante l. *dudum, C. de con. empt.* sed reductum fuit in Oriente Constitutione Romani Lacapeni, in Occidente Constitutione Friderici. Eodem jure ante Fridericum Saxones utebantur: sic enim legitur in veteri Saxonum lege, cap. 62. Liber homo, qui sub tutela nobilis cujuslibet erat, qui jam in exilium missus est, si hereditatem suam necessitate coactus vendere voluerit, offerat eam primum proximo suu, si ille eam emere noluerit, offerat tutori suo, vel ei, qui tunc à Rege super ipsa re constitutus est: si nec ille voluerit, vendat eam cuicumque voluerit. Sunt autem agnatis ad revocandam venditionem constituta certa tempora, principalibus personis dierum xxx. procuratoribus eorum mensium IV. ex quo fuerint testato denunciati, ut ad emptionem accederent si vellent, Constitutione Romani. Moribus autem Galliæ, vel annus datur, vel lx. dies, vel menses sex pro varietate regionum. Nimia licentia brevitate temporis constringitur. Idem vero jus *προτιμήσεως* habet dominus, sive prædium dederit in feudum, sive in emphyteusim. Si dederit in emphyteusim, intra duos menses, *l. ult. C. de jur. emphyt.* Si in feudum intra annum, ut *infra tit. 9.* Moribus Galliæ plurimum intra dies xl. & constituere debet statim, atque intellexit venditionem, utrum malit uti jure *προτιμήσεως*, an exigere *εἰσδεκτικά*: uno enim electo, non potest variare, arg. *l. 4. §. eleganter, & l. pen. ff. de lege commiss.* Si in jure *προτιμήσεως* concurrat agnatus, & dominus feudi vel emphyteuseos, vel census, agnatus præfertur, ut *infra tit. 9. §. pen.* Ergo & cum agnato proximiori venditur, merito dicemus domino non competere jus *προτιμήσεως*. An & si ulteriori? non ausim adfirmare, cum agnato proximiori, sive agnato, sive extero vendiderit, competere jus *προτιμήσεως* probet 4. *tit.* 14. & hoc titulo adsignificet bis positum verbum, proximiori: sed plerisque locis refragantur mores Galliæ, & in testamentis si testator vetuerit feudum alienari extra familiam, fundo extero alienato, proximiori agnato fideicommissi petitio competit, *l. 32. §. ult. l. peto, §. fratre, ff. de* leg. 2. fundo ulteriori, agnato alienato proximiori nulla fideicommissi petitio est, *l. filiusfa. §. cum pater, ff. de* leg. 1. l. *unum ex familia §. sed si feudum, ff. de leg. 2. l. pater filium, ff. ad leg. Falcid.* Ergo non potest quis feudum genearchicum alii vendere quam agnato, si id agnatus eodem pretio habere velit: in feudum tamen dare cuilibet potest, ut *infra tit. 9.* Et hoc est ex consuetudine Mediolanensi, qua feudum alienari potest totum sine domini consensu, sed extraneo dominus præfertur, agnatus utrique. In feudum tamen dari extraneo potest, neque tunc locus est juri *προτιμήσεως*, nisi hoc fiat in fraudem consuetudinis, ut si adsimuletur investitura feudi, pro investitura venditionis, quo casu jus *προτιμήσεως* locum habet. Ex Constitutione Lotharii vasallus feudum amittit, si id alienaverit sine consensu domini, & domino committitur, nec agnati præferuntur, ut hoc loco significare videtur, dum ait, secundum antiquam consuetudinem. Non ergo secundum Constitutionem Lotharii, & ita si in dominum vasallus deliquerit, agnati excluduntur, licet quidem contra sentiant, qui & contra sentirent superiore casu, si in alium, posteri ejus excluduntur non omnes agnati, ut *infra 3. tit. 2. & lib. 4. tit. 18. & 42.* Non prohibebat tamen ea Constitutio in feudum dari sine fraude, doloque malo, ut Constitutio Friderici declarat de feudis non alienandis, & 4. tit. 22. Adjicitur hoc titulo servum posse de feudo investiri, ut scilicet servo vendi potest. Sed adquirit feudum domino confestim, feudive actionem. Et per nuntium, gestorem, procuratorem dari accipique investituram posse, ut *infra 4. tit. 70. 85.* Vacante Imperio datur de feudis imperialibus per Palatinum Rheni ex bulla aurea. Sed excipiuntur feuda, quæ dicuntur *Vanleben*, quod scilicet deferantur per vexillum. Ergo & per procuratorem dari fidelitas potest, quæ statim subsequi solet tam veterem, quam novam investituram. Nulla, inquit, investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat. Nulla, id est, neque vetus, neque nova, ut infra 20. Datur plerumque fidelitas per ipsum vasallum. Gregorius Tyrensis in Chronicis. *Factus est Boamundus homo Imperatoris fidelitatis manualiter exhibito, & corporaliter præstito juramento, qualem solent fideles dominis suis exhibere.* Et plerumque consuetudines regionum exigunt, ut ipsemet vasallus veniat, domino postulante, & ut per alium non aliter juret, quam si & per alium dominus faciat investituram. Sed hoc jure secus est. Et potest jusjurandum dari per procuratorem, ut de jurejurando calumniæ proditum est, *l. 2. C. de jur. cal.* & est exemplum apud Livium xxxI. licet litis totius finiendæ causa ipsum litigatorem jurare melius sit, *l. pen. C. de reb. cred.* Solet & ad domum domini plerumque investitura peti, fidelitas offerri, nisi cum pactione aliud, vel privilegio cautum est, ut Constitutione Friderici in Austria Cuspiniani duci Austriæ hoc datur, ne pro conducendis feudis requirere, seu accedere debeat imperium extra metas Austriæ, & ut in terra Austriæ ei debeant sua feuda conferri per imperium, & locari.

De juramento fidelitatis, & qualiter vasallus juret domino.

TIT. V.

QUaliter autem debeat jurare vasallus fidelitatem, videamus. Jurare scilicet sic debet: Ego juro ad hæc sancta Dei Evangelia, quod amodo in antea ero fidelis ei, ut vasallus domino: nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, pandam alii ad ejus detrimentum, me sciente. Si vero domesticus, id est, familiaris ejus sit, cui jurat: aut sit ideo jurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia de jurisdictione sit ejus, cui jurat: nominatim vitam, membrum, mentem, & ejus rectum honorem jurabit.

De forma fidelitatis.

TIT. VI.

IN Epistola Philiberti Episcopi, in Decretis vicesima secunda, q. 5. c. de forma. Qui domino suo fidelitatem jurat, ista sex in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume, ne sit in damno

domino suo de corpore suo. Tutum, ne sit ei in damno de secreto suo, vel de munitioo ibus suis, per quas esse tutus potest. Honestum, ne sit ei in damno de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, oe sit ei io damno de suis possessionibus. Facile vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile: neve id, quod possibile ei erat, faciat impossibile. Ut fidelis hæc documenta caveat, justum est. Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, restat, ut in sex prædictis, consilium & auxilium domino præstet, si beneficio vult digous videri, & de fidelitate esse salvus, quam juravit. Dominus quoque in his omnibus vicem fideli suo reddere debet: quod si noo fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille, qui in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel consentiendo depreheosus fuerit, perfidus, & perjurius.

De nova forma fidelitatis.

TIT. VII.

EST & alia de oovo, super fidelitatis juramento, inventa forma, & utentium approbata consuetudine, quæ hodie fere in omni curia videtur obtinere. Hæc scilicet, Ego Titius juro, super hæc sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea, usque ad ultimum diem vitæ meæ, ero fidelis tibi Cajo domino meo contra omnem hominem, excepto Imperatore, vel Rege. Quod verbum si recte intelligatur, nulla quidem iodiget adjectione, sed integram, & perfectam in se continet fidelitatem, sed propter simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adjici solet, id est, Ego juro, quod nunquam scienter ero in consilio, vel auxilio, vel in facto, quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod, vel quod tu recipias in persona aliquam læsionem, vel injuriam, vel contumeliam: vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in aotea habebis. Et si scivero, vel audivero de aliquo, qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum præstabo: & si impedimentum præstare nequivero, quam cito potero, tibi nunciabo, & contra eum prout potero, auxilium meum tibi præstabo. Et si contigerit te rem aliquam, quam habes, vel habebis, injuste, vel fortuito casu amittere, eam recuperare juvabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero, velle te, juste aliquem offendere, & iode geoeraliter, vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium: & si aliquid mihi de secreto manifestaveris, illud sine tua liceotia nemini pandam, vel per quod pandatur faciam: & si consilium à me super aliquo facto postulaveris, illud tibi dabo consilium, quod mihi videbitur magis expedire tibi: & ounquam ex persona mea aliquid faciam scieoter, quod pertineat ad tuam, vel tuorum iojuriam, vel contumeliam.

Investitura vero facta, & fidelitate subsecuta, omni modo cogatur dominus investitum in vacuam possessionem mittere, quod si differat, omnem utilitatem ei præstabit.

Hoc loco proponitur jusjurandi fidelitatis formula, quo vasallus domino fidem suam alligat, & fidei suæ commissa non proditurum se promittit, & si sit domesticus, vel si dominationi feudi juncta sit jurisdictio, etiam sibi curæ fore vitam, corpus, mentem, honorem domini sui promittit, ut *inf.6. & 7. & Const. Neapolit. 3. tit. 15. & 18.* & in formula à Radevico proposita 3. c. 19. & hoc postremum jurat vasallus non ratione feudi quod habet, sed ratione jurisdictionis, quam dominus habet, vel ratione familiaritatis, & οἰκειότητος, ut si feudum in curte habeat: quæ ratio etiam alia in re religionem officii majorem à beneficiario exigit, puta ne quid sine consensu domini ex feudo abalienet, ut *sup. 1. tit. 2. §. Item si quis feudum*, & hic proculdubio est sensus hujus tituli, quem ex tam effusa interpretum turba, quæ temere ruit in hos libros, adsecutus est nemo. Id vero quod diximus de tuenda vita, & honore domini, & si quid aliud specialiter jurejurando exprimi solet, potest videri fidei promissione generali contineri satis, ut inf. 7. Carolus certe Magnus breviori formula contentus fuit, *Promitto me domino meo Carolo, & filiis ejus fidelem futurum tota vita sine fraude doloque malo, legis Franciæ 4. tit. 46.* Sed plerique fidem sibi promitti satis non habent, nisi & fidei partes muniaque specialiter enumerentur, vel eo maxime si quid contra ea fecerint, ut non possint negare se commisisse in jusjurandum, & feudum amisisse, ut *sup. 1. tit. 20.* Præterea separandus hac in re nobis est vasallus homologus: nam in jurejurando homologi nullus excipitur, in jurejurando non homologi excipitur Imperator, vel Rex, vel antiquior dominus, ut *inf. 4. tit. 31.* Duorum quis potest esse vasallus, non homologus, vel uni homologus, alteri non homologus. Duorum tamen esse vasallus homologus nemo potest, ut libro quarto demonstrabitur, qua de qualitate vasalli ingens sæpe concertatio est, ut fuit tempore Caroli VII. Francorum Regis inter Cancellarium Regis, & Cancellarium Petri Ducis Britanniæ, & Comitis Montisfortis, ille ducem Britanniæ legis homologum esse ajebat, hic negabat. Rex post multas controversias Petrum in fidem, & hominium recepit, more majorum suorum, nullo alio adjecto, & mox eidem Petrus ratione Comitatus Montisfortis fidem dedit quasi homologus, quam non dederat palam ratione Ducatus. Sunt & vasalli quidam, qui plus quam fidem debere videntur, alii præcipue debent domino conciliare pacem, alii se pro domino obsides dare, alii certum servitium: quæ jurejurando, vel pactione investituræ nominatim exprimi necesse est: alioquin non debentur: inde veteribus Gallis hæc hominum genera, *Homme de fiefs, Homme de paix, Homme de plieure, Homme de service*. Quædam alia sunt, quæ etsi non exprimantur, debentur tamen, ut ipso jure moribus nostris, & Constitutionibus Neapolitanis ἀνάληψις mortuo vassallo, quæ redemptio dicitur, & restauratio feudi, vendito feudo ἐνδεκατεῖαι, quæ laudationes vocantur, nisi dominus malit uti jure προτιμήσεως. Debentur, & quibusdam locis domino collationes, vel munera quædam certis ex causis, puta nuptialium herilis filiæ elocandæ causa, & λύτρον ob redemptionem domini ab hostibus capti, & equestris sportula sumpta domino, vel filio ejus majore natu equistri dignitate, qui summus est militiæ gradus: nam veteteribus Gallis tres fuere militum ordines, *Chevaliers Bannerets, Bachel iers*, quos possis dicere Equites, Melloequites, & Vasellos, sive vasallos, nisi malis à Buccellariis deducere. Posterior enim ætas Buccellarios dixit milites corpore custodes, sive protectores, qui patronis suis adsistunt semper, *l. ult. C. ad leg. Jul. de vi pub.* Renatus apud Gregorium Turonensem: *Ocylla buccellarius Ætii*. Interpretes Βουκελλάριοι: Βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης, & in veteribus Glossis,

Ad-

Adsecla, buccellarius. Et legem Gothorum sive VVisigothorum 5. tit. 111. *Si in patrocinio constitutus sub patrono aliquid adquisierit, medietas in patroni, vel filiorum ipsius potestate consistat, aliam medietatem buccellarius qui adquisivit obtineat. Quod si buccellarius filiam tantummodo reliquerit, ipsam in potestate patroni manere jubemus*. In Const. Neap. 3. tit. 21. Fridericus II. adjicit aliam causam exigendæ à vasallo intributionis, Si frater domini in equestrem ordinem promoveatur, & Guilielmus Rex tit. 20. Si Soror domini nubat, Si possessionem aliquam dominus emat, Si transeat Principis comitatus, vel exercitus, in expeditionem, Si dominus fit Episcopus pro ejus consecratione, vel si in conventum Episcoporum solemnem à Pontifice maximo evocetur. Sed in Neustria tres tantum, quas initio dixi causæ receptæ sunt, & dicuntur, *Les trois chevels aydes*, Bourboni addunt quartam, si dominus Hierosolymam invisere velit, & vocant *Questes*, ut Neapolitanæ Collectas. Debebant olim etiam servi dominis suis munera quædam ipso jure, & clientes patronis eadem illa, quæ diximus plerisque locis vasallos debere dominis. Halicarnassæus 2. *τοὺς δὲ πελάτας ἔδει τοῖς ἑαυτῶν προστάταις θυγατέρας τε συνεκδίδοσθαι γαμουμένας ἢ λύτρα καταβάλλειν πολεμίοις εἴ τις αὐτῶν ἢ παίδων αἰχμάλωτος γένοιτο*. Debebant, & patronis liberti. Sed hi non jurejurando, vel stipulatione, ut cum juraverant, vel promiserant post manumissionem, seu natalitium patrono daturos liberisve patroni, aut nuptialium, *l. 7. §. jurare, ff. de op. lib. l. ult. ff. de lib. cau.* In fine tituli 6. adnotatur, quam accipit dominus à vasallo jurato fidem, eandem vicissim eum tametsi juratum debere vasallo præstare: & hoc est, quod dicitur inter dominum, & vasallum fidem esse reciprocam. Et 4. tit. 98. dominum esse vasallo conjugem quasi communi fidei vinculo conjunctum eodem sensu quo D. Paulus *σύζυγον* dixit non uxorem, sed familiarem, consortem, collegam. Et quibus ex causis vasallus feudum amittit, eisdem etiam fere dominium, proprietatem sive dominationem feudi amittere, eamque vasallo accedere: ut *inf. 4. tit. 24. & 56.* mores nostri proprietatem amissam superiori domino addicunt, veluti Imperatori, aut Regi, & Constitutiones Neapolitanæ 3. tit 19. Et sive dominus sit, qui vasallo sive vasallus, qui domino jusjurandum deferat, non jurat de calumnia, ut *inf. 4. tit. 36.* Idem puto esse statuendum de accusatione, ut quemadmodum vasallus dominum accusare, vel contra eum testimonium dicere impune non potest, ita nec possit dominus in vasallum, nisi de feudo sit quæstio: quod jus fuit etiam olim inter pratronum, & clientem. Halicarn. 2. *κοινῇ δ᾽ ἀμφοτέροις οὔτε ὅσιον οὔτε θέμις ἦν κατηγορεῖν ἀλλήλων ἐπὶ δίκαις ἢ καταμαρτυρεῖν· εἰ δέ τις ἐξελεγχθείη τούτων τι διαπραττόμενος, ἔνοχος ἦν τῷ νόμῳ τῆς προδοσίας*. Conveniunt in plerisque vasalli, & clientes: quinimo clientum commune nomen est. Sed & distant in multis. Interpres ad tit. 6. jusjurandum quoddam fidelitatis allegat, quod dederit Otho Johanni, quod sumpsit ex *c. tibi domino 64. dist.* Is est Otho s. qui non fidelitatem Johanni juravit, cum juraret potius ea ætate Pontifex Imperatori (erat enim creandi Pontificis potestas penes Imperatorem) sed cum à Berengario, qui se in Italia pro Imperatore gerebat opprimeretur Johannes XII. ei tantum Otho suam operam pollicetur, quasi vasallus. In melioribus libris non sunt formulæ fidelitatis, quæ ponuntur *tit. 6.* & 7. & sane libro Oberti nescio à quibus temere insertas credo: qui cum titulo quinto satis formulam fidelitatis exposuisset, congruenti ordine mox subjecit, *Investitura vero facta, & fidelitatis subsequuta, &c.* ut investituram fidelitatem, ita fidelitatem traditionem sequi: alioquin damnari dominum in id quod interest, atque etiam præcise cogi tradere, quod exposui *sup. tit. 1. §. si vero Archiepiscopus*: unde intelligitur investituram non transferre possessionem, scipionem, anulum, vexillum, claves non transferre possessionem, nisi tradantur in re præsenti. Illud omisimus illi parti jurisjurandi, *Et si scivero, &c. tit. 7.* Similem proponi apud Nicetam in Alexio Comneno his verbis, *καὶ οἶδε δὲ ὁ θεὸς ὅτι αὐτὴ παρεκλήψομαι εἰς ἀτιμίαν ὑμῶν καὶ λύμην τοῦ ὑμετέρου φερόμενον στόμματος καὶ ὑμεῖς τὴν περὶ τοῦτο δίδοτε ὁστοπλίων ἅδησιν, καὶ αὐτὸς δὲ, ὡς ἔξεστί μοι, τοῦτο ποιήσω*.

De investitura de re aliena facta.

Tit. VIII.

CUm de re aliena, vel alii obligata, investitura fiat: illud distinguitur, utrum scienti, an ignoranti facta sit. Qui enim alienæ rei sciens investituram accepit: nisi pacto speciali sibi prospexerit, de evictione agere non poterit: ignorans vero recte aget, ut aliud ejusdem bonitatis, seu quantitatis ei præstetur. Sed in eo nulla est differentia, qui investituram fecit, utrum sciverit, vel ignoraverit.

Si quis investitus fuerit de re aliena, aut alii pignerata, non is, qui investituram fecit, sed is, qui accepit, distinguimus utrum scierit rem esse alienam, an ignoraverit. Scienti de evictione actionem non damus sine pacto speciali. Nescienti damus, ut *inf. 4. tit. 55.* Sed quam actionem? præscriptis verbis. Investituræ enim contractui nulla lex proprium nomen dedit, & ex investituræ causa competit etiam condictio ob rem dati, ut sup. 1. tit. 20. quæ solet cum actione præscriptis verbis concurrere: & hoc ita procedit, si pendente lite ante condemnationem vasallus auctorem laudaverit, id est, si domino denunciaverit, ut liti subsisteret. Illaudatus dominus non tenetur de evictione, exemplo venditionis, ut *inf. 4. tit. 1.* Est ex investitura actio de evictione, est ex venditione, permutatione, in solutum datione, adjudicatione, ex articulo, Do ut facias: & ex dote, *l. 1. Cod. de ju. dot. l. 53. ff. eod.* non ex litis æstimatione, *l. 53. §. pen. de rei vind.* Est & ex donatione si *ἐπ᾽ ἀντιδώρῳ* quis donaverit, *l. 2. Lang. de evict.* quia videtur intercessisse genus permutationis, *l. & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hered.* & ejus legis Langobardorum meminit Accursius in *l. 1. ff. si quis à par. mun. fuer.* ubi corrupte legitur Machilda pro Launachilda.

De jure quod in feudo vasallus habet.

Tit. IX.

REi autem per beneficium recte investitæ vasallus hanc habet potestatem, ut tanquam dominus possit à quolibet possidente sibi quasi vindicare: & si ab alio ejus rei nomine conveniatur, defensionem opponere: nam & servitutem eidem rei debitam petere potest, & retinere. Quid ergo si pretio, vel dolo, aut incuria servitutem rei beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet causa postea beneficium revertatur, an ex eo præjudicium domino generetur, quæsitum fuit: & responsum est, ut vasallo quidem donec feudum tenet, possit obesse: domino autem etsi per longa tempora perseveraverit servitus, minime noceat.

E contrario autem si quid feudo à vasallo additum sit, si quidem tale sit, quod adjectum est, quod per se subsistere possit, id est, ut per se censeatur,

ut prædium, id non accrescit feudo. Si vero per [A] se non possit subsistere, ut servitus, plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse: meliorem namque conditionem feudi facere potest, deteriorem vero sine domini voluntate, vel eorum agnatorum ad quos per successionem pertinet: facere non potest.

Quamvis enim per beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad alium spectat, & ideo quartæ sive tertiæ ratione, quæ à Langobardis seu à Romanis viris uxoribus fieri solet, post mortem viri ad mulierem nihil pertinet: nam nec pignus, quod consultum dicitur, fieri potest ex feudo.

Est autem optima consuetudine interdicta feudi [B] alienatio, super qua multæ, & diversæ sententiæ dabantur in singulis civitatibus, seu curiis, donec Imperator divæ memoriæ Lotharius tertius promulgavit super hoc novam constitutionem, quæ posita est in tit. de beneficiis. Necessitate namque suadente poterat olim vasallus domino inscio, vel invito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. Si vero vel totum, vel partem volebat per feudum aliquem investire, hoc licebat ei sine fraude facere. Sive autem dissentiente domino vendebat, sive per feudum investiebat (quod & ipsum syncere hodie, & sine fraude licet ei facere) si tamen sine herede masculo descendente decedebat, [C] vel feudum in manu domini refutabat, aut alia ratione intercedente forte culpa amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum revocabatur, eo excepto, quod ille qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat si priori domino servire, & ab eo feudum recognoscere volebat. Donare autem aut judicare pro anima, vel in dotem pro filia dare, nullius curiæ poterat consuetudine, licet posset locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio, sicut est per libellum, ut dicunt, venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima duorum denariorum pensione perpetuo concedatur utendum alienatum in fraudem esse? Por- [D] ro sive de bona consuetudine, sive de prava quæramus, concessa erat domino pro æquali pretio redemptio, nisi hoc jus amiserit dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo sciverit computando. Præscriptione autem triginta annorum submovebatur tam sciens, quam ignorans, in prohibendo autem vel redimendo potior erat proximi agnati, quam domini conditio, si tamen feudum erat paternum. De illa vero feudi alienatione, quæ à domino fit, si dubitetur, lex Imperatoris Conradi consulatur, quæ posita est in jam dicto titulo de beneficiis.

[E]

AIt; *Rei autem per beneficium recte investitæ*: & ita inf. 4. tit. 40. Rei pro beneficio investitæ. Docet vasallum prædii in feudum dati utilem habere vindicationem, & si possideat exceptionem tanquam rei, quæ in bonis suis sit, ut inf. 4. tit. 52. & non tantum prædii, sed etiam servitutis. Plus igitur habet, quam fructuarius neque fundi neque servitutis vindicationem habet. *l. 1. ff. si usufr. pet. l. 1. §. ult. ff. de no. op. nunc.* Idem quod superficiarius, emphyteu[illegible]arius, creditor hypothecarius: hi enim omnes fundi, & servitutis fundo debitæ vindicationem habent: nec tamen ideo utiles dominos dixeris recte: certe non creditorem: ergo nec cæteros. Sed an possunt servitutem imponere? Superficiarium constat posse. Ergo & emphyteuticarium, & creditorem, & feudatarium. Sed finietur commisso feudo, arg. *l. lex vectigali, l. grege, §. 1. ff. de pign.* nec domino libertatem adserenti ulla obstabit præscriptio temporis: ne factum vassalli domino noceat. Et notandum, quod ait hoc loco, *Ex qualibet causa*: ergo etsi refutatione, vel donatione vasalli ad dominum redierit, perimetur servitus: idem dicendum putem, si quem feudali fundo censum vasallus imposuerit, quod mores Galliæ permittunt, si modo dominus censuarium non investierit, [illegible] eo nomine nulla receperit: quia deteriorem feudi conditionem vasallus sine domini voluntate facere non potuit: & in hac ipsa specie, quam proposuit Papo, Senatus Consultorum XIII. imperite videtur fecisse dominus, qui censuario, quod pro census pretio vasallo dederat obtulit: potuit enim feudum ad se reversum optimo jure retinere, aut vindicare quasi censu perempto: meliorem quidem facere feudi conditionem vasallus potest, ut fundo feudali servitutem adquirere. Deteriorem facere non potest, vel hac ratione, ut docet in *§. Quamvis*, quia proprietas ad eum non pertinet: nec enim nudum domini nomen retinet is qui feudum concedit, sed etiam dominium, id est proprietatem. Est igitur dominus cum re, non sine re: non potest autem invito domino dominii causa deterior fieri. Quamobrem ex feudo, quod maritus habuit, post mortem mariti non potest mulier ὑπόβολον retinere, quoniam ex bonis tantum mariti propriis retinetur. Id voco ὑπόβολον, quod instar, aut vicem habet donationis propter nuptias, quodque morte mariti soluto matrimonio ex bonis ejus uxor lucratur. Dotalitium dicitur *c. plerumque, de don. inter vir. & uxor c. si autem 35. q. 2.* & à Roberto in Chronicis. *Vvilielmus*, inquit, *Rex Siciliæ fecit chartam Joannæ Reginæ de dotalitio suo*. In Constitutionibus Neapolitanis etiam dotarium. A Langobardis, *Morgangheba*. Est autem Langobardorum jure quarta pars bonorum mariti, *l. 1. Lang. de iis, quæ à viro in mul. dan.* Romanorum autem moribus hoc loco significatur fuisse tertia; & sane fuit tertia, non quidem bonorum, sed dotis, ut Harmenopulus observari refert 4. Epit. Ex Constitutionibus Neapolitanis est tertia bonorum mariti, *lib. 3. tit. 13. 15. 16.* & ex consuetudine Normanniæ: sed eo jure sumitur etiam ex feudis, quoniam Gallico more feuda jure patrimonii censentur: proinde alienari etiam ac pignerari possunt. Gotthorum jure est decima bonorum mariti. Sed servare debent eam partem mulieres liberis ex eo matrimonio susceptis, ergo alienare eam non possunt: & ita ex Justiniani *Nov. 98.* donationis propter nuptias casus, qui morte mariti obvenit mulieri non extantibus liberis, pleno jure ad mulierem pertinet, extantibus servari debet, sive iterum nubat, sive non, deducta tamen parte virili, si iterum non nubat, cujus proprietatem liberis servare non cogitur, *Nov. 127.* quod omnino Carolus Rex Siciliæ in tertia mulieri debita hypoboli nomine censuit observari. Verba ejus hæc sunt: *Mulier lucretur dotarii proprietatem, si non habeat filium ex illo marito: alias habeat solummodo usumfructum: & si non nupserit ulterius, vocetur cum filiis ejusdem matrimonii in lucro proprietatis dotarii in virilem portionem: alioquin si nubat, habeat solummodo usumfructum.* Sciendum autem est non deberi ὑπόβολον uxori, nisi in cubiculum mariti venierit: & hoc est, quod dicitur, *Au coucher gaigne la femme son dovaire*. Virgini, ut Harmenopulus docet, non datur ὑπόβολον, quod erat tertia pars dotis, sed θεώρετρον, quod erat duodecima: idem dixere ἀνακαλυπτήρια: & inde ille Antipatri jocus, qui cum deformem duxisset uxorem, rogareturque quando daturus esset ἀνακαλυπτήρια, Quin potius, inquit, quæritis quando ἐγκαλυπτήρια. Sed plerisque locis etiam uxori virgini debetur ὑπόβολον. Et aliis locis ipso jure, aliis non nisi ex conventione, ut donatio propter nuptias non nisi ex conventione.

Se-

Sequitur. *Nam nec pignus, quod consultum dicitur, fieri potest ex feudo*. A Non ergo omnis pigneratio prohibetur, sed ea tantum, quæ consultum dicitur, cum distractio pignoris creditori permittitur, ut diximus sup. 1. tit. 2. In quibusdam libris scriptum legi detracta voce pignus. Nam nec quod consultum dicitur, &c. Unde tentabam, id videri Consultum esse, quod præter ὑπόβολον mulieri conceditur in mariti bonis, de quo in *l. ult. Lang. de his, quæ à viro in mul. dan.* In summa rurali dicitur, *Droict de vrsue. Droict de vivelotte*. Est autem ususfructus certæ partis bonorum. *Videtur* enim sic argumentari. Si ususfructus mulieri constitui non potest in feudo, quod tamen erat magis probabile, non poterit etiam constitui proprietas, id est, quarta: hæc enim portio Langobardorum legibus ad mulierem proprietatis jure pertinebat. Sequitur. B *Est autem optima consuetudine interdicta feudi alienatio*. Dum ait, *Optima*, tacite arguit iniquitatis consuetudinem Mediolanensium, ut sup. 1. tit. 8. quam pravam paulo post vocat. Olim recta consuetudine potuit feudi tantum partem dimidiam per libellum alienare, aut pignori obligare sine consensu domini, excepto casu posito inf. 4. tit. 73. eodem feudi jure alium investire etiam in solidum potuit. Sed mortuo venditore, aut investitore sine legitimis heredibus, vel refutante feudum, vel qua alia ratione feudo domino aperto, feudum ab emptore, vel à secundo feudatario dominus revocabat: non tamen omnino à secundo feudatario, qui domino non recusaret fidem, & hominium exhibere. Erat & domino jus προτιμήσεως intra annum scienti nec renuncianti intra xxx. annos ignoranti, cum scilicet C venierat feudum sine ejus voluntate, non cum alii rursus datum erat in feudum: quæ omnia exposuimus *sup. 4. & lib. 1. tit. 2.* Donare autem, vel in dotem dare pro filia, vel etiam pro anima sua Ecclesiæ feudum concedere, quod & constitutione Friderici expressum est, nulla consuetudine permittebatur. Locare permittebatur, ut in feudum dare citra fraudem, hodieque permittitur. *Quæ posita est in titulo de beneficiis*. Sane in manuscriptis Langobardorum legibus eam Lotharii Constitutionem vidi positam post legem Conradi sub tit. De beneficiis, quæ vulgo quasi reticula libri extremam partem occupat. *Sub vilissima*: Ut 4. *tit.* 73. Secus si serio dederit per libellum partem dimidiam feudi. *De illa vero*. De hac re diximus sup. 1. tit. 22. & dicemus 4. *tit. de lege Conradi*. D

De nominibus vasallorum.

Tit. X.

QUi à principe de Ducatu aliquo investitus est, Dux solito more vocatur. Qui vero de Marchia, Marchio non dicitur. Dicitur autem Marchio, quia tenet quod est juxta mare, quia plerumque Marchia juxta mare sit posita. Qui vero de aliquo Comitatu investitus est, Comes appellatur. Qui vero à Principe, vel ab aliqua potestate de plebe aliqua, vel plebis parte per E feudum est investitus, is Capitaneus appellatur, qui proprie valvasor major olim appellabatur. Qui vero à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, valvasores sunt. Qui autem à valvasoribus feudum quod à Capitaneis tenent, similiter acceperint, Valvasini, id est minores valvasores appellantur, qui antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habebant. Valvasore enim sine filio mortuo, feudum quod valvasori minori dederat, ad Capitaneum revertebatur. Sed hodie eodem jure utuntur in curia Mediolanensi, quo & valvasores. Cæteri vero qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter à Capitaneis, seu valvasoribus acquisierint, plebeii nihilominus sunt. Nam & illi qui soldatam habuerunt, vel acceperunt, vel habent, per eam nullum pedagium, sed nec feudi usum acquirunt. Soldata autem est præstatio quædam annua gratuita: quæ à neutra parte transit in heredem. Morte enim dantis, vel accipientis interveniente finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in solidorum donatione consistit, quandoque autem in vino, & annona consistit.

VAsallorum alii sunt Capitanei, alii valvasores, alii valvasini, alii plebeii. Capitaneorum nomen aut generaliter accipitur, aut specialiter. Generaliter complectitur Duces, Comites, Marchiones, qui Regis Capitanei sunt, ut sup. 1. tit. 1. Specialiter eos, qui neque sunt Duces, neque Comites, neque Marchiones, sed plebi, aut parti plebis gubernandæ à Principe vel Rep. vel Comite, aut Duce præpositi sunt, qui proprie majores valvasores dicuntur: & ita Platina in Clemente v. & Maximo 1v. Capitaneos præfectos urbium vocari ait: quo sensu Capitanei à Comitibus, & Ducibus separantur sup. 1. tit. 10. 12. 17. & Constitutione Friderici *de pace tenen. & 4. tit.* 89. Sed improprie tamen Capitaneorum nomen sibi vindicant. Proprie valvasores majores, sive Regis valvasores dicuntur. Et qui ab his feuda accipiunt, minores valvasores, aut simpliciter valvasores. Et rursus, qui à minoribus valvasini, aut minimi, aut etiam minores valvasores, ut *sup. 1. tit. in prin. & §. notandum, & tit.* 12. Et valvasini quidem jus olim feudi proprium, & perpetuum non habebant: nam mors valvasoris à quo feudum acceperant, si quidem decessisset sine legitimis heredibus, feudum majori Valvasori, sive Capitaneo aperiebat, à quo id valvasor acceperat. Et poterat valvasinis auferri quandocunque domini majoris, vel dantis arbitrio, ut *sup. 1. tit. 3. & inf. 4. tit. de lege Conradi, §. similiter*. Hodie, ut ait hoc loco, idem Mediolani jus est valvasinis, quod valvasoribus. Sunt alii quidam vasalli, qui noviter feudum acceperunt à Capitaneis, id est, majoribus valvasoribus, vel à minoribus, ii novi homines non dicuntur valvasini, quia plebeiis non militibus adnumerantur, & illæ appellationes militum appellationes, & ordines sunt. Non sunt autem justi milites, sive nobiles, nisi, qui à Principe, vel Duce, vel Comite, vel Marchione de feudo investiti sunt, vel qui à majore, aut minore valvasore de feudo investiti sunt, si modo ii longam annorum seriem numerare possint, qua feudum onusque militiæ ei adnexum in familia sua resederit: quæ est certissima nobilium definitio. Et ita vero hic locus indicat hodie quosdam vasallos esse plebejos, ut & dominos, *inf. de lege Conradi libro 4. §. ex eadem*. Et his etiam vasallis similes sunt soldarii: nam plebeiis adnumerantur, & stipendii ratione nullum paradogium habent: sic legunt veteres interpretes, Baldus & Alvarotus, & paradogium nobilitatem interpretantur. Vulgo pessime, pedagium. Scio esse legendum, paragium: & hunc esse sensum: Vasalli qui plebeiis adnumerantur, nullum habent paragium, id est, non censentur esse pares curtis domini. Parium dignitatem soli nobiles habent. Omne igitur feudum non nobilitat possessorem, & ita hodie quibus locis res ita geritur inter fratres, ut feudum frater major natu præcipue obtineat, & cæteris aspergat tertiam partem, cæteri non minus partes suas nobiliter tenent, quam frater major natu, nec minus dicuntur esse pares in feudo, & à majore quidem fratre dicuntur feudum tenere jure paragii, quo sensu etiam paragium dicuntur Constit. Neapolitanorum 3. tit. 26. sed ejus conditio talis est, ut pro eo nullam fidelitatem frater fratri jurare, aut repromittere debeat: & hac forsitan ratione Carolus ille

Rex

Rex Navarræ, qui tot clades intulit regno Franciæ, à Joanne Rege extorsit, ut certas possessiones, quas ab eo tenebat in Neustria hominii, & fidei nexu, deinceps teneret, ut est scriptum in Gallicis Chronicis, *En parroye*, hodie dicimus, *En paraige*. Cætera quæ ad hunc titulum pertinent exposuimus lib. I. variis locis.

De gradibus succedendi in feudo.

Tit. XI.

PEr successionem quoque sicut per investituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est: filiis enim existentibus masculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per masculinum sexum descentibus, cæteri removentur agnati. Ad filias vero seu neptes, vel proneptes, vel ex filia nepotes, seu pronepotes successio feudi non pertinet. Proles enim fœminini sexus, vel ex fœmineo sexu descendens, ad hujusmodi successionem aspirare non potest: nisi ejus conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum. His vero deficientibus, vocantur primo fratres cum fratrum præmortuorum filiis, deinde agnati ulteriores. Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum, hoc est, si fuit illius parentis, qui ejus fuit agnationis communis. Si enim Titii avus de novo beneficio fuerit investitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto, ejus feudi successio non pertinet ad ejusdem Titii patruum magnum, nec ad prolem ex eo descendentem, imo revertitur ad dominum. Ad cognatos autem beneficium non pertinet, neque beneficii successio. Si vero dominus, vel alius beneficium defuncti novum esse dicat, agnatus autem illius proximus paternum esse contendat: tunc onus probationis incumbit illi, qui novum dicit. Sed scio aliter pronunciatum esse. Bonus tamen judex causa cognita diligenter intuebitur cujus potius jurejurando dirimenda sit hæc quæstio, utroque scilicet in probatione deficiente.

Cum proposuerit tit. 2. feudum, aut investitura, aut successione adquiri, & dixerit jam de investitura satis, modo incipit tractare de successione. Et in successione feudi ait primam causam esse liberorum virilis sexus, per virilem sexum descendentium. Ait primam causam esse liberorum ex *§. sui autem, Inst. de her. qua. & diff.* liberos fœminini sexus, aut per fœmininum sexum descendentes, in feudum non succedere, exceptis duobus casibus jam sæpe vexatis superiore libro. Post liberos vocari statim consanguineos fratres, & fratrum præmortuorum filios, si feudum fuerit paternum, non novum, quod etiam est jam sæpissime vexatum. Post consanguineos admitti agnatos: cognatos non admitti. Quod ait fratres, & fratrum præmortuorum filios simul admitti, consentit cum Nov. Justiniani, dissentit à jure antiquo, *l. 3. C. de leg. her. l. 2. §. hæc hereditas, ff. de suis, & leg. hered.* Sed tamen hoc in transverso limite solis fratrum filiis Justinianus dedit, ut in successione repræsentarent patres suos, atque ita patruo succederent in stirpes una cum patruis. Si nulli sint patrui, in capita succedent, ut Harmenopulo, & Azoni videtur, recte: nam Novella stirpes tantum spectari vult concurrentibus fratribus defuncti. Novæ autem Constitutiones stricte accipiendæ sunt, ac similiter licet ex ea Nov. frater utroque parente conjunctus, & filius ejus præferatur fratri uno tantum parente conjuncto filiove ejus, non tamen dicemus in successione filiorum fratris, vel sororis patruum, vel avunculum patri matrive ex utroque parente conjunctum præferri patruo, vel avunculo patri matrive ex uno tantum parente conjuncto, ut Bartolus sentit recte in *l. post consanguineos, §. legitima, ff. de suis, & leg. her.* Quam enim adhibuit Justinianus distinctionem inter fratres, & fratrum filios, eandem non adhibuit inter patruos, & avunculos. Igitur omissum à Justiniano pro omisso habebimus, & sequemur jus vetus. Quod vero diximus, si soli sint fratrum filii succedere eos in capita, in legibus Gothorum est evidenter expressum his verbis *lib. 4. tit. 2.* Qui moritur si fratres, & sorores non reliquerit, & filios fratrum, vel sororum reliquerit, si ex uno fratre sit unus filius, & ex alio fratre, vel sorore forsitan plures, omnem hereditatem defuncti percipiant, & æqualiter per capita dividant portionem. Gotthorum, sive Vvisigotthorum Reges, qui Hispaniam, & Gallicam Toleto sede Regia tenuerunt, ediderunt XII. Constitutionum libros æmulatione Codicis Justiniani, quorum auctoritate utimur sæpe libenter, quod sint in eis omnia fere petita ex jure Civili, & sermone Latino conscripta, non illo insulso cæterarum gentium, quem nonnunquam legimus ingratis, ut gens illa maxime, quæ concedit in Hispania plane cultior cæteris hoc argumento fuisse videatur. Communicavit autem eos mihi ultro Petrus Pithœus, quem ego hominem & si amore, & perpetuo quodam judicio meo dilexi semper vix jam ex ephebo profatus fore, ut probitate, & eruditione æqualium suorum nemini cederet, tamen pro singulari isto beneficio, maximam modo animi benevolentiam, & summa, ac singularia studia omnia me ei debere confiteor, idemque erit erga eum animus bonorum omnium, si quod vehementer exopto eos libros in publicum conferre maturaverit. Sed, ut quod institutum est agamus, in transverso limite solis fratrum filiis est jus repræsentationis. In directo limite in infinitum est repræsentationi locus. At in jure primogenituræ magna est quæstio, an etiam nepotes ex filio primogenito, vel filii ex fratre primogenito repræsentent patrem suum, atque ita excludant patruum. Jus gentium hoc est, ut in regno primogenitus succedat: vel finge, mos hic est, qui est plerisque locis, ut primogenitus filius patri, vel primogenitus frater fratri succedat in assem, ne in plures divisa hereditate ob inopiam rei familiaris familiæ claritas obsolescat: mortuus est pater relicto nepote ex filio primogenito jam ante mortuo, & alio filio: vel mortuus est frater relicto fratris primogeniti filio, & alio fratre, uter succedet? Si exemplis non legibus certare licet, non desunt exempla, quibus ostendatur patruum excludi. Mortuo Edoardo rege Angliæ, relictis filiis tribus, Joanne, Hemone, Thoma, & ex primogenito primoque mortuo filio Edoardo nepote Richardo, Richardus prælatus est patruis. Joanne item duce Britanniæ mortuo sine liberis, cum esset quæstio de successione Ducatus inter Joannem Comitem Montisfortis fratrem Ducis tertiogenitum, & filiam fratris secundogeniti Guidonis Vicecomitis Lemovicum, quæ nupserat Carolo Blesensi filio Comitis Blesensis, & Margaritæ sororis Philippi Valesii regis Francorum, & Carolus niteretur moribus Britanniæ, qui volunt fratrem primogenitum præferri post eum secundogenitum admitti, deinde tertiogenitum, & uxorem suam diceret repræsentare secundogenitum, ex quo erat nata, atque ideo præferri eam debere tertiogenito, vicit Carolus judicio Philippi regis, & S. Consulto. Sed utraque successio tristes eventus habuit: nam & Richardus regno pulsus est ab Henrico Duce Lenclastri, & Carolus Blesensis XX. annis post adjudicationem ducatus bello superatus, & occisus est à filio Joannis Joanne Comite Montisfortis, ac post re transacta cum vidua Joannes judicio Caroli V. recepit ducatum retinuitque sine controversia ulla, Narratur etiam Robertum Regem Siciliæ,

cum

cum de Comitatus S. Severini successione esset quæstio inter Comitis defuncti filium, & nepotem ex filio primogenito, pronuntiasse pro nepote. Sed Jo: Andreas excusat factum ad Speculatorem titu. De feudis, dicens movisse Robertum Constitutiones tam suas, quam Caroli II. patris, quæ proprie ad eum Comitatum pertinebant, & exigere videbantur, ut nepoti potius, quam filio deferretur. Juris rationibus si certamus, potior est filii causa, quam nepotis ex filio primogenito, fratris quam filii fratris primogeniti. Jus enim repræsentationis hanc vim tantum habet, ut eo jure fretus remotior cum proximiori in successione concurrat, non etiam ut proximiorem prorsus excludat: id vero agitur illis exemplis, ut proximior in totum excludatur, quod excedit vigorem, finem, exemplum repræsentationis. Non est igitur per speciem repræsentationis admittendum. Item quia ubi proximitatis jure defertur successio, ut cum proximus agnatus proximusve cognatus ad successionem vocatur, repræsentationi locus non est, id est, ubi valet proximitatis ratio, non potest etiam valere repræsentationis, quia pugnant invicem: & è contrario, ubi valet repræsentationis ratio, ut in linea liberorum, non potest etiam prævalere proximitatis: eadem vero causa est primogenituræ, quæ proximitatis. Ergo cum primogenito defertur hereditas, non potest esse repræsentationi locus, sed sicut ubi proximitas spectatur, cum vocamus, qui proximior fuerit mortis tempore, vel quo bon. possessio petitur, *l. 1. ff. unde leg. l. 3. ff. unde cog.* ita ubi primogenitura observatur, cum vocamus, qui moriente eo, de cujus bonis agitur, primogeniti gradum locumque tenuerit, non proximioris jam ante mortui filium, & ita Carolo II. rege Siciliæ mortuo relicto filio Roberto secundogenito, & ex filio primogenito primoque mortuo nepote, filius ex responsis prudentum, & Conradus Vecerius scribit in Henrico VII. & Bonifacii pronuntiatione prælatus est nepoti: & ita hodie observatur in Neustria, ubi primogenitus ipso jure assem occupat, ut nepos ex filio primogenito non habeat jus primogenituræ, quamdiu alius filius defuncto superest, contra morem antiquum, quem fuisse justiorem plerique contendunt stulte, fuit is, quem diximus antiquus mos Francorum, ut filius primogenitus succederet ex asse, quod & inter filias eos observasse constat ex *Constit. Neap. 3. tit. 27.* Hodie plerisque locis filius primogenitus in assem non vocatur, sed excipuum aliquid habet, quod temen primogenita non habet: nam si defunctus filias tantum reliquerit, major natu præcipuum nihil fert. Unde etiam putem, quo more, ac primogenito conceditur, appellatione primogeniti non contineri primogenitam, quia hæc jura primogenito dantur familiæ conservandæ causa, ut dixi, quam fœmina non propagat: est enim familiæ suæ caput, & finis. Non debent ergo fœminis competere ulla jura primogenituræ. In fine hujus tituli dicitur, si sit controversia inter dominum, & fratrem vasalli defuncti sine liberis, domino dicente feudum novum, & sibi apertum morte vasalli, fratre paternum, domino competere onus probandi. Defensionem ergo per jusjurandum fratri deferri, domino non probante, ut *inf. 4. tit. 2.* Sed subjicit non ita semper observari: nam & actori quandoque judicem jusjurandum deferre, ut *supra 1. tit. 1. §. Cum autem, & tit. 7. & infra 4. tit. 36. §. sacramentum.*

De Successione fraterni feudi.

Tit. XII.

SI duo fratres de novo beneficio, & non de paterno simul investiti fuerint, uno sine herede defuncto, ad alterum non pertinet ejus beneficii portio, nisi facta fuerit eo pacto investitura. Si duo fratres in casa communi post mortem patris remanserint, id est habitaverint simul, & unus eorum feudum acquisierit: plerique dicunt ad alium non pertinere, sed ad dominum, nisi per pactum: neque vivente eo, qui acquisierit, neque post mortem ejus: fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quod si cum equis, & armis communibus, vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt, ne forte invitus dominus alium, quam quem voluerit, sibi adquirat vasallum: dum tamen meminerimus id, quod de communi expensum est, alteri pro parte competenti esse restituendum.

Frater fratri non succedit in feudo, sive id ambo simul adquisierint, sive alter eorum, ut *supra 1. tit. 4.* Sed non relictis liberis, ad dominum revertitur, nisi pacto investituræ aliud convenerit: quod & in conjugibus observatur. Nec ad feuda accommodari debet, *l. unica, C. si lib. Imp. soc.* quoniam de liberalitate mera est, quæ ad donatorem non recurrit. Feudi liberalitas non est mera, quia ad dominum recurrit certis modis, multaque ex feudo jura, & commoda dominus habet. Idem vero erit si fratres sint consortes, sive ὁμόκλαροι, ut Pindarus loquitur, & universorum bonorum socii, & vel ambo, vel unus communi nomine feudum acquisierit de communi pecunia: nam erit quidem feudum commune, sed mortuo uno, alter licet succedat in aliis bonis, nihil tamen præter suam partem in feudo habebit, pars deficiens domino deferetur. Idem pene erit, si unus suo nomine feudum adquisierit, si modo socii fuerint omnium bonorum: quia videtur feudum adquisisse de communi, & iden, ut maxime non sit statim commune feudum, quod scilicet unus emit suo nomine, non communi, erit tamen in commune redigendum, *l. 4. C. com. utr. jud. l. si quis societatem, ff. pro soc.* Sed omnino, quod dixi exigitur, ut omnium bonorum socii sint, alioquin feudum feudive fructus non sunt in commune conferendi, licet paternam hereditatem communem habeant, *l. cum duobus, §. Pap. ff. pro soc.* Feudo communicato, fructus feudi erunt communes, quamdiu consortio manebit. At certe non videtur proprie fieri feudum commune, quod in medium confertur: quia si decedat sine liberis, alter quamvis ei succedat in aliis bonis, nihil habebit in feudo, quod defunctus suo nomine emit. Communicat[illegible] ergo interim fructus potius, quam jus ipsum feudi. Domino autem numerata pecunia pro feudo, quod communi nomine emptum est, quove communiter fruuntur, emptori pro parte consortis reputabitur judicio familiæ erciscundæ, vel communi dividundo, *l. si societatem, a. §. ult. ff. pro soc.* Et hoc ita procedit si nesciente domino feudum redemptum sit de commuoi, ut si putavit dominus se uni tantum vendere, cum emerent ambo, vel unum emere sua pecunia, cum emeret communi, ne cui invito vasallus obveniat: alioquin si scierit communi nomine pecuniave redimi, inter fratres quasi ex tacita conventione erit in eo feudo successio, ut *supra 1. tit. 19.* Quærit interpres quid sit dicendum, si feudum fuerit individuum. Sed manifestum est de eo feudo hic non agi: nam proprie feudum individuum est, feudum consortis impatiens, ut Regnum, Ducatus, Comitatus, Marchia. Hic agitur de feudo, cujus sint duo pluresve consortes. Res dicitur individua duobus modis. Quod nec communionem nec divisionem recipiat, non divisionem, ut servitus, quæ potest esse communis duorum, & individua tamen est. Et in servitute, si forte feudum duobus constitueretur, dicerem uno mortuo, superstitem retinere solidum, quia & ab initio singuli habuerunt solidum, *l. viæ, ff. de servit. l.*

heredes, *§. an ea*, *ff. fam. erc. In Casa*. Sic *l. 11. Lang. de success.*

An maritus succedat uxori in feudo.

T i t. XIII.

Titius à Sempronio talem investituram accepit feudi, ut haberet ipse, & heredes sui legitimi masculi: & iis deficientibus, fœminæ. Porro Titius superstite tantum filia decessit. Ipsa à domino investita fuit, & feudum in dotem dedit, maritoque superstite sine liberis decessit. Quærebatur si ad maritum successio feudi pertineat? Responsum est, non pertinere.

Ait, *In dotem dedit*. Ergo & si pro filia pater feudum in dotem dare non possit, ut *sup. 9. §. donare*: potest tamen ipsa pro se, ut inf. 17. Ratio differentiæ: quia patris in dotem datio alienatio est: efficitur enim dos proprium patrimonium filiæ, *l. pater*, *ff. ad leg. Falcid. l. 4. de col. bon. l. denique §. ergo*, *ff. de minor.* & valeret alienatio habereturque pro refutatione si feudi capax esset filia, sed ideo non valet, quia pro refutatione accipi non potest, cum feudo jure succedere non possit filia. Pro filio igitur valebit si feudum donaverit propter nuptias, licet ex eo nurus alias ferre non possit ὑπόβολον legitimum, ut *sup. 9. §. quamvis*. Filiæ autem pro seipsa in dotem datio, id est, si feudum, quod ei obvenit ex conventione (cæteroquin feudi incapax est) mulier in dotem det, alienatio non est: quia quamvis dos sit in bonis mariti constante matrimonio, mulieris tamen est naturali jure, *l. quamvis*, *ff. de jur. dot. l. in rebus*, *C. eod. l. Lucius*, *§. idem respondit*, *ff. ad municip.* & quia tamen civiliter videtur fieri in bonis mariti, muliere nubente moribus nostris domino debetur ἀναλήμψεως: nisi id teneat jure paragii à fratre, vel alio. Quod autem ait, maritum uxori in feudum non succedere, id etiam dictum est sup. 1. tit. 12.

De refutatione feudi.

T i t. XIV.

Quidam vasallus cum decrepitæ ætatis esset, feudum suum in manu domini ad hoc refutavit, ut Sejum, & Sempronium filios suos de eodem beneficio investiret. Vasallo mortuo Sempronius sine legitimo herede Sejo adhuc superstite decessit. Lis est inter dominum, tanquam novum feudum sibi delatum esse dicentem, & Sejum paternum esse contendentem. Eorum sententia prævaluit, qui dixerunt hoc feudum, quamvis refutatum, nihilominus esse paternum.

Refutare in his libris est renunciare. Vasallus potest feudo renuntiare in domini manus easdem à quibus acceperat, & per eadem symbola, ut *sup. 9. §. si vero*, *vel totum*, & *1. tit. 2. §. rursus*. Potest, & tacita renuntiatio fieri, ut si feudum vasallus alienet agnato, qui id successione habiturus erat, ut *inf. 4. tit. 45.* Observanda, quæ inde nascitur inæqualitas inter dominum, & vasallum. Dominus vasallum refutare non potest, nisi certis cognitisque causis. Vasallus dominum quandoque libuerit refutare potest, remisso, ut dicitur, hominio. Dominus enim nihil damni facit, cum in re sua plenam potestatem reciplat, & non sit ei difficile alium adquirere vasallum. Vasallo eripi feudum sine damno, & fraude non potest. Hæc vero renuntiatio vasalli efficit, ut dominus feudum in dominico habere incipiat, ut loquitur *inf. 4. tit. 40.* perinde atque si commissum sibi, & apertum esset. Veteres Galli dixerunt, *Que le Seigneur retraict. le fief. à son domaine*, & *à sa table*, & *charue*. Vulgo interpretes, qui se in hac sola parte juris exercuerunt, omnium imperitissimi, existimant huic renuntiationi agnatos debere consentire, ad quos successionis jure feudum pervenire potest: alioquin feudum eos à domino revocare: falluntur. Si vasallus feudum retineat, & velit ejus causam deteriorem facere, agnati debent consentire, ut *sup. 9. §. è contrario*. Alienationi quoque consentire debent, etiamsi fiat domino consentiente, quia habent jus προτιμήσεως, ut *sup. 1. tit. 2. §. præterea*, *ut inf. 4. titul. 45.* Facta refutatione in manus domini non habent jus προτιμήσεως: nam ut privilegiarius adversus privilegiarium privilegio non utitur, ita πρότιμος adversus πρότιμον non utitur jure προτιμήσεως: est enim προτίμησις privilegium: nec obstat 4. tit. 58. primum, quia non loquitur de refutatione facta in manus domini, sed de refutatione facta feudatario ab agnato, qui feudi successionem sperabat: deinde eam esse efficacissimam docet, si omnino, id est, in rem, & generaliter feudum refutaverit, etiam non consentientibus aliis agnatis: & species hæc est: Tres sunt fratres, Primus, Secundus, Tertius. Primo obtigit feudum paternum. Secundus pepigit cum Primo de non petendo feudo à Primo heredibusve ejus, neque ab eo, cui Primus feudum dederit ulla ratione: quod refutare non est. Deinde Primus decessit sine filio masculo, scripto herede extraneo. Tertius vindicat totum feudum jure successionis. Secundus in partem feudi eodem jure venire cupit. Contradicitur. Tertius Secundum renuntiasse successioni feudi. Secundus se pepigisse ne peteret à Primo, vel heredibus ejus, vel ab eo cui is dedisset, & se etiam non petere ab herede scripto, vel alio cui primus dederit, sed à Tertio de quo nihil pepigerit, qui neque heres est Primi, neque feudum accepit de manu Primi. Justa est intentio Secundi: nihil igitur ei pactio illa nocebit, ut inf. 4. tit. 26. Aliud dicendum est si pactum fecerit in rem, id est, si in universum renuntiaverit successioni feudi: quam renuntiationem hi libri admittunt. Hoc casu Tertius totum habebit. Aliud etiam est dicendum, si Secundus refutaverit Primo feudum pro sua parte ea fini, ut Primus à domino pro ea parte investiretur quasi de novo beneficio: quo casu si pro ea parte Primus fuerit investitus quasi de novo beneficio, nihil in ea vindicare Secundus poterit: quia & ita omnino videtur successioni renuntiasse, cum feudum paternum voluit reddi novum, sed Tertius qui non renuntiavit, pro parte sua feudum habebit. Cur non totum? quia & Primus pro parte feudum refutavit accipiendo investituram novam pro parte Secundi: potest pro parte feudum refutari in manus domini, ut inf. 4. tit. 44. & quod juris est in toto, idem in parte: quo casu solvit refutatio servitio, non honore, non tam propter memoriam prioris dominii, quam etiam quod adhuc serviat consortibus ejus quem refutavit, ut 4. tit. 76. & hoc sensit Henricus II. his verbis: *Si contigerit feudum incuria, aut neglectu fidelis consortibus applicari*, id est, *si vasalli refutatione acciderit*, *uno scilicet ex dominis refutato*, & *contempto*, *ut vasallus aliis consortibus accresceret*, *nullum ex eo levamen*, &c. Sciendum est in hac quæstione refutationem, accurate videndum esse semper, num facta refutatio in fraudem. Quidam enim feudum refutant, ut mox aperto marte cum domino confligant, & nihilominus feudum, quod verbo tenus refutantur, vi occupant, ut retinent: cui malitiæ occurrendum est, habita refutatione pro infecta, & jure commissi feudo domino delato, quod contra quidem fecerint dominum bello persequentes refutationis falso colore quæsito, ita ut nec nova quidem investitura unquam ad nebulones illos reverti feudum possit: & præter hæc irrogat etiam ei

infa-

infamiam aurea bulla Caroli IV. Imp. & bannum, id est, proscriptionis pœnam. Species aurem hoc loco proposita hæc est. Quidam vasallus exacta jam ætate, quæ sensim sine sensu senescit, feudum in manus domini refutavit ea lege, ut dominus mox de eo filios suos Primum, & Secundum investiret: ut investituræ ita devestituræ addi lex, & pactio potest. Dominus filios investivit, deinde mortuus est pater, tum deinde Primus sine liberis. Utrum in ejus partem Secundus succedet, quasi feudum sit paternum, an domino aperietur quasi feudum novum? Responderunt refutatione non desiisse esse paternum: qoia refutationem decrepitus fecit cogitatione mortis, & in eorum gratiam qui omnino feudum habituri erant: non fuit igitur ei mens immutandæ qualitatis feudi: proinde id filii perciperent quasi ex investitura veteria beneficii, non novi, nec opus erit post mortem patris alia investitura. Præmature fieri potest investitura, ut & divisio bonorum omnium inter filios.

De conventione feudi inter generum fidelis mortui, & agnatos.

Tit. XV.

Vasallus superstite tantum una filia decessit: Illa veromaritum accepit, cui dominus accepta pecunia partem feudi, quod pater puellæ habebat, retenta sibi parte altera, dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicenx totum hoc feudum esse paternum, & ideo omnimodo ad se devolutum. E contra maritus contendit, hanc partem quam ipse habet novum feudum esse: & ideo domino apertum. Quæritur igitur, utrum apud dominum eundem, & in ejus curia cogatur agnatus defuncti litigare, an apud agnati judicem, vel arbitrum utriusque consensu electum hoc esse debeat? mihi & aliis placet, potius apud judicem ordinarium, vel arbitrum, quam apud eundem dominum, hoc litigium fore determinandum.

Item placet agnatum non semper cogendum probare, feudum hoc esse paternum, sed ab adversa parte novum esse probandum, qua deficiente in probatione, tunc agnato (ut supra diximus) causa cognita detur electio, quatenus vel juret esse paternum, vel alteri parti referat jusjurandum: & ille aut juret, aut taceat.

Sciendum est, quod si inter duos, qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio: alter alterum invitum trahere non potest ad dominum, vel ejus curiæ judicem. Si vero cum sua curia dominus vocaverit eos, nemini eorum licet illius domini, vel ejus curiæ examen declinare.

An hoc titulo omnia fere, quæ sequuntur sunt de judiciis. Mortuus est vasallus relicta filia. Feudum domino apertum videbatur: quamobrem filia maritusve ejus partem feudi à domino redemit, ut sup. 1. tit. 25. partem alteram dominus retinuit. Mox extitit agnatus quidam defuncti, qui partem feudi à genero defuncti peremptam, jure successionis suam esse petebat, dicens feudum non fuisse domino delatum, sed totum ad se pertinere quasi paternum. De altera parte nondum agebat adversus dominum. Non est dubium male eum agere adversus generum, quia filia redimens feudum, excludit agnatos, d. tit. 25. Sed quæritur quis sit ejus controversiæ judex competens, dominus, & curia ejus, an judex ordinarius, vel compromissarius? Videnuum est quid in ea controversia potissimum veniat in judicationem: est autem hoc utrum feudum sit paternum an novum, nam actor dicit esse paternum, reus novum. Judicandum igitur erit, paternum videri, aut novum videri: quo modo si pronunciet dominus, vel judex curiæ, & de generi, & de suo jure per consequentiam simul pronunciare videbitur, hoc est de parte generi, & de ea parte, quam ipse retinuit, quod nulla jura nullique mores patiuntur, ut quis rei suæ sit judex, vel arbiter: idcirco melios erit adire judicem ordinarium, aut in arbitrum compromittere, qui utique recte judicaturus est contra actorem pro parte redempta à filia, etiamsi actor probaverit feudum esse paternum: alteram vero partem à domino vindicabit, et evincet. Et hujus litis inter dominum, et agnatum judex etiam erit Comes civitatis, aut judex territorii, non curia, non pares. Imo et pares secundum modum propositum inf. tit. 20. et lib. 4. tit. 46. & pares, quos elegerint, vel si dissentiant quot elegerit unus, tot eliget alter: & pares, qui juraverint fidelitatem, non qui repromiserint tantum, nisi in eos ambo consenserint, ut tit. seq. & Constitut. Friderici de *feudis non alien. §. pen.* In superiori autem, atque in hac etiam controversia probatio actori incumbit, qui feudum intendit esse paternum. Imo interdum ei, qui novum dicit, prout judici videtur: quo deficiente in probatione, causa cognita, ut dictum est *sup. tit. 3. & 11. §. ult.* agnatus jurare debet feudum esse paternum, aut jusjurandum referre: & si ex relatione dominus jurare noluerit, lis statim danda est secundum agnatum. Rursus quæritur, si de feudo non sit controversia inter dominum, & vassallom, sed inter duos, quorum singuli feudum vindicent ex causa investituræ, quis sit judex? Dominus ipse judex vel curiæ, & pares, si eos ultro ad se vocaverint. Alter alterum invitum ad judicium domini, & parium trahere non potest, quia invicem negant se esse vasallos, & in illa curia habere pares, ut infra 4. tit. 38. & 55. Si tamen alia de re litigant, quæ ad feudi causam pertineat, alter alterum ad curiam domini invitum trahet: & ita distinximus jam supra 1. tit. 15. & ita intelligenda Constitutio Friderici, *d. §. pen.* quæ inter vasallos dominum judicare vult, inter dominum. & vasallum pares: quod ita Guntherus VIII. Ligurini.

Inter vasallos unius forte patroni
Quæstio de feudo quoties agitatur eodem,
Quo feudi domino gaudent, hoc judice certent.
Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur
Acceptum, tu vero negas, vasallus agendam
Forte movet litem, non tu, sed curia judex
Audiat, & certo determinet ordine causam.

De contentione feudi inter dominum, & vasallum.

Tit. XVI.

Si inter dominum, & vasallum de feudo orta fuerit contentio, per pares illius domus, sicut lex Conradi dicit, dirimatur, si tamen pares habeat. Et si quidem dominus, & vasallus consenserint in eligendis paribus: nulla dubitatio est: si vero dissentiant: tunc quid faciendum sit, quæritur: sed prævaluit eorum sententia, qui dixerunt dominum debere eligere prius, quem aut quos voluerit, & vasallus similiter hoc facit secundum numerum à domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem domino non juravit, domino, vel vasallo dissentiente, pro pari non est eligendus.

Hujus tituli sententiam explicui jam tit. præcedenti, & lib. 1. tit. 15. Optio parium datur domino, & vasallo, sed domino priori, & eorum tantum, qui fidelitatem juraverint, ut inf. tit. 20.

De eo, qui sibi, & filiis investituram accepit.

Tit. XVII.

Qui sibi, & heredibus suis masculis, vel his deficientibus, fœminis per beneficium investituram accepit: una tantum filia superstite, nullo alio descendente relicto, decessit. Hæc marito paternum feudum in dotem dedit, & duobus filiis procreatis, obiit: quorum unus quidem duas filias reliquit, alter vero uno filio masculo relicto decessit. De prædicto itaque feudo ingentem vidimus quæstionem, masculo quidem hoc feudum totum sibi, quia solus ejus, qui primo investituram accepit, heres masculus sit, vindicante. Fœminis vero totam sui patris partem sibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit masculus. Cumque inter sapientes sæpe super hac quæstione sit disputatum, tandem pro masculo pronunciatum est: non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus.

Nam & illud judicatum scio: si ille qui proprium feudum suum militi per beneficium dedit, duobus filiis relictis decesserit: quorum unus filia relicta obiit, alter vero, filio masculo superstite, defunctus est, quod miles non debet feudum suum recognoscere per fœminam, donec superest masculus ex eo, qui primam investituram fecit, cum de paterno esset hoc feudum, alioqui si esset, verum esset, quod dicitur, per fœminam recognoscere.

Investituræ feudi pactum adjectum est, ut deficientibus masculis fœminæ in feudo succederent Vasallus decessit relicta tantum filia: ea secundum conventionem in feudum successit, idque marito in dotem dedit, quod jure fieri dictum est sup. tit. 1. tum decessit relictis duobus filiis. Deinde unus eorum moriens reliquit unum filium, alter duas filias. Utrum eæ portionem patris sui vindicabunt, an potius obveniet patrueli? Et pacti forma exigit, ut totum feudum pertineat ad masculum: quod ita datum est, ut non nisi deficientibus masculis fœminæ succederent: observanda enim est semper origo, & constitutio feudi, nec incidens persona filiæ originem feudi commutat: & quod de hac pactione diximus, idem sequemur in eo jure, quo utimur, ut ex transverso masculis extantibus fœminæ in feudum non succedant: nam si vasallus decesserit relicta surore, & hæc genuerit duos filios, quorum unus relinquerit unum filium, alter duas filias, filius excludet filias: idque confirmat Obertus rerum judicatarum auctoritate, quæ vim legis obtinet, *l. Nam Imp. ff. de legib.* & M. Tullius res judicatas partem juris civilis facit, videlicet si perpetuo similiter judicatum sit: atque ob id etiam iterum secundum masculum fuisse judicatum refert in hac specie. Vasallus, qui feudum acceperat ea lege, ut in eo deficientibus masculis fœminæ succederent, id militi in feudum dedit, tum decessit relictis filiis duobus, qui in dominationem feudi successerunt, deinde eorum unus decessit relicto filio, alter relicta filia. Quæritur à quo debeat miles feudum recognoscere fide, & dominio exhibitio, & petita investitura, à filio, an à filia. Et pronuntiatum est, feudum à solo filio recognoscendum esse, quia scilicet solus nepos succedit in feudum avitum, non neptis. Aliud tamen esse dicendum in alodiis: nam si quis alodium militi in feudum dederit, & obierit relictis duobus filiis, quorum deinde unus filium, alter filiam relinquat, miles à filia, vel à filio feudum recognoscere potest: quia in alodiis fœminæ, & mares simul succedunt: parantur alodia liberis utriusque sexus, nec in eorum adquisitione adjici pactio potest, ne fœminæ succedant extantibus masculis, tum quia venditoris nihil interest, tum etiam quia eæ pactiones de succedendo in feudis tantum valent, non tamen ita de alodiis: nam & si inter virum, & uxorem secundam convenerit in contrahendo matrimonio, ne filii ex ea suscepti succederent patri ab intestato, filiis prioris matrimonii non existentibus in feudum non succedunt, in proprietatem succedunt, ut inf. 4. tit. 32. ubi proprietatem vocat, quod hic alodium, ut *sup. 1. tit. 1. §. cum autem*, idem & proprium dicitur, & hereditas, & patrimonium, ut inf. 4. tit. 51. 53. 54. 65. & concilio Ticinensi: *Qui*, inquiunt, *in propriis, vel beneficiis basilicas habent*. Feudi enim proprietas non pertinet ad vasallum, sed ad superiorem dominum, cui quod est alodium, id vasallo vasallive vasallo est feudum: & ita Fridericus apud Radevicum 4. cap. 34. Cum Episcopi Italiæ dicerent nuntios Imperatoris se non cogi in palatiis suis recipere. *Concedo*, inquit, *si forte aliquis Episcoporum habet in suo proprio solo, & non in nostro palatium*. Si autem in nostro solo, & alodio sunt palatia Episcoporum cum profecto omne quod inædificatur solo cedat, nostra sunt, & palatia. Usi sunt, & alodii vocabulo alii auctores multi, cujus significationem, & etymon exposui in præfationibus libri primi, sic dici alodium sive alodem ut amentem, quasi sine mente, istum alodem quasi sine lode, quod ejus possessor nemini sit leodes. Ado Viennensis: *Saxonibus ingenuitate, & alode fidei firmitas roborata* Abbas Urspergensis: *Conferendo Ecclesiæ prædia, & alodia.* Theodulphus: *Saxones baptizati more suo omnem ingenuitatem, & alodem suam manibus gurpierunt* (quod est dimiserunt, alias, dultum fecerunt, & alio loco, obsides dultos) si unquam ab eo animi proposito, & fidelitate Caroli regis desciscerent. Sigibertus: *Tria loca in alodio suo divino cultui mancipavit*. Idem Sigebertus alodia vocat res mancipi. *Quidquid in re mancipi habebat, in tres partes divisit*: & alio loco: *Quidquid in re mancipi habuit, per testamentum Ecclesiis delegavit*. Feuda sunt nec mancipi: atque ita introductis feudis, reducta videtur vetus differentia rerum mancipi, & nec mancipi. Recognoscere autem in posteriori specie de alodiis, miles feudum potest à filio, vel à filia, non cogitur ab utroque, quia una tantum fidelitas debetur, ut dicemus inf. 4. Erat autem valde hic titulus depravatus in fine. Emendavi ope manuscriptorum, Donec superest masculus ex eo, qui primam investituram fecit, cum de paterno feudo esset hoc feudum: alioquin si alodium esset, verum esset, quod dicitur, per fœminam debere recognoscere.

Quando in feudum filia, non frater succedat.

Tit. XVIII.

Duo fratres, Titius, & Sejus, à quodam Capitaneo de novo beneficio simul investiti sunt, eo videlicet tenore, ut quamdiu ipsi, vel eorum heredes masculi viverent, & masculis deficientibus fœminæ, si superessent, feudum haberent. Ex fratribus his unus una filia relicta, altero adhuc vivente decessit. Quæritur cui portio defuncti deferatur, utrum filiæ, an fratri? Respon-

spondetur, filiæ. Unusquisque enim sibi suisque heredibus videtur prospexisse: si tamen is, qui filiam reliquit, sine herede decessisset propter tenorem investituræ insertum, ejus pars fratri, non domino adquisita foret.

Duo fratres de novo feudo investiti sunt ea lege, ut in eo invicem succederent ipsi, & sui liberi masculi, & deficientibus masculis fœminæ. Si unus ex fratribus moriatur sine liberis, ei frater superstes ex conventione succedet. Si relicta filia, an etiam frater præferetur filiæ? Minime vero: quia unusquisque videtur suis liberis prospicere voluisse, & eos fratri prætulisse, ut inf. 4. tit. 90. An excludemus etiam fratrem, si hæc filia superstite patruo, & procreata filia moriatur? sic sane eadem ratione. Si duabus filiabus relictis, quarum una filium, alia filiam relinquat, filium præferemus filiæ, ut *sup. prox. tit.* quia posteritati quidem suæ quisque consulere voluit, sed ita tamen, ut in ea sexus discrimen non omittentur.

Si de investitura feudi contentio fuerit inter dominum, & fidelem.

TIT. XIX.

EX facto quæsitum scio, si inter dominum, & fidelem de investitura feudi contentio emerserit, quia factam eam dominus neget, si vasallus afferat eos testes, qui tempore investituræ pares erant, sed postea qualibet ex causa pares esse desierunt, an ideo sint removendi, quia nunc non sunt pares? Sed quamvis alii aliter sentiant, tamen mihi, & quibusdam aliis videtur sufficere eos tempore investituræ saltem pares fuisse. Quid enim peccavit, qui investituram accepit, si illi quos eo tempore, utpote idoneos, adhibuit, postea pares esse desierunt?

In facienda investitura adhibendi sunt duo pares, adhibiti sunt duo, sed postea pares esse desierunt, feudo amisso. An ad probandam investituram modo, de qua lis est inter dominum, & vasallum, testes idonei habentur, id est, an satis est fuisse pares investituræ tempore, licet testimonii perhibendi, tempore pares non sint: quod videtur: & exemplo testamenti vulgo confirmari solet, in quo satis est, si rogati testes tempore faciendi testamenti liberi homines fuerint. Id autem interpretes sic excipiunt, nisi pares ex turpi causa paragium amiserint: quod falsum puto, nec enim omnis infamia repellit à testimonio, *l. 13. ff. de test. Nov. 45.* & ut maxime talis sit infamia, quæ repellat à testimonio, cum tamen adhibiti investituræ superstites idonei fuerint: eis postea irrogata infamia investituram vitiare non potest.

Si inter dominum, & fidelem de feudo fuerit quæstio.

TIT. XX.

EX eo, quod scriptum est, si inter dominum, & vasallum de feudo nascatur quæstio, quod per pares ejusdem curiæ dirimenda sit, quæsitum est, si quis dixerit se à quodam episcopo fortassis jam defuncto de annua præstatione, aut qualibet alia re per feudum investituram accepisse, & cum successore ejus agat, & ille respondendo neget hunc esse vasallum, utrum per pares ejusdem curiæ sit judicandum super hac quæstione? Opponit enim vasallus, quod dominus eum negat esse vasallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vasallus, quod prius de suo recto feudo debet investiri, quam à nemine judicari, domino respondente, quod quicquid inter eos, sive de investitura, sive de principali causa agendum est, per suam curiam est expediendum. Sed laudatum sæpe scio, pares illius curiæ secundum præfatum modum esse eligendos prius, ad quorum spectat officium, ut illum prius de suo recto feudo investiri faciant, sed fidelitatis jusjurandum differatur donec principali causa cognoscatur: ex illo enim apparebit utrum jurare debeat, an non, quod totum expeditæ quæstionis est, si constiterit vasallum aliquid præter id de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc enim quin debeat de suo recto feudo investituram accipere, & fidelitatem jurare, & sic ad principalem causam accedere, non est dubium.

Dominus Titium investivit de re aliqua, vel de annua præstatione ex cellario, aut ærario suo ea lege, ut ea frueretur Titius quamdiu viveret, nec finiretur morte domini. Is mortuo domino, cum successore agit petens investituram de veteri beneficio. Successor negat eum esse vasallum. Duæ hic quæstiones interveniunt, una est de possessione, altera de jure feudi, & conditione actoris. Prior momentaria est. Posterior principalis actio. Vasallus contendit se de suo recto feudo investiri debere: quod quid significet, tit. 4. diximus, prius, quam secunda actio, id est, principalis, instituatur: cujus litis etiam negat pares curiæ domini esse judices competentes, quod inquit, negando me esse vasallum, & illos inficietur mihi esse pares. Obertus auctoritate rerum sæpius judicatarum probat pare judicaturos, sed optandos esse, ut sup. demonstratum est tit. 16. & electos curare statim debere: ut vassallus de suo recto feudo investiatur non præstito jurejurando fidelitatis, nec temere, quem sibi non vult duminus esse vasallum, hac ratione fiat ei invito vasallus: alias investitura veteris beneficii non fit sine fidelitate, ut sup. 4. *§. nulla*. Sed hæc investitura, quæ fit sine fidelitate color etiam est quidam potius, quo pares litis hujus congrui judices efficiuntur, quam investitura. Hoc igitur colore cognoscent mox de principali causa, in qua si vicerit dominus, investitura illa habebitur pro nulla: si vicerit vasallus, tum exacto ab eo jurejurando fidelitatis, vere investietur de suo recto feudo, ut inf. 4. tit. 46. Color quæritur judicationi parium, ut color querelæ inofficiosi testamenti quasi sanæ mentis testator non fuerit, quæ tamen falsa expositio est. Sed falsæ expositiones, sive colores, ut Quintilianus docuit, etiam in foro recipiuntur. Datur iniquæ actioni color. Datur incompetenti judici color. In proposita specie incompetentes erant pares, quia de hoc ipso quærebatur an essent actori pares: quæ controversia cessat, si constet actorem aliunde vasallum esse, id est, ratione alterius feudi: eo enim casu in alterius feudi controversia certissimum est forum parium competens fore, qui actorem curabunt protinus investiri de suo recto feudo præstita fidelitate, & possessionem perturbatam reformabunt, tum de principali causa cognoscent, ut inf. 4. tit. 82. & à domino plerumque exigent, defensionemve actori dabunt, ut *sup. 11. §. ult. inf. 4. tit. 2. 3.* Ait, *Sed laudatum sæpe scio*. Id est, judicatum, ut dixi 1. tit. 17. & eodem sensu Guntherus Poeta feudalis noster,

Quam laudaverit ille
Compenset redimatque suum mercede laborem.

Alias

Alias laudatum, id est, condictum, & conventum. Helmodius Hist. Slav. *Colloquium provinciale laudatum fuerat. Sicut laudatum fuerat occurrit ad locum placiti. Laudatum fuit ne quis transfugam alterius reciperet: Factum est ex consilio utriusque partis, ut laudaretur pax.*

De contentione feudi inter dominum, vel agnatum, & venerabilem domum.

Tit. XXI.

Miles qui beneficium tenebat, cum esset sine liberis, venerabilem domum intravit, & seculo renunciando arma bellica deposuit, habitumque religionis assumpsit, & sic conversus factus est, hic donec vixerit, feudum retinere conatur, quod dominus, vel agnatus sibi pertinere contendit. Sed judicatum est domini, vel agnati conditionem esse potiorem eo, quod desiit esse miles seculi: qui factus est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.

Monachismo feudum amitti, & redire ad proximum agnatum, si fuerit paternum: vel ad dominum, si fuerit novum, vel etiam si fuerit paternum nullo existente agnato, non ad venerabilem domum. Alodia tacito jure venerabilem domum sequuntur, ex Nov. Justiniani de Monachis. Ut autem monachismo, ita clericatu feudum amittitur, ut inf. 4. tit. 7. 33. 41. & ult. nec obstat tit. *De Capit. Conrad. §. ult.* quia loquitur de feudo, quod initio concessum est Clerico, & Ecclesiæ. Nos loquimur de feudo initio militi concesso, & hoc dicimus clericatu, vel monachismo amitti, quoniam cui datum est, is esse desiit: & servanda semper est feudi lex, & origo prima. Nec sane, quod receptum sit, recte vasallum alium pro se vicarium dare, qui domino serviat, ideo dicemus clericatu, vel monachismo feudum non amitti, quia feudi initium, & Constitutio aliud suadet, & temere vasallus vicarium servitium suæ operæ supponere utique semper non potest.

Si dominus vasallum in culpam incidisse dicat, vel contra.

Tit. XXII.

Dominus vocat militem, qui ab eo feudum possidebat, dicendo eum in culpam incidisse, per quam feudum amittere debeat. Hic non respondet. Quæritur, quid faciendum sit domino? Respondeo, cum ad curiam vocare debere, & si non venerit, iterum debere eum vocare, usque in tertium, spatio septem, vel decem dierum arbitrio ejusdem curiæ terminando. Quod si neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipso feudum amittat, & ideo debet curia dominum mittere in possessionem. Sed si intra annum venerit, restituitur ei possessio, alioquin & beneficium, & possessionem amittit: ut in Lombarda, de iis qui ad palatium venire contempserint: l. si cujuscunque.

Si vero vasallus queritur de domino, forsan quia feudum malo ordine intravit, domino perperam respondente, quid vasallo faciendum sit quæritur. Respondetur, eum curiam debere vocare, & in ea de domino conqueri. Curia autem debet adire dominum, eumque salva reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat, & acquiescat, vel judicio curiæ se committat. Quod si ter admonitus facere distulerit, tunc licet vasallo ad aliam majorem potestatem ire, & sibi consulere, si dominus ei justitiam facere noluerit, poterit eum deprædare.

Si dominus intendet ob culpam, vel ingratitudinem vasalli feudum sibi esse commissum, vocare eum debet ad judicium parium edictis tribus intermisso spatio VII. vel X. dierum arbitrio judicis. Quod ait de VII. diebus, est ex jure Pontificio, c. *præsenti* 5. *q.* 2. ut libro seq. tit. 1. *§. est & alia*. Quod de X. est ex jure civili, *l. ad peremptorium, & seq. ff.* de judic. *l. properandum, C. eod.* Et eundem edictorum ordinem adversus Mediolanenses observavit Fridericus consilio jurisperitorum. Radevicus 3. cap. 27. *Legum periti Friderico suadent Mediolanenses licet improbos, & infames, judicis tamen officio per legitimas inducias citandos esse, ne violentia eis illata, vel contra jus in absentes prolata sententia videretur*. Legitimas vero inducias dicunt judicis edictum unum, mox alterum, et tertium seu unum pro omnibus, quod peremptorium nominatur. Si tribus edictis evocatus vasallus non venerit, dominus mittitur in possessionem feudi: et re tamen ita transacta adhuc vasallo datur annus, intra quem si venerit, possessio ei restituitur, refusis impensis litis, et onus probandi domino incumbit. Post annum vasallus omnem recuperandi feudi spem amittit: quod congruit cum *Nov.* 112. *& l.* 3. *Lang. de his, qui ad pal. venir. cont.* In Langobardia datur annus, et dies: quod adjicere posteriores legibus solent, quæ annum præscribunt, ut intelligatur eam præscriptionem non finiri anni die supremo, sed sequenti die, et eum, qui venerit die sequenti, satis in tempore advenire. Quid autem dicemus è contrario, si vasallus queratur de domino, puta quod possessionem feudi invaserit malo more? hoc casu aperte Vincentius scripsit vasallo in dominum competere interdictum Unde vi, in Speculo doctrinali, quod hoc loco significatur obscure. Et vocabitur similiter dominus ad curiam edictis tribus, quæ dominum hortabitur verecunde possessionem vasallo restituere. Hortabitur, dicunt Impp. in *l.* 9. *C. de condict. ob cau. l.* 8. *C. de lib. cau.* Obertus hoc loco, competenter coget, id est, moderate. Hortationi itaque immistum est nonnihil necessitatis, & ad d. l. 8. lib. 48. *Βασιλικῶν* scriptum est *ἀναγκάζεται*. Si non pareat dominus edictis interdictisve curiæ suæ, eum vasallus ad majorem curiam vocabit, & ad extremum in eadem contumacia perseverantem, poterit deprædare, id est, grassari in eum impune, quasi omni fide solutus, ut contra si vasallus rebellis, & contumax esse perseveret, ex Jurisconsultorum sententia apud Radevicum, & Guntherum res vasalli direptioni adjudicantur.

OBERTI



OBERTI DE ORTO
DE FEUDIS,
LIBER TERTIUS.

De Beneficio quid sit, & quibus modis amittatur.

TITULUS PRIMUS.

OBERTUS DE ORTO ANSELMO SUO S.



COGIS me, & super hoc sæpe scribendo multum urges, ut causas, quibus beneficium amittatur, enumeratas tibi significarem. Quod ideo distuli, quia sæpius circa nostræ Reip. curam occupatus, & multis privatorum causis, aliisque rerum ionumerabilium impedimentis detentus, onus illud subire non valebam. At ne videar preces tuas parvi pendere, & studium disceodi tibi immineos negligere, quid mihi super hoc videatur, paucis explicabo, dummodo memineris causas illas sub aliqua certa regula, aut definitione rotunda non posse comprehendi. Nam sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus, sic & de his causis sine calumnia dicere possumus. Si quis enim dixerit, quæ causæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicujus vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri, nihil erraverit. De illa tamen ingratitudioe loquor, per quam beneficium amittatur: non enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii videtur iogratus, sed sunt quædam (ut ita dixerim) egregiæ ingratitudinis causæ, quibus beneficium secundum mores curiarum solet adimi. Quomodo enim vasallus, quam humiliter, quam devote, quam benigne, quam fideliter erga dominum suum debeat se habere, potius ex naturali ratione, & boois curiarum consuetudinibus potest percipi, quam lege, aut scripto aliquo possit comprehendi. In primis te illud scire oportet, beneficii illius, quod est genus, talem esse definitionem. Beneficium nihil aliud est, quam benevola actio tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo, in id quod facit, prona, & sponte sua parata, ut ait Seneca. Hujus autem generis species quædam est beneficium illud, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: ususfructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos sive fœminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat: ad hoc ut ille, & sui heredes fideliter domino serviant, sive servitium illud nominatim quale esse debeat, sit expressum, sive indeterminate sit promissum.

Prima autem causa beneficii amittendi hæc fuit, & adhuc est in plerisque curiis, sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet, quod si vasallus per annum, & diem domino suo mortuo steterit, quod heredem domioi sui, investituram petendo, fidelitatem pollicendo, non adierit, tanquam ingratus existens beneficium amittit: & è converso si domino superstite vassallus decesserit, & filius ejus per jam dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit. Est & alia ingratitudo notanda, si dominus investituram pollicendo, vassalli fidelitatem petieriet, & illo non præstante, dominus tribus vicibus, convenienti tempore interposito, for-

te

te septem dierum spatio, ad curiam suam super hoc A reclamaverit, & vasallus tribus vicibus citatus à suis paribus jurare noluerit, si tamen beneficium tale sit, ut pro eo jusjurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt enim quædam feuda ita data, ut pro his fidelitas non sit præstanda.

Item qui dominum suum, cum quo ad prælium iverit, in acie periclitantem dimiserit, beneficio indignum se indicavit. Præterea si vasallus præscierit aliquem contra dominum suum assaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonii grandem jacturam molientem, debet dominum quam citius potest certiorare, ut proinde dominus sciens prudensque periculum valeat declinare. Quod si non B fecerit, doloque vel negligentia celaverit: beneficio se cariturum agnoscat. Rursus si dominæ, vel filiæ, vel nurui, aut sorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, sese immiscuerit: feudo, quo se monstraverit indignum, carere debet. Porro si dominum assalierit, ut ita loquar, vel vicum in quo est, per vim aggressus fuerit, vel impias manus in personam domini ubicumque ingesserit, vel alias graves, vel inhonestas injurias intulerit, vel morti ejus veneno, vel gladio, vel aliter insidiatus fuerit, beneficium amittit. Illud te non lateat, quod si suo domino justitiam facere noluerit, feudo quod tenebat, expoliandus est, sicut in alio libello tibi C scripsisse hoc credo. Sed non est alia justior causa beneficii auferendi, quam si id propter quod beneficium datum fuerit, servitium facere recusaverit. Aliud est si forte ideo non servierit, quia non potuerit, tunc enim feudum non amittit. Item si delator domini sui extiterit, & per suam delationem grave dispendium cum sustinere fecerit, vel si cognoverit dominum inclusum, & eum cum potuerit non liberavit, feudum perdit. Istis & aliis modis, qui à diligenti judice perquirendi sunt, beneficia debere amitti, tam naturalis, quam civilis ratio suadet: quæ potest colligi, si quis novam Constitutionem justas exheredationis causas enu- D merantem, & alias Constitutiones veteres justas ingratitudinis, & repudii causas, quibus patrimonia recte contracta solvuntur, & donationes jure perfectæ revocantur, subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia natura novas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, ut aliæ emergant causæ, quibus videatur juste adimi posse feudum: ideoque judex solers, & discretus, & æquitati obsecundare sollicitus cuncta subtiliter dispensans providebit, si qua fuerit antiquioribus causis, similis seu major, ut proinde sciat utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum. Illud enim est certum, quod non ex omni causa, ex qua opinio va- E salli gravatur, beneficium amittitur: nam & sæpe * deierat, & beneficium nihilominus retinet, ut puta, qui beneficii portionem alienat absque domini scientia, beneficium quidem retinet, sed fidem promissam servare non videtur.

* ye. degenerat.

Hoc libello proponit primum Obertus definitionem beneficii generalem ex Annæo Seneca. *Beneficium est benevola actio, &c.* Beneficium igitur non est, id quod sub oculos venit, puta fundi, ædes, annonæ, quæ dantur, sed dantis voluntas propensa. Quod ait, *Tribuens gaudium, &c.* id Aristoteles exposuit his verbis: καὶ τὸ εὐποιεῖν, καὶ τὸ εὖ πάσχειν τῶν ἡδέων, τὸ μὲν γὰρ εὖ πάσχειν τυγχάνειν ἐστὶν ὧν ἐπιθυμοῦσι, τὸ δὲ εὖ ποιεῖν ἔχειν καὶ ἀμφοτέρων ἐφίενται. Beneficii species est feudum. Est igitur feudum beneficium, quod perpenso animo datur, ita ut proprietas rei immobilis penes dantem remaneat, ususfructus in accipientem perpetuo jure transeat sub onere fidei, & servitii certi incertive plerumque militiæ. Non res ipsa immobilis, quæ in feudum datur. Res est materia feudi, multum autem interest inter materiam feudi, & feudum. Feudum si philosophos imitemur, est benevola actio dantis rem soli: si Jurisperitos, quibus omnia vocabula juris intellectum habent, jus quod dominus in re soli prolixe nobis, & benevole concedit. Imperiti Philosophiæ jurisque, id quod traditur possideturque tantum spectant, dum feudum definiunt esse rem immobilem. Definitio demonstrat feudum esse gratuitum, cum ex benevolentia proficisci dicatur: quod redemptio, sive ἀνάκαμψις non mutat, ut dixi 1. tit. 1. Et rei in feudum datæ proprietatem ad vasallum non pertinere, rem igitur esse nec mancipi, ut diximus 2. tit. 17. Eadem demonstrat feudi jus esse perpetuum. At sunt quædam feuda temporaria, ut feuda habitationum, & his similia. Sed hæc non sunt propria feuda, ut *sup. 1. tit. 1. §. item illud.* Definitio hæc, proprii feudi definitio est. Qua de causa, & beneficia, quæ clericis dantur, non sunt propria feuda, sed comparantur feudis habitationum, feudis annonariis, vel ærariis, feodis functionum privatarum, vel publicarum, qualia sunt eorum, quos prædiis nostris actores, aut custodes imponimus, & advocatorum olim Tiguri, & Bithyniæ, & beneficiariorum apparitorum, qui & Cæsariani feudales dicuntur, & horum imitatione etiam clerici beneficiati sunt, & inde beneficiorum sacerdotalium nomen, quæ & à principe olim conferri solebant, ut feuda propria, nec electus quisquam Episcopus ante consecrari poterat, quam à principe Regalia per sceptrum accepisset, ut Otho, & Guntherus scribunt, & Albertus Argentinensis sæpe meminit Episcoporum, & Abbatum ab Imperatore de suis regalibus solemniter investitorum, præstita etiam fidelitate, & hominio: & hoc quidem jus conferendorum Regalium, id est, investiendorum Episcoporum de suis Regalibus, multi Reges Galliæ à Carolo Magno sibi vindicarunt, sed id modo Pontifici Romano, modo certis Ecclesiis remiserunt, ut Ecclesiæ Atrebatensi remissum testatur vetus inscriptio ædis D. Mariæ Attrebatum, modo remissum repetierunt, modo vacante tantum cathedra usurparunt conferendorum beneficiorum potestatem, atque etiam vacantis Ecclesiæ reditus, donec alius à se investiretur Episcopus: & hoc potissimum Regalia vacarunt, quo jure etiam Nicephorum olim Phocam Imp. Orientis usum Zonaras, & Cedrinus scribunt. Ex his autem beneficiis, quæ impropria esse diximus, alia morte dantis, & accipientis finiuntur, ut mercenasiorum militum, alia morte accipientis taotum, ut feuda habitationum, alia anno finiuntur, ut custodum procuratorumve feuda. Igitur perpetuo jure non censentur. At præterea superior feudi definitio demonstrat feuda sub certo incertove servitio dari. Imo quædam dantur sine servitio, quorum mulier capax est. Sed non ideo vitiosa definitio est: nam quod plerunque fit, definitione comprehendi sufficit. Omnia feuda plerumque sunt conditionalia, idest, sub lege servitii. Cætera quæ ad definitionem feudi pertinent exposui lib. 1. Post definitionem feudi docere Obertus instituit, quibus modis feudum amittatur, è quibus quod plures jam persequuti simus libris superioribus, quodque res sint facillimæ per se, obscuræ diligentiæ esset, si in his rursus frustra adlaboraremus. Illud te non lateat, inquit, quod si suo domino justitiam facere noluerit, feudo quod tenebat, expoliandus est. Hæc verba sunt ambigua, nam vel hoc significant: Si vasallus in curia sua (potest enim fieri, ut vasallus curiam habeat propriam) domino

mino jus reddere noluerit; quæ causa amittendi feudi A justissima est, Constit. Neap. 3. tit. 19. Vel si electus inter pares judex causæ feudalis operam dare noluerit, vel ex bono, & æquo non judicaverit, quæ causa etiam justa videtur, cum jurejurando fidelitatis inseri soleat, ut in jurisjurandi formula relata in Summa rurali, *Sire ie viens à vostre hommage, & en vostre foy, & deviens vostre homme de bouche & de mains, & vous iure & promets foy & loyautè, & de garder vostre droict à mon pouvoir, & faire bonne justice à vostre semonce, ou à la semonce de vostre baillif à mon sens*. Possunt & hoc verba illa significare, Si feudi ratione à domino in judicium vocatus juris sui experiundi causa, edictis obtemperare noluerit: nam etiamsi feudi amittendi causa justa alia non fuerit, contumacia ejus plectitur damno possessionis, & feudi: & hoc magis sensisse videtur, cum B dicat id se alio libello eidem Anselmo scripsisse. Scripsit autem prioris libelli tit. ult. ubi è contrario etiam dominum, qui justitiam vasallo facere, id est, de jure suo experiri, & in judicium venire noluerit, dominatione feudi multari, & direptioni subjici demonstratur. Sequitur alia causa, et quidem justior, si servitium quod indictum est pacto investituræ, implere noluerit cum potuerit, Si dominum accusaverit judicio publico, vel extraordinario excepto crimine perduellionis, vel si testimonium adversus eum dixerit, ut inf. 4. tit. 36. vel si carcere clusum dominum cum poterit non liberavit, ut si pro eo non fidejusserit, quod expressum est Constit. Neap. 3. tit. 19. et ex eadem causa filius exheredatur à patre, Nov. 115. Quibus autem fere ex causis filius jure exheredatur, et vasallo feudum eri- C pitur. Feudi ereptio, exheredatio est. Conferri etiam cum his possunt causæ divortii, et causæ revocandæ donationis: quæ omnes morte alterutrius finiuntur nec enim ab herede, vel in heredem objici possunt, quæ objectæ non sunt à defuncto, vel in defunctum, ut si me testamento pater non damnarit ingrati, nec damnahit heres patris, nec si filium damnarit pater, ideo damnahitur et nepos ex filio, idemque est in revocanda donatione, *l. 7. C. de rev. don.* et in actione de mosib. inter vir. et uxor. *l. ult. C. Th. de inc. nupt.* Ergo et in actione ingrati, sive *τὴν προδοσίαν*, quæ in vasallum dantur. Multæ aliæ possunt exoriri causæ, proptee quas videatur vasallo feudum adimendum esse, quæ sunt relinquendæ judicio curiæ: nec enim possunt omnes certo modo definiri: nam et si in dominum nihil deli- D querit, nonnunquam feudum amittit, ut si fratrem, vel consobrinum occiderit, et nonnunquam etiamsi à fide nonnihil recessisse vasallus videatur, feudum non amittit secundum morem antiquum, hodie amittit pro ea parte, si perjurii periculo dominum non liberaverit, feudum non amittit, ut inf. 4. tit. 17. 48. vel etiam si quid quod in rem domini erat celaverit, ut eod. lib. tit. 5. Ait, *Nam & sæpe degenerat* (sic legendum) id est, deflectit ab officio. Degenerare est [illegible].

Ad quem feudum amissum redeat.

TIT. II.

DEnique sæpe quæsitum vasallo propter justam culpam à feudo cadente, utrum ad dominum, an ad successorem vasalli beneficium pertineat: sed hæc distinctio tam ratione, quam moribus comprobata est, ut si quidem vasallus ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad dominum beneficium revertatur, ut hanc saltem habeat suæ injuriæ ultionem. Si vero non in dominum, sed alias grave quid commiserit, sicut ille qui fratrem suum interfecit: vel aliud grave crimen (quod parricidii appellatione continetur) commiserit, feudum amittit, & non ad dominum, sed ad proximos pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum, sic enim sæpe pronunciatum scio.

Si vasallus contra Constitutionem bonæ memoriæ Lotharii Imperatoris beneficium alienaverit, quia dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertineat: scriptum est enim ut pretio ac beneficio se cariturum agnoscat.

Feudum amissum ex causa ingratitudinis, perfidiæ, contemptus, contumaciæ redit ad dominum quem vasallus offendit, non ad adgnatos vasalli, etiamsi ob alienationem factam invito domino amissum fuerit: nam et qui alienat invito domino, eum aspernari, et contemnere videtur. Feudum autem amissum ratione gravioris delicti in alium, quam dominum commissi, ut ratione parricidii, non redit quidem ad liberos vasalli, sed ad agnatos, si fuerit paternum feudum: atque ita definivimus superiore lib. tit. 4. Cur vero non ad liberos? Cur innocentibus liberis delictum patris nocet? Non potest alia ratio reddi, quam quæ in crimine majestatis quod in liberis metuantur exempla paterni sceleris magis quam in agnatis, qui non ex eo, sed ex superiori parente prodierunt: magni autem interest domini probos vasallos habere, indolis, et stirpis bonæ. Cæterum, ut pretio precibusve filia quandoque feudum emeretur à domino, et excludit agnatos, ut 1. tit. 25. ita liberi si feudum à domino impetraverint, præferentur agnatis, ut 4. tit. 34. Potest dici, et priore casu, cum in ipsum dominum deliquit vasallus, mortuo vasallo liberisque ejus, feudum paternum, in quo post liberos agnati jure successuri erant, ad agnatos redire; idemque dicendum esse, si vasallus feudum in manus domini refutaverit, atque ita auctori fragmentorum videtur lib. 4. tit. 78. 83. et posteriore casu, cum in alium vasallus deliquit mortuo vasallo jus feudi ad liberos transire, arg. *l. 8. §. ult. de in jus voc.* secundum Celsi sententiam: nam Juliani certe in feudis sententia reprobatur.



EX VARIIS, ET INCERTIS AUCTORIBUS DE FEUDIS, LIBER QUARTUS.

De Evictione feudi, & ejus æstimatione præstanda.

TITULUS PRIMUS.



NEGOTIUM tale est: quidam vasallus à domino tenebat feudum, de quo ab aliquo interpellatus fuit, & sic vasallus dominum vocavit, ut eum defenderet: domino renuente ad judicem venire, vasallus amisit causam per sententiam, nunc vero vasallus cambium feudi à domino petit, ad quem dominus respondens ait, illum nunquam ab eo feudum tenuisse, nec ab eo investituram accepisse: contra quem vasallus dicit se hoc feudum B ab eo tenuisse, & investituram recepisse, & ab eo petivisse, ut eum in judicio defenderet, nec tunc temporis inficiabatur illius esse, quod idoneis totum testibus probat vasallus. Super negotio isto tale est sapientum nostræ civitatis consilium, videlicet Oberti, & Gerardi, ut si vasallus, cum de feudo interpellabatur, auctorem suum, id est dominum, ut eum defenderet vocavit, & hoc probare possit, si in eo judicio vasallus fuerit victus de re aliena investitus fuisse, ut dominus vasallo ejusdem æstimationis, quod erat tempore rei judicatæ, feudum restituat, vel nummos in feudum dandos numeret, & hoc cum certum est, vasallum de feudo C victum fore. Sed si dominus neget hoc feudum nunquam ab eo tenuisse, nec ab eo domino ipsum vasallum, vel ejus antecessores unquam investituram accepisse, & hoc vel per instrumentum publi- A ce confectum, vel per pares curtis vasallus poterit probare, dominus ad restitutionem feudi tenebitur, alioqui dominus sacramentum subire cogetur, istum qui est in causa, vel ejus antecessores à se, vel à suis antecessoribus nunquam hoc feudum tenuisse, vel investituram accepisse, quo facto dominus absolvendus erit.

Actio de evictione in id vasallo datur, ut dominus aliud feudum ejusdem pretii cujus erat id, quod evictum est rei judicandæ tempore vasallo concedat, vel litis æstimationem, quam ex sententia judicis victori vasallus exsulvit. Hoc enim significant illa verba, *Vel nummos in feudum dandos numeret*, nempe ut, vel æstimationem litis, quam vice feudi subjit vasallus, dominus ei restituat. Absolvitur tamen dominus si vasallus eum non laudaverit, ut liti subsisteret, quemadmodum diximus 2. tit. 8. quæ actio in auctorem præsentem olim dicebatur, vel si probare vasallus nequiverit se ab eo feudum tenuisse, & juraverit dominus se parentesve suos investituram non fecisse. *Cambium feudi*. Ut aliud præstet in vicem ejus, qui evictus est.

Si contentio est inter dominum, & agnatos defuncti de feudo.

TIT. II.

SI de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum, & agnatos defuncti, domino novum

vum feudum, agnatis vero paternum esse contendentibus, agnati in possessione feudi, de quo quæritur, constituendi sunt. Eo facto, super principali quæstione cognoscendum est, utroque autem deficiente in probatione, electio jurisjurandi agnatis danda est. A

Mortuo vasallo, dominus feudum novum esse dicit, agnatus antiquum. Agnatus investiendus est de suo recto feudo secundum modum propositum 2. tit. 20. atque ita in possessionem constituendus. Proinde in lite principali domino incumbit probatio quasi actori, & utroque deficiente, electio est agnati, ut juret, vel jusjurandum referat domino: quod tamen judex non sequitur semper, ut sup. 2. tit. 11. §. ult. Idem erit si lis fit inter dominum, & emptorem feudi, ut inf. 50. Regulariter enim defensio datur reo. B

De possessione apud filiam collocanda.

Tit. III.

Inter filiam defuncti, & agnatos ejus de quodam prædio mota est quæstio, agnatis feudum, filia vero alodium, sive libellariam esse asserentibus: super possessione apud quem manere debeat, quærebatur. Responsum est apud filiam possessionem interim esse collocandam, deficientibus vero hinc inde probationibus, per jusjurandum causa cognita res decidetur, electione danda agnatis. Defuncto milite, inter dominum, & filiam illius super quodam feudo quærebatur, domino feudum, filia alodium, sive libellariam esse allegante. Respondeo filiam in possessione feudi manere debere donec de eo judicetur, probatione vero hinc inde cessante, electio jurisjurandi filiæ danda est. C

Si lis fit inter filiam, & agnatum, filia dicente se esse alodem, vel libellariam, agnato feudum, filiam in possessionem constituemus: actoris itaque partes agnatus sustinebit: sed probationibus deficientibus, electio dabitur agnato potius, quam filiæ, ut inf. 50. 65. uterque defunctum attingit agnatione, & discrimen D tantum est in sexu, cujus etiam prærogativa fidei sæpe maris habitur potius, quam fœminæ. At in superiori titulo electio datur reo, non actori. Non sunt contrarii: nam hic dicit actori electionem dari causa cognita: quod & nos in superiori specie admittimus, ut sup. 2. tit. 15. Idem admittemus in specie §. seq. Si lis fit inter filiam, & dominum, filia dicente alodium, vel libellariam, domino feudum: filia in possessione constituetur, & deficientibus probationibus filiæ defuncti secundum communem regulam conditio jurisjurandi deferetur potius, quam extero, qui se dominum dicit, ut inf. 50. nam & ab ea præsumptio facit: præsumuntur enim in dubio prædia omnia esse alodia, plerisque locis feudalia, vel censualia, hoc jure alodia, sed nihilominus causa cognita dicenti esse feuda, conditio jurisjurandi deferri E potest: totum enim hoc pendet ex arbitrio judicis. Præterea notandum in alodiis, & in libellariis filias succedere. Imo & in precariis, & emphyteusibus, nam à feudorum tantum successione removentur.

Dominum investituram feudi sui militis in alium facere posse.

Tit. IV.

Moribus receptum est, dominum de feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad dominum reverti sperabatur, in alium militem investituram facere posse, quæ investitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino, aut heredi suo fuerit apertum. Secus est in ecclesiasticis personis: nam si ecclesiastica persona talem faciat investituram, non aliter valebir, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur, & in tali investitura consensum ejus de cujus feudo sit, exquiri non oportet.

Hoc dicitur de feudo, quod successionem habiturum non est, & de investitura, cui inest conditio, sive pactio, ut ne ante mortem militis ex investitura secundus agat, sibi tradi oportere, qua de re diximus satis 1. tit. 1. §. si vero Archiepiscopus, & 5. 27. 30.

De pœna inficiationis feudi.

Tit. V.

Vasallus si feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa scientia inficiatur, & inde convictus fuerit, eo quod negavit feudo ejusve conditione expoliabitur, alius autem vasallus, quamvis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet, aut si aliam rem domini celaverit vasallus, feudum non amittit.

Feudum amittit, qui feudum sciens inficiatur, vel feudi conditionem, id est, servitium feudo impositum, ut inf. 21. & 39. Inde illud Gallorum, *Qui fief denie fief pert*, nam & hic dominum contemnere, aut erubescere videtur. Dixi, sciens, Nesciens non amittit feudum, imo nec inficiator est: & nihilominus si dubitans responderit. Dubitans negat, *l. si quis testamentum, ff. ad leg. Aqu.* sed negat insicienter. Pro errante igitur, & ignorante habetur, *l. ult. C. de cond. ind. l. 2. ff. quis ordo in bo. poss. ser.* ergo non pro inficiatore. Et hoc de ea etiam inficiatione accipiendum esse, quæ fit extra judicium, quod sequitur indicat, non amittere vasallum forte alterum feudum proprium ob non detectam convasalli inficiationem: nam detegi eam, quæ fit in judicio, quid opus est? At etsi factam extra judicium non detexerit, qui sciebat vasallus alter, hic non ideo tamen feudum amittit, nec enim omnia, quæ in rem sunt domini indicare domino vasallus debet, sed ea tantum, quæ ad domini vitam, existimationem, & patrimonii grandem jacturam spectant, ut *sup. 3. tit. 1. §. præterea*. Ait, *Vel feudi partem*. Et hunc recte censent interpretes partem tantum amissurum, exemplo ejus, qui partem feudi alienavit contra Constitutiones.

De præscriptione feudi longissima.

Tit. VI.

Si quis per triginta annos rem aliquam in feudum possedit, & servitium domino exhibuerit, quamvis ea de re non sit investitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri potest.

De hac re diximus lib. 1. tit. ult.

Clericum feudum perdere.

T i t. VII.

QUi clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit.

Miles scilicet cui fuerat initio concessum, ut diximus 2. tit. 21.

An vasallus, qui se non exhibet domino, feudum amittat.

T i t. VIII.

ET si vasallus omni anno domino se non repræsentat, feudum tamen non amittit.

Relegantur, quæ adnotavimus ad 1. tit. 20.

Omnes fidelis filios fidelitatem facere debere.

T i t. IX.

OMnes filii ejus, qui feudum acquisierit, fidelitatem facere debent, maxime si * indivisum habent: quod si feudum ex divisione ad unum tantum pervenerit, ille tantum faciet fidelitatem.

* γρ'. divisum.

Legendum in contextu, *Si divisum habent:* quod & fragmenta probant. Cum plures, inquiunt, vasalli paternum habent beneficium, donec illud indivisum possident, una fidelitas, & unum servitium domino fieri debet (idque plerisque locis major natu præstat.) Si vero partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates: & Constitutio Friderici, Omnes, inquit, qui partem feudi habent jam divisi, vel dividendi, fidelitatem faciant. Primum proponit Marchiam, Ducatum, Comitatum non posse dividi, sed primogenito cedere, vel eo inhabili existente, puta furioso, aut infami, secundo genito: quod etiam expressum est aurea bulla Caroli IV. Imp. Cætera dividi, ita ut omnes fidelitatem faciant: quod Guntherus in hunc modum:

Marchia seu Comitis possessio, sive Ducatus
Integra permaneant, feudalia cætera multis
Participanda patent, domino dum quisque fidele.
Spondeat obsequium jurandaque fœdera præstet.

Est & hujus rei arg. in *l.5. in pr. ff. com. divid.* Quid tamen dicendum est è contrario, si plures sint domini unius feudi? Et hoc casu placet pro uno feudo unam tantum fidelitatem esse faciendam dominatione divisa inter dominos, si unus sit vasallus, ut Const. Friderici *de feudis non alien. §. præterea Ducatus.* Eam igitur faciet cui voluerit ex dominis: quo jure utimur. Servitium omnibus debebit. Sin autem indivisa sit dominatio, fidelitas non fiet ante divisionem, quoniam, ut inferius fragmenta, sive, ut vocant capitula extraordinaria comprobabunt, secundum jus feudi non debet, quis duas fidelitates pro eodem feudo facere. Et si faceret unam partibus indivisis, non posset partibus divisis alteram defugere, vel etiam manente communione quisque quasi dominus fidelitatem jurari reddique sibi postularet, nec quies esset vasallo antequam singulis ita contra jus naturamque feudi satisfecisset: itaque melius est expectari divisionem

Adoptivum in feudum non succedere.

T i t. X.

ADoptivus filius in feudum non succedit.

Ratio non est obscura. Adoptio non adfert jus sanguinis: & sanguini dantur feuda, non adscititiis commentitiisque liberis. In alodiis tamen succedunt.

Filios secundi matrimonii tantum feminæ in feudum succedere.

T i t. XI.

MUlier habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis decessit, inter quos feudi quæstio aliarumque rerum maternarum vertebatur: obtinuit filios * prioris matrimonii tam in feudo, quam in cæteris potiores esse.

* γρ'. posterioris.

Nemo non iniquitatem in hac sententia testatur esse maximam: sed nos ita fingimus matrem adquisiisse feuda, vel alodia contemplatione secundi matrimonii, & ita inf. tit. 103. positam speciem legimus, & in contextu isto, posterioris matrimonii, non prioris, quam scripturam etiam titulus ipse confirmat, quem fide bona restituimus, sicut cæteros, ut erant in vetustissimo feudorum libro. Adquisivit ergo feuda, vel alodia contemplatione posterioris matrimonii, & ideo ejus tantum matrimonii filii in eis bonis ab intestato succedunt, licet alias ex S. C. Orfitiano omnes æqualiter succedant. Idemque dabimus liberis prioris matrimonii in rebus quæsitis prioris matrimonii contemplatione: quod receptum videtur exemplo *l. 4. C. de secund. nupt.*

Ut naturales post facti legitimi non succedant.

T i t. XII.

NAturales filii licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi, nec soli, nec cum aliis admittuntur.

Filii naturales patri non succedunt, etiamsi post delatam successionem fiant legitimi, ut nec clerici, nec monachi, licet postea desinant esse clerici, aut monachi, ut sup. 2. tit. 21. nec servi, licet postea fiant liberi. Matri tamen filii naturales succedunt ex S. C. Orfitiano, nisi sit mulier illustris, quæ justos liberos habeat, *l. pen. C. ad S. C. Orfit.*

De minore ad fidelitatem feudi non cogendo.

T i t. XIII.

SI minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax sit, feudum tamen retinet.

Si quis decesserit filio impubere relicto, fidelitatem, nec ipse, nec alius pro eo facere cogitur: idem de servitio personali: alius tamen pro eo faciens servitium, admittetur.

Mino-

Minorem accipit pro impubere, ut indicat §. *prox.* & quod ait donec doli capax sit, Omnis enim pubes doli est capax, impubes incapax. Hic igitur fidelitatem facere non compellitur, nec tutor, vel procurator ejus, nec ex hac causa feudum perdit: excusat eum ætas, & expectare debet dominus quoad adoleverit, quæ patientia interim pro fidelitate habetur. Servitium tamen per alium facit, & consequenter solvit *ἀναλώματα*, & *εὐθετισμά*. Non cogitur alius pro eo fidelitatem jurare, quia nec dominus alium suscipere, si malit pubertatem expectare. Si cogi posset dominus suscipere fidem per procuratorem, eo casu, & vasallus cogeretur eam præstare per se, aut per procuratorem. Volenti domino non est dubium per tutorem recte fidelitatem præstari non minus, quam servitium. A pubertate danda est fidelitas intra annum, & diem ex Constit. Friderici: alioquin feudum proprietati consolidatur, restitui tamen minor in integrum potest, ut Doctores sentiunt recte, quod hodie, cum dominus ob fidelitatem non datam feudum non revocet, sed fructus tantum lucrifaciat, forte non procederet, propterea quod vix datur pro re mobili restitutio in integrum, & fructus solo separati mobilibus adnumerantur. Pubertatem autem æstimamus ex annis XIV. & ita hac in ipsa causa definitum fuit in consilio Roberti regis Siciliæ in hæc verba: Si decesserit ille qui ad certum servitium à Rege feudalia, quæcunque tenebat, successor intra annum, & diem necesse habeat Regi fidelitatis, & homagii ligii præstare juramentum: alioquin cadat omni jure, quod habet in feudalibus, quæ defunctus tenebat, & liceat Regi de eis pro sua voluntate disponere, & hoc si prædictus successor excesserit XIV. annum. Lutetiæ, & aliis quibusdam locis contrarius est mos, ut puberes mares ante XX. feminæ ante XV. fidelitatem facere non cogantur: eademque est in omnibus causis pubertatis definitio. Bituriges eam æstimant ex annis XVIII. spadonum vere patria, quandoquidem ea ætate jure civili spadones soli pubescere, & testamenti factionem nancisci intelliguntur, auctore Paulo in Sententiis. Citius pubescunt aliæ nationes.

Quando agnatus ad feudum admittatur, vel excludatur.

T I T. XIV.

Titius filium masculum non habens, partem suam feudi Sejo partem ejus feudi possidenti agnato suo concessit. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illam feudi nullo dato pretio recuperare potest: quod si Titius filium haberet, pretio reddito etiam vivo Titio. quod si consensit alienationi, vel per annum ex quo scivit tacuit: omnino removebitur.

Emendato contextu, ut fecimus, sic ponatur species. Titium filium masculum non habens, partem feudi paterni vendidit Sejo agnato suo, qui & eam possidet modo, non tamen proximiori agnato. Si proximiori vendidisset, venditio haberetur pro refutatione, ut *inf.* 45. Sed quia Sejus non est proximior, pro alienatione est, & valet alienatio secundum morem antiquum, vel consentiente domino post Constitutionem Lotharii, quapropter Sejus optimo jure eam partem feudi possidebit, quamdiu Titius vixerit. At mortuo Titio agnatus proximior, qui alienationi non consensit, eam à Sejo revocabit non reddito pretio quasi successionis jure, ut inf. 45. & sup. 1. tit. 4. §. 1. Quod si Titius filium habuerit, non avocabit eam mortuo Titio, nisi & Titii filius, qui in successione feudi eum præcedit, mortuus fuerit: sed neque filius ullo modo, ut *inf.* 70. *l. Seja, ff. de evict.* Igitur melius fecerit hoc casu, si quasi jure *προτιμήσεως* reddito pretio eam partem revocaverit vivo Titio, videlicet cum alienationi non consensit: alioquin nullum jus revocandi, vel retrahendi habet, ut *sup.* 1. *tit.* 2. §. *præterea*. Obstat etiam in eo jure agnato proximiori non ignoranti præscriptio anni, sicut domino, ut 2. *tit.* 9. §. *pen.* qua præscriptionem multæ nationes observant, Biturigibus finitur dieb. LX. Id ergo est ex hoc loco singulariter notandum, adversus remotiorem agnatum, qui feudum emit, proximiorem agnatum jure *προτιμήσεως* uti posse: quod discrepat cum moribus multarum gentium, & hoc fere tota Gallia vulgo jactatur, *Lignager sur lignager n'a point de retenue*, id est agnatus adversus agnatum non utitur jure *προτιμήσεως*. Consentiunt tamen omnino cum hoc jure mores Burdegalensium 2. §. 5. Unde si remotior agnatus ab extraneo emptore festinarit feudum revocare, multo magis dicam id proximiorem, qui modo veniat intra annum numerandum à die impletæ venditionis, remotiori agnato feudum evincere posse: quod Tricassini sequuntur. Illud tamen sane dissentaneum est, ut etiam non sequantur, nec enim si emerit remotior agnatus, ei proximiorem præferunt: multa sunt in moribus Galliæ dissentanea, multa sine ratione: ut quod de jure recepto Neratius scripsit non esse ejus anxie rationem inquirendam, ne multa ex his, quæ certa sunt subvertantur, id Galliæ moribus aptari verissime possit, quod plerumque omni ratione destituantur petiti partim ex jure Gallico, partim ex imperitorum Doctorum sententiis male cohærentibus. Quod tamen agnatus adversus agnatum non utatur jure *προτιμήσεως* hanc dicunt esse rationem, quod introductum jus illud sit ne res exeant de familia: non exire autem eas de familia, quæ in agnatum ulteriorem transferuntur. Imo vero hoc non fuit causa inducendæ *προτιμήσεως*, alioquin & re extero alienata titulo dotis, vel donationis, vel permutationis, vel testamenti, vel transactionis non simulatæ: locus esset juri *προτιμήσεως* quod est falsum, & Romani, ac Friderici Constitutionibus vetitum nominatim, & id juris tantum sibi vindicant agnati in venditione, emphyteusi, vel locatione. Imo in venditione tantum: nam etsi Constitutio Romani etiam de emphyteusi, & locatione loquatur, interpretes tamen Græci scribunt in sola venditione eam usu fuisse receptam. Adjecerat etiam Nov. Michaelis sive Manuelis antichresin. Igitur nulla alia ratio est, quam honestatis, ut cavetur secunda Constitutione Friderici de jure *προτιμήσεως*, & *l. dudum*, *C. de contr. empt.* ut agnatus tantumdem offerens præferatur extero, ergo ut conjunctior propinquiorque ulteriori: *Etiam vivo Titio*, proximus scilicet agnatus revocabit.

Dominum feudi tradere cogi.

T I T. XV.

Si facta de feudo investitura pœniteat dominum antequam possessionem transferat: an præstando interesse vasallo liberetur, quæsitum fuit. Responsum est prætermissa illa condemnatione, dominum possessionem feudi de quo investituram fecit tradere compellendum.

De hac re diximus satis 1. *tit.* 1. §. *si vero Archiepiscopus*.

Quando filii in feudum non succedant.

T I T. XVI.

Filii nati ex ea uxore, cum qua matrimonium tali condicione contractum est ne filii ex ea

nati

A nati patri ab inteſtato ſuccedant : nec in feudum ſuccedunt . * Nam quamvis ratione improbetur talis condicio , ex uſu tamen admittitur .

* vet. non ſuccedunt.

In contextu legendum , in feudum non ſuccedunt , ut & Baro notavit . De quæſtione ejus tractabitur *inf. tit.* 32.

Vaſallum non teneri offerre ſervitium .

T i t. XVII.

Licet vaſallus domino ſervitium non offerat
B quantocumque tempore ſteterit (dummodo domino petenti ſervire paratus ſit) beneficium non amittit : ſi tamen ſciat , ei magnum periculum imminere , ultro adjutorium ſuum ei debet præbere . Inde quæſitum eſt , ſi dominus in perjurium incidat , quia dare non valeat , quod dare juraverat : & vaſallus eum liberare poſſit ſuam pecuniam dando , & non facit , an beneficium amittat ? & reſponſum eſt non amittere .

Et hoc etiam ſuis locis expoſitum eſt ſup. vel primo , vel tertio libro .

C

Feudo amiſſo filios vaſalli excludi .

T i t. XVIII.

Si vaſallus culpam committat , propter quam feudum amittere debeat : neque filius , neque deſcendentes ad id feudum vocabuntur : ſed agnati , qui quarto gradu ſunt , dummodo ad eos pertineat .

Et hoc quoque lib. 3. tit. 2.

D

Generali alienatione non contineri vaſallos .

T i t. XIX.

In generali alienatione vaſalli non continentur , niſi nominatim dictum ſit .

Dominus feudum , id eſt , proprietatem feudi vendere non poteſt ſine conſenſu vaſalli , ut diximus 1. *tit.* 22. Cum curte tamen tota à qua feudum proficiſcitur , & feudum nominatim vendere non vetatur : denique vendi feudum per ſe non poteſt , cum curte poteſt . Porro curtis , aut alodium eſt , aut feudum . Si feudum voluntate ſuperioris domini alienari debet : ſi alode , contrahentium voluntas ſufficit . Sed ſive hoc , ſive illud ſit , & jure licito ſimpliciter veneat , nihilque
E dicatur de feudis ad eam curtem reſpicientibus , feuda emptorem curtis non ſequuntur , ut inſ. 60. & hoc loco . in generali alienatione , curtis ſcilicet , vaſalli non continentur , niſi nominatim dictum ſit . Idem ego dixerim etiam de juriſdictione , quæ ex curte illa deſcendit , Juriſdictionem puta non ſequi alienationem curtis , niſi nominatim dictum ſit , ſive venierit ſola , ſive cum feudis : nihil enim commune habent feuda cum juriſdictione , ut 1. *tit.* 2. §. *item ſi quis feudum :* & 2. *tit.* 5. nihil alodia , ut in Conſt. Friderici *de pace romp.* §. *ad hæc* . Et ob id verius eſt à vaſallo adquiſitam juriſdictionem feudo non accreſcere , ut 2. *tit.* 9. §. *è contrario* , & eum , qui ab aliquo feudum re cognoſcit , non videri etiam recognoſcere juriſdictionem , & in generali ſermone , ea , quæ nobis cariora , & pretioſiora ſunt , non contineri . Ac multo minus alienationem ſequetur deſtrictio juris ſuprema de appellationum cauſis , ut merito cum Edoardo Regi Angliæ Carolus V. conceſſiſſet Aquitaniam cum vaſallis , & juriſdictione omni , negaverit ſe etiam remiſiſſe de cauſis appellationum cognoſcendi poteſtatem . Hygenus de limit. conſt. Proprietatem quidem dari ei , cui adſignabat : ſed territorii intra quod adſignabat , jus non auferri . Puto autem hoc jure ſicut feudum vaſallus alienare non poteſt ſine conſenſu domini , ita juriſdictionem qui accipit ſine ejus à quo accepit voluntate neminem alienare poſſe : & hunc eſſe ſenſum *d.* §. *ad hæc* . Hodie in Gallia , ut feuda patrimonialia eſſe cenſentur , ita & juriſdictiones . Venduntur enim curtes , ſive proprio ſive feudali jure teneantur cum juriſdictione . Et videtur etiam vendi miſtum imperium non merum , quia non cohæret juriſdictioni : niſi dixerit , Omni , quod peremptorium vocabulum Valentinianus appellat : nam , & merum imperium juriſdictio appellatur improprie , *l.* 1. *ff. de off. ejus cui mand. eſt jur. l.* 2. §. *& quia* , *ff. de orig. jur.* ut juriſdictio de fideicommiſſis , quamquam hæc legis ſit , ut merum imperium , non juriſdictionis . Juriſdictio eſt notio , quæ jure magiſtratus competit . Miſtum imperium eſt poteſtas , quæ juriſdictioni ineſt , Merum , jus gladii , vel cujus alterius gravioris coercitionis nominatim lege conceſſum .

Vaſallum repetere feudum , quod ignorans alienavit .

T i t. XX.

Si vaſallus feudum alienavit ignorans , non domino , ſed ipſi vaſallo feudum reſtituendum eſt : ad intereſſe vero emptori ignoranti condemnandus eſt vaſallus .

Ignoranti emptori feudi dari actionem de evictione ; Ignoranti venditori dari repetitionem feudi : qua de re *inf.* 51.

De pœna negantis feudum .

T i t. XXI.

Vaſallus feudum , quod ſciens abnegavit , amittit , ignoranti vero ſubvenitur . Quod ſi dubitet , dubitanter reſpondere debet .

Adjicit de dubitante , quod prætermiſerat *ſupra tit.* 5.

Feudum à vaſallo in feudum dari poſſe .

T i t. XXII.

Beneficium à vaſallo in feudum ſi nihil in fraudem legis fiat , recte dari poteſt , dum tamen militi detur .

Abeſſe fraus debet , ut Conſtitutio Friderici declarat ; & militi dari , cum militi initio datum eſt , ut fit plerumque : militia enim peperit feuda . Vaſallus ergo qui miles eſt , non poteſt alii quam militi proprium feudum dare , ut *inf.* 38. §. *ſimiliter* , ne ab origine feudi recedat : non clerico , non pagano , non mulieri , quibus tamen initio recte dominus feudum daret .

Va-

Vasallum agere, & conveniri de feudo posse.

T I T. XXIII.

SI vasallus de beneficio suo agat, vel conveniatur, sive obtineat, sive non (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud judicium: nam & transigere recte poterit, nec quod accepit transactionis nomine feudum erit.

Feudi nomine vasallum dictare, & pati actiones etiam ignorante domino, rem igitur in judicium deducere potest, & ratum est judicium, etiamsi evincatur B feudum, quo tamen casu si velit adversus dominum habere regressum, laudare eum debet ante condemnationem, ut *sup. tit.* 1. Quin & de lite transigere potest inscio domino, & quod acceperit transactionis nomine, in feudum non cedit, ut inf. 52. Sed & hic abesse fraus, & collusio debet. Et transigere potest decidendi non alienandi, aut demiouendi causa, ut Const. *Neap.* 3. *tit.* 5.

Quando proprietas feudi ad vasallum perveniat.

T I T. XXIV.

DOmioo committente feloniam (ut ita dicam) C per quam vasallus amitteret feudum si eam committeret; quid obtioere debeat de consuetudioe quæritur: & respondetur proprietatem feudi ad vasallum pertinere, sive peccaverit in vasallum, sive in alium.

Hoc explicavi libro secundo tit. 5.

Feudum iisdem de causis amitti, licet datum sit heredi, & cui vasallus dederit.

T I T. XXV.

FEudum ea lege datum, ut ipse & heredes sui D masculi, & fœminæ, & cui dederit habeant, iisdem culpis amittitur, quibus & aliud feudum: quod si vasallus alienavit, feudum esse desinit apud emptorem.

Ea lege Titio datum est feudum, ut ipse, & heredes sui, & cui ipse dederit, habeant. Hac pactione datur Titio jus extero feudum alienandi quasi proprium, vel libellariam, si dictum sit. Et cui dederit in feudum, non posset Titius, nisi in feudum dare, & cui dedisset jure feudi retinere. Sed cum dixit, Cui dederit, dabit etiam ita, ut emptor habeat jure proprio vel libellario. Ex quo sequitur emptorem rem emptam ex his causis non amissurum, quibus feudum amitti solet: quia ve- E rum feudum non est. At hic respondetur, & inf. 57. mentem contrahentium exigere, ut hae in re jure feudi censeatur, & ut non tantum Titii si rem non alienaverit, sed etiam si alienaverit emptoris in persona, id juris iisdem modis finiatur, vel amittatur, & ad dominum revertatur, quibus & verum feudum.

De pactione de non petendo feudo.

T I T. XXVI.

TItius cum Semproolo fratre suo feudum paternum possidente pactum fecit de eo feudo A non petendo à Sempronio heredibusve suis. Sempronio sine herede masculo defuncto, inter Titium, & Sejum fratrem suum de eo feudo quæstio orta est, quid inde fieri debeat quæritur? Responsum est pactum noo obstare Titio.

Hæc species explicata est *sup.* 2. *tit.* 24.

Vasallum pro domino belligerari.

T I T. XXVII.

DOmino guerram faciente alicui, si sciatur, quod juste, aut dubitatur, vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem, ad offeodendum vero alium adjuvet, si vult. Sed si eum adjuvare ooluerit, non tamen feudum amittet, secundum Obertum, & Gerardum. Alii vero sine distinctione dicunt semper debere eum adjuvare. Sed Obertus, & Gerardus utuotur eo argumento, quod quemadmodum domioum excommunicatum, vel à Rege bannitum oon est obligatus vasallus ad adjuvandum, vel servitium ei præstandum: imo solutus est interim sacramento fidelitatis, nisi ab Ecclesia, vel à Rege fuerit restitutus, ita oce istum injuste guerram alicui facientem.

Si injusto bello vasallus domino non adfuerit, feudum non amittit: nam & qui domino proscripto, vel communitate ecclesiastica excluso non præstet suam operam excusatur. Solet princeps nominatim proscriptorum vasallis jusjurandi gratiam facere, Pontifex illorum, quos excerceatur. Historiæ suppeditant exempla innumera. Sed & ipso jure solutos eos esse sacramento, hoc loco significatur. Et ipso jure proscriptos, sacros, repulsos deteriores eos esse, qui iujustum bellum gerunt.

Propter cessationem servitii præstandi feudum non amitti.

T I T. XXVIII.

AD hoc quantocunque tempore steterit vasallus, quod domino oon servierit, secundum usum Mediolanensem beneficium non amittit, nisi servitium facere renuerit, vel nisi à domino ei denunciatum fuerit, & ille cum potuerit diu steterit, quod servitium nullus ei fecerit. Boous tamen judex varie ex personis causisque definiet: & finge vasallum remotum esse, vel propinquum, paratum esse, vel non, dominum guerram habere, vel noo, utrum magnam, vel parvam, & annuntiavit ei dominus, vel oon, hæc omnia vertuntur in cognitiooe causæ, & proniores sumus ad absolvendum, quam ad condemnandum. Tum scias, quod si vasallus sciat domioum obsideri, vel aliter ei mortem imminere, & cum potuerit ei noo nunciaverit, vel etiam sioe ouncio eum noo adjuverit, feudo privabitur.

Tractavimus hac de re præcipue *lib.* 1. *tit.* 29.

De

De ædificio facto feudo.

T i t. XXIX.

SI vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, ut vasallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur ædificium auferri, aut solvat pretium meliorationis. Idem dico, si pretio servitutem fundo adquirat. Quidam alii dicunt omnino ad dominum pertinere.

De feudi incrementis diximus satis *lib. 1. tit. 1. §. si quis de manso*.

De fructibus feudi.

T i t. XXX.

SI vasallus decedat sine herede masculo, & contingat feudum ad dominum reverti, sic distinguitur: quod si ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes, ad dominum pertinebunt. Si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant. Si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus: quidam tamen dicunt quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

Quæstionis est ejus anni; quo feudum domino apertum est fructus ad quem pertineant. Finge commissum, sive apertum esse feudum domino morte vasalli, qui decessit sine herede masculo, relicta filia, vel sorore, vel uxore. Utrum fructus ejus anni ad dominum, an ad filiam pertinebunt? Feudi usufructus pertinet ad vasallum, ut sup. 3. tit. 1. Conferamus igitur vasallum cum fructuario. Fructus aut sunt pendentes, sive, quod idem est, stantes, aut solo separati: & hi vel extantes, vel consumpti. Vulgo existimant ex fructibus pendentibus finiti, vel amissi ususfructus tempore, fructuario nihil deberi, quod domino adquirantur, & omnes fructus eo tempore ab ipso fructuario terra separatos ad fructuarium pertinere, quæ opinio ut iniquissima, & falsissima est. Fateor quidem fructus pendentes finiti ususfructus tempore domini esse, quod jus æquabile est, cum & fructus pendentes inchoati ususfructus tempore fructuarii sint, *l. si pendentes, ff. de usufr.* Sed ut si ususfructus pendentibus fructibus adquisitus paulo post interierit, non ideo minus domino ex his fructibus debetur pro rata ejus anni: ita si post aliquot annos fructibus pendentibus interierit ususfructus, licet fructus domino adquiri videantur, non ideo minus ex eis fructuario debetur portio rata, & ita licet fructus à terra separati, & extantes videantur adquisiti bonæ fidei possessori, tamen in rei vindicationem domino rem suam esse petente veniunt non minus quam prudentes, *l. certum. C. de rei vindic.* Sic igitur finito, vel amisso usufructu, fructus pendentes, vel percepti dividendi sunt inter dominum, & fructuarium pro rata temporis, quo ususfructus constitit in personam fructuarii in eo anno, *l. si operas, ff. de usufr. l. 5. §. ultimo, ff. si usufr. pet.* & nihil interesse opinor percepti extent an consumpti sint: nam & consumptorum ratio habenda est, nihil etiam interest ab eo percepti sint, vel ejus nomine, quos solos fructuarius, & colonus suos faciunt, *l. in singulis, ff. de annuis leg. l. si apes, §. ult. ff. de furt. §. is vero, Instit. de rer. divis.* an sua sponte deciderint, vel ab alio decerpti, aut desecti fuerint, quos tamen antequam apprehenderit fructuarius suos non facit: qua re distat à domino, à bonæ fidei possessore, ab emphyteuticario, qui quoquo modo terra separatos fructus suos faciunt, *l. 12. §. ultimo, ff. de usufr. l. qui scit, §. penult. ff. de usur. l. si fructuarius, ff. quib. mod. ususfr. amit.* Igitur sive tempore finiti ususfructus pendeant fructus, sive à solo separati sint, & ii sive extent, sive consumpti sint, sive ab ipso fructuario, sive quo alio modo à solo separati sint, ita ineunda est ratio inter dominum, & fructuarium, ut pro rata præteriti temporis, qua eo anno constitit ususfructus portio fructuario, vel heredi ejus præstetur, quod superest domino. Nec obstat *l. defuncta, ff. de usufr.* quia in ejus specie anno integro duravit ususfructus, & ideo agrorum pensiones integræ heredi fructuarii debentur, licet tardius inferantur. Eadem omnino ratio intervenit in emphyteuticario, & colono, & eo qui libelli, aut precario jure possidet, ut dividantur novissimi anni fructus pro rata temporis, quo in eorum persona ea jura constiterint. Finge anno x. prædium fuisse domino commissum: est enim in iis omnibus negotiis commisso locus. Æquum est, ut illorum lucro cedant fructus pro rata anni decimi, ut fit inter virum, & uxorem, inter quos fructus fundi dotalis dividuntur pro rata ejus anni, quo diremptum est matrimonium, *l. cum in fendo, §. Divortio, ff. de jur. dot. l. fructus, §. Pap. l. si alienam, l. si marito, §. ult. ff. sol. mat. l. 1. §. sed & novissimi, C. de rei ux. act.* & non tantum fructus terra separati, sed etiam pendentes, *d. l. fructus, §. interdum*. Eandem divisionem observari inter vasallum, & dominum: ratio juris exigit, puta ut fructus cedant lucro vasalli heredisve ejus pro rata anni ejus, quo feudum domino commissum, vel apertum est, quam qui non tenuerunt, & in usufructu non admiserunt, ita in feudo rationem inierunt, primum ut fructus omnes solo separatos etiam extantes statuerent ad filiam pertinere, pendentes ad dominum, idque exemplo creditoris, ut est in fragmentis, qui si pignus acceperit lege *ἀντιχρήσεως*, tempore dissoluti pignoris, id est, solutæ, vel depositæ, & consignatæ pecuniæ fructus jam solo separatos, etiamsi nondum consumpti sint retinet usurarum vice, & pendentes tantum restituit reputatve in sortem, *l. si pignore, §. si prædo, ff. de pig. act. l. ex prædiis, C. de usur.* & hoc quidem exemplum in fructibus perceptis, & extantibus omnes admiserunt uno consensu, perperam: cum perceptos fructus creditor retineat ex conventione usurarum vice, vasallo heredive ejus nulla conventio dederit jus retinendi ex fructibus plusquam ratio temporis ferat, quo apud eum jus feudi fuerit. In pendentibus dissenserunt: & hac etiam in parte omnes erraverunt, ut Baldo, & Yseroiæ videtur, et mihi constat. Alii, ut dixi, omnes fructus pendentes domino adjudicaverunt quoque tempore vassallus mortem obiret. Alii tempora ita distinxerunt, ut si obierit ante Kalen. Mar. omnes fructus pendentes ad dominum pertineant, si post Kal. Mar. usque ad Kalen. Aug. omnes fructus, qui interim percipientur, etiamsi pependerint moriente vasallo, ad filiam pertineant: hi sunt bordeum, fœnum, legumina. Si post Kal. Aug. ut omnes fructus eo tempore pendentes ad dominum pertineant, puta messes frumentariæ, et triticariæ, et vindemiæ, et poma, & oleæ. Denique secundum horum opinionem fructus pendentes moriente vasallo ad dominum pertinent nisi moriatur post Kalen. Mar. quo casu fructus, qui usque ad Kal. August. percipientur, veluti pro rata temporis, quo jus feudi in persona defuncti eo anno constitit, filiæ relinquunt, id est, fœnicisia, messes hordearias, & fabarias, & alia legumina, quod superest, domino eandemque rationem servari dicitur inf. 54. inter heredem vasalli, & agnatum, qui repudiavit hereditatem. Hæc vero non est æqua pro-

por-

portio. Finge mortuum vasallum mensis Martii su- A prema die, totius anni fructus esse c. messes hordearias & fabarias, & fœnisicia esse xl. messes frumentarias, & triticarias, & vindemiam, & olivinam fuisse lx. Si dederis filiæ omnes messes hordearias, & fabarias, & fœnisicia, plus æquo dederis: nam cum quarta tantum parte anni, id est, mensibus tribus, apud defunctum jus feudi resederit, ἀναλόγως quarta tantum pars reditus annui filiæ debetur. xxv. igitur non xl. Et contra, si messes hordeariæ, fabariæ, fœnariæ, sint tantum xx. cætera lxxx. injuriam feceris filiæ vasalli, si non xxv. sed xx. tantum ei dederis. Deinde si vinea fuerit data in feudum, & vasallus Augusto decesserit, erit iniquissimum si nihil filiæ vasalli dederis. Præterea cur si ante Kal. Martias obierit, nihil etiam dederis pro rata. Igitur melius est sequi exemplum fructuarii & mariti, & cæ- B terorum, qui cum domino dividunt fructus omnes pendentes, vel perceptos pro rata anni ejus, quo finitur perimiturve ususfructus, aut matrimunium dirimitur. Et si vis etiam tibi explicari sæpe vexatam speciem §. *Papinianus*, nimirum hæc est: Nuptiæ vindemiæ tempore factæ sunt, hoc est mense Octobri, dataque in dotem vinea eodem ipso mense. Vir collectis vindemiis ex Kal. Novemb. vineam fruendam locat, suprema die Januarii discessio fit, qui tertius mensis est à locatione, quartus à die nuptiarum. Si fructuum divisio ex die nuptiarum non fiat, sed ex tempore locationis, ante locationem perceptos fructus integros vir retinebit, & quartam partem mercedis locationis, ex qua ad divortii diem tres numerantur menses, quæ anni quarta pars est. Itaque cum quatuor tantum mensibus dura- C verit matrimonium, vir anni unius, & quartæ partis alterius fructus retinebit: quod si admittimus, illud quoque admittemus, si collectis vindemiis altera die dissidium intervenerit, virum integros fructus relaturum, quo nihil dici iniquius potest. Quamobrem si quatuor mensibus duravit matrimonium, & fructus percepti à die nuptiarum (percepti autem sunt in casu nostro vindemiæ fructus, percepta quarta mercedis anni instantis pars) si multo majores fructus sint quam pro tempore matrimonii, pro ratione temporis dividentur, ut si tertia anni parte stetit matrimonium, tertiam fructuum vir retineat, Fructus itaque vindemiæ cum quarta parte mercedis ejus anni in quem locatus est fundus, commiscebuntur, & ex ea pecunia viro tertia portio relinquetur, qui tertia quo- D que parte anni onera seosit matrimonii. Sed hoc apertius dicamus. Kal. Octob. uxorem duxi, dedit mihi in dotem vineam: fructus mei esse videntur, quos ea eo die ex vinea dotali percepi. Quare si vindemiis collectis fruendam locavi, exactis mensibus tribus locationis, quo tempore quarta mercedis pars mihi emerita est, uxor à me divertit, & vindemiæ fructus, & quartam mercedis partem videor meo jure posse retinere. Sed obstat æquitas, neque patitur te, & præcedentis anni fructus omnes, & instantis quartam partem retinere, qui quatuor duntaxat mensibus in matrimonio vixeris. Quare ad illud ibitur, ut vindemiæ fructus, & quarta mercedis pars confundantur, & commisceantur, et ex ea omni pecunia tertiam partem feras, qui tertiam quoque partem anni cum uxore vixeris. Cæ- E tera quæ ad eam speciem pertinent, exposui Julii Pauli 2. Sentent. tit.22.

Observ. Johan. Rober. Animad. lib.2. cap.10.

De auxilio vasalli.

T i t. XXXI.

Contra omnes debet vasallus dominum adjuvare, & contra fratrem, & filium, nisi contra alium dominum antiquiorem, hic enim cæteris est præferendus.

In veteri libro, quod non erat; quodque Interpres A non agnoveras, *Et patrem*, delevi. Igitur vasallus contra fratrem, et filium suum domino opem ferre debet, non ut arbitror, contra seipsum, non contra patrem suum, cui jure naturali, et civili debet fidem, obsequium, honorem, domino feudi jure civili tantum, non contra dominum antiquiorem, non contra Imperatorem, vel Regem, nisi sit συγχωλεμαῖος ἢ ὁμόλογος, id est, ligius. Excipi semper Imperatorem Fridericus voluit.

Quando filii in feudum non succedunt.

T i t. XXXII.

B Quidam habens filium ex nobili conjuge: post mortem ejus non valens continere, aliam minus nobilem duxit, qui nolens existere in peccato, eam desponsavit, ea lege, ut nec ipsa nec filii ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare quando eam desponsavit, quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad morganaticam, alibi, lege Salica, hic filiis ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem non succedunt, aliis extantibus, sed nec in feudo, etiam aliis non existentibus, qui licet legitimi sint, C tamen in beneficio minime succedunt. In proprietate vero succedunt patri: prioribus non existentibus, succedunt etiam fratribus sine legitima prole decedentibus secundum usum Mediolanensium.

Pactione fieri potest, ut filiæ in feudum succedant, habita cum domino in investitura. Pactione etiam fieri potest ut filii non succedant, non tantum habita cum domino in investitura, sed etiam cum fratre, ut dixi *supra* 2. *tit.*14. vel cum uxore in contractu matrimonii, ut supra 16. in hac specie. Titius filium ex nobili uxore suscepit, ea mortua duxit aliam ignobilem ea lege, ne filii ex ea nati ei succederent ab intestato, et omnino, ut neque ipsa, neque filii ejus amplius ex bonis suis ferrent, quam quantum dixerit dederitve, mane D die nuptiarum, quæ dictio donatiove à Græcis dicitur ὑπόβολον, Germanis *Morgencap*, sive *Morganghebа* in legibus Longobardorum sæpe, et Ripuariorum 59. et Alamannorum 56. quod mane die nuptiarum à viro in mulierem conferri soleat quasi ὄρθριον δῶρον. Greg. Turonensis in exemplo pactionis initæ inter Guntrannum et Childebertum Reges. Tam in dote, quam in *Morganghеba*, id est matutinali dono. Quin et Mediolanenses, cum in matrimonio intervenit ὑπόβολον, eadem ratione id dicunt contrahi ad morganatum, sive morganaticam, id est, dato hypobolo, data *morganghеba*, et ita Albertus Argentinensis in Chronicis, *Tanquam matri suæ per Rodolphum regem morganatico jure donatum*. Aliis locis, matrimonium contrahi lege Salica: nam ex lege Salica Francorum Orienta- E lium mane diei nuptiarum maritus uxori constituit ὑπόβολον. Nati autem filii ex patre nobili, matre plebeja, nobiles sunt, quia mater per nuptias nobilitatem adepta est, *l. mulieres, C. de dignit.* Contra nati ea patre plebejo, matre nobili, plebei sunt: nam et ipsa per nuptias facta est plebeja, *l.* 1. *C. eod. l. fœminæ, ff. de senat.* ut Virginia cum esset patriitia, per nuptias facta est plebeja, Livii x. idque congruit cum antiqua definitione juris, ut connubio interveniente liberi patrem sequantur semper, *l. cum legitimæ, ff. de sta. hom.* quod tamen Tricassini, et aliæ quædam nationes non servant: nam sive plebejæ nobilibus, sive nobiles plebeis nubant, filii melioris parentis condicionem sequuntur, nobiles, quæ et in veterum Glossis gen-

nades, et mulieres lucæ, ea forma, qua boves lucæ. Lactantius de opificio Dei. *Poteſtne aliquis cum videat etiam boves lucas cum immaniſſimis corporibus ſervire homini*, vulgo corruptiſſime, boves, et vaccas, aut equos. Sed redeamus ad rem. Titius, qui ex uxore nobili jam mortua filium habebat, duxit plebejam ea lege ne liberi ex ea ſuſcepti ab inteſtato ſuccederent, nolens, inquit, exiſtere in peccato, id eſt, ne faceret injuriam filio prioris matrimonii, et memoriæ uxoris primæ. Conventio valet, et filii ſecundi matrimonii, exiſtente filio primi matrimonii, neque in feudum, neque in alodem patri ab inteſtato ſuccedent. Non exiſtente filio, ſuccedent in alodem, non etiam in feudum. Succedunt quoque invicem in omnia bona, et præferentur fratribus conſanguineis ex patre tantum conjunctis, id eſt, filiis prioris matrimonii ſi qui ſuperſint, ſecundum *Nov.* 84. Succedent et ſine dubio fratribus illis conſanguineis, qui neque liberos, neque utroque parente conjunctos fratres eorumve fratrum filios reliquerint. Secundum hæc, quæ diximus, hæc pactio ſtrictius accipitur in alodiis, quam in feudis. In feudis enim valet, ſive extent filii prioris matrimonii, ſive non. In alodiis non valet, ſi deficiant filii prioris matrimonii, Feuda reguntur moribus: Alodia legibus, quibus abrogare omnino pactiones privatorum non poſſunt. Legibus autem eæ pactiones ſunt valde contrariæ, *l.pactum, C.de pac.*& in feudis tantum præcipue vim ſuam exercent.

Quando filia ſuccedit in feudum.

T i t. XXXIII.

SI fœmina habens feudum deceſſerit, quia fœmineum eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali: deficientibus filiis maſculis, ad filias pertinebit. Obertus, & Gerardus. Alii vero dicunt, niſi per pactum ſpeciale ad eas non pertinere, ſicut ſi datum eſſet maſculo, quia ſi ideo, quod eſt fœmineum, ſine pacto tranſit in fœminas, eadem ratione, quia eſt fœmineum, tranſire debet in fœmineam prolem, etiam maſculis extantibus, quod falſum eſt. Ex hoc illud deſcendit, quod dicitur clericum ullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, etiamſi poſtea hunc habitum poſtpoſuerit. Idem in omnibus, qui habitum religionis aſſumunt, ut Converſi: hi enim nec poſtea in feudo ſuccedunt, & ſi quod habent perdunt.

Sententiam hujus tituli expoſui lib. 1. tit. 12.

Patrem feudum amittente, filios non ſuccedere.

T i t. XXXIV.

VAſalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licite adquirat, ſcilicet gratiam ei faciente, verbi gratia, ſi non ſunt alii ex latere, quibus aperiatur. Ad ejus petitionem admittuntur, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui acquiſivit, & etiam uſque ad infinitum, dum tamen hos conſtet ab eo per maſculum deſcendiſſe.

Docet vaſalli delinquentis feudum nonnunquam ad agnatos pertinere, puta ſi in alium, quam dominum deliquerit, quod explicuimus 3. *tit.* 2. & eo tamen caſu excludi filios vaſalli, niſi id iterum à domino licite adquiſierint, ſcilicet gratiam ei faciente, ut fit plerumque deficientibus agnatis: & ita filia ſuccedit in feudum, ſi à domino poſtulaverit hanc gratiam apponi ſibi, ut *ſupra* 1. *tit.* 25. Gratia domini vocantur qui jure non vocantur: & potior eſt gratia jure. Vocari autem agnatos in infinitum: qua de re 1.*tit.*1. *§. hoc quoque ſciendum*.

'yne. non valere.

De Probatione inveſtituræ.

T i t. XXXV.

SIve clericus, ſive laicus ſit dominus, ad probandam novam inveſtituram ſemper pares curiæ ſunt neceſſarii: & ſine eis facta ſit inveſtitura, etiamſi dominus confiteatur factam, quia tamen ſine hac ſolemnitate facta eſt, non valet, etiamſi probari poſſit per breve teſtatum. Sed alii contra teſtantur: & ſi dominus confiteatur factam, decurrens poſtea ad * ſolemnitatem conſuetudinis, non audiatur, ſed tale habeatur, ac ſi pares affuiſſent, ſed alii, etiamſi probari poſſit per breve teſtatum, ut Obertus, & Gerardus, niſi à paribus curiæ fuerit confirmatum. Conſules tamen Mediolanenſes nuper quibuſdam contra reſcripſerunt, in quo fere omnes Mediolanenſes conſenſerunt, & conſentiunt, ut breve teſtatum non à paribus, ſed ab aliis confirmatum ſufficiat ad probandam novam inveſtituram. Novam inveſtituram dico, quando feudum primo quæritur. De veteri autem beneficio inveſtituræ, quæ fit à domini ſucceſſore, vel * vaſallo ſucceſſori, etiam extranei recipiuntur ad teſtimonium, præter fœminas, ſecundum uſum Mediolanenſem. Iſtæ enim nec in cauſis feudorum, nec aliorum recipiuntur ad teſtimonium, cæteri autem recipiuntur in omnibus, quæ ad cauſas feudi pertinent, præter quam de nova inveſtitura.

* vel. ſubtilitatem.

'yne. Romalia.

* vel. vaſalli.

Quæ ad hunc locum pertinent expoſuimus 2. *tit.* 3. 4. id tantum eſt omiſſum, in inveſtitura fœminas ut ſuperſint non poſſe rogari, ſicut nec in aliis actibus ſolemnibus. Et generaliter ſignificatur in more Mediolanenſi nec in feudorum nec in aliarum rerum cauſis mulierum teſtimonium recipi: quod fuit jus antiquum Pop. Romani, *l.* 1. *C. Th. de rap. virg.* Teſtes eſſe poſſunt. Superſtites eſſe non poſſunt. Teſtium duo ſunt genera, Teſtes, & Superſtites. Videnda *Nov. Leonis* 48.

Quot modis feudum adquiratur.

T i t. XXXVI.

SCiendum eſt itaque feudum acquiri inveſtitura, ſucceſſione, vel eo, quod habeatur pro inveſtitura, & ecce ſi dominus alicui coram paribus curiæ dixerit. Vade in poſſeſſionem illius feudi, & teneas illum pro feudo. Licet enim non interceſſiſſet inveſtitura, tamen tale eſt, ac ſi interceſſiſſet, quia ejus voluntate poſſeſſionem nactus eſt feudi nomine. Inde etiam dicitur, quod ſi aliquis probaverit ſe aliquid nomine beneficii aliquo tempore tenuiſſe domino præſente, & non contradicente, & ſervitium ejus quaſi à vaſallo recipien-

piente, licet non probet investituram, verumtamen obtinebit præstito juramento, nisi aliud contra inducatur. Quod autem dictum est, per pares probetur investitura, intelligendum est de eo domino, qui alios habet vasallos, cæterum sufficiunt. extranei. Nec dicatur ideo investituram, ubi sine paribus facta est; * valere, quoniam tunc temporis aberant pares, quia etiamsi absint, tamen expectandi fuerint. Sacramentum non semper est dandum possidenti, sed quandoque possidenti, quandoque petenti, quandoque neutri datur, & cum alicui horum datur, ita demum datur, si aliquid pro eo sit, quod judicem moveat, ubi nihil est, quod faciat pro aliquo eorum præter possessionem solam, tunc secundum quod judici melius visum fuerit, aut possidenti dabitur sacramentum, aut actore nihil probante, qui convenitur, etiam si nihil præstiterit, obtinet. Et cum datur, aut datur à judice, aut à parte, si à parte, aut subeat cum duodecim sacramentalibus secundum inferiorem distinctionem, aut referat pats, cui delatum est: si à judice, juret cui delatum est, cum duodecim. Vasallus cum sex parentibus cæteros si vult, habeat extraneos: dominus vero si vult, cum parentibus, aut cum vasallis solis, aut cum parentibus, vel cum extraneis mistis, vel vasallis, & jurabit vasallus semper sine mentione conscientiæ. Dominusque de suo facto similiter. De facto vero patris, vel avi, aut alterius ascendentis, juramento conscietiam solum apponet. In quibus causis sacramentum calumniæ à domino non exigetur, quod nuper Rex Fridericus in * Romandiola constituit, ut vasallus calumniæ sacramentum à domino non exigat: quod etiam à parte domini intelligendum est, ut quod quisque juris in alium statuit, ipse eodem jure utatur. Similiter vasallus dominum accusare, vel testimonium contra eum reddere non potest in civili causa, aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in civili modica licere, in quibus si contra fecerit, feudo privabitur.

*γρ. non valere.

*γρ. Roncalia.

Quod dicitur initio, quemadmodum accipiendum sit diximus 1. *tit.* 26. & pleraque ex his, quæ hoc titulo continentur 1. *tit.* 1. *§. si autem controversia: & tit.* 28. & multis aliis locis. Cum autem docuisset investitura feudum adquiri, statim subjicit, non aliter eam valere quam si fiat coram paribus, si dominus, & alios vasallos habuerit: cæteroquin sufficere extraneos, ut & supra dictum est 2. tit. 3. Valere igitur factam investituram coram extraneis, si nulli fuerint pares, vel etiam si qui sunt, absfuerint, ut *supra* 1. *tit.* 28. Est enim in hoc contextu ita legendum, Nec dicatur ideo investituram ubi sine paribus facta est non valere, quoniam tunc temporis aberant pares, quia etiam si absint, tamen expectandi fuerint. Et quod ait. Quia ratio est opinionis improbatæ, qua in eam nos vult compelli non debere. Præterea docet hoc loco deficientibus probationibus jusjurandum modo reo, modo actori deferri, modo neutri, arbitratu judicis, quod & variis locis demonstratum est superioribus libris: & notandum, quod ait ei plurimum deferri jusjurandum, à quo præsumptio facit, ut *tit. seq.* ubi si quæratur an unus testis præsumptionem, sive probationem semiplenam faciat, dicam hujus rei disquisitionem totam esse positam in arbitrio, & religione judicantium. Non haberi quæstionem ob unum testem, ne de servis quidem alienis probat *l. maritum, ff. de quæst.* quam male interpretes adstringunt ad servos proprios, nec temere igitur jusjurandum deferri ob unum testem: quem tamen momentum aliquod adferre volunt vulgo ex *l. Theopompus, ff. de do. præl.* male accepta, ut Alciatus docuit. Ad hæc duo facit hoc loco genera jurisjurandi, unum quod à judice, alterum quod à parte defertur, hoc voluntarium soleo dicere, quia ex pactione, & conventione venit, *l. 1. l. qui jurasse, §. ult. l. sed & si servus, §. ult. ff. de jurejur.* sive in judicio deferatur, sive extra judicium, de quo in *l. 17. in pr. & l. 28. §. ult. ff. eod.* Illud judiciale. Necessarium est, quod refertur, ὅρκος ἀναγκαζόμενος: necessario enim jurare debet is cui refertur, nisi velit rem amittere, ut 1. *tit. ult. & 2. tit. 3. &* 15. Refertur voluntarium, quod delatum est. Judiciale non refertur, Jurare autem debet pars cui defertur jusjurandum cum XII. sacramentalibus, Vasallus cum sex cognatis, alios necesse non est esse cognatos. Dominus cum XII. cognatis, vel cum XII. vasallis, aut partim vasallis, partim cognatis, partim extraneis, partim cognatis: qua in parte erat hic contextus misere depravatus. Subjicitur, & alia differentia inter dominum, & vasallum. Vasallus jurac semper sine mentione conscientiæ, puta se investitum à L. Titio, non se credere, aut existimare: nam & si successione ad eum feudum pervenerit, investitus fuie de veteri beneficio. Dominus autem de suo quidem facto jurat præcise, puta se investituram, non fecisse, de facto parentum suorum non ita jurat, sed se nec scire nec credere factam à parentibus investituram, quia nec posset de eorum facto præcise jurare liquido, ut *infra* 72. ubi etiam adjicit, semper, ut hoc loco ex Veteribus reposui. Et jurabit vasallus semper sine mentione conscientiæ. *In quibus.* Regulariter qui defert jusjurandum, jurat ipse prius de calumnia, *l. 12. §. pen. ff. rer. amot. l. 34. §. qui jusjurandum, l. 37. ff. de jurejur. l. ult. C. de fideic. l. delata, C. de reb. cred.* Sed remitti id legimus patrono, non liberto. At in his feudorum causis tam vasallo, quam domino remittitur. Potes hujus loci argumento, si tantum auctoritatis ei dederis, tentare idem dandum esse liberto, ut sit jus æquabile. Potes & hoc generaliter extendere in litem totam, & in litem omnem, ut etiam quod ultro uni ex litigatoribus concesserit princeps, eo fruatur pars adversa, ne plus oneretur unus, quam alter, & quod remittitur uni, ut remittatur etiam alteri, *l. ult. C. de fruc. & lit. exp.* In formula jurisjurandi est inæqualitas, sed necessaria, In condicione sacramentalium est inæqualitas, sed parvi momenti. Id autem ne dominus feudi juret de calumnia refertur Fridericum constituisse in Roncalia: sic legendum, non Romandiola: & est similis error infra 49. Romandiola est exarchatus Ravennæ. Roncalia, sive Roncaliæ, campi supra Padum non procul à Placentia, in quibus solebant olim Imperatores conventus agere solemnes. Abbas Urspergensis: *Roncaliæ mos Langobardorum est justitiam suam requirere, & ab Imperatoribus recipere.* Guntherus 2. Ligurini:

Roncalium properat rapidis attingere castris:
Est locus Italiæ modicum sejunctus ab urbe,
Cui quia pulchra situ placet inde Placentia nomen:
Et alio loco:
Cura Roncaliis certo mandatur habenda
Tempore, &c.

Illud postremo adjicit, vasallum adversus dominum non audiri, nec in civili nec in criminali causa. Et quod ait, *Modica*, erat locn motum. Id infra reposuimus hoc modo. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in civili modica licere: qua de re lib. 2. titulo 5.

Si inter dominum, & vasallum de beneficio contentio sit.

T i t. XXXVII.

Si inter dominum, & vasallum controversia sit de beneficio, possidente domino, & vasallo in probatione deficiente, qui convenitur, nullo præstito sacramento absolvatur: vasallo vero possidente, & actore in probatione deficiente, si longa sit vasalli possessio, ejus juramento causa finiatur: ubi vero nova est possessio, sacramentum ei non præstabitur, sed domino deferetur, nisi aliud faciat pro possidente.

Poni videtur hoc loco alia differentia inter dominum, & vasallum. Agente vasallo, nec probante, domino defertur jusjurandum, ut 1. *tit.* 1. §. *si autem controversia*. Hic dicit ei jusjurandum remitti: quod ita abscisse accipiendum non est: alioquin remitteretur etiam vasallo, ut *sup. tit. prox.* §. *in quibus*. Sed remittitur domino officio, ut *sup. tit. prox.* non jure ipso, licet frequenter remittatur. Domino non probante, vasallus jurat si longa ejus possessio fuerit: si nova, dominus nisi magna præsumptio faciat pro vasallo: quod totum pendet ex arbitrio judicis: ut 1. *tit.* 1. §. *cum autem*: & 7. & 2. *tit.* 11. §. *ult.* & 15. & *hujus libri tit.* 2. 3.

De lege Conradi.

T i t. XXXVIII.

Lex Conradi de beneficiis, quæ dicit: Si inter Capitaneos controversia sit, coram Rege finiatur: si inter valvasores, coram paribus curiæ, Mediolani non tenetur, sed talis distinctio ibi observatur: quia si inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controversia fuerit, quorum uterque à Rege se dicit investitum fuisse, tunc causa coram eo decidatur: Cæteræ veru causæ apud pares curiæ.

Si inter pares duos de aliquo beneficio controversia sit, quorum uterque suum feudum proprium esse dicat, sive afferant eundem investitorem, sive diversos, coram judice, vel arbitro finiatur. Sed cum unum producunt investitorem, si possidenti sine fraude dominus guarentare voluerit, ipse obtinebit, nisi adversarius contra aliquid induxerit.

Ex eadem lege descendit, quod dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non potest, quod Mediolani non obtinet: ibi enim sine curia etiam beneficium totum recte alienatur: dum tamen aut æquali domino, aut majori vendatur. Inferiori vero sine vasalli voluntate non licet partem alienare, etiam majori retenta parte alia feudi, verbi gratia, Est vasallus, qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet, si partem feudi in uno loco vendat, in alio sibi teneat, iste non debet emptori servire, sed per priorem dominum totum beneficium recognoscere, cum curia vero cuicunque beneficium etiam rustico, & sine vasalli voluntate potest, dum tamen totum alienet. Ober.

A Quidam autem dicunt, ut Gerardus, non valere si fiat inferiori.

Similiter nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit, in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, quæ feudum servire possit: ut si dans miles est, & ille, qui accepit, inveniatur miles, ab hoc ut feudum si contigerit, domino similiter servire, ut & prior possit, & hoc dare liceat in infinitum. In quibusdam tamen curiis ultra tertiam personam feudi consuetudo non extenditur, ut cum feudum pervenit in quartam personam, ei auferre dominus possit. Profecto ille, qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet B alia lege dare, nisi qua ipse habeat: ut si habeat sibi suisque heredibus (quod intelligi debet de solis masculis) nun debet alii dare, ut habeat ipse, & sui heredes masculi, & fœminæ. Unde quibusdam placet, quod eo ipso beneficium amittat Gerardus, & alii, & cui dedit, & cui datum est, beneficium perdit. Secundum alios vero, ut Obertum, tunc domino aperitur, cum masculi defecerint.

De primo capite Constitutionis Conradi diximus lib. 1. sed dicit eam Mediolani non servari, nisi de beneficio regalis sit. Cæteras capitaneorum lites agitari coram paribus, non coram Rege, id est, Imperatore. C Adjicit auctor sequutus sententiam ejusdem Constitutinnis, litem de feudo, quæ est inter duos pares dirimendam esse à judice ordinario, vel compromissario: quod quemadmodum accipiendum sit diximus 1. tit. 15. & 2. tit. 15. & si forte unum eundemque investitorem producant, ait secundum possessorem dandam esse litem, cui guarentare voluerit, id est, pro quo liti subsistere, & defensionem suscipere voluerit. Est enim antiqua Germanorum vox *Guarent*, qua significatur auctor, qui de evictione tenetur. Is igitur quem dominus defenderit, in possessionis causa obtinebit. In principali autem causa vincet, qui de jure suo melius docuerit. In contextu emendavi. *Si possidenti sine fraude, dominus guarentare voluerit, ipse obtinebit*. *Sine fraude*, id est, sine vitio, ut in Constit. Friderici *de pace ten.* §. *si duo*. D *In* §. *ex eadem*, ponitur aliud caput legis Conradi, ut dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non possit, quod exposuimus lib. 1. tit. 22. Contempserunt id etiam Mediolanenses, ut & Constitutionem Friderici de petenda investitura intra annum, & diem, & alias plerasque, qui Imperatoribus prope natura fuere semper infensissimi. Et è contrario vasallum quoque non posse feudum alienare sine domini voluntate. In feudum tamen alii rursus dare posse, dummodo militi det, cum & ipse miles est, ut sup. 22. & eadem lege qua accepit: nam accepit sibi, & suis heredibus, quod de masculis intelligitur, ut sup. 1. tit. 8. non potest dare alteri ejusque heredibus tam masculis, quam fœminis, aut si ita dederit, feudum statim domino aperietur, vel non statim, ut Obertus existimat, sed cum masculi defece- E rint: quæ sententia humanior est. Potest quidem arctiori lege, quam ipse habeat in alium feudum transferre, ut est in fragmentis, sed non meliori, ne deteriorem feudi causam faciat, ut sup. 2. tit. 9. §. *è contrario*. Item ultra tertiam personam feudi consuetudo (sic legendum, non concessio, id est, proprium jus feudi, ut 2. tit. 3. §. ult.) non extenditur. Capitaneus feudum suum dat majori valvasori: major valvasor minori: minor valvasino feudi consuetudo non servatur; nam ei feudum auferri quandocunque potest ab eo, qui dedit vel à majori domino, cui tamen si concurrant preferetur, qui dedit. In curia Mediolanensi feudi consuetudo in infinitum extenditur: idemque juris est valvasinis, quod valvasoribus, ut sup. 1. tit. 1. & 3. 2. tit. 10. quo

jure

jure utimur. Ejusdem Constitutionis, quæ integra proponetur sequenti libro: de successione feudi aliud caput Gerardus exposuit tit. 1.

De pœna inficiantis feudum.

TIT. XXXIX.

SI fuerit inter vasallum de beneficio controversia, domino dicente, hoc, quod tenes in feudum à me habes: ille vero negaverit prorsus, si quidem probatum fuerit: ipsum ab eo auferatur. Sed cum dubitanter responsum fuerit, nescio, minime, secundum quosdam, sed secundum alios ut O & G, tunc demum eo privabitur, si fraudulenter, id est sciens non negaverit.

Quæ scripta sunt ad tit. 5. & in hunc transferantur.

Ut successor clerici investitoris feudum tradere cogatur.

TIT. XL.

CLerico investituram faciente de suis bonis, ejus successor omnifariam cogitur eam adimplere, cumque de bonis Ecclesiæ eam fecerit si possessio rei pro beneficio investitæ penes eum fuerit, ipse & ejus successor ipsam adimpleant, quod etiam in laicis contingit. Ubi vero de alterius feudo fecerit investituram, si quidem pure, non valeat, sed si sub tempore, vel conditione quo feudum sibi aperiatur, valebit investitura etiam sine voluntate vasalli facta. Si tamen ante decesserit investitor, quam feudum ad eum revertatur, successor non cogitur eam habere ratam: aut eum se vivente feudum apertum fuerit, possessionem tradat, & investituram adimpleat, & ideo sciendum est Archiepiscopum Mediolanen. non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico invenerit, sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto alii Episcopi, & clerici ea, quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederunt, & hodie dant.

Aut de suis bonis clericis investituram fecit, aut de bonis Ecclesiæ, si de suis, ex ea investitura heres ejus tenetur omnimodo. Si de bonis Ecclesiæ, quæ tenuit, is etiam similiter, qui ei in functione Ecclesiastica successerit, ex ea investitura tenetur: quod pugnat cum 1. tit. 27. & ibi explicatum est. Si de bonis Ecclesiæ, quæ alius tenebat in feudum, aut pure eam fecit, aut in diem, vel conditionem. Pure facta non valet. In diem, vel conditionem ita demum si eo vivo, qui investituram facit dies venerit, vel conditio extiterit, id est, si ad eum feudum redierit, quod tempore secundæ investituræ alius tenebat, ut *sup. 1. tit. 1. §. si vero Archiepiscopus, & tit. 5.* Ad hæc adjicit, Episcopum, quod invenerit in dominico introitus sui tempore, puta, feudum quod ad Ecclesiam redierat, alii recte in feudum dare, rem nempe solitam in feudum dari. Excipit solum Archiepiscopum Mediolanensem, Ecclesiæ ejus amplificandæ studio, ut mos inoleverat, quæ & multa alia privilegia habuit, & Ambrosii nomine Christianis omnibus fuit in honore præcipuo.

De vasallo imperfecto.

TIT. XLI.

MUtus, & surdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiamsi sic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit. Obertus, & Gerardus, & multi alii. Quidam tamen dicunt, eum qui talis natus est, feudum retinere non posse, quia ipsum servire non valet. Sic dicemus in Clerico, & in fœmina, & in similibus.

De muto diximus 1. tit. 2. §. ult. de clerico 2. t. 21. de fœmina variis locis. Eadem est ratio surdi, cæci, claudi, manci, debilis ad mandata servitia.

De vasallo, qui occidit fratrem suum, vel domini sui.

TIT. XLII.

SI quis interfecerit fratrem domini sui, non ideo beneficium amittit: sed si fratrem suum interfecerit ad hoc, ut totam hereditatem habeat, vel aliam feloniam commiserit. Verbi gratia, Hominem tradendo: ut in curia amplius stare non possit, privabitur beneficio, quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit, eodem prorsus observando quantum ad ordinem graduum, qui continetur in legibus. Cum autem ad dominum respicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

Hæc exposuimus *lib. 1. tit. 2. & 3. tit. 2. Eodem prorsus* Observati ordinem graduum, qui jure civili descriptus est.

Non teneri vasallum offerre servitium.

TIT. XLIII.

NOn cogitur vasallus omnino secundum usum Mediolanensem dominum adire, & servitium ei offerre, sed cum nunciatum ei fuerit, tunc domino si potest serviat.

Vide lib. 1. tit. 20.

De alienatione feudi.

TIT. XLIV.

SI vasallus contra constitutionem Lotharii Regis beneficium alienaverit, si totum, perdit totum: si partem, partem perdit, & ad dominum revertitur: & ideo si contra unum dominorum, quorum communis vasallus erat, fecerit feloniam, eum forte eucurbitando, ejus solius parte privabitur: & si voluerit unius solius partem refutare, aliis sibi reservatis, hoc facere poterit, quia vasallus etiam domini voluntate recte feudum refutare potest. Post refutationem autem, ad servien-

viendum quidem non tenetur, sed eum offendere non debet. A

Ex constitutione Lotharii, vasallus qui feudum alienat sine voluntate domini, feudum amittit, feudum amissum ad dominum revertitur: & hoc est, quod dicitur, alienatione feudum domino aperiri. De eo Constitutio Lotharii loquitur, qui totum feudum alienat, sed porrigitur à Friderico etiam ad eum, qui partem alienat, quem tamen ob alienationem partis non dicemus totum feudum amittere, ut olim totum feudum amittebat, qui supra dimidiam alienabat, sicut docui libro primo. Amittet igitur eam tantum partem, quam alienavit, idemque dicemus in eo, qui partem feudi inficiatur: idem in eo, qui delinquit in unum ex dominis, & in eo, qui unum ex dominis partemve feudi B
refutat in manus domini sui: quæ refutatio liberat quidem servitio, sed non honore, ut exposuimus, sup. 2, tit. 14.

De alienatione paterni feudi.

T i t. XLV.

Alienatio feudi paterni non valet, etiam domini voluntate, nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficium quandoque fit reversurum: nec in filiam vasallus feudum poterit confirmare, agnatis consentientibus, vel postea C
ratum non habentibus, & licet prohibeatur beneficii alienatio, inter agnatos tamen si paternum fuit, concederetur: & si libellum unus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio.

Feudum, aut novum est, aut genearchicum. In alienatione feudi novi sufficit consensus domini, nec agnatorum exigitur. In alienatione feudi genearchici, & domini, & agnatorum consensus necessarius est: agnatorum, inquam, proximorum. nam proximiores agnati in his, quæ veniunt à communi parente, jus habent successionis, & jus προτιμήσεως, non in aliis bonis. In feudis ergo paternis non novis. Ratihabitio autem hac in re consensum imitatur, & retrotrahitur, ut in aliis D
plerisque jure civili, imo omnibus sine ulla distinctione ex Constitutione Justiniani, sedata controversia inter Sabinianos, & Proculianos, quæ fuit olim ea in re. Consensu consumitur jus successionis, & jus προτιμήσεως, & jus commissi, ut docui nescio quo loco supra. In refutatione non est necessarius consensus domini, vel agnatorum. Sed si refutando feudum, id velit vasallus in filiam, vel in extraneum confirmare volente domino, huic confirmationi etiam agnati consentire debent: idem si in ulteriorem agnatum, secundum ea, quæ diximus tit. 14. quia hæc refutatio alienatio est. Et sic è contrario ponitur hoc loco unus casus, quo in alienatione domini consensus non exigitur, si vasallus feudum alienaverit proximiori agnato: quia hæc alienatio refutatio est potius quam E
alienatio. Potest autem refutatio meri invito domino, ut *tit. prox. supra.*

De feudi controversia inter dominum, & vasallum.

T i t. XLVI.

Si inter dominum, & vasallum de beneficio fuerit controversia, coram paribus finiatur. Ubi autem dicit vasallus prius de suo recto feudo debere se à domino investiri, si quidem sine controversia de alio sit vasallus, indubitanter primo investiendus est, & postea cognoscendum est, quod sit suum rectum feudum, & quod non. Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quo controversia est, tunc tota causa prius ventilanda est: & sic videndum utrum postea investiendus sit.

Hic locus explicandus est ex tit. 20. lib. 2.

De fidelitate pugnam non fieri.

T i t. XLVII.

Non est consuetudo Mediolani, ut de felonia, aut de infidelitate pugna fiat, licet contrarium sit, quod præcipit lex Langobardorum, ut de infidelitate pugna fiat.

Cum lex duellionum impia vigeret, non omnis tamen lis ea dirimebatur. Unde quæritur, an si de commisso feudo ob turpitudinem aliquam, aut perfidiam lis sit, hæc duello dirimi possit. Lex quidem Langobarda ita vult, & armis militaribus, non fustibus, *l. quibuscunque, Lang. qual. se quis def. deb.* Itemque Henrici 1 t. Constitutio quædam, sed ut ait, Mediolani non observatur. In aliis causis plerumque fustibus, & clavis singulare certamen iniri solebat, *l.* 84. *Lang. de fur.* & inde Constit. Neap. 2. tit. 37. præcipitur, ut singulares habeant clavas puras, id est, sine spinis, sine aculeis. Exercere etiam olim se milites solebant clavis ligneis, non invicem, ut decertant singulares, sed ad palos, auctore Vegetio 1. cap. 1 t. 12. 14. quod Platoni est γυμνάζεσθαι πρὸς εἴδωλα ἄψυχα, 8. Legum.

Quando vasallus feudum fiat.

T i t. XLVIII.

Si à morte vasallus dominum liberare potuerit, & non fecerit, beneficio carebit, sed licet potuerit facere ne dominus in peccatum præcipitaretur veluti perjurium, non tamen feudo privandus erit.

De hac re diximus satis 3. tit. 1.

De Capitolis Conradi Regis factis in Roncalia.

T i t. XLIX.

Hæc sunt capitula, quæ rex Conradus fecit in * Romandiola de beneficiis. Constituit * *ap. Roncalia.*
enim ut si post mortem domini vasallus, vel post mortem vasalli heredes ejus per annum, & diem steterint, quod dominum, vel heredem ejus non adierunt, fidelitatem pollicendo, & investituram petendo, si tale sit beneficium, ut fidelitas sit præstanda, ipsum perdat, sicut & antiquitus consuetudo fuit, sed non Mediolani.

Præterea ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante præscriptione revocare. Similiter in petendis hostenditiis: hostenditiæ dicuntur adjutorium, quod faciunt dominis Ro-

Romam cum rege in hostem pergentibus vasalli, qui eum eis non vadunt. Verbi gratia, in Lombardia dimidiam, in Theutonica terra tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solummodo ejus anni quo hostem faciunt. Item si clericus, veluti Episcopus, Abbas, beneficium habens à Rege datum non solummodo personæ, sed Ecclesiæ, ipsum propter suam culpam perdat, eo vivente, & Ecclesiasticum beneficium, vel honorem habente ad Regem pertineat: post mortem vero ejus, ad successorem ejus revertatur.

Vetus liber pro Romandiola habebat Roncalia rectissime, ut supra 36. quo loco etiam Lotharius edidit Constitutionem de feudis alienandis, & aliam Fridericus de privilegiis studiosorum. Sed perperam retinebat Conradi nomen: cum vero verius sit hæc quatuor capita Friderico deberi, Constitutione eodem loco promulgata. De tribus sane constat esse Friderici: ex Constitutione ejus proposita libro quinto, ut feudum amittat vasallus, qui non jurat fidelitatem intra annum, & diem, ut nulla præscriptione repellatur dominus revocans alienationem feudi sine suo consensu factam: Ut vasallus, qui non respondet ad delectum, reditus annui certa parte multetur. Quartum autem, ut si clerico concessum sit feudum non tam personæ, quam Ecclesiæ respectu, ob culpam clerici ad dominum redeat, mortuo clerico à domino ad Ecclesiam, & si ea Constitutione non comprehendatur, tamen ab Othone Frisingensi, Friderico palam adscribitur 2. cap. 11. Quorundam, inquit, Episcoporum regalia personis tantum, quia nec personis, sed Ecclesiis perpetualiter à principibus tradita sunt, à Friderico Roncaliis abjudicata fuere, quod expeditione Italica sequuti Imperatorem non fuissent: quod ita Guntherus:

-- Talia regalia jura
Amisere nota, personæ scilicet ipsæ
Non tamen Ecclesiæ: neque enim, quod pastor inique
Gesserit, Ecclesiæ fas est in damna refundi.

Nulla obstante præscriptione. Ergo nec præscriptione 30. annorum, quæ tamen in aliis feudorum causis valet, ut *sup. 6. & lib. 2. tit. 9. §. pen.* Sed putem etiam domino revocanti alienationem obstare præscriptionem 30. annorum, & Constitutionem Friderici esse tantum accipiendam de præscriptione longi temporis, ut recte Guntherus sic eam expresserit.

Nullaque, vel longi præscriptio temporis obstat,
Quo minus ad dominum redeant translata priorem.

Constantinus Porphyrogenneta exigit præscriptionem 40. annorum. *In Lombardia*. Emendavi 1. tit. 20. ex Constitutione Friderici, & manuscriptorum integriori fide. *In Lombardia dimidiam, in Theutonica tertiam partem fructuum, &c.* Duo erant regna, Lombardicum, & Theutonicum. In Theutonico, Bajoaria. Svevia, Saxonia, Thuringia, Frisia, Lothatingia, ut Otho Frisingensis scribit.

Cujus juramento stetur in quæstione feudi.

Tit. L.

Item sciendum est, quod si inter masculum, & fœminam controversia fuerit, masculo dicente, hoc est feudum, fœmina negante, nisi apertis probationibus fœmina ostenderit non esse feudum, creditur masculo suo juramento affirmanti cum duodecim sacramentalibus. Sed si inter dominum, & fœminam, domino dicente feudum, fœmina negante, probationibus deficientibus detur fœminæ sacramentum. Item si sit inter dominum, & emptorem feudi: si emptor dicat non esse feudum, domino in probatione deficiente, sacramento emptoris finiatur. Quidam tamen distinguunt, ut si magna eorum pars, quæ vasallus ibi tenebat, feudum sit, detur domino sacramentum.

Regula est reo dari jusjurandum, ut dixi supra 2. & 3. si lis sit inter dominum, & emptorem inter dominum, & agnatum, vel agnatam. Sed si lis sit inter agnatum, & agnatam, agnato potius, quamvis actor sit, deferetur jusjurandi conditio, deficientibus probationibus. Item si præsumptio faciat pro domino, defertur potius domino, quam fœminæ, vel emptori. Præsumptio est pro domino, si eorum, quæ in eo agro venditor possidebat magnam partem constet esse feudum: nam & vendita adfinis pars præsumitur feudum. Quæ vasallus ibi tenebat, id est, venditor. In extremo delevi hæc verba, *alibi fœminæ*.

Electionem dari emptori feudi, cui feudum restituat, domino an vasallo ignoranti.

Tit. LI.

Domino cum emptore feudi agente, si vasallus jurare poterit, quod ignorans esse beneficium vendidisset, credens proprium, electioni emptoris committitur utrum domino, velit ipsum credere an vasallo restituere. Obertus dicit omnia vasallo restituenda. Quo restituto, id beneficium vasallus retinebit, non nocente venditione: eo quod ignorans alienavit, & quod dicitur alienatione feudum aperiri domino, intelligendum est cum à scientibus venditur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem est in omnibus alienationibus.

Feudum ex Constitutione Lotharii alienatione domino committitur, si vasallus sciens vendiderit, quia dominum contemnere videtur, qui eo invito, vel ignorante feudum alienat, ut sup. 3. tit. 3. Ignorans est extra omnem culpam. Igitur si ignorans vendiderit, feudum domino non committitur, sed id vasallus ab emptore cognita veritate repetere potest, ignoranti emptor præstita indemnitate, ut supra 20. Quod si id dominus ab emptore repetere occupaverit, emptoris est electio cui feudum restituat, petitori an venditori. Si venditori, judicio absolvetur: si domino multo magis: sed id deinde à domino vasallus repetere poterit, Obertus sublato circuitu malebat soli venditori restitui.

Vasallum de feudo agere, & conveniri posse.

Tit. LII.

Si controversia inter vasallum, & alium de beneficio fuerit, adversario propietatem totius vel partem, vel servitutem, vel aliud aliquod jus sibi vindicante, causa per vasallum etiam domino absente quasi propria ad finem perducatur, ipse solus utiliter agendi, & excipiendi habet potestatem, & si pro eo, aut contra eum judicatum fuerit, vel cum adversario transegerit dummodo fraudulenter factum non sit, etiamsi post beneficium domino aperiatur, tale erit, ac si eo causam

agen-

agente judicatum fuisset, & ideo ab eo ratum haberi oportebit.

Vide supra tit. 23. & lib. 2. tit. 9. in princ.

De feudi alienatione, & recuperatione.

TIT. LIII.

PRæterea si vasallus ante Constitutionem Lotharii Regia feudum alienabat, quod in quibusdam curiis pro parte, in quibusdam pro toto olim licebat, & ipsum postea recuperabat, pro feudo sibi retinebat, hoc est in causam feudi recadebat, hodie autem si ipsum alienaverit, si quidem illicite, licet postea recuperaverit, tamen penes eum non remanebit, utpote domino, ad quemcumque pervenerit, apertum. Profecto si domini voluntate vendiderit, vel per libellum, vel aliter alienaverit, si idem postea recuperaverit, penes eum remanebit, non jure beneficii, sed aut proprio, aut pro libello, aut aliter secundum quod idem recuperaverit, dummodo sciat, quod si ad libellum domini voluntate id dederit, si quidem pro libello ei datur singulis forte annis, & hoc jure feudi censebitur. Illud vero jus, quod per libellum transtulerit, & postea recuperaverit, pro beneficio non tenebit, sed velut alterius rei datæ per libellum si feudum domino refutaverit, per libellum retinebit.

JUre antiquo feudum alienare vasallus poterat, jure libelli in totum, vel pro parte etiam invito, aut ignorante domino: jure libelli, non jure proprio. Id ergo emptor jure libelli retinebat non jure feudi, ut dixi 1. tit. 2. Cum autem id postea recuperabat vasallus, rursus prædium veri feudi naturam recipiebat. Constitutionibus Caroli Magni cavetur, ne vasallus vendat feudum fiducia contracta, ut mox idem redimat in alodem ab eo cui vendiderit etiam in alodem, legis Franciæ 4. cap. 51. quia fidem fallere videtur, qui per hanc causam ipse sibi mutat possessionis causam. Hodie Constitutionibus Lotharii, & Friderici, ne partem quidem feudi alienare sine domini consensu vasallus potest, & alienatione feudum domino aperitur, usque adeo, ut si id mox vasallus receperit, non possit retinere invito domino, quod cecidit semel in commissi causam. Sed si domini voluntate vasallus feudum vendiderit, & deinde recuperaverit, id eo jure habiturus est, quo recuperaverit, non feudi jure pristino invitus. Si tamen per libellum alienaverit, eoque nomine ei quotannis inferatur pensi certa, quia non omne jus abalienavit, pensionem retinebit jure feudi. In fine emendavi. *Sed velut alterius rei datæ per libellum si feudum domino refutaverit per libellum retinebit*, id est, si declaraverit se jam amplius ea re quasi feudali uti frui nolle.

An agnatus, vel filius repudiata hereditate possit feudum retinere.

TIT. LIV.

SI contigerit vasallum sine omni prole decedere, agnatus ad quem universa hereditas pertinet, repudiata hereditate feudum si paternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hereditario aliquid propter feudum solvere cogitur, sed in fructibus si quos reliquit, ut de eis debitum solvatur, quo tempore decesserit (secundum quod supra diximus) considerabitur. Ubi vero filium reliquit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare: sed aut utrumque retinet, aut utrumque repudiat: quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit, & licet alterum sine altero retinere non possit, agnatis tamen consentientibus poterit dominus eum si voluerit quasi de novo beneficio investire, quo facto licebit ei repudiata hereditate feudum tenere: nullo onere hereditario imminente.

Agnatus cui delata est hereditas defuncti, potest separare bona feudalia ab alodiis, & feuda jure suo retinere quasi à communi parente profecta, alodia repudiare: quo casu alodia in solidum agnatæ si quæ sint ejusdem gradus jure accrescendi vindicabunt, vel agnati agnatæve sequentis gradus ex successorio edicto, vel cognati, vel uxor, vel fiscus secundum ordinem legum. Agnatus qui sola feuda retinet ære alieno defuncti non obligabitur: & fructus feudi ejus anni, quo vita functus est vasallus, dividentur inter eum, qui subierit hereditatem & agnatum vasalli, qui hereditatem repudiavit eodem modo quo inter dominum, & heredem vasalli dividi eos dictum est supra 30. Et hac in re differentia inter agnatum, & filium: nam filius non potest separare alodia à feudis, ut infra 64. nisi consentientibus agnatis, ut additur hoc loco: his enim consentientibus repudiata hereditate potest amplecti feuda, ita tamen, ut de eis quasi de novis beneficiis investiatur, non quasi de veteribus, & suis rectis feudis. Hereditatem repudiatam suscipient agnati ex successorio edicto, Est & in feudo repudiato locus successorio edicto, non in feudo refutato, ut 2. tit. 14. Repudiantur delata nondum adquisita. Refutantur adquisita. Post adquisitionem autem nec locus est successorio edicto, nec juri accrescendi. Rationem differentiæ inter filium, & agnatum vulgo non explicant, quæ mihi videtur esse hujusmodi. Agnatus in feudo tantum genearchico succedit, non in feudo novo: & ideo non videtur id à defuncto accipere, quam à communi parente, puta avo, vel proavo, qui id primus adquisivit, ut si feudum adquisierit avus meus, & ab eo in patrem meum transierit, à patre autem obvenerit mihi, me mortuo sine liberis, in id succedet patruus meus quasi in feudum patris sui, non quasi in feudum meum, ut infra tit. 18. & ideo repudiata hereditate mea poterit feudum quasi patris sui feudum retinere, & debitis oneribusve hereditatis meæ non obligabitur. Quin & ipse testamento non potero in fraudem patrui mei illud feudum in alium conferre: ut 1. tit. 4. Hæc de agnato. Filius autem succedit patri non tantum in genearchico feudo, sed etiam in novo, & genearchicum, puta, quod descendit ab avo etiam capere videtur à patre suo, non ab avo, cum in ejus successione patruo suo præferatur, qui tamen erat proximior avo: qua de causa non aliter admittitur in feudum avitum, quam quasi heres patris, & ideo separare bona non potest: hereditas enim scindi non potest. Repudiata igitur hereditate non poterit feudum retinere, nisi consentientibus agnatis. Quin & si agnati consenserint, id quasi paternum non retinebit, sed quasi novum, & consentione hujusmodi sibi periment agnati jus successionis, ut infra 58. Et consequenter si exheredatus sit excludetur, cum tamen agnatus exheredatus non excludatur à successione feudi antiqui. Item tentari hac ratione potest patrem uni ex filiis feudum prælegare posse, ut consulvit Paulus Castrensis Cons. 163. Sed obstat lib. 1. tit. 4. quo Gerardus ait filios æqualiter succedere, nulla ordinatione defuncti in feudo manente. Et sane licet capere id filii videantur

rus

tur à patre; tamen, quia id pater conservare agnatis, A vel liberis suis debuit, non potest unum ex filiis eligere, exemplo lucrorum nuptialium, quæ superstes conjux servat liberis communibus, nulla electione concessa, *Nov.* 2. *&* 22. Et ita his libris quoties ponitur uni ex filiis feudum obvenisse in solidum, non electione patris, sed divisione ponitur obvenisse, *ut supra* 9. *& infra* 59. *&* 93. *&* 99.

Coram quo sit quæstio feudi ventilanda.

Tit. LV.

Ex eo, quod supra diximus, ut si inter duos de beneficio fuerit controversia, coram judice, vel arbitro finiatur, talis hic fit quæstio: B quodam sine filio decedente, alius credens beneficium, quod ipse tenebat, apertum domino esse, ab eo investitus est ejus beneficii nomine: è contra apparent agnati, qui feudum sibi vindicant quasi paternum. Est igitur quæsitum, an apud curiam domini, vel judicem sit hæc quæstio terminanda? responsum scio, quia ad dominum quodam modo causa spectare videtur, ad quem investitus habebit regressum de evictione, ut coram paribus finiatur curtis, & licet alter per se non possit alterum trahere ad curiæ judicium, generaliter tamen etiamsi in duos causa fuerit de beneficio, eos curia vocante non licebit eorum alicui ejus curiæ judicium declinare. C

Quæ ad hunc locum pertinent, repetenda sunt ex *lib.* 1. *tit.* 15. *& lib.* 2. *tit.* 15. *&* 20. *supra* 28.

De pœna domini feloniam committentis.

Tit. LVI.

Ex facto quæsitum scio, & ego à pluribus quæsivi, si dominus contra vasallum apertam feloniam fecerit, an sicut vasallus feudum debet D amittere, ita dominus proprietate privetur? Et quidam dicunt ex omni felonia, qua vasallus feudo privatur, & dominus proprietate privetur. Alii, non nisi ex magna felonia: alii, ex nulla. Sed prior sententia mihi placet, non habita distinctione qualis vasallus sit, utrum per sacramentum, vel non.

De hac re diximus 2. tit. 5. Vasallum per sacramentum vocat eum, qui juravit fidelitatem: cui adversus est is, cui pactione remissa est fidelitas.

Quando feudum licite alienetur.

Tit. LVII.

Si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui heredes, & cui ipse dederit habeant, quid juris sit quæritur, Respond. iste qui sic accepit, poterit id vendere, vel donare: vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare, & ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est. Sed qualitercunque ei datum fuerit, sive ad proprium, sive ad libellum, licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi censebitur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus & verum feudum. Ubi ergo sic datum est feudum, & cui in feudum dederis, aliud est, & propriam feudi naturam habet.

Voluntate domini licite alienatur: Sed in hac specie voluntas domini strictius accipitur, ut supra 25.

Quando pactum non obstat successioni feudi.

Tit. LVIII.

Tres erant agnati, vel plures: unus eorum habebat feudum, quod erat paternum, sed alter eorum finem, & refutationem ei, suisque heredibus, & cui ipse dederit, fecit: decessit iste sine filio masculo. Alter, qui non refutavit, vindicat sibi totum. Alter vero, qui refutationem fecit, vult ad successionem venire, pacto non obstante. Sapientes quidam Mediolanen. interrogati responderunt non obstare illud pactum, nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi ad hoc refutaverit, ut dominus eum quasi de novo beneficio investiret.

Hoc expofuimus lib. 2. tit. 24.

De natura successionis feudi.

Tit. LIX.

Successionis feudi talis est natura, quod ascendentes non succedunt: verbi gratia pater filio. Inferius vero filius patri succedit, & non filia, nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum. (Tunc enim succedit filia matri, & patri: secundum quosdam succedit nepos ex filia solus) & sic usque in infinitum, si feudum sit paternum. Paternum autem voco, quicunque ex superioribus id adquisivit, dummodo scias, quod si quis habens beneficium quatuor superstitibus filiis decedat, & feudum ad unum solum ex divisione deveniat, & iste superstitibus filiis duobus, vel tribus decedat, qui patrueles dicuntur, & ad unum eorum beneficium feudi ex divisione perveniat, & similiter iste superstitibus filiis decedat, ad quorum unum feudum similiter pervenerit, sicut etiam ex aliis superioribus, vel primis fratribus supersunt masculi, si ille, qui feudum habet, decesserit nullo filio relicto, an ad omnes, vel ad quos perveniat, quæritur. E Resp. ad solos, & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est, quod dicitur, ad proximiores pertinere. Isti vero proximiores esse dicuntur, respectu aliarum linearum: sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

In feudum parentes non succedunt: rationem exposui lib. 1. tit. 1. Id mores multarum nationum traxerunt ad alodia, sine ratione. Excipitur autem unus casus in fragmentis. Si contracta fiducia pater filium de feudo à domino curaverit investiri: nam ex pactione præmortuo filio recurret feudum ad patrem. In eisdem,

A eisdem, quod satis obscure scriptum est, Quidam dominus, &c. explicandum est ex his, quæ sequuntur hoc loco, Paternum, &c. ut linea ejus fratris cui divisione feudum obvenit quamdiu duraverit censeatur esse proximior, & præferatur lineæ alterius fratris. *Nepos ex filia solus*. Sic emendavi ex manuscriptis, & verissime. Si enim filiæ obvenerit feudum ex conventione, & filio decesserit relicto nepote, & nepte, nepos solus admittetur, ut 1. tit. 12. inf. 63. *Qui patrueles dicuntur*. Species ponatur hoc pacto: Titius feudum adquisivit, & reliquit filios quatuor, Primum, Secundum, Tertium, Quartum. Primus duos filios suscepit, Quintum, & Sextum, totidem, & reliqui fratres suscepere, qui liberi invicem sunt fratres patrueles. Sextus duos quoque filios suscepit, Septimum, & Octavum. B Feudum Titii obvenit Primo, à Primo transiit in Sextum, à Sexto in Octavum. Mortuo Octavo sine liberis, succedet Septimus: hoc non extante Quintus, patruus Octavi: rursus Quinto deficiente, atqoe ita linea Primi deficiente, in feudum æqualiter succedent Secundus, Tertius, Quartus, eorumve posteri. Patrui Magni Octavi, vel propiores sobrinis non succedent, quia ex Titio non prodierunt à quo feudum cœpit causam, & originem.

Beneficium in curia venditione non contineri.

T i t. LX.

Quidem Capitaneus in quadam curte sua beneficium dedit militibus, & postea eandem curiam vendidit, non habita mentione beneficii. Controversia est inter Capitaneum, & emptorem, dicente emptore se curiam cum beneficio emisse, domino vero contradicente ad eum beneficium non pertinere. Respondi illud beneficium in venditione non contineri, nisi expresse de eo actum sit.

Hanc quæstionem exposuimus supra 19.

Utrum filius vasalli feudum amittat vivo patre. D

T i t. LXI.

Quæsitum est apud me, si filius vivente patre dominium offenderit, ita quod feudum amitteret si pater decessisset, utrum feudum amittat, vel non: secundum istos, sic, secundum Gerard. & Obertum similiter.

Indignum esse filium successione feudi ob feloniam commissam vivo patre. Agnatum igitur si feudum fuerit paternum, vel dominum filio præferri. In hoc consentiunt omnes auctores: & in fine omnium quos habui integerrimus, & vetustissimus liber habebat, E *Respondi secundum Stephanum sic: secundum Gerardum, & Obertum, similiter*. Idemque confirmat Constitutio Friderici, quam his elegantissimis versibus Guntherus expressit.

Si patris dominum vasalli filius acri
Læserit offensu, festinet providus illum
Conciliare pater: quod si contemnet agendum,
Munere privetur, si vero audire monentem,
Filius indomita neglexerit aure parentem:
Non erit in feudo successor idoneus illo,
Ni prius accensam domini placaverit iram.

Non puniri vasallum ex sola cogitatione.

T i t. LXII.

Si voluerit vasallus dominum offendere, sed non laboraverit, feudum non amittit. Gerardus, & Obertus similiter etiam si laboraverit, non amittit feudum, nisi insidiatus ei fuerit, & hoc probatum fuerit.

Solam cogitationem solumve conatum vasalli non puniri. Insidias puniri amissione feudi.

De successione nepotis ex filia.

T i t. LXIII.

Similiter si quis investitus fuerit de feudo, ita ut fœminas transiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, & altera filiam, verum post mortem illarum masculus tantum feudum habere debeat? secundum Gerardum masculus tantum, Obertus contra: & è contra si filios ille habuerit.

C Si placuerit, ut fœminæ succederent; & filia reliquerit nepotem, & neptem; nepos solus admittetur. Et hoc est, quod dixi supra 59. secundum quosdam, nempe Gerardum, succedere nepotem ex filia solum, cum filia feudum obtinuit ex conventione: idemque est in nepote ex filio. Diximus hac de re 1. titulo 2. §. pen.

Differre agnatum à filio in successione feudi.

T i t. LXIV.

Filius non potest recusare hereditatem patris absque feudo, propinquus autem potest.

Rationem differentiæ explicui supra 54.

De contentione feudi inter filiam, & propinquum, vel inter vasallum, & emptorem.

T i t. LXV.

Si contentio fuerit inter filiam, & propinquum de hereditate, & de feudo, cum filia feudum habere non poterat, quia dicat ipsa: Hoc est de mea hereditate, & ille dicat, imo de feudo, electio propinqui erit decernere veritatem jurejurando. Gerardus, & Obertus, Similiter si contentio fuerit inter aliquem, qui emisset à seniore, & vasallum, quia dicat vasallus, Hoc est de feudo meo, ille autem neget, electio emptoris est veritatem jurejurando decernere, cum pares curtis veritatem non testantur. Gerardus, & Obertus.

Cum pares curtis veritatem non testantur: id est, deficientibus probationibus: & iis de rebus dictum est satis *supra* 2. 3. 50. *Decernere*. Forsitan discernere est rectius, ut *supra* 88.

De

De pacto legis commissoriæ.

T I T. LXVI.

SImiliter feudum lege commissoria datum non valet, id est si ad certum tempus pecunia non solvatur creditori, ut habeat in feudum. Gerardus, & secundum Obertum valet.

Non displicet inscriptio vetus hujus tituli, De pacto legis commissoriæ: nam ut pignoris hypothecam, & legem pacti, & pactum pacis, & actionem conditionis dicimus recte, cur non est pactum legis? De hoc autem re tractavi 1. *tit.* 29.

Ut feudum ad certum servitium dari possit.

T I T. LXVII.

SImiliter potest feudum dari ad certum servitium. Gerardus & Obertus.

Hoc est feudum condicionale, & sumatur exemplum ex 2. *tit.* 3. *§. ult.* Et hoc etiam cur refutari non possit non video: quod hic interpres tamen exagitat.

Quando feudum de camera sit dandum.

T I T. LXVIII.

NOtandum est in feudo, quod de caneva, seu camera dicitur, non debere dari nisi eum, sit in camera, vel caneva, unde solvi possit: vel si ita evacuata sit caneva sine culpa promissoris, expectandum est donec interim de caneva, vel de camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Non enim æquum est eum videre egentem, quem prius habuit in conjugem.

Hoc exposui *supra* 2.*tit.*2.& quod ait,conjugem *tit.*5. vulgo perperam additur, vel amicum.

Qui debeant interesse investituræ.

T I T. LXIX.

QUod autem pares tantum debeant interesse investiruræ feudi, & non alii, hoc tunc verum est cum dominus vasallos alios habuerit. Alioqui adbibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen, argumentatione legis de ultimis voluntatibus in Lombarda, scilicet illa, quæ dicit: Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui, vel investituram, adhibeat sibi de pagensibus suis, & qui per eandem legem vivant duos testes idoneos, vel tres, vel plures: pluralis enim locutio, duorum numero contenta est. Idcirco pares necessarii sunt in instrumento investituræ, & non alii, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini, aliis testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia, quæ non sunt suspicanda in paribus.

Scriptum erat simpliciter, *l. 7. Lang. de ult. volunt.* ut adhibeat testes idoneos. Hanc ergo ita accipit, ut sufficiant duo, vel tres liberi homines, etiam extranei cum deficiunt parres, ut *supra* 37. *&* *lib.* 1. *tit.* 28. *&* 2. *tit.* 3. Ex d. l. 7. emendavi, *Adhibeat sibi de pagensibus suis, & qui per eandem legem vivant, duos testes idoneos, &c.* Pagenses sic dicuntur, ut Græce κωμῆται.

De re communi in feudum danda, & per quos fiat investitura.

T I T. LXX.

ITem sciendum est, non esse impedimento investituræ, & si investituram faciat de re, quam communem dominus habeat cum aliquo, quia si sponte dividere noluerit ille cum quo habet rem communem, qui investivit, potest cogere per judicem ille, qui investitus est, ut dividat.

Item heres ejus necesse habet tenere firmam investituram, quam pater fecit. Item eadem lege, & eodem jure debet habere rem iste, qui investitus est, quo haberet, qui eum investivit, cum coherede suo, scilicet ut adæquatio percurrat usque ad 40. annos. Item investitura per se, vel per suum nuncium dari, & accipi potest, quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas leges Langobar. titulo de ultimis voluntatibus, l.si quis, & C. com. divi. l.1. & fi.

Non tantum rem propriam, sed & communem, id est, partem pro indiviso in feudum dare dominus potest: nam & quovis alio modo alienare eam potest ante acceptum judicium familiæ ercifcundæ, vel communi dividundo, *l. portionem*, *C. de donat.* non post judicium acceptum, *l. 13. & 14. ff. fam. ercisc. l. 1. C. com. divid.* & judicium familiæ ercifcundæ dabitur feudatario, quia nemo invitus in communione detinetur, *l. ult. C. com. div.* & ei atque in eum omnes transeunt actiones, ut *supra* 23. 52. Adjicit idem omnino jus habere feudatarium in ea re communi, quod investitor habuit cum coherede, sive socio, suo, & perimi id sola præscriptione XL. annorum. Cur XL. non XXX. quæ in omnibus feudorum causis recepra est? Hoc obtinet inter fratres, aut cognatos, vel inter fratrem, ut hoc loco significatur, & vasallum, qui alterius frarris partem in feudum accepir ex *l. si inter Lang. de præscript.* quæ confirmatur à Friderico II. *Const. Neap.* 3. *tit.* 37. nam usque ad XL. annos de adæquatione partium inter eos agi potest: & ita accipienda *l. 3. Lang. de prob. alien. minor.* Iure civili obstat præscriptio XXX. annorum. Quod ait heredem investitoris, id est, filium factum patris mutare non posse, ut dixi, *supra* 14. est ex *d. l. 7. Lang. de ul. vol.* & congruit cum *l. si ab eo*, *C. de lib. cau. l. 3. C. de reb. alien. non alienand.* Quod subjicit per nuntium investituram dari, vel accipi posse, id exposui 2. *tit.* 4.

Si instrumentum feudi falsum dicetur.

T I T. LXXI.

SI instrumentum diceretur falsum à domino; daretur defensio vasallo, qui instrumentum adferret, ut in Lomb. qualiter quis se defen. de. l. de chartis, & auferetur domino, qui veritatem noverit: quod iniquum erit, si aliquis ex dono

suo conveniatur cum domini sit defensio ex ordine, cum vasallus non possideat.

Notandum est, quod de omni controversia, quæ inter dominum, & vasallum oritur, si pares veritatem noverint, omnino cogi debent à domino, & paribus dicere veritatem, qui si dicant se nescire, cum sciant, & vasallus postulet, dominus eos coget jurare, & veritatem dicere, ut C. de testib. l. si quando, & in Lomb. ut judex, De off. jud. & in tit. qualiter quis se defen. d. l. si qualiscumque causa, & tit. de testib. ut quicumque, & l. ult.

Si instrumentum investituræ, quod profert vasallus, dominus dicat falsum, vasallo datur defensio ex *l. de chartis 2. Lang. qual. se quis def.* & domino, qui veritatem novit aufertur. *Quod iniquum erit* (si legendum) *si aliquis ex dono suo coveniatur*, id est, si ex beneficio suo, & investitura conveniatur agente vasallo, cum domini defensio sit ex ordine, cum vasallus non possideat, id est, agente vasallo: & ita *supra 1. tit. 1. §. si vero feudum*. Licet, inquit, domini esset defensio ex ordine. Hoc igitur casu melius erit totius rei defensionem domino dari cum XII. His additur pares cogi à domino, & aliis comparibus testimonium dicere, vel si negaverint se quidquam scire, cogi etiam jurare, ut *supra 1. tit. 28.*

Qualiter juret dominus, aut vasallus cum defensio ei datur.

TIT. LXXII.

Cum datur domino defensio de investitura, quæ dicitur à se facta, jurare debet se investituram non fecisse. Cum vero datur heredi, vel successori ejus, jurare debet se nec scire, nec credere investituram factam esse ab antecessore suo, & si qua investitura facta esse dicetur, semper debet nominare dominum à quo investitura facta dicitur, cum multum discrepet sacramentum hereditarium à principali sacramento, C. de re. cre. & jurejur. l. generaliter, ut habes de turore, qui jurat, quod credit, & existimat, ut C. de jura. ca. l. 2. §. fin autem, de conscientia enim sua jurare debet, & non de alieno facto (cum iniquum si aliquem jurare de alieno facto) heres vel successor, nec etiam filius, ut D. rerum amo. l. Marcellus, sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorem virtutem habeat, quam pater, tamen debet præcise jurare patrem suum non fuisse debitorem, ut in Lomb. qualiter, qui se defendere debet, l. si contigerit.

De hac re dictum est *supra 36. & lib. 1. tit. 28.*

De alienatione feudi.

TIT. LXXIII.

Summopere mandare curamus, ut si quis aliquem de beneficio investiverit, quod ille, qui investitus fuerit, non potest per proprium vendere, nec pro levissima re locare, nec infeudare, nisi majorem partem apud se retinuerit: & si in desperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare potest. Quæ omnia si facta fuerint, nullius momenti erunt: & eo defuncto omnia ad priorem dominum revertuntur, & si dominus conquestus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni spatium expedire faciant, vasallo non faciente satisfdationem, domino dent possessionem, salvis suis rationibus, nisi diffinitivam promeruerint sententiam.

Ab hoc titulo incipiunt fragmenta, sive extraordinaria capitula, quæ nobis Ardizo, & Alvarotus conservarunt, hactenus neglecta ab omnibus, sed non minoris fructus, quam libri superiores, quæ nos titulis distinximus nostro ingenio, non ope veterum librorum, ut superiores omnes titulos restituimus. Auctoritas vero cur non, & tanta his quanta superioribus libris, aut cur illis major? Et rursus quando ista juris parte nulla veterum prudentum scriptis indigentior est, quæ malum hæc stultitia, ut has insuper reliquias nacti à superiorum librorum principiis minime discrepantes improbemus? Est autem hic titulus de alienatione feudi. Majori parte retenta feudum alienari posse. Paulatim increscit, vel decrescit jus. Obtinuit, & dimidia parte retenta alienari posse. De eo jure loquor, quod obtinuit ante Constitutionem Lotharii. Sed qui erat extra omnem spem suscipiendorum liberorum, spem domini nulla parte frustari potuit. Ait, *Per proprium vendere*. Bene, per proprium: nam per feudum dare potest. *Pro levissima re locare*. *Libro 2. tit. 9.* vilissima pensione: quæ libellaria fraudulenta est: & ideo, quod sequitur, *Infeudare*, etiam de infeudatione, ut ita loquar, fraudulenta accipiendum est. A libellaria enim, & infeudatione, ut jure fiat, omnis fraus abesse debet, ut *supra 22. & lib. 1. tit. 2. Et eo defuncto*. Eo defuncto fine liberis, omnia ab emptore ad dominum revertuntur, si forte vivente vasallo de alienatione querelam apud pares dominus non instituerit.

De feudis scutiferorum.

TIT. LXXIV.

Feuda scutiferorum, ut ad libitum dominorum possint adimi, rationis non est, dum tamen serviant secundum laudationem curiæ.

De hac re scripsi *1. tit. 1. §. item illud.*

De condicione feudi non impleta.

TIT. LXXV.

Ut inter condicionalia, & non condicionalia aliqua sit differentia, dicimus, quod si quis alicui dederit beneficium condicionale (utpote quæ dantur propter habitationem) deserta habitatione beneficium amittetur: & etiam cum certo constituuntur servitio, non dato servitio non poterit retineri beneficium.

Feudum amittit, qui feudo impositam condicionem non implet, ut *1. tit. 20.* imo & qui inficiatur, ut *supra 5.*

De fidelitate.

TIT. LXXVI.

Quoniam de fidelitate mentionem fecimus, super ea aliquid summatim dispiciamus. Si benefi-

neficium est sine fidelitate, & vasallus aliquid, A quod sit contra suum dominum fecerit, amittat beneficium laudatione parium: hoc idem dicimus in iis, qui fidelitatem jurant. Si cui militi fidelitas requisita fuerit à domino, dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet, & miles eam facere debet, vel parium laudationi stare intra annum, quod nisi factum fuerit, miles secundum quosdam de beneficio damnari potest, quod contra præceptum domini Lotharii regis Papiæ datum videtur. Librum autem quod vasallo ostendi soleat non necessitate fieri, sed voluntate. Est enim quoddam signum requisitæ fidelitatis memoriæ causa. Et venit aliquando, ut vasallus dicat B domino se facturum fidelitatem, quam pares laudaverunt: tunc non perdit beneficium, si stat per dominum, quod faciat curiam.

Qui fidelitatem jurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur: si sua voluntate vasallus, vel judicio parium feudum dimisit, fidelitas durat.

Fidelitatis nomine jusjurandum fidelitatis significatur: hoc non semper vasalli præstant: quibusdam enim pactione remittitur, ut *supra* 56. & *lib.* 2. *tit.* 4. non tamen ideo minus ex causa ingratitudinis feudum amittunt laudatione parium. Nulla ex causa ipso jure C feudum amittitur, nec ob alienationem quidem, sine cognitione, & pronuntiatione parium, ut *supra* 74. Is cui non est remissa fidelitas, similiter feudum amittit, si fidelitatem non fecerit intra annum, ut *supra* 1. *tit.* 21. domino scilicet postulante, & ut plerumque fit ostendente librum memorialem feudorum suorum, & fidelitatem sibi præstiturum. *Contra præceptum D. Lotharii.* Puto auctorem intelligere secundam Constitutionem Lotharii propositam libro sequenti, quæ eum, qui dolo caret non vult feudum amittere ob non datam fidelitatem intra annum: quod & tunc locum habet cum per dominum stat quo minus ea detur, dum non cogit in unum pares, ut fidelitatis formulam vasallo præscribant jurare paratissimo. *Separatio*, refutatio feudi. *Fidelitas durat*, ut *supra* 58. D

Si plures sint domini, vel vasalli, an plures fidelitates, vel servitia debeantur.

TIT. LXXVII.

CUm plures fratres vasalli paternum habent beneficium, donec illud indivisum possident, una fidelitas, & unum servitium domino fieri debet. Si vero partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Servitia vero non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora, sed pro quantitate beneficii moderanda. Plu- E res autem domini, & si feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Servitium vero omnibus non gravitate, sed moderamine faciendum est.

De hac re scripsimus *supra* 9. *Ut unum primum.* Legendum opinor: ut cui plurimum videlicet, graviora: hoc sensu, ut servitia non imponantur pro amplitudine partium, veluti graviora cui divisione agri plurimum obvenerit, sed pro earum æstimatione, & pretio.

Culpam unius ex coheredibus cæteris non præjudicare.

TIT. LXXVIII.

CUm feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa auferetur à paribus per judicium, cæteris non præjudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo eo, vel suis heredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur.

Si unus ex coheredibus in dominum deliquerit, is solus partem suam amittit, eaque ad dominum revertitur, & à domino ad coheredes ubi ille defecerit posterique ejus, ut *infra* 83. & 98. & nos attigimus *supra* 3. *tit.* 2.

Ut ratio vasalli prius, quam domini discutiatur.

TIT. LXXIX.

SI contentio fuerit inter dominum, & vasallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra vasallum, & vasallus contra dominum, vasalli ratio prius discutiatur: quoniam pares majorem jurisdictionem habent de suo pari, quam de suo domino.

PAr in parem majorem habet jurisdictionem, quam in dominum. Dominum pares verecunde compellant, ut bonam fidem agnoscat, ut *supra* 2. *tit. ult.* Parem severius: nec mirum si sit jurisdictio pari in parem, cum ex consensu litigatoris eligatur, ut *supra* 2. *tit.* 16. Sed non posset tamen misso pari par, qui de feudo litigat, extraneum judicem optare, quia feudi litem melius visum est quodammodo dirimi intra privatos parietes ab iis, qui sunt ex eadem domo, & qui eundem dominum recognoscunt. Quia vero major est parium jurisdictio in parem, quam in dominum, ideo ait petitionem vasalli discutiendam esse prius, quam domini. De re igitur domini verecunde, ægre, lente cognoscunt.

De evictione.

TIT. LXXX.

GEneraliter verum est in feudis dominos de evictionibus teneri, at si quis sciens investituram alterius beneficii acquisierit, eo evicto nullam adversus dominum vasallum actionem habere dicimus: quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

De evictione feudi dictum est *supra* 2. *tit.* 8. & 4. *tit.* 1. & 15.

De feudis impropriis, quæ auferuntur dantis arbitrio.

TIT. LXXXI.

UNum quidem non minus utile, sed satis congruum superioribus adverti, & ex comprobato usu in scriptis bono arbitrio reducere procuravi. Si quis igitur pro vice dominicaria, vel villi-

villicaria, & ut dicant, pro decania, vel aliis quibuscunque angariis feudum, quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, id est, nominatim feudum cum honore feudi, & ita, ut non liceat domino auferre, quod datum fuerit, etiamsi administratio illa auferatur: quod datum penitus ablata administratione sine omni obstaculo auferre liceat. Si autem quod superius dictum est probare conetur, & quodammodo possidere vasallum à quibusdam credatur, non jurejurando decidi oportet, sed testibus, vel instrumento aliisve legitimis probationibus causa firmiter approbetur.

Feuda quæ dantur pro mercede functionis, vel administrationis alicujus, ablata ea administratione finiuntur, ut *supra* 94. nisi aliud convenerit, puta ut obtineantur cum honore feudi etiam adempta administratione: hæc sunt feuda impropria: quod exposuimus 1. *tit.* 1. *§. item illud*. Et si qua fuerit de hac feudi qualitate contentio inter dominum, et vasallum, vasallus, qui proprium dicit, hoc probare debet per pares vel instrumento publico, ut *d. §. item illud*, *&c. §. item si aliquis*.

Prius possessionem restituendam esse, quam de principali causa agatur.

Tit. LXXXII.

Si qua contentio de beneficio inter aliquos (prout sæpe fieri solet) orta fuerit, si unus dominus, vel loco domini habeatur, & alter vasallus, vel loco vasalli habeatur: si per pares secundum usum regni judicium venriletur, primo de suo recto beneficio investiri debet, & si possessio aliqua perturbata fuerit, modo restitui debet.

Ut fit in alodiis, *l. incerti, C. de interd.* præcedit enim causa momenti semper: & hac de jure dictum est *supra* 2. *tit.* 4. *&* 20.

Si unus ex fratribus dederit suam partem fratri, vel domino, vel extraneo.

Tit. LXXXIII.

Si alter ex fratribus, qui paternum habeat beneficium, suam portionem dederit domino, vel alicui extraneo: dominus, vel extraneus tandiu teneat sine præjudicio quandiu ille, qui dedit, heredem masculum habuerit: si vero sine herede decesserit, alter frater si vixerit, vel ejus heres sine ullo obstaculo, & temporis præscriptione beneficium, quod hereditarium est, vindicet à quocunque possidente. Hoc idem dicimus, & si fratres fuerint, & alter ab altero ex fratribus acquisierit: hoc enim verissimum ex usu comprobato didicimus.

Si frater fratri, vel si domino unus ex fratribus suæ parte cesserit, quam habet in feudo paterno, hæc cessio refutatio est, quæ agnatis præjudicabit quamdiu is qui cessit liberive ejus superfuerint: ea stirpe perempta, ad agnatos portio ea feudi revertetur. Idemque erit si suam partem extraneo dederit: quod jure fit: nec enim ea pars seorsum pro feudo aliquo solido accipitur: quod congruit cum *lib.* 1. *tit.* 2. *§. rursus*. Idem si in dominum deliquerit, ut *supra* 78.

Patrem in feudo filii non succedere.

Tit. LXXXIV.

Quoddam usui traditum recordationis causa in scriptis ponere procuravi. Si quis igitur habens filium, ipsum per dominum investire fecerit, nisi nominatim cum domino pactus fuerit, ut si filius decesserit ante patrem, quod feudum ad patrem revertatur: dicitur defuncto ante patrem filio patrem carere beneficio, & domino acquiri beneficium.

Diximus hac de re *supra tit.* 59.

De investitura facta marito, vel utrique conjugi.

Tit. LXXXV.

Si maritus de feudo suæ uxoris investiatur ea absente, nisi nominatim quasi gerendo uxoris negotium investiatur: sibi acquirit feudum ea sciente, vel jubente: Si vero uterque insimul investiatur pro parte sibi proficiunt; nisi cum iam dicta distinctione factum fuerit, & diximus etiam, ut si unus ante alterum sine herede decesserit, quod alterius pars domino adquiratur.

Per gestorem accipi potest investitura, ut per procuratorem *supra* 2. *tit.* 4. Conjunx conjugi in feudo non succedit, etiamsi id simul adquisierint, sicut nec frater fratri, *supra* 2. *tit.* 12. *&* 13. Marito si dominus investituram fecerit, ut adquireret uxori, ille quasi sibi adquisiturus acceperit, uxori adquiritur feudi actio, *l. qui mihi, ff. de donat.* Si ea jubente, vel sciente, & tacente ita acceperit, marito adquiritur. Taciturnitas uxoris jussum imitatur. Hoc cum maritus accipit suo nomine: nam si uxoris nomine quasi gestor, non dubium est uxori actionem adquiri. *Iam dicta distinctione*. Gesseritne maritus suum tantum negotium ea sciente, vel jubente, an commune.

De fructibus feudi.

Tit. LXXXVI.

Unum quidem satis usitatum dicimus, quod si aliquis decesserit nullo in feudo relicto herede, jus feudi ad dominium pertinere dicimus: Fruges autem extantes non ad dominum, sed ad filias ipsius vasalli, vel etiam ad uxorem ejus pertinere: & hac ratione creditor eas retinere potest, licet, pignus habere non possit: & hoc cum distinctione Imperialium Constitutionum.

Diximus hac de re *supra tit.* 30. & distinctio Imperialium Constitutionum, quam dicit hoc loco, ea est, quæ illo proponitur.

An

An præscriptione feudum adquiratur.

T i t. LXXXVII.

IN beneficiis, ut in cæteris contractibus, præscriptiones currere satis humanum, & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo justa traditione acceperit, licet dominus non sit, cum verus dominus in traditione putetur, longi temporis præscriptione jus sibi acquirit. Si vero malam fidem habuerit, nulla se poterit tueri præscriptione, nec etiam de evictione agere poterit.

Et hac de re etiam diximus *supra* 1. *tit. ultimo.*

De probatione investituræ.

T i t. LXXXVIII.

DE ingressu curiæ à quibusdam varia, ac diversa putantur: nos autem, quod sæpius, ac rationabiliter in multis curiis, & civitatibus intelleximus, in scriptis bonæ recordationis causa inserere procuravimus. Quicunque igitur beneficium per investituram acquisierit sine possessionis traditione, pares ad investituram habeat, ut pro ipso veritas discernatur, eum controversia inde fuerit. Sane si possidet, aliis quibusdam adjuvetur adminiculis. Verumtamen quia milites inopes vasalli sunt per testes, vel per breve testatum probatio satis competens esse dignoscitur.

Aut vasallus possidet, aut non. Si non possidet, probare debet investituram per pares duos, aut breviculum, ut variis locis dictum est superioribus libris. Pares duo sufficiunt, aut breviculum, quod breve testatum dicitur, id est, tabellionis adnotatio brevis, ne inopes vasalli ampliorum probationum simul, ac sumptuum oneribus divexentur. Si possidet, aliis se potest adjuvare adminiculis, puta jurejurando aliove, quo genere purgationis. De ingressu curiæ, id est, de qualitate vasalli, & paris.

Condicionem tacite feudum sequi.

T i t. LXXXIX.

BEneficia condicionalia, quæ in majoribus curiis à veteri tempore esse noscuntur: utpote Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, Ducum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum, sive etiam majorum valvasorum, si duobus, tribus, vel deinceps aliis dantur vasallis, tacite condiciones eos sequuntur, nisi nominatim in ipsis traditionibus ipsæ condiciones excipiantur. Hoc idem etiam de his condicionibus, quæ noviter constituuntur ad harum similitudinem verissimum fore sapientibus placet.

Beneficia condicionalia sunt quibus coheret certi servitii, vel administrationis onus, ut *supra* 5. & 75. & *infra* 104. & *lib.* 2. *tit.* 3. §. *ult.* qualia sunt fere Du-

A cum, Comitum, Episcoporum, Abbatum. Hæc si in alium conferantur, condiciones tacite sequuntur accipientem, etiamsi nihil dictum sit, quia prædiis cohærent, ut servitutes, & qualitates aliæ prædiorum, *l. via*, §. *si fundus*, *l. cum fundus*, *ff. de ser. rust. præd.*

Fratrem fratri in feudo novo non succedere.

T i t. XC.

SI duo fratres in heredes masculos, & fœminas de beneficio investituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum
B patruo ad feudum venire dicimus cum unusquisque fratrum suæ soboli bene consuluit. Si enim frater suus sine ulla progenie decesserit, feudum non ad superstitem, sed ad dominum perveniet: nisi pactum de successione factum foret.

Frater fratri in eo feudo, quod communiter adquisierit non succedit, sed uno ex eis mortuo sine liberis, dominus vocatur, ut *supra* 2. *tit.* 12. nisi aliud in traditione, vel investitura convenerit. Unde etiam si unus moriatur relicta filia, cum id actum est, ut & filiæ in feudo succedant, filia sola in portionem patris sui veniet, *Neptem*, inquit, *cum patruo ad feudum venire dicimus*. Ad feudum scilicet totum, non ad portionem
C defuncti fratris: hanc filia capit, suam retinet patruus. Idemque erit, & si præterea hoc actum sit, ut fratres sibi invicem, & liberi eorum masculi, & fœminæ in feudo succedant, ut *supra* 2. *titulo* 18.

De investitura veteris, & novi beneficii.

T i t. XCI.

BEneficium intelligitur de veteri, & novo, & eum de veteri fit investitura, satis sit si de recto beneficio fiat investitura. Hæc autem investitura ab unaquaque persona fieri potest, sive
D seculari, sive ecclesiastica, si antiquitus eorum consuetudo fuerit: hæc secundum quosdam, & à fœmina, & à minore xxv. an. fit. De novo si fiat investitura, nominatim, & de certa re oporter fieri. Hæc investitura à muliere secundum quosdam non valet: quibusdam valere placet: quæ sententia mitior est. A minore autem XVIII. annorum non valet: hoc etiam de minoribus ann. xxv. asseritur, ut quibusdam placet: A prælatis Ecclesiarum vero tradi, & legitime dici potest jure, ut valeat investitura, dum tamen dissipator videri non possit: quod si aliter intelligeretur, nullum beneficium ab ecclesiasticis personis datum retine-
E ri posset. Dicitur etiam, quod si conjunctæ personæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum: quod duos consimiles vasallos acquirere posset, inutile est beneficium.

Hæc exposita sunt *supra* 2. *tit.* 4. Illud notandum, à clericis recte investituram fieri etiam de novo feudo, rem Ecclesiæ bene gerentibus, non si ambitiose forte, quia cum duos sibi potuissent parare vassallos uno contenti fuerint, quod his addi velim, quæ dicta sunt 1. *tit.* 1. *in princ.*

Justo

Justo errore excusari vasallum, qui fidelitatem non fecit.

Tit. XCII.

Quicunque paratus est facere bene fidelitatem domino suo, prout pater fecerat fidelitatem patri, vel antecessori domini, dum tamen hæc bona fide dicat, & non dolose, sed justo errore, omnino condemnari non potest. Cum enim controversia est inter ipsos per antiquitatem feudi, vel per breve testatum, vel per testes, domino incumbit probatio, alioquin per vasallum B veritas inquiratur.

Vasallus, qui fidelitatem non facit intra annum, & diem, feudum amittit, ut *supra* t. *tit.* 21. nisi dolus malus absit, ut est in secunda Constitutione Lotharii libro sequenti. Dolus autem abesse videtur, si inter eum & dominum de qualitate fidelitatis controversia sit, vasallos per errorem contendente non ita patrem suum jurasse, aut non ea lege initio datum feudum: quod præscriptio temporis, vel instrumentum publicum, vel testimonium parium enucleabit.

Factum fratris fratri in feudo paterno non nocere.

Tit. XCIII.

Quoddam satis bene dispositum ad utilitatem, & ad perniciosam calliditatem destruendam in scriptis inserere curavimus. Quidam miles bina beneficia à duobus dominis, prout solitum est, acquisivit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio, quod ad eum venit, fidelitatem nullo antepofito, sicut pater fecerat fecit. Alter vero frater alteri domino similiter pro suo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo antepofito fidelitatem fecit: defuncto posteriori fratre sine filiis: utrumque feudum in unam, ut prius, venit personam, & sic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater ejus fecerat: quas altercationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil superstiti obesse: licet in secundam, & tertiam generationem, & usque ad infinitum pervenerit.

Hæc sententia accipienda est de eo feudi genere, quod vulgo ligium dicitur, ut illa verba demonstrant, *Nullo antepofito*. Ligius enim vasallus dicitur, qui contra omnes, ne Rege quidem excepto, vel antiquiori domino fidem, & operam omnem suam domino promisit, c. *Pastoralis*, *de sent. & re jud.* Annonius v. cap. LIV. *Henrico filio Comitis Andegavorum Ludovicus Rex ducatum Nortmanniæ ejecto rege Anglorum restituit, & eum pro eadem terra in hominem ligium accepit*. Albertus Argentinensis in Chronicis: *Cum omnes quasi ejus essent vasalli, non ab Imperatore moverentur cujus essent ligii*. Krantzius 4. Chronicorum: *Ligius Italorum verbum est, & significat totalem subjectionem*. Homologum appellavimus 2. *tit.* 5. & aliis quibusdam locis supra, ex Constitutione Friderici de ducatu Austriæ apud Cuspinianum, ut colonum homologum, *l. ult. C. Th. de pat. vic.* & ex hac forsitan appellatione illam imperiti fabricarunt, quibus hæc vox, Homologus, & Latina voce Homo composita videbatur. Quidam addunt; & hoc esse proprium homologi Galliæ moribus, ut feudum domino committat, si id alienaverit sine domini voluntate, & ut plus inferat feudi redimendi causa, quam non homologus. Species autem hoc loco proposita hæc est. Qui duo feuda habebat, unum ligium, alterum non ligium, moriens duos reliquit filios, Primum, & Secundum. Primo obvenit feudum ligium, cademque fide is se domino devinxit, dicavit, devovit. Secundo obvenit non ligium, & fidem tamen dedit domino quasi ligius. Mortuo Secundo sine liberis, an pertinebit feudum ad Primum, sub obnixæ fidelitatis promissione sicut promiserat Secundus, ita ut duobus Primus sit homo ligius, & uni serviat per substitutum? ut *inf.* 99. Minime: quia in feudo, quod origine non fuit ligium, fratris factum fratri obesse non potuit, ut *supra* 2. *tit.* 9. §. *è contrario*, *l.* 2. §. 1. *ff. si quis aliq. test. prob.* Vasalli factum non mutat originem feudi in deterius. Vulgo perperam hæc sententia referebatur inter Lotharii Constitutiones, cum Jurisperiti esse alicujus, & hæc verba demonstrent. In scriptis inserere curavimus, ut supra. In scriptis reducere procuravi. In scriptis ponere procuravi. In scriptis bonæ recordationis causa inserere procuravimus, & illud verbum. Dicimus, quo significatur sententia prudentis, & pro quo male vulgo substituerant, Sancimus.

C

De feudo guardiæ, & gastaldiæ.

Tit. XCIV.

Quod nomine gastaldiæ, vel guardiæ in feudum datur, ablata gastaldia, vel guardia jure auferri potest.

Ut *supra* 81. & *lib.* 1. *tit.* 1. §. *item illud*.

De successione feudi.

Tit. XCV.

D Quidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios, & unusquisque ipsorum habuit duos, vel tres filios: unus illorum fratrum decessit, una tantum filia relicta: portionem illius non ad omnes superstites, sed ad patruos illius, suis posterioribus pertinere dicimus.

Secundum ea, quæ diximus *supra* 59. hoc loco pro patruos legendum videtur, fratres. Et posteriores accipiendi pro posteris, ut *l.* 3. §. *ex his*, *ff. de injusto, rup. test.*

E

De investitura alieni beneficii.

Tit. XCVI.

Si quis acceperit investituram alterius beneficii, inutilis est hæc investitura: & qui sciens hoc agit de evictione agere non potest.

Hac de re diximus *lib.* 1. *tit.* 1. §. *Si vero Archiepiscopus*.

Non

Non amittere feudum eum, qui sine dolo cessavit per annum in petenda investitura.

T i t. XCVII.

INter dominum, & vasallum nulla fraus debet esse, & inde potest accipi, si vasallus non dolose steterit per annum quærere investituram sui beneficii, non damnabitur, dolus enim abest: si justa causa impediente steterit, vel etiam cum amore servitium fecerit domino conscio. Dicimus autem ut si contra ea, quæ in fidelitate nominantur fecerit, beneficio carebit.

Inter bonos bene agier oportet: & judicium inter dominum, & vasallum, quod agitur apud pares bonæ fidei est, & ideo non aliter feudum amittit vasallus ob cessationem anni, quam si dolo malo cessaverit: quod congruit cum Constitutione Lotharii, de qua dictum est 76. & 92. Quod sequitur. *Dicimus autem, &c.* est sumptum ex Constitutione Henrici t t. *Cum amore*, cum amore ductus alii servitium fecerit.

Ex delicto vasalli feudum ad dominum redire.

T i t. XCVIII.

VAsallus habens feudum deliquit contra dominum, cui judicatum est: agnati cum domino litigant: quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non pertinere, donec aliquis masculus ex delinquenti vasallo superest, alii vero contradicunt.

Tollenda est negatio, & legendum, *Dicimus autem ad dominum pertinere*, ut supra 78.

De feudo ligio.

T i t. XCIX.

SI quis investitus de feudo ligio, pro quo contra omnes fidelitatem domino debet, Lucio, & Titio ex se descendentibus filiis, sibi heredibus institutis, vita decesserit, divisione facta, si ad solum Titium feudum pervenerit, rationabiliter placuit eum solum fidelitatis sacramento esse obnoxium, ad quem solida feudi jura transierint: quod si ab ab alio domino Lucius postea feudum per investituram acquisiverit, pro quo similiter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio sine liberis, ad quem devolvatur feudum, quod ex divisione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum quæri potest: & cum placeat, quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feudum ad dominum pertinere, sed rectius visum est feudum, quod per investituram acquisierit impedimento ei non esse, licereque ei per substitutum acceptabilem domino priori servire.

Vasallus ligius decessit relictis filiis duobus, Titio, & Gajo. Titio divisione obtigit feudum ligium in solidum, isque domino fidem dedit quasi ligius. Deinde Gajus aliud sibi feudum adquisivit, & æque domino suo fidem dedit obnixam, veluti devotissimus dicatissimusque auctoritati, & dominationi ejus. Mortuo Titio sine liberis, quæritur an ei in feudo succedat Gajus frater, quod videtur: quia feudum est paternum. Sed obstat, quod natura non patitur, ut quis sit homo ligius duorum in solidum: an igitur dicemus feudum domino aperiri? Minime. Verior est opinio prima, & licebit Gajo per substitutum priori posteriorive domino servire. Ait, per substitutum domino acceptabilem, ut in Constit. Friderici de feudis non abenandis, §. firmiter. Videnda sunt ea, quæ scripsimus tit. 93. sup.

Imperatorem feudum amittere, vel alium pro se fidelem dare.

T i t. C.

EX facto incidisse scio, Fridericum principem nostrum, cum ab initio Dux esset, & pro Ducatu fidelitatem faceret, divino nutu postea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino respondisse, non teneri se fidelitatem facere, cum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, & ipse soli Deo, & Romano Pontifici. Sed cum insistente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter visum est, feudum amissum esse, vel alium ducem in Ducatu constituendum, qui feudo servire debeat, & domino fidelitatem faciat.

Vasallum feudum amittere si eligatur Imperator, nisi domino per substitutum serviat, et fidelitatem exhibeat, quam ipse præstare salva imperii majestate non potest.

Ecclesiam Fidelitatem non facere.

T i t. CI.

DE negotio super quo nos consulere voluisti, tibi secundum jus curiæ, & usum feudi breviter respondemus, quatenus pro feudo, quo ab aliquo per Ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas.

Ecclesiam ipso jure esse solutam jurejurando fidelitatis. Cæteris non nisi ex conventione, ut *sup. 2. tit. 4. §. nulla.*

Non cogi vasallum pro una feudo duas fidelitates facere.

T i t. CII.

INsuper etiam te instructum esse volumus, quod si dominus à quo feudum tenebatur, diem suum pluribus heredibus relictis obierit: vasalli, qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primo partirentur: quoniam secundum jus feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere.

Hoc vero exposuimus *supra* tit. 9.

Filios tantum secundi matrimonii matri in feudum succedere.

T i t. CIII.

MUlier quæ feudum secundi viri contemplatione acquisierat, si ex utroque matrimonio superstitibus liberis decesserit, solos

ex secundo viro susceptos filios ad feudi successionem admitti, usu curiarum obtentum est. A

Et hoc quoque supra tit. 11.

Casus quibus fœmina in feudo succedit.

TIT. CIV.

SI cui militi ad certum servitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente fœmina, decesserit, quæ id servitium juxta feudi conditionem non minus decenter præstare possit, quam masculus, & si in investitura minime cautum sit, ut & fœminæ ad id aspirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus: quin imo hoc casu, simul cum masculo in feudo eam succedere quidam putant, quod multo magis dignum observantia existimavimus, cum feudum sic datum est, ut nullum pro eo servitium fiat, ut pleraque hodie feuda dantur. B

Item si quis eo tenore de feudo aliquo sit investitus, ut in eo succedant fœminæ, sicut masculi, sive feudum id ad certum fuerit datum servitium, sive pro eo indeterminate fuerit promissum servitium, investito moriente in feudum succedunt pariter, & mares, & fœminæ: quamquam enim superstite masculo, ex eo, qui primus feudum adquisivit fœminæ excludantur, & si in maribus, & fœminis fuerat acquisitum (ut in feudis regulariter tradi solet) sermonem tamen investituræ, nec non vim verborum, & sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus in ejusdem feudi successione non fecimus. C

Jugales à quodam milite simul de eodem feudo investiti fuerant, ut in se descendentesque suos id haberent. Hi ex se filio, & filia superstitibus defuncti sunt, inter quos feudi quæstio agitatur: masculus enim universum feudum sibi vindicat: fœmina vero ad parentum feudum pariter cum fratre vocari se defendit: quidam pro masculo, quidam pro fœmina pronuntiant. Eorum qui pro filia judicant, sententiam sequendam esse censeo, cum filia ex antedictorum jugalium contubernio superest ex prædefuncta uxore alio suscepto masculo, qui consanguineus ad eam frater sit. In cæteris priorum sententia sane sequenda est, quod si sola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo, vel alio connubio superstite masculo, ab hac luce subtracti fuerint, feudum scindi fert prudentum nostræ civitatis opinio, ut dimidiam quidem partem fœmina sibi acquirat: reliquam vero dominus, aut ejus heres accipiat. D E

Hæc etiam omnia explicata sunt *sup.* 1. *tit.* 2. *§. pen.*

De feudis habitationum.

TIT. CV.

FEuda habitationum, nisi aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur.

Et hoc *lib.* 1. *tit.* 1. *§. item illud.*

Servos post delatam successionem manumissos in feudum non succedere.

TIT. CVI.

QUæsitum scio, dudumque apud prudentes fuisse causam hanc: si servi, quibus macula servitutis obstaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi successionem valeant aspirare? Denique post magnas varietates obtinuit sententia distinguentium, quo tempore libertatis donum assecuti fuerint: ut si quidem eo tempore, quo coheres alter, utpote his constitutis inhabilibus, aut dominus quasi ad se devolutum vindicasset, ab ejus successione sint penitus alieni, nec quod legitime factum est, supervenienti facto postea retractetur: qui si re integra manumissi fuerint, in feudum recte succedere queunt.

Idem in clericis sup. 33. ut ergo in alodiis, ita & in feudis delatæ successionis tempus spectatur. Defertur autem successio à morte ejus de cujus bonis agitur.

Ut vasalli sumptibus domini servitia præstent.

TIT. CVII.

ANtiquatum esse ipsius rerum experimentis, nos ipsi cognovimus, fideles, nisi aliud contractibus pactiones insertæ desiderent, dominorum sumptibus eisdem servitia ministrare. Justum namque est: ut illi consequantur stipendium, quo tempore suum commodare reperiuntur obsequium, præsertim cum nec quisquam propriis cogatur impendiis militare, maxime cum extra civitatis suæ tentoria servitiis exhibendis eos convenit fatigari.

Multum hac in re, & cæteris mores regionum possunt: aliis vasalli diebus xv. aliis tribus mensibus tantum suis sumptibus domino militant.

Vasallum feudum posse alium arctiori lege transferre.

TIT. CVIII.

NUlla juris constitutione, aut consuetudinis, usque longævi observantia prohiberi sciscitatus invenio, vasallum arctiori, quam ipse habeat, lege feudum in alium ubilibet posse transferre.

Dixi hac de re *supra* 4. *tit.* 38.

Clericatu feudum amitti.

TIT. CIX.

ET jure, & moribus præceptum est, vasallum clericali se militiæ dedicantem feudum amittere. Scriptum est enim in divinis eloquiis: Miles Christi serviat Christo: milites seculi serviant seculo.

De hac autem lib. 1. tit. 21.

DE



DE FEUDIS,

LIBER QUINTUS.

QUO VARIÆ CONSTITUTIONES IMPERATORUM

Ad hanc Partem Juris pertinentes continentur.

Constitutio Conradi de beneficiis.



N Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis: Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, Omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, & nostris tam præsentibus, quam futuris notum esse volumus, quod ad reconciliandos animos seniorum, & militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes, & ut fideliter nobis, & suis senioribus serviant, & devote, præcipimus, & firmiter statuimus, ut nullus miles Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, Marchionum, vel Comitum, vel hominum, qui beneficium de nostris publicis bonis, aut de Ecclesiarum prædiis nunc tenent, aut tenuerint, aut hactenus injuste perdiderint, tam de nostris majoribus valvasoribus, quam eorum militibus sine certa, & convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum, & judicium parium suorum. Si contentio emerserit inter seniorem, & militem, quamvis pares judicaverint, illum suo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc injuste, vel per odium factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior & ille quem culpat, cum paribus ad nostram præsentiam veniant, & ibi causa juste determinetur. Senior vero, & miles, qui culpatur, qui ad nos venire

A debuerint, sex hebdomadas antequam iter incipiat ei cum quo litigaverit, innotescat. Hoc autem de majoribus valvasoribus observetur. De minoribus vero in regno nostro, aut ante seniores, aut ante missum nostrum eorum causa finiatur. Præcipimus etiam, si aliquis miles, sive de majoribus, sive de minoribus de hoc seculo migraverit, filios ejus beneficium tenere: si vero filios non habuerit, & aviaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum valvasorum in dandis equis, & armis suis senioribus.
B Si vero forte aviaticum ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris, & si seniorem offensum habuerit, sibi vult satisfacere, & miles ejus esse, beneficium quod patris sui fuit, habeat. Insuper & omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium, aut precariam, aut libellum sine eorum adsensu facere præsumat. Illis vero quæ tenet proprietario jure, aut per præcepto suo porrectum libellum, sive per precariam, nemo eum devestire audeat injuste. Fodrum autem de castellis, quod
C nostri antecessores habuerunt, habere volumus. Illud vero quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc jussionem nostram infregerit, auri optimi libras c. componat, medietatem cameræ nostræ, & medietatem cui damnum illatum fuerit.

De primo capite, ne vasallo feudo eripiatur, nisi judicio parium cognita, & convicta culpa certa, lib.1. tit.20. & 23. De secundo capite, ut si reus culpæ valvasor major judicio parium condemnatus provocaverit ad principem, nihil innovetur, & sesquimense priusquam iter arripiat adversario innotescat provocatio, in d.tit.23. De tertio, ut filii, & nepotes ex filiis, utque fratres fratribus in feudo paterno succedant, in 1. tit. 1. *§. Cum vero Conradus*. Sed satisfacere prius domino debent si eum offensum habuerint, ut sup.4. tit. 61. & solemnia munera offerre, arma scilicet, & equos, ut sup. 2. tit. 12. De quarto, ne dominus feudum sui militis alienare posfit, in 2.*tit*.9. *§.ult.* & 4.*tit*.38. *§. ex eadem*. Proponitur, & initio illius tituli aliud, quod deesse hoc loco videtur, licet possit deduci ex differentia, quam statuit inter majores, & minores valvasores. Quintum caput est de fodro, nolle se in eo exigendo morem antecessorum suorum excedere. Fodrum Annonius 5. cap. 3. annonam militarem esse interpretatur: ergo à Germanico vocabulo *Futer*. Fridericus de pace Constantiæ: *Nobis intrantibus Italiam fodrum consuetum præstabunt*: Lotharius, & Carolus in suis legibus: *Missi curam habeant, ut homines nostri vicinos tempore æstatis quando ad herbam caballos suos mittunt, vel tempore hyemis quando marescallos illorum ad fodrum dirigunt, deprædentur, aut opprimant*. Gunthèrus:

Id quoque, quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolicium certo sub tempore censum.
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia, fisco.

Sic in *cap.præterea, de ju. pat.* & Othonis 2. *cap.* 12. 23. Radevici 4. *cap*.10. 15. 34.

Constitutio Henrici de causis amittendi feudi.

IMperator Augustus Henricus secundus. De militum beneficiis quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideo ad Reipublicæ statum quædam statuimus. Si quis ergo dominum suum interfecerit, vel vulneraverit ipsum dominum suamve dominam obsederit, vel eum cucurbitaverit, vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus à parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget: si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat (usu vero curiali solus defendat.) Si quis autem suorum parium, idoneus tamen exinde se veritatem scire dixerit, & per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non servierit, parium laudatione beneficium amittat (curiali tamen usu id redimere potest pro medietate, quantum valuerit:) sed si hoc defendere noluerit, duos vel unum saltem parem ostendat, & cum his se servisse juret: & si pares paremve habere nequiverit, cum tribus, vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum serviisse juret: (usu tamen curiali solus jurare conceditur. Qualiter autem juret, an solus, vel cum aliis nihil interest, dum tamen servitia nominet.) Si autem concorditer cum domino suo se habuerit dominum sæpe videndo, tunc dicimus, ut probet per testes servitium fecisse, & per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum, & vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint, vasallus domino se repræsentando servitium promittat, & si necesse fuerit, hoc probet jurejurando, saltem ad finem controversiæ vasallo à paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, & dominus aliud servitium imposuerit, quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit usque ad fruges, feudatarius parium existimatione damnum resarciat. De aliis vero culpis unde beneficium non amittitur parium laudatione defęndat se, ut supra, vel emendet.

Enumeratis quibusdam causis amittendi feudi, ait reum ingrati vasallum domino deficiente probationibus se expurgare debere jurejurando cum tribus paribus, vel cum XII. cognatis. Aliter 4. tit.36. cum de investitura lis est inter dominum, & vasallum. Vel etiam se expurgare debere duello, si quis extat compar, qui eo nomine cum eo in pugnam descendere velit, ut sup.4. tit.47. & dixi tit.1. lib.2. Eum vero, qui per annum cessasse in præstando servitio dicitur, se expurgare jurejurando cum paribus duobus, vel uno, vel cognatis duobus, aut tribus, servitii genere, quod se præstitisse jurat nominatim designato, vel si constet eum sæpe dominum salutasse, adiisse, convenisse benigne sine ulla querela, satis erit per testes quoscunque eum hanc sedulitatem probare. Sequitur: *Si quem intra annum servierit*, quod levissimum fuerit id est, si minimum servierit, & *dominus aliud servitium imposuerit*, &c. hoc casu feudum non amittit; sed damnum domino præstare cogitur. Denique culpæ ratione vasallus, aut feudum amittit, aut damnum præstat. Quæ inclusimus parenthesi, inseruit, vel apposuit Constitutioni interpres aliquis, ut usus curiarum studiosum commonefaceret, quo solus vasallus jurat, ut sup.1. tit. 6. & servitii omissi culpa se liberat mercede certa, ut diximus sup. tit.20.

Alia Constitutio Henrici de vasallo, qui unum ex dominis refutavit.

IMperator Henricus: Si contigerit feudum in curia, aut neglectu fidelis consortibus applicari, nullum ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemptus illusus fiat, ob quem feudum jure dimiserat. Sane qui aliter fecerint, quam quod mens saluberrimæ nostræ constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant, ita ut eis amplius sperare non liceat, seniori danda licentia tam ab ipsis eorumque posteris, quam cæteris detentoribus prædictum beneficium vindicandi.

Si vasallus unum ex dominis refutaverit, non cæteros consortes, ei quidem servitium non debet, sed & offendere eum non debet, ut sup. 4. tit.44. alioquin feudo omni privabitur, & hoc item memini me exposuisse lib.2. tit.14.

Alia Constitutio Henrici ejusdem, ut ingratitudo vasalli probetur testibus quinque.

IMP. HENRICUS AUG.
universo populo.

SI vasallus inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestini, vel manifestis appe-

appetiverit, vel inimicis ejus suas amicitias copulaverit, atque in aliis sic versatus est, ut potius inimicus quam fidelis esse credatur, vel si eum cucurbitaverit, seu in campestri bello suum dominum reliquerit, feudo privabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque testibus summæ atque integræ opinionis probarum fuerit manifeste. Datum VIII. Idus Augusti feliciter.

De hac re diximus lib.1. tit.2.

Constitutio Lotharii de feudis non alienandis.

LOTHARIUS DIVINA FAVENTE Clementia tertius Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator semper Augustus universo populo.

IMperialis benevolentiæ proprium esse judicavimus, commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi, similiter Reipubl. bonum statum, ac dignitatem Imperii omnibus privatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum, quam præsentium noverit universitas, qualiter dum apud Roncalias secundum antiquorum Imperatorum consuetudinem pro justitia, ac pace regni componenda consideremus, omnia quæ ad honorem Imperii Romani spectare videntur, solicite indagantes, perniciosissimam pestem, & reipub. non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus milites sua beneficia passim distrahere, ac ita omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere, per quod vires Imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exutos, ad felicissimam nostri numinis expeditionem ullo modo transducere valeant. Hortatu itaque, & consilio Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cæterorumque nobilium, similiter etiam judicum hac edictali lege in omne ævum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia, quæ à suis senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commentum adversus tenorem nostræ constitutionis excogitare, per quod Imperii, vel dominorum minuatur utilitas. Si quis vero contra hæc nostræ legis saluberrimæ præcepta ad hujusmodi illicitum commercium accesserit, vel aliquid in fraudem hujus legis machinari tentaverit, pretio, ac beneficio se cariturum agnoscat. Notarium vero, qui super hoc tali contractu libellum, vel aliud instrumentum conscripserit, post amissionem officii, infamiæ periculum sustinere sancimus. Dat. VIII. die mensis Novemb. M.CXXXVII. Indictione XV.

Hæc est Constitutio Lotharii, de qua sæpius actum est supra, cujus Lotharii, dixi 1. tit.17. Ne feuda alienent vasalli sine consensu domini: quia alienatione feudorum ad militiæ servitia subeunda propter inopiam redduntur inhabiles. Hæc servitia cohærent feudis: & ob id Cornelio Tacito vasalli comites dicuntur, quod in bello sequi dominum cogantur. Jubet amoveri fraudes, & notario irrogari infamiam, ut *l. jubemus 2. C. de sacros. eccl.* & vasallum feudo multat, et pretio. In contextu illo loco, *Vel aliquod commercium*, emendavi, *commentum*, quod figmentum in Constitutione Friderici eadem de re.

Alia ejusdem Lotharii Constitutio de investitura non petita intra annum.

IMP. LOTH. AUG. EUGENIO Papæ, & universo populo.

QUoniam inter dominum, & vasallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium debet intervenire, idcirco per hanc præsentem legem sancimus, si vasallus non dolose per annum, & diem steterit, quod à domino sui beneficii investituram non petierit: feudum non ob hoc amittat: dolus enim abesse videtur si justa causa impediente steterit. Datum VI. Kal. Septembris, anno à Nativitate Domini M.C.XXVII. Indictione V.

De hac supra 1.tit.21. & 4. tit.76. 92. 97.

Constitutio Friderici de feudis non alienandis, & aliis capitulis.

FRIDERICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator semper Augustus, universo populo.

IMperialem decet solertiam ita Reipublicæ curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus. Quapropter, dum ex prædecessorum nostrorum more universalis curiæ Roncaliæ pro tribunali sederemus, à Principibus Italicis, tam rectoribus Ecclesiarum, quam aliis fidelibus Regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficiati eorum feuda, quæ ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, vendiderant, & quadam collusione nomine libelli alienaverant: unde debita servitia amittebantur Imperii, & nostræ felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo consilio Episcoporum, Ducum, Marchionum, & Comitum, simul etiam, & Palatinorum, judicum, & aliorum procerum, hac edictali, Deo propitio, perpetuo valitura lege sancimus, ut nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo alienare, vel pro anima judicare sine permissione majoris domini ad quem feudum spectare dignoscitur, unde Imperator Lotharius tantum in futurum cavens ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam hujusmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præsenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus nullius temporis præscriptione impediente, quia quod ab initio jure non valuit, tractu temporis convalescere non debet, emptori bonæ fidei ex empto actione de pretio contra venditorem competente.

Cal-

Callidis insuper machinationibus quorumdam obviantes, qui pretio accepto, quasi sub colore investituræ, quam sibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum, vel aliud ulterius in fraudem hujus nostræ constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna auctoritate nostra imminente, ut venditor, & emptor, qui tam illicita reperti fuerint contraxisse, feudum amittant, & ad dominum libere revertatur. Scriba vero, qui super hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamiæ periculo manum amittat. A

Præterea, si quis infeudatus major quatuordecim annis, sua incuria, vel negligentia per annum, & diem steterit, quod feudi investituram à proprio domino non petierit, transacto hoc spatio, feudum amittat, & ad dominum redeat. B

Firmiter etiam statuimus tam in Italia, quam in Alamannia, ut quicunque indicta publica expeditione vocatus à domino suo, in eandem expeditionem spatio competenti temere venire supersederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium reditus feudi unius anni domino non subministraverit, feudum, quod ab Episcopo, vel alio domino habuit, amittat, & dominus feudi in usus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem.

Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cætero non dividatur, aliud autem feudum, si consortes voluerint, dividatur, ita ut omnes qui partem feudi habent jam divisi, vel dividendi, fidelitatem faciant, ita tamen, ut vasallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur, nec dominus feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat. C

Insuper si filius vasalli dominum offenderit, pater à domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino, vel à se filium separet: alioquin feudo privetur. Si autem pater vult eum deducere, ut satisfaciat, & filius contemnit patre mortuo in feudum non succedit, nisi prius satisfecerit domino, parique modo vasallus pro omnibus suis domesticis faciat. D

Illud quoque præcipimus, ut si vasallus de feudo suo alium vasallum habuerit, & vasallus vasalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante habuerit, feudo suo privetur, & ad dominum suum à quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere majori domino, quem offenderit, & nisi vasallus idemque dominus à domino suo requisitus, eum qui majorem dominum offenderit, requirat, ut satisfaciat, suum feudum amittit. E

Præterea si inter duos vasallos de feudo sit controversia, domini sit cognitio, & per eum controversia terminetur: si vero inter dominum, & vasallum lis oriatur, per pares curiæ à domino sub fidelitatis debito conjuratos terminetur. Illud quoque sancimus, ut in omni sacramento fidelitatis Imperator nominatim excipiatur.

Proponuntur hac Constitutione tres, aut quatuor causæ amittendi feudi. Lotharius in futurum tantum vetuit alienationes feudorum. Fridericus etiam jam olim factas alienationes, vel pignerationes feudi totius vel partis sine consensu domini, nullas esse pronunciat, nulla obstante præscriptione temporis, quod de longi temporis præscriptione accipiendum esse ostendit 4. tit.49. Obstabit enim certe præscriptio peremptoria xxx. annorum. Alia est conditio emphyteuseos, quod ad pignerationem attinet: nam etsi prædium emphyteuticum non possit vendi domino non denunciato, *l.ult. C. de ju. emphyt.* pignerari tamen potest, *l. tutor, §. ult. ff de pig. act.* Alia etiam conditio domini: nam et si alienare prohibeatur lege Conradi, non tamen pignerare. Et valet quidem à minori argumentum ad affirmandum hoc modo. Si potest vendere, et pignerare, *l.9. §. 2. ff. de pign. l. 1. C. rem alien. ger. non interd.* Fructuarius usumfructum vendere potest invito domino: ergo et pignerare. Dominus proprietatis vendere proprietatem potest, ergo & pignerare. Non tamen valet ad negandum hoc modo. Si non potest vendere, nec pignerare. Adjicit hac Constitutione, venditione facta sine consensu domini feudum domino aperiri: emptori temen bonæ fidei, Id est, qui ignorans esse feudum emit, adversus venditorem competere ex empto actionem pretii nomine. Apud Guntherum corrupte scriptum est.

Prætorique bonæ fidei præstetur in illum.
Actio quæ pretium cogat rddibere solutum.
Legendum enim.
Emptorique bonæ fidei.

Malæ fidei emptor de evictione actionem non habet, *l. si fundum, C. de evict.* quo casu æquum est venditori à domino pretium auferri, ut secundum Constitutionem Lotharii, & pretio, & beneficio careat. Amoventur etiam fraudes hac Constitutione, ut si vasallus in feudum dationem, quæ jure permissa est, pro venditione adsimulaverit, ut *supra. 2. tit. 4. §. 1.* & ad hanc fraudem respicit etiam *infra §. Illud*, dum ait, quem sine fraude habuerit. Deinde proponit aliam causam amittendi feudi, de qua diximus 1. tit. 21. & 4. tit. 13. si pubes non petierit investituram intra annum, & aliam, si militiæ munere fungi nolit, vel alium pro se mittere, suumve laborem reditu prædii redimere, ut *supra 1. tit. 20.* Adjicit aliquid de feudi divisione, quod exposui 4. tit. 9. & 1. tit. 9. & inde interpres Conradus de inhabili ambigit, an succedat: quam quæstionem dirimit Caroli IV. aurea bulla. Sequitur quarta causa, si vasalli filius, vel domesticus dominum offenderit, & nolit vasallus eum ad dominum perducere satisfaciendi causa. Sed si per eum non stet, quo minus is domino satisfaciat, excusatur: & filius solus feudi successione indignus judicatur, ut *supra 4. tit. 61.* Et similiter si vasallus vasalli majorem dominum offenderit, nec satisfecerit, redit feudum ad minorem dominum, si per minorem fiat, quo minus satisfaciat, utrique feudum eripitur: quod ita Guntherus explicat rectius, quam tota Feudistarum fæculenta cohors:

Si tuus ex feudo cuiquam vasallus idipsum
Contulit, atque tuo vasallum munere fecit
Ipse sibi, si forte tuam jam tertius ille
Successor meruit factis atrocibus iram,
Nec tibi pro culpa domino mediante secundo
Fecerit ipse satis, reprobato protinus illo
Ad dominum redeant feudalia jura secundum:
Si tuus ille suum tibi conciliare fidelem
Spernit, & aut torpens, aut perfidus esse probatur;
Ambobus spretis ad te tua jura recurrent.

Quod ait *§. pen.* exposui 1. tit. 15. & 2. tit. 15. Quod *§. ult.* variis locis, ne aliud, quam Imperator habeat vasallum homologum, vel Rex, vel Dux, qui regnum, vel ducatum à nullo tenet in feudum. *Beneficiati.* Sic in veteri inscriptione, *Trib. spe beneficiatus.*

De

Dehac autem Constitutione Abbas Urspergensis, Fri- A dericus, inquit, lege cavit ne feudorum injustæ fieri possint distractiones. *Obligaverant*. Emendavi, obligaverant, vendiderant, & quadam collusione nomine libelli alienaverant, ut *supra* 4. *tit*. 35.

Alia de jure fisci.

IMP. FRIDERICUS.

Regalia sunt armanniæ, viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonea, monetæ, multarum pœna- B rumque compendia, bona vacantia, & quæ indignis legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur, & bona contrahentium incestas nuptias, & damnatorum, & proscriptorum, secundum quod in novis Constitutionibus cavetur: angariarum, parangariarumque, & plaustrorum, & navium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad justitiam expediendam, argentariæ, & palatia in civitatibus consuetis, piscationum reditus, & salinarum, & bona committentium crimen majestatis, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inven- C ti non data opera, vel loco religioso: si data opera, totum ad eum pertineat.

Regalia sive fiscalia jura hoc loco proponuntur, quæ Itali Friderico remiserunt, ut Guntherus, & Abbas Urspergensis scribunt, atque etiam Radevicus 3. c. 41. & 4. c. 5. Et primum quidem Armanniæ. An potius Arimanniæ, quæ videntur officia esse apparitorum: nam Arimanni sunt, qui magistratibus parent, *l*. 58. *Lang. de furt. l*. 2. *de sedit. l*. 10. *de præscrip*. & personæ publicæ dicuntur, *l. ult. Lang. Ne lib. ho. op.* ita ut quemadmodum magistratuum creatio numeratur inter regalia, *l*. 1. *ff. ad leg. Jul. de amb.* numeretur, & apparitorum. Sed nihil mutandum. In breviculo quodam redituum Ecclesiæ Romanæ, cujus auctor Deus D dedit quidam, dicitur Benedictus locasse cuidam comiti Ariminensem comitatum, & territurium integrum Castri Conchæ cum suis publicariis, & armanniis, & medietatem Comitatus Pesauri cum publicariis, & armanniis suis intra, vel extra civitatem ipsam positis. Videntur esse fabricæ, & publica armamentaria, quæ sibi semper principes vindicarunt, ut *Nov. de armis* Justinianos. Sequitur, *Viæ publicæ, & flumina navigabilia, aut ex quibus alia navigabilia fiunt*. Radevicus, Omnis utilitas ex decursu fluminum proveniens. *Portus, ripatica*. Portoria intelligit. In beneficio Caroli Magni concesso Ecclesiæ Parisiensi S. Vincentii, & Germani, apud Annonium monachum. Portum donamus, qui est inter pagum Senonicum, & Milidunensem, ita ut nullus alius ibi portum habeat, neque te- E loneum, aut rotaticum, seu vultaticum, seu pistaticum, ripaticum, vel salutaticum: ubi pro pistaticum fortasse legendum, cispaticum, ot in Constitutione ejusdem Caroli de teloneis, & cispaticis. *Vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonea*. Alias, *Vectigalia, & quæ vulgo dicuntur telonea*: hujusmodi sunt pedatica, & navigia, quæ tamen displicuerunt Carolo legis Francicæ 3. c. 12. & capitulis additis ad leges Langobardorum, cap. 18. ot cum navis per medium flumen, vel sob pontem transit, nec ripam appellit. *Monetæ*. Guntherus, Cudendæ jure monetæ. Dodechimus Abbas. *Regalia*, inquit, *sunt civitates*, *Ducatus*, *marchiæ*, *Comitatus*, *monetæ*, *teloneum*, *mercatus*, *advocatiæ*, *omnia jura centurionum .i. villicorum*, *turres*, *& villæ cum omnibus pertinentiis suis*, *militiæ*, *& castra*, *Multarum pœnarumque compendia*. Vulgo banna. Nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur. Ut legatum quod aufertur tutori excusanti se, quod pupillo cedit non fisco, *l*. 5. *§. amittere*, *ff. de iis, quæ ut ind.* & quod aufertor ei, qui celavit tabulas testamenti, *l. pen. C. de legatis*. *Secundum, quod in novis Constitutionibus cavetur*. Intelligit Novellas Justiniani. Bona igitur contrahentium incestas nuptias, si desint liberi justi usque ad tertium gradum, vel parentes usque ad secundum, & frater, soror, patruus, amita, Cæterorum si desint liberi, vel pareotes usque ad tertium gradum, *Nov*. 12. *&* 134. *Extraordinaria collatio*. Hæc est quæ fodrum dicitur. *Argentariæ*. Argenti fodinæ, ut salinæ. *Piscationum reditus*. Hoc sumptum est ex *l*. 17. *ff. de verb. signific.* ubi corrupte majores nostri legebant piscariarum, pro picariarum. Picariæ sunt e quibus foditur pix: nam & picem fossilem inveniri Plinius scribit 16. c. 12. & simili errore in Bruto Ciceronis male Sebast. Conradus legit pecuarias, pro picarias. Igitur usurpatione tantum defendi potest fiscus, qui sibi vindicat piscarias, ut privari, *l. injuriarum*, *§. ult. ff. de injuriis*, contra jus gentium. Et dimidium thesauri in loco Cæsaris invecti non data opera, vel loco religioso. Hoc est ex *l*. 3. *§. si in locis*, *ff. de jur. fisc.* Non sunt autem hæc sola jura fiscalia, sed & pleraque alia. Hic tantum præcipua enumerantur, quæ cum jam longo tempore deperiissent, Episcopi, & proceres, & civitates Italiæ Friderico Imperatori restituerunt.

Alia constitutio ejusdem Friderici de pace tenenda.

Fridericus Dei gratia Romanus Imperator semper Augustus, Episcopis, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & Rectoribus, ad quos literæ istæ pervenerint, gratiam suam, & pacem, & dilectionem. Quoniam divina præordinante clementia, solium regiæ majestatis conscendimus, dignum est ut cujus præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere. Inde est, quod nos tam divinas, quam humanas leges in suo vigore manere cupientes, & Ecclesias, sive ecclesiasticas personas sublevare, & ab incursu, & invasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscunque personis jus suum conservare volumus, & pacem diu desideratam, & antea toti terræ necessariam, per universas regni partes habendam regia auctoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda sit, & servanda, in subsequentibus declarabitur evidenter.

Si quis hominem intra pacem constitutum occiderit, capitalem subeat sententiam: nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illum occidit. Si autem omnibus manifestum sit, quod non necessario, sed voluntarie illum occiderit: tunc neque per duellum, neque quolibet alio modo excusabitur quin capitali damnetur sententia. Si vero violator pacis à facie judicis fugerit, res ejus mobiles à judice in populum publicentur, & disponentur: heredes autem sui hereditatem, quam ipse tenebat, recipiant tali condicione interposita, ut jurejurando spondeant, quod ille violator pacis nunquam de cætero ipsorum voluntate, aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quod si heredes neglecto postmodum juris rigore, hereditatem ei dimiserint:

rint: Comes eandem hereditatem regiæ ditioni A assignet, & à regio jure beneficium suscipiant.

Si quis alium intra pacis edictum vulneraverit, nisi in duello, & vitam suam defendendo hoc fecerit, probaverit: manus ei amputetur, & sicut superius dictum est judicetur, & judex in causa ipsum, & res ejus secundum rigorem justitiæ strictius consequatur.

Si quis aliquem ceperit, & absque sanguinis effusione fustibus percusserit, vel crines ejus, aut barbam expilaverit: decem libras ei, cui injuria illata esse videtur, per compositionem impendat, & judici viginti libras persolvat.

Si vero temerarius absque percussione eum inva- B dat, quod vulgo dicitur * cisteros, canda manu, ac verberibus contumeliisque male tractaverit; quinque libras componant: & judici pro tali excessu decem libras persolvat.

* zitter. hand.

Quicunque judici suo pro excessu viginti libras invadiaverit, prædium suum pro pignore illi tradat, & intra quatuor septimanas invadiatam pecuniam persolvat. Quod si intra quatuor septimanas prædium suum solvere neglexerit: heredes sui si voluerint hereditatem recipiant, & Comiti intra sex septimanas viginti libras persolvant. Si autem Comes eandem hereditatem regiæ potestati consignet, proclamatori etiam damnum restituat, C & prædium à Rege beneficiali jure obtineat.

Si clericus de pace violata pulsatus fuerit, aut pacis violatorem in contubernio suo habuerit, & de iis in præsentia sui Episcopi sufficienti testimonio convictus fuerit: Comiti, in cujus comitatu idem clericus hoc perpetraverit, viginti libras persolvat, & de tanto excessu secundum statuta canonum Episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit, non solum officio, & beneficio ecclesiastico privetur, verum etiam tamquam proscriptus habeatur.

Si judex populi clamore aliquem pacis violatorem ad castrum alicujus domini secutus fuerit, do- D minus cujus castrum id esse cognoscitur, ad faciendam justitiam illum producat. Qui si de sua fuerit diffisus innocentia, & ante conspectum judicis venire formidaverit, si mansionem in castro habet, dominus ejus omnia bona mubilia sub sacramento judici repræsentet, & cum de cætero in domo sua tamquam proscriptum non recipiat. Si vero mansionem in castro non habuerit: dominus ejus secure eum adducere faciat, & postmodum judex cum populo eum tanquam pacis violatorem persequi non desistat.

Si duo homines pro uno beneficio contendunt, & unus super eodem beneficio investitorem pro- E ducit, illius testimonium, cum investitor donum investituræ cognoscit, Comes primo recipiat: & si idem probare poterit idoneis testibus, quod absque rapina hoc idem beneficium habuit, remota controversiæ materia id obtineat. Quod si de rapina præsente judice convictus fuerit, rapinam dupliciter solvat, beneficio vero careat, nisi justitia, & judicio dictante illud in posterum requirat. Si tres, vel plures contendunt de eodem beneficio producentes utrinque diversos investitores, judex in cujus præsentia causa ventilatur, à duobus requirat boni testimonii hominibus in provincia eorumdem litigatorum commorantibus per sacramentum, quod juraverint, quis illorum absque rapina ejus beneficii possessor extiterit, & cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quiete obtineat, nisi judicio, & justitia dictante alter de manu sua illud eripiat.

Si rusticus militem de violata pace pulsans manu sua juraverit, quod non de voluntate sua, sed de necessitate hoc fecit: manu militari se miles expurgabit.

Si miles rusticum de violata pace pulsaverit, & manu sua juraverit, quod non voluntate, sed necessitate hoc fecit: de duobus unum rusticus eligat: an divino, an humano judicio innocentiam suam ostendat: aut septem testibus idoneis quos judex elegerit, se purget.

Si miles adversus militem pro pace violata, aut aliqua capitali causa duellum committere voluerit: facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat.

Post natale Sanctæ Mariæ, unusquisque Comes septem boni testimonii viros sibi eligat: & de qualibet provincia cum ipsis sagaciter disponat: & quanto precio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat. Quicunque vero contra deliberationem ipsius intra anni terminum altius modium, & carius vendere præsumpserit: tanquam violator pacis habeatur: & totidem viginti libras Comiti exolvat, quanti modios sive maldios altius vendidisse convictus fuerit.

Si quis rusticus arma, vel lanceam portaverit, vel gladium: judex in cujus potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat à rustico. Mercator negociandi causa per provinciam pertransiens, gladium suum suæ sellæ alliget, vel super vehiculum suum ponat: non ut quem lædat innocentem, sed ut à prædone se defendat.

Nemo retia, aut laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos, apros, vel lupos capiendos. Ad palatium Comitis nullus miles ferat arma, nisi rogatus à Comite.

Publici latrones, & convicti, vel compacti antiqua damnentur sententia. Quicunque advocatiam suam, vel aliquod aliud beneficium inordinate tractaverit, & à domino suo admonitus non resipuerit, & in sua perdurans insolentia ordine judiciario tam advocatia, quam beneficio exutus fuerit, si postmodum ausu temerario advocatiam, vel beneficium invaserit, pro violatore habeatur.

Si quis quinque solidos, aut valens, vel amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur: si minus, scopis & forcipe excorietur, & tondeatur. Si ministeriales alicujus domini inter se guerram habuerint: Comes sive judex, in cujus regimine eam fecerint, leges & judicia exinde prosequatur. Quicunque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quantum propinquo secundum viam stans in loco amplecti potuerit, ad refectionem, & respirationem equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licitum sit etiam ipsi uti herba viridi, & sylva,

va, fine vaftatione qualibet utatur pro fua commoditate, & ufu neceffario.

Conftitutio hæc eft Friderici primi, ut ceteræ omnes, quæ ad Germaniæ publicam pacem fpectant, & vulgo appellatur à Germanis *Frid brief*, id eft, Breve pacis, ut Abbas Urfpergenfis fcribit, & *Landfrid*: five *Landfridem*, id eft, publica pax, Jo. Froiffardi 3.cap. 97. corrupte *Languefride*. Edita hæc fuit Ratisbonæ quantum opinor rebus pacatis inter principes Germaniæ, qui diu dimicarant inter fe ob ducatum Saxoniæ, & Bajoariæ ereptum Henrico Superbo à Conrado Imperatore: qua de re Otho. Ne, inquit, Bajoaria ulterius totius regni quietis immunis effet treugam proximo Pentecoftæ ad annum jurari juffit. Et ideo forfitan recte huic Conftitutioni in veteri libro hic titulus præponitur, De treuga, & pace. Conftituitur autem primum capitis pœna in eum, quem conftiterit pacis, five induciarium tempore hominem occidiffe dolo malo, & abfolvi eum, quam non conftiterit cædem feciffe dolo modo, fi paratus fit duello comprobare eam fe feciffe ob tutelam fui corporis, quod naturalia, & civilia jura permittunt. Bona mobilia abfentis, & fugitivi populo à judice diripienda dari, non fifco. Immobilia heredibus ejus relinqui, fi modo juraverint fe nihil ex eis profcripto fuppeditaturos, cui jurijurando fi non paruerint, jam non amplius ea eos proprio; fed feudi tantum jure ab Imperatore tenere poffe. Ei qui vulnus inflixerit, manum amputari: & ita in legibus ejufdem militaribus apud Othonem, eum qui vulnere illato inducias fregerit, manu aut capite plecti. Et qui fine cæde, & vulnere re ipfa injuriam atrocem fecerit, ut fi barbam vulferit, aut crinem laceraverit, aut fuftibus aliquem cæciderit, hanc irrogat multam, ut injuriam paffo inferat auri libras x. judici xx. Eft hoc frequens in legibus Gotthorum, ut judici pars multæ, aut tota adjudicetur. Injuriam quæ verbis fit, levius coercet, de qua fic ait: *Si vero temerarius abfque percuffione eum invadat, quod vulgo dicitur Ziterhand, calida manu, ac verbis contumeliifque male tractaverit*, &c. Omnes libri fcripti habent illud, *Hand.* fed illud *Zitter* eft depravatum in *cifter*, vel *cifteros*. Quid autem fit *Zitterhand*, mox explicat, calida manu fcilicet, quod Germanicæ linguæ peritis exploratiffimum eft: aut legendum *haifterhand*, ut legibus Alamannorum, Si quis in curtem Epifcopi armatus contra legem intraverit, quod Alamanni *Haiftera handi* dicunt. Additur in §. *quicunque*, in hanc caufam prædia pignori capi. Debet enim condemnatus reus mox Comiti multam invadiare, quod eft obligare dato pignore. Dixere etiam veteres, fi Varroni credimus, alligare pecuniam, vel obligare. Id vero pignoris, reus luere debet intra menfem: quod fi non fecerit, addicitur heredibus ejus ea lege, ut id reluant intra fefquimenfem, aut in fifcum redigitur: ita tamen, ut judex prædium fibi retineat feudi jure, & proclamatori litis æftimationem exfolvat. Proclamatorem vocat actorem, cui injuria illata eft: nam & Germanis actio eft clamor, & veteribus Gallis *clain* ou *clam*. Inde legibus Alamannorum, *Nemo*, inquiunt, *negligat ad placitum venire, ut in ipfo placito pauperes conclament caufas fuas*. Poft hæc clericis pacis violatoribus propriam pœnam indicit. Superiorem indixit laicis. Notandum ex §. *fi judex*, profcriptum non effe domo recipiendum: quæ vulgaris fuit olim adjectio, cum interdicebatur aqua, & igni, & tecto: & lege Julia de vi puniuntur, qui recipiunt deportatos, auctore Paulo in Sententiis, qui relegatos, pecuniaria pœna, *l.* 11. *ff. de inter. & rel.* In §. *fi duo*, tractat de contentione feudi inter duos vafallos, ut dirimatur à Comite: ergo à judice ordinario: quod expofui 1. *tit.* 15. & 28. Et ut primum ejus teftimonium recipiatur, qui producit inveftitorem fuum, qui recognofcat donum inveftituræ, puta fcipionem, anulum, clypeum. Teftimonium, id eft, probatio & teftes, qui ab eo

A producuntur quibus fi conftiterit eum jure feudum adquifiiffe, vincet in poffeffionis caufa. Contra fi vi probetur invafiffe, damni æftimationem præftabit in duplum, & poffeffione ac feudo carebit, nifi id in principali caufa fuum fuiffe probaverit. Ex illa controverfia duæ nafcuntur lites, una eft de poffeffione, altera de jure. Qui priori multatus eft in duplum, non debet cadere etiam pofteriori. Sed fi forte priori non multetur, & poffeffionem tantum reftituere compellatur, quamvis feudum fuum invaferit, & pofteriore judicio feudo privabatur, fecundum *l. fi quis in tantam*, *C. Unde vi*: quæ ita re diftincta nihil obftabit. Ex §. *fi rufticus*, & *feq.* intelligimus in caufis criminalibus jurari de calumnia: nam fi rufticus militem violatæ pacis reum deferat, jurare prius debet de calumnia, miles autem manu quarta (fic eft legendum) fe debet expurgare, id eft, dato jurejurando cum tribus conjuratoribus. Et ita ex diverfo fi miles rufticum deferat, de calumnia dejerat, rufticus purgat fe dato jurejurande cum VII. aliis, vel probat fuam innocentiam humano judicio, id eft, teftibus legitimis, vel divino, id eft, duello: nam per campionem miles cum ruftico pugnare poterit, vel etiam per fe fi velit: alioquin rufticus militem ad pugnam compellare non poteft: nam neque miles plebejus militem nobilem. Nobilis æftimatur ex genere, & vita militari, ut *Conft. Neap.* 3. *tit.* 59. & 60. Cæterum in caufis criminalibus etiam jurari de calumnia oftendit Conftitutio de incendiariis, quæ fequitur. Romano jure in caufis criminalibus neque calumniæ jusjurandum datur, ut Leonis *Nov.* 107. & male contrarium elicitur ex *l. ult. C. de fide inftr.* neque aliud quodlibet jusjurandum, excepto judicio injuriarum, *l. lex Cornelia*, §. *hac lege*, *ff. de injur.* in quo tamen feftivus poeta mavult Bithynico fatisfacere, quam jurare. Sed non ita in Græcia olim. Lyfias ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου πρώτῳ, Ἐν ἐκείνῳ χωρίῳ ὅταν τὰς, τοῦ φόνου δίκας δικάζωνται οὐ διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος τὰς διωμοσίας ποιοῦνται, ἀλλὰ δι' οὗπερ ἐγὼ κακῶς ἀκήκοα, ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινε. *Poft natale.* Hæc Conftitutio edita fuit paulo poft Kal. Septembres, ut Otho Frifingenfis fcribit, & ideo jubet poft natale S. Mariæ, qui eft VI. Id. Septemb. à Comite certum annonæ pretium conftitui, quod qui in vendendo exceffierit, multatur quafi violator pacis: & ait, *Modios*, vel *maldios*. Utrumque idem fignificat: nam & hodie nefcio quot modios *Maldar* Germani vocant, & eodem fenfu Abbas Urfpergenfis: *Ut quilibet*, inquit, *manfus rufticorum prædiorum folveret malare unum avenæ*. Deinde interdicit armorum ufu rufticis, & mercatoribus, nifi in ufum itineris, ut lex Julia de vi publica, atque etiam militibus in palatio Comitis. Venatione omnibus, præterquam urforum, aprorum, luporum, & fane ab Imperatore etiam hodie in inveftituris feudorum fpecialiter jus venandi principibus, & nobilioribus vafallis pro beneficio concedi folet. Adjicit §. *quicunque advocatiam*, privari advocatia, vel alio feudo eum, qui in eo fe gerit infolenter, vel ignaviter, merito eum, & ex ea caufa expellatur conductor, & ereptum fi invadat pro pacis violatore haberi. Advocatia dignitas eft quædam, five urbis, aut Ecclefiæ præpofitura, *c. falvator*, 1. *q.* 3. *c. in quibufdam*, *de pœnis*, *c. præterea*, *De ju. pat.* ut advocatia Tigurinenfis in Auftraria Lazii, advocatia Betunæ in Chronicis Flandriæ. Carolus in donatione Ulmæ regalis villæ facta abbati Augiæ majoris apud Mutium Germ. Chron. IX. *Eligant huic loco advocatum, & defenforem, eo tamen tenore, ut quandocunque fui commiffi prævaricator in rebus, aut hominibus, quod vulgo Balmund dicitur, exiftat, ftatim fine mora, fine judicio advocatiam perdat*: & paulo poft: *Si advocatus hæc noftra ftatuta tranfgrediatur, fine judicio, & abfque fpe recuperationis advocatia ftatim privetur.* Abbas Urfpergenfis: *Mortuo Adelgozo fine herede, qui fuit advocatus Auguftæ, Fridericus Imp. tam advocatiam, quam*

alia prædia ipsius sibi vindicavit : & alio loco. *Laicam à clericis prohibens investituram, & recipiens ab Ecclesiis Ducatus, Marchias, Comitatus, advocatias, monetas, telonea, cæterorumque regalium, quæ possidet summam*. Constituitur, & in fures pacis violatores laquei pœna, si quinque solidos, aut valens, vel amplius (sic legendum) furati fuerint, ut moribus Britanniæ in fures domesticos, c. 182. si minus, præcipit, ut virgis cædantur, & strictim tondeantur: & ita in pacis conventione inita in Alsatia apud Rhenanum. *Si quis fieli unius, aut duorum pretii furtum, aut prædam fecerit, corium cum capillis perdat* ; & in legibus militaribus Friderici apud Guntherum.

Detonsaque coma post verbera pulsus abibit.
Vertice detonso supponet terga flagellis.

Et in legibus Gotthorum frequentissime, ut turpiter decalvati rei flagellis cædantur : & Leonis Nov. 60. *καὶ αὐτὸν πρῶτον μὲν εἰς τὸ τῶν μαστίξι σῶμα καὶ ἐν χρῷ κουρᾷ ἀτιμάζεσθαι : εἶτε μὲν δέχεσθαι τὴν ποινὴν μέχρι τῶν εἰς τὸ σῶμα πληγῶν καὶ τῆς ἐν χρῷ κουρᾶς ἐπὶ τῶν μαστίξι καὶ τῇ ἀτίμῳ τῶν τριχῶν ἀποβολῇ* : & in lx. *Βασιλικῶν* sæpe. Cum *§. ult.* congruit *l. 1. Lang. de iterant. & Neap. 3. tit.* 58. Lege Laurentum sancitum erat auctore Festo, ne pomum ex alieno legeretur supra armum, id est, quod humeris esset oneri. Licebat ergo intra armum : & similiter licebit secundum viam pabuli nonnihil transeunti equo carpere ex herba, aut stipula illecta. Herbæ appellatione non continetur fœnum, ut de edicto Clodovei Gregorius Turonensis refert lib. 2.

Alia constitutio Friderici Imperatoris, De incendiariis, & pacis violatoribus.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Decet fidelitati nostræ, tempora generali populorum proviociarum tranquillitati circumspectionis nostræ studio provideri, ut dum io subjectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet, ac scelerosos à subditorum injuriis arceamus æquitatis nostræ correctione. Considerantes qnippe, quæ damna, quantæque desolationes hominum, & provinciarum, per seditiones, & incendia provenerint : & quantos præterea futurorum timores reportent, ea quæ de conscientia, & consilio principum, & aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum, quam ministerialium, ad reprimendas incendiariorum insolentias, imperialis nostra sanxit auctoritas, universalis imperii fidelibus nota fieri volumus, & sicut in castro nostro Nurimberc hæc ordinata, & confirmata suot, firmiter indicimus observanda. Primum igitur de incendiariis demandamus generaliter, ut si liber homo, ingeouus, ministerialis, vel cujuscunque condicionis fuerit, incendium commiserit pro guerra propria, pro amico, pro parente, vel causæ cujusquam alterius occasione, de sententia, & judicio imperiali, proscriptioni statim subjectus habeatur. Hic excipiuntur, si qui forte manifesta guerra castra manifeste capiunt : & si qua ibi suburbia, aut stabula aliave tuguria præjacent, igne succendunt. Excipiuntur & judices, quos in malefactores pœnam justitia exigente exercere contingit. Quod si aliquis in Ducatu alicujus incendium fecerit, ipse proscriptum pronunciet, ac deinde justitiæ suæ auctoritate eum proscribat.

A Idipsum faciant Marchiones, Palatini Comites, Laotgravii, & Comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere, nisi domino Imperatori. Quicunque etiam iocendiarium in domo sua scienter receperit, & consilium auxiliumve ei impenderit, damnum & injuriam passo pro facultate sua restituat, Judici vero x. libras monetæ de illa diœcesi in qua commissum est, persolvat, ac domino Imperatori pro voluntate, & gratia sua disponat. Si quis autem super hac culpa innocentiam suam probare, vel ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus culpa io præsentia judicis se expurget. Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incen-
B diarium receperit, & de hoc ipsum jure voluerit convenire, hoc nequaquam ei fieri liceat, nisi præstito primo calumniæ sacramento. Dominus etiam Imperator proscriptorum neminem à sententia proscriptionis absolvat, nisi de illicitis primo damnis cum injuriato componat, & nisi consciente judice hoc faciat. Proscriptum vero, quem pro inceodio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notum fuerit, Diœcesiaous Episcopus, si ad satisfactionem inobediens extiterit, à communione Ecclesiæ Dei, & fidelium Christi abjiciat, & extraneum eum reddat, nec eum absolvat, quoad usque læso damnum restituat : & è converso, quem
C Episcopus legitimis induciis citatum justitia dictante excommunicaverit, & hoc judici iosinuaverit, judex eum banno proscriptionis condemnet, & nec prius eum absolvat, quam coram Episcopo de his pro quibus condemnatus est, satisfaciat. Quod si à proscriptione illa prædicto modo fuerit absolutus, & Episcopo suo voluerit obedire, incendium primo abjuret, deinde sit in arbitrio Episcopi, qualem ei pœnam injungat, ad visitandum sepulchrum Domini, aut limina Jacobi Apostoli. Si autem proscriptus eo, ut dictum est, modo absolvi desideraverit, domino Imperatori fines imperii per annum, & diem abjuret. Si quis au-
D tem à proscriptione, & excommunicatione similiter oon fuerit absolutus infra annum, & diem, universo jure, honore, & legalitate privatus habeatur, ita ut ferendo testimonio, vel ad judicaodum, decætero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feudali jure carebit perpetuo. Item si in reisa alicujus domini, eum ipso domino cujus est reisa, aliquis fuerit, qui incendium (ut sæpius contingit) faciat, dominus ipse, cujus est ipsa reisa, jurabit super reliquias, quod non fecerit conscientia, vel mandato, vel voluntate sua. Reum autem abjiciet à se, & nunquam recipiet. Quod si illum post satisfactiooem receperit, tenetur universum
E damnum, quod ille commisit, restituere. Item si contingat domioum aliquem in villa aliqua hospitari violenter, & fortuitu evenerit domum aliquam incendi, & ille cui fit damnum, dominum impetierit, quod mandato suo, vel voluntate, vel conscientia sua factum sit, damnum damnificato restituat. Item si incendiarius captus fuerit, & coram judice negare voluerit incendium se commisisse, si forte notorium non fuerit, per provinciam judex si possit cum cum vII. idoneis testibus convincere, capite plectatur. Sed si ootorium fuerit, nullius requirendum est testimonium, sed

sta-

statim decollandus. Item si Castellani cujuscunque A domini descendentes à castro domini sui, incendium fecerint domino absente à provincia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum quæcunque extra castrum fuerint reperta, comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiarum retinere voluerit, & à se non repulerit, castrum ejus similiter erit comburendum. Item si proscriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi, nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis incendiarius, sed damnum pro incendio restituere debet. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confuge- B rit, & dominus, cujus est castrum, fortassis dominus, vel vasallus, vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eum persequentibus repræsentare, sed juvabit eum à castro in sylvam, vel alias, ubi securus sibi videatur. Quod si nec dominus, vel vasallus, nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repræsentet, vel cum eo in eadem culpa sit.

Statuimus etiam, & eodem firmiter edicto sancimus, ut quicunque alii damnum facere, aut lædere ipsum intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuncium suum diffiduciet eum. Quod si læsus diffiduciatum se fuisse negare voluerit, C nuncius idem si vivus est, juret quod contradixerit ei ex parte domini sui, loco & tempore designato. Si mortuus est nuncius, juret dominus junctis sibi duobus viris veracibus, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis valeat inculpari. His sancientes adjicimus, ut quicunque treugas alicui dederit, nisi ibi determinatum, & exceptum fuerit, quo tenore servet, vel non servet eas, contradicere eis ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut violator fidei judicetur: item qui nuncium aliquem, pro eo quod contradicturus mittitur, læserit, fidem suam violavit, & de cætero omni honore suo D carebit, & in posterum nullus ei contradicet.

De filiis quoque sacerdotum, diaconorum, rusticorum, statuimus, ne cingulum militare aliquarenus assumant: & qui jam assumpserunt, per judicem provinciæ à militia pellantur. Quod si dominus alicujus eorum eum in militia contra judicis interdictum retinere contenderit, dominus ipse judici in x. libras condemnetur, servus autem omni jure militiæ privetur. Statuimus etiam, ut si quis vineas, aut pomaria exciderit, proscriptioni, & excommunicationi incendiariorum subjiciatur. Ut autem hæc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dicta est tenore inconvulsa consistat, eam legibus prædecessorum nostrorum Imperatorum atque regum jussimus interseri, E & perpetuo jure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire præsumpserit, Dei omnipotentis, & nostræ perpetuo indignationis sit reus. Fiat, fiat. Actum Nuremberc in præsentia Principum, consilio, & consensu eorum. Anno Incarnationis M. C. LXXXII. III. Kal. Jan.

Hæc etiam, quam sumpsimus ex Abbate Urspergensi, pertinet ad publicam pacem Germaniæ, & de feudis nonnihil habet: & etiamsi non haberet, semper pacem publicam, quæ tota consistit, ex vasallorum fide, & constantia, majores conjunxerunt cum feudis. Eos, qui vites exciderint coercet, ut incendiarios, ut latrones, *l. 2. ff. arb. fur. cæs.* Ait, *Item si in reisa.* Excursio militaris hoc Germanico jam obsoleto vocabulo significari videtur. Olivarius Marchiæ: *Tost apres ceux de la verde tente, & autres Gandois firent une rese sur les marches de Hainaut.* Et Joh. Aventinus auctor est multam non respondentis ad delectum appellari Raisoguelduin, quod vulgo Heribannum, vel Hostenditiæ.

Alia Constitutio ejusdem de pace componenda, & retinenda inter subjectos, & aliis capitulis.

FRIDERICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator, semper Augustus, universis subjectis suo Imperio, Salutem.

HAc edictali lege in perpetuum valitura jubemus, ut omnes nostro subjecti imperio, veram & perpetuam pacem inter se observent: & ut inviolata inter omnes perpetuo observetur. Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvasores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus, & plebeis, à decimo octavo anno usque ad septuagesimum obstringantur juramento, ut pacem teneant: & rectores locorum adjuvent in pace tenenda atque vindicanda: & in fine uniuscujusque quinquennii de prædicta pace tenenda omnium sacramenta renoventur. Si quis vero aliquod jus de quacunque re, vel facto contra aliquem se habere putaverit, judicialem adeat potestatem, & per eam jus sibi competens exequatur. Si quis vero ausu temerario prædictam pacem violare præsumpserit: si civitas est, pœna centum librarum auri cameræ nostræ inferenda puniatur: oppidum vero triginta libris auri mulctetur: Duces autem, Marchiones, & Comites quinquaginta auri libras præstent: Capitanei quoque & majores valvasores viginti auri libris puniantur: minores valvasores, & omnes prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum passo secundum leges resartiant. Injuria seu furtum legitime puniatur. Homicidium quoque & membrorum diminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

Judices vero, & locorum defensores, vel quicunque magistratus ab Imperatore, vel ejus voluntate constituti, seu confirmati, qui justitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitime supersederint: damnum omne injuriam passo resarcire compellantur: & insuper si major judex est, sacro ærario pœnam decem librarum auri præstet, minor autem pœna trium librarum auri mulctetur. Qui vero ad prædictam pœnam persolvendam inopia dignoscitur laborare, corporis sui coërtionem cum verberibus patiatur: & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Conventiculas quoque in civitatibus, omnesque conjurationes, & extra, etiam occasione parentelæ, & inter civitatem, & civitatem, & inter personam, & personam, sive inter civitatem, & per-

sonam, modis omnibus fieri prohibemus, & in præteritum factas cassamus, singulis conjuratorum pœna unius libræ auri puniendis. Episcopus vero locorum ecclesiastica censura violatores hujus sanctionis, donec ad satisfactionem veniant, volumus coerceri. Receptatoribus etiam malefactorum, qui prædictam pacem violaverint, & prædam ementibus, nostram indignationem subituris, & eisdem pœnis feriendis. Præterea bona ejus publicentur, & domus ejus destruatur, quæ pacem jurare, & tenere noluerit, & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones maxime ab Ecclesiis (quarum abusio jam per longa tempora inolevit) per civitates, & castella omnino condemnamus, & prohibemus, & si factæ fuerint, in duplum reddantur.

Item sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inviolabiliter custodiantur. Per vim autem & justum metum etiam à majoribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) extorta, nullius esse momenti jubemus.

Ad hæc, qui alodium suum vendiderit, districtum, & jurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat: & si fiat, non valeat. Si vero contigerit alodium aliquod etiam infeudatum conferri Ecclesiæ, vel per oblationem fidelium, vel per emptionis, & venditionis alteriusve hujusmodi contractum, infeudatus, nisi per gratiam Ecclesiæ tanquam de novo receperit, feudum quod habebat, retinere non poterit. Ut autem æquitas, quæ in paribus causis paria jura desiderat, per universitatem totius Imperii servetur: firmiter statuimus tam in Italia, quam in Alamannia, ut quicunque indicta publica expeditione Romam ad suscipiendam Imperii coronam, Regem, aut sub Rege dominum suum non adjuvaverit, aut eundo cum ipso, aut pro quantitate feudi stipendia militiæ persolvendo (si de vocatione legitima à domino suo convinci per compares suos poterit) feudum perdat, & dominus in suos usus illud habeat redigendi liberam facultatem.

Hæc & ea, quæ seqnitur pertinent ad publicam pacem Italiæ: & est conventionis publicæ confirmatio hæc, id est, pacis pactæ cum Mediolanensibus primo bello Mediolanensi. Illud primum constituitur, ut pacem jurent omnes ab anno XVIII. usque ad LXX. unde, & constitutione sequenti legendum, à XVIII. non à XVI. & Radevici 3. cap. 41. non XIV. Hæc est plena pubertas Romanorum jure, Langobardorum legitima ætas, *l. 1. Lang. de prob. alie. min.* quod Accursius refert in *l. 2. C. de eo, quod cer. lo.* & qui eam non compleverunt Gunthero improprie pupilli dicuntur. Civitates, quæ pacem violaverint, multantur C. libris auri puri scilicet, Omnis pœna auri, auri puri intelligitur. Marcas dicit Urspergensis pro libris. Plus tamen est marca: continet enim duas libras. Sed quod Latinis olim fuit libra auri, est hodie marca fere, quod selibra, hodie libra: oppida multantur XXX. libris, ut vulgo scriptum est. Sed veteres habent XX. & Radevicus ita legit, & Guntherus:

Urbs, inquit, *centum libris puri multabitur auri,*
Oppida vicenis.

Totidem libris multantur Capitanei, & majores valvasores. Abbas Urspergensis: *Capitaneus seu alius invasor major XX.* corrupte, pro valvasor major. Minores vero valvasores, inquit, prædictæ pacis violatores, tres libras. Guntherus XII.

Magnates bis dena viri, bis sena minores.

Et Urspergensis. Alii vero X. & usque ad tres marcas prout eis facultas suppetit. Præterea inhibentur hac Constitutione, & coercentur conventiculæ, conspirationes, sodalitia: quod hinc repetitum est Caroli IV. aurea bulla: & scribit Conventiculas, non Conventicula, ut emendandum etiam est in *l. conventicula, C. de Episc. & cleric. l. ult. Cod. de iis, qui ad Eccl. conf.* Proponitur, & hoc edicto pœna gravissima in eum, qui pacem jurare noluerit, his verbis. *Præterea bona ejus publicentur, & domus ejus destruatur, qui pacem jurare, & tenere noluerit, & lege pacis non fruatur.* Publicentur, non est confiscentur, sed in populum publicentur, & dispensentur à judice: ut in *Const. de pace tenen.* & ita Guntherus:

Qui pacis jurare modum formamque tenere
Improbus abnuerit, quæ possidet omnia vulgo
Diripienda patent, evertendique penates.

Item pœna dupli in eos, qui quid ab Ecclesiis exegerint illicite. Illicitas exactiones dicit ex *l. 2. Cod. de Episc. & cleric.* Guntherus angarias, & Fridericus II. *de statut. & cons.* quæ Constitutio per partes ab Irnerio tota inserta est Codici Justiniano. Ex hac est tantum insertum Codici, quod sequitur de sacramentis puberum, ad *l. 1. C. si adv. vend.* quo negatur minoribus restitutio in integrum adversus conventiones juratas corporaliter, puta tactis Evangeliis, aut manu sublata, non ex scripto tantum, & sua sponte, id est, sine vi, & metu: alioquin & majores ob vim, aut metum restituuntur, maxime, inquit, si extorta sint ne querimoniam, &c. quod ita declarat Guntherus recte:

Juramenta metu mortisve dolore coacta,
Præcipue ne quis multis nocitura loquendo
Publicet, aut in se crudeliter acta queratur,
Nullius meriti, vel ponderis esse jubemus.

Quod sequitur, *Ad hæc, qui alodium,* id exposuimus 4. *tit.* 19. *Si vero contigerit.* Dominus non potest invitum vasallum delegare alteri. Potest tamen vendere curtem sive alodem, & si eam Ecclesiæ vendiderit, vel donaverit, mox debent ejus curtis vasalli feudum ab Ecclesia recognoscere. Curtem Ecclesiæ alienatam sequuntur vasalli. Quod sequitur, *Ut autem æquitas,* est ex Topicis Ciceronis, & definitio banni, & heribanni explicata est 1. tit. 20. His non apposui Constitutionem illam Friderici II. quia nihil pertinet ad feuda, nec eadem etiam ratione alias duas Henrici VII. quibus tamen hoc ex supplemento Chronicorum Urspergensis adscribi volumus. Die coronationis suæ more aliorum principum Romanorum legem edidit, seu authenticam novam de summa Trinitate, & fide Catholica. Deinde Pisam se recepit: ibi duas alias condidit leges. Primam de reis crimine læsæ majestatis: secundam, qui debeant haberi rebelles, & infideles imperio, quas leges Roma tanquam caput mundi insignivit, & confirmavit, cujus confirmationis hæc sunt verba. Ego coronarum corona confirmo principi potestatem, eique subjicio civitates, gentiumque nationes. Tueantur Aquilæ gloriam meam. Hæc Roma.

Alia Constitutio ejusdem Friderici de pace Constantia.

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & filius ejus Henricus sextus Romanorum Rex Augustus. Imperialis clementiæ immensa serenitas mansueta-

eam

eam semper in subditis suis dispensationem favoris, A & gratiæ habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessuum delicta debeat, & possit corrigere: magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis, & piis affectibus misericordiæ Romanum Imperium regere, & rebellium insolentiam ad debitam fidem, & debitæ devotionis obsequium revocare. Eapropter cognoscat universitas fidelium Imperii tam præsentis ætatis, quam successivæ posteritatis, quod nos solita benignitatis nostræ gratia, ad fidem, & devotionem Lombardorum, qui aliquando nos, & Imperium nostrum offenderant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes, eos & societatem, ac fautores eorum in plenitudinem B gratiæ nostræ recipimus: offensas omnes, & culpas, quibus nos ad indignationem provocaverunt, clementer eis remittentes, eosque propter fidelia devotæ sinceritatis servitia, quæ nos ab eis credimus certissime recepturos: in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, præsenti pagina jussimus subscribi, & auctoritatis nostræ sigillo communiri, cujus est hic tenor, & series. Nos Romanorum Imperator Fridericus, & filius noster Henricus Romanorum Rex concedimus vobis civitatibus, locis, & personis societatis regalia: & consuetudines nostras tam C in civitate, quam extra civitatem, videlicet Veronæ, & castro ejus, suburbiis etiam, & aliis civitatibus, & suburbiis, locis & personis societatis in perpetuum, videlicet ut in ipsa civitate omnia habeatis sicut hactenus habuistis, vel habetis. Extra vero omnes consuetudines sine contractione nostra exerceatis quas ab antiquo exercuistis, vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus, & pascuis, & pontibus, aquis & molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis, vel habetis, in exercitu, in munitionibus civitatum, in jurisdictione, tam in causis criminalibus, quam in causis pecuniariis intus, & extra, & in cæteris, quæ ad commodita- D tem spectant civitatum. Volumus ut regalia, quæ vobis non concessimus, in hunc modum cognoscantur, per episcopum loci, & homines tam de Episcopatu, quam de civitate eligantur viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem, nec nostram majestatem privato, vel speciali odio teneantur, qui jurent, quod bona fide, & sine fraude perquirent, & inquisita consignabunt ea, quæ specialiter ad nostram excellentiam spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint, censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competenti moderatione mode- E rabimur etiam quantitatem istam si enormis visa fuerit.

Si quis autem super iis, quæ vobis concessimus, vel permisimus, sive in civitate, vel extra civitatem, querimoniam apud majestatem ipsam deposuerit: ejus querimonam non admittemus: & silentium ei imponemus, hoc quod nos, vel noster antecessor Rex, vel Imperator Episcopis, Ecclesiis, vel Civitatibus, vel aliis quibuscunque personis clericis, vel laicis ante tempus guerræ dedit, vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum & ratum habemus, salvis superioribus concessionibus, ut pro eo solita nobis servitia exhibeantur: sed census non præstetur. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitatibus, vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat præstari.

Privilegia omnia, & data, & concessiones, quæ in privilegium, vel damnum civitatum, vel locorum, vel personarum societatis occasione guerræ in alicujus injuriam prædictorum à nobis, vel nunciis nostris indulta sunt, cassentur, & in irritum deducantur. In civitate illa, in qua Episcopus per privilegium, Imperatoris, vel Regis comitatum habet, si Consules per ipsum Episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant sicut consueverunt recipere: alioqui unaquæque civitas à nobis consulatum recipiat. Consequenter vero in singulis civitatibus Consules constituentur à nuncio nostro, qui sit in civitate, vel Episcopatu: & investituram recipient, & hoc usque ad quinquennium, finito quinquennio unaquæque civitas à nobis recipiat, & intra quinquennium à nuncio nostro sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus: tunc enim à nobis recipiet. Eadem observentur in successore nostro. Et omnes investituræ gratis fiant. Cum autem nos Imperator divina vocatione decesserimus, vel regnum filio nostro concesserimus: simili modo à filio nostro, vel ejus successore investituram recipietis.

In causis appellationum si quantitas xxv. lib. imperialium summam excesserit, appellatio ad nos fiat: salvo jure & moribus Brix. Ecclesiæ in appellationibus: ita tamen, ut non cogantur in Alamanniam ire: sed nos habebimus proprium nuncium in civitatibus, vel Episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat, & juret, quod bona fide, & sine fraude causas examinabit, & definiet secundum leges, & mores ipsius civitatis intra duos menses à contestatione litis, vel à tempore appellationis receptæ, nisi justo impedimento, vel consensu utriusque partis remanserit.

Consules, qui in civitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam consulatum recipiant.

Vasalli nostri à nobis investituram recipiant, & fidelitatem faciant sicut vasalli cæteri omnes, sicut cives à xvi. annis usque ad lxx. nisi tales personæ sint quibus debeant, & possint sine fraude sacramenta remitti. Vasalli, qui tempore guerræ, vel treugæ non postulaverint investituram, vel debita servitia nobis non exhibuerint: hac occasione feudum non amittant. Libellariæ, & precariæ in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscujusque civitatis, non obstante lege nostra, damna omnia, & ablata, etiam injurias quas nos per nos, & per nostros ab universitate societatis, vel ab aliquo de societate, vel coadjutoribus societatis sustinuimus, per nos quam nostra parte remittimus gratis, & plenitudinem nostræ gratiæ eis damus. Moram superfluam in civitate, vel episcopatu pro damno civitatis non faciemus: Civitates munire, vel extra munitiones facere eis licet. Item societatem, quam nunc habent, tenere: & quoties voluerint renovare eis liceat: pactiones timore nostro,

vel

vel per impressionem nuntiorum factæ cassentur, A & nec pro eis aliquid exigatur.

Pacta Placentinorum, scilicet pactum pontis Padi, & fictum ejusdem pontis, & regalium, & datium, & pactum, quod episcopus Hugo fecit de castro arquato, & si aliqua facta sunt similia ab ipso Episcopo, vel à communi, vel ab aliis de societate nobiscum, vel nostro nuncio, ipso ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen quod teneantur persolvere fictum Abbatissæ Sanctæ Juliæ de Brixia: & si quæ sunt similes.

Sententiæ quoque, quæ de jure, & secundum leges, & consuetudines contra aliquem, vel aliquos de societate latæ sunt, teneant, sicut de jure con- B tra eos tenerent si gratiam non habuissent. Quæ vero contra aliquem, vel aliquos de societate latæ sunt occasione guerræ, seu discordiæ, in irritum deducantur. Possessiones omnes, quas quisque de societate tempore guerræ tenebat juste: si per vim ablatæ sint ab eis, qui de societate non sint, cum fructibus, & sine damno restituantur: vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis assignetur. Opizoni marchioni omnem offensam, quam nobis, vel alicui partis nostræ fecerit postquam in societate fuerit, vel per se, vel per aliquam personam cum societate: Imperiali clementia per nos, & no- C stram partem remittimus, & in plenitudinem nostræ gratiæ eum recipimus, nec per nos, nec per interpositam personam, pro præteritis offensis sibi, vel parti ipsius, aliquam inferemus injuriam, læsionem, vel coercitionem. Amplius eam jurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii, Martexanæ, & Burgariæ, & in aliis comitatibus, exceptis locis, quæ Pergamenses nomine nostro tenent inter Alduam, & Oleum, excepto Romano veteri, & Bariano, & eam, quam modo exercent, libere & quiete habeant, & possideant sine contradictione nostra, & successorum nostrorum salvis pactis, & datis, & D concessionibus in suo robore durantibus, quæ Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergamo, Novariæ, & Laudo: nec per hanc concessionem lædendis, nec ullum præjudicium fiat juri aut consuetudini alicujus civitatis, & societatis præter dictas concessiones. Pacta inter civitates, & societates quondam facta nihilominus firma, & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in Episcopatu Laudensi præter dictas concessiones salvo jure aquæ Lambri Mediolanensibus, si quod habent, vel in pedagio. Omnes de societate, qui fidelitatem nobis jurabunt, in sacramento fidelitatis adjicient, possessiones, & E jura, quæ nos habemus in Lombardia, & possidemus extra societatem, jurabunt bona fide nos manutenere si opus fuerit, & cum super hoc per nos, vel per certum nuntium nostrum fuerint requisiti, & si amiserimus recuperare: ita videlicet, quod finitimæ civitates obnoxiæ sint principaliter ad hoc faciendum: & si opus fuerit, aliæ teneantur ad competens auxilium præstandum. Civitates quæ sunt extra Lombardiam in suo confinio, similiter teneantur facere. Si qua vero civitatum ea, quæ in conventione pacis ex parte nostra statuta sunt, non observaverit: cæteræ civitates eam ad id observandum bona fide compellant: pace nihilominus in suo robore permanente. Nobis autem intrantibus Lombardiam fodrum consuetum, & regale, quæ solent, & debent, præstabunt: & vias & pontes bona fide, & sine fraude, & sufficienter reficient: in eundo, & redeundo mercatum sufficiens nobis, & nostris euntibus, & redeuntibus bona fide, & sine fraude præstabunt: in omni decimo anno fidelitates renovabunt in iis, qui eas nobis non fecerunt, cum nos petierimus, vel per nos, vel per nostrum nuntium. Si qui ex parte nostra de suis justis possessionibus expulsi sunt, restituantur sine fructibus, & damno, nisi in causa principali suæ proprietatis jure possit se tueri possessor: salvis prioribus concessionibus: & omnes offensæ eis remittantur: eodem jure servando iis, qui sunt ex parte nostra circa restitutionem: nisi civitas adstringatur juramento, ut non restituat: quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere: & si qua controversia fuerit orta de feudo inter nos, & alium, qui sit de societate, per pares illius civitatis, vel episcopatus in quo descendit, agetur, & secundum consuetudinem illius civitatis, in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus: tunc enim in audientia nostra si nobis placuerit agitabitur. Item volentibus venire contra pacta, non per violentiam facta, & juramento firmata inter civitates, & civitates, societates, & societates, vel civitatem, & alias personas: nos audientiam denegabimus. Item nos restituimus stratam Veronensibus: & nominatim recipimus Drosinum in plenitudinem gratiæ nostræ, & omnem offensam ei remittimus, &c. Dat. apud Constantiam solemni curia VII. Kalend. Jul.

Superior promulgata est Roncaliæ, hæc Constantiæ, de qua Abbas Urspergensis in hunc modum: Jam bellis omnibus fatigatus Imperator Lombardis omnibus condixit curiam apud Constantiam, ubi Principes, & potestates eorum se repræsentaverunt, & pacta quædam de faciendo servitio Imperatori, de singulis civitatibus Lombardiæ ibidem statuta sunt, quæ adhuc dicunt se tenere in scriptis, nec ad serviendum ultra hæc compelli volunt. Concedit hac Constitutione regalia quædam civitatibus Lombardiæ, quædam sibi retinet, maxime fodrum, & investituram Consulum, ac vasallorum. Gratiam delicti facit Opizoni marchioni Malaspinæ. Apicium vocat corrupte Guntherus pro Opitium. Otho 2. cap. 16. Marchio Opitius cognomento Malaspina. Fictum vectigal vocat, quasi fixum. Comitatus Seprii, & Martexanæ, Radevicus Comitatum Sefrenensem, & Martusanum.

Alia constitutio Friderici de jure προτιμήσεως.

SAncimus à modo in omni provincia, & in omni civitate, si quis ex parentela habeat communem agrum, domum, vel vineam, vel rem immobilem divisam, vel indivisam, aut ex communi emptione, vel aliquo hujusmodi titulo, vel alio modo aliquo conjunctim, & voluerit alienare supradictas res per venditionem, vel emphyteusim, vel locationem, non ante liceat ei alienare, quam

de-

denunciaverit illis quos vocavimus per ordinem in A
jus προτιμήσεως. In primis vocentur parentes, qui sunt conjuncti, post hoc socii, post hos illi, qui sunt conjuncti, etiamsi extranei sint, post hos vocentur omnes, qui sunt sub uno servitio, & qui sunt conjuncti ex aliqua parte. Sin autem plures sint in jure προτιμήσεως, omnibus denuntietur, ut intra xxx. dies solvendo justum pretium sine mora, aut quantum quivis emptor sine fraude dederit, unusquisque portionem suam accipiat. Verum si intra statutum terminum, justum pretium non solverit, decreto non habebit jus προτιμήσεως, nisi si quis eorum erat in captivitate, vel deportatus, vel in exilium missus, vel absens Reipublicæ causa, B
aut ex propria sua causa, vel minor xxv. annis: & licet illi fuerint absentes ex justa causa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel procuratores, vel defensores intra 4. menses debent venire, & solvere justum pretium cum legitimis usuris, & expensis necessariis, & accipere jus προτιμήσεως, & extraneos emptores omnimodo expellere, & si neglexerint hoc facere, sarcient de propriis suis quidquid incommodi illi habuerint. Licet autem supra diximus omnes vocari ad jus προτιμήσεως, tamen si probatum fuerit, quod atroces injurias, vel manus impias venditori, vel ejus familiæ intulerint, vel ipsius substantiæ gravem jacturam moliti C
sunt, vel contra ejus vitam nisi sunt, omnes isti nullo modo sine voluntate venditoris ad jus προτιμήσεως veniunt. Ex causa tamen dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel ex testamento, permutatione, transactione, & parentes, & extranei omnes possunt alienare, nisi quis vendendo, vel locando ei, qui non habuit jus προτιμήσεως, simulate donaverit, vel legatum dederit. Ideoque illi, qui habent jus προτιμήσεως possunt exigere juramentum à venditore, & emptore, & post juramentum si probatum fuerit contra Constitutionem nostram simulate hoc fecisse venditorem, & emptorem, rem & pretium perdent, D
& fisco applicabitur, fiscus autem vendet rem illam illis, qui habent jus προτιμήσεως. Sed si ante juramentum probatum fuerit hoc eos fecisse, venditio erit irrita, & venditor cogetur invitus vendere illis, qui habent jus προτιμήσεως. Prohibemus autem potentiores personas aliquid accipere prætextu adoptionis, vel donationis simplicis, aut causa mortis, ex testamento, vel ex usucapione, aut sub prætextu defensionis, nisi forte parentes fuerint. Potentiores autem dicimus, qui non tantum per se, sed etiam per propinquos possint inferre timorem alienatoribus, aut promissionem beneficii. Quod si aliquis ex potentioribus hoc præsumpserit facere, sit alienus ab illa re, & æstimationem illius rei E
præstet fisco. Transcurso tamen decennio sine denunciatione, nulla de cætero moveatur controversia illi qui possident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex testamento, ab illis, qui habent jus προτιμήσεως, vel etiam fisco.

Alia ejusdem de jure προτιμήσεως.

QUum omnibus hominibus, qui legibus reguntur, & moribus præceptum esse constet jus suum cuique tribuere, nec cuiquam jus suum detrahere, libertatis procedente gratia, qua naturaliter, quod cuique facere libet nisi quid vi, aut jure prohibetur, est concessa facultas, res suas unicuique liberum esse, aut propter nuptias donationis, aut cujuslibet alienationis, aut ultimæ voluntatis dispositionis causa, sive testamentario jure in alium transferre non est ambigui juris. Sed quoniam & jure præcipitur, honeste vivere, alterum non lædere, ne hi quo cognatione, vel communione, vel aliquo propinquitatis modo eorum, qui vendunt urbanis rusticisve prædiis adhærendo ab his, qui intromisceantur lædantur, vel aliter ipsa venditione impediantur, jure προτιμήσεως præferri censemus, &c.

Jus προτιμήσεως habent agnati, & domini feudorum, vel ἐμφυτευταὶ, de quo supra lib. 2. tit. 4. & lib. 4. tit. 14. & ideo has Friderici Constitutiones hoc lib. inserere voluimus, quamquam de eo tantum sint, quod cognatis, & aliis quibusdam competit, non etiam de illo quod feudorum dominis. Subjecimus,& Romani Lecapeni Novellam de eodem jure, ex qua priorem Friderici constat esse translatam. Jure civili datur quidem hoc jus convicanis, *l. 1. Cod. non licere habit. metroc.* non tamen propinquis, aut sociis, *l. dudum, C. de con. emptio. nisi ex conventione, l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verb. obl.* vel auctione bonorum, *l. cum bona, ff. de reb. auct. jud. po. l. Imperator, ff. de pac.* Meminit initio Novellæ Romanus *d. l. dudum, & l. 1. Non lic. habit. metr.* Parentes hac Constitutione militari sermone Fridericus appellat, quos Romanus συγγενεῖς, ut auctores superiorum librorum sæpe. Sequitur Novella Romani.

ΝΕΑΡΑ

ΡΟΜΑΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΡΟΝΤΟΣ, περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων, καὶ προτιμήσεως συγγενῶν, καὶ κοινωνῶν, καὶ ἀναμεμιγμένων, καὶ συμπαρακειμένων ὁμοτελῶν, καὶ συναπτῶς ἰσουμένων, καὶ τῶν νεμομένων ὁμοτελῶν χωρίων, καὶ ἀγριδίων, καὶ κωλύσεως δυνατῶν προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως στρατιωτικῶν κτημάτων.

Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδεὶς παρὰ συγγενῶν, ἢ κοινωνῶν ἐμποδίζηται πωλεῖν οἷς ἂν ἐθελήσειεν: ἕτερος δὲ νόμος ἄντικρυς τοὐναντίον ἀπαγορεύει, μὴ ἐξεῖναι τινὶ πιπράσκειν ἑτέρῳ, ἢ μόνον τοῖς τῆς ἰδίας μητροκωμίας οἰκήτορσιν: ἡμᾶς δὲ τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν ἅμα, καὶ τῶν δημοσίων φόρων τῆς τε ἄλλης στρατιωτικῆς καὶ πολιτικῆς λειτουργίας, καὶ συντελείας πολλὴν τιθέμενοι πρόνοιαν τὸ ἐναντιοφανὲς αὐτῶν καὶ ἀδιόρθωτον διὰ ταύτης ἡμῶν τῆς θείας διατάξεως σαφεῖ καὶ συντόμῳ λόγῳ ἐπανορθοῦντες, θεσπίζομεν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν πάσῃ πόλει, καὶ χώρᾳ, καὶ ἐπαρχίᾳ, ἵνα εἴ τινες τύχοιεν ὡς ἀπὸ συγγενείας διῃρημένοι, ἢ ἀδιαίρετοι, ἢ ὡς ἐκ κοινῆς ἀγορασίας, ἢ ἄλλης τοιαύτης τρόπου κτήσεως, ἢ οἱ μὲν ἐκ συγγενείας, οἱ δὲ ἐξ ἐπικτήσεως ἐπίκοινον οἰκίαν, ἢ ἀγρὸν, ἢ ἀμπελῶνα, ἢ ἕτερον τὸ οἷον οὖν ἀκίνητον ἔχοντες, ἢ ἄλλως, καὶ ἔχοιεν ὡς ἐξ ἐπικοίνου τοῖς ἐγγίζουσι κτήμασι κατά τι μέρος ἀναμεμιγμένοι ἢ συμπαρακείμενοι ὁμοτε-

A ὁμοτελῶν, ἢ ἁπλῶς πλησιαζόντων, βουληθεῖεν ἐκποιῆσαι τὰ ἴδια καὶ πρᾶσιν, ἢ ἐμφύτευσιν, ἢ μίσθωσιν, μὴ πρότερον ἑτέρῳ τινὶ ταῦτα οὐκ ποιείτωσαν, εἰ μὴ πρὸς ἐκείνους διαμαρτύρωνται, οὓς καλοῦμεν κατὰ τάξιν πρὸς τὴν προτίμησιν, ἵνα πρῶτον κληθῶσιν οἱ ἀναμὶξ συγκείμενοι συγγενεῖς, εἶτα οἱ ἁπλῶς συμπεπλεγμένοι κοινωνοὶ, μεθ' οὓς οἱ μόνον ἀναμεμιγμένοι, οἱ καὶ ξένοι πάντῃ τοῦ ἐγχωροῦντες συγχάνουσιν, ἔπειτα οἱ συμπαρακείμενοι ὁμοτελῶς, μετέπειτα δὲ οἱ ἁπλῶς ἔν τινι μέρει συναπτῶς ἰδιωμένοι: ὁμοτελεῖς δέ φαμεν πάντας τοὺς ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὑποτεταγμένους ἀναγραφομένους, κἂν ἐν διαφόροις τόποις τὰ ἴδια B τελέσματα καταβάλλωνται: πολλῶν δὲ πρὸς ἓξ τοῦ ἐκκεχωρημένου κτήματος ἐμφορούντων κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν ἑκάστῳ ἡ προτίμησις διαμαρτυρίας τελείσθω: ἵνα τῶν προτιμωμένων ἴσως παρακειμένων οἱ ἐφεξῆς καλούμενοι ἄρα βούλοιντο συναλλάξωσιν. Εἰ μέν τινες πάντες ἐκ τῶν ἴσων ἔρχονται προνομίαν, ὥστε καὶ μηδὲν ἀλλήλων προτερεύεσθαι ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ προκλήσει, ἢ αὐτῇ πάλιν ὁμοίως γενέσθω προφώνησις, ἵνα ἐντὸς λ' ἡμερῶν τὸ ἄξιον τίμημα, ἢ ὅπερ ἀψευδῶς ἐργάτης ἀληθῶς δίδωσιν ἀγοραστὴς, αὐτοὶ ἀνυπερθέτως καταβάλλοντες ἀναλόγως ἀφ' ἑαυτῶν, ἢ ἕν τινος ἀρχῆς τοῦτο C ἐπιμελείσωνται, ὅσαι δὲ μὴ ἐμπροθέσμως τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτοῖς παράσχοιεν ἀποτίμησιν, ἐκεῖνοι δίκαιον ἕξουσι προτιμήσεως, πλὴν εἰ μήτε αὐτῶν αἰχμάλωτός ἐστιν, ἢ πεπλεγμένος, ἢ ἐξόριστος, ἢ ἐν δημοσίαις, ἢ καὶ ἰδίαις χρείαις ἀδόλως ἀπολιμπάνεται, ἢ ἔτι τὸν κε' χρόνον τῆς ἰδίας ἡλικίας: τούτων γὰρ οἱ τὴν διοίκησιν τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀναδεδεγμένοι, ἐντὸς δ' μηνῶν μετὰ τῶν συμπαρακειμένων τῶν ἀγοραστῶν πρὸς τὸ ἀναλογοῦν συνεισέρχονται ἀναπληροῦντες αὐτοῖς τὸ ἀνῆκον τίμημα μετὰ τοῦ νομίμου τόκου, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀναλωμάτων, τοὺς D δὲ ξένους ἀγοραστὰς ἀπωθοῦνται τελοῦντες τὸ τίμημα μετὰ τῶν αὐτῶν τελῶν τε καὶ δαπανημάτων ἀναδιδόντες αὐτοῖς. Εἰ δὲ οἱ τῶν εἰρημένων προσώπων διοικηταὶ ὑφορῶνται μήπως τὸ παρ' αὐτῶν πραχθὲν ἐκείνοις δεκτὸν οὐχ ἡγήσωνται, μετ' ἐγγράφου νομικῆς διαγνώσεως, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν, ἢ καταδεχέσθωσαν τὸ συνάλλαγμα. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ῥαθυμήσουσιν, οἴκοθεν αὐτοῖς παρεχέτωσαν πᾶν κέρδος, καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν ἣν ἔμελλον ἕξειν ἐκεῖνοι: εἴπερ ἔσχηνται ἴσως πρὸς τὸ συνάλλαγμα: καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ συγγενῶν, καὶ κοινωνῶν, καὶ ὁμοτελῶν, καὶ τῶν ἄλλως παρακειμένων: ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ὁμάδος τῶν καλου- E μένων χωρίων ἢ ἀγριδίων, πολλῷ μᾶλλον κρατείτω, ἵνα καὶ οἱ κτήτορες αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους ἔχωσι τὴν προτίμησιν. Εἰ δὲ πάντες παραιτήσονται οἷς δίδοται ἡ προτίμησις, ἢ δείκνυνται αὐτοῖς χρηματικῆς ζημίας, ἢ σωματικῆς ἐπιβολῆς τε καὶ ἀτιμίας τυγχάνειν τῷ ἐκποιοῦντι, καὶ τῇ αὐτοῦ φαμιλίᾳ ἢ καὶ τύχῃ, ἀλλ' ἐκ προνοίας δι' ἑαυτῶν, ἢ διὰ τῶν προσηκόντων αὐτοῖς γεγονότες, τοὺς τοιούτους ἄκοντας τοῦ πεποιθότας κατ' οἷον τρόπον εἰς τὴν ἐκείνων κτῆσιν εἰσενεχθεῖσαν βουλόμεθα γ' κατὰ πρόφασιν μέντοι προικὸς ἢ προγα-

A μιαίας δωρεᾶς, ἢ ἁπλῆς, θανάτου αἰτίᾳ δωρεᾶς, ἢ ἐκ διαθήκης, ἢ ἀνταλλαγῆς, ἢ διαλύσεως, καὶ οἰκεῖοι καὶ ἐξωτικοὶ ἅπαντες ἐν τούτῳ δύνανται, μήτοι μήτε κατὰ συνήθειαν λάθρᾳ πωλήσας, ἢ μισθώσας τοῖς μὴ προτιμωμένοις, ἐν τῷ φανερῷ δωρεῖσθαι ἢ ληγατεύειν, ἢ τι τῶν εἰρημένων προσποιήσηται: διὰ ταῦτα γὰρ καὶ ὅρκον τοῦ διδόντος, καὶ τοῦ λαμβάνοντος οἱ τὸ προνόμιον τῆς προτιμήσεως ἔχοντες δύνανται ἀπαιτεῖν. Εἰ δέ γε οἱ ἐκποιοῦντες πρὸς παραγραφὴν τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας ἄλλην τι πρᾶξαι τολμήσουσι, καὶ ἄλλο τι ἐν τῷ φανερῷ προσποιή- B σονται, οἱ μὲν μετὰ τὸν ὅρκον ἐλεγχθῶσιν αὐτοί τε καὶ οἱ οὕτω δολερῶς αὐτοῖς συναλλάξαντες τὰς τῆς ἐπιορκίας ποινὰς ὑφέξουσι, καὶ ὁ μὲν τοῦ κτήματος, ὁ δὲ τοῦ λάθρᾳ καταβληθέντος τιμήματος ἐκπεσοῦνται, καὶ ἀμφότερα τῷ δημοσίῳ εἰσκομισθήσονται, ἵνα ἐκ τοῦ δημοσίου εἰς τοὺς πλησιάζοντας διαπραθῇ. Εἰ δὲ πρὸ τοῦ ὅρκου φωραθεῖεν τοιοῦτόν τι διαπραξάμενοι, καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον ἔσται, καὶ τὸ κτῆμα ὃ ἅπαξ πραθὲν κακῶς ἐκποιῆσαι, καὶ ἄκων ἀπεμπολῆσαι ἀναγκασθήσονται εἰς ἐκείνους οἷς δεδώκαμεν τὴν προτίμησιν. Τοῖς δὲ δυνατοῖς ἀπαγορεύομεν τοῦ λοιποῦ εἰσελθεῖν τρόπῳ, ἢ δωρεᾶς ἁπλῆς, ἢ θανάτου αἰτίᾳ, C ἢ ἐκ διαθήκης, ἢ κατὰ μόνην χρῆσιν, ἢ ὡς ὑπό τινι προστασίᾳ καὶ συνδρομῇ λαμβάνειν τε παρὰ τῶν εὐτελεστέρων, ἃ μὴ ἄρα συγγενεῖς αὐτῶν εἶεν, ἀλλὰ μηδὲ νέας ἀγορασίας ποιεῖσθαι, ἢ μισθώσεις, ἢ ἀνταλλαγὰς ἔν τισι χωρίοις, ἢ ἀγριδίοις ἐκ τῶν ἀτηρότερων αὐτῶν. Εἰ δὲ μὴ τούτων αἱ στάσεις, ἀλλ' ἑτέρων προσώπων εἰσὶ τὰ διαπιπρασκόμενα προάστεια, εἴτε ἐκ τοῦ δημοσίου οἱ λεγόμενοι κλασματικοὶ τόποι, ἢ καὶ ἀλληλούσιοι ἀνήκοντα αὐτῷ ἐκποιεῖται, καὶ εἰς αὐτοὺς οἱ αὐτοὶ κτήτορες προτιμάσθωσαν, τούτων δὲ ἑκουσίως ἀποτασσομένων, τότε καὶ τοῖς δυνατοῖς ἔξεστι D συναλλάττειν. Ἐκεῖνοι δὲ νοείσθωσαν δυνατοὶ οἵτινες κἂν μὴ δι' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὖν διὰ τῆς ἑτέρων δυναστείας, πρὸς οὓς πεπαρρησιασμένως ᾧ κέχρηνται ἱκανοὶ εἰσιν ἐκφοβῆσαι τοὺς ἐκποιοῦντας, ἢ πρὸς εὐεργεσίας ὑπόσχεσιν τὴν πληροφορίαν αὐτοῖς παρασχεῖν. Εἰ δέ τις ἐκ τῶν δυνατῶν προσώπων τοιοῦτόν τι ἐγχειρήσας διαπράξασθαι, καὶ τοῦ κτήματος στερηθήσεται καὶ τὴν ἀποτίμησιν αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ εἰσπραχθήσεται. Μετὰ μέντοι δεκαετίαν ἀνεπιφώνητον καὶ τῶν ὠνουμένων συναλλαξάντων, ἢ δωρεὰς δεξαμένων, ἢ ἐκ διαθήκης τε κτησαμένων, οὐδεμία παρ' οὐδενὸς τῶν ἐντεῦθεν προτιμωμένων, ἢ καὶ ὡς ἐκ τοῦ δημοσίου ζή- E τησις ἔσται. Πρὸς τούτοις δὲ κελεύομεν ὥστε πάντα τὰ στρατιωτικὰ κτήματα ὅσα ἐντὸς τεσσαρακονταετίας καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐξεποιήθησαν, ἢ μετὰ ταῦτα μέλλουσιν ἐκποιεῖσθαι, ἀναργύρως εἰς τὴν τῆς ἰδίας στρατείας εὐοχὴν καὶ ὑπηρεσίαν πάλιν ἐπανακάμψαι, ἃ μὴ ἄρα καὶ μετὰ τὴν ἐκποίησιν τοσοῦτον τῷ στρατευτῇ περιλαμβάνεται ὅσον τὸν στρατευόμενον πρὸς τὴν τῆς οἰκείας στρατείας σύστασιν ἐξαρκεῖ, καθ' ὅσον γὰρ ἐλλείπει καὶ τοσοῦτον ἡ ἐκ ποινῆς ἀνα[illegible].

Vocare

1345
Vocat
gnati pr
prædia
qui dici
Græcis
sortes
Post c
rem cc
gnati
tenent
postre
sunt
datur
non d
feudo
& sup
runt,
ctissim
tis hau
de pig.
scriptic
Datur
cundu
Novel
ne q
εἰ μὴ
catiu
aut π
Nov
εἰσαλ
tenti
sive
quus
juri
nam
nis,
rum
perio
put v
omni
deric
inop
pub'
let,
Cor
bui

Vocantur hac Constitutione in jus προτιμήσεως cognati primum consortes, veluti fratres, qui paterna prædia pro diviso, aut pro indiviso possident: hi sunt qui dicuntur οἱ ἀναμὶξ συγκείμενοι συγγενεῖς auctoribus Græcis interpretibus, qui & inde adnotant recte consortes extraneos præferri cognatis non consortibus. Post cognatos consortes vocantur socii, deinde, qui rem communem habent citra societatem, sive sint cognati sive exteri, tum ii, qui communi census vinculo tenentur, licet non eodem loco censum exsolvant, postremo vicini, & confines. Hi testato denunciandi sunt antequam venditio fiat extraneo. Denunciatis datur mensis, procuratoribus eorum menses quatuor non denunciatis decennium, dominis ἐμφυτευόντων, & feudorum longe alia tempora, *l. ult. C. de ju. emphyt. & supra 2. tit. 9.* & ii, qui præsentes venditioni adfuerunt, & tacuerunt, ut interpretes Græci adnotant rectissime, nec venditioni consensisse, nec pro denunciatis habentur, *l. Titia, §. Lucia, ff. de leg. 2. l. Gajus, ff. de pig. act.* Consensu amittitur jus προτιμήσεως, & præscriptione temporis, & ingratitudine sive indignitate. Datur etiam hac Nov. jus προτιμήσεως convicanis, secundum *l. 1. Cod. non lic. habit. metr.* Est & aliud hac Novel. caput de locupletioribus, & potentioribus, ut ne quid ex bonis tenuiorum adquirant, ἐν τινι χωρίῳ ἢ ἀγριδίῳ ἐν οἷς οὐκ ἔχουσιν ἴδια κτήματα, ut explicatius enarrant interpretes: non igitur nisi ἀνακοινώσεως, aut πλησιασμοῦ jure: & ad definitionem potentiorum, Novel. Constantini Porphyrogennetæ περὶ δυνατῶν τῶν εἰσελθόντων εἰς κτῆσιν πτωχῶν declarat nihil interesse potentior sit qui emerit, an is, qui potentiori domesticus sive προσωκειωμένος fuerit, Fridericus male, propinquus. Igitur ne potentiores quidem derogare possunt juri προτιμήσεως: quinimo severius cum his agitur: nam neque donationis, aut testamenti, aut transactionis, aut patrocinii, aut adoptionis jure ad bona tenuiorum pervenire possunt. Sed eadem, & hos, quæ superiores tuetur præscriptio decennii. Postremum caput vetat alienationem prædiorum militarium: quod omnino pertinet ad feuda, & consentit etiam cum Friderici, & Lotharii Constitutionibus, ne milites per inopiam muneribus militaribus reddantur inhabiles, publicove depereat census, qui eo nomine dependi solet, qua de re visum etiam est proponere Novellam Constantini Porphyrogennetæ, cujus mentionem habuimus sæpe lib. 1.

Νεαρὰ Κωνσταντίνου Πορφυρογεννήτου περὶ στρατιωτῶν.

ΩΣΠΕΡ σώματι κεφαλὴ, οὕτως ἐν πολιτείᾳ στράτευμα, ὧν οὕτως ἢ ἑτέρως ἐχόντων, ἀνάγκη καὶ τὸ πᾶν συμμεταβάλλεσθαι, καὶ εἰ μὴ ταῦτα ὑπὸ πολλὴν τίθεται πρόνοιαν, περὶ τὴν οἰκείαν σφάλλεται σωτηρίαν, ὥσπερ εἰπεῖν εἴσεσθαι χρὴ τὸ καινόν: καὶ ἐπειδὴ τῷ χρόνῳ τὰ τῶν στρατιωτῶν ἀῤῥωστήσαντα ὅθεν αὐτῶν καὶ ἡ τοῦ εἶναι, καὶ ζῆν προσίων ἀφορμὴ πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἐναπέκλινεν, ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν πρὸς τὸ οὐκέτι οὕτω, καὶ ἀμεινότερον ταῦτα μετήνεγκε, κοινὴν τῷ παντὶ χαρισαμένη τὴν λυσιτέλειαν. Θεσπίζομεν τοίνυν αὐτὸ τοῦτο δὴ ὅπερ ἡ συνήθεια ἄγραφος πρὶν ἐκύρωσε, μὴ ἐξεῖναι τοῖς στρατιώταις τὰ ἐξ ὧν αἱ στρατεῖαι ὑπηρετοῦνται κτήματα διὰ πωλεῖν, συντηρεῖσθαι δὲ εἰς ἑκάστην στρατείαν, ἐπεὶ μὲν ἀκίνητον κτῆσιν δ´. λιτρῶν, οὗς ἀεὶ ἀθρῶσθαι κελεύομεν, καὶ τοῖς ὑπὸ τὸν στόλον τεταγμένοις πλωΐμοις τοῦ τε αἰγαίου πελάγους, καὶ τῆς

A

σάμου, καὶ τῶν κιβυῤῥαιωτῶν: αὐτοτελεῖς γὰρ καὶ οὗτοι, καὶ ἀντιμέριοι βαρείας μετίασι τὰς ὑπηρεσίας, τοῖς δὲ βασιλικοῖς πλωΐμοις ἐπὶ ῥόγαις ὑπηρετουμένοις, καὶ τοῖς λοιποῖς πλωΐμοις ἤδη νῦν ἐκράτησεν ἐκ συνηθείας δύο λιτρῶν εἰς ἑκάστην στρατείαν ἀκίνητον διασώζεσθαι κτῆσιν, ὃ καὶ ἡμῖν ἀρεσκόντως ἔχειν δοκεῖ: οἱ μὲν οὖν ἐν τοσαύτῃ ἀκινήτῳ κτήσει ὄντες οἱ ἐν ἑκατέραις στρατείαις καταλεγμένοι σώζειν ταύτην συντηροῦντες ἀνεπαίσθητον καὶ παρὰ πέμπειν εἰς τοὺς φυσικοὺς κληρονόμους καθ᾽ ὃν ἂν βούλοιντο τρόπον μετὰ τοῦ εἶναι μέντοι γε βάρους, εἴτε κατιόντες εἶεν πρὸς οὓς παραπέμπονται, εἴτε ἀνιόντες, εἴτε ἐκ πλαγίου, εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου ἐνοικεῖα τισὶν ἁρμόζῃ, εἴτε ἀπὸ διαθήκης ἐξ ἀνίσων μερῶν αὐτοὺς κληθῆναι γνήσιοι, ἢ φυσικοὶ, ἢ ἐξωτικοὶ, παγανικοὶ, κληρονόμοι: τοὺς ἀξιωματικοὺς γὰρ παντὶ τρόπῳ ἀποκλείομεν πρὸς τὰς τοιαύτας διαδοχὰς καὶ κατὰ ἀναλογίαν τοῦ μέρους τῆς κληρονομίας ἕπεσθαι ὁριζόμεθα, καὶ τὸ βάρος τῆς συντελείας: κινητὸν δὲ οὐ περιεργαζόμεθα ὕπαρξιν, ἀλλ᾽ ἐν ἐξουσίᾳ αὐτῇ κείσεται τῶν κεκτημένων, εἰ μήπου καὶ πολὺ ἡ ἀκίνητος ἐλαττοῦται: δεῖον γὰρ τότε ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμασίᾳ τὸ ἐλλιπὲς τῆς ἀκινήτου ἐκ τῶν κινητῶν ἀναπληροῦσθαι.

B

C

Εἰ δὲ ἐν περιουσίᾳ πολλῶν ἀκινήτων ὁ στρατιώτης καθεστήκοι, εἴτε καὶ πολὺ τὴν δικαίαν ὑπερβαίνειν ποσότητα, εἰ μὲν ἅπαντα ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς καθήκειν ἀπογράφονται μὴ δύνασθαι μήτε ταῦτα, μήτε ἐκ τούτων τὸν στρατιώτην διαπωλεῖν καὶ μείζονα εἶεν ἠξιωμένα τιμῆς: μᾶλλον δὲ μὴ δύνασθαι τινὰ ἐκ τούτων ἀγοράζειν, καὶ μάλιστα περιβλεπτον, ἢ ἀξιωματικὸν, ἢ δυνάστην μέχρι σχολαρίων, ἢ μητροπολίτην, ἢ ἐπίσκοπον, ἢ μοναστήριον, ἢ ἕτερον τὸν οὐτινοῦν ποτε εὐαγῆ οἶκον εἰδότες ὡς ἐκ ἔσεσθαι αὐτοῖς περὶ τῶν τιμημάτων ἀγωγὴ, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ περὶ τῶν δαπανημάτων λόγος, κἂν εἰ τύχοιεν πολλὰ καταναλωκότες εἰς φιλοτιμίαν τῶν ἠγορασμένων, λήψονται μέντοι γε τὰς ὕλας αὐτῶν μετὰ τοῦ μὴ βλάψαι τὴν προτέραν κατάστασιν. Εἰ δ᾽ οὐ πάντα ἀπογεγραμμένα εἰσὶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἔχει ὁ στρατιώτης κτῆμα ἰδιοπεριόριστον καὶ τῇ στρατείᾳ ἀκαταδούλωτον, ἐξουσίαν ἐχέτω ᾧ δὴ βούλοιτο τρόπῳ τοῦτο ἐκποιεῖν, ἐν ᾧ μέντοι γε ἡ ἀπογεγραμμένη κτῆσις αὐτῷ ἱκανὴ ἔστι ὑπηρετεῖσθαι τῇ στρατείᾳ. Εἰ γὰρ ἀπολείπηται ἀνάγκην ἕξει ὁ ἐκ τοῦ στρατιώτου λαβὼν ἔκ τινος αἰτίας τὸ ἐλλιπὲς δι᾽ ἀκινήτου ἀναπληρῶσαι, εἰ δ᾽ ἀδήλως ἀπογεγραμμένα εἰσὶ τὰ τοῦ στρατιώτου ἀκίνητα, τὰ εὐχρηστότερα σιωπηρῶς ὑποκείσθωσαν ἕως δ´. λιτρῶν, καὶ τούτῳ τῷ προνομίῳ ἐξ οὗ μετέρχεσθαι προσοίας συγκροτείσθωσαν: τὰ δὲ περιττὰ ἀφεῖσθαι τούτοις ἐκποιεῖσθαι, καὶ εἴπερ συμβῇ ἐν μὲν τὰ εὐχρηστότερα ἀγοράσαι πρότερον, ἐν δὲ τὰ ἀχρηστότερα ὕστερον, ἐκνικηθῇ δὲ ἐκ τοῦ προστιθεμένου προνομίου τὰ εὔχρηστα, ἐχέτω τὰ τῆς προγενεστέρας δίκαια καὶ τοῦ μεταγενεστέρου ὁ προγενεστερος: εἰ δὲ πολλὰς ἔχων τὰς ἀκινήτας κτήσεις καὶ πολυτίμους, τὴν ἀπογεγραμμένην ἐκποιήσει, ἐκνικῆσαι δεῖ ταύτην θεληθῇ.

D

E

A ληθῇ ὕστερον ὡς ἀπογεγραμμένην, δίδοσθαι μὲν αὐτοῖς τὴν βοήθειαν τῆς ἐκποιήσεως, ἐκ τῆς ἄλλης δὲ τῷ ἀγοραστῇ τὸ ἱκανὸν παρὰ ποιεῖσθαι· ὅτι δηλαδὴ εὐπορεῖεν ὑπὲρ τὰς δ΄ λίτρας οἱ ἱππεῖς, ὑπὲρ τὰς δύο δὲ οἱ πλωτῆρες: εἰ δὲ μέρος στρατείας ὑπηρετῶν τις κατὰ ἀναλογίαν τοῦ μέρους αὐτοῦ, καὶ τὴν εὐπορίαν τυποῦσθαι, μηδ' ἄλλως δὲ κωλύεσθαι τὰ στρατιωτικὰ τοῖς ταῦτα οἱῳ δή τινι τρόπῳ κτωμένοις, εἰ μὴ ὁ τῆς τεσσαρακονταετίας ἀντιφώνητος διαρρεύσει χρόνος: σχεδὸν γὰρ τοῖς κακῇ πίστει νεμομένοις ἠθέλομεν τέως ἡ πάλαι συνήθεια, πλὴν ὅσον οἱ μὲν ἐξ συναλλάγματος νεμηθέντες τὴν τῶν καρπῶν ζημίαν διέφυγον: B οἱ δὲ πίστει κακῇ νεμόμενοι καὶ καρποὺς, καὶ προσόδους, καὶ πᾶσαν βλάβην κατετίθεντο, ὃ καὶ ἡμῖν ἀρέσκει: στρατιώτην δὲ νομίζεσθαι διατυποῦμεν οὐ τὸν καθοσιωμένον μόνον τοῖς ἱεροῖς λεγομένοις στρατιώταις, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τούτοις οἳ διά τινα τύχην ἐπήρειαν ἐπιδοθέντες ἀθρόως ἐσδίκως τετυχήκασι: καὶ τῶν αὐτῶν τούτοις δικαιοῦμεν ἀπολαύειν προνομίων, οὐ συγχωροῦντες ἔτι παρ' ἐκείνων πιπράσκεσθαι τὰ ἐξ ὧν αἱ στρατεῖαι ὑπηρετοῦνται, καὶ πολλῷ πλέον παρὰ τοῦ δημοσίου: οἱ γὰρ τοῖς κυρίοις δεσπόταις ἐπιτιμῶμεν οὐ αὐτῇ συμφέροντος ἕνεκα, C πῶς ἂν τῷ δημοσίῳ πιπράσκειν ἐπιτρέψαιμεν: καὶ τὴν πάλαι ἄγραφον ἀδικίαν ἐκείνην νόμου τάξιν ἔχειν μεθήσομεν τὴν ἐχθρὰν γῆς τε ἁπάσης ἐξελαύνεσθαι καὶ θαλάσσης, ὡς ἴσον θηριωδεστάτην καὶ ἀπανθρωποτάτην, οἶμαι γὰρ ὡς οἱ ταύτην εἰσαγαγόντες τὴν αὐτὴν ταῖς ἄρκτοις φύσιν τῇ πολιτείᾳ προσένειμαν: λόγος γὰρ ἔχει μόνας θηρίας τὰς ἄρκτους λιμῷ πιεζομένας τοὺς δακτύλους περιλιχμᾶσθαι, ὅπου καλῶς τις εἰδὼς χρείας ὅλης τῆς πολιτείας, ἀλλ' οὐχὶ δακτύλους τοὺς στρατιώτας δοκοίη: ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐντελῶς ἅμα καὶ λυσιτελῶς καὶ τὸ ἡμῖν δοκοῦν διατυποῦμεν, D ἐπὶ δὲ τοῖς προλαβοῦσι πάλαι μὲν ἐπιχειρηθεῖσιν ἀδιαιρέτοις καὶ παχυμερὴς συνήθεια ἀναργύρως τοῖς ἀγορασταῖς τῶν στρατιωτικῶν ἐξωθεῖσθαι: ἡ δὲ λεπτομερὴς τῶν κατὰ μέρος διοίκησις ἄλλοτε ἄλλως ἐν οἷς ὡς αὐτοῖς μετῆγον οἱ τῆς ψήφου κύριοι μεταφερομένη πολλήν τινα λώβην παρεῖχε τοῖς πράγμασι καὶ πᾶσαν ἀσάφειαν: ἡμεῖς οὖν ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω τοὺς περὶ τῶν συμφερόντων τρέψαντες ἀναλογισμοὺς τὰς κεχυμένας ἑκάστας, καὶ ποικιλοτρόπως ἀποδεινομπουμένους(?) πράξεις ἑνὶ ῥυθμῷ καὶ λόγῳ τοῖς ἐν ἅπασι δεσμοῖς στέλλοντες, θεσπίζομεν οἱ μὲν ἐπὶ κληρονόμοι αὐτοῖς τοῖς γεγραμμένοις στρατιώταις κατιόντες τυχὸν, ἢ ἀνιόντες, ἢ ἐκ πλαγίου μέχρις E ἕκτου βαθμοῦ αὐτοὶ πάντως προσδεχθήσονται κατὰ τὴν τῶν βαθμῶν συγγένειαν προτιμώμενοι εἰς τὸ ἐκδικεῖν τὰ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκποιηθέντα κατασχεθέντα, τῶν ἐγγυτέρου δὲ βαθμοῦ συγγενῶν μὴ θελομένων, ἢ μὴ δυναμένων, καὶ οἱ πορρώτεροι ὧδε κληθήσονται συγγενεῖς: συγγενῶν δὲ οὐχ ὑπόντων, ἢ τῶν ἀπὸ νόμου καλουμένων ἀγχιστέων οἱ συνδέται καὶ οἱ συναιχμάλωτοι τούτων ἀκουσθῶσι προσεχόμενοι, τούτων δὲ οὐκ ὄντων οἱ συντελεσταὶ εὐπορώτεροι στρατιῶται, ἵν' ἐξ

A ἐκείνων τὸ εἶδος τῆς συντελείας ἀνασῴζοντες ἐπανοικοδομηθῶσιν πρὸς ἰσχὺν ἱκανότητος: εἰ δ' ἂν καὶ οὗτοι ἀπῶσιν, ἀνάγκη καὶ τοὺς πολιτικοὺς συντελεστὰς ἐπωκοῦσθαι, πρὸς τὸ μὴ διαπίπτειν τὸν ἐκ τοῦ κήνσου φόρον. Εἰ δὲ στρατιώτης στρατιώτου ἑτέρου κτῆσιν ἠγόρασεν, εἰ μὲν ὁ εὐπορώτερος ἐξ ἀπόρου τὴν αὐτὴν ὑπέξω τοῖς δυνατοῖς ποιεῖν ἀναργύρως ἐκ πίστεων τῶν ἠγορασμένων: εἰ δὲ ἄπορος ἐξ εὐπόρου, τὸ ἀγορασθὲν ἔξω πάντως ἢ τὸ τίμημα λήψεται: εἰ δὲ ἀμφοῖν ἀπορίαν ἐνέχοιτο τῷ ζημιουμένῳ μέρει προσβοηθεῖσθαι κελεύομεν, τὴν ἀγαθὴν πίστιν ἐνταῦθα τηροῦντες, ἥτις οὐκ ἐφ' ἧς τινα κερδαίνειν ἐκ τῆς τοῦ ἄλλου B ζημίας, ταῦτα περὶ τῶν στρατιωτικῶν κτήσεων, ἃ μὲν ὑφεστήκασιν αἱ δὲ ἐξωρηκόσες δεῖν εὐθήμως μεταβιῶσαι καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν στρατιωτικῶν προσώπων, καὶ τὰ συμπεσόντα τούτοις μικρὸν ἄνωθεν ἀναγορεῦσαι: ἣν ὅτε ἡ ὀλισχερὴς τῶν πραγμάτων ἀνατροπὴ καὶ φορὰ ὀλέθρου δυσκάθεκτος, καὶ πᾶς τις τῶν ἐν δόξῃ πραγματικῶν πανσυδὶ χεῖρας ἀπειργαστέοις ἀποτεμνόμενος, ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ τοῖς ἀθλίοις ἐνέτυπτε κτήσεσι, σχέτλια ποιῶν οὐχ ἡγούμενος, πάσχων δὲ μᾶλλον ὡς ἕτερος ὑπέρτερος τούτου ἐν πλεονεξίᾳ φθάσῃ, καὶ ἦν ἀνυσχερὴς ἅμιλλα κακῶν: οὐδὲ γὰρ C οὐδὲ μέχρι τῶν δυνατῶν ἦν, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀρξαμένη καὶ εἰς τοὺς ὀλιγοστιγοῦς ἐτελεύτησεν: αἱ γὰρ τῶν ὑπερεχόντων ἕξεις, διαδόσιμοι ὡς ἐπὶ πᾶν τῷ πλήθει γίνονται: ἐκεῖθέν τε οἱ ἄρχειν τοῦ στρατοῦ λαχόντες, ὥσπερ ἴσως νόμον τὰ τοιαῦτα εἶναι τῶν στρατηγῶν, ἅπαντες ἀρχὴν λαμβάνοντες, ἀπεδίδουν δὲ αὐτοὺς στρατείαν ἄνθρωποι ὄντες ἀμελεῖς, ἀπόλεμοι, μυρμήκων ἀγεννέστεροι, καὶ λύκων ἁρπακτικώτεροι, δι' ὧν τοῖς ἐχθροῖς δασμολογεῖν οὐκ ἔχοντες, ἠργυρολόγουν τοῖς ὑπηκόοις, ὅθεν οὐκ ἐδεήθησαν χρόνου πρὸς τὸ πᾶν ἀνατρέψαι, ἀλλ' ἐν τῇ σφῶν κατὰ φθορᾷ εἰς ἔσχατον κινδύνου τὴν τῶν Ῥωμαίων ἤλασαν ἀρχήν: ἐπεὶ D μὲν οὖν τὴν σπουδὴν περὶ τὴν τούτων ἀναστολὴν καταβαλλόμεθα πολλοὶ τῶν χρηστῶν καὶ μετρίων ἀναφωνήσουσι, ἢ μᾶλλον ἡ πληθὺς τῶν ὡς τὸ πάτριον ἔδαφος ἐπανιόντων βοήσεται ὡς τῆς δουλείας ἀπηλλαγμένοι, ἀναγγελλοῦσι δὲ οἶμαι καὶ αἱ τῶν ἄλλων πραγμάτων πρὸς τὰ κρεῖττω μεταβολαὶ αἷς πρὸς ταλαιπωρούμεθα ταῖς φροντίσιν ὑπομακοῦντες, ἵνα μὴ κοφίτις εἴη καὶ διαπεφωρημένη ἡ ἐπινοηθεῖσα τῶν πλημμελῶς φερομένων διόρθωσις, ἣν ἐν τῷ παρόντι ἐδίκτῳ, ὡς οἷόν τε ἐστὶν ἀκριβῶς ἀνεστοιχειώσαμεν: καὶ τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ εἰς διαμονὴν ἀΐδιον παραδιδόντες E θεσπίζομεν, εἴτις στρατιώτης ἐν παροίκου λόγῳ εὑρεθείη κατέχων, εἰ μὲν αὐτὸς ἐκποιήσας καὶ τὰ ἐξ ὧν ἡ στρατεία ὑπηρετεῖται, κτήματα ἁρπάσας ἔχει, ἐξ χρυσᾶ νομίσματα ποινῆς ἕνεκεν ἀπαιτείσθω ἐξ ὧν ὁ στρατιώτης μὲν τὸ ἥμισυ λήψεται πρὸς ἐπανάληψιν τῆς ἀποκαταστάσεως αὐτοῦ, τὸ ἥμισυ δὲ ὁ δημόσιος ἧς χάριν ἐστερήθη δουλείας. Εἰ δὲ οὐχ ἁρπάσας ἀλλ' ἀγοράσας εὑρεθείη, τὰ στρατιωτικὰ πρὸς μὲν τὸν δημόσιον γ΄ χρυσᾶ νομίσματα καταθήσει, πρὸς δὲ τὸν στρατιώτην ἀγωγὴν ὑπὲρ τοῦ τιμήματος οὐκ ἕξει: εἰ δὲ ἑτέρων ἐξελασάντων αὐτὸς ἐκ τῶν οἰκείων

δίκαιον ἢ αὐτοῦ ἐκείνου ὀνόματι χρηματίζων ἄλλοι τούτους κατεστρατευμένους ἐδέξαντο, εἴτε παροικίαν, εἴτε θητείαν, ἀνεύθυνοι ἔστωσαν· ὅσοι δὲ στρατιώτας ἑκουσίως εἰς ἰδίας ὑπηρεσίας καταταξάμενοι ἔχουσι τῶν φοσσάτων τούτους ἀποστερήσαντες, ὡς ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ χρόνῳ ἓξ νομίσματα ὁ ἐξυπηρετήσας εἰσπραχθήσεται, καὶ ταῦτα ὁ δημόσιος κληρώσεται, οἱ μέντοι ἀπὸ στρατηγοῦ· ἢ τῶν ἄλλων ἀρχόντων τούτους ἐπιτροπὴν δεδεγμένοι, καὶ οὗτοι ἐκ τῶν ἀποτεταγμένων εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ στρατηγοῦ, ἢ τῶν ἀρχόντων καθωσιώκασιν· οἱ γὰρ ἐκ τῶν ἔξωθεν καὶ τῆς καθ' ὄντος εἰσὶν οὐκ ἀθῳωθήσεται ὁ τούτους ἔχων, εἰ καὶ δεικνύοι ἐντολὴν ἔχειν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, ἢ ἀρχόντων ἐπιτραπεῖσαν κεχρῆσθαι αὐτοῖς.

Ut Lotharii, & Friderici Constitutione feuda nullo modo possunt à militibus alienari, ita nec ea prædia militaria, quæ relata sunt in Codices militares ex hac Constitutione, quæ feudis comparamus. Cætera autem, quæ Codicibus militaribus absunt, possunt alienari usque ad certum modum, puta secundum ejus distinctionem, si modo retineat sibi tantum ex iis miles quantum conficiendis quatuor, vel duabus libris auri sufficiat, ne scilicet omnino redactus ad inopiam, & militiæ reddatur inutilis: quæ est etiam ratio Constitutionum Lotharii, & Friderici. Sed hoc distabant illa prædia militaria à feudis, quod illa à nemine recognoscebant, quippe cum eorum essent milites pleno jure domini: & consequenter, quod alienatione aliis non aperirentur, sed illis ipsis restituerentur. Cæterum ut Fridericus nullam censet emptori præscriptionem temporis opitulari posse, quo minus venditio rescindatur, ita nec Constantinus, nisi 40. annorum, quasi scilicet omnis, qui ea prædia emerit in eo pro malæ fidei possessore habeatur, *l. 7. C. de agri. & cens.* licet in fructuum, & ejus, quod interest ratione distinguat inter bonæ, & malæ fidei emptorem, sicut Fridericus in pretii repetitione. Et præterea longi tantum temporis præscriptionem excludere Fridericus voluit, ut docui 4. tit. 49. Militibus hac sive Novella sive edicto Constantinus adnumerat causarios, & quid juris sit si prædia miles à milite emerit, definit, & alia quædam, quæ exposuimus in præfationibus libri primi. His adnectere libuit pro coronide Caroli IV. auream bullam sive χρυσόβουλλον, ut tum etiam in Oriente loquebantur, Nicetas ἐρυθρόγραφον, quia multum pertinet ad feuda, nec vulgo versatur in manibus. Superiores quoque Friderici de jure προτιμήσεως, Romani eadem de re, Constantini de prædiis militaribus nondum perfecte quisquam ediderat: extabant tantum Friderici fragmenta quædam apud Afflictum, & Baldum, & Oldendorpium, cæterorum apud Harmenopulum. Deo immortali, omnipotenti sit laus, honor, & gloria, hominibus pax, & salus per Jesum Christum Dominum nostrum.



AUREA BULLA CAROLI IV. ROMANORUM IMPERATORIS.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis fœliciter. Amen.

CAROLVS IV. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA Romanorum Imperator, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.



OMNE regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur : nam principes ejus facti ſunt ſocii furum: ob quod dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie ſicut in tenebris: & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut cæci ſint, & duces cæcorum, & qui ambulant in tenebris, offendunt : & cæci mente, ſcelera perpetrant, quæ in diviſionem contingunt. Dic ſuperbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes ? Dic Satan invide, quomodo Adam de Paradiſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes ? Dic luxuria, quomodo Trojam deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes? Dic ira, quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diviſione Pompejum, & Julium ſævientibus gladiis ad inteſtina prælia concitaſſes ? Tu quidem invidia, Chriſtianum Imperium à Deo ad inſtar Sanctæ, & individuæ Trinitatis, fide, ſpe & charitate, virtutibus Theologicis roboratum, cujus fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo regno fœliciter ſtabilitur, antiquo veneno, quod velut ſerpens in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut conceſſis columnis totum ædificium ruinæ ſubjiceres : diviſionem inter ſeptem Electores ſacri Imperii, per quos (velut ſeptem candelabra lucentia in civitate Spiritus ſeptiformis) ſacrum illuminari debet Imperium, multoties poſuiſti. Sane cum ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur, futuris diviſionum, & diſſentionum periculis inter Electores ipſos, de quorum numero (ut rex Bohemiæ) eſſe dignoſcimur, ratione duplici tam ex imperio, quam electionis jure quo fungimur, occurrere teneamur : infra ſcriptas leges ad unitatem inter Electores fovendam, & electionem unanimem inducendam, ac deteſtandæ diviſioni prædictæ variiſque periculis ex ea ſequentibus aditum præcludendum, in ſolemni curia noſtra Nurembergenſi aſſidentibus nobis omnibus Principibus, electoribus eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum, multitudine numeroſa, in ſolio Majeſtatis Ceſareæ Imperialibus infulis, inſigniis, & diademate decorati, deliberatione prævia, de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas; &c. ſub anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo ſexto, indictione nona, quarto Idus Januarii : regnorum noſtrorum an. decimo, Imperii vero ſecundo.

Decernimus, & præſenti edicto Imperiali perpetuo valituro ſancimus, ex certa ſcientia, & de Imperialis plenitudine poteſtatis, ut quotieſcunque & quandocunque futuris temporibus neceſſitas, ſive caſus electionis, regis Romanorum in Imperatorem promovendi, emerſerit, & principes electores ad electionem hujuſmodi, juxta antiquam laudabilem conſuetudinem habuerint proficiſci, unuſquiſque princeps elector, ſi & quando ſuper hoc fuerit requiſitus quoslibet Principes electores ſuos, vel ipſorum nuntios, quos ad electionem ipſam tranſmiſerint per terras, territoria, & loca ſua, & etiam ultra ſicut longius poterit conducere teneatur, & eis abſque dolo præſtare conductum, verſus civitatem, in qua talis electio fuerit celebrata, & ab illa etiam redeundo, ſub pœna perjurii, ac perditionis (pro & illa dumtaxat vice) ſuæ vocis, quam in electione hujuſmodi fuerit habiturus. Quas quidem pœnas, eos, vel eum, qui in præſtando memoratum conductum rebelles, ſeu rebellem, negligentes, ſeu negligentem ſe præbuerint, eo ipſo decernimus inciſiſſe.

Statuimus inſuper, & mandamus univerſis aliis Principibus feuda à ſacro Imperio Romanorum tenentibus, quocunque nomine cenſeantur, nec non Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus, & ignobilibus, civitatibus, & communitatibus caſtrorum, civitatum, & locorum ſacri Imperii univerſis, ut eodem tempore, dum videlicet regis Romanorum in Imperatorem promovendi electio celebranda occurrerit, unumquemque principem electorem ab ipſis, vel eorum aliquo conductum hujuſmodi poſtulantem, vel ejuſdem nuntios, quos ad electionem ipſam direxerit, ut præfertur, per territoria ſua, & alias quanto potuit remotius abſque dolo modo præcedenti conducant. Si qui vero huic noſtræ conſtitutioni contraire præſumpſerit, ſubſcriptas ipſo facto pœnas incurrant. Omnes quidem principes, Comites, & Barones, nobiles, milites, clientes, ac univerſi nobiles contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quæ à Sacro Romano Imperio, & quibuscun-

cunque aliis obtinent, & etiam omnium possessionum suarum à quocunque habitarum incurrant. Omnes quoque cives,& communitates, contra præmissa facere præsumentes, similiter sint perjuri. Et nihilominus universis suis juribus,libertatibus, privilegiis,& gratiis à sacro obtentis Imperio,sint omnino privati. Et cum personis, & bonis suis omnibus, bannum & proscriptionem Imperialem incurrant. Et eosdem ipso facto exnunc, prout extunc, omni jure privamus. Deinceps cuilibet hominum auctoritate propria, & sine judicio, seu invocatione magistratus cujuslibet, impune licebit eos invadere,nullamque pœnam propter hoc invadens ipsos debebit ab Imperio seu quovis alio formidare:præsertim cum contra Remp. ac Sacri Imperii statum, ac dignitatem,ac etiam contra honorem proprium, & salutem tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes, & perfidi, infideliter, & perverse agere, convincantur. Decernentes insuper, & mandantes, ut omnium civitatum cives,& communia, jam dictis Principibus electoribus, & eorum cuilibet hoc poscenti, eorumque nuntiis victualia in communi pretio atque cursu pro suis,seu nuntiorum prædictorum hominumque suorum necessitatibus, dum ad prædictam civitatem causa celebrandæ electionis prædictæ accesserint, & etiam dum discesserint ad eadem,vendere seu vendi facere teneantur, nullam in præmissis fraudem quomodolibet adhibendo, alioquin contrarium facientes, pœnas illas volumus ipso facto incurrere, quas in præcedentibus contra cives,& communitates duximus promulgandas.

Quisquis insuper ex Principibus, Comitibus,Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus, seu ignobilibus, civibus seu communitatibus civitatum, Principi Electori ad electionem de Rege Romanorum celebrandam eunti, vel ab ipsa denuo redeunti, hostiles custodias tendere, seu insidias parare præsumpserit: aut ipsos, vel eorum aliquem, in sua, vel suorum personis, aut rebus, invadere, vel turbare, seu ipsorum, vel alicujus eorum nuntios ante dictos, sive conductum petierint, sive etiam non duxerint exigendum, hunc una cum universis militiæ complicibus, ipso facto supra dictas pœnas decrevimus incurrisse: ita videlicet, quod quævis persona pœnam incidat, sive pœnas, quas juxta præmissa pro qualitate personarum duximus infligendas.

Si vero aliquis Princeps elector, cum aliquo suo coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunque contentio, controversia seu dissensio verteretur, iis nequaquam obstantibus: alter alterum, vel alterius nuntios ad electionem hujusmodi destinandos, præmisso modo conducere sit adstrictus sub pœna perjurii, ac perditionis (ea vice dumtaxat) suæ vocis in electione, ut superius est expressum.

Si qui vero alii Principes, Comites, Barones,milites, clientes, nobiles, ac ignobiles, cives vel communia civitatum cum aliquo Principe electore, vel pluribus ex eisdem adversam gererent voluntatem, seu quavis discordia inter ipsos ad invicem, vel guerra sive dissensio verteretur, nihilominus omni contradictione, & dolo cessantibus, Principi Electori principibus, seu ejus, vel ipsorum nuntiis, ad electionem hujusmodi destinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præstare conductum; prout singuli pœnas jam dictas, per nos videlicet in se latas, voluerint evitare, quas eos, qui secus fecerint incurrisse decernimus eo ipso.

Ad præmissorum autem omnium firmitatem, & certitudinem ampliorem, jubemus & volumus, ut universi Principes Electores, & cæteri Principes, necnon Principes, necnon Comites, Barones, nobiles, civitates, seu ipsarum communitates, præmissa omnia literis,& juramentis suis firmare,& ad ea bona fide, ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare.Quicunque vero literas hujusmodi dare renuerit, pœnas illas ipso facto incidat, quas pro personarum conditione per præmissa singulis duximus infligendas.

Si quis autem Princeps Elector alius, vel Princeps cujuscunque conditionis, aut status, feudum, vel feuda à sacro tenens Imperio, aut Comes, Baro, vel nobilis, seu successores talium, vel heredes supra, & infrascriptas Imperiales nostras constitutiones, & adimplere noluerint, aut eis contraire præsumpserint: & si quidam talis Princeps Elector extiterit, extunc cæteri sui Coelectores à suo ipsum deinceps excludant consortio: ipseque voce electionis, & aliorum principum Electorum loco, & dignitate careat, atque jure: nec investiatur de feudis, quæ à Sacro Imperio nisus fuerit obtinere. Alius vero Princeps, aut vir nobilis (ut præfertur) in has nostras leges committens, similiter non investiatur de feudis, quæ à Sacro Imperio, vel alias obtinet à quocunque. Et nihilominus omnes præmissas pœnas suam concernentes personam incidat eo ipso. Quamvis autem universos Principes, Comites,Barones, nobiles,milites,clientes, civitates quoque, & communitates illarum, ad præstandum cuilibet Principi Electori, vel ejus nuntii præfatum conductum, ut prædicitur, indistincte volumus, & decernimus obligari. Nihilominus eorum cuilibet singularis conductus, & conductores, pro regionum, & locorum adjacentia cuilibet magis apto duximus designandos,ut statim per sequentia plenius apparebit.

Primo namque regem Bohemiæ, Sacri Imperii Archipincernam conducent, Archiepiscopus Moguntin. Bamburgen.& Herbipolen.Episcopi,Burggravii Nurenbergen. Item illi, de Hœnloch, & Vvertheym, de Brunech, & de Hanavve: item civitates,Nurenburg, Rotenburg,& Vvindesheym.

Deinde Archiepiscopum Colonien. Sacri Imperii per Italiam Archicancellarium conducent, & conducere tenebuntur Monguntinen. & Treveren. Archiepiscopi: Comes Palatinus Rheni, Lantgravius Hassiæ: item de Katznellenbogen,de Nassavv, de Dietz, Comites: Item de Iseuburg, de Vvestenburg,de Runckel,de Limburg,& Falckensteyn: item civitates, Vvetrdar, Geylnhusen,& Fridberg.

Item Archiepiscopum Treveren. Sacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelaten. Archicancellarium, conducent Archiepiscopus Moguntinen.Comes Palatinus Rheni: item de Spanheym, & de Feldentz, Comites: item Rugraven, Vvildegraven, de Nassavv, de Isenburg, & Vversterburg,

de

de Runckel, de Limburg, & de Ditz, de Katzenellenbogen: de Egesteyn, de Falckensteyn: item civitas Moguntinen.

Deinde Comitem Palatinum Rheni, Sacri Imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepiscopus Moguntinen.

Ducem vero Saxoniæ Sacri Imperii Archimarescaleum, tenebitur conducere rex Bohemiæ, Moguntinus,&Mardeburgen. Archiepiscopi: item Bamburgen. & Herbipolen.Episcopi, Marchio Misnen. Lantgravius Hassiæ: item Fulden. & Hersfelden. Abbates, Burggravii Nurenburgen. item illi de Hohenloch, de Vvertheym, de Bruneck, de Hanauu, de Falckensteyn. Item civitates, Erffordia, Mulhusen,Nuremberg,Rotenbur,& Vvindesheym.

Et hi omnes proxime nominati, Marchionem Brandenburgen. Sacri Imperii Archicamerarium, similiter conducere tenebuntur.

Volumus autem, & expresse statuimus, ut unusquisque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, his à quibus ipsum postulare decreverit, hoc ipsum adeo tempestivè, viamque qua fuerit transiturus, insinuet, & talem conductum exposcat, ut illi qui ad conductum hujusmodi impendendum deputati, & qui fuerint requisiti, ad hoc opportune se valeant, & commode præparare.

Præmissas vero constitutiones circa materiam conductus editas, ita sane debere declaramus intelligi: ut unusquisque superius nominatus, vel forsan non expressus, à quo in casu præmisso conductum requiri contigerit, ad præstandum ipsum per suas dumtaxat terras, & territoria, ac etiam ultra, quanto potest remotius, absque dolo, sub pœnis contentis superius est astrictus.

Præterea statuimus, & etiam ordinamus, ut Archiepiscopus Moguntinensis, qui fuerit pro tempore, singulis Principibus coelectoribus suis, ecclesiasticis, & secularibus, electionem eandem, per suos nuntios patentibus debeat literis intimare, in quibus quidem literis talis dies, & terminus exprimatur, infra quem eædem literæ ad singulos eosdem Principes verisimiliter possint pervenire: hujusmodi vero literæ continebunt, ut à die in literis ipsis expressa, infra tres menses continuos, omnes & singuli Principes Electores Franckfort super Moganum esse debeant constituti, vel suos legales ad eundem terminum atque locum nuntios destinare, cum plena, & omnimoda potestate, suisque patentibus literis, majori cujuslibet sigillo eorum signatis, ad eligendum Romanorum Regem in Cæsarem promovendum. Qualiter autem, & sub qua forma tales literæ confici debeant, & quæ in eis solemnitas debeat immutabiliter observari, & in qua forma,& modo Principes Electores nuntios suos ad electionem hujusmodi destinandos, ad potestatem, mandatum, seu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præsentis libri scriptum invenitur clarius, & expressum. Et eandem formam illic traditam mandamus, & de Imperialis potestatis plenitudine, usquequaque decernimus observari.

Cum autem ad hoc perventum fuerit, quod de Imperatoris, vel Regis Romanorum obitu, in diœcesi Moguntinensi constiterit, extunc infra unum
A mensem, à die notitiæ obitus hujusmodi continue numerandum, singulis Principibus Electoribus, obitum ipsum,& intimationem, de quibus præmittitur, per Archiepiscopum Moguntinensem, jubemus, & decernimus, suis patentibus literis declarari. Quod si idem Archiepiscopus in executione, & intimatione hujusmodi negligens, aut remissus fortasse existeret, extunc iidem Principes motu proprio, etiam non vocati pro fidei suæ virtute (qua sacrum prosequi tenentur imperium) post hæc infra tres menses, sicut in constitutione supra proxime posita continetur, in civitate Franckfort sæpe dicta conveniant, electuri Regem Romanorum in Cæsa-
B rem promovendum.

Debet autem unusquisque Princeps elector, vel sui nuntii prædictam civitatem Franckfort, cum ducentis equitibus tantummodo præfatæ electionis tempore introire, in quorum numero quinquaginta tantum armatos, vel pauciores, introducere secum poterit, sed non plures.

Princeps vero elector, ad electionem hujusmodi vocatus, & requisitus, & ad ipsam non veniens, vel legales nuntios cum literis patentibus sigillo suo majori sigillatis, plenamque, & liberam, ac omnimodam potestatem continentibus, ad eligendum Romanorum regem, futurum Imperatorem, non
C dirigens, aut veniens, aut hujusmodi nuntios fortasse transmittens: si postea Princeps ipse, aut prædicti nuntii à prædicto electionis loco recederent Rege Romanorum futuro Cæsare non electo, nec ad præmissa procuratore legitimo substituto: solemniter, & relicta electionis voce, seu jure, quod in eadem electione habuit, & tali modo deseruit, careat ea vice.

Injungimus autem civibus de Franckfort,& mandamus, ut ipsi universos Principes electores in genere, & quemlibet eorum in specie, ab invasione alterius, si quid inter eos adversitatis emergeret, & etiam ab omni homine cum omnibus eorum ho-
D minibus, quos ipsi & eorum quilibet in præfato ducentorum suorum equorum numero, ad præfatam duxerint civitatem in virtute juramenti, quod super hoc ipsos ad sancta præstare statuimus Evangelia, fideli studio, & solerti diligentia protegant, & defendant, alioquin perjurii reatum incurrant: & nihilominus omnia jura sua, libertates, privilegia, gratias, & indulta, quæ à sacro obtinere noscuntur Imperio, omnino amittant: bannum quoque imperiale cum personis, & bonis suis omnibus incidant eo ipso. Et liceat extunc omni homini auctoritate propria, ac sine judicio, cives eosdem, quos eo casu exnunc prout extunc omni jure privamus,
E tanquam proditores, infideles, & rebelles imperii, impune invadere: ita quod invadentes hujusmodi, pœnam quamcunque à Sacro Imperio, vel quovis alio nequaquam debeant formidare.

Cives insuper antedicti de Franckfort per omne tempus illud, quo super electione sæpe dicta tractari, & agi contigerit, neminem præfatam civitatem cujuscunque dignitatis, conditionis, vel status extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant: Principibus electoribus, vel eorum nuntiis, & procuratoribus ante dictis dumtaxat exceptis, quorum quilibet cum ducentis equis debe-
bit

bit (ut prædicitur) intromitti. Si vero post ipsorum Principum electorum introitum, seu in ipsorum præsentia in præfata civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum cives ipsi debebunt absque mora, & cum effectu protinus ordinare sub omnibus pœnis contra ipsos superius promulgatis: & etiam in virtute juramenti, quod cives ipsi de Franckfort, super eo virtute præsentis constitutionis præstare debebunt, ad Sancta Dei Evangelia, ut in præcedentibus est expressum.

Postquam autem sæpe dicti Electores, seu nuntii, civitatem Franckforden. ingressi fuerint, statim subsequenti diluculo in Ecclesia Sancti Bartholomæi Apostoli ibidem in omnium ipsorum præsentia, Missam de Sancto Spiritu faciant decantari, ad finem, ut ipse S. Spiritus corda ipsorum illustret, & eorum sensibus lumen suæ virtutis infundat, quatenus ipsi suo suffulti præsidio, hominem justum bonum, & utilem eligere valeant in Regem Romanorum futurum Cæsarem, ac pro salute populi Christiani expedientem. Peracta quoque Missa hujusmodi, omnes illi Electores, seu nuntii accedent ad altare, in quo Missa eadem extitit celebrata: ubi Principes electores ecclesiastici coram Evangelio Beati Joannis. In principio erat Verbum, quod illic ante ipsos poni debebit, manus suas pectori cum reverentia supponant: seculares vero Principes electores, dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant, qui omnes cum tota sua familia, tunc ibi debebunt inermes assistere, & Archiepiscopus Moguntinensis formam juramenti eis dabit, & una cum ipsis, & ipsi vel absentium nuntii una cum eo, juramentum præstabunt vulgariter in hunc modum. Ego N. Archiepiscopus Moguntinus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps elector, juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, hic præsentaliter coram me posita, quod ego per fidem qua ego Deo, & Sacro Romano Imperio sum astrictus, secundum omnem discretionem, & intellectum meum, cum Dei adjutorio, eligere volo temporale caput populo Christiano: id est, Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio, & sensus mei me dirigunt: & secundum fidem prædictam vocemque meam, & votum, seu electionem præfatam, dabo absque omni pacto, stipendio, pretio, seu promisso, vel quocunque modo talia valeant appellari. Sic me Deus adjuvet, & omnes Sancti.

Præstito denique per Electores, seu nuntios in forma, & modo prædictis hujusmodi juramento, ad electionem procedant: nec ammodo de jam dicta civitate Franckfort separentur, nisi prius major pars ipsorum temporale caput mundo elegerit, seu populo Christiano, regem videlicet Romanorum in Cæsarem promovendum. Quod si facere distulerint infra triginta dies, à die præstiti juramenti præfati continue numerandos, extunc transactis eisdem triginta diebus, ammodo panem manducent, & aquam: & nullatenus civitatem exeant antedictam, nisi prius per ipsos, vel majorem partem ipsorum, rector seu temporale caput fidelium electum fuerit, ut præfertur.

Postquam autem in eodem loco, ipsi, vel pars eo-

A rum major numero elegerit, talis electio perinde haberi, & reputari debebit, ac si foret ab ipsis omnibus, nemine discrepante concorditer celebrata. Sique per tempus aliquod morari, abesse & tardare contingeret aliquem de Electoribus, seu nuntiis antedictis, dum tamen veniret antequam prædicta est electio celebrata: hunc ad electionem istam, in eo statu admitti debere decernimus, in quo ipsa adventus sui tempore consistebat: & quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine, tam inconvulse, quam immutabiliter semper extitit hactenus observatum. Ideoque & nos constituimus, & de electione Imperiali decernimus plenitudine potestatis,

B quod is, qui modo præmisso in regem Rom. electus fuerit, peracta statim hujusmodi, priusquam in aliquibus causis aliis, sive negotiis, virtute Sacri Imperii administret, universis, & singulis Principibus Electoribus, ecclesiasticis, & secularibus, qui propinquiora Sacri Imperii membra esse noscuntur, omnia ipsorum privilegia, literas, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio usque in diem electionis suæ obtinuerunt, & possederunt, absque dilatione, & contradictione confirmare, & approbare debeat per suas literas, & sigilla, ipsisque præmissa omnia innovare, postquam Imperialibus in-

C sulis fuerit coronatus. Confirmationem autem hujusmodi Electus ipse cuilibet Principi Electori in specie, primo suo regali nomine faciet: & deinde sub Imperiali titulo innovabit, & in his ipsos Principes omnes in genere, & quemlibet eorum in specie nullatenus impedire, sed potius absque dolo gratiose tenebitur promovere.

In casu denique quo tres Principes Electores præsentes, seu absentium nuntii, quantum ex se, seu eorum consortium, videlicet Principem Electorem præsentem, vel absentem in Regem Romanorum elegerint, vocem illius electi, si præsens affuerit, aut nuntiorum ipsius, si eum abesse contigerit,

D plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemque majorem decernimus constituere, ad instar cæterorum Principum Electorum.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus IV. Divina favente Clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Decor & gloria Sacrosancti Romani Imperii, & honor Cæsareus, & Reipublicæ grata compendia venerabilium, & illustrium Principum Electorum, concordi voluntate foventur: qui velut columnæ proceres sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant, quorum præsidio

E dextra Imperialis potentiæ roboratur. Et quanto mutui favoris ampliori benignitate stringuntur, tanto uberioris pacis, & tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Christiano. Ut igitur inter venerabiles Moguntin. Colonien. necnon Treveren. Archiepiscopos, Sacri Imperii Principes Electores, omnium litium, & suspicionum mala, quem & qui de prioritate, seu dignitate sessionum suarum, in curiis Imperialibus, & regalibus suboriri valerent in posterum, perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipsi in cordis, & animorum quieta conditione manentes, & de opportunitatibus Sacri

Impe-

Imperii, concordi favore, & virtuosæ dilectionis A
studio convenientius meditari valeant pro consolatione populi Christiani habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam ecclesiasticis, quam secularibus, & de ipsorum consilio, decernimus, & de Imperialis potestatis plenitudine, hac edictali lege perpetuo valitura sancimus, quod supra dicti venerabiles Archiepiscopi, Treverensis videlicet, ex opposito, & lineari directione, versus Imperatoris faciem: Moguntinensis vero in suis diœcesi, & provincia, & extra provinciam suam, in toto Archicancellariatu suo Germanico, provincia Coloniensi dumtaxat excepta: & demum Coloniensis in suis diœcesi, & provincia, & extra B
provinciam suam in tota Italia, & Gallia in dextero latere Romanorum Cæsaris sedere possint, valeant, & debeant in omnibus publicis actibus, Imperialibus puta judiciis, collationibus feudorum, & in refectionibus mensarum, ac etiam in conciliis, & in omnibus aliis agendis, propter quæ contingit, seu continget, eos pro honore, seu utilitate Imperiali tractandis, mutuo convenire: & hunc modum sessionis, sub omni eo ordine, sicut expressatur superius, ad prædictorum Coloniens. Trever. & Moguntinen. Archiepiscoporum successores, perpetuo extendi volumus, ut nullo unquam tempore super his quævis dubietas generetur. C

STatuimus insuper, ut quotiescunque Imperialem curiam, ex nunc in antea celebrari contigerit, in qualibet sessione, videlicet tam in consilio, quam in curia, quam in mensa, & locis aliis quibuscunque ubi Imperatorem, vel Regem Rom. cum Principibus Electoribus sedere contigerit, à dextro latere Imperatoris, vel Regis Romanorum, immediate post Archiepiscopum Moguntinen. vel Colonien. illum videlicet quem tunc temporis, pro qualitate locorum, & varietate provinciarum, juxta privilegii sui tenorem dicto lateri dextro Imperatoris assidere contigerit. Rex Bohemiæ cum sit Princeps coronatus, & unctus primum, & post eum D
continuo Comes Palatinus Rheni, secundum sedendi locum debet obtinere: ad sinistram vero partem, immediate post illum, quem ex prædictis Archiepiscopis in latere sinistro sedere contigerit, primum locum Dux Saxoniæ, & post eum Marchio Brandeburgen. alterum obtinebit. Cæterum quotiens & quando deinceps sacrum vacare continget Imperium, extunc Moguntinen. Archiepiscopus, potestatem habebit sicut potestatem habuisse dignoscitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos suos, in dicta Electione consortes literatorie convocandi. Quibus omnibus, seu his qui poterint, & voluerint interesse, in Electionis terminis invicem E
congregatis, dictus Archiepiscopus Moguntinensis, & non alter eorumdem Electorum suorum vota, singulariter habebit inquirere ordine subsequenti. Primo quidem interrogabit à Treverensi Archiepiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut invenimus hactenus competiisse. Secundo à Coloniensi Archiepiscopo, cui competit dignitas necnon officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi. Tertio à Rege Bohemiæ, qui inter Electores laicos ex Regiæ dignitatis fastigio, jure & merito obtinebit primatum. Quarto, à Comite Palatino Rheni. Quinto, à duce Saxoniæ. Sexto, à Marchione Brandeburgensi. Horum omnium vota, præmisso jam ordine, dictus Archiepiscopus Moguntinensis perquiret: quo facto, dicti Principes sui consortes, ipsum vice versa requirent, ut & ipse intentionem suam exprimat, & ipsis aperiat votum suum.

Præterea in celebratione Imperialis curiæ, Marchio Brandeburgensis aquam lavandis Imperatoris, vel Regis Romanorum manibus ministrabit. Primum vero potum Rex Bohemiæ: quem tamen sub regali corona, juxta privilegiorum regni sui continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur ministrare. Comes etiam Palatinus Rheni cibum afferre tenebitur. Dux Saxoniæ mareschalcatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo.

QUoties insuper (ut præmittitur) sacrum vacare continget Imperium, illustris Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni, & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione principatus seu Comitatus Palatini, privilegio esse debet provisor ipsius Imperii, cum potestate judicia exercendi, & ad beneficia ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus, & proventus, & investiendi de feudis juramenta fidelitatis vice, & numine Sacri Imperii recipiendi: quæ tamen per Regem Romanorum postea electum, suo tempore omnia innovari, & de novo sibi ipsa juramenta præstari debebunt, feudis Principum dumtaxat exceptis, & illis quæ *Vanleben* vulgariter appellantur, quorum investituram, & collationem soli Imperatori, vel Regi Romanorum specialiter reservamus. Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis, seu obligationis rerum Imperialium, hujusmodi provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum. Et eodem jure provisionis illustrem Ducem Saxoniæ Sacri Imperii Archimarscalcum frui volumus, in illis locis ubi Saxonica jura servantur, sub omnibus modis, & conditionibus, sicut superius est expressum. Et quamvis Imperator sive Rex Romanorum super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat (sicut ex consuetudine introductum dicitur) coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperii Archidapifero Electore Principe respondere: illud tamen judicium Comes ipse Palatinus non alibi, præterquam in Imperiali curia, ubi Imperator, seu Romanorum Rex præsens extiterit, poterit exercere.

DEcernimus, ut in celebratione Imperialis curiæ, quotiescunque illam deinceps perpetuo celebrari contigerit, antedicti Principes Electores Ecclesiastici, & seculares, juxta præscriptum ordinem atque modum à dextris, & sinistris immutabiliter teneant loca sua, eisque, vel eorum alicui in quibuscunque actibus ad curiam ipsam spectantibus, eundo, sedendo, vel stando, nullus princeps alius, cujuscumque status, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis existat, nullatenus præferatur: eo signanter expresso, quod nominatim Rex Bohemiæ in celebratione curiarum hujusmodi, in omnibus, & singulis actibus antedictis quemcunque Regem alium quacunque etiam singulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis casu veni-

venire, vel adesse forte contingeret, immutabiliter A antecedat.

INter sollicitudines illas innumeras, quibus pro felici statu Sacri Imperii, cui auctore Domino feliciter præsidemus, cor nostrum quotidie fatigatur, ad hoc præcipue meditatio nostra dirigitur, qualiter desiderata, & salubris semper unio inter Sacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat, & eorum corda in sinceræ charitatis concordia conserventur. Quorum providentia suo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tantoque facilius subvenitur, quanto inter eos nullus error surrepserit, & purior fuerit charitas custodita, obscuritate succisa, & jure cujuslibet dilucide declarato, sane B generaliter longe lateque est publicum, & quasi per totum orbem notorium, & manifestum, illustres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandeburgensem, virtute regni, & principatuum suorum in Electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi, cum cæteris Principibus Ecclesiasticis, suis coelectoribus, jus, vocem & locum habere, & una cum ipsis censeri, & esse veros, & legitimos Sacri Imperii Principes Electores, ne inter eorundem Principum secularium Electorum filios super jure, voce & potestate præfata, futuris temporibus scandalorum, & dissentionum possit materia suscitari, C & sic bonum commune periculosis dilationibus impediri, futuris, auctore Deo, cupientes periculis salubriter obviare: statuimus, & Imperiali auctoritate, præsenti lege, perpetuis temporibus valitura, decernimus, ut postquam iidem Principes Electores seculares, & eorum quilibet esse desierint, jus, vox & potestas Electionis hujusmodi, ad filium suum primogenitum, legitimum laicum: illo vero non existente, ad ejusdem primogeniti primogenitum, similiter laicum, libere & sine contradictione cujuspiam devolvatur. Si vero primogenitus hujusmodi absque heredibus masculis legitimis laicis, ab hac luce migraret, virtute præsentis Imperialis D edicti, jus, vox & potestas electionis prædictæ, ad seniorem fratrem laicum per veram paternam lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur: & talis successio in primogenitis, & heredibus Principum eorundem jure, voce & potestate præmissis, perpetuis temporibus observetur: ea tamen conditione, & modo, ut si Principem Electorem, seu ejus primogenitum, aut filium seniorem laicum mori, & heredes masculos, & legitimos laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contigerit, tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor eorum, & administrator existat, donec senior ex eis legitimam ætatem attigerit, E quam in Principe Electore XVIII. annos completos censeri volumus, & statuimus perpetuo haberi: quam dum attigerit, jus, vocem & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur protinus assignare. Si vero aliquem ex hujusmodi principatibus eorum, Imperio sacro vacare contingeret: tunc Imperator, seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit, & poterit, tanquam de re ad se, & Imperium legitime devoluta: salvis tamen semper privilegiis, juribus & consuetudinibus Regni nostri Bohemiæ, super Electione Regis in casu vacationis, per Regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, faciendi juxta continentiam eorundem privilegiorum, & observatam consuetudinem diuturnam, à Divis Romanorum Imperatoribus, sive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione Imperiali in nullo præjudicare volumus: imo ipsa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus, in omni suo tenore, & forma, indubiam tenere roboris firmitatem.

CUm per duos Romanorum Imperatores, & reges prædecessores nostros illustribus Bohemiæ Regibus, & prædecessoribus nostris, nec non regno Bohemiæ ejusdem regni coronæ olim concessum sit in regno eodem à tempore cujus contrarii hodie non existit memoria consuetudine laudabili inconvulse servata diuturnitate temporum, & præscripta moribus utentium sine contradictionis, aut interruptionis obstaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, burgensis, civilis, nulla denique persona ejusdem regni, & pertinentiarum ejusdem ubicunque existentium, cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis existat, ad cujuscunque actoris instantiam, extra regnum ipsum ad quodcunque tribunal, seu alterius, præterquam regis Bohemiæ, & regalis curiæ suæ judicium citare poterit, sive trahi, nec vocari debeat, perpetuis in antea temporibus, sive possit. Ideo privilegium consuetudinem, & indultum hujusmodi auctoritate Imperiali, & de Imperialis potestatis plenitudine, ex certa scientia innovantes, & etiam confirmantes, hæc præsenti nostra constitutione imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium, consuetudinem, vel indultum præfatum, quispiam prædictorum, puta Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgensis, seu rusticus, aut alia quæcunque persona præmissa, ad quodcunque tribunal, extra regnum prædictum Bohemiæ, in quacunque causa criminali, civili vel mixta, seu super quocunque negotio citatus fuerit, quocunque tēpore, vel citatus comparere, vel in judicio respondere minime teneantur: & quod si adversus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem à quocûque judice, cujuscunque auctoritatis existat, extra regnum ipsum Bohemiæ constituto, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias interlocutorias, vel diffinitivas, unam vel plures in quibuscunque prænominatis causis, sive negotiis quovis modo fieri, vel promulgari contingeret, auctoritate præmissa, & de plenitudine insuper antedictæ imperatoriæ potestatis citationes, præcepta, processus, & sententias hujusmodi, nec non executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo ipsorum quomodolibet sequi attentari possent, vel fieri, irritamus penitus, & cassamus. Adjicientes expresse, & edicto imperiali perpetuo valituro, eadem auctoritate, & de præmissæ potestatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto regno Bohemiæ à tempore (cujus contrarii non habetur memoria) jugiter observatum existit, ita nulli prorsus Principi, Baroni, nobili, militi, clienti, civi, burgensi, seu rustico, nulli demum personæ, seu incolæ regni Bohemiæ sæpe dicti, cujuscunque status, præ-

præeminentiæ, dignitatis vel conditionis existat, vel extiterit, à quibuscunque processibus, sententiis, interlocutoriis, vel diffinitivis, sive præceptis Regis Bohemiæ, aut quorumlibet suorum judicum, nec non executionibus eorumdem, contra se in regali judicio, seu coram Regis, regni seu prædictorum judicum tribunalibus, factis aut latis, habitis, vel ferendis inantea, seu fiendis, liceat ad quodcunque aliud judicium appellare: provocationes quoque seu appellationes hujusmodi, si quas contra hoc interponi contigerit, eo ipso viribus non subsistant: & appellantes ipsi pœnam perditionis causarum ipso facto se noverint incurrisse.

B Præsenti constitutione in perpetuum valitura statuimus, & de certa scientia declaramus, quod successores nostri Bohemiæ Reges, nec non universi, & singuli Principes Electores, ecclesiastici, & seculares, qui perpetuo fuerint, universas auri, & argenti fodinas atque mineras, stanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscunque generis metalli, ac etiam salis, tam inventas, quam inveniendas in posterum, quibuscunque temporibus in regno prædicto, ac terris, & pertinentiis eidem regno subjectis, nec non supradicti Principes, in principatibus, terris, dominiis, & pertinentiis suis, tenere juste possint, & legitime possidere, cum omnibus juribus nullo prorsus excepto prout possunt, C seu consueverunt talia possideri: nec Judæos habere telonia, in præterito statuta, & indulta percipere. Quodque progenitores nostri, reges Bohemiæ ferme, ipsique Principes Electores, ac progenitores, & prædecessores eorum legitime poterunt, usque in præsens, sicut hoc antiqua, laudabili, & approbata consuetudine, diuturnique ac longissimi temporis cursu præscripto noscitur observatum.

Statuimus præterea, ut regi Bohemiæ successori nostro, qui fuerit pro tempore, sicut constat ab antiquo illustribus Bohemiæ Regibus nostris prædecessoribus licuisse, & in possessione pacifica continua ipsos fuisse juris subsequentis: videlicet monetas auri, & argenti, in omni loco, & parte regni sui, & subjectarum sibi terrarum, & pertinentiarum omnium, ubi Rex ipse decreverit sibi quæ placuerit cudi, facere, & mandare sub omni modo, & forma in regno ipso Bohemiæ, in his ad hæc usque tempora observatis: quodque futuris perpetuo Bohemiæ Regibus hac nostra Imperiali constitutione, & gratia perpetuo valituris is quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, ac personis aliis, quascunque terras, castra, possessiones, prædia, sive bona liceat emere, comparare seu in domum, sive donationem, ex quacunque causa, aut inobligare, recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prædiorum, seu bonorum conditione consueta, ut videlicet propria recipiantur, vel comparentur ut propria, libera velut libera: & ea quæ dependent in feudum, similiter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur: ita tamen, quod ipsi Reges Bohemiæ, de iis, quæ hoc modo comparaverint, vel receperint, & regno Bohemiæ duxerint applicanda, ad pristina, & consueta jura de talibus sacro explananda, & reddenda Imperio sint astricti. Præsentem nihilominus constitutionem, & gratiam virtute præsentis legis nostræ Imperialis ad universos Principes Electores, tam ecclesiasticos, quam seculares, successores, & legitimos heredes ipsorum, plene extendi volumus, sub omnibus modis, & conditionibus, ut præfertur.

Statuimus etiam, ut nulli Comites, Barones, nobiles, feudales, vasalli, castrenses, milites, clientes, cives, burgenses, nullæque personæ Moguntinensis, Treverensis, & Coloniensis Ecclesiis subjecti, vel subjectæ, cujuscunque status, conditionis, vel dignitatis existant, ad cujuscunque actoris instantiam extra territorium, & terminos, ac limites earundem Ecclesiarum, & pertinentiarum suarum ad quodcunque aliud tribunal, seu cujuscunque alterius, præterquam Archiepiscoporum Moguntinensis, Treverensis, & Coloniensis, & indicium suorum judicum citari poterunt, temporibus retroactis, vel trahi, seu vocari debeant, per petuis in antea temporibus, sive possint, sicut in præteritis invenimus temporibus observatum. Quod si contra præsens edictum nostrum prædictos Ecclesiarum Treverensis, Moguntinensis, seu Coloniensis subditos, vel eorum aliquem, seu aliquos, ad cujuscunque instantiam, seu ad cujuscunque tribunal, pro quacunque causa criminali, civili, vel mixta, seu quocunque negotio, extra territorium, limites, seu terminos dictarum Ecclesiarum, vel alicujus earum citari contingeret, comparere, vel respondere minime teneantur: & citatio & processus, & sententiæ interlocutoriæ, & diffinitivæ contra non venientes, à talibus judiciis extraneis latæ, vel factæ, fiendæ, vel ferendæ, nec non præcepta, & præmissorum executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo eorum quomodolibet sequi attentari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso. Adjicientes expresse, quod nulli Comiti, Baroni, nobili, feudali, vasallo, castrensi, militi, clienti, civi, rustico, nulli demum personæ Ecclesiis hujusmodi subjectæ, seu ejus incolæ, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant, à processibus, sententiis, interlocutoriis, & diffinitivis, sive D præceptis Archiepiscoporum, & Ecclesiarum hujusmodi, vel suorum officiatorum temporalium, aut executionibus eorumdem contra se in Archiepiscopali, seu officiatorum prædictorum judicio factis, aut latis, habitis, vel ferendis, in antea, seu fiendis ad quodcunque tribunal liceat appellare, quamdiu in Archiepiscoporum prædictorum, & suorum judicio querelantibus, non fuerit justitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi statuimus, cassasque, & irritas nunciamus. In defectum vero justitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem dumtaxat curiam & tribunal, seu judicis immediate in Imperiali curia pro tempore præsidentis audientiam, & E etiam eo casu non ad quemvis alium judicem, sive ordinarium, sive etiam delegatum, his quibus denegata fuerit justitia, liceat appellare. Quidquid vero contra præmissa factum fuerit, sit irritum, eo ipso, eandem constitutionem, virtute præsentis legis nostræ Imperialis, ad illustrem Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandeburgensem Principes Electores seculares, sive laicos, successores, heredes, & subditos eorum, plenissime extendi volumus, sub omnibus modis, & conditionibus, ut præfertur.

In-

INter illas multiplices Reipublicæ curas, quibus A assidue mens nostra distrahitur, multa conside-ratione necessarium fore prospexit nostra sublimitas, ut Sacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipsius Imperii, orbisque salute frequentius solito coogregentur, qui solidæ bases Imperii, & columnæ immobiles, quemadmodum per longioquas adinvicem terrarum consistant distantias, ita de iocumbentibus regiooum sibi cognitarum defectibus referre simul & conferre ooveruor, sanisque providentiæ suæ consiliis non ignorant, accommodis talium reformationibus operam salubriter dare. Hinc est, quod in solemni curia nostra in Nuremberg, cum venerabilibus ecclesiasticis, & B illustribus secularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus, & proceribus per nostram celsitudioem celebrata, habita eum eisdem Principibus Electoribus deliberatiooe, & de ipsorum consilio pro bono, & salute communi, cum dictis Priocipibus Electoribus, tam ecclesiasticis, quam secularibus, duximus ordinandum: quod iidem Priocipes Electores de cætero per singulos annos semel transactis à festo resurrectioois Dominicæ, quatuor septimanis contioue oumeraodis, in aliqua civitatum Sacri Imperii personaliter coogregentur: & ad idem tempus proxime affuturum, seu anno præscoti colloquium, seu curia, & congregatio hujusmodi C in civitate nostra Imperiali Metensi, per nos, & eosdem Prioeipes celebretur: ac tunc, & deinceps die quolibet congregationis hujusmodi locus per nos quo sequenti anno conveniant, ipsorum consilio statuatur, hac nostra ordinatione, ad nostrum, & ipsorum dumtaxat beneplacitum duratura. Qua durante, ipsos sub nostro Imperiali conductu recipimus, ad dictam curiam accedendo, stando, ac etiam recedendo. Præterea ne tractatus communis salutis & pacis, per tractum, & moram solatii, seu excessivam frequeotiam convivii, retardetur, ut aliquando fieri est consuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deioceps curia, seu congregatiooe D præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares vero, quæ agendorum expeditionem oon impediant, cum moderamine sunt permissæ.

PRæterea statuimus, & hoc Imperiali perpetuo sancimus edicto, quod uoiversa privilegia, & literæ, quibuscunque persoois, cujuscuoque status, præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu civitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum universitatibus, super quibuscunque juribus, gratiis, immunitatibus, consuetudinibus, seu rebus aliis, etiam proprio motu, seu alias à nobis, vel recolendæ memoriæ divis Romanorum Imperatoribus, & Regi- B bus, prædecessoribus nostris, sub quibuscunque verborum tenoribus concessa, & concessæ, seu à nobis, vel successoribus nostris, Romanorum Imp. & Regibus, futuris temporibus concedenda, seu etiam concedeodæ, ooo debeant, aut possint libertatibus, jurisdictiooibus, juribus, & honoribus, seu dominiis Principum Electorum Sacri Imperii Ecclesiasticorum, & secularium, aut alicujus ipsorum in aliquo peoitus derogare. Etiam si in talibus privilegiis, & literis quarumlibet personarum cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, aut status extiterint, ut præfertur, seu uoiversitatum hujusmodi expressarum sit, vel fuerit in futurum, quod revocabilia, seu revocabiles esse non debeant, oisi de ipsis, & toto in eis comprehenso tenore, in tali revocatiooe fieret de verbo ad verbum seriatim mentio specialis: hujusmodi oamque privilegia, & literas, si & io quantum libertatibus, jurisdictiooibus, juribus, & hooribus, seu dominiis, quæ superius exprimuntur, dictorum principum Electorum, aut alicujus ipsorum derogare, vel obviare censetur, in aliquo, quoad hoc revocamus ex certa scienria, & cassamus, revocataque, & revocatas intelligi, reputari, & haberi decernimus de plenitudine Imperatoriæ potestatis.

IN plerisque partibus vassalli, & feudatarii dominorum feuda, seu beneficia, quæ à dominis ipsis obtinent intempestive, verbaliter, & in fraude renuntiant, seu resignant eadem: & facta renunciatiooe hujusmodi, dominos ipsos malitiose, diffidant, suasque inimicitias eis deounciant, damna ipsis subsequenter gravia inferendo, & beoeficia, seu feuda sic relicta prætextu guerræ, seu inimicitiæ rerum iovadunt, & occupant, & detinent occupata. Ea propter præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, quod talis resignatio, seu renunciatio haberi debeat pro non facta, oisi libere, & realiter facta fuerit per eosdem, ita quod possessio beneficiorum, & feudorum hujusmodi, domiois ipsis corporaliter, & realiter assignetur in tantum, quod oullo uoquam tempore diffidantes ipsi io bonis feudis, seu beneficiis resignatis dominos ipsos perturbeot, per se, aut alios, aut molesteot, nec ad hoc consilium præstent, auxilium vel favorem. Contrarium faciens, seu dominos suos in beneficiis, & feudis resignatis, vel non resignatis invadens quomodolibet, perturbans, vel damna ipsis inferens, seu coosilium, auxilium præstans talia facientibus, vel favorem, feuda, & beneficia hujusmodi eo ipso amittat, infamis existat, & banno Imperiali subjaceat, & oullus ad feuda, vel beneficia hujusmodi pateat ei de cætero quocunque tempore aditus, vel regressus, oec de novo concedi sibi valeant ullo modo, & facta eis cootra hoc illorum concessio, seu iovestitura sequuta viribus non subsistat. Postremo, omnes pœnas prædictas, illos vel illum, qui prædicta resignatione non facta contra dominos suos fraudulenter agentes, vel agens, scieoter eos iovaserint, vel invaserit, diffidatione quacunque prævia, vel omissa, vigore præseotis sanctionis incurrere decernimus ipso facto.

DEtestandas præterea, & sacris legibus reprobatas conspirationes, & conventiculas, seu colligatiooes illicitas, in civitatibus, & extra vel inter civitatem, & civitatem, inter personam, & personam, seu ioter personam, & civitatem, prætextu parentelæ, seu receptionis in cives, vel alterius cujuscunque coloris conjurationes, insuper confœderatiooes, & pacta, nec non & consuetudinem circa hujusmodi introductam, quam censemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus, & ex certa scientia irritamus, quas civitates, seu personæ, cujuscunque dignitatis, seu conditioois, aut status, sive inter se, sive cum aliis, absque auctoritate dominorum, quorum subditi, vel mioisteriales, seu in quorum districtu consistunt, eisdem dominis nomi-

natim non exceptis fecerint hactenus, & facere præsumpserint in futuro, sicut per sacras divorum Augustorum prædecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur, & cassatas: illis confœderationibus, & legibus dumtaxat exceptis, quas Principes, & civitates, ac alii super generali pace provinciarum atque terrarum inter se formasse noscuntur. Illas enim nostræ declarationi specialiter reservantes, in suo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum: personam singularem, quæ de cætero contra tenorem præsentis constitutionis, & legis nostræ antiquæ, super hoc editæ confœderationes, colligationes, conspirationes, & pacta hujusmodi inire præsumpserit, ultra pœnam legis ejusdem, notam infamiæ, & pœnam decem librarum auri: civitatem vero, vel universitatem in hanc legem nostram similiter committentem, centum librarum auri, nec non amissionis, & privationis libertatum, & privilegiorum Imperialium, pœnas incurrere decernimus, eo ipso medietatem pœnæ hujusmodi pecuniariæ fisco Imperiali, reliqua vero domino districtus, in cujus præjudicium factæ fuerint, applicanda.

CÆterum quia nonnulli cives, & subditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, sicut frequens ad nos querela perduxit, jugum originariæ subjectionis quærentes abjicere, immo ausu temerario contemnentes, in aliarum civitatum cives sæpe recipi se procurant, & frequentius in præterito procurarunt: & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude præsumpserunt, vel præsument deserere, terris, civitatibus, oppidis, & villis, corporaliter residentes, civitatum, ad quas hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alamanniæ Pfalburgerii consueverunt vulgariter appellari. Quoniam autẽ patrocinari non debent alicui fraus & dolus: de Imperatoriæ potestatis plenitudine omnium Principum Electorum Ecclesiasticorum, & secularium sano accedente consilio, ex certa scientia statuimus, & præsenti lege perpetuo valitura sancimus, quod prædicti cives, & subditi, eis quibus subsunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis & provinciis Sacri Imperii, à præsenti die in posterum, civitatum in quarum cives, qui tali fraude recipi se procurant, vel hactenus procurarunt juribus, & libertatibus in nullo potiantur, nisi ad hujusmodi civitates corporaliter, & realiter transeuntes, ibique larem foventes continuo, vere & non ficte residentiam facientes, debita onera & municipalia subeant in eisdem. Si qui vero contra præsentis nostræ legis tenorem recepti sint, vel fuerint, in futurum illorum receptio omni careat firmitate: & recepti cujuscunque dignitatis, conditionis, aut status existant, in nullo casu penitus sine causa civitatum, ad quas recipi se procurant, juribus aut libertatibus gaudeant quomodolibet, vel fruantur. Non obstantibus quibuscunque juribus, privilegiis vel consuetudinibus observatis, quantocunque tempore, & obtentis: quas & quæ, in quantum præsenti nostræ legi obviant, præsentibus ex certa scientia revocamus, de prædictæ Imperialis plenitudine potestatis, omnique carere decernimus robore firmitatis. Circa præmissa omnia Principum, dominorum, & aliorum hominum, quos taliter deseri contingit, vel continget in posterum, juribus circa personas, & bona subditorum, quorumcunque ipsos sæpe dicto modo deserentium semper salvis, hos nihilominus, qui sæpe dictos cives, & subditos alienos recipere contra præsentis nostræ legis dispositionem præsumpserint, vel recipere in præterito præsumpserunt, si eos omnino non dimiserint infra mensem, post intimationem præsentium eis factam, centum marcas auri puri pro transgressione hujusmodi, totiens quotiens deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quarum medietas Imperiali fisco nostro, reliqua vero dominis illorum, qui recepti fuerint, irremissibiliter applicentur.

EOS, qui de cætero adversus aliquos certam diffidationis causam se habere fingentes, ipsos in locis, ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempestive diffidant declaramus, damna quæcumque per incendia, spolia, vel rapinas diffidatis ipsis cum honore suo inferre non posse: & quia patrocinari non debent alicui fraus, & dolus, præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, diffidationes hujusmodi quibuscunque dominis, aut personis, cum quibus alicui fuerint in societate, familiaritate, vel honesta quavis amicitia conversati, sic factas vel fiendas in posterum, non valere, nec licere, prætextu diffidationis cujuslibet quempiam invadi per incendia, spolia, vel rapinas, nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffido personaliter, vel in loco quo habitare consuevit, publice fuerit intimata, possitque de intimatione hujusmodi per testes idoneos fieri plena fides: quisquis secus quempiam diffidare, & invadere, modo præmisso præsumpserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si nulla diffidatio facta esset, quem etiam tanquam proditorem per quoscunque judices pœnis legalibus statuimus castigari. Prohibemus etiam & damnamus universas, & singulas guerras, lites injustas, cuncta quoque injusta incendia, spolia, rapinas, indebita, & inconsueta telonia, & conductus, & exactiones, pro ipsis conductibus extorqueri consuetas, sub pœnis, quibus sacræ leges præmissæ, & eorum quodlibet sanciunt punienda.

VObis illustri, & magnifico Principi N. Marchioni Brandeburgensi, Sacri Imperii Archimerario Electori, & amico nostro charissimo, electione Romanorum Regis, quæ ex rationabilibus causis jam imminet, facienda præsentibus intimamus, vosque ex officii nostri debito ad electionem præfatam rite vocamus, quatenus à die tali, &c. infra tres menses continue computandos, per vos, seu nuntios, aut procuratores vestros, unum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum juxta formam sacrarum legum super hoc editarum venire jureris, deliberaturi, tractaturi & concordaturi cum aliis Conprincipibus coelectoribus vestris & nostris, de electione futuri Regis Romanorum in Imperatorem postmodum favente Domino promovendi: in eodem mansuri usque ad plenam consummationem electionis hujusmodi, & alias facturi, & processuri, prout in sacris legibus, super hoc deliberate editis invenitur expressum; alias non obstante vestra, seu nostrorum absentia, in præmissis una cum aliis Comprincipibus, & Electoribus ve-

stris,

stris, & nostris, prout legum ipsarum sanxerit auctoritas, finaliter procedamus. A

NOS talis, Dei gratia, &c. Sacri Imperii, &c. notum facimus tenore præsentium universis, quod cum electio Romanorum Regis ex rationabilibus causis imminet facienda, nos de honore & statu Sacri Imperii sollicitudine debita intendere cupientes, ne tam gravibus, & dispendiis periculose subjaceat, de fide, & circunspectionis industria delectorum nobis talis, &c. fidelium nostrorum obtinentes, utque præsumptionis indubiæ fiduciam singularem ipsos, & quemlibet ipsorum, in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod per unum eorum inceptum fuerit, per alium B finiri valeat, & licite terminari, omni jure, modo, forma, quibus melius, & efficacius possumus, seu valemus, modo veros, legitimos procuratores, & nuncios speciales facimus, constituimus, & ordinamus, ad tractandum ubilibet una cum aliis Conprincipibus, & coelectoribus nostris, tam ecclesiasticis, quam secularibus: & cum ipsis concordandum, & conveniendum, & concludendum, de persona quacunque habili, ac idonea in Regem Romanorum eligenda, ac ipsis tractatibus super electione talis personæ habendis, pro nobis loco, & nomine nostris interessendum, tractandum, & deliberandum, nec non vice, & nomine nostris eandem personam nominandum, & in ipsam consentiendum, ac etiam in Regem Romanorum promovendum, ad Sacrum Imperium eligendum, ac in animam nostram præstandum quodcunque juramentum necessarium, debitum, seu consuetum fuerit circa præmissa, & quodlibet promissorum alium vel alios procuratores, in solium substituendum, & revocandum: & omnia & singula faciendum, quæ in præmissis, & circa præmissa etiam usque ad consummationem tractatuum nominationis, deliberationis, & electionis hujusmodi de præsenti faciendæ necessaria, aut utilia fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna etiam si præmissa, vel eorum quodlibet mandatum exigant speciale, etiam si majora vel magis singularia fuerint supradictis, & quæ nosmetipsi facere possemus, hujusmodi tractatuum, deliberationis, & Electionis futuræ negotiis præsentes, & personaliter adessemus, gratum, & ratum habentes, & habere volentes, & nos perpetuo habituros firmiter promittentes, quicquid per ante dictos procuratores, seu nuntios nostros, nec non substitutos, aut substituendos ab ipsis, seu eorum altero, in præmissis, seu eorum quodlibet actum, gestum, seu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum. C D

CUm universi, & singuli principatus, quorum virtute seculares Principes Electores jus, & E vocem in Electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi obtinere noscuntur, cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis eis, & cuilibet eorum annexis, & dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti, & inseparabiliter sint uniti, quod jus, vox, officium & dignitas aliqua jura ad quemlibet eorum principatuum eorumdem spectantia, cadere non possint in alium, præter illum qui principatum ipsum cum terra, vasfallagiis, feudis, & dominiis, ac ejus pertinentiis universis dignoscitur possidere, præsertim edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, unumquemque principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis, ac officiis cæteris, omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipsum spectantibus ita perseverare, & esse debere unitum perpetuis temporibus, indivisibiliter, & conjunctive, quod possessor principatus cujuslibet, etiam juris, vocis, & officii, & dignitatis, & pertinentiarum omnium ad illum spectantium, quieta debeat, & libera possessione gaudere, & Princeps elector ab omnibus reputari, ipseque & nemo alius præter cæteros Principes Electores ad Electionem, & omnes actus alios pro Sacri Imperii honore, vel opportunitate gerendos, omni tempore assumi sine contradictione qualibet, & admitti, nec aliquod præmissorum ab altero, cum sint & esse debeant inseparabilia, dividi, vel ullo tempore debeant separari, aut judicio, vel extra divisim repeti valeat, vel etiam per sententiam separari, nec aliquis unum sine alio impotens audiatur. Quod si per errorem, vel alias auditus quis fuerit, aut processum judicum sententia, vel aliquod hujusmodi contra dispositionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attentare contigerit, hoc totum & omnia ex his, & quodlibet eorum sequentia, eo ipso viribus non subsistant.

QUoniam autem superius in principio constitutionum nostrarum præsentium, circa ordinationem ecclesiasticorum Principum Electorum, in consilio & in mensa, & alias quoties Imperialem curiam celebrari, seu Principes Electores, deinceps cum Imperatore, vel Rege Romanorum congregari contigerit: sufficienter duximus providendum, super quæ priscis audivimus temporibus pluries disceptatum, expedire credimus, etiam processionis, & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc Imperiali edicto decernimus, ut quotiescunque in congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum, & Principum prædictorum, Imperatore, vel Rege ipso deambulante, insignia ante faciem ejus portari contigerit, Archiepiscopus Treverensis in directa diametrali linea ante Imperatorem, vel Regem transeat, illique soli medii inter eos ambulent, quos Imperialia, vel Regalia contingent insignia deportare. Dum autem Imperator, vel Rex absque insigniis eisdem incesserit, extunc idem Archiepiscopus Imperatorem, vel Regem præfato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur, aliis duobus Archiepiscopis Electoribus loca sua juxta distinctionem provinciarum suarum circa sessionem superius declaratam, etiam circa processionem perpetuo servaturis.

AD declarandum autem in Imperatoris, vel Regis Romanorum deambulantis præsentia, processionis ordinem Principum Electorum (de quo supra fecimus mentionem) statuimus, ut quotiescunque in celebratione Imperialis curiæ Principes Electores cum Imperatore, seu Rege Romanorum in quibuscunque actibus, vel solemnitatibus processionaliter ambulare contigerit, & Imperialia, vel Regalia debuerint insignia deportari, dux Saxoniæ Imperialem, vel Regalem ensem deferens, Imperatorem seu Regem immediate præcedat, & inter illum & Archiepiscopum Treverensem medius habeatur. Comes vero Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro, & Marchio Brandeburgensis sceptrum deferens, à sinistro latere ipsius

ipsius Ducis Saxoniæ linealiter gradiantur. Rex A autem Bohemiæ Imperatorem, seu Regem ipsum immediate nullo interveniente sequatur.

QUoties insuper, in Imperatoris, vel Regis Romanorum præsentia, Missarum solemnia celebrari, ac Moguntinensem, Treverensem, Coloniensem Archiepiscopos, vel duos ex eis adesse contigerit in confessione, quæ ante Missam dici consuevit, ac in porrectione Evangelii osculandi, & pace post Agnus Dei portanda, nec non in benedictionibus post finita Missarum solemnia, ac etiam ante mensam faciendis, & in gratiis post cibum acceptum agendis, id inter eos observetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum, B quod prima die hæc omnia, & singula à primo, secunda die à secundo, tertià vero à tertio peragantur, primum autem, seu secundum, vel tertium, hoc casu secundum quod prius, vel posterius quilibet eorum consecratus existit debere intelligi declaramus, & ut se invicem honore condigno præveniant & exemplum aliis invicem honorandi, is, qui circa præmissa ordo tetigerit ad hæc alterum convenientia, & charitativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmissa procedat, seu quodlibet præmissorum infra scriptæ leges promulgatæ sunt in curia Metensi per dominum Carolum IV. Romanorum Imperatorem, & Bohemiæ Regem Augustum, anno C Domini millesimo trecentesimo quinquagesimosexto, in die Natalis Christi, assistentibus sibi omnibus Sacri Romani Imperii Electoribus, præsentibus dominis venerabili in Christo patre domino I. Episcopo Albanensi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illustri, ac Delphino Viennensi. Si quis cum Principibus militibus, vel privatis, seu quibuscunque personis plebeiis etiam scelestam factionē, aut factionis ipsius inierit sacramentum, vel dederit de nece consilium venerabilium, & illustrium Principum nostrorum, & Sacri Romani Imperii, tam ecclesiasticorum, quam secularium Principum Electo- D rum, seu alterius eorumdem: nam & ipsi pars corporis nostri sunt (eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri jura voluerunt) ipse quidem (utpote majestatis læsæ criminis reus) gladio feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis: filii vero ejus quibus vitam Imperiali specialiter lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis metuuntur exempla, à materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate, & successione habeantur alieni: ex testamentis aliorum nihil capiant, sint perpetuo egentes, & pauperes: infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum unquam honorem, ad nulla prorsus sacramenta per- E veniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. Denique jubemus eos esse notatos, sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint. Ad filias sane eorum, quodlibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata, sive intestata defecerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quā integrum emolumentum, aut nomen heredis consequantur. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus. Emancipationes quoque quæ à prædictis, sive in filios post legem dumtaxat latam, sive in filias fuerint collatæ, non valeant, dotes, donationes quarumlibet: postremo item alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel jure factas esse constiterit, quo primo memorati de ineunda factione, ac societate, cogitaverint, nullius statuimus esse momenti: uxores sane prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à viris titulo donationis acceperint, seu accipiunt, filiis debeant reservare, tempore quo ususfructus absumitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ juxta legem filiis debebantur: Falcidia etiam ex his rebus, filiabus tantum, non etiam filiis deputetur, id quod de prædictis eorumque filiis cavimus, etiam de satellibus, consciis ac ministris, filiisque eorum, simili severitate censemus. Sane si quis ex his, in exordio initæ factionis studio veræ laudis accensus, ipsam prodiderit factionem, vel cum incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tamen ac venia dignus habebitur. Statuimus insuper, ut si quid contra prædictos Principes Electores ecclesiasticos, vel seculares, commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari possit. In hoc item crimine, quod ad læsam in Principibus Electoribus suis majestatem pertinet, etiam in caput domini servi torquentur. Volumus insuper, & præsenti Imperiali sancimus edicto, ut etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, ut conjuncto mortuo memoria ejus damnetur, & bona successoribus ejus eripiantur. Nam ex quo sceleratissimum quis ceperit consilium, exinde quodammodo sua mente privatus est. Porro, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, neque manumittere eum posse, nec ei solvere jure debitorem decernimus: in hac causa in caput domini servos torqueri statuimus, id est propter causam factionis damnandæ, contra Principes Electores ecclesiasticos, & seculares, ut præmittitur: & si decesserit quis, propter incertam personam successoris bona serventur, si in causa hujusmodi fuisse mortuus arguatur.

SI cæteros Principes congruit in sua integritate servari, ut corroborentur justitia & subjecti, & fideles pace gaudeant, & quiete, multo magis magnifici principatus, dominia, honores & jura Electorum Principum debent illæsa servari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet adhiberi remedium, ne columnis ruentibus, basis totius ædificii collidatur. Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro Imperiali sancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus insignes & magnifici principatus, videlicet regnum Bohemiæ, Comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandeburgensis terræ districtus, homagia, vassallagia, & alia quævis, ad ipsa spectantia scindi, dividi, seu quavis conditione demembrari non debeant, sed ut potius in sua perfecta integritate perpetua maneant, primogenitus filius succedat in eis, sibique soli jus dominium competat: nisi forte mente captus, fatuus, seu alterius famosi, & notabilis defectus existeret, propter quem non deberet, seu posset hominibus principari: in quo casu inhibita sibi successione, secundogenitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, seu consanguineum laicum, qui paternæ stipiti in de-

scen-

scendenti recta linea proximior fuerit, volumus succeſſurum. Qui cum apud alios fratres, & ſorores ſe clementem, & pium exhibebit, continuo juxta datam ſibi à Deo gratiam, & juxta ſuum beneplacitum, & ipſius patrimonii facultates diviſione, ſciſſione, ſeu demembratione principatus, & pertinentiarum ejus ſibi omnibus modis interdicta. A

Die vero qua ſolemnis Imperialis, vel regia fuerit celebranda, veniant circa horam primam Principes Electores, eccleſiaſtici & ſeculares ad domum habitationis Imperialis, ſive regalis, & ibi Imperator, vel Rex ipſe omnibus inſigniis Imperialibus induetur, & aſcenſis equis omnes vadant cum Imperatore, vel Rege ad locum ſeſſionis aptatæ, & ibi quilibet eorum in ordine, & modo ſupra in lege de ordine proceſſionis ipſorum Principum Electorum plenius diffinito. Portabit etiam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hæc fuerint ſuper baculo argenteo, omnia ſigilla & typaria Imperialia, & regalia: ſeculares vero Principes Electores, ſceptrum, pomum, & enſem, ſecundum quod ſuperius exprimitur, deportabunt. Portabuntur etiam immediate ante Archiepiſcopum Treverenſem ſuo loco tranſeuntem, primo Aquiſgranenſis, ſecundo Mediolanenſis corona, & hoc ante Imperatorem dumtaxat, qui jam Imperialibus eſt infulis decoratus, quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi. Imperatrix etiam vel Regina Romanorum ſuis auguſtalibus amicta inſignus, poſt Regem, vel Imperatorem Romanorum, & etiam poſt Regem Bohemiæ (qui Imperatorem immediate ſubſequitur) competentis ſpatii intervallo, ſuis aſſociata proceribus, ſuiſque comitata virginibus, ad locū ſeſſionis procedat.

Statuimus ut quandocunque Imperator, vel Rex Romanorum ſolemnes curias ſuas celebraverint, in quibus Principes Electores ſua deſervire, ſeu exercere debent officia, ſubſcriptus in his ordo ſervetur: primo enim Imperatore, vel Rege ipſo in ſede regia, ſeu ſolio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ officium ſuum agat hoc modo: Ponetur enim ante ædificium ſeſſionis Imperialis, vel regiæ, acervus avenæ tantæ altitudinis, quod pertingat uſque ad pectus, vel ſellam equi ſuper quo ſedebit ipſe Dux: & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant in pondere duodecim marcas argenti: & ſedens ſuper equo, primo menſuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem: quo facto figendo baculum in avenam recedet, & Vicemarſcalcus ejus, puta de Pappeinheim, accedens vel eo abſente, Marſcalcus curiæ ulterius avenam ipſam diſtribuat: ingreſſo vero Imperatore, vel Rege ad menſam, Principes Electores eccleſiaſtici, videlicet Archiepiſcopi, ſtantes ante menſam cum cæteris Prælatis, benedicent eandem ſecundum ordinem, qui circa hæc eis in ſuperioribus eſt præſcriptus, & benedictione completa, iidem Archiepiſcopi omnes (ſi adſint) aliquando duo vel unus ſigilla, & typaria Imperialia ſive regalia à Cancellario curiæ recipient, coque in cujus Archicancellariatu curiam ipſam celebrari continget, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere ſibi junctis ſigilla, & typaria ipſa, omnes quidem baculum, in quo ſuſpenſa fuerint manibus contingentes ea portabunt, & ante Imperatorem, vel Regem reverenter ponent in menſa. Imperator vero ſive Rex, eadem ipſis ſtatim reſtituat: & in cujus cancellariatu hæc fuerit (ut præfertur) is majus ſigillum collo appenſum, uſque in finem menſæ geſtabit, & deinceps donec ad hoſpitium ſuum perveniat, ab Imperiali ſive regali curia equitando. Baculus vero (de quo præmittitur) eſſe debebit argenteus, duodecim marcas argenti habens in pondere, cujus argenti quam pretii partem tertiam unuſquiſque Archiepiſcoporum ipſorum perſolvet: & baculus ipſe protinus una cum ſigillis, & typariis debet Cancellarius Imperialis curiæ aſſignari, in uſus ſuos placitos convertendo. Poſtquam autem is quem ordo tetigerit portando ſigillum majus, ab Imperiali curia ad hoſpitium ſuum redierit (ut præfertur) ſtatim ſigillum ipſum per aliquem de ſuis familiaribus prædicto Imperialis curiæ Cancellario remittet ſuper equo, quem juxta propriæ dignitatis decentiam, & amorem, quem ad Cancellarium curiæ geſſerit, ipſi Cancellario tenebitur clargiri: deinde Marchio Brandeburgenſis Archicamerarius accedat ſuper equo, habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium: & deſcendens ab equo, dabit aquam Imperatori, vel Regi Romanorum manibus abluendis. Comes Palatinus Rheni intrabit ſimiliter ſuper equo, habens in manibus quatuor ſcutellas argenteas cibis impletas, quarum quælibet tres marcas habeat in ſtatera: & deſcendens ab equo, portabit, & imponet ante Imperatorem, vel Regem in menſa. Poſt hoc Rex Bohemiæ Archipincerna veniat ſimiliter ſuper equo, portans in manibus cuppam, ſeu ſcyphum argenteum ponderum duodecim marcarum coopertum, aqua & vino permixtim impletum, & deſcendens de equo ſcyphum ipſum Imperatori, vel Regi Romanorum porriget ad bibendum: ſicut autem haćtenus obſervatum fuiſſe comperimus, ita ſtatuimus, ut peractis per Principes Electores ſeculares prædictis ipſorum officiis, ille de Falckenſtein ſubcamerarius, equum & pelves Marchionis Brandeburgenſis pro ſe recipiat, magiſter coquinæ de Nortemberg equum, & ſcutellas Comitis Palatini, Vicepincerna de Lymburch, equum & ſcyphum Regis Bohemiæ, Vicemarſchalcus de Pappenheim, equum, baculum, & menſuram prædictam Ducis Saxoniæ. Si tamen ipſi in tali Imperiali curia præſectes exiſtant, & eorum quilibet in officio ſuo miniſtret: ſi vero ipſi, vel eorum aliqui à præfata curia ſe duxerint abſentandos, extunc Imperialis, vel regalis curiæ quotidiani miniſtri vice abſentium, puta quilibet in loco ejus abſentis, cui in vocabulo, ſeu in officio communicat, ſicut gerit officium, ſic tollat in præmiſſis, & fructum. Imperialis inſuper menſa, vel regia ſic debet aptari, ut ultra alias tabulas aulæ, ſive menſas in altitudine ſex pedum ſit altius elevata, in qua præter Imperatorem dumtaxat, vel Regem Romanorum die ſolemnis curiæ nemo penitus collocetur: ſedes vero & menſa Imperatricis, ſive Reginæ à latere in aula, ita quod ipſa menſa tribus pedibus Imperiali, ſive regali menſa ſit baſſior, & totidem pedibus eminentior, ſupra ſedes Principum Electorum, qui Principes ſuas inter ſe una eademque altitudinem ſedes habebunt, & menſas infra ſeſſionem Imperialem, menſæ pro ſeptem Principibus Electoribus eccleſiaſticis, & ſeculari-

laribus præparentur, tres videlicet à dextris,& tres A alię à finistris, & feptima directe versus faciem Imperatoris, vel Regis, ficut fuperius in capitulo de Seffionibus,& ordine Principum electorum per nos est clarius definitum: ita etiam quod nullus alius cujufcunque dignitatis, vel ftatus exiftat, fedeat inter ipfas,vel ad menfas eorum. Non liceat autem alicui prædictorum fecularium Principum Electorum,peracto officii fui debito, fe locare ad menfam fibi paratam, donec alicui fuorum Conprincipum Electorum ejus officium reftat agendum: fed cum aliquis eorum, vel aliqui minifterium fuum expleverint, ad præparatas fibi menfas tranfeant, & juxta illas ftando expectent, donec cæteri minifteria fua expleve- B riot fupradicta,& tunc demum omnes,& finguli pariter ad menfas fuas fibi pofitas fe locabunt:invenimus etiam ex clariffimis relationibus, & traditionibus antiquorum illud à tempore,cujus contrarii jam non habetur memoria,per eos qui nos præcefferunt, feliciter effe jugiter obfervatum, ut regis Romani, Imperatorisfuturi, in civitate Franckphordiæ celebretur electio, & prima coronatio Aquifgrani,& in oppido Nurembergenfi prima feu regalis curia haberetur.Quapropter certis ex caufis etiam,præmiffa fervari debere temporibus declaravimus, nifi præmiffis omnibus, feu eorum alicui impedimentum legitimum obviaret. Quantumcumque infuper aliquis C Princeps Elector ecclefiafticus, vel etiam fecularis jufto impedimento detentus, ad Imperialem curiam vocatus, venire non valens, nuntium vel procuratorem cujufcunque ftatus, vel dignitatis tranfmiferit, miffus ipfe licet loco mittentis, juxta datum fibi ab eo mandatum admitti debeat; in menfa tamen vel fede,quæ illi, qui ipfum tranfmittit,deputata fuerit, non fedebit. Præterea, confummatis his,quæ in Imperiali qualibet curia, vel regali fuerint pro tempore difponenda,recipiet magifter curiæ pro fe totum ædificium, five ligneum apparatum Imperialis, five Regiæ feffionis, ubi federit Imperator,five Rex Romanorum, cum Principibus Electoribus ad cele- D brandas folemnes curias, vel feuda (ut præmittitur) Principibus conferenda.

Decernimus hoc Imperiali edicto, ut Principes Electores ecclefiaftici, vel etiam feculares, dum feuda feu regalia ab Imperatore, vel Rege recipiunt ad dandum, vel folvendum aliquid, nulli penitus fiot aftricti:nam pecunia quæ tali prætextu perfolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipfi Principes Electores cunctis Imperialis curiæ præfint officiis,fuos etiam habentes in officiis hujufmodi fubftitutos, datos ad hoc à Romanorum Principibus, & dotatos videtur abfurdum, quod fubftituti officiales à fuis fuperioribus,quocunque quæfito co- E lore encenia poftularent, nifi forte ipfi Principes Electores fponte, & liberaliter his aliquid largirentur. Porro cæteri Principes Imperii,ecclefiaftici,vel feculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda feu ab Imperatore Romanorum,vel à Rege fufcipit, dabit officialibus Imperialis, five regalis curiæ fexagintafex marcas cum uno fertone argenti, nifi eorum aliquis privilegio, feu indulto Imperiali,feu regali fe tueri poffit,& probare fe folutum, vel exemptum à talibus,aut etiam aliis quibufcunque,quæ folvi in fufceptione feudorum hujufmodi confuevif- A fent, prædictarum, infuper feptuaginta trium marcarum,& fertonis, divifionem faciet magifter curiæ Imperialis, feu regalis hoc modo.

Primo enim decem marcas pro femetipfo refervans,dabit Cancellario Imperialis,five regalis curiæ decem marcas,magiftris,notariis,& dictatoribus tres marcas, & figillatori pro cera, & pergameno unum fertonem,ita videlicet, quod Cancellarius,& notarii Principis recipientis feudum,non ad aliud, quam ad dandum fibi teftimonialem recepti feudi,feu fimplicis inveftituræ literam fint aftricti. Item dabit magifter curiæ pincernæ de Lymburch de præfata pecunia decem marcas, magiftro coquinæ de Nortenberg decem marcas,five Marfchalco de Pappenheim decem marcas, & camerario de Falckenftein decem marcas: tali tamen cum conditione, fi ipfi & eorum quilibet in hujufmodi curiis folemnibus præfentialiter adfint in fuis officiis miniftrando. Si vero ipfi, vel eorum aliqui abfentes fuerint, ex tunc officiales Imperialis five regalis curiæ,qui talibus præfunt officiis eorum, quorum fupplent abfentiam, finguli fingulorum ficut vicem nomenque & laborem fuffe- B runt, fic lucra & commoda reportabunt. Dum autem Princeps aliquis,equo vel alteri beftiæ infideos, feuda fua ab Imperatore recipit,vel Rege,equus ille feu beftia, cujufcunque fpeciei fit, debetur fuperiori Marfchalco, id eft Duci Saxoniæ, fi præfens adfuerit, alioquin illi de Pappenheim ejus Vicemarfchalco, aut illo abfente, Imperialis five regalis curiæ Marfchalco. Cum Sacri Romani celfitudo Imperii diverfarum nationum moribus vita,& idiomate C diftinctarum linguis habeat gubernacula moderari, dignum eft, & cunctorum fapientium judicio cenfetur expediens, quod Electores Principes illius Imperii columnæ, & latera,diverforum,& idiomatum, & linguarum differentiis inftruantur, ut plures intelligant,& à pluribus intelligantur,qui plurimorum neceffitatibus relevandis Cæfareæ majeftati affiftant, in partem follicitudinis conftituti. Quapropter ftatuimus, ut illuftrium Principum, puta regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandeburgenfis Electorum filii,vel heredes,& fucceffores,cum verifimiliter Theutonicum idioma fibi naturaliter inditum fciri præfumatur, & ab infantia didiciffe, incipiendo à feptimo fuæ ætatis anno, in Grammatica, Italica, & Slavica linguis inftruantur, ita quod infra quartumdecimum ætatis annum exiftant in talibus, juxta datam fibi à Deo gratiam,eruditi,cum illud non folum utile, immo ex caufis præmiffis fummè neceffarium habeatur, eo quod illæ linguæ ut plurimum ad ufum, & neceffitatem Sacri Imperii frequentari fint folitæ, ut his plura ardua ipfius Imperii negotia ventilentur.Hunc autem proficiendi modum in præmiffis pofuimus obfervandum, ut relinquatur optioni parentum in filios, fi quos habuerint, feu proximos quos in principatibus fibi credunt verifimiliter fucceffuros, ad loca dirigant, in quibus de hujufmodi poffint linguagiis edoceri,vel in propriis domibus pædagogos, inftructores, & pueros confocios in his peritos eis adjungant, quorum converfatione, pariter, & doctrina in linguis ipfis valeant erudiri.

F I N I S.

NEAP. 1721. Typis, ac Sumptibus Michaelis Aloyfii Mutio. Cum Privilegio.



